



GREGORII

PAPAE

1542











*[Faint, illegible handwritten text]*







# TOMVS SECVN

DVS OPERVM ALIQVOT D. GREGORII PA-  
pæ huius nominis primi, cognomento Magni, doctæ ac piæ in-  
stitutionis refertissimorum, nunc denuo ad fidem veterum  
exemplarium accuratiori diligentia à mendis in-  
numeris repurgatorum.

Quorum omnium elenchum, quæ huic Tomo insunt, pagina  
proxima indicabit.

~~Handwritten scribbles~~

Accessit præterea eiusdem authoris luculentissima in  
primum librum Regum explanatio.

FACULTAD  
DE  
TEOLOGIA  
Univ. de Deusto  
BILBAO



P A R I S I I S,

In ædibus Carolæ Guillard, sub sole aureo, in uia  
ad Diuum Iacobum.

1 5 4 2.



# INDEX

OPERVM DIVI GREGORII PAPÆ, quæ huic Secundo Tomo insunt.

Pastoralis curæ liber vnus in tres sectus partes.  
De vita & miraculis patrum Italicorum: & de æternitate animæ, Dialogorum libri IIII.  
In Cantica canticorum expositio.  
In Ezechielem prophetam, homelię XXII.  
In diuersas Euangelij lectiones, homilię XL.

Tabula capitum libri Pastoralis beati Gregorij Papæ. Et primò Summaria primæ partis.

- 1 **N**E imperiti venire ad magisterium audeant.
- 2 Ne locū regiminis subeant qui viuendo nō perficiunt, quæ meditando didicerunt.
- 3 De pondere regiminis: & quod aduersa quæq; despicienda sunt, & prospera formidanda.
- 4 Quod plerunq; occupatio regiminis soliditatem dissipet mentis.
- 5 De his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt: sed quietem propriam sectando refugiant.
- 6 Quod hi qui pondus regiminis per humilitatē refugiant, tunc verē sunt humiles cū diuinis iudiciis non resistunt.
- 7 Quod nonnunquam prædicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt: & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur.
- 8 De his qui præesse concupiscunt, & ad vsum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt.
- 9 Quod mens præesse volētium plerunq; sibi ficta bonorum operum promissione blanditur.
- 10 Qualis quisque ad regimen venire debeat.
- 11 Qualis quisque ad regimen venire non debeat.

*Summaria secundæ partis.*

- 1 Is qui ad regimen ordinate peruenerit qualem se in ipso regimine debeat exhibere.
- 2 Vt rector cogitatione sit mundus.
- 3 Vt rector sit semper operatione præcipuus.
- 4 Vt sit rector discretus in silentio, utilis in verbo.
- 5 Vt sit rector singulis compassione proximus, præ cun-

Expositio in vii. psalmos penitentiales.  
Epistolarum, ex registro pontificatus eiusdem collectarum, libri XII.

Scripsit vero & alia nonnulla. D. Gregorius, vt Ioannes de Tritthenheim testatur, scilicet in quinque libros Moysi, in Prophetas, & alias scripturas sanctas quæ post ipsius mortem nōdum in publicum data, æmuli eius nequissimi gloriæ videlicet sancti viri inuidentes, igne perdidit, sicut Ioannes diaconus in vita Gregorij conqueritur.

Accessit insuper huic editioni eiusdem D. Gregorij Papæ, in primum librum Regum expositio, quàm priores Codices non habebant.

ctis contemplatione suspensus.



- 6 Vt sit rector bene agentibus per humilitatem socius: contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus.
- 7 Vt sit rector interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentia interiorum sollicitudinem non relinquens.
- 8 Ne placere rector suo studio hominibus appetat: sed tamen ad quid placere debeat intendat.
- 9 Quod scire sollicitè rector debeat quod plerunq; vitia virtutes se esse mentiuntur.
- 10 Quod esse debet rectori discretio correctionis & dissimulationis, feruoris, & mansuetudinis.
- 11 Quantum rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus.

*Summaria tertie partis.*

- 1 Quod aliter admonendi sunt viri, atq; aliter sceminae &c. continens in se xxxv. admonitiones & declarationes eandem.
- 2 De exhortatione multis adhibenda: vt sic singulorum virtutes adiuuet: quatenus per hanc contraria virtutibus vitia non excrecant.
- 3 De exhortatione quæ vni adhibenda est contrariis passionibus laboranti.
- 4 Quod aliquando leuiora vitia relinquenda sunt, vt grauiora subtrahantur.
- 5 Quod infirmis omnino debent alta prædicari.
- 6 De opere prædicationis & voce.

*Summarium unicum quartæ partis.*

Qualiter prædicator omnibus ritè peractis ad semetipsum redeat: ne hunc vel vitia, vel prædicatio extollant.





**PROLOGVS** IN PASTORALIA BEATI Gregorij papae ad sanctissimum Iohannem episcopum ciuitatis Rauennae.



**P**astoralis curae me pondera fugere delitescendo voluisse: benigna frater charissime, atque humillima intentione reprehendis, quae ne quibusdam leuia esse videantur: praesentis libri stylo exprimo de eorum grauedine omne quod p̄so: vt & haec qui vacat incaute non expetat: & qui incaute expetit: adeptu se esse pertimescat. Quadripertita vero disputatione liber iste distinguitur: vt ad lectoris sui animum ordinatis allegationibus quasi quibusdam passibus gradiatur. Nam cum rerum necessitas exposcit: pensandum valde est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perueniens qualiter viuat: & bene viuens qualiter doceat: & recte docens infirmitatem suam quotidie quanta valet consideratione cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat: aut p̄ uentioni vita contradicat: aut vitam doctrina destituat: aut doctrinam praesumptio extollat. Prius ergo appetitum: timor temperet: post autem magisterium quod a non requirente suscipitur vita commendat: ac deinde necesse est vt pastoris bonum quod ostenditur viuendo, etiam loquendo propagetur. Ad extremum vero superest: vt perfecta quaeque opera consideratio propria infirmitatis deprimat: ne haec ante occulti arbitri oculos tumor elationis extinguat. Sed quia sunt plerique mihi imperitia similes: qui dum metiri se nesciunt, quae non didicerunt docere concupiscunt: qui p̄odus magisterij tanto leuius aestimant: quanto vim magnitudinis illius ignorant: ab ipso libri huius reprehenduntur exordio: vt qui indocti ac praecipites doctrinae arcem tenere appetunt: a praecipitationis suae ausibus in ipsa locutionis nostrae ianua repellantur.

*Ne uenire imperiti ad magisterium audeant.*

**Caput. I.**



**N**ulla ars doceri praesumitur: nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastoribus magisterium pastorale suscipitur in magna temeritate: quoniam ars est artium regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat: vulneribus viscerum: Et tamen saepe qui nequaquam spiritualia praeccepta cognouerunt: cordis se medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim nesciunt: videri medici carnis erubescant. Sed quia auctore deo ad religionis reuerentiam omne iam praesentis seculi culmen inclinatur: sunt nonnulli qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores appetunt: transcendere ceteros concupiscunt: atque attestante veritate primas salutationes in foro: primos recubitus in ecclesiis: primas in conuentibus quaerunt cathedras: qui susceptu curae pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt: quanto ad huius humilitatis magisterium ex tota elatione peruenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur: quando aliud discitur, & aliud docetur. Contra quos dominus per prophetam queritur dicens: Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt & ego ignoravi. Ex se autem & non ex arbitrio summi rectoris regnant qui nullis facti virtutibus nequaquam diuinitus vocati: sed sua cupiditate accensae: culmen regiminis rapiunt potius quam assequuntur. Quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoscit: quia quos permittendo tolerat: profecto per iudicium reprobationis ignorat. Vnde ad se quibusdam & post miracula uenientibus dicit: Recedite a me operarij iniquitatis,

Mat. 23.

Osee. 8.

nescio qui estis vos. Pastorum imperitia voce veritatis increpatur: cum per prophetam dicitur: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Quos rursus detestatur dominus dicens: Et tenentes legem nescierunt me. Et nesciri se ergo ab eis veritas queritur: & nescire se principatum nescientium se protestatur: quia profecto hi qui ea quae sunt domini nesciunt: a domino nesciuntur. Paulo attestante qui ait: Si quis autem ignorat ignorabitur. Quae nimirum pastorum saepe imperitia meritis congruit, saepe subiectorum: quia quauis lumen scientiae sua culpa exigente non habeant: districto tamen dei iudicio agitur vt per eorum ignorantiam hi etiam qui sequuntur offendant. Hinc namque in Euangelio per semetipsam veritas dicit: Si caecus caeco ducatum praebet: ambo in foveam cadunt. Hinc Psalmista non optantis animo: sed prophetantis ministerio denunciat dicens: Obscuretur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Oculi quippe sunt qui in ipsa honoris summi facie positi prouidendi: itino ris officium suscipiunt: quibus hi nimirum qui subsequenter inheret dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur: quia cum lumen scientiae perdunt qui praecur: profecto cum ad portanda peccatorum onera curuantur qui sequuntur.

D Esai. 6.

Hier. 2.

1. Cor. 14.

Mat. 15.

Psal. 73.

*Ne locum regiminis subeant qui uiuendo non persciunt quae meditando didicerunt.*

**Caput. II.**

**E**t sunt nonnulli qui solerti cura spiritualia praeccepta perscrutantur: sed quae intelligendo penetrant, viuendo conculcant: repente docent quae non opere: sed meditatione didicerunt: & quod verbis praedicant, moribus impugnant. Vnde fit vt cum pastor per abrupta graditur: ad praecipitium grex sequatur. Hinc namque per prophetam dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur, dicens: Cum ipsi limpidissimam aquam biberetis: reliqua pedibus vestris turbabatis: & oves meae quae conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur: & quae pedes vestri turbauerat haec bibebant. Aquam quippe limpidissimam pastores bibunt, cum fluentia veritatis recte intelligentes hauriunt. Sed eadem aquam pedibus perturbare, est sanctae meditationis studia male viuendo corrumpere. Aquam scilicet eorum turbata pedibus oves bibunt: cum subiecti quique non sectantur verba quae audiunt: sed sola quae conspiciunt opera prauitatis imitantur. Qui cum dicta sicut & per opera peruertuntur: quasi corruptis fontibus in potibus lutum sumunt. Hinc quoque scriptum est per prophetam: Laqueus ruinae populi mei sacerdotes mali. Hinc rursus de sacerdotibus malis per prophetam dominus dicit: Facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in Ecclesia nocet quam qui pernerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere praesumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur: quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Indigni autem quique tanti reatus pondera fugerent: si veritatis sententiam sollicita cordis aure pensarent, quae ait: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: melius erat ei vt ligaretur mola asinaria in collo eius & proiceretur in profundum maris. Per molam quippe asinariam, secularis vitae circuitus ac labor exprimitur: & per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo ceteros destruit vel exemplo: melius profecto fuerat vt huc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta cogerent: quam sacra officia ceteris in culpa imitabilem demonstrarent: quia nimirum si solus caderet: vt cunquae hunc tolerabilior inferni poena cruciaret.

Ex. 44.

F

Mat. 18.

*De pondere regiminis eo quod aduersa quaeque despicienda sunt, & prospera formidanda. Caput. III.*

**H**aec igitur breuiter diximus vt quantum sit pondus regiminis monstrarem: ne temerare sacra regimina quisquis his impar est audeat: & per concupiscentiam culminis ducatum suscipiat perditionis. Hinc enim pie Iacobus prohibet dicens: Nolite plures magistri fieri fratres mei. Hinc ipse dei hominum mediator regnum percipere vitauit in terris: qui supernorum quoque spirituum scientia sensumque transcendens ante secula regnat in caelis. Scriptum quippe est: Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent: vt

Iacob. 3.

Ioan. 6.

PASTORALIS CVRAE DIVI GREGORII

**G** raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montē ipse solus. Quis enim principari hominibus tam sine culpa potuisset: quam is qui hos nimitum regeret quos ipse creauerat? Sed quia idcirco in carne apparuit, ut non solum nos per passionem redimeret: verum etiam per conuersationem doceret exemplum se sequentibus præbens, rex fieri noluit: ad crucis verò patibulum sponte peruenit. Oblatam gloriā culminis fugit: pœnam probrosæ mortis appetit: ut mēbra eius videlicet dicerēt fauores mundi fugere, terrores minime timere, pro veritate aduersa diligere, prospera formidando declinare: quia & ista sepe per tumorem cor inquinant: & illa per dolorum purgant. In istis se animus erigit: in illis autem etiam quando se crexerat sternit. In istis homo se obliuiscitur: in illis verò ad sui memoriam nolens etiam coactus que reuocatur. In istis sæpe & antea bona depereunt: in illis autem longi quoque temporis admissa terguntur: Nam plerunque aduersitatis magisterio sub disciplina cor premiatur: quod si ad regiminis culmen eruperit: in elatione protinus viū gloriæ permutatur. Sic Saul qui indignum se prius considerans fugerat: mox ut regni gubernacula suscepit intumuit, honorari nanque coram populo cupiens dum reprehēdi publicè noluit, ipsum qui in regem se vnixerat abscondit. Sic David authoris sui iudicio penè in cunctis actibus placēs

**H** mox ut pressuræ pōdere caruit, in tumorem vulneris erupit, factusque est in morte Vriæ crudeliter rigidus, qui in appetitu foemine fuit eneruiter fluxus. Et qui malis ante nouerat piè parcere: in bonorum quoque nece post didicit sine obstaculo retractionis anhelare. Prius quippe ferire deprehensum persecutorem noluit: & post cum damno defudantis exercitus etiam deuotum militem extinxit. Quem profectò ab electorum numero culpa longius raperet: nisi hunc ad veniam flagella reuocassent.

*Quod plerunque occupatio regiminis soliditatem dissipat mentis.*

Caput. III.

**S** æpe suscepta cura regiminis, cor per diuersa Intuendo diuerberat, & impar quisque inuenitur ad singula dum consula mente diuiditur ad multa. Vnde quidam sapiens prouidè admonet dicens: Fili ne in multis sint actus tui, quia videlicet nequaquam plenè in vniuscuiusque operis ratione colligitur, dum mēs per diuersa sparsa partitur. Cūq; foras per insolētem curam trahitur, à timoris intimi soliditate vacuatur: sitque in exteriorum dispositione sollicita, & sui solummodo ignara, scit cogitare multa se nesciens. Nam cum plusquam necesse est se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere obliuiscitur quo tēdebat: ita ut à studio suę inquisitionis alienata, ne ipsa quidem quæ patitur damna consideret: & per quanta delinquat ignoret. Neque enim peccare se Ezechias credidit, cum venientibus ad se alienigenis aromatum cellas ostendit, sed in dānationem secururæ prolis ex eo iram iudicis pertulit, quod se facere licenter aestimauit. Sæpe enim dum multa suppetūt, dumq; agi possunt: quæ subiecti quia acta sunt admittuntur: in cogitatione se animus eleuat, & plenè in se iram iudicis prouocat: quannus per iniqua foris opera non erumpat. Intus quippe est qui iudicat, intus quod iudicatur. Cū ergo in corde delinquimus: latet homines quod apud nos agimus: sed tamen ipso iudice teste peccamus. Neque enim rex Babylonie tunc reus extitit de elatione, cū ad elationis verba peruenit. Quippe qui ore prophetico & ante cū ab elatione tacuit: sententiam reprobationis audiuit. Culpam nanque perpetratæ superbiz iam ante deum deterferat: qui omnipotentem deū quem se offendisse reperit: cunctis sub se gētibus prædicauit. Sed post hæc successu suę potestatis eleuat: dū magna se fecisse gauderet: cunctis prius in cogitatione se prætulit, & post adhuc tumidus dixit: Nonne hæc est Babylon magna quæ ego ædificauit in domum regni & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Quæ videlicet vox illius iræ vindictam apertè protulit: quam occulta elatio accendit. Nam districtus iudex prius inutilibiter vidit, quod postea publicè feriendo reprehendit. Vnde & in irrationale animal hunc vertit: ab humana societate separauit: agri bestiiis mutata mente coniunxit:

ut districto videlicet, iustoque eius iudicio homo quoque esse perderet, qui magnum se ultra homines aestimasset. Hæc itaque proferentes non potestatem reprehendimus: sed ab appetitu illius cordis infirmitatem munimus: Ne imperfecti quique culmen arripere regiminis audeant: & qui in planis stantes titubant: in precipitio pedem ponant.

*De his qui in regiminis culmine prodesse exemplo uirtutum possunt, sed quietem propriam sectando refugiunt.*

Caput. V.

**N** Am sunt nonnulli qui eximia dona uirtutum percipiunt, & pro exercitatione cæterorū magnis muneribus exaltantur: qui studio castitatis mundi: abstinentiæ robore validi: doctrinæ dapib; referti: paciētiæ longanimitate humiles: auctoritate fortitudinis erecti: pietatis gratia benigni: iustitię severitate districti sunt. Qui nimirum culmē regiminū, si uocati suscipere renuūt: ipsa sibi plerūq; dona adimūt: quæ nō pro se tantūmodo, sed etiam pro aliis acceperūt. Cūq; sua & non aliorū lucra cogitāt: ipsi se quæ priuata habere appetūt bonis priuant. Hinc itaq; ad discipulos veritas dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montē posita, & nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio: sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Hinc Petro ait: Simon Ioannis amas me? Qui cum amare se protinus respōdisset: audiuit. Si diligis me, pascue oues meas. Si ergo dilectionis est testimonium cura passionis: quisquis uirtutibus pollens gregem dei pascere renuit: pastorem solum conuincitur non amare. Hinc Paulus dicit: Si Christus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Et si pro omnibus mortuus est: lupereit ut qui uiuunt iam non sibi uiuāt: sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit: Hinc Moy ses ait: ut uxorem fratris sine filiis defuncti superstes frater accipiat: atque ad nomen fratris filios gignat, quam si accipere forte renuerit: huic in faciem mulier expuat unumque ei pedem propinquus discalciet: eiusq; habitaculum domus discalcietur. Frater quippe defunctus ille est qui post resurrectionis gloriam appares dixit: Itē nunciate fratribus meis. Qui quā sine filiis obiit: quia adhuc electorum suorum numerum non impleuit. Huius scilicet uxorem superstes sortiri præcipitur: quia dignum profectò est, ut cura sanctæ ecclesiæ ei qui hanc bene regere præualeat imponatur. Cui nolenti in faciem mulier expuit: quia quisquis ex muneribus quæ perceperit prodesse aliis non curat: bonis quoque ei; sanctæ ecclesiæ exprobrās: & quasi in faciem saluam iactat. Cui ex vno pede calciamentum tollitur, ut discalcietur domus eius uocetur: Scriptū quippe est: Calcietur pedes in præparatione Euangelij, pacis. Si ergo ut nostram sic curam proximi gerimus: utrunque pedem per calciamentum munimus. Qui uerò suam cogitans utilitatem proximorum negligit: quasi unius pedis calciamentum cum dedecore amittit. Sunt itaque nonnulli qui magnis, ut diximus, muneribus ditati dū solius contemplationis studiis inardescunt, parere utilitati proximorum prædicatione refugiunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis petunt. De quo si districtè iudicentur: ex tantis procul dubio rei sunt: quantis uenientes ad publicum prodesse potuerunt. Quia enim mente is qui proximis profuturus enitesceret: utilitati cæterorum secretum præponit suum: quādo ipse summi patris uirgenitus ut multis prodesset de sinu patris egressus est ad publicum nostrum?

*Quod hi qui pondus regiminis per humilitatem refugiunt: tunc uerè humiles sunt cum diuinis iudiciis non resistunt.*

Caput. VI.

**E** T sunt nonnulli qui ex sola humilitate refugiunt: ne eis quibus impares se estimant præferantur. Quorum profectò humilitas, si cæteris quoq; uirtutibus cingitur: tunc ante dei oculos uera est, cū ad respuendum hoc quod utiliter subire præcipitur, pertinax non est. Neq; enim uerè humilis est qui superni nutus arbitrio ut debeat præesse intelligit, & tamen præesse contemnit. Sed diuinis dispositionibus subditus atque à uitio obstinationis alienus: cū sibi regiminis culmen imperatur, si iam donis præuentus est quibus & aliis proficit: & ex corde debet fugere & inuitus

Mat. 5.

Ioan. 21.

L

2. Cor. 5.

Deut. 25.

Eph. 6.

M

Eccli. II.

Danic. 4.

Ibidem.

**A** & inuitus obedire.

Quod nonnunquam prædicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt: & ad hoc nonnulli coacti pertrahuntur.

Caput. VII.

**Q**uanuis nonnunquam prædicationis officium & nonnulli laudabiliter appetunt, & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur: quod liquidò cognoscimus, si duorum prophetarum facta perfamus: quorum vnus vt ad prædicandum mitti debuisset sponte se præbuit: quo tamen alter pergere cum pauore recusauit. Etias quippe domino quærenti quem mitteret: vltro se obtulit dicens: Ecce ego, mitte me. Hieremias autem mittitur: & tamen ne mitti debeat humiliter reluctatur dicens: A, a, a, domine deus: ecce nescio loqui quia puer ego sum. Enab vtriusque exterius diuersa vox prodit: sed nõ a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis, dei videlicet amor & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicationis appetit. Per contemplatiuam verò Hieremias amori cõditoris sedulo inherere desiderans: ne mitti ad prædicandũ debeat contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetiit, hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacite contẽplationis lucra loquendo perderet: ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtriusque est subtiliter intuendum: quia & is qui recusauit, plenè non restitit: & is qui mitti voluit ante per altaris calculum se purgatum vidit: ne aut nõ purgatus adire quisque ministeria sacra audeat: aut quæ superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè contradicat. Quia igitur valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere: prædicationis officium tutius declinatur, nec tamè declinari, vt diximus, pertinaciter debet: cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses vtrunq; miro opere expleuit: qui præesse tantæ multitudini & noluit & obediuit. Superbus enim fortasse esset si ducatum plebis innumeræ sine trepidatione susciperet: & rursum superbus existeret: si authoris imperio obedire recusaret. Vtrobique ergo humilis: vtrobiq; subiectus, & præesse populis semetipsum metiendo noluit: & tamen de imperatõ viribus præsumendo consensit. Hinc ergo quicq; præcipites colligat cum quãta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri nõ metuunt: si sancti viri plebium ducatum suscipere deo etiam iubente timuerunt. Moyses suadente domino trepidat: & infirmus quisque vt honoris onus suscipiat anhelat: & qui ad casum valde vrgetur ex propriis, humerum libenter opprimendum ponderibus submittit alienis: quæ egit ferre non valet: & auget quæ portet.

De his qui præesse concupiscunt: & ad usum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt.

Caput. VIII.

**P**lerunque verò qui præesse concupiscunt: ad usum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt, quo ait: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: qui tamen laudans desiderium, in pauorem vertit protinus quod laudauit: cum repente subiungit: Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Cumque virtutum necessaria subsequenter enumerat: quæ sit irreprehensibilitas ipsa manifestat. Et fauet ergo ex desiderio: & terret ex præcepto, ac si aperit dicat: Laudo quod quæritis: sed prius dicite quid quæritis: ne dum vosmetipsos metiri negligitis: nato fœdior vestra reprehensibilitas appareat: quato & a cunctis conspici in honoris arce festinatis. Magnus enim regedi artifex fauoribus impellit: terroribus retrahit: vt auditores suos & descripto irreprehensibilitatis culmine restringat a superbia: & officio laudando quod quæritur componat ad vitam: quanuis notandum quod illo in tempore hoc dicitur, quo quisque plebibus præerat: primus ad martyrii tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum quærere: quando per hunc quemquam dobium non erat ad supplicia grauiora peruenire. Vnde ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione diffinitur, cum dicitur: Si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est: quia episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium: sed honoris gloriam quærit. Sacrum

quippe officium non solum non diligit omnino: sed nescit qui ad culmẽ regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationis cæterorum subiectione pascitur: laude propria letatur: ad honorem cor eleuat: rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum quæritur sub eius honoris specie: quo mundi destrui lucra debuerant. Cumque mens humilitatis culmea arripere ad elationem cogitat, quod foris appetit intus immutat.

Quod mens præesse uolentium plerunque sibi ficta bonorum operum promissione blanditur.

Caput. IX.

**S**ed plerunque hi qui subire magisterium pastorale cupiunt: nonnulla quoque opera bona animo proponunt: & quanuis hoc elationis intentione appetunt: operaturos tamen se magna pertractant: fitque vt aliud in imis intentio supprimat: aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sæpe sibi de se mens ipsa mentitur, & fingit se de bono opere amare quod non amat: de mundi autem gloria nõ amare quod amat: quæ principari appetens fit ad hoc pauida cū quærit: audax cū peruenerit. Timens enim ne non perueniat trepidat: sed repente perueniens iure sibi hoc debitum ad quod peruenerit putat. Cumque percepti principatus officio perfrui seculariter coeperit: libenter obliuiscitur quicquid religiosè cogitauit. Vnde necesse est: vt cum cogitatio extra usum ducitur: protinus mentis oculus ad opera transacta reuocetur: ac penset quisque quid subiectus egerit: & repente cognoscet, si prælatus bona agere quæ proposuerat, possit: quia nequaquam valet in culmine humilitatem dilcere: qui in imis positus non desinit superbire. Nescit laudem cū suppetit fugere: qui ad hanc didicit cum deesset anhelare. Nequaquam vincere auaritiam potest: quando ad multorum sustentationem tenditur is, cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex antea ergo vita se vnusquisque inueniat: ne in appetitu se culminis imago cogitationis illudat. Quanuis plerunque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur: qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari rectè nauem & imperitus se naua dirigit: turbato autem tẽpestatis fluctibus, etiã peritus se naua cõfundit. Quid nanque est potestas culminis nisi tempestas mentis? In qua dum cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur: huc illucque incessanter impellitur: vt per repentinos excessus oris & operis quasi per obuiantia saxa frangatur. Inter hæc itaque quid sequendum est, quid tenendum: nisi vt virtutibus pollens coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus nec coactus accedat? Ille si omnino renititur: caueat ne acceptam pecuniam in sudarium ligans: de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare, est percepta dona sub ocio lenti torporis abscondere. At contra, ille cum regimen appetit: attendat ne per exemplum prauis operis Phariseorum more ad ingressus regni caelorum teudentibus obstaculũ fiat: quia iuxta summi magistri vocem nec ipsi intrant: nec alios intrare permittunt. Cui considerandum quoque est: quia cum curam populi electus præsul suscipit: quasi ad agrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passionibus viuunt, quæ præsumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat?

Qualis quisque ad regimen debet uenire.

Caput. X.

**I**lle igitur modis omnibus debet ad exemplum bene viuendi pertrahi: qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter viuunt: qui prospera mundi postponit: qui nulla aduersa pertimescit: qui sola interna desiderat. Cuius intentioni bene congruens: nec omnino per imbellicitatem corpus nec valde per cõtumaciã repugnat spiritus. Qui ad aliena cupienda nõ ducitur: sed propria largitur. Qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum fleuitur: sed nunquam plus quam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat: sed perpetrata ab aliis vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienæ infirmitati compatitur: sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus letatur. Qui ita se imitabilem cæteris in cunctis quæ agit insinuat,

a a ij vt inter

Esai. 6.  
Hier. 1.

1. Tim. 3.

Ibidem.



G vt inter eos non habeat quod saltem de transactis mens erubescat. Qui sic studet vivere vt proximorum quoque corda arentia doctrina valeat fluentis irrigare. Qui orationis vsu & experimēto iam didicit quod obtinere à domino quæ postulerit possit: cui prophetica voce iam quasi specialiter dicitur: Adhuc loquente te: dicam, ecce assum.

Qualis quisque ad regimen venire non debeat.

Capit. XI.

**S**I enim fortassis quis veniat, vt pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum, qui sibi iratus, nobis verò incognitus est, ducat: protinus respondemus: ad intercedendum venire non possumus: quia familiaritatis eius notitiam nō habemus. Si ergo homo apud hominem de quo minime præsumit fieri intercessor erubescit: qua mente apud deum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se eius gratiæ esse per vitæ merita nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postulat: qui vtrum sit sibi placatus, ignorat? Qua in re est adhuc aliud sollicitius formidandum: ne qui placare iram posse creditur: hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquidò nouimus: quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desideris terrenis astringitur: caueat ne districti iram iudicis grauius accendēs dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis author ruinae. Solerter ergo se quisque metiatur ne locū regiminis assumere audeat: si in se adhuc vitium dānabiliter regnat: ne is quem crimen deprauat proprium: intercessor fieri appetat pro culpis aliorum. Hiuc etenim superna voce ad Moylen dicitur: Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes domino deo suo: nec accedat ad ministerium eius. Vbi & repente subiungitur. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi & torto naso, si fracto pede vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel ponderosus. Cæcus quippe est qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit: quo gressus operis porrigat, nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur: Pedes sanctorum suorum seruabit: & impij in tenebris conticescent. Claudus verò est qui quidem quo pergere debeat, aspicit: sed per infirmitatem mentis vitæ viam perfectæ non valet tenere quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur: quo per desiderium innititur, illic gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: Remissas manus & dissoluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Paruo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fetoresq; discernimus. Rectè ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus: delicta reprobamus. Vnde & in laude spōsæ dicitur: Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. Quia nimirum sancta Ecclesia quæ ex caulis singulis tentamēta prodeant: per discretionem cōspicit: & ventura vitiorū bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum æstimari hebetes nolunt: sæpe se quibusdā exquisitiōibus plus quā necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoque subditur: vel grandi & torto naso. Nasus enim grandis & tortus est discretiōis subtilitas immoderata: quæ dum plusquam decet excreuerit: actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est qui viam dei pergere omnino non valet: atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc nō vt claudus saltem cum infirmitate teneat: sed ab his omnimodo alienus existat. Gibbus verò est quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimat, ne vnquā ad superna respiciat: sed solis his quæ in infimis calcantur intendat. Qui & si quando ali quid ex bono patriæ celestis audierit: ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus cordis faciem nō attollit. Quia cogitationis statum erigere non valet: quem

terrenæ sollicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista dicit: Incuruat⁹ sum & humiliat⁹ vsqueque que. Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reproban ait: Semen autem quod in spinis cecidit: hi sunt qui audiunt verbum: & à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & non referunt fructum. Lippus verò est cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat: sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt: sed humore defluente infirmata: palpebræ grossescunt. Quæ quia infusione crebra atteruntur: etiā acies pupillæ vitiatur. Et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vitæ operatio sauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant: sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est cuius sensum natura exacuit: sed conuersationis prauitas confundit. Cui bene per angelum dicitur: Collyrio inunge oculos tuos vt videas. Collyrio quippe oculos vt videamus inungimus: cum ad cognoscendum veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuvamus. Albuginem verò habet in oculo qui veritatis lucem videre non finitur: quia arrogantia sapientiæ seu iustitiæ cæcatur. Pupilla nanque oculi nigra videt: albuginem tolerans nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis si stultum se peccatoremq; intelligit: cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iustitiæ siue sapientiæ tribuit: à luce se supernæ cognitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat: quo se apud se per arrogantiam exaltat: sicut de quibusdam dicitur: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Iugem verò habet scabiem cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim seruo viscerum ad cutem trahitur: per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsque ad operationē profilit: nimirum seruo iutimus vsque ad cutis scabiem prorumpit: & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimatur: etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat: Tentatio vos non apprehēdat, nisi humana. Ac si apertè diceret: Humanum quidem est tentationem in corde perpeti: dæmoniacum verò est in tentationis certamine in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis avaritia vastatur in mente, quæ si in paruis non compefcitur: nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat & absque occupati tædio excrefcens membrorum decorem scēdat: quia & avaritia captiuā animam dum quasi delectat exulcerat: dum adipiscēda quæque cogitationi obicit: ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit: quia æstuantī animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur: & quasi totum corpus exasperat: quia per vniuersa vitia animū supplantat: Paulo attestante qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus verò est: qui turpitudinem non exercet opere: sed tamen ab hac cogitatione cōtinua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidē vsque ad opus nefarium rapitur: sed eius animus voluptate luxuriæ sine vlllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis cum humor viscerum ad virilia labitur, quæ profectò cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est qui totis cogitationibus ad lasciuam defluēs, pondus turpitudinis gestat in corde: & quauis praua non exercent opere: ab his tamen nō euellit mēte. Nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere: quia grauat hūc in abditis pōdus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur: panes domino offerre prohibetur: ne profectò diluere aliena delicta non valeat his, quem adhuc propria deuant. Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat ostendimus: nunc is qui ad illud dignè peruenerit: in eo qualiter viuere debeat demonstramus.



Leui. 21.

Ibidem.

1. Reg. 2.

Hebr. 12.

Canti. 6.

K Psal. 118.

Luce. 8.

Apoc. 3.

L Rom. 1.

1. Cor. 10.

M

1. Tim. 6.



# SECUNDA

## PARS TRACTANS DE VITA PASTORIS.

Is qui ad regimen ordinatè peruenit: qualem se in ipso regimine debeat exhibere.

Caput. I.



**T**ANTVM debet actionem populi actio transcendere presulis: quantum distare solet à grege vita pastoris. Oportet nanque vt metiri se sollicitudine studeat: quanta tenenda: rectitudinis necessitate constringitur: sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus: actione præcipuus: discretus in silentio: utilis in verbo: singularis compassione proximus: præ cunctis contemplatione suspensus: bene agentibus per humilitatem socius: contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus: interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens: exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens. Sed hæc quæ breuiter enumerando perstrinximus: paulò latius replicando differamus.

Ut rector cogitatione sit mundus. Caput. II.

**R**ector semper cogitatione sit mundus: quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officij, vt in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat: quia necesse est vt esse munda studeat manus quæ diluere aliorum sordes curat: ne tacta quæq; deterius inquinet: si sordida in se mens lutum tenet. Hinc nanque per prophetam Esaiam dicitur: Mundamini qui fertis vasa domini. Etenim vasa domini ferunt qui proximorum animas ad æterna sacraria perducendas: in suæ conversationis fide suscipiunt. Apud semetipsum ergo quantum debeant mundari conspiciant: qui ad æternitatis tempus vasa viuere in sinu propriæ sponsonis portant. Hinc diuina voce præcipitur vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur: quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitatione fluxu possideant: sed ratio sola constringat: ne indiscretum quid vel inutile cogitet: qui est ad exemplum aliis constitutus, ex grauitate vitæ semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter adiungitur: vt duodecim nomina patriarcharum describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur: cum exempla patrum precedentium indefinenter intuetur: cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat: & cogitationes illicitas deprimat: ne extra ordinis limitem operis pedem tendat. Quod bene etiã rationale iudicij vocatur: quia debet rector semper subtili examina bona malaque discernere: & quæ vel quibus quando vel qualiter congruant studiosè cogitare: nihil quoque proprium querere: sed sua commoda propinquorum bona deputare. Vnde illic scriptum est: Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem: quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino: & gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo in conspectu domini semper. Sacerdoti quippe iudicium filiorum Israël in pectore coram domino conspectu gestare, est subiectorum causas pro sola iudicij intentione discutere, vt nihil se ei humanitatis admisceat: in eo quod diuina postus vice dispensat: ne correctionis studia priuatus dolor exasperet. Cumque contra aliena vitia emulato ostenditur: quæ sua sunt non exequatur: ne tranquillitatem iudicij aut latens inuidia maculet: aut præcepta perturbet. Sed dum consideratur terror eius qui super omnia præsidet: videlicet iudicis intimi non sine magno reguntur timore subiecti. Qui nimirum timor dum mentem rectoris humiliat, purgat: ne hanc aut presumptio spiritus leuet: aut carnis delectatio inquinat: aut per terrenarum rerum cupiditatem importunitas polluat: cogitationis ob-

scuret: quæ tamen nõ pulsare rectoris animũ nequeunt: sed festinare necesse est vt repugnatione vincatur: ne vitium quod per suggestionem tentat: mollities delectationis subingat. Cũq; hæc ab animo tardè repellitur: vereor ne cõsensus succedat. Ut rector sit semper operatione præcipuus.

Caput. III.

**S**it rector operatione præcipuus: vt vitæ viã subditis viuendo denunciet: & grex qui pastoris vocem moresequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere: hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa vox nanque libentius auditorũ corda penetrat: quam dicentis vita commendat: quia dum quod loquendo imperat: ostendendo adiuvat vt fiat. Hinc enim per prophetam dicitur: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Vt videlicet qui cœlesti prædicatione vititur, ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur: tantoque facilius subditos ad meliora pertrahat: quanto per vitæ meritum de supernis clamat. Hinc diuina lege armum sacerdos dextrum in sacrificium accipit & separat: vt non solum sit eius operatio utilis: sed etiam singularis. Nec inter malos tantummodo quæ recta sunt faciat: sed bene quoque operantes subditos: sicut honore ordinis superat: ita etiam morum virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur: vt quod de sacrificio præcipitur sumere: hoc de semetipso auctori discat immolare. Et non solum pectore quæ recta sunt cogitet: sed spectatores suos ad sublimia armo operis inuictet: nulla prospera presentis vitæ appetat: nulla aduersa pertimescat. Blandimenta enim mundi respectu intimo terrore despiciat: terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimẽto cõtemnat. Vnde supernæ quoque vocis imperio in vtroque humero sacerdos velamine superhumerali astringitur: vt cõtra aduersa ac prospera virtutum semper ornamento muniatur: quatenus iuxta vocem Pauli: Per arma iustitiæ à dextris sinistrisque gradens: cũ ad sola quæ anteriora sunt nititur: in nullo delectationis infimè latere flectatur. Non hunc prospera eleuent: non aduersa perturbent: non blãda vsq; ad voluptatem demulceant: non aspera vsque ad desperationem premant: vt dum nullis passionibus intentionem mentis humiliat: quanta in vtroque humero superhumerali pulchritudine tegatur ostendat. Quod rectè superhumeralis ex auro: hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri bysso præcipitur: vt quanta sacerdos clarescere virtutum diuersitate debeat demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget: vt in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aërio colore resplendet, adiungitur: vt per omne quod intelligendo penetrat: non ad fauores infimos: sed ad amorem cœlestium surgat: ne dum incautus suis laudibus capitur: ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque & hyacintho purpura pmiscetur: vt videlicet sacerdotale cor cum summa quæ prædicat sperat, in semetipso suggestiones vitiorum reprimat: eisque velut ex regia potestate contradicat: quatenus nobilitatem semper intimæ regenerationis aspiciat: & cœlestis regni sibi habitum moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur: Vos autem genus electum: regale sacerdotium. De hac etiã potestate qua vitia subigimus: Ioannis voce roboramur: qui ait: Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis psalmista considerat dicens: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Quia uim mirum sanctorum mens principaliter in summis erigitur cũ exterius perpeti abiecta cernuntur. Auro autem, hyacintho, bysso ac purpuræ bis tinctus cocco adiungit: vt, ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur: & cuncta quæ coram hominibus rutilant, hæc in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendant. Quæ scilicet charitas quia deum simul & proximum diligit: quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat vt proximorum curam negligat: vel sic proximorum curam exequitur: vt à diuino amore torpescat: quia vnum horum quodlibet ne-

Exo. 40.

Exo. 29.

E

2. Cor. 6.

F

1. Pet. 2.

Ioan. 1.

Psal. 138.

Esai. 52.

Esai. 28.

Ibidem.

\* al. puluer.

**G**ligit: in superhumeralis ornamēto habere coccum bis tinctum nescit. Sed cum mens ad praecepta charitatis tenditur: restat procul dubio ut per abstinentiam caro maceretur. Vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur: De terra etenim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore munditiae corporalis castitas designatur? Quae videlicet byssus torta pulchritudine superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectum munditiae cadore ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Cunctae inter virtutes ceteras etiam afflictio carnis meritum proficit: quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta candescit.

*Ut sit rector discretus in silentio: utilis in verbo.*

*Caput. III.*

**S**it rector discretus in silentio, utilis in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant, in errorem derelinquit. Saepenanque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes loqui liberè recta pertimescunt: & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodire pastorum studio, sed mercenariorum vice delerunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam dominus increpat dicens: Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur dicens: Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis murum pro domo Israel: ut staretis in praedio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatis contraire. Et in die domini in praedio stare, est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga praebuisse? Qui nimirum si pro grege se obicit: murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur: Prophetae tui videntur tibi falsa & stulta: nec aperuerunt iniquitatem tuam ut te ad poenitentiam prouocarent. Prophetae quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiua esse praesentia indicant, quae sunt futura manifestant. Quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum corripere culpas metuunt: incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiuunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis, sermo correptionis est: quia increpatione culpam detegit: quam saepe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus admonet dicens: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Praeconiis quippe officium suscipit: quisquis ad sacerdotium accedit: ut ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur: ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius: quam clamoris vocem daturus est praeco mutus? Hinc est enim quod super pastores primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit: quia nimirum quos repleuerit: de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi praecipitur ut tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur: ut videlicet voces praedicationis habeat: ne superui spectatoris iudicium ex silentio offendant. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus quando ingreditur vel egreditur sanctuarium in conspectu domini: & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur: si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis exigit: si sine sonitu praedicationis incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque bona opera clament sacerdotis. Sed cum rector se ad loquendum praeparat: sub quanto caute studio eloquatur attendat: ne si inordinatè ad loquendum rapitur: erroris vulnere audientium corda feriantur. Et cum fortasse sapiens videri desiderat: unitatis compagem insipienter abscondat. Hinc namque veritas dicit: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi sapien-

tia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur: magnopere metuat ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punico vno exteriori cortice multa interiori grana muniuntur: sic innumeros sanctae Ecclesiae populos unitas fidei contegit: quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat: hoc quod iam praemisimus: per semetipsum veritas discipulis clamat: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Ac si figuratè per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis iungite: ut per omne quod dicitis unitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est sollicita intentione rectoribus ut ab eis non solum praua nullo modo: sed ne recta quidem nimie & inordinatè proferantur: quia saepe dictorum virtus perditur: cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur, & authorem suum haec eadem loquacitas inquinat: quae seruare auditoribus ad usum profectus ignorat. Vnde bene per Moysen dicitur: Vir qui fluxum seminis patitur: immundus erit. In mente quippe audientium semen securitae cogitationis, est qualitas audite locutionis: quia dum per aurem sermo concipitur: cogitatio in mente generatur: Vnde & ab huius mundi sapientibus praedicator egregius seminiucrius est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur: immundus asseritur: quia multiloquio subditus ex eo se inquinat: quod si ordinatè promeret, prolem rectae cogitationis aedere in audientium corda potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit: non ad usum generis, sed ad immunditiam semen effundit. Vnde Paulus quoque cum discipulum de instantia praedicationis admoneret, dicit: Testificor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est viuos & mortuos, & aduentum ipsius & regnum eius: praedica verbum: Insa opportunè importunè, dicitur importunè praemisit oportune: quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua utilitate se destruit: si habere importunitas opportunitatem nescit.

*Ut rector sit singulis compassione proximus: praecunctis contemplatione suspensus.*


*Caput. V.*

**S**it rector singulis compassione proximus: praecunctis contemplatione suspensus: ut & per pietatis viscera in se firmitatem ceterorum transferat: & per speculationis altitudinem semetipsum quoque inuisibilia appetendo transcendat: ne aut alta petens proximorum infirma despiciat: aut infirmis proximorum congruens, appetere alta derelinquat. Hinc est namque quod Paulus in paradisum ducitur: coelique tertij sacra rimatur: & tamen illa inuisibilia contemplatione suspensus, ad cubile carnalium aciem mentis renocat: atque in occultis suis qualiter debeant conuersari dispensat dicens: Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat: & vnaqueque suum virum habeat. Vxor vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Et paulo post. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus: ut vacetis orationi. Et iterum: Reuertimini in seipsos: ne tentet vos satanas. Ecce iam coelestibus secretis inseritur: tamen per condescensionis viscera carnalium cubile perferatur: & quem subleuat usque ad inuisibilia erigit: hunc miseratus ad secreta infirmantium oculum cordis flectit. Coelum contemplatione transcendit: nec tamen statum carnalium sollicitudine deserit: quia compage charitatis summis simul & infimis iunctus, & in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur: & pietate in aliis aequanimiter infirmatur. Hinc etenim dicit: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur: & ego non vror? Hinc rursum ait: Factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus. Quod videlicet exhibebat non amittendo fidem: sed ostendendo pietatem: ut in se personam infidelium transfigurans ex semetipso disceret qualiter aliis misereri debuisset: quatenus hoc illis impenderet quod sibi ipsi si ita esset, impendi rectè voluisset. Hinc iterum dicit: Siue mente excedimus deo: siue sobrii sumus vobis, quia & semetipsum nouerat contemplando



Esa. 56.  
Ezec. 13.  
H  
Ezec. 13.  
1. Tim. 3.  
Mala. 2.  
Esa. 40.  
Aca. 2.  
Exod. 28.  
Ibidem.  
Psal. 131.  
Mar. 9.

Roma. 12.  
Exo. 38.  
al. morum  
Mar. 9.  
Leui. 15.  
L  
2. Tim. 4.  
2. Cor. 10.  
M  
1. Cor. 7.  
Ibidem.  
2. Cor. 11.  
1. Cor. 9.  
2. Cor. 5.



**A** templando transcendere: & eundem se auditoribus condescendendo temperare. Hinc iacob domino desuper innitente & vincto deorsum lapide ascendentes angelos ac descendentes vidit, quia scilicet prædicatores sancti non solum sursum sanctum caput Ecclesie, videlicet dominum contemplando appetunt: sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat & exit: & qui intus in contemplatione rapitur: foris infirmitatum negotiis vrgetur. Intus dei arcana considerat: foris opera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit: coram testamenti arca dominum consulit: exemplum proculdubio rectoribus præbens, ut cum foris ambigunt quid disponant: ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant: & velut coram testamenti arca dominum consulant, si de his in quibus dubitant, apud semetipsos intus sacri eloquij paginas requirant. Hinc ipsa veritas per susceptionem nostræ humanitatis ostensa nobis, in monte orationi inhæret: miracula in urbibus exercet: imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens: ut etsi iam summa contemplando appetant: necessitatibus tamen infirmitatum compatiendo miscantur: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & cum benignè descendit ad infima, valèter recurrit ad summa. Tales autem sese qui præsumunt exhibeant: quibus subiecti occulta quoque sua prode non erubescant: ut cum tentationum fluctus paruuli tolerant: ad pastorem mentem quasi ad matris sinum recurrant: & hoc quod se inquinari pulsantis culpæ sordibus prævident, exhortationis eius solatio ac lachrymis orationis lauent. Vnde & ante fores templi ad ablutas ingredientium manus mare æneum, id est, luterem duodecim boues portant: qui quidem facie exteriori eminent: sed ex posterioribus latent. Quid nanque duodecim boues, nisi vniuersus pastorem ordo designatur? De quibus Paulo differente lex dicit: Non obturabis os boni trituranti. Quorum quidem nos aperta opera cernimus, sed apud districtum iudicem quæ illos posterius maneat in occulta retributione nescimus. Qui tamen cum condescensionis suæ patientiam diluendis proximorum confessionibus præparant, velut ante fores templi luterem portant, ut quisquis intrare æternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastorem indicet, & quasi in bouem luterem cogitationis vel operis manus lauet. Et sit prærunque, ut dum rectoris animus aliena tentamenta condescendendo cognoscit, auditis tentationibus etiam ipse pulsetur, quia & hæc eadem per quam populi multitudo diluitur, aqua proculdubio luteris inquinatur, nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suæ muditiæ serenitatem perdit. Sed hæc nequaquam pastori timenda sunt, quia deo subtiliter cuncta dispensante, tanto facilius à sua eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur.

Lucæ. 6.

1. Cor. 9.

1. Timo. 5.

**C** *Ut sit rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus.*

Caput. VI.

Gen. 9.

**S**it rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus, ut & bonis in nullo se præferat, & cum priorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat, quatenus & honore suppresso æqualem se subditis bene viuentibus putet, & erga peruersos iura rectitudinis exercere non formidet. Nam sicut in libris moralibus dixisse me memini, liquet quod omnes homines natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine alios aliis culpa postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accessit ex vitio, diuino iudicio dispensatur, ut quia omnis homo eque stare non valet, alter regatur ab altero. Vnde cuncti qui præsumunt, non in se potestatem debent ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis, nec præesse se hominibus gaudeant, sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorantur. Et cum Noë domibus filiisque eius benediceret dicens: Crescite & multiplicamini & replete terram, protinus adiunxit: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animantia terræ. Quorum videlicet terror ac tremor quia esse super animantia terræ precipitur, profectò esse super homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autem

hominibus ceteris natura prælatus est, & idcirco ei dicitur, D ut ab animalibus & non ab hominibus timeatur, quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri. Et tamen necesse est ut rectores à subditis timeantur, quando ab eis deum minime timeri deprehendant, ut humana saltem formidine peccare metuant qui diuina iudicia non formidant. Nequaquam nanque præpositi ex hoc quæsito timore superbiunt, in quo non tuam gloriam: sed subditorum iustitiam quærunt. In eo enim quod metum sibi à peruersè viuentibus exigunt, quasi non hominibus, sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini subiaccere substrati. Sed prærunque rector eo ipso quo ceteris præeminet, elatione cogitationis intumescit. Et dum ad usum cuncta subiaccit, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus effert, malè gestis autem nulla auctoritate contradunt, dum prærunque laudant etiam quod reprobare debuerant, seductis ab his quæ supra suppetunt super se animus extollitur, & dum foris immenso favore circumdatur, intus veritate vacuatur, atque oblitus sui in voces se spargit alienas, talemque se credit, qualem se foris audit, non qualem intus discernere debuit. Subiectos despicit eosque æquales sibi naturæ origine non agnoscit, & quos forte potestatis excelserrit, transcendisse se etiam vitæ meritis credit. Cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum, & qui æqua ceteris naturæ conditione constringitur, ex æquo respicere ceteros dedignatur. Sicque vsque ad eius similitudinem ducitur, de quo scriptum est: Omne sublime videt, & imple est rex super vniuersos filios superbiæ. Qui singulare culmen appetens, & socialem angelorum vitam despiciens ait: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foueam delectationis inuenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apollata quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiæ culmine potestatis excreuit: per humilitatem quippe prælatus est per superbiam reprobatus, domino attestante qui ait: Nonne cum esses paruulus in oculis tuis caput te constitui in tribubus Israel? Paruulum se in suis prius oculis viderat, sed fultus temporali potentia, iam se paruulum non videbat. Ceterorum nanque comparationi se præferens, quia plus cunctis poterat, magnum se præ omnibus æstimabat. Miro autem modo cum apud se paruulus, apud deum magnus, cum verò apud se magnus apparuit, apud deum paruulus fuit. Prærunque ergo dum ex subiectorum affluentia animus inflatur, in luxum superbiæ ipso potentia fastigio lenocinante corrumpitur. Quam videlicet potentiam bene regit qui & tenere illam nouerit & impugnare. Bene hæc regit qui scit per illam super culpas erigi, scit & cum illa ceteris æqualitate componi. Humana etenim mens prærunque extollitur etiam cum nulla potestate fulcitur, quanto magis in altum se erigit, cum se ei etiam potestas adiungit? Quam tamen potestatem rectè dispensat qui sollicitè nouerit & assumere ex illa quod adiuuat, & expugnare quod tentat, & æqualem se cum illa ceteris cernere, & tamen se peccantibus zelo vltionis auteferre. Sed hanc discretionem plenius agnoscimus, si pastorem primæ exempla cernamus. Petrus nanque auctore deo sanctæ Ecclesie principatum tenens, à bene agente Cornelio, & sese ei humiliter prosterne, immoderatus venerari recusauit, seq; ei similem recognouit, dicens: Surge ne feceris, & ipse ego homo sum. Sed cum Ananiæ & Saphiræ culpam reperit, mox quanta potentia super ceteros excreuisset, ostendit. Verbo nanque eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit, & summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Illic communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis, hic zelus vltionis ius aperuit potestatis. Paulus bene agentibus fratribus prælatum se esse nesciebat, cum diceret: Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Atque ilico adiunxit: Fide enim statis. Ac si id quod præulerat aperiret dicens: Ideo non dominamur fidei vestræ, quia fide statis, æquales enim vobis sumus in quo vos stare cognoscimus. Quasi prælatum

E

Iob. 40.

Esa. 14.

1. Reg. 5.

F

Aa. 10.

Aa. 5.

2. Cor. 1.



**G** latum se fratribus esse nesciebat, cum diceret: Facti sumus sicut parvuli in medio vestrum. Et rursum: Nos autem servi vestri per Christum. Sed cum culpam quae corrigi debuisset inuenit, ilico magistrum se esse recoluit dicens: Quid vultis? In virga veniam ad vos? Summus itaque locus bene regitur cum is qui praest, vitis potius quam fratribus dominatur. Sed cum delinquentes subditos praepositi corrigunt, restat necesse est vt solliciti attendant quatenus per disciplinae debitum culpas quidem iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam aequales se ipsis fratribus qui corriguntur, agnoscant: quamvis praerunquam etiam dignum est, vt eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione praeramus. Illorum namque per nos vitia disciplinae vigore feriuntur, in his vero quae ipsi committimus ne verbi quidem ab aliquo inuectione laceramur. Tanto ergo apud dominum obligatiores sumus, quanto apud homines inultu peccamus. Disciplina autem nostra subditos diuino iudicio tanto liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit: Seruanda itaque est & in corde humilitas, & in opere disciplina. Atque inter haec solerter intueendum est, ne dum immoderatus custoditur virtus humilitatis, soluantur iura regiminis, & dum praelatus quisque plus se quam decet delicit, subditorum vitam distingere sub disciplinae vinculo non possit. Teneant ergo rectores exterius quod pro aliorum utilitate suscipiunt, feruent interius quod de sua aestimatione pertimescunt. Sed **H** tamen quibusdam signis decenter erumpentibus eos apud se esse humiles etiam subiecti deprehendant, quatenus & in auctoritate eorum quod formident videant, & de humilitate quod imitentur agnoscant. Studeant igitur sine intermissione qui praesunt, vt eorum potentia quanto magna exterius certitur, tanto apud eos interius deprimatur, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animam rapiat, ne iam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. Ne enim praesidentis animus ad elationem potestatis suae delectatione rapiatur, recte per quemdam sapientem dicitur: Duce te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis. Hinc etiam Petrus ait: Non dominantes in clero, sed forma facti gregi. Hinc per semetipsum veritas ad altiora nos vterumque merita prouocans dicit: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, fiat sicut minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Hinc est quod seruus ex suscepto regimine elatum, quae post supplicia maneat indicat dicens: Quod si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit dominus meus venire, & coeperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriis, veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum partemque eius ponet cum hypocritis. Inter hypocritas enim iure deputatur, qui ex simulatione disciplinae ministerium regiminis vertit in vsum dominationis, & tamen nonnunquam grauius delinquitur si inter peruersos plus aequalitas quam disciplina custoditur. Quia enim falsa pietate superatus ferire Hely delinquentes filios noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit. Hinc namque diuina voce ei dicitur: Honorasti filios tuos magis quam me. Hinc pastores increpat per prophetam dicens: Quod fractum est non alligastis, & quod abiectum fuerat non reduxistis. Abiectum enim reducitur cum quisque in culpa lapsus, ad statum iustitiae ex pastoralis sollicitudinis vigore reuocatur. Fracturam vero ligamen astringit, cum culpam disciplina deprimat, ne plaga vsque ad interitum defluat, si hanc districtioris seueritas non coarctat. Sed sepe deterius fragitur, cum fractura incaute colligatur, ita vt grauius scissuram sentiat, si hanc immoderatus ligamenta constringat. Vnde necesse est vt cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, magna se sollicitudine etiam districtior ipse moderetur, quatenus sic iura disciplinae contra delinquentes exerceat, vt pietatis viscera non amittat. Curandum quippe est vt rectorem subditis & matrem pietas, patrem exhibeat disciplina. Atque inter haec sollicita circumspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Nam sicut in libris moralibus iam diximus, disciplina vel miseri-


Eccle. 31.  
1. Pet. 5.  
Mat. 20.  
Mat. 24.  
Ibidem.  
1. Reg. 2.  
Ibidem.  
Ezech. 34.

cordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed et **K** ga subditos suos inesse rectoribus debet & iuste consolans misericordia, & pie seruans disciplina. Hinc namque est quod docente veritate per Samaritani studium semiuinus in stabulum ducitur, & vinum atque oleum eius vulneribus adhibetur, vt per vinum scilicet mordeantur vulnera, per oleum foueantur. Necesse quippe est vt quisquis sanandis vulneribus praest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum foueantur sananda. Miscenda ergo est lenitas cum seueritate, faciendum quoddam temperamentum ex utroque, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Quod iuxta Pauli vocem bene illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul, & mana est, quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore si est virga districtioris, sic & manna dulcedinis. Hinc Dauid ait: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga **P** sal. 20. enim percussimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgae quae feriat, sic & consolatio baculi quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate sequens: sit pietas, sed non plus quam expediat, parcens: vt dum se in arce regiminis iustitia clementiaque permisceant, is qui praest, corda subditorum & terrendo demulceat, & tamen terroris reuerentiam demulcendo constingat.

*Vt sit rector interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, prouidentiam in interiorum sollicitudine non relinquens. Caput. VII.*

**S** it rector interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in interiorum occupatione non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, quae foris debet proximis non impendat. Saepem nanque nonnulli velut oblitus quod fratribus animarum causa praelati sunt, toto cordis aduersu secularibus curis inseruiunt: has, cum assunt, se agere exultant: ad has etiam cum desunt, diebus ac noctibus cogitationis turbide aestibus anhelant. Cumque ab his cessante forsitan opportunitate quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur. Voluptatem namque censent si actionibus deprimuntur, laborem deputant si in terrenis negociis non laborant, sicque fit vt dum vgeri se mundanis tumultibus gaudeant, interna quae alios docere debebant ignorent. Vnde subditorum quoque proculdubio vita torpescit, quia cum proficere spiritualiter appetit, in exemplo eius qui sibi praelatus est quasi in obstaculo itineris offendit. Langueente enim capite, incassum membra vigent, & in exploratione hostium frustra exercitus velociter sequitur, si ab ipso duce itineris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio subleuat, eorumque culpas increpatio nulla castigat, quia dum per animarum praesulem terreni exercetur officium iudicis, a gregis custodia vacat cura pastoris, & subiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum pastoris sensus terrena studia occupant, vento tentationis impulsus Ecclesiae oculos puluis caecat. Quo contra recte humani generis redemptor, cum nos a ventris voracitate compesceret, dicens: Attendite **L** uca. 21. autem vobis vt non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, ilico adiunxit, aut in curis huius vitae. Vbi pauorem quoque protinus intentum adiciens, ne forte, inquit, superueniat in vos repentina dies illa. Cuius aduentus etiam qualitatem denunciat dicens: Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terrae. Hinc iterum dicit: Nemo potest duobus dominis seruire. Hinc Paulus religiosorum mentes a mundi consortio contestando, ac potius conueniendo suspendit dicens: Nemo militans deo implicat se negociis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Hinc Ecclesiae rectoribus & vacandi studia praecipit, & consulendi remedia ostendit dicens: Secularia igitur iudicia si **L** Cor. 6. habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum, vt ipsi videlicet dispensationibus terrenis inseruiant, quos dona spiritualia non exornant. Ac si aperiuntur dicat: Quia penetrare intima nequeunt, saltem necessaria foris operentur. Hinc Moyses qui cum deo loquitur, retro alienigenae reprehensione iudicatur, quod terrenis **E** xod. 18. populorum

Luce. 10.  
Psal. 20.  
Luce. 21.  
Luce. 16.  
2. Tim. 2.  
L. Cor. 6.  
Exod. 18.



**A** populorum negotiis stulto labore deseruiat, cui & consilium  
 mox prebetur, vt pro se alios iurgia dirimenda constituat, &  
 ipse liberius ad erudiendos populos spiritaliu arcana cogno  
 scat. A subditis ergo inferiora gerenda sunt, a rectorib<sup>9</sup> sum  
 ma cogitanda, vt scilicet oculum qui prouidendis gressibus  
 preueniat, cura pulueris non obscuret. Caput nanque subie  
 ctorum sunt cuncti qui præsunt, & vt recta valeant pedes iti  
 nera carpere, hæc proculdubio caput debet ex alto prouide  
 dere, ne a profectus sui itinere pedes torpeat, cum quaua  
 rectitudine corporis caput sese ad terram declinat. Quia au  
 tem mente animarum præsul honore pastoralis inter ceteros  
 vitur, si in terrenis negotiis quæ reprehendere in aliis de  
 buit, & ipse versatur? Quod videlicet ex ira iustæ retributi  
 onis per prophetam dominus minatur dicens: Et erit sicut po  
 pulus, sic sacerdos. Sacerdos quippe est vt populus, quando  
 ea agit is qui spiritali officio fungitur, quæ illi nimirum fa  
 ciunt qui adhuc de studiis carnalibus iudicatur. Quod cum  
 magno dolore scilicet charitatis Hieremias propheta con  
 spiciens, quasi sub destructione templi deplorat dicens: Quo  
 modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dis  
 persi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?  
 Quid nanque auro quod metallis cæteris præeminet nisi ex  
 cellentia sanctitatis? Quid colore optimo, nisi cunctis amabi  
 lis reuerentia religionis exprimitur? Quid per sanctuarij la  
 pides, nisi sacrorum ordinum personæ figurantur? Quid pla  
 tearum nomine nisi præsentis vitæ latitudo signatur? Quia e  
 nim Græco eloquio *πλάτος* latitudo dicitur, profectò a lati  
 tudine plateæ sunt vocatæ. Per semetipsam verò veritas di  
 citur: Lata & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem. Aurû  
 igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita pol  
 luitur. Color optimus commutatur, cum quorûdam qui de  
 gere religiosè credebantur, æstimatio antea facta minuitur.  
 Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se acti  
 bus inserit, quasi colore permutato ante humanos oculos e  
 ius reuerentia despecta pallefcit. Sanctuarij quoque lapides  
 in plateas dispergantur, cum causarum secularium foras la  
 ta itinera expetunt hi, qui ad ornamentum Ecclesiæ internis  
 mysteriis quasi in secretis sanctuarij vacare debuerunt. Ad  
 hoc quippe sanctuarij lapides fiebant, vt intra sancta sancto  
 rum in vestimento summi sacerdotis apparent. Cum verò  
 ministri religionis a subditis honorè redemptoris sui ex me  
 rito vitæ non exigunt, sanctuarij lapides in ornamento pon  
 tificis non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per  
 plateas iacent, cum personæ sacrorum ordinum voluptatum  
 inarum libidini deditæ terrenis negotiis inhærent. Et no  
 tandum quod non hos dispersos in plateis, sed in capite pla  
 tearum dicit: quia & cum terrena agunt, summi videri appe  
 tunt, vt & lata itinera teneat ex voluptate delectationis, & ta  
 men in platearum sint capite ex honore sanctitatis. Nil quo  
 que obitat si sanctuarij lapides eosdem ipsos quibus cõstru  
 ctum sanctuarium existeret accipimus, qui dispersi in pla  
 tearum capite iacent, quando sacrorum ordinum viri terre  
 nis actibus ex desiderio inseruiunt, ex quorum prius officio  
 sanctitatis gloria stare videbatur. Secularia itaque negocia  
 aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam verò ex  
 amore requirenda, ne cum mentè diligentis aggrauant, hæc  
 suo victam pondere ad ima de coelestibus immergât. At con  
 trà sunt nonnulli qui gregis quidem curam suscipiunt, sed sic  
 sibimet vacare ad spiritalia appetunt, vt rebus exterioribus  
 nullatenus occupentur. Qui cum curare corporalia funditus  
 negligunt, subditorum necessitatibus minimè concurrunt.  
 Quorum nimirum prædicatio plerunque despicitur, quia dū  
 delinquentium facta corripuit, sed tamen eis necessaria vi  
 tæ præsentis non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur.  
 Egens etenim mentem doctrinæ sermo non penetrat, si hūc  
 apud eius animū manus misericordiæ non commendat. Tunc  
 autem verbi semen facile germinat, quando hoc in audientis  
 pectore pietas prædicantis rigat. Vnde rectori necesse est, vt  
 interiora possit infundere, cogitatione innoxia etiã exteriora  
 prouidere. Sic itaq; pastores erga interiora studia subditorū  
 suorum serueant, quatenus in eis exterioris quoque vitæ prou  
 identiã non relinquunt. Nam quasi iure vt diximus, a per  
 cienda prædicatione gregis animus frangitur, si cura exte  
 rioris subsidij a pastore negligatur. Vnde & primus pastor

sollicitè admonet dicens: Seniores qui in vobis sunt obsecro  
 confenior & testis Christi passionum, qui & eius quæ in futu  
 ro reuelanda est gloriæ communicator, pascite qui in vobis  
 est gregem dei. Qui in hoc loco vtrum passionem cordis an  
 corporis suaderet aperuit cum protinus subiunxit: Proui  
 dentes non coactè, sed spontaneè secundum deum, neq; turpis  
 lucri gratia sed voluntariè. Quibus profectò verbis pastoribus  
 piè præcauetur, ne dum subiectorum inopiam nimie sa  
 tiant, se mucrone ambitionis occidant, ne cum per eos carnis  
 subsidiis reficiuntur proximi, ipsi remaneant a iustitiæ pane  
 ieiuni. Hanc pastorum sollicitudinem Paulus excitat dicens:  
 Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, si  
 dem negauit, & est infideli deterior. Inter hæc itaque metu  
 endum semper est & vigilanter intueudum, ne dum cura ab  
 eis exterior agitur, ab interna intentione mergantur. Plerun  
 que enim vt prædiximus, corda rectorū dum temporali sol  
 licitudine incautè deseruiunt ab intimo amore refrigerant,  
 & foras fusa obliuisci non metuunt quia animarum regimina  
 susceperunt. Sollicitudo ergo quæ subditis exterius impen  
 ditur, sub certa necesse est mensura teneatur. Vnde bene ad  
 Ezechielem dicitur: Sacerdotes caput suum non radant, neq;  
 comam nutriant, sed tondentes attondeant capita sua. Sacer  
 dotes nanque iure vocati sunt, qui vt sacrum ducatum præ  
 beant fidelibus præsent. Capilli verò in capite exteriores,  
 sunt cogitationes in mente. Qui dum super cerebrum insen  
 sibiliter oriuntur, curas vitæ præsentis exprimunt, quæ ex seu  
 su negligenti, quia importunè aliquando procedunt, quasi no  
 bis non lentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui præ  
 sunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec ta  
 men vehementer eis incumbere, sacerdotes rectè & caput  
 prohibentur radere & comam nutrire: vt cogitationes car  
 nis de vita subditorum, nec a se funditus amputent, nec rur  
 sum ad crescendo nimis relaxent. Vbi & bene dicitur: Ton  
 dentes tōdeant capita sua, vt videlicet curæ temporalis sol  
 licitudinis & quantum necesse est prouideant, & tamen re  
 secantur citius ne immoderatus excrescant. Dum igitur &  
 per administratam exteriorum prouidentiam corporum vi  
 ta protegitur, & rursus per immoderatam cordis intentionē  
 non impeditur, capilli in capite sacerdotis & seruantur vt cu  
 tem cooperiant, & ressecantur ne oculos claudant.

*Ne placere rector suo studio hominibus appetat sed  
 tamen ad quid placere debeat intendat. Caput. VIII.*

**I**nter hæc quoque necesse est vt rector solerter inuigilet,  
 ne hūc cupidò placēdi hominibus pulset, ne cum studiose  
 interiora penetrat, cum prouidē exteriora subministrat,  
 se magis, a subditis diligi quàm veritatē quærat, ne cum bo  
 nis actibus fultus a mundo videtur alienus, hunc auctori red  
 dat extraneum amor suus. Hostis nanque redemptoris est, qui  
 per recta opera quæ facit, eius vice ab Ecclesia amari concu  
 piscit: quia adulterinæ cogitationis est reus, si placere puer  
 sponsæ oculis appetit per quem sponsus dona trãsmisit. Quia  
 nimirum amor proprius cum rectoris mentē ceperit, aliquā  
 do hanc inordinatè ad mollitiem, aliquando verò ad asperita  
 tem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in mollitiē  
 vertitur, quia cum peccantes subditos respicit, ne erga hunc  
 eorum dilectio torpeat, corripere non præsumit, nonnunquã  
 verò errata subditorum quæ increpare debuerat, adulatione  
 demulcet. Vnde bene per prophetam dicitur: Vx his qui  
 consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cer  
 uicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Pul  
 uillos quippe sub omni cubito manus ponere, est cadentes a  
 sua rectitudinē animas, atque in huius mundi se dilectione  
 reclinantes, blanda adulatione resouere. Quasi enim puluil  
 lo cubitū, vel ceruicalibus caput iacentis excipitur, cum cor  
 reptionis duritia peccanti subtrahitur, eiq; mollities fauoris  
 adhibetur, vt in errore molliter faceat, quem nulla asperitas  
 contradictionis pulsat. Sed hæc rectores qui semetipsos di  
 ligunt, his proculdubio exhibent, a quibus se noceri posse in  
 studio gloriæ temporalis timent. Nam quos nil contra se va  
 lere conspiciunt, hos nimirum asperitate rigidæ semper in  
 uectionis premunt, nunquam clementer admonent, sed pa  
 storalis māsuetudinis obliu, iure dominationis terrēt. Quos  
 rectè per prophetam diuina vox increpat dicens: Vos autem  
 cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Plus enim  
 se suo

1. Pet. 5.

1. Tim. 5.

Eze. 44.

E

Eze. 13.

Eze. 34.



**G** se suo auctore diligentes, iactanter erga subditos se erigunt, nec quid agere debeant, sed quid valeant attendunt. Nil de subsequenti iudicio metuunt, qui improbe de temporali potestate gloriantur. Libet ut licenter & illicita faciant, & subditorum nemo contradicat. Qui ergo & prava studet agere, & tamen ad haec vult ceteros tacere, ipse sibi refus est quia plus se veritate appetit diligi, quam contra se non vult defendi. Nemo quippe est qui ita vivat ut aliquatenus non delinquat. Ille ergo seipso amplius veritatem desiderat amari, qui sibi a nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim Petrus increpationem Pauli libenter accipit. Hinc David increpationem subditi humiliter audiit, quia rectores boni dum privato diligere amore se nesciunt, liberae puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter haec necesse est ut cura regiminis tanti moderamine arte temperetur, quatenus subditorum mens cum quaedam recte sentire poterit, sic in vocis libertatem prodeat, ut tamen libertas in superbia non erumpat: ne dum fortasse immoderatus lingua: eis libertas conceditur, vita ab his humilitas amittatur.

2. Reg. 5.

Sciendum quoque est quod non oportet ut rectores boni placere hominibus appetant, sed ut suae aetimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant: non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam quasi quandam viam faciant, per quam corda audientium ad amorem conditoris sui introducant. Difficile quippe est ut quamlibet recta denuncians praedicator, qui non diligitur, libenter audiatur: Debet ergo qui praest, & studere se diligi, quatenus possit audiri, & tamen amorem suum pro seipso non quaerere, ne inveniatur ei cui servire per officium cernitur, occulta cogitationis tyrannide resultare. Quod bene Paulus insinuat, cum sui nobis studij occulta manifestat dicens: Sicut & ego per omnia placeo omnibus. Quid tamen rursus dicit: Ego si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Placet ergo Paulus & non placet, quia in eo quod placere appetit, non se, sed per se hominibus placere veritatem quaerit.

1. Cor. 10. Ibidem.

*Quod scire sollicitè rector debeat quod plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Caput. IX.*

**S**cire etiam rector debet quod plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Nam saepe sub parsimoniae nomine se tenacia palliat, contraque se effusio sub appellatione largitatis occultat. Saepè inordinata remissio pietas creditur, & effrenata ira spiritalis zeli virtus aestimatur. Saepè precipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi tarditas gravitatis consilium putatur. Vnde necesse est ut rector animarum, virtutes ac vitia vigilantem cura discernat, ne aut cor tenacia occupet, & parcum se videri in dispensationibus exaltet, aut cum effusè quid impenditur, largum se quasi miserando gloriatur, aut remittendo quod ferire debuit, ad aeterna supplicia subditos pertrahat, aut immaniter ferièdo quod delinquitur, ipse gravius delinquat, aut hoc quod agi rectè ac graviter potuit, immaturè praeveniens leuiget, aut bonae actionis meritum differendo ad deteriora permutet.

\* al. perditur.

*Quod esse debet & rectori discretio correctionis, & dissimulationis feruoris, & mansuetudinis. Caput. X.*

**S**ciendum quoque est quod aliquando subditorum vitia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur, indicanda: aliquando & aperte cognita, mature toleranda, aliquando vero subtiliter & occultè perferenda: aliquando leniter arguenda, aliquando autem vehementer increpanda. Nonnulla quippe, ut diximus, prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur, indicanda, ut cum delinquens & deprehendi se cognoscit, & perpeti: has quas in se tacite tolerari considerat, augere culpas erubescat, seque se iudice puniat, quem sibi apud se rectoris patientia clementer excusat. Qua scilicet dissimulatione bene iudicem dominus corripit, cum per prophetam dicit: Mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens & quasi non videns. Et dissimulavit ergo culpas & innotuit, quia & contra peccantem tacuit, & hoc ipsum tamen quia tacuerit dixit. Nonnulla autem vel aperte cognita, mature toleranda sunt, cum videlicet rerum minime opportunitas con-

Esa. 57.

gruit ut aperte corrigatur. Nam secta immaturè vulnera deterius inferuiscunt, & nisi cum tempore medicamenta conveniant, constat proculdubio quod medendi officium amittat. Sed cum tempus subditis ad correptionem queritur, sub ipso culparum pondere patientia praesulis exercetur. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. In dorso, quippe onera sustinemus. Supra dorsum igitur suum fabricasse peccatores queritur, ac si aperte dicat: Quos corrigere nequeo, quasi superimpositum onus porto. Nonnulla autè subtiliter & occultè sunt perferenda, ut quibusdam signis erumpentibus rector in subditorum mente, omne quod clausum latet, inveniatur, & interveniente correptionis articulo, ex minimis maiora cognoscatur. Vnde rectè ad Ezechielem dicitur: Fili hominis fode tibi parietem. Vbi mox idem propheta subiungit: Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum. Et dixit ad me: Ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe praepositorum ordo signatur, per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere, nisi acutis inquisitionibus duritiam cordis aperire? Quem cum fodisset apparuit ostium, quia cum cordis duritia vel studiosis percussationibus, vel maturis correptionibus scinditur, quasi quaedam ianua ostenditur, ex qua omnia in eo qui corripitur cogitationum interiora videantur. Vnde & bene illic sequitur: Ingredere & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Quasi ingreditur ut abominationes aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterioribus ita corda subditorum penetrat, ut cuncta ei quae illicitè cogitantur innotescant. Vnde & subdit: Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio. In reptilibus cogitationes omnino terrena signantur, in animalibus vero iam quidè aliquantulum a terra suspensa, sed adhuc terrenae mercedis praemia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terra inhaerent, animalia autem magna parte corporis a terra suspensa sunt, appetitu tamen gulae ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra parietem, quando cogitationes voluuntur in mente, quae a terrenis desideriis nunquam leuatur. Animalia quoque sunt intra parietem, quando & si qua iam iusta, si qua honesta cogitantur, appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deseruunt, & per semetipsa quidè quasi a terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitum quasi per gulae desiderium sese ad ima submitunt. Vnde & bene subditur: Et uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Scriptum quippe est: Et avaritia quae est idolorum seruitus. Rectè ergo post animalia idola describuntur, quia etsi honesta actione nonnulli quasi a terra se erigunt, ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terram deponunt. Bene autem dicitur, depicta erant: quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberado cogitatur. Notandum itaque est quia prius foramen in pariete ac deinde ostium cernitur, & tunc demum occulta abominatio demonstratur: quia nimirum uniuscuiusque peccati prius signa forinsecus, deinde ianua aperta: iniquitatis ostenditur, & tunc demum omne malum quod intus latet aperitur. Nonnulla autem sunt leniter arguenda, nam cum non malicia, sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur, profectò necesse est ut magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur. Cuncti quippe quousque in hac mortali carne subtilissimus, corruptionis nostrae infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo debet unusquisque colligere qualiter aliene hunc oporteat imbecillitati misereri, ne contra infirmitatem proximi si ad increpationis vocem feruentius rapsatur, oblitus sui esse videatur. Vnde bene Paulus admonet dicens: Si quis praecipit fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum ne & tu teneas. Ac si aperte dicat: Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicias, pensa quod es, ut increpationis zelo se spiritus temperet, dum sibi quoque quod increpat tamen met. Nonnulla autem sunt vehementer increpanda, ut cum culpa ab auctore non cognoscitur quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur. Et cum sibi quis malum quod perpetravit

Psal. 128.


Eze. 8. Ibidem.

L

Coloss. 3.

M

Gala. 6.



Exec. 4.

Ibidem.

**A** petrauit leuigat, hoc contra se grauit ex corripientis asperitate pertimescat. Debitum quippe rectoris est supernae patriae gloriam per vocem praedicationis ostendere, quanta in huius vitae itinere tentamenta antiqui hostis lateant aperire, & subditorum mala quae tolerari leniter non debent, cum magna zelus asperitate corrigere, ne si minus contra culpas accenditur, culpam omnium reus ipse teneatur. Vnde bene ad Ezechielem dicitur: Sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Statimque subiungitur: Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & aedificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Eique ad munitionem suam protinus subiunxit: Et tu sume tibi sartagine ferream, & pones eam murum ferream inter te & ciuitatem. Cuius enim Ezechiel propheta nisi magistrorum speciem tenet? Cui dicitur, sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Sic quippe sancti doctores sibi laterem sumunt quando terrenum auditorum cor ut doceant apprehendunt. Quem scilicet laterem coram se ponunt, quia tota mentis illud intentione custodiunt. In quo & ciuitatem Hierusalem iubentur describere, quia praedicando terrenis cordibus curant summopere quae sit supernae pacis visio demonstrare. Sed quia incassum gloria patriae caelestis agnoscitur, nisi & quanta hic irruant hostis callidi tentamenta noscatur, apte subiungitur: Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & aedificabis munitiones. Sancti quippe praedicatores obsidionem circa laterem in quo Hierusalem ciuitas descripta est ordinant, quando terrenae menti, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitae tempore vitiorum impugnet aduersitas, demonstrant. Nam cum unquam quod peccatum quomodo proficentibus insidietur ostenditur, quasi obsidio circa ciuitatem Hierusalem vocem praedicatoris ordinat. Sed quia non solum debent innotescere qualiter ordinat impugnet, verum etiam quomodo custodit nos virtutes roborent, recte subiungitur: & aedificabis munitiones. Munitiones quippe sanctus praedicator aedificat, quando quae virtutes quibus resistant vitiis demonstrat. Et quia crescente virtute, plerumque bella tentationis augentur, recte adhuc subditur: Et comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Aggerem namque comportat, quando praedicator quique molem crescentis tentationis enunciat. Et contra Hierusalem castra erigit, quando rectae intentioni auditorum hostis callidi incirculpectas & quasi incomprehensibiles insidias praedicat. Atque arietes in gyro ponit, cum tentationum aculeos in hac vita nos vndique circumdantes & virtutum murum perforantes innotescit. Sed cuncta haec licet subtiliter rector insinuet, nisi contra delicta singulorum amulationis spiritu ferueat, nullam sibi in perpetuum absolutionem parat. Vnde illic adhuc recte subiungitur: Et tu sume tibi sartagine ferream, & pones eam murum ferream inter te & ciuitatem. Per sartagine quippe fixura mentis, per ferrum vero increpationis fortitudo signatur. Quid vero acrius doctoris mentem quam zelus dei frigit & exacerbat? Vnde Paulus huius sartagine vrebatur fixura cum diceret: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Et quia quisquis zelo dei accenditur ne damnari ex negligentia debeat, forti in perpetuum custodia munitur, recte dicitur, pones eam murum ferream inter te & ciuitatem. Sartago enim ferrea murus ferreus inter prophetam & ciuitatem ponitur, quia cum nunc fortem zelum rectores exhibent, eundem zelum postmodum inter se & auditores suos fortem munitionem tenent, ne tunc ad vindictam destituti sint, si nunc fuerint in corruptione dissoluti. Sed inter haec sciendum est quia dum ad increpationem se mens doctoris exasperat, difficile valde est ut non aliquando & ad aliquid quod dicere non debet erumpat. Et plerumque contingit ut dum culpa subditorum cum magna inuentione corripitur, magistri lingua usque ad excessum verba pertrahatur. Cumque increpatione immoderate accenditur, corda delinquentium in desperatione deprimuntur. Vnde necesse est ut exasperatus rector cum subditorum mentem plus se quam debuit percussisse considerat, apud se semper ad poenitentiam recurrat, ut per lamenta veniam in conspectu veritatis obtineat, ex eo etiam quod per zeli eius studium peccat. Quod

1 Cor. II.

Quod figurate dominus praecipit per Moysen dicens: Si quis abierit cum amico suo simpliciter in siluam ad ligna cedenda, & lignum securis effugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio, amicum eius percusserit & occiderit, hic ad vnam supradictarum urbium fugiat, & viuet, ne forte proximus eius, cuius effusus est sanguis, doloris stimulo perlequatur, & apprehendat eum & percutiam animam eius. Ad siluam quippe cum amico imus, quotiens ad intuenda subditorum delicta conuertimur. Et simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intentione relecamus. Sed securis manu fugit, cum sese increpatione plusquam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrumque de manubrio profilit, cum de correptione sermo durior excedit. Et amicum percutit & occidit, quia iudicem suum pro lata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Corrupti namque mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata increpatione plus quam debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percutit & proximum extinguit, ad tres necesse est verbes fugiat, ut in vna earum extinguitur viuat, quia si ad poenitentiae lamenta conuersus in vnitatem sacramenti sub spe fide & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur. Eumque extincti proximus cum inuenit non occidit, quia cum districtus iudex venerit, qui sese nobis per naturae nostrae consortium iunxit, ab eo proculdubio culpae reatum non expetit, quam sub eius venia fides, spes & charitas abscondit.

D  
Deut. 19.

Quantum rector sacrae legis meditationibus esse debeat intentus.

Caput. XI.

**S**ed omne hoc rite a rectore agitur, si supernae formidinis & dilectionis spiritu afflatus studiose quotidie sacri eloquii praecipia meditatur, ut in eo vim sollicitudinis, & erga caelestem vitam prouideae circumspectionis, quam humanae conuersationis usus indefinenter destruit, diuinae admonitionis verba restaurent. Et qui ad vetustatem vitae per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritus patriae compunctionis aspiratione renouetur. Valde namque inter humana verba cor defluit. Cumque indubitanter constet quod externa occupationum tumultibus impulsum a semetipso corruat, studere incessabiliter debet ut per eruditionis studium resurgat. Hinc est enim quod praelatum graui discipulum Paulus admonet dicens: Dum venio attende lectioni. Hinc Dauid ait: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Hinc Moysi dominus de portada arca praecipit dicens: Facies quatuor circulos aureos quos pones per quatuor arcus angulos, faciesque vestes de lignis sethim, & operies auro, inducesque per circulos qui sunt in arcibus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. Quid per arcam nisi sancta Ecclesia figurat? Cui quatuor circuli aurei per quatuor angulos iubentur adungi, quia in eo quod per quatuor mundi partes dilatata tenditur, proculdubio quatuor sancti Euangelij libris accincta praedicatur. Vestesque de lignis sethim sunt, qui eiusdem ad portandum circulus inseruntur: quia fortes perseverantesque doctores velut impetribilia ligna querendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhaerentes sanctae Ecclesiae vnitatem denunciet, & quasi intronissis circulis arcam portent. Vestibus quippe arcam portare, est bonis doctoribus sanctam Ecclesiam ad rudes infidelium mentes praedicando deducere. Qui auro quoque iubentur operiri, ut dum sermone aliis insonat, ipsi etiam vitae splendore fulgescant. De quibus apte subiungitur, qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. Quia nimirum necesse est, ut qui ad officium praedicationis excubant, a sacrae lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vestes esse in circulis semper iubetur, ut cum portari arcam oportunitas exigit, de intronissis vestibus portandi tarditas nulla generetur, quia videlicet cum spirituale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est si tunc quaerat dicere, cum quaestione debet enodare. Sed circulis vestes inhaerant, ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantem, testamenti arcam sine mora eleuent, si quicquid necesse est protinus doceant. Vnde bene primus pastor Ecclesiae pastores caeteros admonet dicens: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe. Ac si aperte dicat: ut ad portandam arcam nulla mora praepediat, vestes nunquam a circulis recedant.

1. Tim. 4.  
Psal. 118.

Exod. 25.

1. Pet. 3.

PROLOGVS

**PROLO**

**GVS TERTIAE PARTIS**

docens qualiter rector bene vi-  
uens debeat docere & ad-  
monere subditos.



Via igitur qualis esse debeat pa-  
stor ostendimus, nunc qualiter do-  
ceat demonstramus. Ut enim loq̄e  
ante nos reuerēda memoria, Gre-  
gorius Nazianzenus edocuit, nou  
vna eademque cunctis exhortatio  
congruit, quia non cunctos par mo-  
rum qualitas astringit. Sape nanq̄  
aliis officium, quae aliis profuit.

Quia & plerunque herbae quae haec animalia enutrit, alia  
occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. Et  
medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires  
iungit, & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum ne-  
cat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo do-  
ctorum, ut & sua singulis congruant, & tamen à communis  
edificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intentae  
mentes auditorum, nisi ut ita dixerim, quaedam in cithara ten-  
siones stratae chordarum, quas tangendi artifex ut non sibi-  
metipso dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et id-  
circo chordae consonam modulationem reddunt, quia vno  
quidem plectro, sed non vno impulsu feriuntur. Vnde & do-  
ctor quisque ut in vna cunctos virtute charitatis aedificet, ex  
vna doctrina, non vna eademque exhortatione corda tange-  
re audientium debet.

Quod aliter admonendi sunt viri, aliter foeminae &c.  
continens in se triginta sex admonitiones, & declar-  
ationes earundem.

Caput. I.



Liter nanque admonendi sunt viri,  
atque aliter foeminae.  
Aliter admonendi sunt iuuenes, atque  
aliter senes.  
Aliter admonendi sunt inopes, atque  
aliter locupletes.  
Aliter admonendi sunt leti, atque a-  
litter tristes.

- 1 Aliter admonendi sunt subditi, aliter praelati.
- 2 Aliter admonendi sunt serui, aliter domini.
- 3 Aliter admonendi sunt sapientes, aliter hebetes.
- 4 Aliter admonendi sunt impudentes, aliter uerecundi.
- 5 Aliter admonendi sunt proterui, aliter pusillanimes.
- 6 Aliter admonendi sunt impatientes, aliter patientes.
- 7 Aliter admonendi sunt beneuoli, aliter inuidi.
- 8 Aliter admonendi sunt simplices, aliter impij.
- 9 Aliter admonendi sunt incolumes, aliter aegri.
- 10 Aliter admonendi sunt qui flagella metuunt, & ideo innocenter  
uiuunt, atque aliter qui sic in iniquitatibus durauerunt, ut ne-  
que per flagella corrigantur.
- 11 Aliter admonendi sunt nimis taciti, aliter multiloquio uacantes.
- 12 Aliter admonendi sunt pigri, aliter precipites.
- 13 Aliter admonendi sunt mansueti, aliter iracundi.
- 14 Aliter admonendi sunt humiles, aliter elati.
- 15 Aliter admonendi sunt pertinaces, aliter inconstantes.
- 16 Aliter admonendi sunt gulae dediti, aliter abstinentes.
- 17 Aliter admonendi sunt qui iam sua misericorditer tribuunt, atque  
aliter qui adhuc & aliena rapere contendunt.
- 18 Aliter admonendi sunt qui nec aliena appetunt, nec sua largiun-  
tur, atque aliter qui & ea quae habent tribuunt, & tamen a-  
liena rapere non desistunt.

- 19 Aliter admonendi sunt pacati, aliter discordes.
- 20 Aliter admonendi sunt seminantes iurgia, aliter pacifici.
- 21 Aliter admonendi sunt qui sacrae legis uerba non intelligunt, &  
cetera, atque aliter qui recte quidem intelligunt, sed haec humilia-  
ter non loquuntur.
- 22 Aliter admonendi sunt qui cum digne praedicare ualeant praemi-  
nia humilitate formidant, aliter quos à praedicatione imper-  
fectio uel aetas prohibet, & tamen praecipitatio impellit.
- 23 Aliter admonendi sunt qui in hoc quod temporaliter appetunt  
prosperantur, atque aliter qui ea quidem quae mundi sunt co-  
cupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur.
- 24 Aliter admonendi sunt coniugis obligati, aliter coniugij nexibus  
liberi.
- 25 Aliter admonendi sunt peccatorum carnis conscij, aliter ignari.
- 26 Aliter admonendi sunt qui peccata deplorant operum, aliter qui  
cogitationum.
- 27 Aliter admonendi sunt qui admissa deplangunt, nec tamen dese-  
runt, atque aliter qui deserunt, nec tamen plangunt.
- 28 Aliter admonendi sunt qui illicita quae faciunt etiam laudant, at-  
que aliter qui accusant praua, nec tamen deuitant.
- 29 Aliter admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur,  
atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur.
- 30 Aliter admonendi sunt qui licet minima, tamen illicita faciunt, at-  
que aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in gra-  
uioribus demerguntur.
- 31 Aliter admonendi sunt qui bona nec inchoant, aliter qui inchoan-  
ta minimè consummant.
- 32 Aliter admonendi sunt qui mala occultè agunt, & bona publicè,  
atque aliter qui bona quae faciunt abscondunt, & tamen qui-  
busdam factis publicè malè de se opinari permittunt.

Sed quid utilitatis est quod cuncta haec collecta enume-  
ratione transcurramus, si non etiam admonitionis modos per  
singula quanta possumus breuitate pandamus?

De his igitur omnibus à principali sumentes exordium, la-  
tius ex ordine per singula disseramus.

Admonitio. I.

Aliter igitur admonendi sunt viri, atque aliter foemi-  
nae, quia illis grauius, istis uero iniungenda sunt leui-  
ora: ut illos magna exercendo, istas uero lenia de-  
mulcendo conuertant.


Admonitio. II.

Aliter admonendi sunt iuuenes, atque aliter senes:  
quia illos plerumque seueritas admonitionis ad pro-  
fectum dirigit, istos uero ad meliora opera depre-  
catio blanda componit. Scriptum quippe est: Senio-  
rem ne iurepaueris, sed obsecra ut patrem.

Admonitio. III.

Aliter admonendi sunt inopes, atque aliter locuple-  
tes, illis nanque offerre consolationem solatium con-  
tra tribulationem, istis uero inferre metum contra  
elationem debemus. Inopi quippe à domino per prophetam  
dicitur: Noli timere, quia non confunderis. Cui non longè post  
blandiens dicit: Paupercula tempestate conuulsa. Rursumque  
hanc consolatur dicens: Elegi te in camino paupertatis. At  
contra Paulus discipulo de diuitibus dicit: Diuitibus huius  
seculi praecipere non superbe sapere, neque sperare in incerto di-  
uitiarum suarum. Vbi notandum valde est quod humilitatis  
doctor memoriam diuitum faciens non ait roga, sed praeci-  
pe, quia eisi impendenda est pietas infirmitati, honor tamen  
non debetur elationi. Talibus ergo rectum quod dicitur, tan-  
to rectius iubetur, quanto & in rebus transitorijs altitudine  
cogitationis intumescunt. De his in Euangelio dominus di-  
cit: Vae uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram.  
Quia enim quae sunt aeterna gaudia nesciunt, ex praesentis vi-  
tae abundantia consolantur. Offerenda est ergo eis consolatio  
quos caminus paupertatis excoquit, atque illis inferendus est  
timor, quos consolatio gloriae temporalis extollit, ut & illi  
discant, quia diuitias quas non concupiscunt possidebunt,  
& isti agnoscant, quia eas quas concupiscunt nequaquam te-  
nere possunt. Plerunque tamen perlonarum ordinem per-  
mutat, qualitas morum, ut si diues humilis sit pauper elatus.  
Vnde

K 23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
L 34  
35  
36  
I. Tim. 5  
M  
Esa. 54  
Ibidem  
Esa. 48  
I. Tim. 6  
Mat. 14  
\* al. cōspi-  
ciunt.



**A** Vnde mox predicantis lingua cum audientis debet vita componitur tanto districtius in paupere elationem feriat, quanto enim nec illata paupertas inclinatur, & tato lenius humilitatem diuitum mulceat, quanto eos nec abundantia quae subleuat exaltat. Nonnunquam etiam superbus diues exhortationis blandimento placandus est, quia & plerumque dura vulnera per lenia fometa mollescunt, & furor insanorum sepe ad salutem medico blandiente reducitur. Cumque eis in dulcedine condescenditur, lae quor insania mitigatur. Neque enim negligenter intuendum est quod cum Saulem spiritus aduersus inuaderet apprehensa Dauid cithara, eius uelantiam sedabat, & quid perabat. Quia enim per Saulem nisi elationem, & quid per Dauid inuicitur nisi humilis uita sanctorum? Cum ergo Saül ab immundo spiritu arripitur Dauid canente eius uelantia temperatur, quia cum sensus potentum per elationem in furorem vertitur, dignum est ut ad salutem mentis quasi ad dulcedinem citharae locutionis nostrae tranquillitate renocetur. Aliquando autem cum huius seculi potentes arguuntur, prius per quasdam similitudines uelut de alieno negotio requirendi sunt. Et cum rectam sententiam quasi in alterum protulerint, tunc modis congruentibus de proprio reatu feriendi sunt, ut mens temporalis potentia tumida, contra corripientem nequaquam se erigat quae suo sibi iudicio superbiae ceruicem calcet, & in nulla sui defensione se exerceat, quem sententia proprii oris ligat. Hinc est enim quod Nathan propheta arguere regem uenerat, & quasi de causa pauperis contra diuitem iudicium quaerebat, ut prius rex sententiam diceret, & reatum suum postmodum audiret, quatenus nequaquam iustitiae contradiceret, quam ipse in se protulisset. Vir itaque sanctus & peccatorem considerans, & regem miro ordine audacem, reum prius per confessionem ligare studuit, & postmodum per inuentionem secare. Caesauit paululum quod quaesuit, sed percussit repente quem tenuit. Pigrius enim fortasse incidere, si ab ipso sermone exordio aperte culpam ferire uoluisset, sed praemissa similitudine eam quam occupabat exacuit increpationem. Ad agrum medicus uenerat, secandum uulnus uidebat, sed de patientia aegri dubitabat. Abscondit igitur ferrum medicinale sub ueste, quod eductum subito fixit in uulnere, ut secantem gladium sentiret aeger antequam cerberet, ne si ante cerberet, sentire recusaret.

Admonitio. IIII.

**A**liter admonendi sunt laeti atque aliter tristes. Laetis uidelicet inferenda sunt tristitia quae sequuntur ex supplicio, tristibus uero inferenda sunt laeta quae promittuntur ex regno. Discant laeti ex minarum asperitate quod timeant, audiant tristes praemiorum gaudia de quibus praesumant. Illis uero eodem magistro docere audiant: iterum uidebo vos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nebo tollet, & uobis. Nonnulli enim laeti uel tristes rebus sunt, sed quibusdam conspersionibus existunt. Quibus profectio intimidandum est quod quaedam uitia quibusdam conspersionibus iuxta sunt. Habent enim laeti ex propinquo luxuriam, tristes iram. Vnde necesse est ut non solum quisque confideret quod ex conspersione sustinet, sed etiam quod ex vicino deterius purget, ne dum nequaquam pugnat contra hoc quod tolerat, ei quoque a quo se liberum existimat, uitio succubatur.

Admonitio. V.

**A**liter admonendi sunt subditi, atque aliter praelati. Illos ne subiectio conterat, istos ne locus superior extollat. Illi ne minus quae iubentur impleant, isti ne plus iusto inbeant quae compleantur. Illi ut humiliter subleceant, isti quoque ut temperanter praesint. Nam, quod intelligi & figuratim potest, illis dicitur: Filij obedite parentibus uestris in domino. Istis uero praecipitur: Et, patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. Isti discant quomodo ante occulti arbitri oculos sua interiora componant, isti quomodo etiam commissis sibi exempla bene uiuendi exterius praebent. Scire etenim praelati debent, quia si peruersa unquam perpetrantis, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per praua quae faciunt

non solum moriuntur, sed aliorum animarum quas prauis exemplis destruxerunt rei sunt. Vnde admonendi sunt illi ne districtius puniantur si absoluti reperiri nequeunt saltem de se, isti ne de subditorum erratibus iudicentur, etiam si se iam de se securos inueniunt. Illi ut tanto circa se sollicitius uiuant, quanto eos aliena cura non implicat, isti uero ut sic aliorum curas expleant, quatenus & suas agere non desistant, & sic in propria sollicitudine ferueant, ut a commissorum custodia minime torpescant. Illi enim sibi uacanti dicitur: Vade ad formicam o piger & considera uias eius & discite ab ea sapientiam. Iste enim terribiliter admonetur cum dicitur: Fili mi si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es uerbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Sponderis namque pro amico, est captus animam in periculo suae conuersationis accipere. Vnde & apud extraneum manus defigitur, quia apud curam sollicitudinis quae ante deerat mens ligatur. Verbis uero oris sui illaqueatus est, ac propriis sermonibus captus, quia dum commissis sibi cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est quae dixerit custodire. Illaqueatur igitur uerbis oris sui, dum ratione exigente constringitur, ne eius uita ad aliud quam admonet relaxetur. Vnde apud districtum iudicem cogitur tanta in opere exoluere, quanta constat eum aliis uoce praecipisse. Vbi & bene mox exhortatio subditur ut dicatur: Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui: discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, ne dormitent palpebrae tuae. Quisquis enim ad uiuendum aliis in exemplum preponitur, non solum ipse ut uigilet, sed etiam ut amicum suscitetur admonetur. Ei namque uigilare bene uiuendo non sufficit, si non & illum cui praestit, a peccati torpore disungit. Bene autem dicitur, ne dederis somnum oculis tuis, ne dormitent palpebrae tuae. Somnum quippe oculis dare, est intentione cessante subditorum curam omnino negligere. Palpebrae uero dormitant, cum curationes nostrae ea quae in subditis arguenda cognoscunt, pigredine deprimente dissimulant. Plene enim dormire, est commissorum acta nec scire, nec corrigere. Non autem dormire, sed dormitare, est quae quidem reprehendenda sunt cognoscere, sed tamen propter mentis tedium dignis ea increpationibus non emendare. Dormitando uero oculus ad plenissimum somnum ducitur, quia dum plerumque qui praestit, malum quod cognoscit non resecat, ad hoc quandoque negligentiae suae merito peruenit, ut quod a subiectis delinquitur, nec agnoscat. Admonendi sunt itaque qui praesunt, ut per circumspeditionis studium oculos per uigiles intus & in circuitu habeant, & coeli animalia fieri contendant. Ostensa quippe coeli animalia in circuitu & intus oculis plena habentur, & sic describuntur. Dignum quippe est, ut cuncti qui praesunt, intus atque in circuitu oculos habeant: quatenus & interno iudici in semetipsis placere studeant, & exempla uitae exterius praebentes, ea etiam quae in subditis sunt corrigenda suorum uitam. Admonendi sunt subditi ne praepositorum suorum uitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere deprehensibiliter uident, ne uide mala recte redarguant inde per elationis impulsu in profundiora mergantur. Admonendi sunt ne cum culpas praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic si qua ualde sunt eorum praua, apud semetipsos diiudicent, ut tamen diuino timore constricti, ferre sub eis iugum reuerentiae non recusent. Quod melius ostendimus si Dauid factum ad medium deducamus. Saül quippe persecutor cum ad purgandum uentrem speluncam fuisset ingressus, illic cum uiris suis Dauid inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat. Cumque eum uiri sui ad feriendum Saül accenderent, fregit eos responsionibus, quia manum mittore in Christum domini non deberet. Qui tamen occulte surrexit, & ora chlamydis eius abscidit. Quid enim per Saül nisi mali rectores, quid per Dauid nisi boni subditi designantur? Saül igitur uentre purgare, est prauos praepositos concepta in corde malitia usque ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quae tamen Dauid ferre metuit, quia pia praepositorum metes ab omni se peste obrectationis abstinentes, praepositorum uita nullo lingue gladio percipiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt, Qui &

2. Reg. 12.

B

Luc. 6. Ibidem.

C

Col. 4. Ibidem.

Prov. 6.

Ibidem.

Ibidem.

E

F

1. Reg. 18.



PASTORALIS CVRAE DIVI GREGORII

G Qui & si quādo pro infirmitate sese abstinere vix possunt, vt extrema quāda atq; exteriora p̄positorū mala, sed tū humili loquant, quali orā chlamydis silēter inclūdūt: quia videlicet dū p̄latae dignitati saltē innoxie & latenter derogāt, quasi regis superpositi vestē secant, \* sed tamē ad semetipsos redeunt, seq; vehementissimē vel de tenuissima verbi laceratione reprehendūt. Vnde bene & illic scriptum est: Post hāc Dauid percussit cor suū, eo quōd abscedisset oram chlamydis Saūl. Facta quippe p̄positorū oris gladio feriēda non sunt, etiam cū rectē reprehēdēda iudicantur. Si quando verō contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est vt per afflictionē p̄nitentē cor prematur, quatenus ad semetipsum redeat, & cū p̄positae potestati deliquerit, eius cōtra se iudiciū a quo sibi p̄lata est perhorreiscat. Nam cū in p̄positis delinquimus, eius ordinationi qui eos nobis p̄tulit obuiamus. Vnde Moyses quoq; cū contra se & Aron conqueri populum cognouisset, ait: Nos enim quid sumus? Nec cōtra nos est murmur vestrū, sed contra dominum.

Admonitio. VI.

A Liter admonendi sunt serui, atq; aliter domini. Serui scilicet vt in se semper humilitatem cōditionis aspiciāt, domini verō vt naturā suā qua aequaliter sunt cū seruis cōditi, memoriā non amittant. Serui admonēdi sunt ne dominos despiciant, ne deū offendant si ordinationi illius superbiendo cōtradiciāt. Domini quoq; admonēdi sunt, quia cōtra deū de munere eius superbiūt, si eos quos per cōditionē tenent subditos, aequales sibi per naturā cōsortiū non cognoscāt. Isti admonēdi sunt vt sciāt se seruos esse dominorū, illi admonēdi sunt vt cognoscāt se seruos esse seruorū. Istis nāq; dicit: Serui obedite dominis carnalibus. Et rursum: Quicūq; sunt sub ingo seruitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrent. Illis autē dicitur: Et vos domini eadē facite illis, remittētes minas, scientes quōd & illorū & vester dominus est in caelis.

Admonitio. VII.

A Liter admonēdi sunt sapientes huius seculi, atq; aliter hebetes. Sapientes quippe, admonēdi sunt, vt sciāt amittere quā sciunt. Hebetes quoq; admonēdi sunt vt appetant scire quā nesciūt. In illis hoc primū destruendū est quōd se sapientes arbitrant, in istis iam aedificandū est quicquid de superna sapientia cognoscit, quia dū minimē superbiunt, quasi ad suscipiendū aedificiū corda parauerūt. Cū illis laborandū est, vt sapientis stulti fiat, stultā autē sapientiā deserāt, & sapientē dei stultitiā discāt. Istis verō p̄dicandū est: vt ab ea quae putat stultitia, ad verā sapientiā vicinior trāseant. Illis nāq; dicitur: Si quis videretur inter vos sapiēs esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiēs. Istis verō dicit: Nō multi sapiētes secundū carnē. Et rursum: Quae stulta sunt huius mūdi elegit deus, vt cōfundat sapiētes. Illos plerūq; ratiocinationis argumēta, istos nōnunq; melius exempla conuertūt. Illis nōnunq; prodest vt in suis allegationibus victi iaceāt, istis verō aliquando sufficit vt laudabilia aliorum facta cognoscāt. Vnde & magister egregi⁹ dicit sapiētibus & insipientib⁹ debitor sum, cū Hebræorū quosdā sapientes, quosdā verō etiā tardiores admoneret, illis de cōpletionē testamenti veteris loquēs, corū sapientiā argumēto superauit dicens: Quod enim antiquatur & senescit, prope interitū est. Cū verō solis exēplis quosdā trahendos ad se cerneret, in eadē epistola adiunxit: Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Et rursum: Mementote p̄positorū vestrorū qui vobis locuti sunt verbū dei, quorū intuētis exitū conuersationis, imitamini fidem, quatenus & illos victrix ratio frangeret, & istos ad maiora cōscēdere imitatio blāda suaderet.

Admonitio. VIII.

A Liter admonendi sunt impudētes, atq; aliter verecūdi. Illos nāq; ab impudentiā vitio nō nisi increpatio modesta cōpescit, istos autē plerūq; ad melius exhortatio modesta cōponit. Illi se delinquere nesciūt, nisi etiā a pluribus increpent, istis plerūq; ad cōuersionē sufficit quōd eis doctor mala sua saltē leniter ad memoriā reducit. Illos meli⁹ corrigit qui inuehēdo reprehēdit, istis autē maior profectus adducitur, si hoc quod in eis reprehēditur, quasi ex latere tāgatur. Impudentē quippe iudæorū plebem dominus apertē

increpās ait: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et rursum verecūdantem refouet dicens: Confusionis adolescentiā tuā obliuisceris, & opprobrii viduitatis tuā nō recordaberis, quia dominabitur tui qui fecit te. Impudenter quoque delinquentes Galatas apertē Paulus increpat dicens: O insensati Galatae, quis vos fascinoauit? Et rursum: Sic stulti estis vt cū spiritu coeperitis, nunc carne consumamini? Culpas verō verecūdantium quasi cōpatiens reprehēdit dicens: Gausus sum in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refluuistis pro me sentire sicut & sentiebatis, occupati enim eratis. Vt & illorum culpas increpatio dura detegeret, & horum negligentiam sermo mollior velaret.

Admonitio. IX.

A Liter admonendi sunt proterui, atq; aliter pusillanimes. Illi enim dū valde de se p̄sumūt, exprobrant do ceteros dedignātur, isti autē dum nimis infirmitatis suae sunt cōscij, plerūq; in desperationē cadunt. Illi singulariter summa aestimāt cuncta quae agunt, isti vehementer despecta putant esse quae faciunt, & ideo in desperatione frangunt. Subtiliter itaq; ab arguētē discutienda sunt opera proteruorū, vt in quo sibi placet, ostendatur quia deo displicent. Tūc enim proteruos melius corrigimus, cū ea quae bene egisse se credūt, malē acta mōstramus, vt vnde adepta credēs gloria, inde vtilis subsequatur confusio. Nonnunq; verō cū se vitiū proteruiā minimē perpetrare cognoscūt, cōpendiosius ad cōrectionē veniunt, si alterius culpa manifestioris & ex latere requisita improperio cōfundant, vt ex eo quod defendere nequeunt cognoscant se tenere improbē quod defendunt. Vnde cū proteruē Paulus Corinthios aduersum se iniucē videret inflatos, vt alius Pauli, alius Apollo, alius Cephae, alius Christi esse se diceret, incesti culpā in mediū deduxit, quae apud eos & perpetrata fuerat, & incorrecta remanebat, dicens: Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorē patris quis habeat. Et vos inflati estis, & nō magis luctū habuistis vt tollerēt de medio vestrū qui hoc opus fecit. Ac si apertē dicat: Quid vos p̄ proteruiā huius vel illi⁹ dicitis, qui per dissolutionē negligentiae nullius vos esse mōstratis? At cōtra pusillanimes aptius ad iter bene agēdi reducimur, si quēdā bona illorū ex latere requiramus, vt dū in eis alia reprehēdendo corripimus, alia amplectēdo laudemus, quaten⁹ eorū tenerritudine laus audita nutriat, quā culpa increpata castigat. Plerūq; autē vtilius apud illos proficimus, si & eorum bene gesta memoramus. Et si qua ab eis inordinate gesta sunt, non iam tanq; perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrati debeāt prohibemus, vt & illa quae approbamus, illatus fauor augeat, & cōtra ea quae reprehēdimus, magis apud pusillanimes exhortatio verecūda cōualecat. Vnde idem Paulus cū Thessalonicenses in accepta p̄dicatione perdurātes, quasi de vicino mūdi termino quādā cognosceret pusillanimitate turbatos, prius in eis quae fortia prospicit laudat, & cautē monēdo postmodū quae infirma sunt roborat. Ait enim: Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres, ita vt dignū est, quoniā supercreuit fides vestra & abundat charitas vnusquisq; vestrū inuicem, ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra & fide. Et cū blanda hāc vitā eorū p̄conia p̄mississet, paulopost subdidit dicens: Rogamus autē vos fratres per aduentū domini nostri Iesu Christi, & nostrae cōgregationis in idipsum, vt nō cito moueamini a vestro sensu neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonē, neq; per epistolam tanquā per nos missam, quasi instet dies domini. Egit enim verus doctor vt prius audirent laudati quod cognoscerent, & postmodum quod exhortati sequerentur: quatenus eorum mentem ne commotio subiuncta concuteret, laus p̄missa solidaret, & qui commotos eos vicini finis suspicione cognouerat, non iam redarguebat motos, sed quasi transacta nesciens adhuc commoueri perhibebat: vt dum de ipsa leuitate monitionis p̄dicatori suo se cognitos crederent, tanto reprehensibiliores fieri, quāto & cognosci ab illo formidaret.

Admonitio. X.

A Liter admonendi sunt impatientes, atque aliter patientes. Dicendum nanque est impatientibus quia dum refrenare spiritum negligunt, per multa etiam quae non

Col. 3. 1. Tim. 6.

1. Cor. 3. 1. Cor. 1. Ibidem.

Roma. 1. Heb. 8. Ibidem.

K Hier. 3. Esa. 54. Gal. 3. Ibidem. Ibidem.

1. Cor. 5.

M 1. Thessal.

Ibidem.

**A** non appetunt iniquitatum abrupta rapiuntur, quia videlicet mentem impellit furor quo non trahit desiderium, & agit commota velut nesciens unde post doleat sciens. Dicendum quoque est impatientibus, quia dum motionis impulsu precipites, quaedam velut alienati peragunt, vix mala sua postquam fuerint perpetrata cognoscunt. Qui dum perturbationi suae minime obstant, etiam si qua à se tranquilla mente fuerant bene gesta confundunt, & improviso impulsu destrunt quicquid forsitan diu labore prouido construxerunt. Ipsa namque quae mater est omnium castosque virtutum, per impatientiae vitium virtus amittitur charitatis. Scriptum quippe est: Charitas patiens est. Igitur cum minime est patiens, charitas non est. Per hoc quoque impatientiae vitium ipsa virtutum nutritrix doctrina dissipatur, scriptum namque est: Doctrina viri per patientiam noscitur. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto minus conuincitur patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nescit æquanimitè aliena mala tolerare. Per hoc quoque impatientiae vitium plerumque mentem arrogantiae culpa transigit, quia dum despici in mudo hoc quisque non patitur, bona siqua sibi occulta sunt, ostentare conatur, atque sic per impatientiam usque ad arrogantiam ducitur. Dumque ferre despectationem non potest, detegendo semetipsum in ostentatione gloriatur. Unde scriptum est: Melior est patiens arrogante. Quia videlicet eligit patiens quaelibet mala perpeti quam per ostentationis vitium bona sua occulta cognosci. At contra eligit arrogans bona de se vel falsa iactari, ne mala possit vel minima perpeti. Quia igitur cum patientia reliquitur, etiam bona reliqua quae iam gesta sunt destruuntur, rectè ad Ezechielem in altari dei fieri fossa praecipitur, vt in ea videlicet superposita holocausta seruentur. Si enim in altari fossa non esset, omne quod in eo sacrificium reperiret superueniens aura dispergeret. Quid vero accipimus altare dei nisi animam iusti, quae quot bona egerit, tot super se ante eius oculos sacrificia imponit? Quid enim est altaris fossa, nisi bonorum patientia, quae dum mentem ad aduersa toleranda humiliat, quasi more fossae hanc in imo positam demonstrat? Fossa ergo in altari fiat, ne superpositum sacrificium aura dispergat, id est, electorum mens patientiam custodiat, ne commota vento impatientiae, & hoc quod bene operata est amittat. Bene autem haec eadem fossa vnius cubiti esse memoratur, quia nimirum si patientia non deseritur, vnitatis mensura seruatur. Unde & Paulus ait: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex quippe Christi est charitas vnitatis, quam soli perficiunt, qui nec cum grauantur excedunt. Audiant impatientes quod scriptum est in proverbiijs. Melior est vir patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Minor enim est victoria urbium, quia extra sunt quae subiugantur. Valde autem maius est quod per patientiam vincitur, quia ipse à se animus superatur, & is semetipsum sibi metipsum subiicit, quando eum patientia intra se frenari compellit. Audiat impatientes quod electis suis veritas dicat: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sic enim conditi mirabiliter sumus, vt ratio animam, & anima possideat corpus. Ius vero animae à corporis possessione repellitur, si non prius anima à ratione possidetur. Custodem igitur conditionis nostrae patientiam dominus esse monstrauit, quia in ipsa nos possidere nosmetipsos docuit. Quanta ergo sit impatientiae culpa cognoscimus, per quam & hoc ipsum amittimus possidere quod sumus. Audiant impatientes quod per Salomonem rursum dicitur: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem differt & reseruat in posterum. Impatientia quippe impellente agitur vt totus foras spiritus proferatur, què idcirco perturbatio citius eicit, quia nulla interius disciplina sapientiae circumcludit. Sapiens autem differt & reseruat in posterum. Laesus enim in praesenti se vicisci non desiderat, qui etiam tolerans parci optat, sed tamen iuste vindicari omnia extremo iudicio non ignorat. At contra admonendi sunt patientes, ne in eo quod exterius portant interius doleant, ne tanta virtutis sacrificium quod integrum foras immolant, intus malitiae peste corrumpant, & cum ab hominibus non agnoscitur sed tamen sub diuina examinatione peccatur, tanto deterius culpa doloris fiat, quanto sibi ante homines virtutis speciem vendicat: Dicendum itaque est patientibus vt studeant diligere quos sibi

necesse est tolerare, ne si patientia dilectio non sequatur, in deteriore culpam odij virtus ostensa vertatur. Unde Paulus cum diceret: Charitas patiens est, illico adiunxit: benigna est, videlicet ostendens, quia quos ex patientia tolerat, amare etiam ex benignitate non cessat. Unde idem doctor egregius cum patientiam discipulis suaderet dicens: Omnis amaritudo, & ira & indignatio, & clamor, & blasphemia auferatur à vobis cum omni malitia, quasi cunctis exterius iam bene compositis, ad interiora conuertitur, dum subiungit: Cum omni malitia. Quia nimirum frustra indignatio clamor & blasphemia ab exterioribus tollitur, si in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Et incassum foras nequitia ex ramis inciditur, si sur reptura multiplicius intus in radice seruatur. Unde & per semetipsum veritas quoque dicit: Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos. Virtus itaque est coram hominibus, aduersarios tolerare, sed virtus coram deo diligere: quia hoc solum deus sacrificium accepit, quod quidem ante eius oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit. Hinc est quod rursum quibusdam patientibus nec tamen diligentibus dicit: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Perturbatio quippe impatientiae festuca est, malitia vero in corde, trabes in oculo. Illam namque aura tentationis agitat, hanc autem conflagrata nequitia penè immobiliter portat. Rectè verò illic subiungitur: Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Ac si dicatur menti inique interiori dolenti, & sanctam se exterius per patientiam demonstranti, prius à te molem malitiae excute, & tunc alios de impatientiae leuitate reprehende, ne dum non studes simulationem vincere, peius tibi sit aliena praua tolerare. Euenire etiam plerumque patientibus solet, vt eo quidem tempore quo vel aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsantur, & sic patientiam exhibeant, vt custodire etiam cordis innocentiam non omittant, sed cum post paululum haec ipsa quae pertulerunt ad memoriam reuocant, igne se doloris inflamant, argumenta vltionis inquant, & mansuetudinem quam tolerantibus habuerunt, retractant in malitiam vertunt. Quibus citius à praedicatione succurritur, si quae sit huius permutationis causa pandatur. Callidus namque aduersarius bellum contra duos mouet, vnum videlicet inflammans vt contumelias prior inferat, alterum prouocans vt contumelias legibus reddat. Sed plerumque dum iam huius victor est qui iniuriam persuasus irrogat, ab illo vincitur qui illatam contumeliam sibi æquanimitè portat. Vnius ergo victor quem commouendo subiugauit, tota contra alterum virtute se erigit, eumque obstantem fortiter & vincentem dolet, quem quia commouere in ipsa contumeliarum iaculatione non potuit, ab aperto certamine interim quiescens, & secreta suggestionem cogitationem laceffens, apertum tempus deceptionis inquirit. Quia enim publico bello victoriam perdidit, ad exercendas occulte insidias exardescit. Quietis namque tempore iam ad victoris animam redit, & vel rerum damna aut iniuriarum facula ad memoriam reducit, cunctaque quae sibi illata sunt, vehementer exaggerans intolerabilia ostendit. Tantoque mentem merore corubat vt plerumque vir patiens illa se æquanimitè tolerasse post victoriam captiuus erubescat, seque non reddidisse contumelias doleat, & deteriora rependere si occasio praebeatur querat. Quibus ergo isti similes sunt, nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt, sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra capiuntur? Quibus sunt similes, nisi iis quos irruens grauis languor à vita non subtrahit, sed leuiter veniens recidiva febris occidit? Admonendi sunt igitur patientes, vt corpus victoria muniant, vt hoste publico bello superato insidiarum mœnis mentis intendant, & languor plus repentem timeant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum maiori exultatione gaudeat, quo illa dudum contra se rigida colla victorum calcet.

## Admonitio .XI.

**A**lter ad monendi sunt beneuoli, atque aliter inuidi. Admonendi namque sunt beneuoli, vt sic alienis bonis congaudeant, quatenus habere & propria concupiscant. Sic proximorum facta diligendo laudent, vt ea etiam imitando multiplicent, ne si in hoc praesentis vitae stadio ad



**G** certamen alienum deuoti fautores sed pigri spectatores affi-  
stant, eo post certamen sine braui remaneant, quo nunc in cer-  
tamine non laborant, & tunc eorum palmas afflictis respiciant  
in quorum nunc laboribus otiosi perdurant. Valde quippe pec-  
camus, si aliena bene gesta non diligimus. Sed nil mercedis  
agimus, si ea quae diligimus, in quantum possumus non imita-  
mur. Dicendum itaque est beneuolis, quia si imitari bona mi-  
nimè festinent, quae laudantes approbant, sic eis virtutum san-  
ctitatis sicut stultis spectatoribus ludicrarum artium vanitas  
placet. Illi namque aurigarum & histrionum gesta fauoribus  
effertunt, nec tamen tales esse desiderant, quales illos conspi-  
ciunt esse quos laudant, mirantur eos placita egisse, sed tamè  
deuitant similiter placere. Dicendum est beneuolis ut cum  
proximorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de a-  
lienis actibus non praesumant, ne bona laudent & agere recu-  
sent. Grauis quippe extrema vitiose ferendi sunt, quibus  
placuit quod imitari noluerunt. Admonendi sunt inuidi ut  
perpendant quantae caecitatis sunt, qui alieno profectu defi-  
ciunt, aliena exaltatione cotabescunt. Quantae infelicitatis  
sunt qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmè-  
ta alienae prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxij affli-  
cti cordis sui peste moriuntur? Quid istis infelicius, quos dum  
conspicita foelicitas afficit, poena nequiores reddit? Aliorum ve-  
ro bona quae habere non possunt, si diligenter, sua facerent. Sic  
**H** quippe sunt vniuersi consistetes in fide sicut multa membra vno  
continentur in corpore, quae per officium quidem diuersa sunt,  
sed eo quo sibi vicissim congruunt, vnum fiunt. Vnde fit ut pes  
per oculum videat, & per pedes oculi gradiantur, ori audit  
aurium feriat, & ad vltimum auribus linguae cocurrat, suf-  
fragetur venter manibus, ventri operentur manus. In ipsa igitur  
corporis positione accipimus, quod in actione seruemus.  
Nimis itaque turpe est non imitari quod sumus. Nostra sunt  
nimirum, quae et si imitari non possumus, amamus in aliis, &  
amantium fiunt quaeque amantur in nobis. Hinc ergo praesent  
inuidi charitas quantae virtutis est, quae alieni quoque labo-  
ris opera nostra facit sine labore. Dicendum itaque est inuidis,  
quia dum se a liuore minimè custodiunt, in antiquam versuti  
hostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est:  
*Sapient. 2.* Inuidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum.  
Quia enim ipse malignus spiritus aduersarius noster coelum  
perdidit, condito ad hoc homini inuidit, & damnationem suam  
perditus adhuc alios perdendo cumulauit. Admonendi sunt  
inuidi, ut cognoscant quantis lapsibus succrescentis ruinae  
subiaceant, quia dum liuorem a corde non prosciunt, ad aper-  
tas operum nequicias deuoluuntur. Nisi enim Cain inuidisset  
fratris acceptam hostiam, minimè peruisset ad extinguen-  
dam vitam. Vnde scriptum est: *Genes. 4.* **I** Relpexit dominus ad Abel  
& ad munera eius, ad Cain vero & ad munera eius non respe-  
xit. Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Li-  
*Ibidem.* uor itaque sacrificij fratricidij seminarium fuit. Nam quem  
meliozem se esse doluit, ne utcumque esset amputauit. Dicu-  
dum est inuidis, quia dum se ista intrinsecus peste consumunt,  
etiam quicquid in se aliud boni habere videntur interimunt.  
*Prouer. 14.* Vnde scriptum est: Vita carniū sanitas cordis, putredo ossium  
inuidia. Quid enim per carnes nisi infirma quaedam ac tenera,  
& quid per ossa nisi fortia acta signantur? Et plerumque con-  
tingit ut quidam cum cordis innocentia in nonnullis suis acti-  
bus infirmi videantur, quidam vero iam quaedam ante huma-  
nos oculos robusta exercent, sed tamen erga aliorum bona  
intus inuidiae pestilentia tabescant. Bene ergo dicitur, vita  
carnium sanitas cordis, quia si mentis innocentia custoditur,  
etiam si qua foris infirma sunt quadoque roborantur. Et re-  
cte illic subditur, putredo ossium inuidia, quia per liuoris vi-  
tium ante dei oculos pereunt etiam quae humanis oculis for-  
tia videntur. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quaedam  
etiam robusta deperire.

Admonitio .XII.

**A**lter admonendi sunt simplices, atque aliter impu-  
ri. Laudandi sunt simplices quod studeant nunquam  
falsa dicere, sed admonendi sunt ut nouerint nonnun-  
quam vera reticere. Sicut enim semper dicentem falsitas le-  
git, ita nonnunquam quibusdam audita veritas nocuit. Vnde  
coram discipulis dominus locutionem suam silentio tempe-

rans ait: Multa habeo vobis dicere, sed nunc non potestis il-  
la portare. Admonendi sunt igitur simplices ut sicut falla-  
ciam semper utiliter vitant, ita veritatem semper utiliter pro-  
ferant. Admonendi sunt, ut simplicitatis bono prudentiam  
adiungant, quatenus sic securitatem de simplicitate possideant,  
ut circumspectionem prudentiae non amittant. Hinc namque  
per doctorem gentium dicitur: Volo vos sapientes esse in bo-  
no, simplices autem in malo. Hinc electos suos per semetip-  
sam veritatem admonet dicens: Estote prudentes sicut serpentes  
& simplices sicut columbae. Quia videlicet in electorum cor-  
dibus debet & simplicitatem columbae astutia serpentis ac-  
cuere, & serpentis astutiam columbae simplicitas tempera-  
re, quatenus nec seducti per prudentiam calleant, nec ab in-  
tellectus studio ex simplicitate torpescant. At contra ad-  
monendi sunt impuri, ut quam grauis sit quem cum culpa su-  
stinent duplicitatis laborem agnoscant, dum enim deprehen-  
di metuunt, semper improbas defensiones quaerunt, semper  
pauidis suspicionibus agitantur. Nihil autem est ad defenden-  
dum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius. Na-  
dum falsitatem suam tueri conatur, duro cor labore fatiga-  
tur. Hinc namque scriptum est: Labor laborum suorum ope-  
riet eos. Qui enim nunc implet tunc operiet, quia cuius nunc  
animu per blandam inquietudinem exierit, tunc per asperam  
retributionem premit. Hinc per Hieremiam dicitur: Docue-  
runt linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent labo-  
rauerunt. Ac si aperte diceretur: Qui amici esse veritatis po-  
tuerunt sine labore, ut peccent laborant: cumque viuere sim-  
pliciter renuunt, laboribus exigunt ut moriantur. Nam plerum-  
que in culpa deprehensi, dum quales sint cognosci refu-  
giunt, sese sub fallaciae velamine abscondunt, & hoc quod pec-  
cant, quodque iam aperte cernitur, excusare moluntur, ita  
ut saepe is qui eorum culpas & corripere studet, aspersa fal-  
sitate nebulis seductus, penè amisisse se videat quod de eis iam  
certum tenebat. Vnde rectè sub Iudaeae specie per prophetam  
contra peccantem animam excusantemque se, dicitur: Ibi ha-  
bit foveam Hericij. Hericij quippe nomine impurae men-  
tis seseque callidè defendentis duplicitas designatur, quia vi-  
delicet Hericij cum apprehenditur, & caput eius cernitur,  
& pedes videntur, & corpus omne conspicitur, sed mox ut ap-  
prehensus fuerit, semetipsum in sphaeram colligit, & pedes in-  
trorsus subtrahit, caput abscondit, & intra tenentis manus to-  
tus simul amittitur, qui totus simul ante videbatur. Sic nimi-  
rum sic impurae mentes sunt, cum in suis excessibus compre-  
henduntur. Caput enim hericij cernitur quia quo initio ad cul-  
pam peccator accesserit videtur. Pedes hericij conspiciuntur,  
quia quibus vestigiis nequitia sit perpetrata cognoscitur:  
& tamen adductis repente excusationibus impura mens in-  
trorsus pedes colligit: quia cuncta iniquitatis suae vestigia  
abscondit. Caput subtrahit: quia miris defensionibus nec in-  
choasse se malum aliquod ostendit. Et quasi sphaera in manu  
tenentis remanet: quia is qui corripit, cuncta quae iam cognou-  
erat, subito amittens involutum intra conscientiam pecca-  
torem tenet, & qui totum iam deprehendendo viderat, ter-  
guerlatione pravae defensionis illusio totum pariter igno-  
rat. Foveam ergo habet hericij in reprobis, quia malitiosa  
mentis duplicitas sese intra se colligens abscondit in tenebris  
defensionis. Audiant impuri quod scriptum est: Qui ambu-  
lat simpliciter, ambulat confidenter. Fiducia quippe magna  
securitatis, est simplicitas actionis. Audiatur quod sapiens ore  
dicitur: Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum. Audiatur  
quod scriptura rursum testatur: Cum simplicibus sermocina-  
tio eius. Deo enim sermocinari est per illustrationem suae  
praesentiae humanis mentibus arcana reuelare. Cum simpli-  
bus igitur sermocinari dicitur: quia de supernis mysteriis il-  
lorum mentes radio suae visitationis illuminat, quos nulla um-  
bra duplicitatis obscurat. Est enim speciale duplicium malum  
quia dum peruersa & duplici actione ceteros fallunt quasi  
praestantius ceteris prudentes se esse gloriantur. Et quia di-  
strictionem retributionis non considerant, de damnis suis mise-  
ri exultant. Audiatur autem quomodo super illos propheta So-  
phonjas vim diuinae animaduersionis intèdat dicens: Ecce dies  
domini venit magnus & horribilis dies illa dies irae, dies te-  
nebrarum & caliginis, dies nebulae & turbinis, dies tubae & cla-  
goris super omnes ciuitates munitas, & super omnes angulos  
excelsos.

Sapient. 2.

Genes. 4.

Ibidem.

Prouer. 14.

1047.16. K

Rom. 16.

Mat. 10.

Psal. 139.

Hier. 9.

L.

Esa. 34.

M

Prouer. 10.

Sapient.

Prouer. 7.


Soph. 1.

**A** excellos. Quid enim per ciuitates munitas exprimitur, nisi su-  
spectas mentes & fallaci semper defensione circumdatae, quae  
quotiens earum culpa corripitur, veritatis ad se iacula non  
admittunt. Et quid per excellos angulos, nisi duplicitas im-  
purae mentis intelligitur? Duplex quippe semper est in angu-  
lis paries. Quid per angulos parietis nisi impura corda signa-  
tur? Quae dum veritatis simplicitatem fugiant, ad semetip-  
sa quodammodo duplicitate peruersitate replicantur. Et quod  
est deterius, apud cogitationes suas in fastu prudentiae ex ipsa  
se culpa impuritatis extollunt. Dies igitur domini. vindictae  
atque animaduersionis plena super ciuitates munitas & super  
excellos angulos venit, quia ira extremi iudicii humana cor-  
da & defensionibus contra veritatem clausa destruit, & du-  
plicitatibus inuoluta dissoluit. Tunc enim munitae ciuitates  
cadunt, quia mentes deo suspectae damnantur. Tunc excelsi  
anguli corruunt: quia corda quae se per impuritatis pruden-  
tiam erigunt, per iustitiae sententiam prosternuntur.

Admonitio .XIII.

**A**liter admonendi sunt incolumes, atque aliter aegri.  
Admonendi sunt incolumes ut salutem corporis ex-  
erceant ad salutem mentis, ne si acceptae incolumi-  
tatis gratiam ad usum nequitiae inclinant, dono deteriores  
fiant, & eo postmodum supplicia grauiora mereantur quo nunc  
**B**largioribus bonis dei male uti metuunt. Admonendi sunt  
incolumes, ne opportunitatem salutis in perpetuum prome-  
rende despiciant. Scriptum namque est: Ecce nunc tempus ac-  
ceptabile, ecce nunc dies salutis. Admonendi sunt ne place-  
re deo si cum possunt noluerint, cum voluerint sero non pos-  
sint. Hinc est enim quod eos post sapientia deserit, quos prius  
diutius reuocantes vocauit dicens: Vocauit & reuocatis, extendi  
manum meam, & non fuit qui alpiceret. Despexistis omne consi-  
lium meum & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in  
interitu vestro ridebo, & sublannabo cum vobis quod time-  
batis aduenierit: Et rursum: Tunc inuocabunt me, & non exau-  
diam, mane confurgent, & non inuenient me. Salus itaque corpo-  
ris quando ad bene operandum accepta despicitur, quanti sit  
muneris amissa sentitur. Et infructuose ad vltimum quaeritur  
quae congruo concessa tempore vtiliter non habetur. Vnde  
bene per Salomonem rursum dicitur: Ne des alienis honorem  
tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei vi-  
ribus tuis, & labores tui in domo aliena, & gemas in no-  
uissimis quando consumpseris carnem & corpus tuum. Qui namque  
alieni a nobis sunt, nisi maligni spiritus, qui a caelestibus sunt patrie  
sorte separati? Quis vero honor noster est, nisi quia in luteis  
corporibus conditi ad conditoris tamen nostri sumus ima-  
ginem & similitudinem creati? Vel quis alius crudelis est, ni-  
si ille angelus apostata, qui & semetipsum poena mortis su-  
**C**perbiendo percussit: & inferre mortem humano generi etiam  
perditus non peperit? Honorem itaque suum alienis dat, qui  
ad dei imaginem & similitudinem conditus, vitae suae tempo-  
ra malignorum spirituum voluntatibus administrat. Annos  
etiam tuos crudeli tradit, qui ad voluntatem male dominan-  
tis aduersarii accepta viuendi spatia expedit. Vbi bene sub-  
ditur: Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores  
tui sint in domo aliena. Quisquis enim per acceptam valetu-  
dinem corporis, per tributam sibi sapientiam mentis non ex-  
ercendis virtutibus, sed perpetrandis vitiis elaborat, nequa-  
quam suis viribus suam domum, sed extraneorum habitacu-  
la, id est, immundorum spirituum facta multiplicat, nimirum  
vel luxuriando, vel superbiendo agens ut etiam se addito perdit  
torum numerus crescat. Bene autem subditur: Et gemas in no-  
uissimis quando consumpseris carnem & corpus tuum. Prae-  
terquam accepta salus carnis per vitia expeditur, sed cum re-  
pente subtrahitur, cum molestias caro atteritur, cum iam egre-  
di anima vrgetur, diu male habita quasi ad bene viuendum  
salus amissa requiritur. Et tunc gemunt homines quod deo  
seruire noluerunt quando damna negligentiae suae recupera-  
re seruando nequaquam possunt. Vnde alias dicitur: Cum oc-  
cideret eos, tunc requirebant eum. At contra admonendi sunt  
aegri, ut eos se filios dei sentiant quos illos disciplinae flagella  
castigat. Nisi enim correctis hereditate dare disponderet, eru-  
dire eos per molestias non curaret. Hinc namque ad Ioannem domi-  
nū per angelū dicit: Ego quos amo arguo & castigo. Hinc rur-

sum scriptum est: Fili mi noli negligere disciplinam domini, D  
neque fatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit do- Heb. 12.  
minus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.  
Hinc Psalmista ait: Multae tribulationes iustorum, & de om- Psa. 33.  
nibus his liberavit eos dominus. Hinc quoque beatus Iob in  
dolore exclamans ait: Si iustus fuero non leuabo caput, sattu-  
ratus afflictione & miseria. Dicendum est aegris, ut si cele-  
stem patriam suam esse credunt, necessario in hac labora re-  
lut in alienam patiantur. Hinc est enim quod lapides extra tun-  
si sunt, ut in constructione templi domini absque mallei so-  
nitu ponerentur, quia videlicet nunc foris per flagella tundi-  
mur ut intus in templum dei postmodum sine disciplinae per-  
cussione disponamur, quatenus quicquid in nobis est super-  
fluum, modo percussio refecet, & tunc sola nos in edificio co-  
cordia charitatis liget. Admonendi sunt aegri, ut considerent  
pro percipiendis terrenis hereditatibus, quomodo dura car-  
nales filios disciplinae flagella castigant. Quae ergo nobis di-  
uinae correptionis poena grauis est, per quam & nunquam  
amittenda hereditas percipitur, & semper mansura suppli-  
cia vitantur? Hinc etenim Paulus ait: Patres quidem carnis nos- Heb. 12.  
trae habuimus eruditores, & reuerbamur eos, nonne mul-  
to magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus? Et il-  
li quidem in tempore paucorum dierum secundum volunta-  
tem suam erudiebant nos. Hic autem ad id quod vtile est in  
recipiendo sanctificationem eius. Admonendi sunt aegri, ut co-  
**E**siderent sanctam salutem cordis sui molestia corporalis, quae ad  
cognitionem sui mentem reuocat, & quam plerumque salus ab-  
iicit, infirmitatis memoria reformat, ut animus qui extra se in  
elationem ducitur, cui sit conditioni subditus, ex percussa qua  
suffinet carne memoretur. Quod recte per Balaam, si tamen  
vocem dei subsequi obediendo voluisset, in ipsa eius itineris  
retardatione signatur. Balaam namque ut perueniret ad pro-  
positum tendit, sed eius votum animal cui praesedit, praepedit.  
Prohibitione quippe immorata asina angelum videt, quae  
humana mens non videt, quia plerumque caro per molestias  
tarda flagello suo menti deum iudicat, quem mens ipsa carni  
praesidens non videbat, ita ut anxietatem spiritus proficere  
in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediatur, donec  
ei inuisibilem qui sibi obuiat innotescat. Vnde bene per Pe-  
trum dicitur: Correptionem habuit suae vesaniae subiugalem  
mutum, quod in hominis voce loquens prohibuit propheta  
insipientiam. Insanus quippe homo a subiugali muto corri-  
pitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere de-  
beat ad afflictam carnem memoratur. Sed huius correptionis do-  
num idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum per-  
gens vocem non mentem mutauit. Admonendi sunt aegri,  
ut considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quae &  
admissa peccata diluit, & ea quae admitti poterant compe-  
**F**scit, quae sumpta ab exterioribus plagis, concussa menti pen-  
nitentiae vulnera infligit. Vnde scriptum est: Liuos vulneris  
abstergit mala, & plagae in secretioribus ventris. Mala enim  
liuos vulneris abstergit, quia flagellorum dolor vel cogita-  
tas, vel perpetratas nequitias diluit. Solet vero ventris appel-  
latione meus plerumque accipi, quia sicut veteres comsumit elcas,  
ita mens pertractando excoquit curas. Quia enim veteres meus  
dicitur, ea sententia docetur qua scriptum est: Lucerna do-  
mini spiraculum hominis, quae inuestigat, omnia secreta ventris. Ibidem.  
Ac si diceret: Diuini afflatus illuminatio cum in mentem ho-  
minis venerit, ea sibi metipsum illuminans ostendit, quae ante spi-  
ritus sancti aduentum cogitationes prauas & portare poterat,  
& plaga in secretioribus ventris, quia dum exterius percutimur,  
ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictionis reuoca-  
mur, atque ante oculos nostros cuncta quae a nobis sunt male ge-  
sta reducimus, & per hoc quod foris patimur, magis intus  
quod fecimus dolemus, vnde fit ut inter aperta vulnera cor-  
poris amplius nos abluat plaga secreta ventris, quia sanat ne-  
quitias prauae operis occultum vulnus doloris. Admonendi sunt  
aegri, quatenus patientiae virtute seruent ut incessanter qua-  
ta redeptor noster ab his quos creauerat pertulit mala con-  
siderent, quod tot obiecta conuictorum probra sustinuit: quod  
de manu antiqui hostis captiuorum animas quotidie rapiens  
insultantium alapas accepit: quod aqua salutis nos diluens,  
a perfidorum sputis faciem non abscondit: quod uocatione  
bb ij sua



**G** sua nos ab æternis suppliciis liberās tacitus flagella toleravit: quod inter angelorum choros perennes nobis honores tribuēs, colaphos pertulit: quod à peccatorū nos punctionibus saluus, spinis capat supponere non recusavit: quod æterna nos dulcedine debrians: in siti sua fellis amaritudinē accepit, quod pro nobis patrem quantum diuinitate esset æqualis adorauit, sub irrisione adoratus tacuit: quod vitam mortuis præparās, vsq; ad mortem ipse vita peruenit. Cur itaq; asperum creditur vt à deo homo toleret flagella pro malis, si tanta deus ab hominibus pertulit mala pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percussione sua ingratus existit, si ipse hinc sine flagello non exiit, qui hic sine peccato vixit?

Admonitio. XIII.

**A**liter admonendi sunt qui flagella metuunt & propterea innocenter viuunt, atque aliter admoendi sunt quicquid in iniquitate durauerunt, vt neque per flagella corrigantur. Dicendum nanque est flagella timentibus, vt & bona temporalia nequaquam pro magno desiderant que adesse etiam prauis vident, & mala præsentia nequaquam velut intolerabilia fugiant, quibus hic plerumque etiam bonos affici nō ignorāt. Admonendi sunt qui flagella metuunt, vt si malis veraciter carere desiderāt, æterna supplicia perhorrescant, neq; in hoc suppliciorū timore permaneant, sed ad amoris gratiam nutrimento charitatis excresecant. Scriptum quippe est: Perfecta charitas foras mittit timorem. Et rursus scriptum est: Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, sed spiritū adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Vnde idem doctor iterum dicit: Vbi spiritus domini ibi libertas. Si ergo adhuc à praua actione formidata poena prohibet, profecto formidantis animam nulla spiritus libertas tenet. Nam si poenam non metueret, culpā proculdubio perpetraret. Ignorat itaq; mens gratiam libertatis, quā ligat seruitus timoris. Bona enim pro semetipsis amata sunt & non poenis cōpellentibus exequēda. Nā qui propterea bonum facit quia tormentorū mala metuit, vult non esse quod metuat, vt audacter illicita committat. Vnde luce clarius cōstat quod coram deo innocentia amittitur, ante cuius oculos desiderio peccatur. At contra ij quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt, tanto acriori inuentione feriendi sunt, quanto maiore insensibilitate durauerunt. Plerumque enim sine dedignatione dedignandi sunt, sine desperatione desperandi, ita duntaxat vt & ostēsa desperatio formidinem incutiat, & subiuncta admonitio ad spem reducat. Districtæ itaque cōtra illos diuinæ sententiæ proferendæ sunt, vt ad cognitionē sui considerata æterna animaduersione reuocentur. Audiant enim in se impletum esse quod scriptum est: Si cōtuleris stultum in pila, quasi ptilanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Contra hos propheta domino cōqueritur, dicens: Atriluisti eos, & reuenerunt accipere disciplinā.

1.104. 4.  
Rom. 8.

**H**ic est quod dominus dicit: Interfici & perdidisti populam istam, & tamen à viis suis non sunt reuersi. Hinc rursus ait: Populus non est reuersus ad percutientē se. Hinc voce flagellantium propheta Hieremias conqueritur dicens: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Babylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione confusa verba correctionis audit, flagella correctionis percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit. Hinc captiuo populo Israëlítico, nec tamen ab iniquitate conuerso dominus exprobrat dicens: Versa est mihi domus Israël in scoriam, omnes isti facti sunt mihi æs, & stannū, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Ac si aperte dicat: Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos vel aurum fieri quæsiui, sed in fornace mihi æs, stannum, & ferrum, & plumbum versi sunt, quia non ad virtutem sed ad vitia etiā in tribulatione proruperunt. Aes quippe dū percutitur, amplius metallis cæteris sonitum reddit. Qui igitur in percussione potius erumpit ad sonitum murmurationis, in æs versus est in medio fornacis. Stannum verò cum ex arte componitur, argenti speciem mentitur. Qui verò simulationis vitio non caret in tribulatione, stannum factus est in fornace. Ferro autem vitur, qui vitæ proximi insidiatur. Ferrum itaque in fornace est, qui nocendi malitiam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque cæteris metallis est grauius. In fornace ergo plumbum inuenitur, qui sic peccati sui pondere premitur vt etiam in tribulatione potius à terrenis desideriis non leuetur. Hinc rursus scriptum est: Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admonet, vt in nobis rubiginē vitiorū purget, sed nec per ignē rubiginē amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc propheta iterum dicit: Frustra conflauit conflator, malitiæ eorum sunt consumptæ. Sciendum vero est quod nonnunquam cum inter flagellorum duritiam remaneant incorrecti, dulci sunt admonitione mulcendi. Quos enim cruciamenta non corrigunt, nonnunquam ab iniquis actionibus lenia blandimenta compescunt. Quia & plerumque ægros quos fortis pigmentorum potio curare nō valuit, ad salutem pristinam tepens aqua reuocauit, & nonnulla vulnera que curari incisione nequeunt, fomentis olei sanantur. Et durus adamas incisionem ferri minime recipit, sed leni hircorum sanguine mollescit.

2. Cor. 3.

Prover. 27

Hier. 5.

Esai. 9.

Hier. 51.

Ecc. 22.

**I**tem admonendi sunt nimis taciti, atque aliter multiloquio vacantes. Inlinuari nanque nimis tacitis debet, quia dum quædam vitia incautē fugiant, occultē deterioribus implicantur. Nam sæpe linguam quia immo deratus premunt, in corde grauius multiloquium tolerant, vt eo plus cogitationes in mente ferueant, quo illas violenta custodia indiscreti silentij angustat. Quæ plerumque tanto latius quoque diffluunt, quanto se esse securius æstimant, quia foris à reprehensoribus non videntur. Vnde nonnunquam mens in superbiam tollitur, & quos loquētes audit, quasi infirmos despiciit. Cumque os corporis claudit, quantum se vitis superbiendo aperiat non cognoscit. Linguam etenim premit, mentem eleuat. Et cum suam malitiam atque nequitiam minimē considerat, tanto apud se cunctos liberius, quanto & secretius accusat. Admonendi sunt igitur nimis taciti, vt scire sollicitē studeant, non solum quales exterius ostendere, sed etiam quales se debeant interius exhibere, vt plus ex cogitationibus occultum iudicium quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum. Vnde per Salomonē quoque scriptum est: Fili mi attende sapientiam meam & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, vt custodias cogitationes. Nihil quippe in nobis est corde fugacius, quod à nobis toties recedit, quotiens per prauas cogitationes defluit. Hinc etiam Psalmista ait: Cor meum dereliquit me. Hinc ad semetipsum rediens, ait: Inuenit seruus tuus cor suum vt oret te. Cum ergo cogitatio per custodiam restringitur, cor quod fugere consuevit, inuenitur. Plerumque autem nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quæ sustinent non loquuntur. Nam si illatas molestias tranquillæ linguæ sermone dicerent, à conscientia dolor emanaret. Vulnera eorum clausa plus cruciant. Nam cum putredo que interius feruet elicitur, ad salutem dolor aperitur. Scire igitur debent qui plusquam expedit tacent, ne inter molesta quæ tolerant dum linguam tenent, vim doloris exaggerent. Admonendi sunt enim, vt si proximos sicut se diligunt minimē illis taceant vnde eos iuste reprehendant. Vocis enim medicamine vtrorumque saluti cōcurratur, dum & ab illo qui infert, actio praua atque peruersa compescitur, & ab hoc qui sustinet, doloris seruos vulnere aperto tēperatur. Qui enim proximorum mala respiciunt, & tamen in silentio linguam subtrahunt, & eo mortis authores fiunt quo virus quod potuerunt curare noluerunt. Lingua itaque discretē frenanda est, non insolubiliter obliganda. Scriptum nanque est: Sapiens tacebit vsque ad tempus, vt nimirum cum oportu- num considerat, postposita censura silentij, loquendo quæ congruunt, in vsum se vtilitatis impendat. Et rursus quoque scriptum est: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Discretē quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per verba inutiliter defluat, aut cum loqui vtiliter potest, semetipsam pigre restringat. Quod bene Psalmista considerans dicit: Pone domine custodiā ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Nō enim poni ori suo parietē, sed ostium petit, quod videlicet aperitur & clauditur. Vnde & nobis cautē discendū est, quatenus os discretē & cōgruo tēpore vox aperiat, & rursus congruo taciturnitas claudat. At cōtrā admonendi sunt multiloquio vacantes, vt vigilanter

Ezech.

Hier.

E

Prover.


Psalm.

M

Ecc. 20.

Ecc. 17.

Psalm.



**A** ut vigilanter aspiciant à quanto rectitudinis statu depererint, dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mēs ante more & circumclusa ad superiora colligitur, quia illud repetit vade descedit, & relaxata deperit, quia se per infima inuisititer spargit. Quod enim super se vacuis verbis à filio sui seipsum dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Vnde & recte interius ad sui cognitionem nō sufficit, quia per multiloquium sparsa à secreto se infidiantis hostis vulneribus detegit. Totam verò se infidiantis hostis vulneribus detegit, quia nulla munitione custodiæ circumcludit. Vnde scriptum est: Sicut urbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silentij nō habet, patet inimici iaculis civitas mentis, Et cum se per verba extra semetipsam eicit, apertam se aduersario ostendit. Quam tanto ille sine labore superat, quanto & ipsa quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquiū pugnat. Plerūque autem dum per quosdam gradus desideria mens in lapsum casus impellitur, dum otiosa cauere verba negligimus, ad noxia quandoque peruenimus, vt prius loqui aliena libeat, & postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquitur mordeat, ad extremum vero vsque ad apertas lingua contumelias erumpat. Hinc seminantur stimuli, oriuntur rixæ, accenduntur faces odiorum, pax extinguitur cordium. Vnde bene per Salomonem dicitur: Qui dimittit aquam, fluxus est iurgiorum. Aquam quippe dimittens, est linguam in fluxum eloquiū relaxare. Quo contra in bona etiam parte iterum dicitur: Aqua profunda verba ex ore dei. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum, quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Vnde è diuerso scriptum est: Qui imponit stulto silentiū, iras mitigat. Quia autem multiloquio quisque seruiens linguam frenare nequiverit, accidit vt rectitudinem iustitiæ tenere nequaquam possit, quod testatur propheta qui ait: Vir linguosus non dirigitur super terram. Hinc quoque Salomon iterum dicit: In multiloquio non deerit peccatum. Hinc Elia ait: Cultus iustitiæ, silentiū: videlicet indicans, quia mens à iustitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacob⁹ ait: Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Hinc rursus ait: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Hinc iterum [vix lingua: definitens] adiungit: Lingua iniquitatem veritatis, plena veneno mortiferi. Hinc semetipsam nos veritas admonet dicens: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines reddet de eo rationem in die iudicij. Otiosum quippe vrbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ utilitatis caret. Si ergo de otioso sermone ratio exigitur, penemus quæ poena multiloquium maneat, in quo etiam per noxia verba peccatur.

Admonitio. XVI.

**C** Liter admonendi sunt pigri, atque aliter precipites. Illi nanque suadendi sunt ne agenda bona dum disse runt amittant, isti vero admonendi sunt ne dum bonorum tempus incaute festinando præueniunt, eorum merita immutent. Pigri itaque intinandum quod sæpe dū oportune agere quæ possumus nolumus, paulo post cum volumus non valeamus. Ipsa quippe mentis desideria dum congruo seruore non accenditur, à bonorum desiderio funditus conuale scente furtim torpore maciatur. Vnde aperte per Salomonē dicitur: Pigres inmittit soporem. Piger enim recte sentiendo quasi vigilat, quannus nihil operādo torpescat. Sed pigredo soporem immitit, quia paulisper etiā recte sentiendi vigilantiā amittitur, dum à bene operandi studio cessatur. Vbi recte subiungitur: Et anima dissoluta esuriet. Nā mēs quia se ad superiora stringendo non dirigit, neglectam se inferius per desideria expandit. Et dum studiorum sublimium vigore non constringitur, cupiditatis infime fame lauciatur, vt quo se per disciplinam ligare dissimulat, eo se esuriēs per voluptatum desideria spargat. Hinc ab eodem rursus Salomone scribitur: In desiderijs est omnis otiosus. Hinc ipsa veritate predicante, vno quidem exeunte spiritu munda dom⁹ dicitur, sed multipliciter redeunte dum vacat occupatur. Plerūque piger dum necessaria agere negligit, quædam sibi difficilia opponit, quædam vero incaute formidat, & dum quasi inuenit quod velut iuste metuat, ostendit quod in otio quasi

non iniuste torpescat. Cui recte per Salomonē dicitur: Propter frigus piger arare uoluit, mendicabit ergo æstate, & nō dabitur ei. Propter frigus quippe piger non arat dum desideria & torpore constrictus, agere quæ debet bona considerat, & dissimulat. Propter frigus quippe piger non arat, dum parua ex aduerso mala metuit, & operari maxima prætermittit. Bene autem dicitur: Mendicabit æstate, & non dabitur ei. Qui enim nunc in bonis operibus non exultat, cū sol iudicis feruētior apparuerit, quia frustra regni aditū postulat, nihil accipiens æstate mendicat. Bene hinc per eundem Salomonē rursum dicitur: Qui obseruat ventum, non seminat, & qui considerat nubes, nunquā metit, quia quisquis tentationē malignorū spiritūū quisquis persecutionem prauorum hominum metuit, neque nunc grana boni operis seminat, neque tunc manipulos sanctæ retributionis lecat. At contra admonendi sunt precipites, quia dum bonorum actuum præueniunt tempus, meritum peruertunt, & sæpe in malis corruunt, dum bona minimè discernunt. Qui nequaquam quid, quomodo vel quando quæque agant inspicunt, sed plerūque acta quia ita non debuerunt agere cognoscunt. Quibus sub auditoris specie recte per Salomonem dicitur: Fili sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis. Et rursus: Palpebræ tuæ præcedunt gressum tuos. Palpebræ quippe gressus præcedunt, cū operationem nostram consilia recta præueniunt. Qui enim negligit considerando præuidere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, sed præuidendo sibi metipsum non antecedit, atque idcirco citius corruunt, quia quò pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij non attendit.

Admonitio. XVII.

**A** liter admonendi sunt mansueti, atque aliter iracundi. Nonnunquam verò mansueti cum præsumunt, vicinum & quasi iuxta positum torporem desideria patiunt. Et plerūque nimia resolutione lenitatis ultra quàm necesse est vigorem districtiōnis emolliunt. At contra iracundi cum regiminū loca percipiunt, quo impellente ira in mentis vasa quietis tranquillitate confundit. Quos cū furor agit in præcepis, ignorant quicquid irati faciunt, ignorant quicquid patiuntur irati à semetipsis. Nonnunquam verò quod est prauius, iræ suæ stimulum iustitiæ zelū putant. Et cū vitium virtus creditur, sine metu culpa cumulatur. Sæpe ergo mansueti dissolutionis torpescunt, sæpe iracundi rectitudinis falluntur zelo. Illorū itaque virtuti vitium latenter adiungitur, his autem suum vitium quasi virtus feruens videtur. Admonendi sunt igitur illi, vt fugiant quod iuxta ipsos est: isti quod in ipsis est. Attendat illi quod nō habent, discernat isti quod habent. Amplectatur mansueti sollicitudinē, damnent iracundi perturbationē. Admonendi sunt mansueti vt habere etiā æmulationem iustitiæ studeant. Admonendi sunt iracundi vt æmulationem quam se habere existimant, mansuetudinem subiangant. Idcirco nāque spiritus sanctus in columba & in igne monstratur: quia videlicet omnes quos implet, & columbæ simplicitate mansuetus, & igne zeli ardētis exhibet. Nequaquam ergo sancto spiritu plenus est, qui aut in tranquillitate mansuetudinis ardore virtutem mansuetudinis amittit. Quod fortasse melius ostendimus si in medium Pauli magisterium proferamus, qui duobus discipulis & non diuersa charitate præditis, diuersa tamen adiutoria prædicationis impendit. Timotheum nanque admonens ait: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia & doctrina. Titum quoque admonet dicens: Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Quid est quod doctrinā suam tanta arte dispensat, vt in exhibenda hac alteri imperium, atque alteri patientiam proponat, nisi quod mansuetioris spiritus Titū, & Paulo feruētioris vidit esse Timotheū? Illum per æmulationis studium inflammat, hunc per lenitatem patientiæ temperat. Illi quod deest iungit, huic quod superest subtrahit. Illum stimulo impellere

Prover. 20

D

Eccles. 11

E

Eccles. 33

Prover. 4

2. Tim. 4

ad Tit. 2

**G**nititur, hunc freno moderatur. Magnus quippe susceptæ Ecclēsiæ colonus alios palmites vt crescere debeant rigat, alios cum plus iusto crescere conspexit resecat ne aut non crescendo non ferant fructus, aut immoderate crescendo quos protulerant amittant. Sed longe alia est ira quæ sub æmulationis specie surripit, alia quæ turbatum cor & sine iustitiæ prætextu confundit. Illa enim in hoc quod debet inordinate extēditur, hæc autem semper in iis quæ non debet inflammatur. Sciendum quippe est quia in hoc ab impatientibus iracundi differunt, quod illi ab illis illata non tolerant, isti autem etiã quæ tolerantur important. Nam iracundi sæpe etiam se declinantes insequuntur, rixę occasionem commouent, labore contentionis gaudent, quos tamen melius corrigimus, si in ipsa ira suæ commotione declinam⁹. Perturbati quippe quid audiunt ignorant, sed ad se reducti tanto libentius exhortationis verba recipiunt, quanto se tranquillius toleratos erubescunt. Menti autem furore ebris, omne rectum quod dicitur, peruersum videtur: Vnde & Nabal ebrio culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quã digesto vino laudabiliter dixit, & idcirco malum quod fecerat, cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audiuit. Cum vero ita iracundi alios impetunt vt declinari omnino non possint, non aperta exprobratione, sed sub quadam sunt cautela reuerentię parcendo feriendi. Quod melius ostendimus, si Abner factum ad medium deducamus. Hunc quippe cum Azahel vi incautę præcipitationis impeteret, scriptum est: Locutus est Abner ad Azahel dicens: Recede à me, noli me persequi: ne compellar confodere te in terrã. Qui audire contēpsit, & noluit declinare. Percussit ergo eum Abner aduersa hasta in inguine, & trãssodit eum, & mortuus est. Cuius enim Azahel typum tenuit, nisi eorū quos vehementer arripiens furor in præceps ducit? Qui in eodem furoris impetu tanto cautē declinandi sunt, quanto & insane rapiuntur. Vnde & Abner, qui nostro sermone patris lucerna dicitur, fugit: quia doctorū lingua quæ supernū dei lumē indicat, cum per abrupta furoris mentē culuspium ferri conspiciat, cumq; contra irascentem dissimulat verborū sacula reddere, quasi persequentem nō vult ferire. Sed cū iracundi nulla consideratione se mitīgāt, & quasi Azahel persequi & insanire non cessant, necesse est vt hi qui furentes conantur reprimere, nequaquam in furore se erigant, sed quicquid est tranquillitatis ostendant: quædam vero subtiliter proferant in quibus ex obliquo furentis animū pungāt. Vnde & Abner cum contra persequentē substitit, non eum recta sed aduersa hasta transforauit. Ex mucrone quippe percutere, est impetu apertę increpationis obuiare. Auersa vero hasta persequentem ferire, est furentē tranquillē ex quibusdã tangere, & quasi parcendo superare. Azahel autem protinus occubuit, quia comotę mentes dum & parci sibi sentiunt, & tamen responforum ratione in intimis sub tranquillitate tanguntur, ab eo quod se exererāt, statim cadunt. Qui ergo à furoris sui ipetu sub lenitatis percussione resiliūt, quasi sine ferro moriūtur.

Admonitio. XVIII.

**A**liter admonendi sunt humiles, atque aliter elati. Illis insinuandum est quã sit vera excellentia quam sperando tenēt, istis vero intimandum est q̄ sit nulla temporalis gloria, quã & amplectentes non tenent. Audiant humiles quã sit æterna quæ appetūt, quã trãsitoria quæ contemnant. Audiant elati quã sit trãsitoria quæ ambiūt, quã æterna quæ perdunt. Audiant humiles ex magistra voce veritatis: Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Audiant elati: Omnis qui se exaltat humiliabitur. Audiant humiles: Gloriam præcedit humilitas. Audiant elati: Ante ruinam exaltatur spiritus. Audiant humiles: Ad quem autem respiciam, nisi ad humilem & quietum & trementem sermones meos? Audiant elati: Quid superbis terra & cinis? Audiant humiles: Deus humilia respicit. Audiant elati: Et alta à longe cognoscit. Audiant humiles: Quia filius hominis non venit ministrare, sed ministrare. Audiant elati: Quia initium omnis peccati superbia est. Audiant humiles: Quia redemptor noster humiliavit semetipsum, factus obediens patri vsq; ad mortē. Audiant elati quod de eorum capite scriptum est: Ipse est rex super omnes filios superbię. Occasio igitur perditionis nostrę facta est superbia diaboli, & argumentū redemptionis nostrę inuenta est humilitas dei. Hostis enim noster sater o-

nia conditus, voluit videri super omnia elatus, redēptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruulus. Dicatur ergo humilibus, quia dū se deiciunt, ad dei similitudinem ascendunt. Dicatur autē elatis, quia dum se erigunt, in apostatę angeli imitatione cadunt. Quid itaq; elatione deiectius quæ dum supra se tenditur, ab altitudine verę celsitudinis elongatur? Quid autem humilitate sublimius, quæ dum se in ima deprimit, auctori suo manenti super summa coniungitur? Est tamen aliud quod in eis debeat cautē pensari, quia sæpe quidam humilitatis decipiuntur specie, quidam vero elationis suæ ignorantia falluntur. Nam plerunq; nonnullis qui sibi humiles videntur, is qui hominibus deferri nō debet, cōiunctus est timor: plerunq; verò elatos comitari solet libera vocis assertio. Et cum quædam increpanda sunt vitia, illi reticent ex timore, & tamen tacere se æstimant ex humilitate: isti loquuntur per impatientiam elationis, & tamen se credunt loqui per libertatem rectitudinis. Illos vt peruersa nō increpēt, sub specie humilitatis premit culpa formidinis, istos ad increpanda quæ non debent aut magis quã debent, sub imagine libertatis effrenatio impellit timoris. Vnde & elati admonēdi sunt, ne plusquã decet sint liberi, & humiles admonēdi sunt, ne plusquam expediat sint subiecti: ne aut illi defensionem iustitię verant in exercitationem superbię, aut isti cum student plusquã necesse est hominibus subiici, compellātur eorū etiam vitia venerari. Considerandū verò est quod plerunq; elatos vt ilius corrigimus si eorū correptionibus quædã laudū fomenta misceamus. Inferenda namq; sunt illis aut talia bona quę in ipsis sunt, aut dicendū certē quę poterant esse si non sunt, & tunc demū ressecanda sunt mala quæ nobis displicent, cum prius ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint præmissa bona quæ placent. Nã & equos indomitos blanda prius manu tangim⁹, vt eos nobis plenius postmodū etiã per flagella subigam⁹, & amaro pigmētorū poculo mellis dulcedo adiūgitur, ne ea quæ saluti profutura est, in ipso gustu aspera amaritudo sentiat: & dum gustus per dulcedinē fallitur, humor mortiferus per amaritudinē vacuatur. Ipsa ergo in elatis succutionis exordia permixta sunt laude temperada, vt dum admittunt fauores quos diligunt, etiam correptiones recipiant quas oderunt. Plerunq; autem persuadere elatis vtilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius quã illis profuturum dicamus, si eorum meliorationē nobis magis quã illis profuturam dicamus, & eam magis nobis quam sibi impendi postulamus. Facile enim ad bonum elatio flectitur, si & aliis eius infectio prodesse credatur. Vnde Moyses qui regente se deo, deserti iter aëria columna duce pergebat, cum Obab cognatum suum à gentilitatis conuersatione vellet educere, & omnipotentis dominio subiugare, ait: Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis, veni nobiscum & benefacim⁹ tibi, quia dominus bona promisit Israël. Cui cū respondisset ille, uō vadam tecum, sed reuertar ad terrã meã in qua natus sum, illico adiunxit: Noli nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris dux noster. Neque enim Moysi mentem ignorantia itineris angustabat, quam & ad prophetiæ scientiam cognitio diuinitatis expanderat, quem columna exterius præibat, quem de cunctis interlus per conuersationem cum deo sedulam locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir prouidus elato auditori colloquens, solatium petiuit vt daret, ducem cum requirebat in via, vt dux ei fieri ad vitam potuisset. Egit itaque vt superbus auditor, voci ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus, quo putaretur necessari⁹: & vnde se exhortatorem suum præcedere crederet, inde sub verbis se exhortationis inclinaret.

Admonitio. XIX.

**A**liter admonendi sunt pertinaces, atque aliter inconstantes. Pertinacibus namque dicendum est, quod plus de se quã sunt sentiunt, & idcirco alienis consiliis non acquiescūt. Inconstantibus vero intimandum est, quod valde se despicientes negligunt, & ideo leuitate cogitationū à suo iudicio per tēporum momēta flectūt. Illis dicendū est, quia nisi meliores se cæteris æstimarēt, nequaquam cūctorum cōsilia suæ deliberationi postponerēt. Istis dicendū est quia si hoc quod sunt vtcunq; attenderent nequaquã eos per tot varietatis

1. Reg. 25.

2. Reg. 2.

H

I

Luc. 18.

Ibidem.

Prover. 15.

Prover. 16.

Esa. 66.

Eccli. 10.

Psal. 137.

Mat. 20.


Eccli. 10.

Philip. 2.

Iob. 41.

Nom. 10.

M



**A** tot varietatis vitiora mutabilitatis aura versaret. Illis p Paulum dicitur: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. At contra isti audiunt: Non circumferamur omni vento doctrinae. De illis per Salomonem dicitur: Comedet fructus vineae suae, suisque consiliis saturabuntur. De istis autem ab eo rursus scribitur: Cor stultorum dissimile erit. Cor quippe sapientium sibi metipsis semper est simile: quia dum rectis persuasionibus acquiescit, consultant se in bono opere dirigit. Cor vero stultorum dissimile est, quia dum monente se vultu exhibet, nunquam idem quod fuerat manet: Et quia quaedam vitia sicut ex semetipsis gignunt alia, ita ex aliis oriuntur, sciendum summo opere est quod tunc ea corripiendo melius tergemus, cum ipsa ab amaritudinis suae fonte siccamus. Pertinacia autem ex inperbia, inconstantia vero ex leuitate generatur. Admonendi igitur sunt pertinaces, vt elationem suae cogitationis agnoscant, & semetipsos vincere studeant, ne dum rectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt, intus a superbia captiui teneantur. Admonendi sunt vt solerter aspiciant quia filius hominis cui vna cum patre semper voluntas est: vt exemplum nobis frangendae nostrae voluntatis praebeat, dicit: Non veni facere voluntatem meam sed eius qui misit me patris.

**B** Qui vt huius adhuc virtutis gratiam commendaret, seruaturum se hoc in extremo iudicio perhibet, cum ait: Ego a meo solo non possum facere quicquam, sed sicut audio, iudico. Quia itaque cogitatione dedignus filius alienae voluntatis acquiescere, quando dei & hominis filius cum virtutis sui gloriam venit ostendere, testatur se non a semetipso iudicare? At contra admonendi sunt inconstantes, vt mentem gravitate roborent. Tunc enim gemina in se mutabilitatis arefaciunt, cum a corde prius radicem leuitatis abscindunt, quia & tunc fabrica robusta construitur, cum prius locus solidus in quo fundamentum poni debeat prouidetur. Nisi ergo ante mentis leuitas caueatur, cogitationum inconstancia minime vincitur, a quibus se alienum Paulus fuisse perhibuit, cum dicit: Nunquid leuitate vsus sum, aut quae cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, est & non? Ac si aperte dicat: Idcirco mutabilitatis aura non moueor, quia leuitatis vitio non succumbo.

Admonitio. XX.

**A** liter admonendi sunt gulae dediti, atque aliter abstinentes. Illos enim superfluitas locutionis, leuitas operis, atque luxuria, istos vero saepe impatientiae, saepe immoderata loquacitas raperet, dimes ille qui epulatus quotidie dicitur splendide, in lingua grauius non arderet, dicens: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flama. Quibus profecto verbis ostenditur, quia epulando quotidie crebrius in lingua peccauerat, qui totus ardens refrigerari se in lingua praecipue requirebat. Rursum quia gulae deditus leuitas protinus operis sequitur, auctoritas sacra testatur dicens: sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. Quos plerumque edacitas vsque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Vnde & hosti callido qui primi hominis ientum in concupiscentiam pomi aperuit, sed in peccati laqueo strinxit, diuina voce dicitur: Pectore & ventre repletus. Ac si ei aperte diceretur: Cogitatione & ingluuie super humanam corda dominaberis. Quia gulae deditus, occulta sententia dicitur: Princeps cocorum destruxit muros Hierusalem. princeps namque cocorum venter est, cui magna cura obsequium a cocis impeditur, vt ipse delectabiliter cibus impleatur. Muri autem Hierusalem virtutes sunt animae, ad desiderium supernae pacis eleuatae. Cocorum igitur princeps muros Hierusalem deiicit, quia dum venter ingluuie extenditur, virtutes animae per luxuriam destruantur. Quo contra nisi mentes abstinentium plerumque impatientia a sinu tranquillitatis excuteret, nequaquam Petrus dum diceret: Ministrare in fide vestra virtutem in virtute scientiam, in scientia autem abstinentiam, protinus vigilanter adiungeret dicens: in abstinentia autem patientiam. Deesse quippe abstinentibus patientiam prauidit, quae eis vt adesset admonuit. Rursum nisi cogitationes abstinentium aliquando superbiae culpa transigeret, Paulus minime dixisset: Qui non manducat, manducantem non iudicet. Qui rursus ad

alios loquens, dum de abstinentiae virtute gloriantium praecipua perstringeret, adiunxit: Quae sunt rationem quidem habentia sapientiae in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Quae in re diligenter quoque aduertendum est quod in disputatione sua praedicator egregius, superstitioni humilitatis speciem iungit, quia dum pluiquam necesse est caro atteritur per abstinentiam, humilitas foris ostenditur, sed de hac ipsa humilitate grauiter interius superbitur. Et nisi mens plerumque ex abstinentiae virtute tumesceret nequaquam hanc velut interitum merita Phariseus arrogans studiolo enumeraret dicens: Ieiunata bis in sabato. Admonendi ergo sunt gulae dediti, ne in eo quod escarum delectationi incumbunt, luxuriam se macrone transigant & quanta sibi per excessum loquacitatis, quanta mentis leuitas insidietur, aspiciant: ne dum ventri moliter seruiunt, vitiorum laqueis crudeliter astringantur. Tanto enim longius a secundo pariete receditur, quanto per immoderatum vitium dum manus ad cibum tenditur, parietis primi lapsus iteratur. At contra admonendi sunt abstinentes vt solerter semper aspiciant, ne cum gulae vitium fugiunt, acriora his vitia quasi ex virtute generentur, ne dum carnem macerant, ad impatientiam spiritus erumpat, & iam nulla virtus est quod caro vincitur, si spiritus ab ira superatur. Aliquando autem dum mens abstinentium ab ira se deprimat, hanc quasi peregrina veniens letitia corrumpit, & eo abstinentiae bonum deperit, quo sese a spiritualibus vitiis minime custodit. Vnde recte per prophetam dicitur: Ecce in die ieiunij vestri inueniuntur ieiunantes, & percussis pugnis impie. Voluntas quippe ad legitimum pertinet, pugnis ad iram. In cassum ergo per abstinentiam caro atteritur si inordinatis demissa motibus mens vitiis dissipatur. Rursumque admonendi sunt vt abstinentiam suam & semper sine immutatione custodiant, & nunquam hanc apud occultum iudicem eximia virtutis credant, ne si fortasse cum magni meriti esse creditur, cor in elationem subleuetur. Hinc namque per prophetam dicitur: Numquid tale est ieiunium quod elegi? Sed frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Quae in re pensandum est virtus abstinentiae quam parua respicitur, quae non nisi ex aliis virtutibus commedatur. Hinc Iobel ait: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare, est adiunctis aliis bonis abstinentem, vt nouerint quia tunc placentem deo abstinentiam offerunt, cum ea quae de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur. Solerter namque audiendum est quod per prophetam dominus redarguit dicens: Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & in septimo, mens per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comederetis & biberetis, numquid non vobismetipsis comedistis, & vobismetipsis bibistis? Non enim deo: sed sibi quisque ieiunat, si ea quae ventri ad tempus subtrahit, non egenis tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Itaque ne aut illos appetitus gulae a mentis statu deiiciat, aut istos afflicta caro ex elatione suppletet, audiat illi ex ore veritatis: Attendite enim vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate curis huius mundi. Vbi utilis quoque paupor adiungitur: Et superueniat in vos repentinus dies ille. Tanquam laqueus enim venit in omnes qui sedent super faciem omnium terrarum. Audiant isti: Non quae intrant per os inquinant hominem: sed quae exeunt de ore, illa sunt quae inquinant hominem. Audiant illi: Esca ventri, & venter eis, deus autem & hunc & hanc destruet. Et rursus: Non in comestationibus & ebrietatibus. Et rursus: Esca vos non commendat deo. Audiant isti, quia omnia munda mundis, conquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Audiant illi: Quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum. Audiant isti: Discedent quidam a fide & veritate. Et paulo post: Prohibitum nubere, praecipientium abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt veritate. Audiant illi: Bonum est non manducare carnem nec bibere vinum, neque in quo frater tuus scandalizatur. Audiant isti: Modico vino vttere propter stomachum & frequentes tuas infirmitates. Quatenus illi discant cibos carnis inordinate non appetere, & isti creaturam dei quam non appetunt non audeant condemnare.

Colof. 2.  
Luce. 12.  
Esa. 58.  
Ibidem.  
Esa. 58.  
Iob. 1.  
Zach. 7.  
Luce. 21.  
Ibidem.  
Mar. 7.  
1. Cor. 6.  
Rom. 13.  
1. Cor. 8.  
ad Tit. 1.  
Philip. 3.  
1. Tim. 4.  
Rom. 14.  
1. Tim. 5.



G

**A**liter admonendi sunt qui sua iam misericorditer tribuunt, atque aliter qui adhuc & aliena rapere contendunt. Admonendi sunt namque qui iam sua misericorditer tribuunt, ne cogitatione tumida super eos quibus terrena largiuntur se extollant, ne idcirco se meliores aestiment, quia contineri per se ceteros vident. Nam terrena domus dominus famulorum ordines ministeriaque dispersit, hos ut regant, illos vero statuit, ut ab aliis regatur. Istos iubet ut necessaria ceteris praebeat, illos ut accepta ab aliis sumant. Et tamen plerumque offendunt qui regunt, & in patrifamilias gratia permanent qui reguntur. Ira merentur qui dispensatores sunt, sine offensione perdurat qui ex aliena dispensatione subsistunt. Admonendi sunt igitur qui iam quae possident misericorditer tribuunt, ut a coelesti domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscat, & tanto humiliter praebeat, quanto & aliena esse intelligunt quae dispensant. Cumque in illorum ministerio quibus accepta largiuntur constitutos se esse considerant, nequaquam eorum metes tumor subleuet sed timor premat. Unde & necesse est ut sollicitudine perpendat ne commissa indignè distribuatur, ne quaedam quibus nulla, ne nulla quibus quaedam, ne multa quibus pauca, ne pauca praebeant quibus impendere multa debuerunt, ne praecipitatione hoc quod tribuunt inutiliter spargant, ne tarditate petentes nocuere crucient, ne recipiendae hic gratiae intentio subrepat, ne dationis lumen laudis transitoriae appetitio extinguat, ne oblatum munus coniuncta tristitia absorbeat, ne in bene oblato munere animus plusquam decet hilarescat, ne sibi quicquam cum totum rectè impleuerint tribuant, & simul omnia postquam peregerint perdat. Ne enim sibi virtutem suae liberalitatis deputent, audiant quod scriptum est: Si quis administrat tanquam ex virtute quam administrat deus. Ne in benefactis immoderatus gaudeat, audiant quod scriptum est: Cum feceritis haec omnia quae praecipita sunt vobis: dicite, serui inutiles sumus, quae debuimus facere fecimus. Ne largitatem tristitia corrumpat, audiant quod scriptum est: Hilarum enim datorem diligit deus. Ne ex impenso munere transitoriam laudem querant, audiant quod scriptum est: Ne sciat sinistra tua quid faciat dextera tua, id est, praedispensationi nequaquam se gloria vitae praesentis admisceat, sed opus rectitudinis appetitionem ignoret fauoris. Ne impensae gratiae vicissitudinem requirant, audiant quod scriptum est: Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte te ipsi reuoluerint, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, caecos, & beatus eris, quia non habet unde retribuatur tibi. Ne quae praebenda sunt citius, sero praebeantur, audiant quod scriptum est: Ne dixeris amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea quae possident, inutiliter spargant, audiant quod scriptum est: Sudet elemosyna in manu tua. Ne cum multa necesse sunt, parua largiatur, audiat quod scriptum est: Qui parce seminat, parce & metet. Ne cum pauca oportet plurima praebeat, & ipsi postmodum nimie inopia tolerant ad impatientiam erumpant, audiant quod scriptum est: Non ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum. Cum enim datis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit, occasionem contra se impatientiae exquirat. Prius namque preparandus est patientiae animus, & tunc aut multa sunt aut cuncta largienda, ne dum minus aequanimiter inopia irruens fertur, & praemissa largitatis merces pereat, & adhuc mentem deterius mormuratio subsequens perdat. Ne omnino nihil eis praebeant quibus conferre aliquid paruum debent, audiant quod scriptum est: Omni petenti te tribue. Ne saltem aliquid praebeant quibus omnino conferre nihil debent, audiant quod scriptum est: Da bono, & noli recipere peccatorem. Be nefac humili, & non dederis impio. Et rursum: Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Panem enim suum & vinum peccatoribus praebet, qui iniquis subsidia pro eo quod iniqui sunt impendit. Vade & nonnulli huius mundi diuites,

1. Pet. 4.  
 Luc. 17.  
 2. Cor. 9.  
 Mat. 6.  
 Luc. 14.  
 Prouer. 3.  
 2. Cor. 9.  
 2. Cor. 8.  
 Luc. 6.  
 Eccl. 12.  
 Tob. 4.

cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suum non quia peccator sed quia homo est tribuit, nimirum non peccatorem sed iustum pauperem nutrit, quia in illo non culpam sed naturam diligit. Admonendi sunt etiam qui iam sua misericorditer largiuntur, ut sollicitudine custodire studeant, ne cum commissis peccata elemosynis redimunt, adhuc redimenda committant. Ne venalem dei iustitiam estimant, si cum curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur se posse inultè peccare. Melior quippe est anima quam esca, melius corpus quam vestimentum. Qui ergo escam aut vestimentum pauperibus largitur, sed tamen animae vel corporis iniquitate polluitur, quod minus est iustitiae obtulit, & quod maius est culpa commisit, sua enim deo dedit, & se diabolo. At contra admonendi sunt qui adhuc & aliena rapere contendunt ut sollicitudine audiant quid veniens in iudicium dominus dicat: Ait namque: Esurui & non dedistis mihi manducare, sitiui & non dedistis mihi potum, hospes fui & non collegistis me, nudus, & non operuistis me, infirmus & in carcere, & non visitastis me. Quibus etiam praemittit dicens: Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui preparatus est diabolo & angelis eius. Ecce nequaquam audiunt quia rapinas vel alia quaelibet violenta commiserunt, & tamen aeternis gehennae ignibus mancipantur. Hinc ergo colligendum est quanta damnatione plectendi sunt qui rapiunt aliena, si tanta animaduersione feriuntur qui sua indifferetè tenuerunt. Perpendant quoque eos obliget reatu res raptae, si tali subiicit poenae non tradita. Perpendant quid mereatur iniustitia illata, si tanta percussione digna est pietas non impensa. Cum aliena rapere intendunt, audiant quod scriptum est: Vae ei qui multiplicat non sua utraque quo aggrauat contra se densum lutum? Avaro quippe contra se densum lutum aggrauare, est terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Cum multiplicare largae habitationis spatia cupiunt, audiant quod scriptum est: Vae qui conuulgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, usque ad terminum loci. Nunquid habitabitis soli vos in medio terrae? Ac si aperte diceret: Quousque vos extenditis qui habere in communi modo consortes minime vultis? Coniunctos quidem premitis, sed contra quos valeatis vos extendere, semper inuenietis. Cum augendis pecuniis inhiant audiant quod scriptum est: Avarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis. Fructus quippe ex illis caperet, si eas bene spargere non amando voluisset. Qui vero eas diligendo retinet, hic utique sine fructu derelinquet. Cum repleti cunctis simul opibus inardescunt, audiant quod scriptum est: Qui festinat ditari, non erit innocens. Profecto enim qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more auarum captus cum escam terrenarum rerum avidè conspiciat quo strangulatur peccati laqueo non agnoscit. Cum quaelibet praesentis mundi lucra desiderat, & ea quae de futuro damno patientur ignorant, audiant, quod scriptum est: Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Ex hac quippe vita initium ducimus, ut ad benedictionis sortem in nouissimo veniamus. Qui itaque in principio hereditate festinant, sortem sibi in nouissimo benedictione amputat, quia dum per auaritia nequitiam hic multiplicari appetunt: illic ab aeterno patrimonio exhaeredes fiunt. Cumque plurima ambiunt, vel obtinere cuncta quae ambierint possunt, audiant quod scriptum est: Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum faciat? Ac si aperte veritas dicat: Quid prodest homini si totum quod extra se est congregat, si hoc ipsum solum quod ipse est damnatur? Plerumque autem citius raptorum auaritia corrigitur, si in verbis admonentis quam fugitiua sit praesens vita monstratur, si eorum ad medium memoria deducatur, qui & ditari in hoc mundo diu conati sunt, & tamen in adeptis diuitiis diu manere nequiverunt, quibus festina mors repente & simul abstulit, quicquid eorum nequitia nec simul nec repente congregauit, qui non solum hic rapta reliquerunt, sed secum ad iudicium causas rapinae detulerunt. Horum itaque exempla audiant, quos in verbis suis proculdubio & ipsi condemnant, ut cum post verba ad cor redeunt, imitari saltem quos iudicant erubescant.

Mat. 6.  
 Luc. 12.  
 Mat. 25.  
 Ibidem.  
 Aba. 2.  
 Esai. 5.  
 Eccl. 5.  
 Prouer. 28.  
 M.  
 Prouer. 20.  
 Mat. 16.



**A**liter admonendi sunt, qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur: atque aliter qui & ea quae habent tribuunt, & tamen aliena rapere non desistunt. Admonendi sunt qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur: ut sciat sollicitudine quod ea de qua sumpti sunt, cunctis hominibus terra communis est: & idcirco alimenta quoque omnibus communiter profert. Incallum ergo se innocentes putant, qui commune dei munus sibi primatum vendicant: qui cum accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur: quia tot penae quotidie perimunt. Nam quotieslibet pauperum apud se subsidia abstrahunt. Nam reddimus: non nostra largimur, iustitiae debitum potius soluimus, quam misericordiae opus implemus. Vnde & ipsa veritas, quam de misericordia caute exhibenda loqueretur, ait: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Cui quoque sententiae etiam Psalmista concinens dicit: Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in aeternum. Cum enim largitatem impensam pauperibus praeferisset: non hac vocare misericordiam, sed iustitiam maluit: quia quod a communi domino tribuitur, iustumque profecto est: ut qui cum accipiunt, eo communiter utantur. Hinc etiam Salomon ait: Qui iustus est: tribuit & non cessabit. Admonendi sunt quoque: ut sollicitudine attendant quod ficulnea quae fructum non habuit, contra hanc districtus agricola queritur quod etiam terram occupavit. Terram quippe ficulnea sine fructu occupat: quando mens tenacium hoc quod prodesset multis poterat, inutiliter seruat. Terram ficulnea sine fructu occupat: quod in utiliter seruat. Terra ficulnea sine fructu occupat: quod in utiliter seruat. Terra ficulnea sine fructu occupat: quod in utiliter seruat. Terra ficulnea sine fructu occupat: quod in utiliter seruat.

**B** Mat. 6. Psal. III. Prouer. 21. Luc. 16. Psal. 48. Luc. 3. Esa. 61. Prouer. 21.

quendam sapientem dominus demonstrat dicens. Qui immolat sacrificium de substantia pauperis: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Quid namque esse intolerabilius potest quam mors filij ante oculos patris: Hoc itaque sacrificium quanta ira aspiciatur ostenditur: quod orbi patris dolori comparatur. Et tamen plerumque quanta tribuunt pensant: quanta autem rapiunt considerare dissimulant. Quasi mercedem numerat & perpendere culpas recusant. Audiant itaque quod scriptum est: Qui mercedes congregant: misit eas in sacculum pertulsum. In sacculo quippe pertulso videtur quando pecunia mittitur: sed quando amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt: sed quanta rapiunt non perpendunt, in pertulso sacculo mercedes mittunt: quia profecto has in spem suae fiduciae intuentes congerunt: sed non intuentes perdunt.

Admonitio. XXIII.

**A**liter admonendi sunt discordes: atque aliter pacati, Discordes namque admonendi sunt, ut certissime sciant quia quantislibet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si vniti per concordiam proximis negligunt. Scriptum quippe est: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax. Qui ergo seruare pacem non curat: ferre fructum spiritus recusat. Hinc Paulus ait: Cum sit inter vos zelus & contentio: nonne carnales estis? Hinc iterum quoque dicit: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. Hinc rursum admonens ait: Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis: vnum corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Ad vnam ergo vocationis spe nequaquam pertingitur, si non ad eam vnita cum proximis mente curratur. At saepe nonnulli quo quaedam specialiter dona percipiunt: ut si superbendo donum concordiae legere refrenatione quis edomat, concordare eis quos superat abstinentendo, contentat. Sed qui abstinentiam a concordia separat: quid admoeat Psalmista perpendat, ait enim: Laudate eum in tympano & choro. In tympano namque sicca & percussa pellis resonat. In choro autem voces sociatae concordant. Quisquis itaque corpus affligit, sed concordiam deserit, deum quidem laudat in tympano, sed tamen eum non laudat in choro. Saepem verò dum quosdam maior scientia erigit: a ceterorum societate disjungit: & quasi quo plus sapiunt: eo a concordiae virtute desipiscunt. Hi itaque audiant quid per semetipsam veritas dicat. Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace non virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit: eo deterius delinquit: & idcirco inexcusabiliter & multo maius merebitur supplicium, quia prudenter si voluisset potuit evitare peccatum. Quibus quoque recte per Iacobum dicitur: Quod si zelum amarum habetis inter vos, & contentiones sunt in corde vestro: nolite gloriari, & mendaces esse aduersum veritatem. Non est ista sapientia descendens deorsum: sed terrena, animalis, diabolica. Quae autem deorsum est sapientia: primum quidem pudica est, deinde pacifica. Pudica videlicet quia castè intelligit: pacifica autem quia per relationem se minimè a proximorum societate disjungit. Admonendi sunt dissidentes, ut nouerint quod tam diu nullum boni operis deo sacrificium immolat: quam diu a proximorum charitate discordant. Scriptum namque est: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque tibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratri tuo & tunc veniens offeres munus tuum. Ex qua praerceptione pensandum est quorum hostia repellitur, quae intolerabilis culpa monstratur. Nam cum mala cuncta bonis sequenteribus diluantur: pensamus quanta sint mala discordiae: quae nisi extincta funditus fuerint bonum sublequi non permittitur. Admonendi sunt discordes ut si aures a mandatis caelestibus declinant: metis oculos ad consideranda ea quae in infimis versantur aperiant, quod saepe aues vnus eiusdemque generis sese socialiter volando non deserunt: & quod gregatim animalia bruta pascuntur. Quae si solerter aspiciamus: concordando sibi irrationalis creatura indicat quantum malum per discordiam rationalis creatura committat: quando haec a rationis intentione perdidit: quod illa motu naturali custodit. At contra admonendi sunt pacati: ne dum plusquam necesse est pacem quam possident amant: ad perpetuam peruenire non appetant. Plerumque enim grauius inuentionem mentium

Eccles. 34.

D

Aggel. 1.

Galat. 5.

I. Cor. 3.

E

Heb. 12.

Ephes. 4.

Psal. 150.

Mat. 9.

Iaco. 3.

F

Matt. 5.

**G**mentum rerum tranquillitas tentat: ut quo non sunt molesta quæ obtinent, eo minus amabilia fiant quæ vacat: & quo delectant præsentia: eo non requirantur æterna. Vnde & per semetipsam veritas loquens cū terrenam pacem à superna distingueret: atque ad venturam discipulos ex præsentia prouocaret: ait: Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Relinquo scilicet transitoriam: do mansuram. Si ergo in eam cor quæ relicta est figitur: nunquam ad illam quæ danda est peruenitur. Pax ergo præsens ita tenenda est: ut & diligere debeat & contemni: ne si immoderate diligitur: diligentis animus in culpa capiatur. Vnde & admonendi sunt pacati: ne dū nimis humanam pacem desiderant, prauos hominū mores nequaquam redarguant: & cōsentiendo perueris: ab authoris sui se pace disjungant: ne dū humana foras iurgia metuant: interni cœderis discisione feriantur. Quid est enim pax transitoria nisi quoddam vestigium pacis æternæ? Quid esse ergo demeritis potest: quàm vestigia in puluere impressa diligere: sed ipsum à quo impressa sunt nō amare? Hinc David dum totum se ad fœdera pacis internæ constringeret, testatur quod cū malis concordiam non teneret dicens: Nōne qui oderant te domine oderam: & super inimicos tuos tacebam? Perfecta odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Inimicos etenim dei perfecto odio odisse, est & quod facti sunt diligere: & quod faciunt increpare, mores prauorum premere, & vitæ prodesse. Penlandum ergo est quando ab increpatione quiescit, quāta culpa si pax cum pessimis tenetur: si propheta tantus hoc velut in hostiam deo obtulit quod contra se pro domino prauorum inimicitias excitauit. Hinc est quod tribus Leui assumptis gladiis per castrorum media transiens: quia feriendis noluit peccatoribus parcere: deo manus dicta est consecrassè. Hinc Phinees peccantium ciuium gratiam spernens coeantes cū Madianitis perculit, & iram domini iratus placauit. Hinc per semetipsam veritas dicit: Quid putatis? quia pacem veni mittere in terram? Non utique: sed gladium. Malorum namque cū incaute amicitias iungimur: culpis ligamur. Vnde Iosaphat qui tot de antea vita præconis attollitur: de Achab regis amicitias penè periturus increpatur. Cui à domino per prophetam dicitur: Impio præbes auxilium: & his qui oderunt dominum, amicitias iugeras: & idcirco iram quidem dominus merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda. Ab illo enim qui summè rectus est corpore iam discrepat: quo peruersorum amicitias vita nostra concordat.

Admonendi sunt peccati: ne si ad increpationis verba profiliant: temporalem pacem sibi perturbari formident. Rursumque admonendi sunt ut eandem pacem dilectione integra intrinsicè teneant: quam per inuectionem vocis sibi extrinsicè turbant. Quod utranque provide se David seruasse perhibet, cū dicit: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cū loquebar illis impugnabam me gratis. Ecce loquens impugnabatur, sed tamē impugnatus erat pacificus: quia nec insulantes cessabat reprehendere: nec reprehensos negligebat amare. Hinc etiam Paulus ait: Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Hortatur enim discipulos ut pacem cum omnibus haberent: pramissit dicens si fieri potest: atque subiunxit: quod ex vobis est. Difficile quippe erat ut si male acta corripere: habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpatione confunditur: inuoluta necesse est ut in nostro corde seruetur. Rectè itaque ait quod ex vobis est, ac si nimirum dicat: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripitur expellitur: integra tamen in vestra qui corripitis mente teneatur. Vnde rursum idem discipulos admonet dicens: Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo: ut confundatur. Atque ille subiunxit: Et nolite ut inimicum existimare illum: sed corripite ut fratrem. Ac si diceret: Pacem cum eo exteriorem soluite: sed interiorem circa illum medullitus custodite, ut peccantis mentem sic vestra discordia feriat: quatenus pax à cordibus vestris nec abnegata discedat.

Admonitio. XXIII.

**A**liter admonendi sunt seminantes iurgia: atque aliter pacifici. Admonendi namque sunt qui iurgia seminant, ut cuius sint sequaces agnoscant. De apostata

ta quippe angelo scriptum est, cum bonæ messi inserta fuisset zizania: inimicus homo hoc fecit. De cuius etiam membro per Salomonem dicitur: Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminatur. Ecce, quem seminatem iurgia dicere voluit: prius apostatam nominavit: quia nisi more superbiens angeli à conspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet: foras post modum vsque ad seminanda iurgia non veniret. Qui rectè describitur quod annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior namque est custodia, quæ ordinata seruat exterius membra. Qui ergo statum mentis perdidit, subsequenter foras inconstantia morionis fluit atque exteriori mobilitate indicat quod nulla interius radice stabilitatis subsistat. Audiatur iurgiorum seminatore quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Atque è diuerso colligant quia si filij dei vocantur qui pacem faciunt: proculdubio sathanæ sunt filij qui confundunt. Omnes autem qui per discordiam separantur à viriditate dilectionis arefiunt. Qui etsi boni operis fructus in suis actionibus proferunt, profecto nulli sunt: quia non ex vnitate charitatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia quàm multipliciter peccant: qui dum vnā nequitiam perpetrant: ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In vno enim malo innumera peragunt: quia seminando discordiam, charitatem quæ nimis virtutum omnium mater est extinguit. Quia autem nihil preciosius est deo virtute dilectionis: nihil est delectabilius diabolo extinctione charitatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit: hosti dei familiaris seruit: quia quæ ille amissa cecidit, hæc iste vulneratis cordibus subtrahens, eis iter ascensionis abscidit. At contra admonendi sunt pacifici ne tantæ actionis pondus leuigent: si inter quos fundare pacem debeant ignorēt. Nam sicut multum nocet si vnitas desit bonis: ita valde est noxiū si non desit malis. Si ergo peruersorum nequitia in pacem iungitur: profecto eorum malis actibus robur augetur: quia quo sibi in malitia congruunt: eo se robullius bonorum afflictionibus illidunt. Hinc namque est quod contra damnati illius vasa videlicet antichristi prædicatores diuina voce beato Iob dicitur: Membra carnis eius coherentia sibi. Hinc sub squamarum specie de eius satellitibus perhibetur. Vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eos. Sequaces quippe illius quo nulla inter se discordiæ aduersitate diuisi sunt, eo in bonorum grauius uece glomerantur. Qui ergo iniquos paci sociat, iniquitati vires administrat, quia bonos deterius deprimunt: quos & vnanimiter persequuntur. Vnde prædicator egregius graui Pharisæorum Sadducæorumque persecutione deprehensus: inter semetipsos diuidere studuit, quos contra se grauius vnitas vidit: cum clamauit dicens: Viri fratres, ego Pharisæus sum filius Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum ego iudico. Dumque Sadducæi spem resurrectionis mortuorum esse denegarent, quam Pharisæi iuxta præcepta facti eloquij crederent: facta in persecutorum vnanimitate dissensio est, & diuisa turba illæsus Paulus exiit: quæ hunc vnitas prius immaniter pressit. Admonendi itaque sunt qui faciendæ pacis studiis occupantur: ut prauorum mentibus prius amorem debeant internæ pacis infundere, quatenus eis post modum valeat exterior pax prodesse, ut dum eorum cor in illius cognitione suspenditur, nequaquam ad nequitiam ex huius perceptione rapiatur: dumque supernam prouident, terrena nullo modo ad vsum suæ deteriorationis inclinēt. Cū verò peruersi quique tales sunt, ut nocere bonis nequeant, etiā si concupiscant, inter hos nimirum debet terrena pax construi: & priusquam ab eis valeat superna agnosci, ut hi scilicet quos contra dilectionem dei malitia suæ impietatis exasperat, saltem ex proximi amore mansuescant: & quasi è vicino ad melius transeant: ut ad illam quæ à se longè est, pacem conditoris ascendant.

Admonitio. XXV.

**A**liter admonendi sunt qui sacræ legis verba non rectè intelligunt: atque aliter qui rectè quidem intelligunt, sed hæc humiliter non loquuntur. Admonendi sunt qui sacræ legis verba non rectè intelligunt: ut perpèdant quia saluberrimum vini potum in veneni sibi poculum vertunt: ac per medicinale ferrum vulnere mortali se feriunt: dum

1047.14.

Psal. 138.

Exod. 32.

Num. 25.

Mat. 10.

2. Para. 19.

Psal. 119.

2. Thef. 3.

R  
Mat. 13.  
Prouer. 6.

Mat. 5.

L

Iob. 41.  
Ibidem.

Acto. 23.  
M

**A** dum per hoc in se sana perimunt, per quod salubriter abscindere lauciata debuerunt. Admonendi sunt ut perpendant quod scriptura sacra in nocte vitæ præsentis quasi quædam nobis lucerna sit posita: cuius nimirum verba dum non recte intelligunt: de lumine tenebescunt. Quos videlicet ad intellectum præcipuum intentio peruersa non raperet, nisi prius superbia inflaret. Dum enim se præ cæteris sapientes arbitrantur: sequi alios ad melius intellecta despiciunt: atque ut apud Imperitum vulgus scientiæ sibi nomen extorqueant, student lumino opere & ab aliis recte intellecta destruere: & sua præuagantur. Vnde ad dilatandum prophetam dicitur: Securae nanque aceruus testimonij interpretatur. Et quia cuncta simul congregatio Ecclesiæ per confessionem seruit testimonio veritatis, non incongrue per Galaad Ecclesiæ exprimitur, quæ ore cunctorum fidelium de deo quæ vera sunt testatur. Prægnantes autem Galaad vocantur animæ, quæ intellectum verbi ex diuino amore concipiunt: etsi ad perfectum tempus veniant: conceptam intelligentiam boni operis ostensione parturæ sunt. Terminum verò suum dilatare, est opinionis sue nomen extendere. Secuerunt ergo prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum: quia nimirum hæretici mentes fidelium quæ iam aliquid de veritatis intellectu conceperant, peruersa prædicatione perimunt: & scientiæ sibi nomen extendunt. Paruulorum quippe corda iam de verbi conceptione grauidæ erroris gladio scindunt, & quasi doctrinæ sibi nomen faciunt. Hos ergo cum conamur instruere ne peruersa sentiant, ad monendum prius necesse est, ne inanis gloriae quærant. Si enim radix elatitatis abscinditur, consequenter quærit præuagantur assertionis arsiunt. Admonendi sunt etiam: ne errores discordiæ generando, legem dei quæ idcirco data est ut sacrificia satanæ prohibeat: eandem ipsam in sathanæ sacrificium vertant. Vnde per prophetam, dominus queritur dicens: Dedi eis frumentum vinum & oleum, & argentum multiplicavi eis & aurum, quæ fecerunt Baal. Frumentum quippe à domino accepimus: quædo in dictis obscurioribus subducto tegmine hæreticæ per medullam spiritus legis interna sentimus. Vinum suum dominus nobis præstat: cum scripturæ suæ alca prædicatione nos inebriat. Oleum quoque suum nobis tribuit: cum præceptis apertioribus vitam nostram blanda lenitate disponit. Argentum multiplicat: cum nobis luce veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos ditat, quædo cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Quæ cuncta hæretici Baal offerunt: quia apud auditorum suorum corda corrupto omnia intelligendo peruertunt. Et de frumeto dei vino atque oleo, argento pariter & auro: satanæ sacrificium immolant: quia ad errorem discordiæ verba pacis inclinant. Vnde admonendi sunt ut peruersa mente de præceptis pacis discordiam faciunt: iusto dei examine ipsi de verbis vitæ moriuntur. At contra admonendi sunt qui recte quidem verba legis intelligunt: sed hæc humiliter non loquuntur: ut in diuinis sermonibus priusquam aliis eos proferant: semetipsos requirant: ne insequentes aliorum facta, se delerant. Et cum recte cuncta de sacra scriptura sentiunt: hoc solum quod per illam contra elatos dicitur non attendant. Improbis quippe & imperitis est medicus qui alienum mederi appetit: & ipse vulnus quod patitur nescit. Qui igitur verba dei humiliter non loquuntur: profecto admonendi sunt ut cum medicamenta ægris apponunt, prius virus suæ pestis inspiciant ne alios medendo ipsi moriantur. Admoneri enim debent ut considerent ne à virtute discendi, viuendi qualitate discordent: ne loquendo aliud, & ostendendo aliud prædicent. Audiant itaque quod scriptum est: Si quis loquitur, quasi sermone dei. Quasi ergo propria quæ proferunt ex proprio non habent: cur quasi de propriis timent? Audiatur quod scriptum est: Sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Ex deo enim coram deo loquitur: qui prædicationis verbum & quia à deo accepit intelligit: & placere per illud deo non hominibus querit. Audiant quoque quod scriptum est: Abominatio dei est omnis arrogans. Quia videlicet dum in verbo dei laudem ac gloriam propriam querit: ius dantis inuadit: eumque laudi suæ postponere nequaquam metuit: à quo hoc ipsum quod laudatur accepit. Audiant quod prædicatori per Salomonem dicitur: Bibe aquam de cisterna tua: & fluenta putei tui.

Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Habeto eas solus: ne sint alieni participes tui. Aquam quippe prædicator de cisterna sua bibit: cum ad cor suum rediens, prius audit ipse quod dicit. Bibit quidem sui fluenta putei: si sui irrigatione verbi infunditur. Vbi bene subiungitur: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Rectum quippe est ut ipse prius bibat, & tunc prædicando aliis influat. Fontes quippe foras deriuare, est exterius aliis vim prædicationis infundere. In plateis autem aquas diuide, est in magna auditorum amplitudine iuxta vniuscuiusque qualitatem diuina eloquia dispensare. Et quia plerumque inanis gloriae appetitum subrepat sermo dei ad multorum noticiam currit, postquam dictum est: In plateis aquas diuide: recte subiungitur: Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Alienos quippe malignos spiritus vacat: de quibus per prophetam testati hominis voce dicitur: Alieni insurrexerunt in me, & fontes quaesierunt animam meam. Ait ergo aquas in plateis diuide: & tamen solus habe. Ac si apertius dicat: Sic necesse est ut prædicationi exterius seruias, quatenus per elationem te immundis spiritibus non conlungas: ne in diuini verbi ministerio hostes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo & in plateis diuidimus & tamen soli possidemus: quædo & exterius late prædicationem fundimus: & tamen per eam humanas laudes assequi minimè ambimus.

Admonitio. XXVI.

**A** liter quoque admonendi sunt qui cum prædicare dignè valeant: præ nimia humilitate formidant: atque aliter admonendi sunt quos à prædicatione imperfecio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit. Admonendi namque sunt qui cum prædicare utiliter possunt: immoderate humilitate refugiunt, ut ex minori consideratione colligant, quantum in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis ipsi quas habent pecunias absconderunt: adiutores proculdubio calamitatis extitissent. Quo ergo reatu constringantur aspiciant qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis subtrahunt: morientibus mentibus vitæ remedia abscondunt. Vnde & bene quidam sapiens dicit: Sa pietia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtrisque? Si populum famas attereret, & occulta frumenta ipsi seruerent, authores proculdubio mortis existerent. Quæ itaque plectendi sunt poena considerent, qui cum fame verbi animæ pereant, ipsi panem perceptæ gratiæ non ministrant. Vnde & bene per Salomonem dicitur: Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Frumenta quippe abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. In populis autem talis quisque maledicetur: quia in solius culpa silentij pro multo rum quos corrigere potuit poena damnatur. Si medicinalis artis minus ignari secandum vulnus cernerent, & tamen seccare recusarent, profecto peccatum fraternæ mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo culpa inuoluantur aspiciant, qui dum cognoscunt vulnera mentium, curare negligunt ea sectione verborum. Vnde & bene per prophetam dicitur: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Gladium quippe à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. De quo rursum gladio dicitur: Et gladius meus manducabit carnes. Hi autem cum apud se sermonem prædicationis occultant, diuinas contra se sententias terribiliter audiant, quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant quod talentum qui erogare noluit: cum sententia damnationis amisit. Audiant quod Paulus eo se à proximis non pepercit, dicens: Cõtestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrorum, nisi enim subterfugi quo minus annucliarẽ omnium vestrorum, dei vobis. Audiat quod voce angelica Ioannes admonetur, cum dicitur: Qui audit, dicat veni. Ut nimirum cui se vox interna inucliat, illuc etiã clamando alios quo ipse rapitur trahat, ne clausas fores etiã vocatus inueniat: si vocanti vacuus appropinquat. Audiatur quod Esaias qui à verbi ministerio tacuit, illustratus superno lumine, magna voce poenitentia semetipsum ipse reprehendit, dicens: Væ mihi quia tacui. Audiant quod per Salomonem in illi prædicationis scientia multiplicari promittitur, qui in hoc quod sã obtinuit torporis vitio non tenetur. Ait namque: Anima quæ benedicti impinguabitur, & qui

Ibidem.

Prover. 5.

Psal. 53.

E

Eccles. 20.

Prover. 11.

F

Hier. 48.

Mat. 25.

Acto. 20.

Apoc. 22.

Esai. 6.

Prover. 11.

qui

Amos. 1.

B


Os. 2.

C

\* Al. dicitur,  
dicendi.

Prover. 16

Prover. 5.



**G** qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui enim prædicando exterius benedicit: interioris augmenti pinguedinem recipit, & dum vino eloquij auditorum mentem deebriare nõ desinit, poru multiplicati muneris deebriatus excrefcit. Audiant quod David hoc deo in munere obtulit quod prædicationis gratiam quam acceperat non abscondit, dicens: Ecce labia mea non prohibebo, domine tu cognovisti. Iustitiam autem tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Audiât quod sponsi colloquio ad spõsam dicitur: Quæ habitas in hortis: amici auscultate te: fac me au dire vocẽ tuam. Ecclesia quippe in hortis habitat: quæ ad viriditatẽ intimã exulta plantaria virtutũ feruat. Cuius vocẽ amicos auscultare, est electos quosq; verbum prædicationis illius desiderare: quã videlicet vocem sponsus audire desiderat: qui ad prædicationem eius per electorum suorũ animas anhelat. Audiant quod Moyses cum irascentem deum populo cerneret: & assumi ad viciscendum gladios iuberet: illos à parte dei denunciavit existere qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens: Si quis domini est, iungatur mihi: ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorũ & occidat vnusquisq; fratrem suũ, & amicum & proximũ suum. Gladiũ quippe super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre: vt cum sancta quis studet dicere: curet necesse est illicitas suggestiones edomare. De porta verò vsque ad portam ire, est à vitio vsq; ad vitium per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Per medium vero castrorũ transire, est tanta æqualitate intra Ecclesiam vivere: vt qui delinquentiũ culpas redarguit: in nullius se debeat favore declinare. Vnde & rectè subiungitur: Occidat vir fratrem, & amicum, & proximũ suum. Fratrem scilicet & amicũ & proximum interficit: qui cũ puniendã iuuenit: ab increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille dei dicitur qui ad feriendã vitia zelo diuini amoris excitatur: profecto esse se dei denegat, qui iniquitatem sufficit increpare vitã carnalium recusat. At contra admonendi sunt quos à prædicationis officio, vel imperfectio, vel ætas prohibet: & tamen præcipitatio impellit: ne dum tantis sibi onus officij præcipitatione arrogat: viam sibi subiequẽtis meliorationis abscondant: & cùm arripiunt intempestiue quod non valent: perdant etiam quod implere quandoq; tempestiue potuissent: atq; scientiã quã incongruè conãtur ostendere, iuste ostendantur amisisse. Admonendi sunt vt considerent quod pulli autem si ante pennarum perfectionẽ volare appetant, vnde ire in alta cupiunt: inde in ima merguntur.

Admonedi sunt vt considerent quod structuri: recubibus necdum solidatis, si tignorũ pondus superponitur: non habitaculũ, sed ruina fabricatur. Admonendi sunt vt cõsideret quod cõceptas loboles scemine si priusquã plenè formentur proferũt: nequaquã domos, sed tumulos replent. Hinc est quod ipsa veritas quæ repente quos vellet roborare potuisset: vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquã discipulos de virtutis prædicatione instruxit: illico adiunxit: Vos autem sedete in ciuitate quoad usque induamini virtute ex alto. In ciuitate quippe confidemus: si intra mentiũ nostrarũ nos claustra constringimus: ne loquendo exterius euagemur, vt cùm virtute diuina perfecte induimur: tunc quasi à nobismet ipsis foras etiã alios instruentes exeamus. Hinc per quendam sapientem dicitur: Adolescens loquere in causa tua vix. Et si bis interrogatus fueris: habeat finitium responsio tua. Hinc est quod idem redemptor noster cùm in cœlis sit conditor, & ostensione suæ potentie semper doctor angelorũ, ante tricennale tempus in terra magister noluit fieri hominũ: vt videlicet præcipitatis vim saluberrimã timoris infunderet: cum ipse etiam qui labi non posset perfecte vitæ gratiam non nisi perfecta ætate prædicaret. Scripũ quippe est: Cum factus esset annorum duodecim: remansit puer Iesus in Hierusalẽm. De quo à parentibus requisito paulo post subditur: Inuenerunt illũ in templo sedentem in medio doctorũ: audientem illos & interrogantem. Vigilati itaque cõsideratione pensandum est, quod cũ Iesus annorũ duodecim dicitur in medio doctorũ sedens: nõ docens, sed interrogans inuenitur. Quo exemplo scilicet ostenditur ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit,

qui per diuinitatis potentia verbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministravit. Hinc verò per Paulum discipulo dicitur: præcipe hæc & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat. Sciendum uaque nobis est: quia in sacro eloquio aliquando adolescentia iuuentus vocatur. Quod citius ostenditur si Salomonis ad medium verba proferantur, qui ait: Latere inuenis in adolescentia tua. Si enim vtraque vnum esse non diceret, quem monebat in adolescentia, iuuenẽ non vocaret.

Admonitio. XXVII.

**A**liter admonedi sunt, qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur: atque aliter qui ea quidem quæ mundi sunt concupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur. Admonendi nanque sunt qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, ne cum cuncta ad votum suppetunt, dantem querere negligant, si in his quæ dantur animam figant: ne peregrinationem pro patria diligant, ne subsidia itineris in obstacula peruenitionis vertant, ne nocturno longum lumine delectati, claritatem solis videre fugiat.

Admonedi itaq; sunt: vt quæq; in hoc mundo cõsequuntur, calamitatis solatia, non autem præmia retributionis credat, sed contra fauores mundi mentem erigant ne in eis ex tota cordis delectatione succumbant. Quisquis enim prosperitatem qua vitur apud iudiciũ cordis melioris vitæ amore non reprimat, fauore vitæ transeuntis in mortis perpetuæ occasionem vertit. Hinc est enim quod sub Idumæorũ specie, qui vincidos se prosperitati suæ reliquerũt, in huius mundi successibus lætantes, increpantur cùm dicitur: Dederũt terram meam sibi in hereditatem cũ gaudio, ex toto corde & ex animo. Quibus verbis perpenditur quod nõ solũ quia gaudeat, sed quod toto corde & ex animo gaudeat: districta reprehensio feriatur. Hinc Salomõ ait: Auersio paruulorũ interficiet eos, & prosperitas stultorũ perdet illos. Hinc Paulus admonet dicens: Qui emunt tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mudo tanquam nõ vtatur. Vt videlicet sic nobis quæ suppetunt exterius seruiant, quatenus à supernæ dilectionis studio animam non inuolent: ne luctum nobis interne peregrinationis temperent ea quæ in exilium positis subsidium præbent, & quasi foelices in transitoriis nos gaudeamus, qui ab æternis nos interim miseros cernimus. Hinc nanque est quod electorũ voce dicit Ecclesia: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sinistrã dei prosperitatẽ videlicet vitæ præsentis quasi sub capite posuit, quam intentione summĩ amoris premit. Dextera verò dei eã amplectitur: quia sub eterna eius beatitudine tota deuotione continetur. Hinc ratiũ per Salomonem dicitur: Longitudo dierũ in dextera eius, in sinistra verò eius diuitiæ & gloria. Diuitiæ itaque & gloria qualiter sint habenda docuit, quæ posita in sinistra memorauit. Hinc psalmista ait: Saluũ me fac dextera tua. Neq; enim ait manu, sed dextera, vt videlicet cãm dextram diceret, quia æternam salutẽ quæreret indicaret. Hinc rursum scriptum est: Dextera manus tua domine confregit inimicos. Hostes enim dei etsi in sinistra eius proficiunt: in dextera franguntur, quia plerunq; prauos vitæ præsens eleuat, sed aduentus æternæ beatitudinis damnat. Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, vt solerter consideret, quia præsentis vitæ prosperitas aliquando idcirco datur vt ad meliorem vitam prouocet, aliquando verò vt in æternum plenius damnet. Hinc est enim quod plebi Israeliticæ Chanaan terra promittitur, vt quandoq; ad æterna speranda prouocetur. Neque enim rudis populus ille promissionibus dei in longinquum crederet, si à promissore suo non etiam è vicino aliquid percepisset. Vt ergo ad æternorum fidem certius roboretur, nequaquam solummodo spe ad res, sed rebus quoque ad spem trahitur. Quod liquido psalmista testatur dicens: Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Sed cùm largientem deum humana mēs boni operis repensatione non sequitur, vnde nutrita piẽ creditur, inde iustus damnatur. Hinc enim per psalmistam rursum dicitur: Deiecisti eos dum alienarentur. Quia videlicet reprobi cùm recta opera diuinis muneribus non rependant, cùm totos se hic desierunt, & affluatibus prosperitatibus dimittunt, vnde exterius proficiunt, inde ab intimis cadũt. Hinc est quod in infer-

1. ad Tim. 4.

Ecclesi. 11.

L

Prouer. 1.

1. Cor. 3.

Canti. 2.

Prouer. 3.


Psalm. 107.

M

Psalm. 67.

Psalm. 104.

Psalm. 71.



**A** In inferno creatus dicitur: Recepsisti bona in vita tua. **Luce. 16.** Idcirco enim recepit bona in vita sua malus, ut illic plenius mala reciperet, quia hic fuerat nec per bona conuersus. At contra admonendi sunt, qui ea quidem quae mundi sunt concupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur, ut sollicita consideratione perpendant creator dispensatorque creatorum quanta super eos gratia vigilat, quos in sua desideria non relaxat. Aegro quippe accipit medicum desperat: cõcedit ut cuncta quae concupiscit accipiat. Nam qui sanari posse creditur: à multis quae appetit prohibetur. Et pueris nummos subtrahimus, quibus tota simul patrimonia haeredibus referuamus. Hinc ergo de spe aeternae haereditatis gaudiū sumat: quos aduersitas vitae temporalis humiliat, quia nisi saluandos eos in perpetuum cerueret: erudiendos sub disciplinae regimine diuina dispensatio non refrenaret. Admonendi itaque sunt qui in his quae temporaliter concupiscunt: aduersitatis labore fatigantur, ut sollicitè considerent quod plerumque etiã iustos cum temporalis potentia sustollit, velut in laqueum culpa cõprehendit. Nam sicut in priori huius voluminis parte iam diximus, deo Dauid prius amabilis rectior fuit in seruitio, quam cum peruenit ad regnum. Seruus nanque amore iustitiae, deprehensum aduersarium ferire timuit: rex autè persuasione luxuriae deuotum militem etiam sub studio fraudis extinxit. Quis ergo opes, quis potestatem, quis gloriam querat innoxie, si & illi extiterint noxia qui haec habuit nõ querat? Quis inter haec sine magno discriminis labore saluabitur: si ille in his culpa interueniente turbatus est: qui ad hęc considerat quia Salomon qui post tantam sapientiam vsque ad idololatriam cecidisse describitur, nihil in hoc mundo prius quam caderet aduersitatis habuisse memoratur. Sed concessa sapientia funditus cor deseruit: quod nulla, vel minima tribulationis disciplina custodiuit.

Admonitio. XXVIII.

**A** liter admonendi sunt coniugiis obligati: atque aliter à coniugij nexibus liberi. Admonedi sunt naque coniugiis obligati: ut cum vicissim quae sunt alteri cogitant: sic eorum qui quae placere studeat coniugi: ut non displiceat conditori: sic ea quae huius mundi sunt agant, ut tamè appetere quae dei sunt nõ omittat: sic de bonis presentibus gaudeat, ut tamè sollicita intèntione mala aeterna pertimescat: sic de malis tẽporalibus lugeant: ut tamen consolatione integra spem in bonis perennibus figant: quatenus dum in transitu cognoscunt esse omne quod agunt, in mansione sciunt quod appetunt: nec mala mundi cor confringant: cum spes bonorũ celestium roborat: nec bona presentis vitae decipiant, cum suspecta subsequētis iudicij mala contristant. Itaque animus Christianorum cõtinentis & infirmus & fidelis: qui & plenè cuncta temporalia despiciere non valet: & tamèn aeternis se coniungere per desiderium valet: quãuis in delectatione carnis interim iaceat: supernae spei refectione conualecat. Et si habet quae mundi sunt in vsu itineris: speret quae dei sunt in fructu peruentiois: nec totum se ad hoc quod agit conserat: ne ab eo quod robuste sperare debuit, funditus cadat. Quod bene ac breuiter Paulus exprimit dicens: Qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui sicut, tanquam non sicut: & qui gaudent, tanquam non gaudentes. Vxorẽ quippe quasi non habendo habet, qui sic per illam carnali consolatione vititur, ut tamen nunquam ad praua opera à melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur. Vxorẽ quasi non habendo habet, qui transitoria esse cuncta conspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat: sed aeterna gaudia spiritus ex desiderio expectat. Non flendo autem flere, est sic exteriora aduersa plangere: ut tamen nouerit aeternae quoque spei consolatione gaudere. Et rursum, non gaudento gaudere, est sic de infirmis animũ atollere, ut tamen nõquam desinat summa formidare. Vbi quoque apud paulopost idem doctor ac praedicator gentium subdit dicens: Praeterit enim figura huius mundi. Ac si aperte diceret: Nolite constanter mundum diligere: quando & ipse non potest quem diligitis stare: incassum cor quasi manentes figitis: dum fugit ipse quem amatis.

Admonendi sunt coniuges ut ea in quibus sibi aliquando displicent: & patientes inuicem tolerant, & exhortantes inuicem saluent. Scriptum nanque est: Inuicẽ onera vestra portate: & sic adimplebitis legem Christi. Lex quippe Christi, D

charitas est: quia ille nobis & largiter sua bona contulit: & aequanimiter mala nostra portauit. Tunc ergo legem Christi & eius mandata imitando complemus, quando & nostra bona benignè conferimus: & nostrorum mala pie sustinemus. Admonendi quoque sunt & coniuges, ut eorũ quae non tam quae ab altero tolerat: quàm quae ab ipso toleretur attendat. Si enim sua quae portat aut consideret: ea quae ab altero sustinet melius portat. Admonedi sunt coniuges ut suscipiendae prolis se meminerint causa cõiunctionis: & cõmodatè admixtionem seminales: propagatõis articulo in usum transierunt voluptatis: perpugant, quod licet extrã non exeant: in ipso tamen coniugio coniugij iura transcendunt. Vade necesse est ut crebris exhortationibus moneantur ut desinant quod pulchram copulae speciem admixtis voluptatibus foedant. Hinc est enim quod peritus medicinae coelestis Apostolus nõ tam sanos instituit quàm infirmis medicamenta monstrauit, dicens: De quibus scripsistis mihi: bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnusquisque suam habeat uxorem: & vnusquisque suum virum habeat. Qui enim fornicationis metũ praemisit: profectò non stantibus praecceptum contulit: sed ne fortasse in terrã ruerent, lectum cadentibus ostendit. Vade adhuc infirmantibus subdidit: Vxorẽ vir debitum reddat: similiter & vxor viro. Quibus dũ in magna honestate coniugij aliquid de voluptate largiretur: paulopost subdidit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, nõ secundũ imperiũ. Culpam tanto citius relaxatur: quanto nõ per hanc illicitũ. Quid agitur: sed hoc quod est licitum, sub moderamine non tenetur. Quod bene Loth in semetipso exprimit: qui ardentẽ Sodomã fugit: sed tamẽ Segor veniens, nequaquam mox motana conscendit. Ardentẽ quippe Sodomam iugere est illicita carnis incendia declinare. Altitudo vero montiũ, est munditia continentiu. Vel certè quasi in monte sunt qui & iam carnali copulae inhaerent, sed tamen extra suscipiendae prolis admixtionem debitam, nulla carnis voluptate soluuntur. In mote quippe stare quid est nisi fructus propaginis in carne non querere? In monte stare, est carni carnaliter nõ adhaerere. Sed quia multi sunt qui scelera quidem carnis deserunt: nec tamen in coniugio positi vsus solummodo debiti iura conseruat, exiit quidem Loth Sodomam, sed tamen mox ad montana nõ peruenit, quia iam damnabilis vita relinquitur: sed adhuc celsitudo coniugalıs continentiae subtiliter non tenetur. Est verò in medio Segor ciuitas, quae fugientem saluet infirmum, quia videlicet cum sibi per incontinentiam miscentur coniuges: & lapsus scelerũ fugiunt, & tamen venia saluantur. Quasi paruum quae coniugalıs hęc vita non quidem in virtutibus mira est: sed tamen à suppliciis secura. Vnde idem Loth ad angelũ dicit: Est ciuitas hic iuxta ad quam possum fugere parua, & saluabor in ea. Nunquid nõ modica est, & viuet anima mea in ea? Iuxta ergo Segor dicitur, & tamen ad salutẽ tuta perhibetur: quia coniugalıs vita nec à mundo longè diuisa est, nec tamen à gaudio salutis aliena. Sed tunc in hac actione vitam suam coniuges quasi in parua ciuitate custodiunt: quando pro se assiduis deprecationibus intercedunt. Vnde rectè per angelum ad eundem Loth dicitur: Ecce etiam in hoc suscipi preces tuas, ut non subuertã urbem pro qua locutus es. Quia videlicet cum deprecatio funditur deo, nequaquam talis coniugij vita dãnatur. De qua deprecatione quoque Paulus admonet dicens: Nolite fraudare inuicẽ, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. At contra admonendi sunt qui ligati coniugiis non sunt, ut celestibus praecceptis eo rectus teruiant, quo eos ad curas mundi nequaquam iugum copulae carnalis inclinat, ut quos onus licitum coniugij nõ grauat: nequaquam pondus illicitum terrenae sollicitudinis premit: sed tanto eos paratiores dies visionis quãto expeditiores inueniat, ne quo meliora agere vacantes possunt, sed tamen negligunt, eo supplicia deteriora mereantur. Audiant quod Apostolus cum quosdã ad ecclibatus gratiam instrueret, non coniugium spreuit, sed curas mundi nascentes ex coniugio repulit, dicens: Hoc ad vilitatem vestrã dico, nõ ut laqueũ vobis iniiciã: sed ad id quod honestũ est, & quod facultatem

1. Cor. 7.

Ibidem.

Ibidem.

Genes. 9.

Genes. 19.

Ibidem.

1. Cor. 7.

Ibidem.

**G**tatem præbeat sine impedimento domino obseruandi. Ex cõ-  
iugiis quippe terrenę sollicitudines prodeunt; & idcirco ma-  
gister gentium auditores suos ad meliora persuasit: ne solli-  
citudine terrena ligarentur. Quem ergo cœlibem curarum  
secularium impedimentum præpedit, & coniugio se nequaquã  
subdidit: & tamen coniugij onera non euasit. Admonendi  
sunt cœlibes ne sine damnationis iudicio misceri se scœminis  
vacantibus parent. Cũ enim Paulus fornicationis vitium  
tot criminibus execrandis inseruit: cuius sit reatus indicauit  
dicens: Neque fornicatores, neque seruientes idolis, neque adul-  
teri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fu-  
res, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces  
regnum dei possidebunt. Et rursum: Fornicatores autem &  
adulteros iudicabit deus. Admonendi sunt itaque: vt si ten-  
tationũ procellas cõ difficultate salutis tolerant, coniugij  
portum petant. Scriptum namq; est: Melius est nubere quã  
vri. Sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen needũ  
meliora vouerunt. Nam quisquis bonum maius lubire pro-  
posuit: bonũ minus quod licuit illicitum fecit. Scriptũ quip-  
pe est: Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens  
retro: aptus est regno cœlorũ. Qui igitur fortiori studio in-  
tendetat: retro conuincitur respicere, si relictis amplioribus  
bonis ad minima retorquetur.

Admonitio. XXIX.

**A**liter admonedi sunt peccatorum carnis cõscij, at-  
que aliter ignari. Admonendi namque sunt peccata  
carnis experti: vt mare saltem post naufragium me-  
tuant: & perditionis suę discrimina vel cognita perhorre-  
scant: ne qui piẽ post perpetrata mala seruati sunt, hæc im-  
probẽ repetendo moriantur. Vnde peccanti animæ nunquã  
a peccato desinenti dicitur: Frons mulieris meretricis facta  
est tibi, noluisse erubescere. Admonendi sunt itaque vt stu-  
deat: quatenus si accepta naturę bona integra seruare nolue-  
runt saltem scissa refarciant. Quibus nimirum necesse est vt  
perpendant in tam magno fidelium numero: q̃ multi & se illiba-  
tos custodiant: & alios ab errore conuertant. Quid ergo isti  
dicturi sunt, si aliis in integritate stantibus, ipsi nec post da-  
na respiciant? Quid dicturi sunt: si cõ multi & alios secum  
deferant ad regnum: hi expectanti domino nec semetipsos  
reducant? Admonedi sunt vt præterita cõmissa cõsiderent: &  
imminentia deuitent. Vnde sub Iudææ specie per prophetam  
dominus corruptis in hoc mũdo mētibus: transactas ad me-  
moriã culpas reuocat: quatenus pollui in futuris erubescat di-  
cens: Fornicatae sunt in Aegypto in adolescentia tua: ibi sub-  
acta sunt vbera earũ: & fracta: sunt mamme pubertatis earũ.  
In Aegypto quippe vbera subiguntur: cõm turpi huius mun-  
di desiderio humane mentis voluntas subternitur. In Aegyp-  
to pubertatis mamme franguntur: quãdo naturales sensus  
adhuc in semetipsis integri, pullantis concupiscentiæ corrup-  
tione vitiantur. Admonendi sunt carnis peccata experti:  
vt vigilantia cura cõspiciant, post delicta nobis ad se redeun-  
tibus deus quanta beneuolentia sinum suę pietatis expan-  
dat: eũ per prophetam dicat: si dimiserit vir vxorẽ suam: &  
illa recedens duxerit virũ aliũ: nunquid reuertet ad eũ ultra?  
Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu au-  
tem fornicata es cõ amatoribus multis: tamen reuerrere ad  
me: dicit dominus: Ecce de fornicatẽ & relicta muliere ar-  
gumentam iustitię proponitur: & tamen nobis redeuntibus  
post lapsum non iustitia: sed pietas exhibetur. Vt hinc vtique  
colligamus si nobis delinquentibus tanta pietate parcitur, a  
nobis nec post delictũ redeuntibus quanta improbitate pec-  
catur: aut quã ab illo erit super improbos venia, qui nõ cessat  
vocare post culpam? Quã nimirũ bene per prophetam post  
delictum misericordia vocatiõis exprimitur cõm auerso ho-  
mini dicitur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum:  
& aures tuę audient verbum post tergum monentis. Humanũ  
quippe genus dominus in faciem mouit: quando in paradiso  
cõdito homini atq; in libero arbitrio stãti: quid facere: quid-  
ve non facere deberet indixit: sed homo in dei faciem terga  
dedit, cõm superbiens eius iussa cõtempnit. Nec tamẽ super-  
bientem deus deseruit: qui ad reuocandũ hominem legẽ de-  
dit: exhortantes angelos misit: in carne nostræ mortalitatis  
ipse apparuit. Ergo post tergum stans nos admonuit, qui ad  
recuperationem nos gratiæ etiam cõtemptus vocauit. Quod

igitur generaliter simul potuit dici de cunctis, hoc necesse  
est specialiter sentiri de singulis. Quasi enim coram positus  
deo quisque verba monitionis eius percipit: cum priusquam  
peccata perpetret: voluntatis eius præcepta cognoscit. Ad-  
huc enim ante faciem eius stare, est needum eum peccando  
contemnere. Cum vero derelicto bono innocentie iniquita-  
tem eligens appetit: iam terga in eius faciem mittit. Sed ec-  
ce adhuc & post tergum deus subsequens monet: qui etiam  
post culpam ad se redire persuadet. Auersum reuocat, cum  
cõmissa non respicit, sed reuertenti sinum pietatis expandit.  
Vocem ergo post tergum monentis audimus: si ad inuitantẽ  
nos dominũ saltem post peccata reuertimur. Debemus ergo  
pietatem vocatis erubescere: si iustitiã nolumus formida-  
re: quia tanto grauiori improbitate contemnitur, quanto &  
contemptus adhuc vocare non dedignatur. At contra ad-  
monendi sunt peccata carnis ignorantes: vt tanto sollicitius  
præcipitem ruinam metuant, quanto alius stant. Admonẽ-  
lunt vt nouerint quia quo magis loco præ eminenti consistunt:  
eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur. Quia tanto  
ardentius solet erigi: quanto robustius se conspiciat vinci: tan-  
toque intolerabilius dedignatur vinci: quanto cõtra se videt  
per integra infirmæ carnis castra pugnari. Admonendi sunt  
vt incessanter præmia suspiciant, & libenter proculdubio ten-  
tationum quas tolerant labores calcabunt. Si enim attenda-  
tur fœlicitas quã sine trãsitu attingitur, leue fit quod trans-  
eũdo laboratur. Audiant quod per prophetam dicitur: Hęc  
dicit dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea: & ele-  
gerint quã volui, & fœdus meum tenuerint: dabo eis in domo  
mea & in muris meis locum & nomen melius a filiis & filia-  
bus. Eunuchi quippe sunt: qui compressis motibus carnis, af-  
fectum in se prauo operis abiciunt. Quo autem apud patrẽ  
loco habeantur ostenditur quia in domo patris videbunt eter-  
na mäsione etiam filius præferuntur. Audiant quod per ioã-  
nem dicitur: Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt conuin-  
cati: virgines enim sunt: & sequuntur agnum quocunq; ierit.  
Et quod canticum cantant quod nemo potest dicere: nisi illa  
centum quadraginta quatuor milia. Singulariter quippe can-  
ticum agno cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fi-  
delibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod ta-  
men electi ceteri canticum audire possunt: licet dicere ne-  
queant, quia per charitatem quidem in illorum celsitudine  
lati sunt, quauis ad eorum præmia non assurgant. Audiãt  
peccatorum carnis ignari quod per semetipsam de hac inte-  
gritate veritas dicit: Non omnes capiunt verbum hoc. Quod  
eo innotuit summum esse, quo denegauit omnium. & dũ præ-  
dicit quia difficile capitur, audientibus innuit, captũ eũ qua  
cautela teneatur. Admonendi sunt itaque peccata carnis  
ignorantes, vt & præminere virginitatem coniugio sciãt: &  
tamen se super coniuges non extollant, quatenus dum & vir-  
ginitatem præferunt, & se postponunt: & illud non deferant  
quod melius esse æstimant, & se custodiant quo se inaniter nõ  
exaltant. Admonedi sunt vt cõsiderent quod plerunq; actio-  
ne secularium vita continentium confunditur: cum illi ultra  
habitum assumant opera: & isti iuxta ordinem proprium nõ  
excitant corda. Vnde bene per prophetam dicitur: Erubescet  
Sidon adducitur: quando per comparationẽ vitæ secularium  
atq; in hoc mundo fluctuantium, eius qui munitus & quasi sta-  
bilis cernitur, vita reprobat. Sæpe enim nonnulli ad domi-  
num post peccata carnis redeunt: tanto ardentius se in bo-  
nis operibus exhibent, quanto damnabiliores se de malis vi-  
dent. Et sæpe quidam in carnis integritate perdurantes: cõm  
minus se respiciunt habere quod desinant, plenẽ sibi sufficere  
vitæ suę innocentia putant: atq; ad feruorẽ spiritus nullis se  
ardoris stimulis inflammant. Et fit plerunq; deo gratior  
amore ardens vita post culpam, quã securitate torpens in-  
nocentia. Vnde & voce iudicis dicitur: Remittuntur ei pec-  
cata multa, quia dilexit multum. & Gaudium erit in celo su-  
per vno peccatore penitente, magis quã super nonaginta  
nonem iustis, quibus non opus est penitentia. Quod citius  
ex ipso vltõ colligimus: si nostræ mentis iudicia pensemus.  
Plus nauque terram diligimus quã post spinas exarata fru-  
ctus vberes producit, quã quã nullas spinas habuit, sed ta-  
men exculta sterilem segetem gignit. Admonendi sunt pec-  
cata

1. Cor. 6.

Heb. 13.

1. Cor. 7.

Luc. 9.

Hier. 3.

Ezec. 23.

Hier. 3.

Esa. 30.

L  
Esa. 56.

Apo. 13.

Mat. 19.

M  
Esa. 23.

Luc. 7.

**A** cata carnis ignorant, ne superioris ordinis celsitudine se ceteris preferant, cum ab inferioribus quanta se melius agantur ignorant. In examine namque recti iudicis mutat merita ordinum, qualitas actionum. Quis enim consideratis rerum ipsius imaginibus nesciat quod in natura gemmarum carbunculus præferatur hyacintho? Sed tamen carulei coloris hyacinthus præfertur pallenti carbunculo: quia & illi quod naturæ ordo subtrahit, speciei decoris adiungit: & hunc quem naturalis ordo prætulerat, decoris qualitas fœdat. Sic ergo in humano genere & quidam in meliori ordine deteriores sunt: & quidam in deteriori meliores: quia & isti fortiter extremi habitus bene viuendo transcendunt, & illi superioris loci meritum moribus non ex æquo diminuunt.

## Admonitio. XXX.

**A**liter admonendi sunt qui peccata deplorant operum, atque aliter qui cogitationum. Admonendi quippe sunt qui peccata deplorant operum, ut consummata mala perfecto diluant lamento, ne plus astringantur in debito perpetrati operis: & minus soluant fletibus satisfationis. Scriptum quippe est: Potum dedit nobis in lachrymis & in mensura, ut videlicet visus cuiusque mens tantum poenitendo compunctionis suæ bibat lachrymas quantum se à deo meminuit auisile per culpas. Admonendi sunt ut incessanter admittenda ante oculos reddeant: atque viuendo agant ut à districto iudice videri non debeant. Vnde David cum peteret diceas:

Psal. 79.

Psal. 50.

Threno. 3.

Psal. 94.  
1. Cor. 11.

Genes. 34.

Auerte oculos tuos à peccatis meis: paulo superius intulit: delictum meum coram me est semper. Ac si diceret: Peccatum meum ne respicias postulo, quia hoc respicere ipse non cessat. Vnde & per prophetam dominus dicit: Et peccatorum tuorum memor non ero: tu autem memor esto. Admonendi sunt ut singula quæque admissa considerent, & dum per vnumquodque erroris sui inquinacionem desent: simul se ac totos lachrymis mundet. Vnde bene per Hieremiam dicitur: cum Iudææ singula delicta pensarentur: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Diuisas quippe ex oculis aquas deducimus: quando peccatis singulis dispersitas lachrymas damus. Neque enim vno eodemque tempore æque mens de omnibus dolet: sed dum nunc huius nunc illius culpæ memoria acrius tangitur: simul de omnibus in singulis commota purgatur. Admonendi sunt: ut de misericordia quam postulant præsumant: ne vi immoderatae afflictionis intereant. Neque enim pietas ante delinquentium oculos stenda peccata opponeret: si per semetipsum ea districtè ferire voluisset. Constat enim quod à suo iudicio abscondere voluit: quos miserando præueniens sibi metipsis iudices fecit. Hinc enim scriptum est: Præueniamus faciem domini in confessione. Hinc per Paulum dicitur: Si nosmetipsos diiudicemus: non utique iudicemur. Rursumque admonendi sunt, ut sic de spe fiduciam habeant: ne tamen incauta securitate torpescant. Plurimque enim hostis callidus mentem quam peccato supplantat, cum de ruina sua afflictam respicit: securitatis pestiferæ blanditiis seducit. Quod figuratè exprimitur: cum factum Dina memoratur. Scriptum quippe est: Egressa est Dina ut videret mulieres regionis illius: quæ cum vidisset Sichem filium Emoreuei princeps tertæ illius, ad amauit: & rapuit & dormiuit cum illa: vi opprimens virginem, & conglutinata est anima eius cum ea: tristitiamque blanditiis delinuit. Dina quippe ut mulieres videat extraneæ regionis egreditur: quando vnaqueque mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichem princeps terræ illius opprimit: quia videlicet inuentam in curis exterioribus diabolus corrumpit. Et conglutinata est anima eius cum ea: quia unitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia cum mens à culpa respicit, ad se ducitur: atque admissum flere conatur, corruptor autem spes & securitates vacuas ante oculos reuocat: quatenus utilitatè tristitiæ subtrahat: rectè illic subiungitur: Tristitiamque blanditiis delinuit. Modo enim aliorum facta grauiora: modo nihil esse quod perpetratum est: modo misericordem deum loquitur: modo adhuc tempus subsequens ad poenitentiam pollicetur: ut dum per hæc decepta mens ducitur: ab intentione poenitentia suspendatur: quatenus tunc bona nulla percipiat quam nunc mala contristant, & tunc plenius obruatur supplicis quæ nunc etiam gaudet in delictis. At contra admonendi

sunt qui peccata cogitationum desent: ut sollicitè considerent intra mentis arcana: utrum delectatione tantummodo: an etiam consensu deliquerint. Plurimque enim letatum cor & ex carnis nequitia delectatur, & tamen eidem nequitia ex ratione renititur, ut in secreto cogitationis & contristet quod libet: & libeat quod contristat. Nonnunquam verò ita mens baratro tentationis absorbetur: ut nullatenus renitatur, sed ex deliberatione sequitur hoc vnde ex delectatione pulsatur: & si facultas exterior suppetat, rerum mox effectibus interiora vota consummat. Quod videlicet si iusta animaduersione districti iudicis respicit, non est iam cogitationis distulit: sed operis: quia etsi reperit tarditas foras peccatum distulit: sed hoc consensionis opere voluntas impleuit. In primo autem parente didicimus quia tribus modis omnis culpæ nequitiam perpetramus: suggestione scilicet, delectatione, & consensu. Primum itaque per hostem: secundum vero per carnem: tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim praua suggestit: caro se delectationi subiicit: atque ad extremum spiritus victus delectatione consentit. Vnde & ille serpens praua suggestit. Eua autem quasi caro se delectationi subdidit. Adam verò velut spiritus suggestionem ac delectationem superatus consensit. Suggestionem itaque peccatum agnoscimus delectatione viuimus: consensu etiam ligamur. Admonendi sunt igitur qui nequitias cogitationis desent: ut sollicitè considerent in qua peccati mensura ceciderunt, quatenus iuxta ruinae modum quam in semetipsis introrsus sentiunt: etiam mensura lamentationis erigantur: ne si cogitata mala minus excruciant: utrendi sunt: ut tamen minimè frangantur. Sape enim misericors deus eo citius peccata cordis abluat: quo exire ad opera non permittit: & cogitata nequitia tanto citius soluitur: quanto effectu operis districtius non ligatur. Vnde rectè per Psalmistam dicitur: Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Qui autem impietatem cordis subdidit: quia cogitationum iniustitias pronuntiare vellet indicauit. Dumque ait: dixi, pronuntiabo: atque ilico adiunxit, & tu remisisti: quæ sit super hæc facilis venia ostendit. Et dum se adhuc petere promittit, hoc quod petere se promittebat obtinuit, quatenus quia usque ad opus non venerat culpa, usque ad cruciatum non perueniret poenitentia, sed cogitata afflictio mentem tergeret: quæ nimirum tantummodo cogitata iniquitas inquinasset.

## Admonitio. XXXI.

**A**liter admonendi sunt qui admissa plangunt: nec tamen deserunt: atque aliter qui deserunt nec tamen plangunt. Admonendi sunt enim qui admissa plangunt, nec tamen deserunt: ut considerare sollicitè sciant quia stendo inaniter mundant, qui viuendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lachrymis lauant, ut mundi ad sordes redeant. Hinc enim scriptum est: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Canis quippe cum vomit: profecto cibum qui pestus depremeat proicit: sed cum ad vomitum reuertitur vnde leuigatus fuerat, rursum oneratur. Et qui admissa plangunt profecto nequitiam de qua male satiati fuerant, & que mentis intima depremebat confitendo proficiunt, quam post confessionem dum repetunt resumunt. Sus verò in volutabro luti cum lauat, sordidior redditur. Et qui admissum plangit, nec tamen deserit: pene grauiori culpæ se subiicit: qui & ipsam quam stendo potuit imperare venia contemnit, & quasi in lutosa aqua semetipsum voluit, quia dum fletibus suis vitæ mundiciam subtrahit, ante dei oculos sordidas ipsas etiã lachrymas facit. Hinc rursum scriptum est: Ne iteres verbum in oratione tua. Verbum namque in oratione iterare, est post fletum committere quod rursum necesse sit flere. Hinc per Esaiam dicitur: Lauamini, mundi estote. Post lauacrum enim mundus esse negligit, quisquis post lachrymas vitæ innocentiam non custodit. Lauantur ergo & nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursum stenda committunt. Hinc quoque per quendam sapientem dicitur: Quid prodest si baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Baptizatur quippe à mortuo qui mandatur fletibus à peccato. Sed post baptismum mortuum tangit, qui culpam post lachrymas repetit. Admonendi sunt qui admissa plangunt, nec tamen deserunt, ut ante districti iudicis oculos eis

Psal. 32.

Prover. 26

2. Pet. 2

F

Eccl. 7.

Esai. 1.

Eccl. 34.

**G**los eis se esse similes agnoscant, qui venientes ad faciē quorundam hominum magna eis submissione blandiuntur, recedentes autem inimicitias ac damna quæ valent atrociter inferunt. Quid enim culpam flere: nisi humilitatem deo suæ deuotionis ostēdere? Et quid est post fletum praua agere, nisi superbas in eum quem rogauerat, inimicitias exercere? Iacobus attestante qui ait: Quicumque voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituitur. Admonēdi sunt qui admissa plangunt nec tamen deserunt: vt sollicitē considerent quia ita plerunque mali inutiliter compunguntur ad iustitiam: sicut plerunque boni innoxie tentantur ad culpam. Fit quippe mira exigentibus meritis dispositionis internæ mensura: vt & illi dum de bono aliquid agunt quod tamen nō perficiūt, superbē inter ipsa quæ etiam plenissimē perpetrant mala cōfidant: Et isti dum de malo tentantur cui nequaquam consentiunt, quo per debilitatem ac infirmitatem titubant: eo gressus cordis ad iustitiam per patientiam & humilitatem verius figant. Balaam quippe tabernacula iustorum respiciens ait: Morietur anima mea morte iustorum: & fiat nouissima mea horum similia. Sed cū compunctionis tempus abcessit: contra eorum vitā quibus se similem fieri etiam moriendo poposcerat: consilium præbuit. Et cū occasionem de auaritia reperit, cito oblitus est quicquid sibi de innocentia optauit. Hinc vero doctor & prædicator gentium Paulus ait: Video aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuum me ducētem in legi peccati quæ est in membris meis. Qui profecto ideo tentatur, vt in bono robustius ex ipsa infirmitatis suæ cognitione solidetur. Quid est ergo quod ille compungitur, & tamen iustitiæ non appropinquat: iste tentatur, & tamen eum culpa non inquinat: nisi hoc quod aperte ostenditur quod nec malos bona imperfecta adiuuāt: nec bonos mala in consummata condemnant. At cōtrā admonendi quoque sunt etiam qui admissa deserunt: nec tamē plangūt, ne iam relaxatas estimēt culpas, quas etiā agendo nō multiplicat, nullis tamen fletibus mundant. Neque enim scriptor si à descriptione cessauerit, quia alia non addidit: etiam illa quæ scripserat deleuit, & simili modo, nec qui contumelias irrogat, si solummodo tacuerit: fatiffecit: cū profecto necesse sit vt verba præmissæ superbiæ verbis subiunctæ humilitatis impugnet, nec debitor absolutus est quia alia non multiplicat, nisi & illa quæ ligauerat soluat. Ita & cū deo delinquimus, nequaquam satillacimus si ab iniquitate cessamus: nisi voluptates quoque quas dileximus: e contrario appositis lamentis insequamur. Si enim nulla nos in hac vita operam culpa maculasset, nequaquam nobis hic adhuc degentibus ipsa ad securitatem innocentia nostra sufficeret: quia illicita animum multa pullarent. Qua ergo mente securus est, qui perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis est quia innocēs non est? Neque enim deus nostris cruciatibus pascitur, sed delictorum morbos medicamētis contrariis medetur: vt qui voluptatibus delectari discessimus: rursum fletibus amaricati redeamus. Et qui per illicita defluendo cecidimus, etiam à licitis nosmetipsos restringendo, surgamus. Et cor quod infana letitia infuderat, salubris tristitia exurat, & quod vulnerauerat elatio superbiæ: curet abiectio humilis vite. Hinc enim scriptum est: Dixi iniquis nolite iniquē agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Cornu quippe delinquentes exaltant, si nequaquam se ad poenitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant. Hinc rursum dicitur: Cor cōtritum & humiliatum deus non spernit. Quisquis enim peccata plangit nec tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit. Qui vero peccata iam deserit nec tamen plangit: iam quidem humiliat, sed tamen cor contere re refusat. Hinc Paulus ait: Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis. Quia nimirum illos emendatior vita sanctificat, quos & per poenitentiam abluens afflictio fletuum mundat. Hinc Petrus cū quosdam terribis malorum suorum consideratione conspiceret, admonuit dicens: Poenitentiam agite: & baptizetur vnusquisque vestrum. Dicitur enim baptisma, præmissis poenitentiae lamenta: vt prius se aqua suæ afflictionis infunderent, & postmodum sacramento baptismatis lauarent. Qua ergo mente qui transactas culpas flere negligunt, viuunt securi de venia, quando ipse summus pastor Ecclesiæ huic etiam sacramento addendam poe-

nitentiam credidit, quod peccata principaliter extinguit  
Admonitio. XXXII.

**A**liter admonendi sunt qui illicita quæ faciunt etiam laudant, atque aliter qui accusant praua, nec tamen deuitant. Admonendi sunt enim qui illicita quæ faciunt etiam laudant, vt considerent quod plerunque plus ore quàm opere delinquant. Opere nanque per semetipsos solos praua perpetrāt. Ore autem per tot personas iniquitatem exhibent, quos audientium mentes iniqua laudantes docent. Admonendi ergo sunt vt si eradicare mala distulant: saltem seminare pertimescant: Admonendi sunt vt eis perditio priuata sufficiat. Rursumque admonendi sunt, vt si esse mali non metuunt, erubescant saltem videri quod sunt. Plerunque enim culpa dum absconditur, effugatur: quia dū mens erubescit videri quod tamen esse nō metuit, erubescit quādoque esse quod fugit videri. Cū verò prauus quisque impudenter innotescit: quo liberius omne facinus perpetrat: eo etiam licitum putat: & quod licitū suspicatur: in hoc proculdubio multiplicius mergitur. Vnde scriptum est: Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt: nec absconderunt. Peccatum enim suum absconderet Sodoma: si adhuc sub timore peccaret. Sed funditus frena timoris amiserat, quæ ad culpā nec tenebras requirebat. Vnde & rursum scriptum est: Clamor Sodomorū & Gomorrae multiplicatus est. Peccatum quippe cū voce, est culpa cum actione, peccatū vero etiam cū clamore, est culpa cum libertate. At contra admonendi sunt qui accusant praua, nec tamen deuitant: vt provide dependant quid in iudicio dei iudicio pro sua excusatione dicturi sunt: qui de reatu suorum criminū etiam semetipsis iudicibus non excusantur. Hi itaque quid aliud quàm præcones sunt sui? voces cōtra culpas proferunt, & semetipsos operibus reos tradunt. Admonendi sunt vt videāt quia de occulta iam retributione iudicij est quod eorū mēs malū quod perpetrat illuminatur vt videat, sed non conatur vt vincat: vt quo melius videt, eo deterius pereat: quia & intelligentiæ lumē percipit, & actionis prauæ tenebras nō relinquit. Nā cum acceptā ad adiutoriū scientiā negligunt, hanc contra se in testimonium vertunt, & de lumine intelligentiæ augent supplicia: quod profectō acceperant vt possent delere peccata. Quorum nimirum nequitia dum malum agit quod diiudicat: venturum iudicium iam hic degustat: vt cum æternis suppliciis seruetur obnoxia, suo hic interim examine non sit absoluta. Tantoque illic grauiora tormenta percipiat: quanto hic malum non deserit, etiam quod ipsa mens condemnat. Hinc enim veritas dicit: Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit secundum voluntatem eius: plagis vapulabit multis. Hinc Psalmista ait: Descendant in infernum viuentes. Vini quippe quæ circa illos aguntur, sciunt & sentiunt, mortui autem sentire nihil possunt. Mortui autem in infernū descenderēt, si mala nesciēdo perpetrarēt. Cū vero sciunt mala & tamen faciūt, ad iniquitatis infernum viuentes miseri sentientesque descendunt.

Admonitio. XXXIII.

**A**liter admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur, atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur. Admonendi itaque sunt quos repentina concupiscentia superat: vt in bello presentis vitæ se quotidie positos attendant, & cor quod præuidere vulnera nō potest, scuto solliciti timoris tegant, vt occulta insidiantis iacula hostis perhorrescant, & in tam caliginoso certamine intētionē continua inter mentis castra se muniant. Nam si à cōtūmptiōnis sollicitudine cor destituitur, vulneribus aperitur: quia hostis callidus tanto liberius pectus percussit, quanto nudum à providentiæ lorica deprehendit. Admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur: vt curare nimis terrena desuescant: quia intentionem suam dū rebus transitoriis immoderatus implicat, quibus culpæ iaculis trāsfigantur ignorant. Vnde per Salomonē vox percussit & dormientis exprimitur, qui ait: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego nō sensi. Quando euigilabo, & rursum vina reperiam? Mens quippe à cura suæ sollicitudinis dormiens verberatur & non dolet: quia sicut immi nentia mala nō prospicit, sic neque quæ perpetraverit agnoscit. Trahitur & nequaquam sentit, quia per illecebras vitiōrū ducitur:

**A** dicitur: nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Quæ quidem cuigilare optat ut rursum vina reperiat, quia quauis somno torporis à sui custodia prematur: vigilare tamen ad seculi curas nititur, ut semper voluptatibus deebrietur, & cum ad illud dormiat in quo iolenter cuigilare debuerat: ad illud vigilare appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset. Hinc superius scriptum est: Et eris quasi dormiens in medio mari & quasi sopitus gubernator amisso clauo. In medio enim mari dormit, qui in huius mundi tentationibus positus provide re motus irruentium vitiorum quasi imminentes vndarum cumulos negligit. Et quasi clauum gubernator amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, studium sollicitudinis perdit. Clauum quippe in mari amittere, est intentionem prouidam inter procellas huius seculi non tenere. Si enim gubernator sollicitè clauum stringit, modo in fluctibus ex aduerso nauem dirigit, modo ventorum impetus per obliquum findit. Ita cum mens vigilanter animam regit, modo alia superans calcat, modo alia prouidens declinat, ut & presentia laborando subiiciat, & contra futura certamina prospiciendo conualescat. Hinc rursum quoque de fortibus supernæ patriæ bellatoribus dicitur: Sit uaiusculusque ensis super fœmur suum, propter timores nocturnos. Ensis enim super fœmur ponitur, quando acumine sanctæ prædicationis præua suggestio carnis edomatur. Per noctem verò cæcitas nostræ infirmitatis ac debilitatis exprimitur: quia quicquid aduersitatis in nocte immuet, non videtur. Vniusculusque ergo ensis super fœmur suum ponitur propter tentationes siue timores nocturnos, quia videlicet sancti & perfecti viri dum ea quæ non vident metuunt, ad intentionem certaminis parati semper assistunt. Hinc rursum sponsæ dicitur: Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. Rem nanque quam oculis non cernimus, plerumque odore præuidemus. Per nasum quoque odores, fœtoreque discernimus. Quid ergo per nasum Ecclesiæ, nisi sanctorum prouida discretio designatur? Qui etiã turri similis quæ est in Libano dicitur, quia discreta eorum prouidentia ita in alto posita est, ut tentationum certamina & prius quæ videntur, & contra ea dum venerint munia subsiliat. Quæ enim futura præuidetur, cum presentia fuerint, minoris timoris sunt, quia dum contra istum quisquis paratior redditur, hostis qui se inopinatum credidit, eo ipso quo præuisus est enervatur. At contra admonendi sunt qui in culpa ex consilio ligatur, quatenus prouida consideratione perpédant, quia dum mala ex iudicio faciunt, districtius contra se iudicium accendunt, ut tanto eos durior sententia feriat, quanto illos in culpa arctius vincula deliberationis ligant. Citius fortasse delicta poenitendo abluerent, si in his sola præcipitatione cecidissent. Nam tardius peccatum soluitur, quod per consilium solidatur. Nisi enim mens omni modo æterna despiceret, in culpa ex consilij iudicio non periret. Hac ergo præcipitatione lapsi, & per consilium pereuntes differunt, quod cum hi à statu iustitiæ peccando concidunt plerumque simul, & in laqueum desperationis cadunt, & radice spei funditus euelluntur. Hinc est quod per prophetam dominus non tam praua facta dominus, quam studia prauitatis insequitur. In factis enim sæpe infirmitate, sæpe negligentia, in studiis verò maliciosa semper intentione peccatur. Quo contra rectè beati viri expressione per prophetam dicitur: Et in cathedra pestilentie non sedit. Cathedra quippe iudicis esse vel præsentis solet. In cathedra autem pestilentie sedere, est ex iudicio praua committere. In cathedra pestilentie sedere, est ex ratione mala discernere, & tamen ex deliberatione perpetrare. Quasi in peruersi consilij cathedra sedet, qui tanta iniquitatis elatione attollitur, ut adimplere malum etiam per consilium conetur. Et sicut assistentibus turbis prælati sunt, qui cathedræ honore fulciuntur: ita delicta eorum qui præcipitatione corruunt, exquisita per studium peccata transcendant. Admonendi ergo sunt, ut hinc colligant qui in culpa etiam se per consilium ligant,

qua quandoque ultione feriendi sunt, qui nunc prauorum non ducunt, sed principes sunt.

## Admonitio. XXXIIII.

**A** liter admonendi sunt qui licet minima, crebro tamen illicita faciunt, atque aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauioribus demerguntur. Admonendi sunt qui quauis in minimis, sed tamè frequenter excedunt: ut nequaquam consideret qualia sed quanta committunt. Facta enim sua si despiciunt timere, dum pensant: debent formidare cum numerant. Altos quippe gurgites fluminum, parua, sed innumera replent guttæ pluuiarum. Et hoc agit sentina latenter excresecens, quod patenter procella sciens. Et minuta sunt quæ erumpunt in membris per scabiem vulnera, sed cum multitudo eorum innumerabiliter occupat, sic vitam corporis sicut vnum graue infictum pectori vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est: Qui modica spernit, paulatim decidit. Qui enim peccata minima flere ac deuitare negligit, à statu iustitiæ non quidem repente, sed partibus totus cadit. Admonendi sunt qui in minimis frequenter excedunt, ut sollicitè considerent, quia nonnunquam in parua deterius, quam in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius, quia sit culpa agnoscat, eo etiam celerius emendatur. Minor verò dum quasi nulla creditur, eo peius quo & securius in vno retinetur. Vnde fit plerumque ut mens affueta malis leuibus, nec grauiora perhorrescat, atque ad quandam authoritatem nequitie per culpas nutrita perueniat: & tanto in maioribus contemnat pertimescere, quanto in minimis dicit non timendo peccare. At contra admonendi sunt, qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauibus demerguntur: ut sollicitè seiplos deprehendant, quia dum cor eorum de custoditis minimis extollitur, ad perpetranda grauiora spio elationis suæ baratro deuoratur: & dum foris sibi parua subiiciunt, sed per inanem gloriam intus intumescunt, sanguore superbiæ intrinsecus victa mentè etiam foras per mala maiora prosternunt. Admonendi sunt ergo qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauibus demerguntur, ne vbi se stare extrinsecus æstimant, ibi intrinsecus cadat, & iuxta districtam districti iudicis retributionem elatio minoris iustitiæ, via fiat ad foveam maioris culpæ. Qui enim vanè elati boni minimi custodiam suis viribus tribuunt, iuste derelicti culpis maioribus obruuntur: & cadendo discunt non fuisse proprium quod steterunt, & mala immensa cor reprimant, quod minima bona exaltat. Admonendi sunt ut consideret quod & in culpis grauioribus alto reatu se obligat, & tamen plerumque in paruis quæ custodiunt deterius peccat, quia & in illis iniqua faciunt, & per ista se hominibus quod iniqui sunt tegunt. Vnde fit ut cum maiora mala perpetrat, corà deo aperte iniquitatis sint: cum parua bona custodiunt, corà hominibus simulatè sanctitatis sint. Hinc est enim quod Phariseis dicit: Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Ac si aperte diceretur: Minima mala discernitis, maiora deuoratis. Hinc est enim quod rursum ore veritatis increpatur cum audiunt: Decimatis mentam, & anetum, & ciminu, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem. Neque enim negligenter audiendum est, quod cum decimari minima diceret, extrema quidè de oleribus maluit, sed tamen bene olerentia memorari, ut profectò ostenderet quia simulatores cum parua custodiunt, odorè de se ostendere sanctæ opinionis querunt, & quauis implere maxima prætermittunt, ea tamen minima obseruat, quæ humano iudicio longè lateq; redoleant.

## Admonitio. XXXV.

**A** liter admonendi sunt, qui bona nec inchoat, atque aliter qui inchoata minimè consummat. Qui enim bona nec inchoant, non sunt eis prius ædificanda, quæ salubriter diligant, sed destruenda ea in quibus semetipsos nequiter versant. Neque enim sequitur quæ in experta audiunt, nisi prius quæ perniciosa sint ea quæ sibi sunt experta deprehendant, quia nec leuari appetit, qui & hoc ipsum, quia cecidit nescit, & qui dolore vulneris non sentit, salutis remedia non requirit. Prius ergo ostendenda sunt, quæ sint vana quæ diligunt, & tunc demum vigilanter intinanda quam sint vtilia quæ prætermittunt. Prius videant fugienda quæ amant, & sine difficultate postmodum cognoscant, amanda esse quæ fugiunt. Melius enim

Ibidem.

Canti. 3.

Cant. 7.

\*al. virtutis

Hier. 4.

Hier. 21.

Psalm. 1.

Eccli. 19.

Mat. 23.

Ibidem.

cc enim

**G** enim inexperta recipiunt, si de expertis quicquid disputationis audiunt, veraciter cognoscunt. Tum vero pleno voto discunt vera bona querere, cum certo iudicio deprehenderint falsa se vacue tenuisse. Audiant ergo quod bona presentia & a delectatione citius transitura sunt, & tamen eorum causa ad ultionem sine transitu permansura, quia & nunc quodlibet in nitis subtrahitur, & tunc quod dolet inuitis in supplicium reseruat. Itaque eisdem rebus terreatur salubriter, quibus noxi delectantur: ut dum percussa mens alia ruinae suae danna conspicit, sese in precipitium peruenisse deprehendit, gressum post tergum reuocet, & perimescens quod amaue- rat, discat diligere quod contemnebat. Hinc est enim quod Hierem. 1. Hieremiam nullo ad praedicationem dicitur: Ecce enim constitui te hodie super gentes & super regna, ut euellas & destruas, & disperdas & dissipas, & aedifices, & plares. Quia nisi prius peruersa destrueret, aedificare vtiliter recta non posset, quia nisi ab auditorum suorum cordibus ipinas vani amoris euelleret, nimirum frustra in eis sanctae praedicationis verba platarer. Hinc est quod Petrus prius euerit, ut postmodum construat, cum nequaquam Iudaeos mouebat quid iam facerent, sed de his quae fecerant, increpabat dicens: Iesum Nazarenum virum approbatum a deo in vobis in virtutibus, & prodigiis, & signis quae per illum fecit deus in medio vestri sicut vos scitis, hunc desinito consilio & praesentia dei traditum per manus iniquorum affligentes interemisistis, quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: ut videlicet crudelitatis suae cognitione destructi, aedificationem sanctae praedicationis quanto anxie quererent, tanto vtiliter audirent. Vnde & ilico responderunt: Quid ergo faciemus viri fratres? Quibus mox dicitur: Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum. Quae aedificationis verba profecto contemnerent, nisi prius salubriter ruinam suae destructionis inuenissent. Hinc est quod Saulus cum super eum coelitus lux emissa resplenduit, non iam quid recte deberet facere, sed quid praeue fecisset audiuit. Nam cum prostratus requireret, dicens: Quis es domine? respondetur protinus: Ego Iesum Nazarenum, quem tu persequeris. Et cum repente subiungeret: Domine, quid me vis facere? ilico adiungitur: Surge, & ingre- dere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Ecce de caelo dominus loquens, persecutoris sui facta corripuit, nec tamen ilico quae essent facienda monstrauit. Ecce elationis eius fabrica iam tota corruerat, & post ruinam suam humilis aedificari requirebat, & cum superbia destruitur, aedificationis tamen verba retinentur: ut videlicet persecutor immanis diu destructus iaceret, & tanto post in bonis solidior surgeret, quanto prius funditus euersus a pristino errore cecidisset. Qui ergo adhuc agere nulla bona coeperunt, a rigiditate antea suae prauitatis, correctionis manu euer- tendi sunt, ut ad statum postmodum rectae operationis erigantur, quia & idcirco altum siluae lignum succidimus, ut hoc in aedificij tegmine subleuemus, sed tamen non repente in fabrica ponitur, ut nimirum prius vitiosa eius viriditas exci- cetur, cuius quo plus in inimis humor excoquitur, eo ad summa solidius leuatur. At contra admonendi sunt qui inchoata bona minimè consummant, ut cauta circumspecti- one considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quae fuerant cepta conuellunt. Si enim quod videtur geren- dum, sollicita intentione non crescit, etiam quod fuerat be- ne gestum decrescit. In hoc quippe mundo humana anima quasi more nauis est, contra ietum fluminis condescenden- tis, vno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima re- labitur, nisi ad lumina conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non subleuat, ipsa operan- di remissio contra hoc quod operatum est pugnat. Hinc est enim quod per Salomonem dicitur: Qui mollis & dissolu- tus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis. Quia videlicet qui cepta bona districte non exequitur, dissoluti- one negligentiae manum destruentis imitatur. Hinc Sardis Apoc. 3. Ecclesiae ab angelo dicitur: Esto vigilans, & confirma cetera quae moritura erant: non enim inuenio opera tua plena coram deo meo. Quia ergo plena coram deo eius opera in- uenta non fuerant, moritura reliqua etiam quae erant gesta praedicebat. Si enim quod mortuum in nobis est, ad vitam non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quasi adhuc vi-

uum tenetur. Admonendi sunt etiam ut perpendant, quod R tolerabilius esse potuisset rectam viam non arripere, quam post arreptam post tergum redire. Nisi enim retro alpice- rent, erga ceptum studium nullo torpore languerent. Au- diant ergo quod scriptum est: Melius erat eis non cognosce- re viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum conuertit. Audiant quod scriptum est: Utinam frigidus esses, aut cali- dus: sed quia tepidus es, nec frigidus nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo. Calidus quippe est qui bona studia, & arripit & consummat. Frigidus vero est qui consummanda nec inchoat. Et sicut a frigore per teporem transit ad ca- lorem, ita a calore quoque per teporem reditur ad frigus. Quisquis ergo amisso infidelitatis frigore, sed nequaquam tepore superato exardescit ut ferueat, proculdubio calore desperato, dum noxi in tepore demoratur, agit ut frigescat. Sed sicut ante teporem frigus sub spe est, ita post frigus te- por in desperatione. Qui enim adhuc in peccatis est, conuer- sionis fiduciam non amittit. Qui vero post conuersionem te- puit, & spem quae esse potuit, de peccatore subtrahit. Aut ca- lidus ergo quisque esse, aut frigidus quaeritur, ne tepidus e- uomatur: ut videlicet aut nedum conuersus adhuc de se spem conuersionis praebet, aut iam conuersus in virtutibus inar- descat, ne euomatur tepidus qui a calore quem proposuit, tor- pore ad noxium frigus redit.

Admonitio. XXXVI.

**A**liter admonendi sunt qui mala occulte agunt, & bona publice, atque aliter qui bona quae faciunt, abscondunt, & tamen quibusdam factis publice ma- la de se opinari permittunt. Admonendi sunt qui mala oc- culte agunt & bona publice, ut pensent humana iudicia qua- ta velocitate euolant, diuina autem quanta immobilitate perdurant. Admonendi sunt ut in fine rerum mentis ocu- los figant, quia & humanae laudis attestatio praeterit, & su- perna sententia quae & abscondita penetrat, ad retributio- nem perpetuam conualescit. Dum ergo occulta mala sua di- uinis iudiciis, recta autem sua humanis oculis anteponunt, & sine teste est bonum quod publice faciunt: & non sine aeterno teste est quod latenter delinquant. Culpas itaque suas oc- cultando hominibus, virtutei que pandendo, & vnde puniri debeant abscondentes detegunt, & vnde remunerari pote- rant detegentes abscondunt. Quos recte sepulchra dealba- ta speciosa exterius, sed mortuorum ossibus plena interius veritas vocat, quia vitiorum mala intus contegunt, humanis vero oculis quorundam demonstratione operum de solo for- ris iustitiae colore blandiuntur. Admonendi itaque sunt ne quae agunt recta despiciant, sed ea meriti melioris credant. Valde namque sua bona diiudicant, qui ad eorum mercedem sufficere humanos fauores putant. Cum enim pro recto o- pere laus transitoria quaeritur, aeterna retributione res di- gna vili precio venudatur. De quo videlicet precio percepto veritas dicit: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Admonendi sunt ut considerent, quia dum prauos se in oc- cultis exhibent, sed tamen exempla de se publice in bonis o- peribus praebent, ostendunt sequenda quae fugiunt, clamant amanda quae oderunt, viuunt postremo aliis & sibi moriun- tur. At contra admonendi sunt, qui bona occulte faciunt, & tamen quibusdam factis publice de se mala opinari per- mittunt, ne cum semetipsos actionis recte virtute viuificant, in se alios per exemplum prauae aemulationis occidant, ne minus quam se proximos diligant: & cum ipsi salubrem po- tum vini sorbeant, intentis in sui consideratione mentibus pestiferum veneni poculum fundant. Hi nimirum in vno proximorum vitam minus adiuuant, in altero multum gra- uant, dum stident & recta occulte agere, & quibusdam fa- ctis ad exemplum de se praua seminare. Quisquis enim lau- dis concupiscentiam calcare iam sufficit, aedificationis frau- dem perpetrat si bona quae agit occultat: & quasi iacta- to semine germinandi radices subtrahit, qui opus quod imitandum est non ostendit. Hinc namque in Euangelio ve- ritas dicit: Videant opera vestra bona, & glorificent pa- trem vestrum qui in caelis est. Vbi illa quoque sententia promittitur, quae longè aliud praecipisse videtur, dicens: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram homini- bus, ut vi-

Hier. 1.

Act. 2.

H

Act. 21.

Prover. 18.

Apoc. 3.

2. Petr. 2.

Apoc. 1.


L

Mat. 23.

M

Mat. 5.

Ibidem.



**A**lius, ut videamini ab eis. Quid est ergo quod opus nostrum & ita faciendum est ne videatur, & tamen ut debeat videri precipitur, nisi quod ea quae agimus & occultanda sunt, ne ipsi laudemur, & tamen ostendenda sunt, ut laudem celestis patris augeamus? Nam cum nos iustitiam nostram contra hominibus facere dominus prohiberet, illico adiunxit: ut videamini ab eis. Et cum rursus videnda ab hominibus bona opera nostra preciperet, protinus subdidit: Ut glorificet patrem vestrum qui in caelis est. Qualiter igitur videnda essent, vel qualiter non videnda, ex sententiarum sine monstravit, quatenus operantis mens opus suum & propter se videri non quereretur, & tamen hoc propter celestis patris gloriam non caelaret. Unde fit plerumque ut bonum opus & in occulto sit cum sit publicum, & rursus in publico cum agitur occulte. Qui enim in publico bono opere non suam, sed superni patris gloriam querit, quod fecit abscondit: quia solum illum testem habuit, cui placere curavit. Et qui in secreto suo bono opere deprehendi ac laudari concupiscit: & nullus fortasse vidit quod exhibuit, tamen hoc coram hominibus fecit, quia tot testes in bono opere secum duxit, quot humanas laudes in corde quaesivit. Cum vero prava aemulatio inquantum sine peccato valet ab intuitu mente non tergitur, cunctis mala creditibus per exemplum culpa propinatur. Unde & plerumque contingit: ut qui negligenter de se mala opinari permittunt, per semetipsos quidem nulla iniqua faciunt, sed tamen per eos qui se imitati fuerint, multipliciter delinquant. Hinc est quod Paulus immunda quaedam sine pollutione comedentibus, sed in perfectis tentationis scandalum sua hac comestratione moventibus dicit: Videte ne forte haec licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Et rursus: Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Hinc est quod Moyses cum diceret: Non maledices surdo, protinus adiunxit: nec coram caeco pones offendiculum. Surdo quippe maledicere, est absenti & non audienti derogare. Coram caeco vero offendiculum ponere, est discretionem quidem rem agere, sed tamen ei qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem praebere.

1. Cor. 8. Ibidem.

Levi. 19.

*De exhortatione multis adhibenda, ut sic singulorum virtutes adiuuet, quatenus per hanc contraria virtutibus non excrecant.*

Caput. II.

**H**AEC sunt quae praesul animarum in praedicationis diversitate custodiat, ut sollicitius congrua singulorum vulneribus medicamina apponat. Sed cum magni sit studij, ut exhortandis singulis seruiatur ad singula, cum valde laboriosum sit unumquemque de propriis sub dispensatione debita consideratione instruere, longè tamen laboriosius est auditores innumeratos ac diversis passionibus laborantes, uno eodemque tempore voce unius & communis exhortationis admonere. Ibi quippe tanta arte vox temperanda est, ut cum diversa sint auditorum vitia, & singulis inveniatur congrua, & tamen sibi metipsum non sit diversa, ut inter passiones medias uno quidem ductu transeat: sed more gladii bicipitis tumores cogitationum carnalium ex diverso latere inclinat, quatenus sic superbis praedicetur humilitas, ut tamen timidus non augeatur metus, sic timidus infundatur autoritas, ut tamen non crescat superbis effrenatio, sic ociosis ac torpentibus praedicetur sollicitudo boni operis, ut tamen inquietis immoderate licentia non augeatur actionis. Sic inquietis imponatur modus, ut tamen ociosis non fiat torpor securus. Sic ab impatientibus extinguitur ira, ut tamen demissis ac lenibus non crescat negligentia. Sic lenes accendantur ad zelum, ut tamen iracundis non addatur incendium. Sic tenacibus infundatur tribuendi largitas, ut tamen prodigis effusionis frena minime laxentur. Sic prodigis praedicetur parcitas, ut tamen tenacibus periturarum rerum custodia non augeatur. Sic incontinentibus laudetur coniugium, ut tamen iam continentibus non reuocentur ad luxum. Sic continentibus laudetur virginitas corporis: ut tamen in coniugibus despecta non fiat secunditas carnis. Sic praedicanda sunt bona, ne ex latere iubeantur mala. Sic laudanda sunt bona summa,

ne despiciantur \*ultima. Sic nutrienda sunt ultima, ne dum sufficere creduntur, nequaquam tendatur ad summa.

D  
\*d. despectur.

*De exhortatione quae uni adhibenda est contrariis passionibus laboranti.*

Caput. III.

**E**T grauis quidem praedicatori labor est, in communis praedicationis voce ad occultos singulorum motus casualique vigilare, & palaestrarum more in diuersi lateris artes se vertere: multo tamen acriori labore fatigatur, quando vni ex contrariis vitis seruiendi praedicare compellitur. Plerumque enim quis laeta nimis conspersione existit, sed tamen eum repetè tristitia oborta immaniter deprimat. Curandum est itaque praedicatori quatenus sic tergetur tristitia, quae venit ex tempore, ut non augeatur laetitia, quae suppetit ex conspersione. Et sic denique laetitia frenetur, quae ex conspersione est: ut tamen non crescat tristitia, quae venit ex tempore. Ille grauatius vsu immoderate praecipitationis: & aliquando tamen ab eo quod festinè agendum est, eum vis praepedit subito natae formidinis. Ille grauatius vsu immoderate formidinis, & aliquando tamen in eo quod appetit, temeritate impellitur praecipitationis. Sic itaque in isto reprimatur subito oborta formido, ut non crescat enutrita diu praecipitatio. Sic in illo reprimatur repente oborta praecipitatio: ut tamen non conualescat impressa ex conspersione formido. Quid autem mirum si mentium medici ita custodiunt: dum medici corporum tanta discretionis arte se temperant, qui non corda sed corpora medentur? Plerumque enim debile corpus opprimit languor immanis, cui languori scilicet obuiari adiutoris fortibus debet, sed tamen corpus debile adiutorium forte non sustinet. Studet igitur qui medetur, quatenus sic superexistente morbum subtrahat, ut nequaquam supposita corporis debilitas crescat, ne fortasse languor cum vita deficiat. Tanta ergo adiutorium discretionis componat, ut uno eodemque tempore & languori obuiet & debilitati. Sic ergo medicina corporis induit adhibita seruire diuisibiliter potest: tunc enim vera medicina est, quando sic per eam vitio superexistenti succurritur: ut etiam suppositae conspersioni seruiatur, cur medicina mentis una eademque praedicatione apposita, morum morbis diuerso ordine obuiare non valeat, quae tanto subtilior agitur, quanto de inuisibilibus tractatur.

*Quod aliquando leuiores vitia relinquenda sunt, ut grauiora subtrahantur.*

Caput. IIII.

**S**ed quia plerumque dum duorum vitiorum languor irruit, hoc leuius, illud fortasse grauius premit, ei nimium vitio rectius sub celeritate subuenitur, per quod festinè ad interitum tenditur. Et si hoc à vicina morte restrigatur non potest, nisi illud etiam quod existit contrarium crescat, tolerandum est praedicatori ut per exhortationem suam artificioso moderamine unum patiatur crescere, quatenus possit aliud à vicina morte retinere. Quod cum agit, non morbum exaggerat, sed vulnerati sui cui medicamentum adhibet vitam seruat, ut exquirenda salutis congruum tempus inueniat. Saepè enim quis à ciborum se ingluuie minime temperans, iam iamque penè superantis luxuriae stimulis praemittitur, qui huius pugnae metu territus, dum se per abstinentiam restringere nititur, inanis gloriae tentatione fatigatur, in quo nimirum unum vitium nullatenus extinguitur, nisi aliud nutriatur. Quae ergo pestis ardentius insequenda est, nisi quae periculosius premit? Tolerandum naque est, ut per virtutem abstinentiae interim arrogantia contra viuentem crescat, non eum per ingluuiem à vita funditus luxuria extinguat. Hinc est quod Paulus cum infirmum auditorem suum perenderet, aut prava adhuc velle agere, aut de actione recta humanae laudis retributione gaudere, ait: Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Neque enim ideo bona agenda sunt, ut potestas huius mundi nulla timeatur, aut ut per haec gloria transitoriae laudis sumatur: sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret, ut & prauitatem vitaret simul & laudem, praedicator egregius ei admonendo aliquid obtulit, & aliquid tulit, concedendo enim laula subtraxit acriora: ut quia ad dese-

Roma. 8.



Grenda cuncta simul non assurgeret, dum in quodam suo animus familiariter relinquitur, à quodam suo sine labore toleretur.

Quòd infirmis mentibus omnino non debent alta predicari. Caput. V.

Luce. 7.

1. Cor. 3.

Exo. 34.

Iob. 38.

Rom. 13.

Sciendum verò est prædicatori, vt auditoris sui animũ ultra vires non trahat, ne, vt ita dicam, dum pus quàm valet tenditur, mentis chorda rumpatur. Alta etenim quæque debent multis audientibus contegi, & vix paucis aperiri. Hinc nanque per semetipsam veritas dicit: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mēsuram? per mensuram quippe tritici exprimitur modus verbi, ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuitur, extrã fundatur. Hinc Paulus ait: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Hinc Moyses à secreto dei exiens, coruscantem coram populo faciem velat, quia nimirum turbis claritatis intimæ arcana nõ indicat. Hinc per eum diuina voce præcipitur vt is qui cisternam foderit, si operire neglexerit, corruente in ea boue vel asino, precium reddat. Quia ad alta scientiæ fluentia perueniens, cum hæc apud bruta audientium corda non contegit, pœnæ reus addicitur, si per verba eius in scandalum, siue munda siue immunda mēs capiatur. Hinc ad beatum Iob dicitur: Quis dedit gallo intelligentiam? Prædicator etenim sanctus dum caliginoso hoc clamat in tempore: quasi gallus cantat in nocte, dum dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum: Euigilate iusti, & nolite peccare. Gallos autem profundioribus horis noctis altos edere cantus solet. Cum verò matutinum iam tempus in proximo est, minutas ac tenues voces format, quia nimirum qui rectè prædicat, obscuris adhuc cordibus aperta clamat, nihil de occultis mysteriis indicat, vt tunc subtiliora quæque de cœlestibus audiant, cum luci veritatis appropinquant.

De opere prædicationis & uoce. Caput. VI.

Ed inter hæc ad ea quæ iam superi⁹ diximus charitatis studia retorquemur, vt prædicator quisque plus actibus quàm uocibus insonet, & bene viuendo uestigia sequacibus imprimat, vt potius agendo quàm loquendo quo gradiatur ostendat. Quia & gallus iste quem pro exprimentia boni prædicatoris specie in locutione sua dominus assumit, cum iam edere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens vigilantiores reddit. Quia nimirum necesse est vt hi qui uerba sancte prædicationis monent, prius studio bonæ actionis euigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent uoce. Prius se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene viuendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationũ alis semetipsos feriant, quicquid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione deprehendant, districta animaduersione corrigant, & tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria stetibus curent, & tunc quæ aliorum punienda sunt denuncient, & antequam uerba exhortationis insonet, omne quod locuturi sunt, operibus clamet.

# QVARTA

PARS TRACTANS QUALITER prædicator omnibus ritè peractis ad semetipsum redeat.

Caput. I.



Ed quia sæpe dum prædicatio modis congruentibus uertim funditur, apud semetipsum de ostensione sui occulta lætitia loquentis animus subleuatur, magna cura necesse est vt timoris laceratione se mordeat, ne qui aliorũ uulnera medendo ad salutem reuocat, ipse per negligentiam suæ salutis intumescat, ne proximos iuuando se deserat, ne alios erigens cadat. Nam quibusdam sæpe magnitudo uirtutis occasio perditionis fuit,

vt cum de confidentia uirium inordinatè securi sunt, inopinatè per negligentiam morerentur. Virtus nanque cum uitiis renititur, quadam delectatione eius sibi metipsum animus blanditur. Fitque vt bene agentis mens metum suæ circumspectionis abiiciat, atque in sui cōfidentia secura requiescat, cui iam torpenti seductor callidus omne quod bene gessit enumerat, eamque quasi præ cæteris præpollentem in timore cogitationis exaltat. Vnde agitur, vt ante stulti iudicis oculos fouea mētis sit memoria uirtutis, quia reminiscendo quod gessit, dum se apud se erigit, apud humilitatis auctorem cadit. Hinc nãque superbienti animæ dicitur: Quo pulchrior es, descende, & dormi cū incircūcis. Ac si aperte diceretur: Quia ex uirtutum decore te eleuas, ipsa tua pulchritudine impelleris vt cadas. Hinc sub Hierusalem specie uirtute superbiens anima reprobatur, cum dicitur: Perfecta eras in decore meo, quem polueram super te, dicit dominus, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Fiducia quippe suæ pulchritudinis animus attollitur, cum de uirtutum meritis læta apud se securitate gloriatur. Sed per hanc eandem fiduciam ad fornicationem ducitur, quia cum interceptam mentem cogitationes suæ decipiunt, hæc maligni spiritus per innumera uitia seducendo corrumpunt. Notandũ uerò quòd dicitur: fornicata es in nomine tuo, quia cū respectũ mens superni rectoris deserit, laudẽ protinus priuatã querit, & sibi arrogare incipit omne bonũ quod vt largitoris præconio seruiret accepit, opinionis suæ gloriã dilatare desiderat, satagit vt mirabilis cunctis innotescat. In suo ergo nomine fornicatur, quia legalis thori connubiũ deserens, corruptori spiritui in laudis appetitu substernitur. Hinc David ait: Tradidit in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinẽ eorum in manus inimici. In captiuitatẽ etenim uirtus & pulchritudo in manus inimici traditur, cum deceptæ menti antiquus hostis ex boni operis elatione dominatur, quæ tamen uirtutis elatio, quanuis plenè non superat, utique tamen & electorum animum sæpe tentat, sed tamen eleuatus destituitur, & destitutus ad formidinem reuocatur. Hinc etenim David iterum ait: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Sed quia de confidentia uirtutis intumuit, paulò post quod pertulit adiunxit: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ac si aperte dicat: Fortem me inter uirtutes credidi, sed quantæ infirmitatis sim derelictus agnouit. Hinc rursum quoque dicit: Iurauit, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Sed quia eius uirium non erat manere in custodia quam iurabat, debilitatẽ suam protinus turbatus inuenit. Vnde & ad precis opem repente se contulit dicens: Humiliatus sum usquequaque domine, uiuifica me secundum uerbum tuum. Nonnunquam uerò superna moderatio prius quàm per munera prouehat, infirmitatis memoriã ad mentem reuocat, ne de acceptis uirtutibus intumescat. Vnde Ezechiel propheta quotiens ad contemplanda cœlestia ducitur, prius filius hominis uocatur. Ac si hunc aperte dominus admoneat, dicens: Ne de his quæ uides elatione cor subleues, cautus perpende quod es, vt cum summa penetras, esse te hominem recognoscas, quatenus dum ultra te raperis, ad temetipsum sollicitus infirmitatis tuæ freno reuocaris. Vnde necesse est, vt cum uirtutum nobis copia blanditur, ad infirmitatem suam mentis oculus redeat, seseque salubriter deorsum premat, ne recta quæ agit sed quæ agere negligit aspiciat: vt dum cor ex memoriã infirmitatis atteritur, apud humilitatis auctore robustius in uirtute solidetur. Quia & plerunque omnipotens deus idcirco rectorum mentes, quanuis ex magna parte perficit, imperfectas tamen ex parua aliqua parte derelinquit, vt cum miris uirtutibus rutilant, imperfectionis suæ tædio tabescant, & nequaquam se de magnis erigant dũ adhuc contra minima inuitentes laborant, sed quia extrema non valent vincere, de præcipuis actibus non audeant superbire. Ecce bone uir reprehensionis meæ necessitate compulsus, dum monstrare qualis esse debeat pastor, inuigilo, pulchrum depinxit hominẽ pictor fecerit, aliosque ad perfectionis littus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus uersor. Sed in huius quæso uitæ naufragio orationis tuæ me tabula sustine, vt quia pondus proprium me deprimit, tu meriti me manus leuet.

Pastoralium D. Gregorij, finis.

TABVLA



TABVLA CAPITVM PRIMI LIBRI Dialogorum beati Gregorii papae.

- 1 De Honorato abbate monasterii Fundensis.
2 De Libertino preposito eiusdem monasterii.
3 De monacho hortulano monasterii eiusdem.
4 De Equitio abbate Valeriae provinciae.
5 De Constantio mansionario Ecclesiae sancti Stephani.
6 De Marcellino Anthonitanae civitatis episcopo.
7 De Nonnoso preposito monasterii in monte qui Soractis dicitur.
8 De Anastasio abbate monasterii quod Suppentia uocatur.
9 De Bonifacio Ferentinae civitatis episcopo.
10 De Fortunato Tudertinae civitatis episcopo.
11 De Martyrio monacho provinciae Valeriae.
12 De Seuero presbytero eiusdem provinciae.

DIALOGVS

BEATI GREGORII PPAE Eiusque diaconi Petri, in quatuor libros diuisus. De vita & miraculis patrum Italicorum, & de aeternitate animarum.



Vadam die nimis quorundam secularium tumultibus depressus, quibus in suis negociis plerumque cogimur solvere, etiam quod nos certum est non debere, secretum locum petij amicum mcerori, ubi omne quod de mea mihi occupatone displicebat se fingere dederet, & cuncta quae infligere dolorem consueuerant congesta ante oculos licenter venirent.

Ibi itaque cum afflictus valde & diu tacitus sederem, dilectissimus filius meus Petrus diaconus affuit, qui mihi a primaeu iuuentutis flore in amicitia familiariter obstrictus est, atque ad sacri verbi indagacionem socius. Qui graui excoqui cordis languore me intuens, ait: Nunquid non noui tibi aliquid accidit quod plus te solito mceror tenet? Cui inquam: Mceror Petre, quem quotidie patior, & semper mihi per vsum vetus est, & semper per augmentu nouus. Infelix quippe animus meus occupationis luae pulsatus vulnere, meminit qualis aliquando in monasterio fuit, quomodo ei labentia cuncta subtererant, quantum rebus omnibus quae uoluntur eminebat, quod nulla nisi coelestia cogitare consueuerat, quod etiam retentus corpore, ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat, quod mortem quoque quae penes cunctis pena est: uidelicet vt ingrossum vitae, & laboris senem puniendae amabat. At nunc ex occasione curae pastoralis secularium hominum negocia patitur, & post tam pulchram quietis suae speciem terreni actus puluere scedatur. Cumque se pro condeseracione multorum ad exteriora sparserit, etiam cum interiora appetit: ad haec procul dubio minor redit. Perpendo itaque quid tolero, perpendo quid amisi. Dumque intueor illud quod perdididi, fit hoc grauius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior, atque in nauis mentis tempestatis validae procellis illidit. Et cum prioris vitae statum recolo quasi post tergum reductis oculis viso littore suspiro. Quodque adhuc grauius est, dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo quem reliqui: quia & ita sunt casus mentis, vt prius quidem perdat bonum quod tenuit, si tamen se perdidisse meminerit. Cumque longius recesserit, etiam boni ipsius quod perdiderat obliuiscitur, fitque vt post neque per memoriam quidem videat: quod prius per actionem tenebat. Vnde hoc agitur quod praemisi, quia cum nauigamus longius, iam nec portum quietis quem reliquimus, videmus. Nonnunquam vero ad augmentum mei doloris adiungitur, quod quorundam vita qui praesens seculum

Animus in vita monastica quietus.

Animi inquietudo secularibus negociis occupati.

tota mente reliquerunt, mihi ad memoriam reuocatur. Quorum dum culmen aspicio, quantum ipse in infimis iaceam agnosco, quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerunt, qui ne per humanos actus a nouitate mentis veterascerent, eos omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupari. Sed quae iam prolata sunt melius insinuo, si ea quae per inquisitionem ac responcionem dicenda sunt, sola nominum praenotatione distinguo. Petrus:

Non valde in Italia aliquorum vitam virtutibus fuisse cognoui, ex quorum igitur comparacione accenderis ignoro. Equidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito, signa tamen atque virtutes aut ab eis nequaquam facta existimo, aut ita sunt haecenus silentio suppressa, vt vitrum ne sint facta nesciamus. Gregorius:

Sola Petre referam, quae de perfectis probatisque viris vnus ego homicio, vel bonis ac fidelibus viris attestatibus agnoui, vel per memetipsum didici, dies vt opinor, antequam sermo cessabit. Petrus:

Vellem quareanti mihi de eis aliqua narrares. Neque hac pro te interrumpere expositionis studium graue videatur, quia non dispar edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter iuuenienda atque tenenda sit virtus agnoscamus, in narratione vero signorum, cognoscimus inuenta atque retenta qualiter declaratur. Et sunt nonnulli quos ad amorem patriae coelestis plus exempla quam praedicamenta succendunt. Fit vero plerumque in audientis animo duplex adiutorium in exemplis patrum, quia si ad amorem venturae vitae ex praecedentium comparacione accenditur, etiam si se esse aliquid existimat, dum meliora de aliis cognouerit, humiliatur. Gregorius:

Ea quae mihi sunt vitorum venerabilium narratione compta: incunctanter narro sanctae autoritatis exemplo, cum mihi luce clarius constet quod Lucas & Marcus Euangelium quod scripserunt non visu, sed auditu subtraham, per singula quae describo, quibus haec narrantibus mihi compta sunt manifestabo. Hoc vero scire te cupio, quia in quibusdam sensum solummodo, in quibusdam vero & verba cum sensu teneo, quia si de personis omnibus ipsa specialiter verba tenere voluissim, hoc rusticano vsu prolata stylus scribentis non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici relatione quod narro.

De Honorato abbate monasterii Fundensis. Caput. I.

Venantij quondam patricij in Samnij partibus villa fuit in qua colonus eius filium Honoratum nomine habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorem coelestis patriae per abstinentiam exarsit. Cumque tam magna conuersatione polleret: seque iam ab otioso quoque sermone restringeret, multum, vt praefatus sum, per abstinentiam carne domaret, die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt, in quo ad vescendum carnes paratae sunt: quas dum ille ad elum contingere per abstinentiae amorem recusaret, ceperunt parentes eius irridere, ac dicere: Comede, nunquid piscem in his montibus, tibi allaturi sumus. Illo vero in loco pisces audiri consueuerant, non videri. Sed cum his sermonibus Honoratus irrideret, repente in conuiuium aqua ad ministerium deluit, & cum situla lignea, sicut illic moris est, mancipium ad fontem perrexit. Dumque hauriret aquam, piscis situlam intravit. Reuersumque mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua fudit, qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere. Mirati sunt omnes, totaque illa parentum irrisio cessauit. Ceperunt namque in Honorato venerari abstinentiam, quam ante deridebant, sicque a dei homine irrisiois deterfit opprobria piscis allatus de fonte. Qui cum magnis virtutibus crederet, a praedicto domino suo libertate donatus est, atque in eo loco qui Fundis dicitur: monasterium construxit, in quo ducentorum ferme monachorum pater extitit, ibique vita illius circumquaque exempla eximiae conuersacionis dedit. Nam quadam die ex eo monte qui eius monasterio in excelso prominet, ingentis saxi moles eruta est, quae per deuexum montis latus veniens totius ruinam cellae, omniumque fratrum interitum minabatur. Quae cum veniente desuper vir sanctus vidisset, frequenti voce

Attende.

B

o/o

Honorati abstinentia.

F

Piscis montanus Honorati.

\* al. piscis montanus. \* al. flos. Fundis monasterium.



**G** nomen Christi innocens, extensa mox dextera signum ei crucis opposuit, eamque in ipso de uexi montis latere cadentem fixit, sicut religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat quo inhaerere potuisset, aspicitur ita, ut nunc usque montem cernentibus, casura pendere videatur. Petrus: Putamus, hic tam egregius vir ut post magister discipulorum fieret, prius habuit magistrum? Gregorius:

*Magister viru spiritus quidam habent. Magistri necessari sunt infirmis. Ioannes baptista magistram non habuit. H Moyses caruit magistro.*

**N** equaquam hunc fuisse cuiusquam discipulum audiat, sed lege non constringitur sancti spiritus donum. Vnus quidem rectae conuersationis est ut praesse non audeat, qui subesse non didicerit, nec obedientiam subiectis imperet, quam praelatis non nouit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli qui ita per magisterium spiritus intrinsecus docetur, ut et si eis exterius humani magisterij disciplina desit, magistri intimi censura non desit. Quorum tamen libertas vitae ab infirmis in exemplum non est trahenda: ne dum se quisque similiter sancto spiritu impletum praesumit, discipulus hominis esse despiciat, & magister erroris fiat. Mēs autem quae diuino spiritu impletur, habet euidentissima signa sua: virtutes, scilicet & humilitatem, quae si utraque perfecta in una mente conueniunt, liquet quod de praesentia sancti spiritus testimonium ferat. Sic quippe etiam Ioannes baptista magistrum habuisse non legitur, neque ipsa veritas quae corporali praesentia Apostolos docuit, eum corporaliter inter discipulos aggregauit. Sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo edoctus mandatum ab angelo didicit, quod per hominem non cognouit: sed haec, ut praediximus, infirmis veneranda sunt, non imitanda. Petrus:

**P** lacet quod dicis, sed peto ut mihi dicas, si tantus hic pater aliquem sui imitorem discipulum reliquit.

*De Libertino praeposito eiusdem monasterij. Caput. II. Gregorius:*

**V** ir reuerentissimus Libertinus qui tempore Totilae regis Gothorum eiusdem Fundensis monasterij praepositus fuit, in discipulatu illius conuersatus atque eruditus est. De quo quauis virtutes multas plurimorum narratio certa vulgauerit, praedictus tamen Laurentius religiosus vir qui nunc superest, & ei ipso in tempore familiarissimus fuit, multa mihi dicere de illo consuevit, ex quibus ea quae recolo pauca narrabo.

*Libertini patientia.*

**I** n eadem prouincia Samnii, quam supra memorauimus, idem vir pro utilitate monasterij carpebat iter. Dumque Dariada Gothorum dux cum exercitu in loco eodem venisset, dei seruus ex caballo quo sedebat ab hominibus eius proiectus est. Qui iumentum perditum damnatum libenter ferens etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit dicens: Tollite ut habeatis qualiter hoc iumentum minare valeatis. Quibus dictis protinus se in oratione dedit. Cursu autem rapido praedicti ducis exercitus peruenit ad fluvium qui vocatur Vulturinus, ibique equos suos caeperunt singuli hastis tundere, & calcantibus cruentare, sed tamen equi verberibus caesi, calcantibus cruentari poterant, moueri non poterant: sicque aquam fluminis tangere quasi mortale praecipitium pertimecebant. Cumque diu cadendo sessorum singuli fatigaretur, vnus eorum intulit, quia ex culpa qua seruo dei in via fecerant, illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reuersi post se Libertinum reperiunt in oratione prostratum. Cui cum dicerent: Surge tolle caballum tuum, ille respondit: Ite cum bono, ego caballum opus non habeo. Descendentes vero inuitum eum in caballum de quo deposuerant leuauerunt, & protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illud quod prius non poterant transire flumen transierunt, ac si ille fluminis alueus aqua minime haberet. Sicque factum est, ut cum seruo dei vnus caballus suus redditor: omnes a singulis reciperentur.

*Caballus Libertino restituitur.*

**E** odem vero tempore in Campaniae partibus Buccellinus cum Francis venit. De monasterio vero praefati viri famuli dei rumor exierat quod pecunias multas haberet. Ingressi oratorium Franci, caeperunt saeuientes Libertinum quaerere, Libertinum clamare, ubi in oratione ille prostratus iacebat. Mira valde res, quaerentes, saeuientesque Franci, ingredientibus in ipso impigebant, & ipsum videre non poterant, sicque sua caecitate frustrati a monasterio sunt va-

*Libertinus Francis inuisibilis.*

**A** lio quoque tempore pro causa monasterij abbatis iussu qui Honorato eius magistro successerat. Rauenam pergebat. Pro amore vero eiusdem venerabilis Honorati quocumque Libertinus ibat, eius semper caligulam in sinu portare conueuerat. Itaque dum pergeret accidit ut quadam mulier extincti filij corpusculum terret. Quae dum seruam dei fuisset intuita, amore filij succensa iumentum eius per frenum tenuit, atque cum iuramento dixit: Nollatenus recedes, nisi filium meum iuscitaueris. At ille inusitatum habens tale miraculum expauit petitionem illius, iuramenta declinare mulieris voluit, sed nequaquam praeualens animo hefit. Considerare libet quale quantumque in eius pectore certamen fuerit. Ibi quippe pugnabat inter se humilitas conuersationis, ac pietas matris: timor ne inusitata praesumeret, dolor ne orbatam matri non subueniret, sed ad maiorem dei gloriam vicit pietas illud pectus virtutis, quod ideo fuit validum, quia deuictum: virtutis enim pectus non esset, si hoc pietas non viciisset. Itaque descendit, genua flexit, ad caelum manus tetendit, caligulam de sinu protulit, & super extincti pueri pectus posuit. Quo orante anima pueri ad corpus rediit quem manu comprehendit, ac flenti matri viuentem reddidit, atque iter quod ceperat peregit. Petrus:

*Libertinus caligulam Honorati puerum tuum resuscitat.*

**Q** uid nam hoc esse dicimus: virtutem tanti miraculi Honorati egit meritum, an petitio Libertini? Gregorius:

**I** n ostensione tam admirabilis signi cum fide foemina virtus conuenit utrorumque, atque ideo Libertinum existimo ista potuisse: quia plus didicerat de magistro, quam de sua virtute confidere. Cuius enim caligulam in pectus extincti corpusculi posuit, eius nimirum animam obtinere quod petebat aestimauit. Nam Helias quoque magistri pallium ferens, atque ad Iordanem veniens, percussit semel, & aquas minime diuisit. Sed cum repente diceret: ubi est deus Heliae etiam nunc percussit fluuium magistri pallio, ac iter inter aquas fecit. Perpendis Petre quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet: Tunc exhibere magistri meritum virtutem potuit, quando magistri nomen ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem sub magistro rediit, quod magister fecerat & ipse fecit. Petrus:

*4. Rega.*

**L** ibet quod dicis, sed quaeso te est ne aliquid aliud quod adhuc de ipso ad nostram edificationem narres? Gregorius:

**E** st plane, sed si sit qui vellet imitari: Ego enim virtutem patientiae tanti patris signis & miraculis maiorem credo. Quadam namque die is qui post venerabilis Honorati exitum, monasterij regimente tenebat, contra eundem venerabilem Libertinum in graui iracundia exarsit, ita ut eum manibus caederet. Et quia virgam qua eum ferire posset minime inuenit: comprehenso scabello suppedaneo faciem ei ac caput tudit, totumque illius vultum tumentem ac liuidum reddidit. Qui vehementer caesus ad stratum proprium tacitus recessit. Die vero altera erat pro utilitate monasterij causa constituta. Expletis igitur hymnis matutinalibus Libertinus ad lectum abbatis venit: orationem sibi humiliter petit. Sciens vero ille quantum a cunctis honoraretur, quantumque diligeretur, pro iniuria quam ei ingesserat, recedere eum a monasterio velle putabat, atque requisitum dicens: Vbi vis ire? Cui ille respondit, Monasterij causa constituta est pater, quam declinare nequeo, quia hesternum die me hodie iturum promisi, illuc ire disposui. Tunc ille a fundo cordis considerans asperitatem & duritiam suam, humilitatem ac mansuetudinem Libertini, ex lecto prosiliit, pedes Libertini tenuit, se peccasse, seque reum esse testatus est, qui tanto taliq; viro tam crudelem facere contumeliam praesumpsisset. At contra Libertinus sese in terram prosternens, eiusque pedibus proculatus, suae culpae non illius fauore fuisse referebat quod pertulerat. Sicque actum est ut ad magnam mansuetudinem perduceretur pater, & humilitas discipuli magistra fieret magistri. Cumque pro utilitate monasterij ad constitutionem causa egressus fuisset, multi viri noti ac nobiles qui eum valde honorabant, vehementer admirati, solliciti requirebant quid nam hoc esset quod tam tumentem ac liuidum haberet faciem. Quibus ille dicebat: hesternum die sero peccatis meis exigentibus in scabello suppedaneo impegit, atque hoc pertuli. Sicque vir sanctus seruans in pectore honorem veritatis & magistri, nec patris, predebat vitium, nec falsitatis incurrebat peccatum. Petrus: Puta line

*Libertini mira patientia.*

*M*

*Libertini modestam responsam.*



Vt sine vitis iste venerabilis Libertinus, de quo tot signa & miracula retulisti, in tam ampla congregatione imitatores tuos in virtutibus non reliquit.

De hortulano monacho monasterii eiusdem.

Caput. III. Gregorius:

\*al. Cor-  
nif.

**F**oelix qui appellabatur Curuus, quem ipse bene nosti, qui eiusdem monasterii nuper praepositus fuerat, multa mihi de fratribus eiusdem monasterii admiranda narrabat. Ex quibus aliqua quae ad memoriam veniunt supprimo, quia ad aera festino. Sed vnum dicam quod ab eo narratum praeter eundem nullo modo aestimo.

**I**n eodem monasterio quidam magnae vitae monachus erat hortulanus. Fur vero venire consueverat, & per sepe ascendere, & occulte olera auferre. Cumque ille multa plantaret, quae minus inueniret, & alia pedibus concalcata, alia dirpta conspiceret: totum ortum circumsens, inuenit iter unde fur venire consueverat. Qui in eodem orto deambulans, reperit etiam serpentem, cui praecipiens dixit: Sequere me: atque ad aditum furis perueniens, imperauit serpenti, dicens: In nomine Iesu praecipio tibi vt aditum istum custodias, ac furem huc ingredi non permittas. Protinus serpens totum se in itinere in transversum tetendit, & ad cellam monachus rediit. Cumque meridiano tempore eundem fratres quiescerent, morte solito fur aduenit, ascendit sepem. Et cum in hortum pedem poneret, vidit subito quia extensus serpens clausisset viam, & tremefactus post semetipsum concidit, eiusque pes per calciamentum in sude sepis inhaesit, sicque visus: dum hortulanus rediret, deorsum capite peependit. Coniuncta hora venit hortulanus, pendentem in sepe furem reperit, & serpenti dixit: Gratias ago deo, implesti quod iussi: recede modo. Qui statim abscellit. Ad furem vero perueniens, ait: Quid est frater: tradidit te mihi deus, quare in labore monachorum furtum totiens facere praesumpisti? Qui haec dicens pedem illius a sepe in qua inhaeserat soluit, eumque sine laesione deposuit. Cui dixit: Sequere me: Quem sequentem duxit ad horti aditum, & olera quae furto appetebat auferre ei cum magna dulcedine praebuit, dicens: Vade, & post haec furtum non facias: sed cum necesse habes, huc ad me ingredi, & quae tu cum peccato laborabas tollere, ego tibi deuotus dabo. Petrus:

Serpens  
horti cu-  
stos.

Fur mira-  
culose de-  
prehensus.

**N**unc vsque vt inuenio, incassum ego non fuisse patres in Italia, qui signa facerent, aestimabam.

De Equitio abbate prouinciae Valeriae.

Caput. IIII. Gregorius:

Balneum  
Ciceronis,  
monasterium

**F**ortunati viri venerabilis abbatis monasterii, quod appellatur balneum Ciceronis, aliorumque etiam virorum venerabilium didici relatione quod narro. Vir sanctissimus Equitius nomine in Valeriae prouinciae partibus pro vitae suae merito apud omnes illic magnae admirationis habebatur, cui Fortunatus idem familiariter notus fuit. Qui nimis Equitius pro suae magnitudine sanctitatis multorum in eadem prouincia monasteriorum pater extitit. Hunc cum iuuentutis suae tempore acris certamine carnis in orationis studio solertiore fecerunt. Cumque hac in re ab omnipotenti deo remedium continuis precibus quereretur, nocte quadam assistente angelo eunuchizari se vidit, eiusque visioni apparuit quod omnem motum ex genitalibus eius membris abscinderet, atque ex eo tempore ita alienus extitit a tentatione: ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex omnipotentis dei auxilio vt viris ante praerant, ita coepit postmodum etiam foeminis praesse, nec tamen discipulos suos admonere cessabat, ne se eius exemplo in hac re facile crederent, & casuri tentarent donum quod non accepissent.

Visio de  
eunuchiza-  
tione Equitii

De Basilio  
magico.  
\*al. Amiter  
ninae.

**E**o autem tempore quo malefici in hac sunt Romana vrbe depreheasi, Basilius, qui in magicis operibus primus fuit, in monachico habitu Valerianum fugiens petiit. Qui ad virum reuerentissimum castrorum Amirtinae civitatis episcopum pergens, petiit ab eo vt eum Equitio abbati committeret, ac sanandum monasterio illius commedaret. Tunc ad monasterium venit episcopus, secumque Basilius monachum deduxit, & Equitium dei famulum rogauit, vt eundem monachum in congregationem susciperet. Quae statim vir sanctus intuens, ait: Hunc quem mihi commendas pater, ego non vi-

Basilio sub  
habitu mo

deo monachum esse, sed diabolum. Cui ille respondit: Occasionem quaeris, ne debeas praestare quod peto. Ad quem mox dei famulos dixit: Ego quidem hoc eum esse denuncio quod video, ne tamē nolle me obedire existimes, facio quod iubes. Susceptus itaque in monasterio est. Post non multos verò dies idem dei famulus pro exhortandis ad desideria superna fidelibus paulo longius a cella digressus est. Quo discedens contigit vt in monasterio virginum in quo eiusdem patris cura vigilabat, vna earum quae iuxta carnis huius putredinem speciosa videbatur febricitare inciperet: & vehementer anxiam, magnisque non vocibus sed stridoribus clamare: Modo moritura sum, nisi Basilius monachus veniat, & ipse mihi per suae curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris absentia accedere quisquam monachorum in congregationem virginum non audebat, quanto minus ille qui nouus aduenerat, eiusque adhuc vitam congregatio fratrum nesciebat. Missum repente est, & dei famulo Equitio nunciatum, quod sanctimonialis illa immensis febribus aestuaret, & Basilij monachi visitationem anxiam quaereret: quo audito vir sanctus dedignando subritit, atque ait: Nunquid non dixi quod diabolus est iste, non monachus: ite & eum de cella expellite. De ancilla autem dei quae anxietate febrium vrgetur, nolite esse solliciti, quia ex hac hora neque febribus laboratura est, neque Basilius quae situra. Regressus est monachus, & ea hora salutem restitutam dei virginem agnouit, quae eadem salutem illius dei famulus Equitius longe positus nunciauit, in virtute, scilicet miraculi, exemplum tenens magistrum, qui inuitatus ad filium reguli, eum solo verbo restituit salutem, vt reuertens pater ea hora filium restitutum vitae cognosceret, quae vitam illius ex ore veritatis audisset. Omnes autem monachi iussione patris sui implentes eundem Basilius ex monasterii habitatione repulerunt. Qui repulsus dixit frequenter se sellam Equitij magicis artibus in aera suspendisse, nec tamen eius quempiam laedere potuisse. Qui non post longum tempus in hac Romana vrbe exardescente zelo Christiani populi, igne crematus est.

D nachi  
diabolus es  
se ab Equi-  
tio cernitur.

Virgo febricitans sine remedio curata.

Basilio Romana vrbe crematus est.

**Q**uidam verò die vna dei famula ex eodem monasterio virginum hortum ingressa est, quae lactucam conspiciens concupiuit, eamque signo crucis benedicere oblita, auide momordit: sed arrepta a diabolo protinus cecidit. Cumque vexaretur, eidem patri Equitio sub celeritate nunciatum est, vt veniret concitus, & orando succurreret. Moxque hortum idem pater vt ingressus est coepit ex eius ore quasi satissaciens ipse qui hanc arripuerat diabolus clamare, dicens: Ego quid feci: ego quid feci: se debam tibi super lactucam, venit illa, & momordit me. Cui cum graui indignatione vir dei praecipit vt discederet, & locum in omnipotentis dei famula non haberet. Qui protinus abscellit, nec eam vltra contingere praualuit.

Monialis obfessa per Equitium liberatur.

**Q**uidam verò Foelix nomine Mirisae prouinciae nobilis pater huius Castori qui nunc nobiscum in Romana vrbe demoratur, cum eundem venerabilem virum Equitium sacri ordinem non habere conspiceret, & per singula loca discurrere, atque studiosè praedicare, eum quadam die familiaritatis ausu adiit, dicens: Qui sacrum ordinem non habes, atque a Romano pontifice sub quo degis praedicationis licentiam non accepisti, praedicare quomodo praesumis? qua eius inquisitione concupisus vir sanctus indicauit praedicationis licentiam qualiter accepit, dicens: Ea quae mihi loqueris, ego quoque mecum ipse pertracto. Sed quadam nocte speciosus mihi per visionem iuuenis astitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, id est, scubotomum posuit, dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo, egredere ad praedicandum. Atque ex illo die etiam cum voluero, de deo tacere non possum. Petrus:

\*al. Nura sine.

Licentia praedicandi Equitii sine sacris ordinibus.

**V**ellem etiam patris huius opus agnoscere, qui fertor talia dona a deo percepisse.

**O**pus Petre ex dono est, non donum ex opere, alioquin gratia iam non est gratia. Omne quippe opus dona praerueniunt: quauis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescunt, ne tamen vitae eius cognitione frauderis, bene haec reuerentissimus vir Albinus Reatinae antistes Ecclesiae cognouit, & adhuc super sunt multi qui scire potuerunt. Sed quid plus quaeris operis, quando concordabat vitae munditia cum studio praedicationis? Taurus quippe illum feruor

Equitii vita

**G** ad colligendas deo animas accenderat: ut sic monasteriis præesset: quatenus per Ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque fidelium domos circumquaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriæ celestis excitaret. Erat vero valde vilis in vestibus, atque ita despectus, ut si quis illum fortasse nesciret, salutatus etiam resalutare despiceret: & quotiens alia tendebat ad loca, iumento sedere consueverat, quod esse despicabilius omnibus iumentis in sella potuisset reperiri, in quo etiam capistro pro freno, & veruecum pellibus pro sella utebatur. Per semetipsum sacros codices in pelliceis sacculis missos dextro læuoque portabat latere, & quocumque peruenisset, scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium. Huius quoque opinio prædicationis ad Romanæ urbis notitiam peruenit, atque ut est lingua adulantium auditoris sui animam amplectendo necans, eodẽ tẽpore clericus huius apostolicæ sedis antistiti adulando questi sunt dicentes: Quis est iste vir rusticus, qui auctoritatem sibi prædicationis arripuit, & officium apostolici nostri domini sibi in se indoctus usurpare præsumit? Mittatur ergo si placet qui huc eum exhibeat, ut quis sit Ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est ut occupato in multis animo adulatio valde subrepat si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citius repulsa, suadentibus clericis consensum pontifex præbuit, ut ad Romanam urbem duci debuisset, & quoniam sua esset mensura cognosceret, Iulianum tamen tunc defensorem mittens, qui Sabinensi Ecclesiæ postmodum in episcopatu præfuit, hoc præcepit, ut cum magno honore eum deduceret, ne quicquam dei famulus ex conventionem eadem iniuriæ sentiret. Qui parere de eo clericorum votis concitus volens festinè ad eius monasterium cucurrit, ibique absente illo antiquarios scribentes reperit, ubi abbas esset inquisiuit. Qui dixerunt: In valle hac quæ monasterio subiacet, foenum secat. Idem vero Iulianus superbum valde atque cõtumacem puerum habuit, cui vix poterat vel ipse dominari. Hunc ergo misit ut ipsam ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proteruo spiritu præter velociter ingressus, omnesque illic incuens foenum secantes, requisivit quisnam esset Equitius. Moxque ut audiuit quis esset, eum adhuc longe positus aspexit, & immenso timore correptus est cepit timore lassescere: seque ipsum nutanti gressu vix portare posse, qui tremens ad dei hominem peruenit, atque vltis humiliter submissis eius genua deosculans strinxit, suumque dominum ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato dei famulus præcepit dicens: Leua foenum viride, porta pabulum iumentis in quibus venistis: ecce ego, quia parum superest, opere expleto te subsequor. Is autem qui missus fuerat Iulianus defensor mirabatur valde quidnam esset quod redire moraretur puer. Cumque reuertentem puerum conspiceret, atque in collo foenum ex prato deferentẽ, vehementer iratus cepit clamare dicens: Quid est hoc? ego te misi hominem deducere, nõ foenum portare. Cui puer respondit: Quem quaeris: ecce subsequitur. Tunc ecce vir dei elauatis calciatis caligis falcem foenariam in collo deferens veniebat. Quem adhuc longè positum puer suo domino quia ipse esset quem quaereret indicauit. Idem vero Iulianus repente ut vidit dei famulum, ex ipso habitu despexit, eumque qualiter deberet alloqui proterua mente præparabat. Mox vero ut seruus dei cominus affuit, eiusdem Iuliani animum intolerabilis pavor inuasit, ita ut tremere, atque in insinuandum hoc ipsum pro quo venerat, vix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit, orationem pro se fieri petiit, & quia pater eius apostolicus pontifex eum videre velle indicauit. Vir autem venerandus Equitius cepit immensas gratias omnipotenti deo agere, asserens quod se per summum pontificem gratia superna visitasset. Illico vocauit fratres, præcepit horae eadem iumenta præparari, atque executorem suum cepit vehementer urgere ut cito abire debuissent. Cui Iulianus ait: Hoc fieri nullatenus potest, quia lassatus ex itinere hodie non valeo abire. Tunc ille respondit: Contristatus me fili: quia si hodierna die non egredimur, iam crastina non exiemus. Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus in monasterio suo eadem nocte demoratus est. Sequenti vero die sub ipso lucis crepusculo vehementer equo in cursu fatigato ad Iulianum puer cum epistola peruenit, in qua præceptum est ei ne seruum dei con-

Equitius uiles ferebat uestes, Equitii equitandi modus.

Equitium adalatores accusant.

Equitius foenum secabat.

Clauatis calciatis erat caligis

tingere vel mouere de monasterio auderet. Quem cum ille requiret, cur sententia esset mutata, cognouit quia nocte eadem in qua ipse executor illuc missus est, per visum pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum dei hominem mittere præsumpisset. Qui protinus surrexit, seque venerandi viri comendans orationibus, ait: Rogat pater noster ne fatigari debeatis. Cũque hoc dei famulus audisset, contristatus ait: Nunquid non die hesterno dixi tibi, quia si statim non pergeremus, iam pergere minimè liceret? Tunc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella detinuit, ei que laboris sui commodum coacto renitenti que dedit. Cognosce igitur Petre in quanta dei custodia sunt, qui in hac vita seipsum despiciere nouerunt cum quibus intus ciuibus in honore numerantur, qui despecti foris hominibus esse non erubescunt, quia & contra in dei oculis iacent, qui apud suos & proximorum oculos per inanem gloriæ appetitum tument. Vnde & quibusdam veritas dicit: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominabile est ante deum.

Luc. 16.

Petrus:

**M**iror valde quod de tali viro surripi pontifici tanto potuerit.

Gregorius:

**Q**uid miraris Petre, quia fallimur qui homines sumus? An menti excidit quod Dauid qui prophetie spiritum habere consueuerat, contra innocentẽ Ionathã filium sententiam dedit, cum verba pueri mentientis audiuit? quod tamen quia per Dauid factum est, & occulto dei iudicio iustum credimus, & tamen humana ratione qualiter iustum fuerit non videmus. Quid ergo mirum si ore mentientium aliquando in aliud ducimur, qui propheta non sumus? Multum verò est quod vniuscuiusque præfulis mentem curarum densitas vastat. Cumque animus diuiditur ad multa, fit minor ad singula, tantoque ei in vna qualibet re surripitur, quanto latius multis occupatur.

Dauid contra Ionathã filium sententiam dedit.

Petrus:

Vera sunt valde quæ dicis.

Gregorius.

**S**illere non debeo quod de hoc viro abbate quondam meo reuerentissimo Valentino narrante agnoui. Aiebat namque quia corpus eius dum in beati Laurentij martyris oratorio esset humatum, super sepulchrum illius rusticus quidam arcam cum frumento posuit, nec quantus, qualisque vir illic iaceret, pendere ac vereri curauit. Tunc repente turbo exalitus factus, rebus illic omnibus in sua stabilitate manentibus arcam quæ superposita sepulchro eius fuerat, extulit: longèque proiecit, ita ut palam cuncti cognoscerent, quanti esset meriti is cuius illic corpus iaceret.

Equitii sepulchri miraculum.

**E**tiam ea quæ subiugo, prædicti venerabilis viri Fortunati qui valde mihi ætate, opere & simplicitate placet, relatione cognoui. Eandem Valeriæ prouinciam Longobardis intransibus ex monasterio reuerentissimi viri Equitij in prædicto oratorio ad sepulchrum eius monachi fugerunt. Cumque Longobardi seuentes oratorium intrassent, ceperunt eosdem monachos foras trahere, ut eos aut per tormenta discernerent, aut gladiis necarent, quorum vnus ingemuit, atque acri dolore commotus clamauit: Heu heu sancte Equiti placet tibi quod trahimur, & non nos defendis? Ad cuius vocem protinus seuentes Longobardos immundus spiritus inuasit. Qui corruentes in terram tam diu vexati sunt, quousque hoc cuncti, etiam qui foris erant, Longobardi cognoscerent, quatenus locum sacrum temerare vltius non auderent. Sicque vir sanctus dum discipulos defenderit, etiam multis post remediũ illuc fugientibus præstitit.


M Equitius monachos ad sepulchrum eius fugientes tutatur.

De Constantio mansionario Ecclesiæ sancti Stephani.

Caput. V.

**C**uiusdam coepiscopi mei didici relatione quod narro. Qui in Anconitana vrbe per annos multos in monachico habitu deguit, ibique vitam non mediocriter religiosam duxit. Cui etiam quidã nostri iam prouectioris ætatis qui ex eisdem sunt partibus attestantur. Iuxta eam namque ciuitatem Ecclesiæ beati martyris Stephani sita est: in qua vir vitæ venerabilis Constantius nomine: qui mansionarij sanctus officio deserviebat: cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longè lateque detenderat. Qui idem vir funditus terrena despiciens, totoque annisu mentis ad sola coelestia flagrabat. Quadam vero die dum in eadem Ecclesiæ

Ecclesiæ beati Stephani.



Constantii  
aqua loco  
oies ardere  
in lampadibus  
fecit.

Constantii  
forma  
statura.

Constantii  
humilitas  
magna.

C

Marcelli  
ignē estu  
antem cō  
pescuit.

do & obstupesco. Gregorius:  
De Nonnoso prapposito monasterii in monte Soractis.  
Caput. VII.

**D**E vicino nunc tibi aliquid narrabo quod & vi-  
ri venerabilis Maximiani episcopi, & Laurionis  
quem nosti veterani monachi qui vicerunt nunc vsq;  
superest: relatione cognoui: qui scilicet Laurio in illo mona-  
sterio quod iuxta urbem Neptanam locatur, ab Anastasio  
viro sanctissimo nutritus est. Qui nimirum Anastasius vita  
venerabilis viro Nonnoso prapposito monasterii quod in So-  
ractis monte situm est: & propinquitate loci & morum ma-  
gnitudine, & virtutum studiis assidue iungebatur. Idem vero  
Nonnosus sub asperrimo sui monasterii degebat patre: sed  
eius mores mira lemper aequanimitate tolerabat. Sicq; fra-  
tribus præerat in mansuetudine sicut crebro patris iracun-  
diam ex humilitate mitigabat. Quia vero eius monasterium  
in summo montis cacumine situm est: ad quamlibet paruum  
hortum fratribus excolendum nulla patebat planities: vnus  
autem breuissimus locus in latere montis excreuerat, quem  
ingentis saxi moles naturaliter egrediens occupabat. Qua-  
dam vero die dum Nonnosus vir venerabilis cogitaret quod  
saltem ad condimenta olerum nutrienda locus idem aptus  
potuisset existere: si hunc moles saxi illius non teneret: occur-  
rit animo quod eandem mole quingenta bouum paria moue-  
re non possent. Cuiq; de humano labore factio esset despera-  
tio: ad diuinum se solatium contulit: scq; illic nocturno silen-  
tio in orationem dedit. Cuiq; mane factio ad eundem locum  
fratres venirent, inuenerunt molem tantę magnitudinis ab  
eodem loco longius recessisse: suq; recessu largum fratribus  
spatium ad excolendum hortum dedisse.

\*al. quod  
iuxta urbē  
Nepefinā  
Suppeton-  
nia uocatur.

Nonnosus  
saxum in-  
gens sua  
oratione  
amouit.

E

**A**Lio quoq; tempore cum idem vir venerabilis lapa-  
des vitreas in oratorio lauaret: vna ex eius manibus  
cecidit: quę per innumeras partes fracta dissiluit:  
qui vehementissimum patris monasterii furorem timēs, lam-  
padis protinus omnia fragmenta colligit: atq; ante altare po-  
luit: scq; cum graui gemiti in oratione dedit. Cuiq; ab ora-  
tione caput leuasset: lanam lampadem reperit quam timens  
per fragmenta collegerat. Sicq; in duobus miraculis duorum  
patrum virtutes imitatus est. In mole scilicet saxi, factio Gre-  
gorij qui montem mouit. In reparatione vero lampadis, vir-  
tutem Donati qui fractum calicem pristina incolumitati  
restituit.

Nonnosus  
lampadem  
fractā ora-  
tione reu-  
tegrauit.

**H**abemus, vt video, de exemplis veteribus noua mira-  
cula. Gregorius:

**V**is ne aliquid in operatione Nonnosi de imitatione quoq;  
Helisgi cognoscere? Petrus:  
Volo atq; inhiante cupio. Gregorius:

**D**um quadam die in monasterio vetus oleum deesset:  
iamq; colligendę oliuę tempus incumberet: sed fru-  
ctus in oleis nullus appareret: visum patri monaste-  
rij fuerat vt circunquaq; fratres in colligendis oliuis ad exhi-  
bēda extraneis opera pergerent: quatenus ex mercede sui ope-  
ris aliquantulum monasterio oleum deportarent. Quod vir  
domini Nonnosus fieri cum magna humilitate prohibuit: ne  
excutes fratres ex monasterio dum lucra olei quærerent,  
animarum damna paterentur. Sed quia in monasterij arbori-  
bus oliuę pauca inesse videbantur: eas colligi præcepit: &  
in prelo mitti: & quamlibet parum olei exire potuisset sibi-  
met deferri. Factumq; est: & susceptu in paruo vasculo olei  
fratres Nonnoso dei famulo detulerunt: quod ipse protinus  
ante altare posuit: cunctisq; egredientibus orauit: atq; accer-  
sit postmodum fratribus præcepit vt hoc quod detulerunt  
oleum leuarent: & per cuncta vasa monasterij exigue fundē-  
do diuiderēt, quatenus benedictione eiusdem olei omnia in-  
fusa viderētur, quę protinus vt erant vacua claudi fecit. Die  
verò altera aperta omnia plena reperta sunt. Petrus:

Nonnosus  
oleū ora-  
tione aug-  
mentauit.

**P**robamus quotidie impleri verba veritatis quę ait:  
Pater meus vsque modo operatur & ego operor.  
De Anastasio abbate monasterii qđ Suppetonia uocatur.  
Caput. VIII. Gregorius:

Ioan. 5.

**E**odem quoque tempore venerandus vir Anastasius cuius  
superius memoriam feci, sanctę Romanę Ecclesię,  
cui deo authore deseruio, notarius fuit. Qui soli deo va-  
care

dem Ecclesia olium deesset: & prædictus dei famulus vnde  
lampades accenderet omnino non haberet: omnes lampades  
Ecclesię implent aqua: atque ex more in medio papyru po-  
suit: quę allato igne succendit: sicq; aqua arsit in lampadi-  
bus ac si oleum fuisset. Perpēde igitur Petre cuius meriti vir  
iste fuerit: qui necessitate compulsius, elementi naturam mu-  
tauit.

**M**irum est valde quod audio: sed vultem nosse cuius  
humilitatis apud se esse intus potuit iste: qui tantę  
excellentię foris fuit. Gregorius:

**I**nter virtutes animum cognoscere congrue quærit: quia  
multum valde est quod tentatione sua intus mentem la-  
cessant mira quę foris sunt. Sed si huius Constantij vene-  
rabilis vnus quod fecit audis: cuius humilitatis fuerit citius  
agnoscis. Petrus:

**P**ostquam mihi facti illius tale miraculum dixisti: su-  
perest etiam vt me de humilitate mentis eius ædifi-  
ces. Gregorius:

**Q**uia valde opinio sanctitatis eius excreuerat: multi  
hunc ex diuersis prouinciis anxie videre sitiebant.  
Quadam vero die ex longinquo loco ad videndum  
eum quidam rusticus venit. Eadem vero hora

casu & cōtigerat vt sanctus vir stans in ligneis gradibus, resi-  
ciēdis deseruaret lampadibus. Erat autē pusillus valde, exili  
forma atque despecta. Cuiq; is qui ad videndum eum vene-  
rat quisnam esset inquireret: atq; obnixę peteret vt sibi de-  
buisset ostendi: hi qui illum noverant monstrarūt quis esset.  
Sed sicut stulte mentes hominum merita ex qualitate corpo-  
ris metiuntur: eum paruulum atq; despectum videns: ipsum  
hunc esse cœpit omnino non credere. In mente etenim rusti-  
ca inter hoc quod audierat & videbat, quasi facta fuerat quę-  
dam rixa: & æstimabat tam breuem per visionem esse non  
posse: quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cuiq;  
ipsum eum esse a pluribus fuisset asserunt, despexit: & cœ-  
pit irridere, dicens: Ego grandem hominem credidi: iste au-  
tem de homine nihil habet. Quod vt vir dei Constantius au-  
diuit: lampades quas reficiebat protinus relinquit, letus cō-  
citus descendit: atq; in eiusdem rustici amplexum ruit: eumq;  
ex amore nimio constringere cœpit brachiis & osculari: ma-  
gnatq; gratias agere quod is de se talia iudicasset, dicens: Tu  
iolus es qui in me apertos oculos habuisti. Quia ex re pen-  
sam est cuius apud se humilitatis fuerit: qui despiciētem se  
rusticum amplius amauit. Qualis enim quisque apud se late-  
at: contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus:  
sic plerunq; humiles sua despectione gratulantur. Cuiq;  
se & in alienis oculis viles aspiciunt, idcirco gaudent, quia  
hoc iudicio cōfirmari intelligunt: quod de se & ipsi apud se-  
metipsos habuerunt. Petrus:

**V**t agnosco, vir iste magnus, fortis fuit in miraculis:  
sed maior intus in humilitate cordis.  
De Marcellino Anthonitane ciuitatis episcopo.

Caput. VI.

Gregorius:

**E**iusdem quoque Anthonitane antistes Ecclesię vir vi-  
te venerabilis Marcellinus fuit: cuius gressum dolore  
nimio podagra cōtraxerat: eumque familiares sui sic  
vbi necesse erat in manibus ferebant. Quadam vero die per  
culpam incuriã eadem ciuitas Anthonitana succensa est.  
Cumq; vehementer arderet: cucurrerunt omnes vt ignem  
extinguere. Sed illis aqua certatim prouicientibus ita cre-  
scebat flamma vt iam totius vrbis incensum minari videretur.  
Cumq; propinqua sibi loca quęq; ignis inuaderet:  
iamq; vrbis partem non modicam cōsumpsisset: & obfiste-  
re nullus valeret: deductus in manibus venit episcopus: & tā-  
ta periculi necessitate cōpulsus, familiaribus suis se portan-  
tibus præcepit dicens: Cōtra ignem me ponite. Quod ita fa-  
ctum est: atque in eo loco est positus vbi tota vis flammę vi-  
debat in incubere. Cœpit autem miro modo in semetipsum  
incēdium retorqueri, ac si reflexionis suę impetus exclama-  
ret se episcopum ransire non posse. Sicq; factum est vt flam-  
ma incendiij illo termino refrenata in semetipsa refrigescer-  
et: & contingere vltius quicquam ædificij non auderet.  
Perpēdis Petre cuius sanctitatis fuerit ægrum hominem se-  
dere & exorando flammam premere. Petrus: Et petpen-



DIALOGI BEATI GREGORII

G care desiderans serinium deseruit: monasterium elegit: atq; in eo loco quem praefatus sum Suppetonia vocari, per annos multos in sanctis actibus vitam duxit: eique monasterio solerti custodia praefuit. Quo videlicet in loco ingens deluper rupes eminent: & profundum subter praecipitium patet. Quadam vero nocte cum iam omnipotens deus eius venerabilis viri Anastasij labores remunerare decreuisset: ab alta rupe vox facta est: quae producto sonitu clamaret, dicens: Anastasi veni. Quo vocato alij quoque septem fratres vocati sunt ex nomine. Paruo autem momento ea quae fuerat emissiva vox siluit: & octauum fratrem vocauit. Quas dum aperte voces congregatio audisset: dubium non fuit: quin eorum qui vocati fuerat obitus appropinquasset. Intra paucos igitur dies primus venerandus vir Anastasius: caeteri autem in eo ordine ex carne educti sunt: quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille ad quem vocandum vox parum siluit, atque cum tunc nominauit: morientibus aliis paucis diebus vixit, & tunc vitam finiuit: vt aperte monstraretur: quia interiectum vocis silentium paruum viuendi spatium signauerit. Sed mira res contigit: quia venerabilis vir Anastasius dum de corpore exiret: erat quidam frater in monasterio qui superuivere cum volebat: prouolutus vero eius pedibus coepit cum lachrymis ab eo postulare, dicens: Per illum ad quem vadis deprecor, te adfuro ne septem dies super te in hoc mundo viam: ante cuius septimum diem etiam ipse defunctus est: qui tamen in illa nocte inter caeteros non fuerat vocatus: vt aperte claresceret: quia eius obitum sola venerabilis Anastasij intercessio obtinere potuisset.

Septē fratres cum Anastasio ad montem vocati.

Nonus frater ultro mortē precatus est.

Nota de praedestinatione.

Gene. 21.

Gene. 27.

Gene. 22.

Gen. 26.

Gene. 25.

Praedestinato quomodo precibus iuuatur

Nota de paupertate.

Petrus:

Cum idem frater & vocatus inter caeteros non est: & tamen sancti viri intercessionibus ex hac luce subtractus est: quid aliud datur intelligi: nisi quod hi qui apud dominum magni sunt meriti: obtinere aliquando possunt ea etiam quae non sunt praedestinata? Gregorius:

Obtineri nequaquam possunt quae praedestinata non fuerunt: sed ea quae sancti viri orando efficiunt, ita praedestinata sunt vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni praedestinatio ita est ab omnipotenti deo disposita vt ad hoc electi pro labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Petrus:

Robari mihi apertius vellem: si potest praedestinato precibus iuuari.

Gregorius:

Hoc quod ego Petre intuli, concite valet probari. Certe etenim nosti quia ad Abraham dominus dixit: In Isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat: Patrem multarum gentium constitui te. Cui rursus promisit dicens: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli: & sicut arenam maris. Ex qua re aperte constat: quia omnipotens deus semen Abraham multiplicare per Isaac praedestinauerat, & tamen scriptum est: Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum & dedit conceptum Rebecca. Si ergo multiplicatio generis Abraham per Isaac praedestinata fuit: cur coniugem sterilem accepit? Sed nimirum constat: quia praedestinato precibus impletur: quando is in quo deus multiplicare semen Abraham praedestinauerat, oratione obtinuit: vt filios habere potuisset. Petrus:

Via secretum ratio aperuit: nihil mihi dubitatis remansit.

Caput IX.

Gregorius:

Vt tibi aliquid de Thusciae partibus narrem: vt cognoscas quales in ea viri fuerint: & omnipotentis dei notitiam quantum propinqua? Petrus:

Volo, atque hoc omnimodo exposco. Gregorius:

De Bonifacio Ferentinae ciuitatis episcopo.

Fuit vir vitae venerabilis Bonifacius nomine: qui in ea ciuitate quae Ferentis dicitur, episcopatus officium tenuit, & moribus impleuit. Huius multa miracula is qui adhuc superest Gaudentius presbyter narrauit. Qui nutritus in eius obsequio tanto valet de illo quaeque veracius dicere, quanto eis contigerit & hunc interesse. Huius ecclesiae grauis valde paupertas inerat, quae bonis mentibus esse so-

let custodia humilitatis, nihilque aliud ad omne stipendium: nisi vnam tantummodo vineam habebat quae quodam die ita grandine irruente vastata est: vt in ea paucis in vitibus vix parui rarique racemi remansissent. Quam cum dei praedictus vir reuerentissimus Bonifacius episcopus fuisset ingressus magnas omnipotenti deo gratias retulit: quia in ipsa sua adhuc inopia sese angustari cognouit. Sed cum iam tempus exigeret vt ipsi quoque racemi qui remanserant maturefcere potuissent, eundem vineae ex more posuit: eamque solerti vigilantia seruari praecipit. Quadam vero die mandauit Constantio presbytero nepoti suo: vt cuncta vini vascula in episcopio omniaque dolia ita vt ante consueuerat pice superfusa praepararet. Quod cum nepos illius presbyteri audisset: valde admiratus est quod quasi insana praeciperet: quod vini vascula praeparari faceret qui vinum minime haberet: nec tamen praesumpsit inquirere cur talia iuberet: sed iussis obtemperat: & omnia ex more praeparauit. Tunc vir dei vineam ingressus racemos collegit: ad calcatorium detulit: omnesque exinde egredi praecipit solusque ibi cum vno paruulo paruulo remansit, quem in eodem calcatorio deposuit: & calcari ipsos paucissimos racemos fecit. Cumque ex eisdem racemis parum aliquid vini desueret, coepit hoc vir dei suis manibus in paruulo vase suscipere: & per cuncta dolia, omniaque vasa quae parata fuerant pro benedictione diuidere: vt ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cum vero ex liquore vini parum aliquid in vasis omnibus misisset: vocauit protinus presbyterum: iussitque pauperes adesse. Tunc coepit vinum in calcatorio crescere: ita vt omnia quae allata fuerant pauperum vascula impleret. Quibus cum se idonee satisfecisse conspiceret: ex calcatorio iussit paruulum discedere: apothecam clausit: atque impresso sigillo proprio munitam reliquit: mox ad Ecclesiam rediit. Die vero tertia praedictum Constantium presbyterum vocauit: & oratione facta apothecam aperuit & vasa in quibus tenuissimum liquorem infuderat, vberim vinum fundentia inuenit, ita vt pauimentum omne excrefcentia vna inuaderent, si ad haec episcopus tardius intrasset. Tunc terribiliter presbytero praecipit, ne quouisque ipse in corpore viueret, hoc miraculum cuiquam indicaret, pertimescens videlicet ne virtute facti fauore humano puliatus inde intus inanesceret vnde foris hominibus magnus appareret, exemplum magistri sequens, qui vt nos ad viam duceret humilitatis, de semetipso discipulis praecipit, dicens vt ea quae vidissent nemini dicerent quouisque filius hominis a mortuis resurgeret. Petrus:

Bonifacius episcopus vinum ab eo de augmentum.

L

Via occasio apta se praebuit: libet inquirere quidnam sit quod redemptor noster cum duobus caecis lumen reddidit: iussit vt nemini dicerent: & illi abeuntes diffamauerunt eum in totam terram illam? Nunquid na vnigenitus filius patri & sancto spiritui coaeternus hac in re velle habuit: quod non potuit implere, vt miraculum quod taceri voluit, minime potuisset abscondi? Gregori.

M

Redemptor noster per mortale corpus omne quod egit, hoc nobis in exemplum actionis praebuit: vt pro nostrarum virium modulo eius vestigia sequentes inoffenso pede operis praesentis vitae carpamus viam. Miraculum namque faciens & tacere iussit: & tamen taceri non potuit: vt videlicet & electi eius exempla doctrinae illius sequentes in magnis quae faciunt, latere quidem in voluntate habeant: sed vt profint aliis prodantur inuiti: quatenus & magnae utilitatis sit quod eorum opera taceri non possunt. Non ergo voluit dominus quicquam fieri & minime potuit: sed quid velle eius membra debeant: quidue de eis etiam nolentibus fiat, doctrinae eius magisterio exemplum dedit. Petrus: Placet quod dicis. Gregorius:

Attēdo doctriam.

A dhuc pauca aliqua quae de Bonifacii episcopi opere supersunt quia eius memoria fecimus, exequamur. Alio namque tempore beati Proculi martyris natalitius propinquabat dies: quo in loco vir nobilis Fortunatus nomine manebat: qui magnis precibus ab eodem venerabilis viro postulauit, vt cum apud beatum martyrem missarum solennia ageret: ad benedictionem dandam in suam domum declinaret. Vir autem dei negare non potuit quod ab eo ex Fortunati mente charitas poposcit. Peractis igitur missarum solenniis: cum ad

**A** cum ad prædicti Fortunati venisset mensam, priusquam deo hymnum diceret, sicut quidam ludendi arte cibū solent querere, repente ante ianuam cum simia vir astitit & cymbala percussit. Quem sanctus vir dedignatus audiens sonitum dixit: Heu heu, mortuus est miser iste, mortuus est miser iste. **Bonifacius ioculatori morte prædixit:**

Quæ mensam refectionis veni: os adhuc ad laudem dei non aperui, & ille cum simia veniens percussit cymbala. Subiunxit quoque & ait: Ite & pro charitate ei cibum potumque tribuite: scitote tamen quia mortuus est. Qui infelix vir dum panem ac vinum ex eadem domo percepisset: egredi ianuam voluit: sed saxum ingens subito de tecto cecidit: eique in verticem venit. Ex qua percussione prostratus in manibus iam semivivus leuatus est. Die verò altera secundum viri dei sententiam funditus finivit vitam. Qua in re Petre pensandum est quantus sit viris sanctis timor exhibendus: templa enim dei sunt. Et cum ad iracundiam vir sanctus trahitur: quis alius ad irascendum nisi eiusdem templi inhabitator excitatur?

Metuenda ergo tanto est ira iustorum: quāto & constat quia in eorum cordibus ille præsens est: qui ad inferendam ultionem quam voluerit inuoluit non est.

**A**lio quoque tempore prædictus Constantius presbyter nepos eius equum suum duodecim aureis vendidit: quos in propria arca ponens ad exercendum opus aliquod discessit. Tunc subito ad episcopum pauperes venerunt qui importunè præcabantur ut eis sanctus vir Bonifacius episcopus ad consolationem suam inopie aliquid largiri debuisset. Sed vir dei quia quid tribueret non habebat: æstuare cepit in cogitatione ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repente ad memoriam rediit: quia Constantius presbyter nepos eius equum quem sedere conueuerat vendidisset: atque hoc ipsum in arca sua precium haberet. Absente igitur eodem nepote suo accessit ad arcam: & pie violentus claustra arce: comminuit duodecim aureos tulit: eosque indigentibus ut placuit diuisit. Itaque Constantius presbyter reuersus ex opere arcam fractam reperit: & caballi sui precium quod in eam posuerat non inuenit. Cæpit itaque voce magna perstridere: & cum furor eum clamare: Omnes hic viuunt: solus ego in domo hac viuere non possum. Ad cuius mirum voces venit episcopus omnesque qui in eodem episcopio aderant. Cumque eum locutione blanda viri dei temperare voluisset, cepit ille cum iurgio respondere, dicens: Omnes tecum viuunt: solus ego autem hic viuere ante te non possum: redde mihi solidos meos. Quibus vocibus commotus episcopus: beatæ Mariæ virginis Ecclesiam ingressus est: & eleuatis manibus extenso vestimento stando cepit orare ut ei redderet unde presbyteri furentis infania mitigari potuisset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia rediit: repente in sinu suo duodecim aureos inuenit: ita fulgentes tamquam si ex igne producti eadem hora fuissent. Qui mox de Ecclesia egressus: eos in sinum furentis presbyteri proiecit, dicens: Ecce habes solidos quos quaesisti: sed hoc tibi notum sit: quia post mortem meam in huius Ecclesiæ episcopum non eligeris propter tuam auaritiam. Ex qua sententia veritatis colligitur quia eosdem solidos presbyter pro aduiscendo episcopatu præparabat. Sed viri dei sermo præualuit, nam idem Constantius in presbyteratus officio vitam finivit.

**A**lio quoque tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia venerunt: qui Rauennam se festinare professi sunt. Quibus ipse paruum vas ligneum vino plenum manu sua præbuit: quod fortasse in prandio itineris habere potuissent: ex quo illi quoad usque Rauennam venirent biberunt. Gothi autem aliquantulis diebus in eadem ciuitate morati sunt: & vinum quod a sancto viro acceperant: quotidie in usu habuerunt. Sicque vsque ad eundem venerabilem patrem ferentes reuersi sunt: ut nullo die cessarent bibere: & tamen vinum eis ex illo vasculo nunquam deesset: ac si in illo vase ligneo quod episcopus eis dederat: vinum non aueretur, sed nasceretur.

**N**uper quoque de eiusdem loci partibus senex quidam clericus aduenit: & ea quæ ipse de eo narrat silentio non sunt prætereunda. Nam dicit quod quadam die ingressus hortum magna hunc erucarum multitudinem inuenit esse coopertum: qui omne holus in eo deperire conspiciens: ad eandem crucas conuersus dixit: Adiuro vos in nomi-

ne domini Iesu Christi, recedite hinc, atque hæc holera comedere nolite. Quæ statim ad viri dei verbum ita omnes egressæ sunt: ut nec una quidem intra spatium horti remaneret. Sed quid mirum quod hæc de episcopatus eius tempore narramus: quando iam apud omnipotentem deum ordine simul & moribus creuerat: dum illa magis miranda sint quæ eum hic senex clericus adhuc puerulum fecisse testatur? Nam ait quod eo tempore quo cum matre sua puer habitabat: egressus hospitio, nonnunquam sine linea, crebro etiam sine tunica reuertebatur: quia mox ut nudum quocumque inuenire vestiret: hinc se expoliens ut se ante dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueuerat, dicens quod instum non esset ut ipse inops pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa puerum omne triticum quod sibi in stipendium totius anni præparauit inuenit a filio suo pauperibus erogatum. Cumque semetipsam a lapidibus pugnisque tuderet quod quasi anni subsidia perdidisset: superuenit Bonifacius puer dei: eamque verbis quibus valuit consolari cepit. Quæ cum nihil consolationis admitteret: hanc rogauit ut ab horreo exire debuisset: in quo ex omni eorum tritico parum quid inuentum est remansisset. Puer autem dei sese illic protinus in orationem dedit. Qui post paululum egressus ab horreo matrem reduxit, quod ita tritico plenum totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo compuncta mater iam ipsa cepit hortari ut daret: qui sic celeriter posset que petuisset accipere. Hæc itaque in hospitij sui vestibulo gallinas nutrire consueuerat: sed eas ex vicino rure vulpes veniens auferabat. Quadam verò die dum in eodem vestibulo puer Bonifacius staret, vulpes ex more venit, & gallinam abstulit. Ipse autem concitus Ecclesiam intravit: & se in orationem prosternens apertis vocibus dixit: Placet tibi domine ut de nutrimentis matris meæ manducare non possim: ecce enim gallinas quas nutrit, vulpes comedit. Qui ab oratione surgens Ecclesiam est egressus. Mox autem vulpes rediit, gallinam quam ore tenebat dimisit, atque ipsa moriens ante eius oculos in terram cecidit.

**Petrus:** Alde mihi mirum videtur quod exaudire preces in se sperantium, etiam in rebus vilibus dignatur deus. **Gregorius:** Hoc Petre ex magna conditoris nostri dispensatione agitur: ut per minima quæ percipimus: sperare maiora debeamus. Exauditus nanque est in rebus vilibus puer sanctus & simplex: ut in paruis disceret quantum de deo præsumere in magnis petitionibus deberet. **Petrus:** Placet quod dicis. **De Fortunato Tudertinae ciuitatis episcopo.** **Caput. IX.** **Gregorius:** Alius quoque vir vitæ venerabilis in eisdem partibus fuit Fortunatus nomine: Tudertinae antistes Ecclesiæ: qui in effugandis spiritibus immensæ virtutis gratia pollebat: ita ut nonnunquam ab obsessis corporibus legiones dæmonum pelleret: & cõtinue orationis studio intentus obiectas contra se eorum multitudines superaret. Huius viri familiarissimus fuit Iulianus nostræ Ecclesiæ defensor: qui ante non longum tempus in hac vrbe defunctus est. Cuius ego quoque hoc didici relatiõe quod narro: quia saepe geffis illius auiu familiaritatis intererat: eiusque post memoriam ad instructionem nostram quasi saui dulcedinem in ore retinebat.

**M**atrona quædam nobilis in vicinis partibus Thuscis, nurum habebat: quæ intra breue tempus quo filium eius acceperat: cum eadē socru sua ad dedicationem oratorij beati Sebastiani martyris fuerat inuitata. Nocte verò eadem qua subsequente die ad dedicationem prædicti oratorij fuerat processura: voluptate carnis deuicta, a viro suo sese abstinere non potuit: cuius mane facta conscientia deterreret, perpetrata carnis delectatio: processionem vero imperaret verecundia: plus erubescens vultu hominum quam dei iudicium metuens, cum socru sua ad dedicationem oratorij processit. Mox verò ut reliquæ beati Sebastiani martyris oratorij ingressæ sunt: eandem prædictæ matronæ nurum malignus spiritus arripuit: & coram omni populo vexare cepit.

*Bonifacius ioculatori morte prædixit:*

*Sancti viri dei templa sunt.*

*Bonifacius pauperibus subuenit.*

*Bonifacius oratio aurea à beata virgine impetravit.*

*Vasculum à Bonifacio acceptum vini auxit.*

*Crucæ de præcepto Bonifacii ex horto migrauerunt.*

*Bonifacius adhuc puer oratione horreum tritico impleuit.*

*Bonifacius oratione vulpem necauit.*

*Cur deo in paruis rebus exaudiat preces.*

*Fortunatus eiicidit dæmonibus potentis.*

**G** coepit. Eiusdem vero oratorij presbyter dum eam vehemen-  
tissime vexari conspiceret: ex altari protinus syndonē tulit:  
eamque operuit: sed & hunc simul repente diabolus inuasit.  
Et quia ultra vires voluit quidquā praelumere: cōpulsus est &  
ipse cognoscere in sua vexatiōe quid esset. Hi vero qui ade-  
rant, puellam in manibus ex oratorio sublatam ad domum  
propriam reportauerunt. Cumque hanc antiquus hostis ve-  
xatione continua vehementer attereret: propinqui sui eā car-  
naliter amantes & amando persequentes, ad obtinendum sa-  
lutis remedium maleficis tradiderūt, vt eius animam fundi-  
tus extinguerent: cuius carni magicis artibus ad tempus pro-  
desse conarentur. Ducta est itaque ad fluvium: atq; in aquā  
mersa: ibique diutius incantationibus agere malefici molie-  
bantur: vt is qui eam inuaserat diabolus exiret. Sed miro om-  
nipotentis dei iudicio: dū arte peruersa vn<sup>o</sup> ab ea repellitur:  
in eā subito legio intravit. Coepit ex hora illa tot motib<sup>9</sup> agi-  
tari: tot vocib<sup>9</sup> clamoribusq; p̄strepere: quod spiritibus te-  
nebat. Tunc inito cōsilio parietes eius suae perfidię culpā fa-  
tētes hanc ad venerabilē virum Fortunatum episcopum du-  
xerunt: eiq;e reliquerunt. Qua ille suscepta multis se diebus  
ac noctibus in orationem dedit: tantoque annisū precibus in-  
cubuit, quāto & in vno corpore contra se assistere legionis  
aciem inuenit. Quam post non multos dies ita sanam atque  
incolorem reddidit: ac si in eam ius proprium diabolus nū-  
quam habuisset.

Fortuna-  
tus matro-  
nā à legio-  
ne Lemoniū  
liberat.

**H** A Lio quoque tempore idem vir omnipotentis dei fa-  
mulus ex obsessio quodam homine immundum spiri-  
tum excussit. Qui malignus spiritus cum vesperale  
te iam die secretam ab hominibus horam cerneret: peregrini-  
um quempiam esse se simulans circuire coepit ciuitatis pla-  
teas & clamare: O virum sanctum Fortunatum episcopum:  
ecce quid fecit: peregrinū hominem de hospitio suo expulit.  
Quero vbi requiescere debeam: & in ciuitate eius non inue-  
nio. Tunc quidam in hospitio cum vxore sua & parvulo filio  
ad prunas sedebat: qui vocem eius audiens: & quid episcop<sup>9</sup>  
ei fecerit requirens hūc inuitavit hospitio: sedere secum iux-  
ta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur:  
parvulum eius filium idem malignus spiritus intravit: atque  
in eadem prunas proiecit: ibique mox eius animam excussit.  
Qui orbatus miser: vel quem ipse suscepit: vel quē episco-  
pus expulit agnouit.

Diabolus  
sub forma  
peregrini  
puerum ex-  
tinxit.

**Q** Vidnā hoc esse dicimus vt occidēdi ausum in eius  
hospitio antiquus hostis acciperet: qui hunc per-  
egrinum aestimans, ad se hospitalitatis gratia vo-  
casset?

Nota.  
Mat. 6.

**M** Vltā Petre videntur bona, sed non sunt: quia bono  
animo non fiunt. Vnde & in Evangelio veritas di-  
cit: Si oculus tuus nequam fuerit: totū corpus tuū  
tenebrosū erit. Quia cum peruersa est intentio quae prae-  
cedit: prauum est omne opus quod sequitur: quantum esse rectū  
videatur. Ego nanque hunc virum, qui dum quasi hospitali-  
tatem exhiberet orbatus est: noui pietatis opere delectatum  
aestimo, sed episcopi derogatione: nam poena subsequens in-  
notuit: quia precedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt  
nanque nonnulli qui idcirco bona facere student: vt gratiam  
alienae operationis obnubilent. Nec pascuntur bono quod fa-  
ciunt: sed laude boni qua ceteros premunt. Qua de re existi-  
mo hunc virum qui malignum spiritum in hospitalitatem su-  
scipit, ostentationi boni potius intendisse quā operi: vt me-  
liora quā episcopus fecisse videretur: quatenus ipse susci-  
peret eum quem vir domini Fortunatus expulisset.

Nota.

Attē de ue-  
ram senten-  
tiam.

Petrus:

**I** Ta est vt dicis: nam finis operis probat, quod munda in-  
tentio operationis non fuerit.

Gregorius:

Fortuna-  
tus caeco ui-  
sum resti-  
tuit.

**A** Lio quoque tempore, dum oculorum quidam lumē  
amississet: ad hūc deductus intercessionis eius opem  
petiit, & impetrauit. Nam cum vir dei oratione fa-  
cta oculis eius signum crucis imprimeret: ab eis protinus lu-  
ce reddita: nox caecitatis abcessit. Praeterea equus cuiusdam  
militis in rabiem fuerat versus: ita vt à multis teneri vix po-  
tuisset: sed quoscunque potuit inuaderet: eorū membra mor-  
sibus dilaniaret. Tunc, vicunque, à multis ligatus ad virum  
dei deductus est. Qui mox eius capiti extensa manu signum


crucis adidit: cunctam eius rabiem in mansuetudinem mu-  
tauit: ita vt postea mitior existeret quam ante illam insaniam  
fuisset. Tunc idem miles equum suum quem celerrimē ex mi-  
raculi imperio à sua vesania vidit immutatum: eidem sancto  
viro decreuit offerendum. Quem cum suscipere ille renue-  
ret: ipse verò in precibus ne despiceretur eius oblatio perse-  
ueraret: sanctus vir mediam duarum partium viam tenens:  
& petitionem militis audiuit: & munus recipere pro hac ex-  
hibita virtute recusauit: prius nanque dignum precium pre-  
buit: & postea equū quem sibi offerebat accepit. Quia enim  
si non susciperet eum contristari conspexerat: charitate co-  
gente emit quod necessarium non habebat. Neque hoc file-  
re de huius viri virtutibus debeo: quod ante dies ferē duo-  
decim audiui. Quidam nanque ad me deductus est senex pau-  
per: atque vt mihi senum collocutio esse semper amabilis  
solet: studiosē hunc vnde esset inquisiui. Qui se esse de Tu-  
dertina ciuitate respondit: cui inquam: Quae te pater num  
Fortunatum episcopū nosti? Qui ait: Noui, & bene noui. Tūc  
ipse subiunxit: Dic rogo si qua illius miracula nosti: & desi-  
deranti mihi qualis vir fuerit innotescere. Qui ait: Homo ille  
longē fuit ab istis hominibus quos videmus modo. Nā quic-  
quid ab omnipotenti deo petit: ita vt petierat impetrauit.  
Cuius hoc vnum narro miraculum, quod ad praesens animo  
occurrit. Quadam nanq; die Gothi iuxta Tuderlinam ciuita-  
tem venerunt, qui ad partes Rauenta properabant: & duos  
paruos puerulos de possessione abutulerant: quae possessio  
praefata Tuderlinae ciuitati subiacebat. Hoc cum viro san-  
ctissimo Fortunato nuntiatum fuisset: protinus misit, atque  
eosdem Gothos ad se vocari fecit. Quos blando sermone al-  
loquēs eorum prius studuit asperitatem placare: ac post in-  
tulit, dicens: Quale vultis precium dabo: & puerulos quos  
abstulistis reddite: mihiq; hoc gratia vestrae munus prabe-  
te. Tunc is qui prior eorum esse videbatur, respondit dicens:  
Quicquid aliud praecipis facere parati sumus: nā istos pue-  
rulos nullatenus reddemus. Cui venerandus vir blandē mi-  
natus dicit: Contristas me filii, & nō audis patrem tuum: no-  
li me contristare, nam non expedit tibi. Sed idem Gothus in  
cordis sui feritate permanēs, negando discessit. Die verò al-  
tera digressurus rursus ad episcopum venit: quem eisdē ver-  
bis pro praedictis puerulis iterum episcopum rogauit. Cūq;  
ad reddendum nullo modo consentire voluisset: contristatus  
episcopus dixit: Scio quia tibi non expedit quod me contri-  
stato discedis. Quae Gothus verba despiciens ad hospitium  
reuerfus, eosdem pueros de quibus agebatur, equis superim-  
positos cum suis hominibus praemisit. Ipse verò statim ascē-  
dens equum subsequutus est. Cūq; in eadem ciuitate ante  
beati Petri apostoli Ecclesiam venisset: equi eius pes lapsus  
est, qui cum eo corruit: & eius coxa mox fracta est: ita vt in  
duabus partibus os esset diuisum, leuatusq; in manibus redu-  
ctus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros quos prae-  
miserat reduxit: & viro venerabili Fortunato mandauit, di-  
cēs: Rogo te pater, mitte ad me diaconum tuum. Cuius dia-  
conus dum ad iacentem venisset, pueros quos redditurum se  
episcopo omnino negauerat, ad medium deduxit: eosque dia-  
cono illius reddidit, dicēs: Vade, & dic domino meo episco-  
po quia maledixisti mihi, ecce percussus sum, sed pueros quos  
quaesisti, recipe: & pro me rogo intercede. Susceptos itaque  
puerulos diaconus ad episcopū reduxit, cui benedictam aquā  
venerabilis Fortunatus statim dedit, dicens: Vade citius &  
eam super iacentis corpus proice. Perrexit itaq; diaconus  
atq; ad Gothum introgressus, benedictam aquam super mē-  
bra illius asperxit. Res mira & vehementer stupenda, mox vt  
aqua benedicta Gothi coxam contigit: ita omnis fractura so-  
lidata est, & saluti pristinae coxa restituta, vt hora eadem de-  
lecto surgeret, & ascenso equo ita ceptum iter ageret, ac si  
nullam vquam lesionem corporis pertulisset. Factumq; est vt  
qui sancto viro Fortunato pueros cum precio reddere obe-  
dientiae subiectus noluit: eos sine precio poena subactus do-  
naret. His igitur expletis studebat adhuc senex de eo & alia  
narrare. Sed quia nonnulli aderant ad quos exhortandos oc-  
cupabatur: iamq; diei tardior hora incubuerat, venerabilis For-  
tunati facta mihi audire non licuit, quae audire, si liceat, sem-  
per volo. Sed die alia idem senex rem de illo magis adhuc mi-  
rabilem narrauit, dicens: In eadē Tuderlina vrbe Marcellus  
quidā

K  
Fortuna-  
tus signo  
crucis equū  
furiosum  
mansuetū  
reddidit.

L

M  
Gothus co-  
xa fracta  
pueros red-  
didit.

Fortuna-  
tus aqua bene-  
dicta coxā  
sanauit.



**A** quidam bonæ actionis vir cum duabus sororibus suis habitabat: qui euemente molestia corporis ipso sacratissimo vesperascere iam sabbato paschali defunctus est. Cuius corpus cum longius esset effierendum, die eodem sepeliri non potuit. Cumque mora esset temporis ad explendum debitum sepulchrum, sorores eius morte eius afflicte, eucurrerunt flentes ad venerabilem virum Fortunatum, eique magnis vocibus clamare coeperunt. Scimus quia Apostolorum vitam tenes, leprosos mundas, caecos illuminas. Veni, & resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut cognouit earum fratrem defunctum, flere & ipse etiam de morte eius cepit, eisque respondit, dicens: Recedite, & hæc dicere nolite, quia iussio omnipotentis dei est, cui contraite nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus, tristis ex morte eius mansit episcopus. Subsequente autem die dominico ante exurgentis lucis crepusculum, vocatis duobus diaconibus suis perrexit ad domum defuncti: accedensque ad locum ubi corpus iacebat surrexit: ibi se in orationem dedit. Expleta autem pace exarxit, & iuxta corpus defuncti sedit: non autem grandi voce defunctum per nomen vocauit dicens: Frater Marcelle. Ille autem ac si leuiter dormiens ad vicinam vocem quauis modicam fuisset excitatus statim oculos aperuit: atque ad episcopum respiciens dixit: O quid fecisti? & quid fecisti: cui episcopus respondit dicens: Quid feci? At ille ait: Duo hesternum die venerunt qui me euicentes ex corpore in bonum locum duxerunt: hodie autem vnus missus est qui dixit: Reducite eum: quia Fortunatus episcopus in domum eius venit. Quibus verbis expletis mox ex infirmitate conualuit: & in hac vita diutius mansit. Nec tam credendum est: quia locum quem acceperat perdidit: quia dubium non est quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius viuere: qui & ante mortem studuit omnipotentis dei place re. Sed cur multa de eius vita dicimus: cum nunc usque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus? De monachis quippe ab soluere: egrotis curam quæ ex fide petitur: ut viuus coesueuerat hoc indefinenter facere: & apud mortua sua ossa pleuerat. Sed libet Petre adhuc ad Valeriæ prouincie partes narrationis meæ verba reducere: de quibus me eximia valde miracula ex ore venerabilis Fortunati, cuius longè superius memoriam feci, contigit audisse. Qui crebro ad me nunc usque veniens dum facta mihi veterum narrat: noua refectione me fatiat.

Fortunatus resuscitauit mortuum Marcellum

B

De Martyrio monacho prouinciæ Valeriæ. Caput. XI.

**Q**uidam nanque in eadem prouincia Martyrius nomine: deuotus valde omnipotentis dei famulus extitit: qui hoc de virtutibus suis testimonij signum dedit. Dum quadam die fratres illius panem subcinericium fecissent: eisque obliti essent crucis signum imprimere: sicut in hac prouincia crudi panes signo signari solent: ut per quadras quatuor partiti videantur, idem dei famulus affuit: eisque referentibus signatum non fuisse cognouit. Cumque quare panem illum signasset & cineribus coepertus, dixit: Quare hunc miramè signastis? Qui hoc dicens: signum crucis digito contra prunas fecit. Quo signante protinus immensum crepitum panis dedit: ac si ingens in ignibus olla crepuisset. Qui dum coctus postmodum fuisset, ab igne subtrahens: ea cruce signatus inuentus est, quem non contactus: sed fides fecit.

C

Martyrius panes in furno crucis fidei signauit.

De Seuero presbytero eiusdem prouinciæ. Caput. XII.

**I**neo etiam loco Interorina vallis dicitur: quæ à multis verbo rustico Interocriqua nominatur. In qua erat quidam vir vitæ valde admirabilis, nomine Seuerus, Ecclesiæ beatæ Mariæ dei genitricis & semper virginis sacerdos. Hinc cum quidam patetfamilias ad extremum venisset diem: missis concite nuncijs rogauit ut ad se quantocyus posset veniret: iussisque orationibus pro peccatis eius intercederet: ut acta de malis suis poenitentia solutus culpa ex corpore exiret. Qui videlicet sacerdos inopinatè contigit ut ad putandam vineam esset occupatus: atque ad se venientibus diceret. Antecedite: ecce ego vos subsequor. Cumque videret sibi in eodem opere parum aliquid superesse, paululum moram fecit: ut opus quod minimum restabat expletet: quo expleto cepit ad agrum pergere. Eunti verò in itinere occurrentes hi qui prius venerat:

De Seuero presbytero

obuiam facti sunt dicentes: Pater quare tardasti? Noli fatigari: quia iam defunctus est. Quo audito ille contremuit: magnisque vocibus se interfectorem illius clamare cepit. Flens itaque peruenit ad corpus defuncti: seque coram lecto illius cum lachrymis in terram dedit. Cuique iam vehementer fleret: in terram caput runderet: seque reum mortis illius clamaret: repetè is qui defunctus fuerat, animam recepit. Quod dum multi qui circumstantes aspicerent, admirationis vocibus emissis coeperunt amplius flere præ gaudio. Cuique eum requirerent ubi fuerit vel quomodo redisset, ait: Tetri valde erant homines qui me ducebant: ex quorum ore & naribus ignis exibat: quem tolerare non poteram. Cumque per obscura loca me deducerent: subito pulchræ visionis iuuenis cum alijs nobis euntibus obuiam factus est: qui me trahentibus dixit: Reducite illum: quia Seuerus presbyter plagit: eius enim lachrymis dominus eum donauit. Qui scilicet Seuerus protinus de terra surrexit: eisque poenitentiam agentem opem suæ intercessionis præbuit. Et dum per dies septem de perpetratis culpis poenitentiam æger rediuius ageret: octaua die lætus de corpore exiit. Perpende Petre quæso hinc de quo loquimur Seuerum quam dilectum dominus attendit, quem contristari nec ad modicum pertulit.

Seuerus lachrymis suis mortuum resuscitauit.

Petrus:

**A**dmiranda sunt valde quæ dicis: quæ me inuenio nunc usque latuisse. Sed quid esse dicimus quod modo tales viri nequeunt inueniri? Gregorius:

E

**E**go Petre multos tales in hoc seculo nec modo deesse existimo: neque enim si talia signa non faciunt: ideo tales non sunt. Vitæ nanque vera æstimatio in virtute est operum, non in ostensione signorum. Nam sunt plerique qui etsi signa non faciunt: signa tamen facientibus dispares non sunt.

Nota.

Petrus:

**V**nde mihi rogo ostendi potest: quod sint quidam qui signa non faciunt: & tamen signa facientibus dissimiles non sunt? Gregorius:

**N**unquidnam nescis quoniam Paulus Apostolus Petro Apostolorum primo in principatu Apostolico frater est? Petrus:

Comparatio Petri & Pauli Apostolorum.

**S**cio plane nec dubium est: quia etsi minimus omnium Apostolorum: plus tamen omnibus laborauit.

Gregorius:

**Q**uod bene ipse reminisceris: Petrus super mare pedibus ambulauit: Paulus in mari naufragium pertulit. Et in vno eodemque elemento ubi Paulus ire cum nauis non potuit: ubi Petrus pedibus iter fecit. Apertè igitur constat quia cum vtriusque virtus fuerit dispar in miraculo: vtriusque tamen meritum dispar non est in celo.

Petrus:

**P**lacet fateor omnino quod dicis: ecce enim apertè noui: quia vita & non signa querenda sunt. Sed quoniam ipsa signa quæ sunt, bonæ vitæ testimonium ferunt: quæ te adhuc si qua sunt referas: ut esurientem me per exempla bonorum pascas.

Gregorius:

**V**ellem tibi in laudibus redemptoris de viri venerabilis Benedicti miraculis aliqua narrare: sed ad hæc explenda hodiernum tempus video non posse sufficere. Liberius itaque hæc loquimur si aliud exordium sumamus. Primi libri dialogi beati Gregorij finis.

CAPITA SECVNDI LIBRI DE vita & miraculis beati Benedicti.

- 1 De capisterio fracto & consolidato.
- 2 De tentatione carnis superata.
- 3 De ampulla vitrea signo crucis rupta.
- 4 De monacho uage mentis ad salutem reducto.
- 5 De aqua quam in montis uertice ex petra oratio produxit.
- 6 De ferro ex profundo aque in manubrio retruso.
- 7 De Mauro eius discipulo qui super aquas pedibus ambulauit.
- 8 De infecto per uenenum pane per coruum longius proiecto.
- 9 De ingenti saxo per eius orationem lenato.
- 10 De fantastico coquina incendio.

De seruo



- G 11 De seruo dei puerulo ruina confraeto & sanato.
- 12 De seruus dei qui cibum contra regulam sumpserunt.
- 13 De fratre Valentiniiani monachi, quem uir dei in uia comedisse in spiritu cognouit.
- 14 De simulatione regis Totila deprehensa.
- 15 De prophetia que de eodem rege Totila facta est.
- 16 De clerico a demonio liberato.
- 17 De prophetia destructionis monasterij sui.
- 18 De flascone sublato & per spiritum cognito.
- 19 De mappularum receptione a seruo dei cognita.
- 20 De cogitatione monachi superba a uiro dei cognita.
- 21 De ducentis farinae modis famis tempore ante cellam inuentis.
- 22 De fabrica monasterij Tarraconensis per uisionem disposita.
- 23 De ancillis dei que post mortem per eius oblationem comunio ni sunt redditæ.
- 24 De puero monacho quem sepultum terra proiecit.
- 25 De monacho qui monasterio discedens draconem in itinere inuenit.
- 26 De curatione morbi elephantini.
- 27 De solidis per miraculum debitori redditis.
- 28 De ampulla uitrea in saxis proiecta & non fracta.
- 29 De dolio uacuo & oleo repleto.
- 30 De monacho a demone liberato.
- H 31 De rustico ligato: & solo eius uisu soluto.
- 32 De mortuo suscitato.
- 33 De miraculo Scolasticæ sororis eius.
- 34 De anima sororis eius uisa qualiter a corpore sit egressa.
- 35 De mundo ante oculos collecto: & de anima Germani Capuanæ ciuitatis episcopi.
- 36 Quod regulam monachorum scripserit.
- 37 De prophetia sui exitus fratribus denunciata.
- 38 De insana muliere in eius specu sanata.

**LIBER SE-**  
**CVNDVS DIALOGI BEA-**  
 ti Gregorij de uita & miraculis san-  
 cti Benedicti.



**B**IT uir uitæ uenerabilis, gratia Benedictus & nomine: ab ipso suæ pueritiæ tempore cor gerens senile. Aetatem quippe moribus transiens: nulli uoluptatis animu dedit: sed dū in hac terra adhuc esset, quo tempo- raliter liberè uti potuisset, despe- xit iam quasi aridum mundum cū flore. Qui liberaliori genere ex pro- uincia Mirisæ exortus: Romæ liberalibus literarum studiis traditus fuerat. Sed cū in eis multos ire per abrupta uitio- rum cerneret eum quem quasi in ingressu mundi posuerat retraxit pedē: ne si quid de scientia eius attingeret: ipse quo- que in immane præcipitium totus iret. Despectis itaque li- terarum studiis: relicta domo rebusque patris, soli deo pla- cere desiderans, sanctæ conuersationis habitum quasiuit. Recessit igitur scienter nesciens & sapienter indoctus. Hu- jus ergo omnia gesta non didici: sed pauca que narro, qua- tuor discipulis illius referentibus agnouit: Constantino sci- licet reuerentissimo ualde uiro: qui ei in monasterij regimī- ne successit. Valentiniiano quoque: qui annis multis Lateranensi monasterio præfuit. Simplicio, qui congregationē illius post eum tertius rexit. Honorato etiam, qui nunc adhuc cellæ e- ius in qua prius conuersatus fuerat, præest.

Benedicti uita.

Constanti- nus.

Valentini- nus.

Simplicius.

Honorat⁹.


De capisterii fracti reparatione.

Caput. I.

**H**ic itaque cū iam relicta literarū studiis petere deserta decreuisset: nutrix quæ hūc arctius amabat sola se- cuta est. Cūque ad locum uenisset qui dicitur Ea-

fide\*, multisque honestioribus uiris pro charitate se illic de-  
 tinentibus in beati Petri Ecclesia demorarentur: prædicta  
 nutrix illius ad purgandum triticū a vicinis mulieribus præ-  
 stari sibi capisterium petiit, quod super mensam incautè de-  
 relictum, casu accidere fractum est: sic ut in duabus partibus  
 inueniretur diuisum. Quod mox rediens nutrix illius ut ita  
 inuenit, uehementissime flere cœpit, quia uas quod præstitum  
 acceperat, fractum uidebat. Benedictus autem religiosus &  
 pius puer cum nutricem suam flere conspiceret, eius dolori  
 cōpassus ablatis secum uirisque fracti capisterij partibus se-  
 se cum lachrymis in orationem dedit, qui ab oratione lur-  
 gens ita iuxta se uas sanum reperit: ut in eo inueniri fracturæ  
 nulla uestigia potuissent: moxque nutricem suam blande cō-  
 solatus ei sanum capisteriū reddidit, quod fractum tulerat.  
 Quæ res in eodem loco a cunctis est agnita, atque in tanta  
 admiratione habita, ut hoc ipsum capisteriū eius loci incolæ  
 in Ecclesiæ ingressu suspenderent, quatenus præsentis & se-  
 cuturi omnes agnoscerent a quanta Benedictus puer con-  
 uersationis gratia perfectione cœpisset: quod annis multis il-  
 lic ante omnium oculos fuit: & usque ad hæc Longobardorū tē-  
 pora super fores Ecclesiæ pependit. Sed Benedictus plus appe-  
 tens mala mundi perpeti q̄ laudes, & pro deo laboribus fati-  
 gari q̄ uitæ huius lauore extolli: nutricē suā occultè fugiens,  
 deserti loci secessum petiit, cui Sublacus uocabulū est: qui  
 ab Romana urbe. xl. ferè milibus distans: frigidas atq; perspi-  
 cuas emanat aquas. Quæ illic uidelicet aquarū abundantia in  
 extenso prius loco\* colligitur: ad extremum uerò in amnem  
 deriuatur. Quo dum fugiens pergeret, monachus quidam  
 Romanus nomine, hunc euntem reperit, quo tenderet requi-  
 siuit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit:  
 & adiutorium impendit, eique sanctæ conuersationis  
 habitum tradidit: & in quantum licuit ministravit. Vir au-  
 tem dei ad eundem locum perueniens in arctissimum specu-  
 cum se tradidit: & tribus annis excepto Romano monacho  
 hominibus ibi incognitus mansit: qui uidelicet Romanus  
 non longe in monasterio sub Theodaci\* patris regula dege-  
 bat. Sed pie eiusdem patris sui oculis furabatur horas: & quæ  
 sibi ad manducandum surripere poterat: diebus certis Bene-  
 dicto panem ferebat. Ad eundem uerò specum a Romano cel-  
 la iter non erat: quia excelsa de super rupes eminebat: sed ex  
 eadem rupe in longissimo fune ligatum Romanus deponere  
 panem consuenerat: in qua etiam resti paruū tintinabulū  
 inseruit: ut ad eius sonū uir dei cognosceret quando sibi Ro-  
 manus panem præberet: quem exigens acciperet. Sed antiquus  
 hostis unius charitati inuidens, alterius refectio: cum qua-  
 dam die submitti panem conspiceret: iactauit lapidem: & tin-  
 tinabulum fregit. Romanus tamen modis cōgruentibus mi-  
 nistrare noc desit. Cū uerò iam deus omnipotens & Ro-  
 manum uellet a labore quiescere: & Benedicti uitam in exem-  
 plum hominibus demonstrare: ut posita supra candelabrum  
 lucerna claresceret: quatenus omnibus qui in domo dei sunt  
 luceret: cuiusdam presbytero longius manenti qui refectio-  
 nem sibi in paschali festiuitate parauerat: per uisum dominus ap-  
 paret dignatus est dicens: Tu tibi delicias præparas, & ser-  
 uus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit:  
 atque in ipsa solennitate paschali cum alimentis quæ sibi pa-  
 rauerat, ad locum tetendit: & uirum dei per abrupta montū  
 per concaua vallium: per defossa terrarum quasiuit: eumque  
 latere in specu reperit. Cūque oratione facta, benedictes  
 dominum omnipotentem confedissent: post dulcia uitæ col-  
 loquia is qui aduenerat presbyter dixit: Surge sumam\* cibū:  
 quia hodie pascha est. Cui uir dei respondit dicens: Scio quia  
 pascha est: quia hodie uidere te merui. Longè quippe ab ho-  
 minibus positus: quia die eodem paschalis solennitas esset,  
 ignorabat. Uenerabilis autem presbyter rursus asseruit di-  
 ces. Veraciter hodie resurrectionis dominicæ paschalis dies  
 est: abstinere tibi minime congruit: quia & ego ad hoc mis-  
 sus sum ut omnipotentis dona dei pariter sumamus. Benedi-  
 centes igitur dominum sumpserunt cibum. Expleta itaque re-  
 fectione & colloquio ad Ecclesiam suam presbyter recessit.  
 Eodem quoque tempore hūc in specu latitatem etiam pasto-  
 res inueniunt: quem dum uestitu pellibus inter frutera cer-  
 nerent: aliquam bestiam esse crediderunt: sed cognoscentes  
 dei famulum eorū multi ad pietatis gratiam a bestiali mēte  
 mutati

\* al. Enfil.  
 Bene-  
 capiste-  
 rium  
 fractū  
 oratione  
 resp-  
 cit.  
 L  
 \* al. lac.  
 Romanus  
 monachus  
 Specu  
 de  
 nati.  
 \* al. Dio-  
 dati.  
 Dialogi  
 titulus  
 Romanus  
 fregit.  
 M  
 Dent ad  
 presbyte-  
 rum quæ-  
 rit.  
 Benedictus  
 diem pas-  
 chalis igno-  
 raba.



A mutati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca innotuit cunctis. Factumque est vt ex illo iam tempore a multis frequentari cepisset: qui cum ei cibum afferrent corporis: ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vitam.

De tentatione carnis superata. Caput. II.

**Q**uadam vero die dum solus esset, tentator affuit. Nam nigra, paruaque auis que vulgo merula nominatur: circa eius faciem volitare cepit: eiusque vultui importune insistere: ita vt manu capsi posset si hanc vir sanctus tenere voluisset: sed signo crucis edito recessit auis. Tanta autem carnis tentatio aui: eadem recedente secuta est: quantam vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat: quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne ferui dei animum in specie illius accendit: vt dum in eius pectore amoris flamma vim caperet: etiam penes deserere eremum voluptate victus deliberaret. Tunc subito superna gratia respectus ad semetipsum reuersus est: atque vrticari & veprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens: exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis, & vrticarum incendiis proiecit: ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulseratus exiit: & per cutis vulnera eduxit a corpore vulneris mentis: quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque bene penaliter foris arderet: extinxit quod intus illicite ardebat. Vicit itaque peccatum: quia mutauit incendium. Ex quo videlicet tempore sic post discipulis ipse perhibebat: ita in eo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid in se minime sentiret. Coeperunt postmodum multi iam mundum relinquere: atque ad eius magisterium festinare. Liber quippe a tentationis vitio: vero iure iam factus est virtutum magister. Vnde & per Moysen in Exodo precipitur: vt leuita a vigintiquinque annis & supra ministrare debeant: ab anno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant.

Petrus.

**I**am quidem prolatis testimonij mihi aliquantum intellectus interlucet: sed tamen hoc plenius exponi postulo.

Gregorius:

**L**iquet Petre quod in iuuentute carnis tentatio ferueat: ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat: vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt: subesse eos ac seruire necesse est: & obsequijs, laboribusque fatigari. Cum vero iam matris aetate tranquilla calor recesserit tentationis: custodes vasorum sunt: quia doctores animarum fiunt.

Petrus:

**F**ateor placet quod dicis: sed quia prolatis testimonij clausula referasti: quae so vt de vita iusti debeas ea quae sunt inchoata percurrere.

De viro fracto per signum crucis. Caput. III.

Gregorius:

**R**ecedente igitur tentatione vir dei quasi spiritus eruditus exulta terra de virtutum segete feracius fructus dedit, praenonio itaque eximiae conuersationis celeberrimo nomen eius habebatur. Non longe autem monasterium fuit: cuius congregationis pater defunctus est: omnique ex illo congregatio ad eundem venerabilem Benedictum venit: & magnis precibus vt eis praesse deberet, petiit. Qui diu negando distulit: suis illorumque fratrum moribus se conuenire non posse praedixit: sed victus quandoque precibus assensum dedit. Cuius in eodem monasterio regularis vitae custodiam teneret: nullique vt prius per actus illicitos in dextram leuamque partem desistere a conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insane laeuentes semetipsos prius accusare ceperunt: quia hunc sibi praesse poposcerant: quorum scilicet tortitudo in norma eius rectitudinis offerebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere: & se dolerent adueta relinquere: durumque esset quod in mente veteri cogebantur: nona meditari: & quia grauis est semper prauis moribus vitiorum tractare de eius morte aliqui conati sunt: qui inuito consilio venenum vino miscuerunt. Et cum vas vitreum in quo ille pestifer potus habebatur: recumbenti patri ex more monasterij ad benedicendum fuisset oblatum, extensa manu Benedictus signum crucis edidit: & vas quod longius tenebatur eodem signo rupit: sicque confractum est ac si in illo vase mortis pro cruce lapidem dedisset. Intelle-

Benedictus abbas effectus.

Benedictus virum ueneratum signum crucis fregit.

xit protinus vir dei quia potum mortis habuerat: quod portare non potuit signum vitae: atque ilico surgens, (vultu placido,) mente tranquilla, conuocatos fratres allocutus est, dicens: Misereatur vestri fratres omnipotens deus: quare in me facere ista voluistis? Nunquid non prius dixi vobis: quia vestris ac meis moribus minime conueniret? Ite, & iuxta vestros mores patrem quaerite: quia posthac me habere minime potestis. Tuncque ad locum dilectae solitudinis rediit: & solus in supero spectatoris oculis habitauit secum.

Petrus:

**M**inus patenter intelligo: quidnam sit, habitauit secum.

Gregorius:

**S**i sanctus vir contra se vnanimiter conspirantes: suaeque conuersationi longe dissimiles: coactos diu sub se tenere voluisset: fortasse sui vigoris usum & modum tranquillitatis abscinderet: atque a contemplationis lumine suae mentis oculum declinasset. Dumque quotidie illorum correptione fatigatus minus curaret sua: & se forsitan relinqueret, & illos non inueniret. Nam quoties per contagionis motum nimium extra nos ducimur: & nos sumus, & nobiscum non sumus: quia nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus qui in longinquam regionem abiit: portionem quam acceperat conulum posuit: vni in ea cuius adhuc sit: porcos paut: quos cum manducare videret filiquas & esuriret: qui tamen cum postmodum cepit cogitare bona quae perdidit: scriptum de illo est: in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundauit panibus? si igitur secum fuit: vnde ad se rediit? Hunc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim: quia in sua semper custodia circumspectus ante oculos conditoris: se semper aspiciens: se semper examinans: extra se metis suae oculum non dimulgauit.

Petrus:

**Q**uid ergo quod de Apostolo Petro scriptum est dum de carcere ab angelo eductus fuisset: qui ad se reuersus dixit: Nunc scio verum, quia misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudaeorum?

Gregorius:

**D**vobis modis Petre extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recidimus: aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos laetiamur. Ille itaque qui porcos paut: vacatione mentis & immunditie sub semetipsum cecidit, iste vero quem angelus soluit, eius mentem in ecstasi rapuit: extra se quidem: sed super semetipsum fuit. Vterque ergo ad se rediit: quando & ille ab errore operis se collegit ad cor: & iste a contemplationis culmine ad hoc rediit, quod in intellectu communi vt prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitabat secum in quantum se intra cogitationis claustra custodiuit: nam quotiescunque hunc contemplationis ardor in altum rapuit: se proculdubio sub se reliquit.

Petrus:

**P**lacet quod dicis: sed quae so respondeas si deserere fratres debuit quos semel suscepit.

Gregorius:

**V**t ego Petre existimo, ibi adunati aequanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui qui adiuuentur boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructus deest: fit aliquando de malis labor vacuus, maxime si e vicino caulae suppetant quae fructum deo ferre valeant meliorem. Vir itaque sanctus propter quem custodiendum staret, qui omnes vnanimiter se persequentes cerneret: Et saepe agitur in animo perfectorum: quod silentio praetereundum non est, quia cum laborem suum sine fructu esse considerent: in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Vnde ille quoque egregius predicator, qui dissolui cupit, & cum Christo esse: cui viuere Christus est, & mori lucrum, qui passionum certamina non solum ipse appetit, sed ad toleranda haec & alios accedit: Damasci persecutione passus vt posset euadere murum, lunem sportamque qua fuit, seque lateenter depouit voluit. Nunquid non Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, & graui labore ad laborem se alibi cum fructu seruaui. Fortis etenim preliator

D Benedictus relicta abbatia solitudinem repperit.

\* al. excederet.

B Luc. 25.

Act. 12.

Duobus modis extra nos ducimur.

F Benedictus an susceptum monasterium relinquere debuit.

Pauli fuga

**G**liator dei teneri intra claustra noluit, certaminis campū quæ  
fiat. Vnde idem quoque venerabilis Benedictus si libenter au-  
dis, citius agnoscis: quia non tantos ipse indociles deseruit:  
quos in locis aliis à morte animæ suscitauit. Petrus:

**T**a est vt doces, & manifesta ratio & prolatum congruum  
testimonium declarat. Sed quæso vt de vita tanti patris  
ad narrationis ordinem redeas. Gregorius:

**C**vm sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus,  
signisque succresceret: multi ab eo in eodem loco ad  
omnipotentis dei sunt seruitium congregati: ita vt  
illuc duodecim monasteria cū omnipotentis Iesu Christi do-  
mini opitulatione construeret, in quibus statutis patribus  
duodenos monachos deputauit, paucos verò secum retinuit:  
quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri iudicauit. Cœpe-  
re etiam tunc ad eum Romanæ vrbs nobiles & religiosi cõ-  
currere: suosque ei filios omnipotentis deo nutriendos dare.  
Tunc quoque bonæ spei suas soboles, Eucius Maurum, Tertul-  
lius verò patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus iu-  
nior eum bonis polleret moribus, magistri adiutor cœpit  
exiltere. Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos.

*De castigatione monachi uagi. Caput. III.*

**I**n vno autem ex eis monasteriis quæ circumquaque con-  
struxerat, quidam monachus erat: qui ad orationem sta-  
re non poterat: sed mox vt se fratres ad studium oratio-  
nis inclinabant, ipse egrediebatur foras: & mente vaga terre-  
na aliqua & transitoria agebat. Cumque ab abbate suo sæ-  
pius fuisset admonitus: ad virum dei deductus est: qui ipse  
quoque stultitiam eius vehementer increpauit: & ad mona-  
sterium reuersus vix duobus diebus viri dei admonitionem  
tenuit. Nam die tertia ad vsum proprium reuersus vagari  
tempore orationis cœpit. Quod cum seruo dei ab eodem mo-  
nasterij patre quem cõstituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego  
venio: eumque per memetipsum emendo. Cumque vir dei ve-  
nisset ad idem monasterium: & constituta hora expleta psal-  
modia sese fratres in orationem dedissent: aspexit quòd eun-  
dem monachum qui in oratione manere non potuit, quidam  
niger puerulus per vestimenti simbriam foras traheret. Tūc  
eidem patri monasterij Pompeiano nomine & Mauro dei fa-  
mulo secretè dixit: Nunquid non aspicitis quis est qui istum  
monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt: non.  
Quibus ait: Oremus vt vos etiam videatis quem iste mona-  
chus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, Maurus  
monachus vidit: Pompeianus vero eiusdem monasterij pa-  
ter videre non potuit. Die igitur alia expleta oratione vir dei  
oratorium egressus: stantem foris monachum reperit: quem  
pro cecitate cordis sui virga percussit: qui ex illo die nil per-  
suasionis vltius à nigro iam puerulo pertulit: sed ad ora-  
tionis studium immobilis permansit: sicque antiquus hostis  
dominari non ausus est in eius cogitatione ac si ipse percus-  
sus fuisset ex verberere.

*De fonte in uertice montis uiri dei oratione producto.*

*Caput. V.*

**E**x his autem monasteriis quæ in eodem loco constru-  
erat: tria sursum in rupibus montis erant: & valde e-  
rat fratribus laboriosum quòd semper ad lacum o-  
portebat descendere vt aquam haurire debuissent: maximè  
quia è denexo montis latere erat graue descendentibus in ti-  
more periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus mo-  
nasteriis ad dei famulum Benedictum venerunt dicentes: La-  
boriosum nobis est propter aquam quotidie vsque ad lacum  
descendere: & idcirco necesse est ex eodem loco monasteria  
mutari. Quos blandè consolans dimisit & nocte eadem cum  
paruo puerulo nomine Placido, cuius superius memoriam fe-  
ci, eiusdem montis rupem ascendit: ibique diutius orauit. Et  
oratione completa tres petras in loco eodem pro signo po-  
suit: atque ad summum, cunctis illis nescientibus, monasterium  
rediit. Cūque die alia ad eum pro necessitate aquæ prædicti  
fratres rediissent dixit: Ite & rupem illam in qua tres super-  
iuiuem positas petras inueneritis, in modicum cauate: valet  
enim omnipotens deus etiam in illo montis cacumine aquam  
producere vt vobis laborem tanti itineris dignetur auferre.  
Qui eam rupem montis quam Benedictus prædixerat iam  
suauiter inuenerunt. Cumque in ea concauum locum fecis-

*Fons Be-  
nedicti ora-  
tione fa-  
ctus.*

sent: statim aqua repletus est: quæ tam sufficienter emana-  
uit: vt nunc vsque vbertim defluat: atque ab illo montis ca-  
cumine vsque ad inferiora deriuetur.

*De reuindione ferri cum manubrio. Caput. VI.*

**A**lio quoque tempore Gothus quidam pauper spiri-  
tu ad conuersionem venit: quem dei vir Benedictus  
libentissimè suscepit. Quadam verò die ei dare fer-  
ramentum iussit: quod ad falcis similitudinem falcastrum  
vocatur: vt de loco quodam vepres abscinderet: quatenus  
illic hortus fieri deberet. Locus autem ipse quem mundan-  
dum Gothus susceperat: super ipsam laci ripam iacebat.  
Cumque Gothus idem densitatem veprium totius virtutis  
annisu succideret: ferrum de manubrio profiliens in lacum  
cecidit: vbi scilicet tanta erat aquarum profunditas vt spes  
requirendi ferramenti nulla iam esset. Itaque ferro perdito  
tremebundus ad Maurum monachū cucurrit Gothus: da-  
mnum quod fecerat nunciauit: & reatus sui egit poenitentia.  
Quod Maurus quoque monachus mox Benedicto famulo dei  
curauit indicare. Vir igitur domini Benedictus hæc audiens  
accessit ad lacum: tulit de manu Gothi manubrium & misit  
in lacum: & mox ferrum de profundo rediit: atque in manu-  
brium intrauit. Qui statim ferramentum Gotho reddidit,  
dicens: Ecce labora: & noli contristari.

*De ambulatione Mauri super aquam. Caput. VII.*

**Q**uadam verò die dum idem venerabilis Benedictus  
in cella consisteret, prædictus Placidus puer san-  
cti viri monachus ad hauriendam de lacu aquam  
egressus est: qui vas quod tenuerat in aquam  
Incautè submittebat: ipse quoque cadendo secutus est. Quem  
mox vnda rapuit: & penè ad vnus sagittæ curlum eum à ter-  
ra introrsus traxit. Vir autem dei intra cellam positus hoc  
protinus agnouit: & Maurum festinè vocauit, dicens: Frater  
Maure, curre, quia puer ille qui ad hauriendam aquam per-  
rexerat in lacum cecidit: iamque eum longius vnda trahit.  
Res mira, & post Petrū Apostolū inuisitata. Benedictione ete-  
nim postulata atque percepta: ad patris sui imperium cõci-  
tus perrexit Maurus. Itaque vsque ad eum locum quo ab vnda  
deducebatur puer: per terram se ire existimans super aquam  
cucurrit: eumque per capillos tenens cursu rapido rediit. Qui  
mox vt terram tetigit: ad se reuersus post tergū respexit, &  
quia super aquas cucurrisset agnouit: & quod præsumere nō  
potuisset vt fieret, miratus extremum factum. Reuersus ita-  
que ad patrem rem gestam retulit. Vir autè venerabilis Be-  
nedictus hoc non suis meritis: sed illius obedientiæ deputa-  
re cœpit. At e contra Maurus pro solo eius imperio factum  
dicebat: seque consciuum in illa virtute non esse quam nescius  
fecisset. In hac itaque mutæ humilitatis & amice cõtentione  
accessit arbiter puer qui ereptus est, nam dicebat: Ego cum  
ex aqua traherer, super caput meum melotè abbatis videbā:  
atque ipsum me ex aquis educere considerabam.

Petrus:

**M**agna sunt valde quæ narras: & multorum ædifica-  
tionis profutura: ego autè boni viri miracula quo-  
plus bibo: eo plus sitio.

*De infecto per uenenum pane per coruum longius  
proiecto. Caput. VIII.*

Gregorius:


**C**vm iam loca eadem in amorè domini dei nostri Ie-  
su Christi, longè lateque feruescerent: & secularem  
vitam multi relinquerent: & sub leni redemptoris iu-  
go ceruicem cordis edomarent: sicut mos prauorum est in-  
uidere aliis virtutis bonum quod ipsi habere non appetunt:  
vicinæ Ecclesiæ presbyter Florentius nomine huius nostri sub-  
diaconi Florentij auus: antiqui hostis malitia percussus: san-  
cti viri studiis cœpit æmulari: eiusque conuersationi deroga-  
re: quosque etiam posset ab illius visitatione compescere.  
Cumque iam se conspiceret eius profectibus obuiare nō pos-  
se: & conuersationis illius opinionem crescere, atque multos  
ad statum vitæ melioris ipsio quoque opinionis eius præco-  
nio indefinenter vacare: inuidiæ facibus magis magisque suc-  
census deterior fiebat: quia conuersationis illius appetebat  
habere laudem: sed habere laudabilem vitam volebat. Qui  
eiusdem inuidiæ tenebris cæcatus ad hoc vsque perductus est,  
vt seruo

*Benedictus  
falsè  
ferrum ad  
manubrium  
reiuuauit.*

*Maurus  
per aquam  
currere pu-  
tans.*

*M*

*Florentius  
Benedicti  
suorumque  
æmulus.*



**A** ut seruo omnipotentis dei insectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir dei cum gratiarum actione suscepit: sed eum que pestis lateret in pane, no latuit.

**Corvus suo** Ad horam vero refectionis illius ex vicina silua coruus venire consueverat: & panem de manu eius accipere. Qui cum morosolito venisset: panem quem presbyter trāsmiserat viri ante coruum proiecit: eique præcepit dicens: In nomine

**panem Florentii deserret.** Iesu Christi domini tolle hunc panem: & tali eum in loco proice: vbi à nullo hominum possit inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis circa eundem panem ceppit discutere, crocitare: ac si aperte diceret & obedire se velit: & tamen iussa implere non posse. Cui vir domini præcipiebat iterum atque iterū dicens: Leua, leua securus, atque ibi proice vbi inueniri non possit. Quem diu demoratus: quandoq; coruus momordit, leuaui, & recessit. Post trium vero horarum spatium abiecto pane rediit, & de manu hominis dei annonam quam consueuerat accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns: illi magis quam sibi doluit, sed prædictus Florentius quia magistri corpus necare non potuit: se ad extinguendas discipulorum animas accendit: ita vt in horto, cellæ cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septē puellas mitteret: quæ coram eis sibi inuicem manus tendentes & diutius ludentes: illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent.

**Florentius septē puellas nudas fratrib' obiecit.**

**B** Quod vir sanctus de cella conspiciens lapsūque adhuc tenerioribus discipulis pertimescēs, idque pro sua solius persecutione fieri petrastrans: inuidiæ locum dedit, atq; oratoria & cuncta quæ constraxerat, subleuatis ad iunctis fratribus ordinauit, & paucis secum monachis ablatis habitationem mutauit loci. Sicque vir dei eius odia humiliter declinauit, quæ omnipotēs de' terribiliter percussit. Nā cū prædictus presbyter suas in solario Bñdictū discessisse cognosceret & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica hoc ipsum tantum in quo stabat solarium cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit. Quod viri dei discipulus Maurus nomine, statim venerabili patri Bñdicto qui adhuc à loco eodem vix decem milibus aberat, æstimauit esse nūciandū dicens: Reuerte: quia presbyter qui te persequeretur extinctus est. Quod vir dei Benedictus audiens, sese in grauibus lamentationibus dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipul' exultauit. Qua de re factū est vt eidē quoq; discipulo penitentiā indiceret quod mādās talia gaudere de inimici interitu præsumpisset.

**Florentii supplicium & ruina.**

**Benedictus cōfertur C ad Moysen Heliseum etc.**

**Ioan. 1.**

**Ibidem.**

**Ion. 1.**

**M** ita sunt & multum stupenda quæ dicis. Nam in aqua ex petra producta Moysen, in ferro vero quod ex profundo aquæ rediit Heliseum, in aquæ itinere Petrum, in corui obedientia Heliam, in luctu autem mortis inimici David video, & perpendo: vir iste spiritu iustorū omnium plenus fuit.

**V** ir dei Benedictus Petre vnus dei spiritum habuit, qui per concessæ redemptionis gratiam electorum corda omnium impleuit, de quo Ioannes dicit: Erat lux vera quæ illuminat: omnem hominem venientem in hūc mundum. De quo rursus scriptum est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam sancti dei homines potuerunt à domino virtutes habere, non etiam aliis tradere. Ille autem signa virtutis dedit subditis, qui se daturum signū lonæ promisit inimicis, vt coram superbis mori dignaretur, corā humilibus resurgere, quatenus & illi viderent quod cōtemnerent, & isti quod venerantem amare debuissent. Ex quo mysterio actum est vt dum superbi aspiciunt despectum mortis, humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis.

**Petrus:**

**Q** uæ te post hæc, ad quæ loca vir sanctus migraverit, vel si aliquas in eis virtutes postmodum ostenderit, annotesce.

**Gregorius:**

**S** anctus vir ad alia demigrans loca non hostem mutauit. Nam tanto post grauiora prælia pertulit, quantum contra se aperte pugnantem ipsum malitiæ magistrum inuenit. Castrum namque quod Cassinum dicitur in excessu montis latere situm est, qui videlicet mons distenso sinu hoc idem castrum recipit, sed per tria milia in altum se subri-

gens velut ad aëra cacumen tedit, vbi vetustissimum sanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium à stulto rustico- rum populo Apollo colebatur. Circumquaque etiam in cultu demonum luci succeruerant, in quibus adhuc eodem tem- pore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insu- dabat. Illuc itaque vir dei perueniens contriuit idolum, sub- vertit aram, succendit lucos, atque in ipso templo Apollinis, oraculum beati Martini, vbi verò ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum sancti Ioannis construxit, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidē vocat. Sed hæc antiquus hostis tacite non ferens, non oc- culat, vel se somnium, sed aperta visione eiusdem patris ocu- lis sese ingerbat, & magnis clamoribus vim se perpeti con- querebatur, ita vt voces illius etiam fratres audirent quan- uis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem anti- quus hostis teterrimus & succensus apparebat qui in eum o- re oculisque flammantibus sauire videbatur. Iam verò quæ diceret audiebant omnes, prius enim hunc vocabat ex nomi- ne. Cui cum vir dei minimè responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret dicens: Benedicte Be- nedicte, & eum sibi nullo modo respondere conspiceret, pro- tinus adiungebat, maledicte non benedicte, quid mecum ha- bes? quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt con- tra dei famulum antiqui hostis noua certamina, cui pugnam quidem volens intulit, sed occasiones victoriæ ministravit inuitus.

**Benedictus ad Apollinis in sancti Martini templum commutauit.**

**Diabolus Benedictū maledictum uocabat.**

**De ingenti saxo per uiri dei orationem leuato.**

**Caput. IX.**

**Q** uadam die dū fratres habitacula eiusdē cellæ cō- struerent, lapis in medio iacebat quē in ædificium leuare decreuerat. Cumq; eū duo vel tres mouere non possent, plures adiūcti sunt, sed ita immo- bilis mansit ac si radicitus in terra teneretur, vt palam daretur intelligi quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere non possent. Difficultate igitur facta ad virum dei missum est vt veniret, & orando hostem repelleret, vt lapidem leuare possent. Qui mox venit, & orationem faciens benedictionem dedit, & ita lapis celeritate leuatus est, ac si nullum prius pondus habuisset.

**Benedictus lapidem diabolo grauatam oratione lenō fecit.**

**De fantastico coquina incendio. Caput. X.**

**T** unc in conspectu uiri dei placuit vt in eodem loco terram fodereut. Quam dum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto exire ignis repente visus est, atque in cunctorum monachorum oculis quia omne eiusdem coquingæ edificium consumeretur ostendit. Cumque iaciendo fratres aquam ad ignem quasi extinguendo perire perent, pullatus eodem tumultu vir dei aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis verò non esse cōsiderans, caput proximus in orationem flexit, & eos quos fantastico reperit igne deludi vocauit fratres, monuit vt oculos suos signarent, vt & sanum illud coquina ædificium assistere cernerēt, & flammam quas antiquus hostis finxerat nō viderent.

**Fantasticus idou ignis oratione restituit.**

**De puero confracto à pariete, sanato.**

**Cap. XI.**

**R** vsus dum fratres parietem, quia res ita exigebat, paulo altius erigerent, vir dei in orationis studio intra cellæ suæ claustra morabatur. Cui anti- quus hostis insultans apparuit, & ei quod ad laborantes fra- tres pergeret indicauit. Quod vir dei per nuncium celerime fratribus indicauit dicens: Fratres cautè vos agite: quia ad vos hac hora malignus spiritus venit. Is qui mandatum detulit vix verba compleuerat, & malignus spiritus eundem parietem qui ædificabatur euerit, atque vnum puerulū monachum casuldā curialis filii opprimens ruina contriuit. Contristati omnes, ac vehementer afflicti non damno parietis, sed contritione fratris, venerabili patri Benedicto celeriter cum graui luctu nunciarunt. Tunc idem pater Benedic- tus disaceratum puerum ad se deferri iubet. Quem portare non nisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis, non solum eius membra, sed etiā ossa contriuerant.

**Diabolus murū euerit dō puerū contriuit.**

**ad præcepitq;**

**G** Præceptis vir dei statim eum in cella sua in pſyacio quo orare conſueuerat proiici, miſſiſque foras fratribus cellam clauſit, qui orationi iuſtantius quam ſolebat incubuit. Mira res, eadem hora hunc incolumem, atque vt prius valentem ad eundem iterum laborem miſit, vt ipſe quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare credidiſſet.

*De monachis qui extra cellam comederant.*

*Caput. XII.*

**C**œpit verò inter iſta vir dei prophetiæ etiam ſpiritu pollere, ventura prædicere, præſentibus etiam abſentia nunciare. Mos etenim cellæ fuit, vt quoties ad reſponſum aliquod egrederentur fratres, cibum potumque extra cellam minimè iument. Cumque hoc de vſu regulæ ſollicitè ſeruaretur, quadam die ad reſponſum fratres egreſſi ſunt, & in eo tardiori compulſi ſunt hora demorari. Qui manere iuxta religioſam ſœminam nouerant, cuius ingreſſi habitaculum ſumpſerunt cibum. Cumque iam tardius ad cellam rediſſent, benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus percunctatus eſt dicens: Vbi comeditiſtis? Qui reſponderunt: Nuſquam. Quibus ille ait: Quare ita menti-  
*Benedictus absentia in ſpū uidit.*

*Benedictus absentia in ſpū uidit.*

*\* al. culpæ pepercit.*

mini? Nunquid illius talis ſœminæ habitaculum non inraſtiſti? Nunquid hos atque illos cibos non accepitiſti? Nunquid tot calices non bibiſtiſti? Cumque eis venerabilis pater & hoſpitiū mulieris, & genera ciborum & numerum potionum diceret, recognoſcentes cuncta quæ egerat, ad eius pedes tremefacti ceciderunt, & ſe deliquiſſe conſeſſi ſunt. Ipſe autem protinus culpæ penitentiam præcepit\*, perpendens quod eius abſentia vltra non facerent quem præſentem ſibi eſſe in ſpiritu ſcirent.

*De fratre Valentiniani monachi quem uir dei in uia comediſſe carpiſit.*

*Caput. XIII.*

**F**rater quoque Valentiniani eius monachi, cuius ſuperius memoriam feci, uir erat laicus, ſed religioſus. Qui vt ſerui dei orationem perciperet, & Germanum fratrem uideret, annis ſingulis de loco ſuo ad cellam eius ſeiunus venire conſueuerat. Quadam igitur die dum iter ad monaſterium faceret, ſeſe illi alter uiator adiunxit, qui ſumendos cibos in itinere portabat. Cumque iam hora tardior excreuiſſet, dixit: Veni frater ſumamus cibum ne laſſemur in uia. Cui ille reſpondit: Abſit frater, hoc non faciam: quia ad uenerabilem patrem Benedictum ſeiunus ſemper peruenire cõſueui. Quo reſponſo percepto ad horam conuiator tacuit. Sed cum poſt hoc aliquatulum itineris ſpatium egreſſent, rurus admonuit vt manducarent. Noluit cõſentire qui ſeiunus peruenire decreuerat. Tacuit quidem qui ad manducandum inuſtauerat, & cum eo ſeiunus adhuc pergere modicum conſeſſit. Cumque iter longius agerent, & eos tardior hora fatigaret ambulantes inuenerunt in itinere pratium & fontem & quæcũque poterant ad reſiciendũ corpus delectabilia uideri. Tunc conuiator ait: Ecce aqua, ecce pratium, ecce amœnus locus in quo poſſumus reſici & parum quietſcere, vt ualeamus iter noſtrum poſtmodũ incolumes explorare. Cum igitur & uerba auribus & loca oculis blandirent, tertia admonitione perſuaſus conſeſſit & comedit, uespertina uero hora peruenit ad cellam. Præſentatus autem uenerabili Benedicto patri, ſibi orationem petiit: ſed mox ei uir ſanctus hoc quod in uia egerat impropertauit dicens: Quid eſt frater quod malignus hoſtis qui tibi per conuiatorẽ tuũ locutus eſt, ſemel tibi perſuadere non potuit, ſecundò non potuit, tertio uero perſuaſit, & te ad hoc quod uoluit ſuperauit? Tũc ille reatum inſirmæ ſuæ mentis agnoſcens, eius pedibus prouoluit tanto magis cœpit culpam deſtere & erubeſcere, quanto ſe cognouiſſet etiam abſentem in Benedicti patris oculis deliquiſſe.

*Benedictus in ſpiritu uidit abſentem comederat.*

*Petrus.*

**E**go ſancti uiri præcordiis Helſſei ſpiritu uideo inſeſſe, qui abſenti diſcipulo præſens extitit.

*De ſimulatione regis Totilæ deprehenſa.*

*Caput. XIII.*

*Gregorius.*

**O**portet Petre vt interim ſileas, quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothorum nanque temporibus cum rex eorum Totila ſanctum uirum prophetiæ habe-

re ſpiritu audiſſet, ad eius monaſterium pergens, paulo longius ſubſtitit, eique ſe uenturum eſſe nunciavit. Cui dum protinus mandatum de monaſterio fuiſſet vt ueniret, ipſe, ſicut perfidæ mentis fuit, an uir dei prophetiæ ſpiritu haberet, explorare conatus eſt. Quidam uero eius ſpatarius Riggo dicebatur, cui calciamenta ſua præbuit, eumque indui uetibus regalibus fecit, quem quali in perſona ſua pergere ad dei hominem præcepit. In cuius obſequio tres qui ſibi præceteris adhærere conſueuerant comites miſit, ſcilicet Vultericum, Rudericum, & Blindinum, vt ante ſerui dei oculos ipſum regem Totilam eſſe ſimulantes, eius lateri obambulant, cui alia quoque obſequia quaſi ſpatarij præberent, vt tã ex eiſdem obſequiis quam ex purpureis ueſtibus obſequentum frequentia comitatus monaſterium fuiſſet ingreſſus, uir dei eminens ſedebat. Quem uenientem conſpiciens cum iam ab eo audiri potuiſſet, clamauit dicens: Pone fili pone hoc quod portas, non eſt tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit. Et quia tanto uiro illudere præſumpſiſſet, expauit, omnesque qui cum eo ad hominem dei ueniebant, terræ conſternati ſunt. Surgentes autem ad eum propinquare minimè præſumpſerunt, ſed ad ſuum regem reuerſi nunciauerunt trepidi in quanta uelocitate fuerant deprehenſi.

*X Frus Totila regis Gothorum.*

*Vult. Ruderic. Blindin.*

*De prophetia regi Totilæ, & Camiſinæ antiſtiti facta.*

*Caput. XV.*

**T**unc per ſe idem Totila ad dei hominem acceſſit, quem cum longè ſedentem cerneret, non auſus accedere ſeſe in terram dedit. Cui cum uir dei bis ter uerba diceret ſurge, ſed ipſe ante eum de terra erigere ſe non auderet, Benedictus Chriſti Ieſu famulus per ſemetipſum dignatus eſt accedere ad regem, proſtratumque de terra læuauit, & de ſolis actibus increpauit, atque in paucis ſermonibus cuncta quæ illi erant uentura prænunciavit, dicens: Multa mala facis, multa mala feciſti, iam aliquando ab iniquitate quietſce. Equidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouem annis regnans, decimo morieris. Quibus auditis rex uehementer territus, oratione petita reſeſſit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & non multo poſt Romam rediit, ad Siciliam perrexit. Anno autem regni ſui decimo, omnipotentis dei iudicio regnum cum uita perdidit. Præterea Camiſinæ\* antiſtes Eccleſiæ ad eundem dei famulum venire conſueuerat quem uir dei pro uitæ ſuæ merito ualde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingreſſu regis Totilæ & Romanæ urbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc regem ciuitas iſta deſtruetur, vt iã amplius non inhabitetur. Cui uir domini reſpondit: Roma à gentibus nõ exterminabitur, ſed tepeſtatibus, coruſcis, turbinibus\*, ac terremotu fatigata, inardelcet\* in ſemetiſpa. Cuius prophetiæ myſteria nobis iam facta ſunt luce clariora, qui in hac urbe diſſoluta mœnia, euerſas domus, deſtructas Eccleſias turbinè cernimus, cuiusque ædificia longo ſenio laſſata: quia ruiuis crebreſcentibus proſternantur uidemus, quauis hoc Honoratus eius diſcipulus, cuius mihi relatione compertum eſt, nequaquam ex ore illius audiſſe ſe perhibet. Sed quia hoc dixit, dictum ſibi à fratribus fuiſſe teſtatur.

*Benedictus regem Totilam in mare tranſiturum prædicere futura.*

*\* al. Camiſinæ.*


*M \* al. morceſcet. Prophetia de Romæ uirum teriti.*

*De clerico à demone liberato uſque ad tempus.*

*Caput. XVI.*

**E**odem quoque tempore quidam Aquinenſis Eccleſiæ clericus demone vexabatur, qui à uenerabili uiro Constantio eiſdem Eccleſiæ antiſtite per multa fuerat martyrum loca tranſmiſſus vt ſanari potuiſſet. Sed ſancti dei martyres noluerunt ei ſanitati donũ tribuere, vt quanta eſſet in Benedicto gratia demonſtrarent. Ductus itaque eſt ad omnipotentis dei famulum Benedictum, qui Ieſu Chriſto domino preces fundens antiquum hoſtem de obſeſſo homine protinus expulit. Cui ſanato præcepit dicens: Vade & poſthac carnem non comedas, ad ſacrum ordinem nunquam accedere præſumas, quacunque autem die ad ſacrum ordinem accedere præſumpſeris, ſtatim ſuri diaboli iterum mancipaberis. Diſceſſit igitur clericus ſanus, & ſicut terre ſolet animum pœna recens, ea quæ uir dei præcep-

*Præcepta Benedicti datum obſeſſo.*



A p[re]ceperat, interim custodiuit. C[um] ver[ò] post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibi in sacris ordinibus cerneret, verba viri dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit, quem mox is qui reliquerat diabolo l[ib]eravit, eumque vexare quousque animam eius excuteret non cessauit.

Petrus:

Iste vir dei diuinitatis, vt video, etiam secreta penetrauit: quia perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem auderet accedere.

Gregorius:

1. Cor. 6.

Quare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis p[re]cepta seruaret, cum scriptum sit: Qui adhæret domino, vnus spiritus est cum eo?

Petrus:

Roma. 11.

Si vnus sit cum domino spiritus qui domino adhæret, quid est quod iterum idem egregius p[re]dicator dicit. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim esse inconueniens videtur eius sensum cum quo vnus vnus factum fuerit, ignorare.

Gregorius:

1. Cor. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Sacri viri in quantum cum deo vnus sunt, sensum domini non ignorant. Nam idem quoque Apostolus dicit: Quis enim sit hominum quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei, qui vt se ostenderet nosse quæ dei sunt adianxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ p[re]parauit deus diligentibus se, nobis autem reuelauit per spiritum suum.

Petrus:

Roma. 11.

Questio.

Psal. 118.

Si ergo eidem Apostolo ea quæ dei sunt per dei spiritum sunt reuelata, quomodo super hoc quod proposuit p[re]misit dicens: O altitudo diuitiarum sapientie & scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Sed rursus mihi hæc dicenti alia suboritur questio. Nam Dauid propheta domino loquitur dicens: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse quam etiam pronunciare, quid est quod Paulus incomprehensibilia esse dei iudicia asserit, Dauid autem hæc se omnia non solum nosse, sed etiam in labiis pronunciasse testatur?

Gregorius:

Responso ad questio nes.

Quomodo idem dei iudicia sciunt & nosciunt. Psal. 118.

Ad vtraque hæc tibi superius sub breuitate respondi, dicens quod sancti viri in quantum cum domino vnus sunt, sensum domini non ignorant. Omnes enim qui deuote dominum sequuntur etiam deuotione cum deo sunt & adhuc carnis corruptibilis grauati pondere, cum deo non sunt, occultaque dei iudicia in quantum conueniunt sunt, sciunt: in quantum disueniunt sunt, nesciunt: quia enim secreta eius ad huc perfecte non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Qui verò mente ei inhaerent, atque inherendo vel sacris scripturae eloquiis, vel occultis reuelationibus in quantum accipiunt agnoscunt, & nouerunt hæc & pronunciant: iudicia enim quæ deus tacet, nesciunt, quæ deus loquitur, sciunt. Vnde & Dauid propheta cum dixisset: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia, protinus addidit, oris tui, ac si aperte dicat: Illa ego iudicia & nosse & pronunciasse potui quæ te dixisse cognoui. Nam ea quæ ipse non loqueris, à nostra proculdubio cognitione abscondis. Cõcordat ergo prophetia apostolicaque sententia: quia & incomprehensibilia sunt dei iudicia, & tamen quæ de ore eius prolata fuerint, humanis labiis pronunciantur, quoniam sciri ab hominibus & prolata prodi possunt, & occultari non possunt. Petrus:

In obiectione meæ quæstionula patuit causa rationis. Sed queso te si qua sunt adhuc de viri huius virtute subiunge.

De destructione monasterii viri dei ab ipso p[re]dicta.

Cap. XVII.

Gregorius:

Vir quidam nobilis Theoprobos nomine, eiusdem Benedicti patris fuerat admonitione conversus, qui pro vitæ suæ merito magnam apud eum familiari-

tatis fiduciam habebat. Hic cum quadam die eius cellam fisset ingressus, hunc amarissimè sentem reperit. Cunque diu subsisteret, eiulque non finire lachrymas videret, nec tamen vir dei consueuerat orando plangere, sed moerendo, quænam causa tanti luctus existeret, inquit. Cui vir dei ilico respondit: Omne hoc monasterium quod construxi, & cuncta quæ fratribus p[re]paravi, omnipotentis dei iudicio gentibus tradita sunt. Vix autem obtinere potui vt mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cuius vocem tunc Theoprobos audiuit, nos autem cernimus, qui destructum modò à Longobardorum gente eius monasterium scimus. Nocturno enim tempore & quiescentibus fratribus nuper illi Longobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia ne vnus quidem hominem illic tenere potuerunt, sed impleuit omnipotens deus quod fidei famulo Benedicto promiserat, vt si res gentibus traderet, animas custodiret. Qua in re Pauli vicem video tenuisse Benedictum, cuius dum nauis rerum omnium iacturam pertulit, ipse in consolatione vitam omnium qui eum comitabantur accepit.

Benedictus p[re]dixit monasterium suum prope diem interiturum.

Benedictus ad Paulum confertur.

De absconisione fiasconis à beato Benedicto cognita.

Caput. XVIII.

Quodam quoque tempore Exhilaratus noster, quem ipse cõuersum nosti, transmissus à domino suo fuerat, vt dei viro in monasterium vino plena duo ligneæ vascula quæ vulgo fiascones vocantur deferret, qui vnus detulit, alter vero pergens in itinere abscondit. Vir autem domini quem facta absentia latere non poterant, vnus cum gratiarum actione suscepit, & discedentem puerum monuit dicens: Vide fili ne de illo fiascone quæ abscondisti bibas, sed inclina illum cautè, & inuenies quid intus habet. Qui confusus valde à dei homine exiit. Et reuersus volens adhuc probare quod audierat, cum fiasconem inclinasset, de eo protinus serpens egressus est. Tunc p[re]dictus Exhilaratus puer, per hoc quod in vino reperit, expauit malum quod fecit.

Vinum absconditum in serpente uersum.

De mappularum receptione à uiro dei cognita.

Caput. XIX.

Non longè autem à monasterio vicus erat in quo non minima multitudo hominum ad fidem dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi quoque quædam sanctimonialis feminae inerant, & crebro illic pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedictus dei famulus curabat. Quadam verò die misit ex more, sed is qui missus fuerat monachus post admonitionem factam à sanctimonialibus feminis rogatus mappulas accepit, sibi que eas abscondit in sinu. Qui mox vt reuersus est, eum vir dei vehementissima amaritudine cepit increpare, dicens: Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit, & quid egisset oblitus, vnde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Nunquid ego illic p[re]sens non eram quando ab ancillis dei mappulas accepisti, tibi que eas in sinu misisti? Qui mox eius vestigiis prouolutus stultè se egisse p[en]ituit, & eas quas in sinu absconderat mappulas abiiecit.

De mappulis à monacho acceptis.

De cogitatione monachi superba à dei uiro cognita.

Caput. XX.

Quodam quoque die dum venerabilis pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet, eius monachus cuiusdam defensoris filius fuerat, qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cumque vir dei ederet, ipse autem cum lucernæ ministerio astaret, cepit per superbiam spiritum in mente sua tacitus voluere, & per cogitationem dicere: Quis est hic cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, seruitium impendo? Quis sum ego vt isti seruiam? Ad quem vir dei statim conuersus vehementer cepit eum increpare dicens: Signa cor tuum frater, quid est quod loqueris? Signa cor tuum. Vocatisque statim fratribus, p[re]cepit ei lucernam de manibus tolli, ipsum verò iussit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum sedere. Qui requisitus à fratribus quid habuerit in corde, per ordinem narrauit quanto superbiam spiritu intumuerat, & quæ contra virum dei verba per cogitationem tactus dicebat.

Benedictus cognouit cogitationes superbi.

dd ij Tunc

Tunc liquidò omnibus patuit quòd venerabilem Benedictũ latere nil posset, in cuius auribus tacitæ etiam cogitationis verba sonuissent.

*De ducentis modis farinae ante uiri dei cellam inuentis.*  
Caput. XXI.

**A**Lio quoque tempore in eadem Campania regione fames incubuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coangustabat. Jamque in Benedicti monasterio triticum decrat. Paues verò penè omnes consumpti fuerant, vt non plusquam quinque ad refectiois horam fratribus inueniri potuissent. Cumque eos venerabilis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione subleuare dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem mius est, sed die crastina abundantè habebitis. Sequenti autem die ducenti farinae modij ante fores cellæ in saccis inuenti sunt, quos omnipotens deus quibus deferentibus transmisisset, nunc vsque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, domino gratias referentes didicerunt, iam de abundantia nec in egestate dubitare.

Petrus:

**H**ic quaeso te. Nunquid non credendum est huic dei famulo semper prophetiæ spiritum adesse potuisse, an per interualla temporum eius mentem prophetiæ spiritus implebat?

Gregorius:

**P**rophetiæ spiritus Petre prophetarum mentes non semper irradiat: quia sicut de sancto spiritu scriptum est: Vbi vult spirat: ita sciendum est: quia & quando vult aspirat. Hinc est enim quod Nathan à rege requisitus si construere templum posset, prius consensit, & postmodum prohibuit. Hinc est quòd Helisæus cum fletem mulierem cerneret, causamque nescisset, ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus calauit à me, & non indicauit mihi. Quod omnipotens deus ex magnæ pietatis dispensatione disponit quia dum prophetiæ spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mentes & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, vt & accipientes spiritum inueniant quid de deo sint, & rursum prophetiæ spiritum non habentes cognoscant quid sint de semetipsis.

Petrus:

**I**ta hoc esse vt afferis magna ratio clamat. Sed quaeso de venerabili patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit exequere.

*De dispositione monasterii per uisionem habita.*

Caput. XXII.

Gregorius:

**A**Lio quoque tempore à quodam fideli viro fuerat rogatus vt in eius prædio iuxta Tarraconensem urbem missis discipulis suis construere monasterium debuisset. Qui roganti consentiens deputatis fratribus patrem constituit, & quis ei secundus esset ordinauit. Quibus euntibus spondit dicens: Ite, & die illo ego venio & ostendo vobis in quo loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo susceptionem hospitem, vel quæque sunt necessaria edificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt, & constitutum diem magnopere præstolantes, parauerunt omnia quæ his qui cum tanto patre venire potuissent, videbantur esse necessaria. Nocte verò eadem qua promissus illocelcebat dies, eidem seruo dei quem illic patrem constituerat, atque eius præposito, vir domini in somnis apparuit, & loca singula vbi quid edificare debuissent, subtiliter designauit. Cumque vtrique à somno surgerent, sibi inuicem quod viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnimodo fidem dantes virum dei sicut se venire promiserat expectabant. Cunque vir dei constituto die minime venisset ad eum cum mœrore reuersi sunt, dicentes: Expectauimus pater vt venires sicut promiseras, & nobis ostenderes vbi quid edificare deberemus, & non venisti. Quibus ipse ait: Quare fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi non veni? Cui cum ipsi dicerent, quando venisti? respondit: Nunquid vtrisque vobis dormientibus non apparui, & loca singula designaui? Ite & sicut per uisionem vidistis, omne habitaculum monasterij ita construiste. Qui hæc audientes vehementer

Benedictus apparuit quibusdam in somnis.

admirati ad prædictum prædium sunt reuersi, & cuncta habitacula sicut ex reuelatione didicerant, construxerunt.

Petrus:

**D**oceri velim quo fieri ordine potuit, vt longè iter responsum dormientibus dicere quod ipsi per uisionem audierant & recognouerant. Gregorius: Vid est quod perscrutans, rei gestæ ordinem ambigis Petre? Liqueat profecto quia nobilioris nature est spiritus quam corpus. Et certe scriptura teste nouimus quòd propheta ex Iudæa subleuatus, repente est cum prandio in Chaldæa depositus, quo videlicet prandio prophetam refecit, seque repente in Iudæa iterum inuenit. Si igitur tam longè Abacuc potuit sub momento corporaliter ire & prandium deferre, quid mirum si Benedictus pater obtinuit: quatenus iret per spiritum, & fratrum quietetium spiritibus necessaria narraret? vt sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritualis vitæ spiritualiter pergeret.

Abacuc per Benedictum cõferuit.

Petrus:

**M**anus tuæ locutionis terribis meæ fateor dubietatem mentis, sed velim nosse in comuni locutione qualis iste vir fuit.

*De sanctimonialibus foeminis post mortem absolutis.*

Caput. XXIII.

Gregorius:

**V**ix ipsa Petre communis eius locutio à virtutis erat pondere vacua: quia cuius cor sese in alta suspenderat, nequaquam verba de ore illius incassum cadebant. Siquid verò vnquam non iam decernendo sed minando diceret, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc nõ dubie atque suspensè, sed iam per sententiam protulisset. Nam non longè ab eius monasterio duæ quædam sanctimoniales foeminae nobiliori genere exortæ, in loco proprio cõuersabantur, quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitæ usum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, vt minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt, necdum prædictæ sanctimoniales foeminae perfecte linguam suam sub habitus sui freno restrinxerant, & eundem religiosum virum qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpe sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum ista toleraret perrexit ad dei hominè, quantasque pateretur verborum contumelias enarrauit. Vir autem dei hæc de illis audiens eis protinus mandauit dicens: Corrigite linguam vestram: quia si non emendaueritis excõmunicabo vos. Quam videlicet excõmunicationis sententiam non proferendo intulit sed minando. Ille autè à pristinis moribus nihil mutatus, intra paucos dies defunctæ iunt, atque in Ecclesia sepultæ. Cumque in eadem Ecclesia missarum solènia celebrarentur: atque ex more diaconus clamaret, si quis non cõmunicat, det locum: nutrix earum quæ pro eis oblatione domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi & exire videbat. Quod dum sapius cerneret: quia ad vocem diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quæ vir dei illis adhuc viuèntibus mandauit. Eas quippe se communionem priuare dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tunc seruo dei cum graui mœrore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit dicens: Ite & hanc oblationem pro eis offerri domino facite, & vterius excõmunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuisset immolata, & à diacono iuxta morem clamatum est, vt non communicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia vterius visæ non sunt. Quæ ex re indubitanter patuit: quia dum inter eos qui communionem priuati sunt, minime recederent, communionem à domino per seruum domini recepissent.

Benedictus excõmunicauit mox do.

M

Ab soluto monasterio.


Petrus:

**M**irum valde quod dicis, quauis venerabile & sanctissimum virum, adhuc tamen in hac carne corruptibili degentem, potuisse animas soluere in illo iam inuisibili iudicio constitutas.

Gregorius:

**N**unquid nam Petre in hac adhuc carne non erat qui audiebat: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quæ solueris super terram, soluta

Mat. 16.



**A**luta erunt & in caelis? Cuius nunc vicem ligando & soluendo obrinent, qui locum sancti regiminis fide & moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra, caeli & terrae conditor in terram venit e caelo, atque ut iudicare caro etiam de spiritalibus possit, hoc ei largiri dignatus est, factus pro hominibus deus caro: quia inde surrexit ultra se infirmitas nostra, unde sub se infirmata est firmitas dei. Petrus:

**C**um virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum.

*De puero post sepulturam à terra proiecto.*

*Caput. XXIII.*

Gregorius:

**Q**uadam quoque die dum quidam eius puerulus monachus parietes suos ultra quam deberet diligens, atque ad eorum habitaculum tendens sine benedictione de monasterio exisset, eodem die mox ut ad eos pervenit defunctus est. Cuius esset sepultus, die altero prosepulchorum foras eius inuentum est, quod rursus tradere sepulture curaverunt. Sed sequenti die iterum proiectum exterius, atque inhumatum sicut prius inveniunt. Tunc concite ad Benedicti patris vestigia currentes, cum magno fletu petierunt ut ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir dei manu sua protinus communionem dominici corporis dedit dicens: Ite atque hoc dominicum corpus super pectus eius [cum magna reverentia] ponite, & sic sepulture eum tradite. Quod dum factum fuisset, susceptum corpus eius terra tenuit, nec ultra proiecit. Perpendis Petre apud Iesum Christum dominum, cuius meriti ille vir fuerit, ut eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet. Petrus:

Perpendo plane, & vehementer stupeo.

*De monacho qui de monasterio discedens draconem in itinere invenit.*

*Caput. XXV.*

Gregorius:

**Q**uidam autem eius monachus mobilitati mentis deditus erat, & permanere in monasterio nolebat. Cumque eum vir dei assidue corripere & frequenter admoneret, ipse vero nullo modo consentiret in congregatione persistere, atque importunis precibus ut relaxaretur inueneret, quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius taedio affectus, iratus iussit ut discederet. Qui mox ut monasterium exiit contra se assistere aperto ore draconem in itinere invenit. Cumque eum idem draco qui apparuerat deuorare vellet, cepit ipse tremens & palpitans magnis vocibus clamare dicens: Succurrite succurrite: quia draco ille me deuorare vult. Currentes autem fratres draconem minime viderunt, sed trementem atque palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promissit nunquam se esse à monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit. Quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat, quem prius non videndo sequebatur.

*De puero ab elephantino morbo curato.*

*Caput. XXVI.*

**S**ed neque hoc silendum puto quod illustri viro Antonio narrante cognoui, qui aiebat patris sui puerum morbo elephantino fuisse correptum, ita ut iam pilis cadentibus cutis intumesceret, atque incrementem saniem occultare non posset. Qui ad virum dei ab eodem patre eius missus est, & salutem pristinam sub omni celeritate restitutus.

*De solidis per miraculum presbytero redditis.*

*Caput. XXVII.*

**N**eque illud taceam, quod eius discipulus Peregrinus nomine, narrare consueverat: quia die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti compulsus unum sibi fore remedium credidit si ad dei virum pergeret, & quem eum urgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaque ad monasterium, omnipotentis dei famulum reperit: quia à creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur intimavit. Cui venerabilis pater nequaquam se habere duodecim solidos respondit, sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus ait: Vade & post biduum reuertere: quia deest ho-

die quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cumque die tertio is qui necessitate debiti affligebatur rediit, super arcam monasterij, quae erat frumento plena subito tredecim solidi sunt inuenti. Quos vir dei deferri iussit & afflicto petitori tribuit dicens: ut duodecim redderet, & unum in expensis propriis haberet. Sed ad ea nunc redeam quae eius discipulis in libri huius exordio praedictis referentibus agnouit. Quidam vir grauissima aduersarij sui aemulatione laborabat, cuius ad hoc usque odium prorupit, ut ei nescienti in potu venenum daret. Qui quantum vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutauit, ita ut diffusa in corpore eius varietas lepra morem imitari videretur. Sed ad dei hominem deductus salutem pristinam citius recepit, nam mox ut eum tetigit, omnem cutis illius varietatem fugauit.

*De ampulla vitrea in saxo proiecta & non fracta.*

*Caput. XXVIII.*

**E**o quoque tempore quo alimentorum inopia Campaniam grauiter affligebat, vir dei diuersis indigentibus monasterij sui cuncta tribuerat, ut penè nihil in cellario nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam subdiaconus Agapitus nomine aduenit magnopere postulans ut sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem domini qui cuncta decreuerat in terra tribuere, ut in caelo omnia reueraret, hoc ipsum parum quod remanserat olei infisit petenti dari. Monachus vero qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cumque post paululum si id quod iusserat datum esset inquireret, respondit monachus se minime dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil fratribus remaneret. Tunc iratus, aliis precepit ut hoc ipsum vas vitreum in quo parum olei remansisset videbatur, per fenestram proicerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factumque est. Sub fenestra autem eadem ingens praecipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectum itaque vas vitreum venit in saxo, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minime fuisset, ita ut neque frangi, neque oleum effundi potuisset. Quod vir domini precepit leuari, atque ut erat integrum petenti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientem monachum de infidelitate sua & superbia coram omnibus increpauit.

*De dolio uacuo oleo impleto.*

*Caput. XXIX.*

**Q**ua increpatione completa, sese cum eisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco ubi cum fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium & coopertum. Cumque sanctus vir in oratione persistere, cepit operimentum eiusdem dolij oleo excrecente subleuari. Quo commoto atque subleuato oleum quod excreuerat ora dolij transiens, pavementum loci in quo incubuerat inundabat. Quod Benedictus dei famulus ut aspexit, protinus orationem compleuit, atque in pavementum oleum desuere cessauit. Tunc diffidentem inobedientemque fratrem latius admonuit, ut fidem habere disceret & humilitatem. Idem vero frater salubriter correptus erubuit: quia venerabilis pater virtutem omnipotentis dei quam admonitione intimauerat, miraculis ostendebat, nec erat iam ut quiscumque de eius promissionibus dubitare posset: qui in vno eodemque momento pro vitreo vase penè vacuo pleno oleo dolium reddidisset.

*De monacho à demone liberato.*

*Caput. XXX.*

**Q**uadam die dum ad beati Ioannis oratorij quod in ipsa montis celsitudine situm est pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obusam factus est, corou & trepedicam ferens. Quem cum requisisset dicens: Quo vadis? Ille respondit: Ecce ad fratres vado potionem eis dare. Itaque petrexit venerabilis pater Benedictus ad orationem, qua completa concitus rediit. Malignus vero spiritus unum seniore monachum inuenit aquam haurientem: in quem statim ingressus est, eumque in terram proiecit, & vehementissime vexauit. Quem cum vir dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conspiceret, ei solummodo alapa dedit, & malignum ab eo spiritum protinus excussit, ita ut ad eum redire ulterius non auderet.

Petrus:

dd iij Velim

Sepultus in terra non manere potuit.

B

Draco monacho uacuo appa-ruit.

C

Puer curatus à morbo elephantino.

Vitreum vas lapidi illisum non fractum.

Benedictus dolium oratione sua oleo plenum reddidit.

F

Benedictus per alapam obsessum liberauit.

**G** Velim nosse, si hæc tãta miracula, virtute semper orationis impetrabat, an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu?

Gregorius:

**Q** Vi deuota mente deo adherent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroque solent, ut mira quæ aliquando ex prece faciant aliquando ex potestate. Cum enim Ioannes dicat:

**Ioan. I.** Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Qui filij dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate valeant? Quia enim utroque modo miracula exhibeant, testatur Petrus qui Thabitam mortuam orando suscitauit. Ananiam verò & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctionione legitur, sed solummodo culpam quam perpetrauerat increpasse. Constat ergo quòd aliquando hæc ex potestate, aliquando verò exhibeat ex postulatione, dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis famuli dei Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte clareat, aliud hunc accepta diuinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse.

De ligato rustico solo aspectu uiri dei soluto.

Caput. XXXI.

**H** **G** Othorum quidam Galla nomine perfidie fuit Arianae qui Totila regis eorum temporibus, contra catholicam Ecclesiam religiosos viros ardore immanissimae crudelitatis exarsit, ita ut quisquis ei clericus, monachus ve ante faciem venisset, ab eius manibus uiuus nullo modo exiret. Quadam verò die auaritia sua æstu succensus in rapinam rerum inhians, dum quendam rusticum tormentis crudelibus affligeret, eumque per supplicia diuersa lamaret, victus poenis rusticus sese, res suas Benedicto dei famulo commendasse professus est, ut dum hoc à torquente crederetur, suspensa interim crudelitate ad vitam hora repararetur. Tunc idem Galla cessauit rusticum tormentis affligere, sed eius brachia loris fortibus astringens ante equum iuum cepit impellere, ut quis esset Benedictus qui eius res susceperat demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens duxit ad sancti uiri monasterium, eumque ante ingressum cellae solum sedentem reperit & legentem. Eidem autem subsequenti & sancti Gallae rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixeram tibi, Benedictus pater. Quem dum feruido spiritu, cum peruersa mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueuerat acturum se existimans, magis cepit vocibus clamare dicens: Surge, surge, & res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem uiri dei protinus oculos leuauit à lectione, eumque intuitus mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeritate ceperunt illigata brachiis lora deuoluere, ut dissolutam concite nulla hominum festinatione poruissent. Cumque is qui ligatus venerat cepisset subito aitare solutus, ad tantae potestatis vim tremefactus Galla ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidae ad eius vestigia inclinans se orationibus illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minime surrexit, sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli ut benedictionem acciperet precepit. Quem ad se reductum ut à tantae crudelitatis insania quiescere deberet admonuit. Qui fractus recedens nil ulterius petere à rustico presumpsit. Quem uiri domini non tangendo, sed respiciendo soluerat. Ecce est Petre quod dixi: quia hi qui omnipotenti deo familiariter seruiunt, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedes repressit, lora uero nodosque ligaturae quae innocenti brachia attrinxerant oculos dissoluit, ipsa miraculi celeritate indicat quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursum quoque quale, quantumque miraculum orando ualuit obtinere subiungam.

De mortuo suscitato.

Caput. XXXII.

**Q** Vadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus, quidam uero rusticus defuncti filij corpus in uisus ferens orbitatis luctu æstuans ad monasterium uenit: Benedictum patrem quaesuit.

Cum dictum esset quia idem pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante monasterij ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus ad inueniendum uenerabilem patrem sese in cursum concitus dedit. Eadem uero hora uiri dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur. Quem mox ut oratus rusticus aspexit, clamare cepit: Redde filium meum, redde filium meum. Uiri autem dei in hac uoce substitit dicens: Nunquid ego filium tuum tibi abstuli? Cui ille respondit: Mortuus est, ueni resuscita eum. Quod ut mox dei famulus audiuit, ualde contristatus est, dicens: Recedite fratres, recedite, hæc nostra non sunt, sed sanctorum Apostolorum. Quid nobis onera uultis imponere quae non possumus portare? At ille, quem nimis coegerat dolor, in sua petitione persistit, iurans quòd non recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox dei famulus inquisiuit, dicens: Ubi est? Cui ille respondit: Ecce corpus eius ad ianuam monasterij iacet. Ubi cum uiri dei cum fratribus peruenisset, flexit genu, & super corpusculum infantis incubuit, seseque erigens ad caelum palmas tetendit, dicens: Domine non aspicias peccata mea, sed fidem huius hominis qui resuscitari filium suum rogat, & redde in hoc corpusculum animam quam abstulisti. Vix in oratione uerba compleuerat, & regrediente anima ita corpusculum pueri omne contremuit, ut sub oculis omnium qui aderant apparuerit concussionem mirificam tremendo palpasse. Cuius mox manum tenuit, & eum patri uiuentem atque incolumem dedit. Liqueat Petre quia hoc miraculum in potestate non habuit, quòd prostratus petiit ut exhibere potuisset.

Petrus:

**S**ic cuncta esse ut asseris constat patenter: quia uerba quae proposueras rebus probas. Sed quaeso te ut indices si sancti uiri omnia quae uolunt possunt, & cuncta impetrant quae desiderant obtinere.

De miraculo Scholasticae sororis eius.

Caput. XXXIII.

Gregorius:

**Q** uisnam erit Petre in hac uita Paulo sublimior, qui de carnis suae stimulo ter dominum rogauit & tamen quod uoluit obtinere non ualuit? Ex qua re necesse est ut tibi de uenerabili patre Benedicto narrem: quia fuit quiddam quod uoluit, sed non ualuit implere. Soror namque eius Scholastica nomine, omnipotenti domino ab ipso infantie tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueuerat. Ad quam uiri dei non longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam uero die uenit ex more, atque ad eam cum discipulis uenerabilis eius descendit frater, qui totum diem in dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque ad huc ad mensam sederent & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis foemina soror eius eum rogauit, dicens: Quaeote ut ista nocte non deseras, ut usque mane de caelestis uitae gaudiis loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta uero erat caeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem foemina cum uerba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus omnipotentem dominum rogatura declinauit. Cumque de mensa leuaret caput, tanta coruscationis & tonitruui uirtus, tantaque inundatio pluuiae erupit, ut neque uenerabilis Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant, extra loci limen quo confederant pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe foemina caput in manibus declinans, lachrymarum fluuium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis & inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus unum idemque esset momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc uiri dei inter coruscos & tonitruos atque ingentis pluuiae inundationem uidens se ad monasterium non posse remeare, cepit conqueri contristatus dicens: Parcat tibi omnipotens deus soror, quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogavi, & audire me noluit, rogavi dominum meum, & audiuit

\* al. Zalla  
Miraculum  
ex potestate  
factum.

Galla ad  
Benedictum.

Benedictus  
solo uisu  
vinculatum  
rusticum soluit.

Benedictus  
orationis  
mortuam  
suscitauit.

L

2. Cor.

Scholastica  
Benedicti  
soror.

XX

Scholastica  
oratio  
uiam  
postulauit  
facit.

Auduit me. Modo ergo si potes egredere, & me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, quia remanere sponte noluit, in loco mansit inuitus. Sicque factum est ut totam noctem peruigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia sese vicaria relatione satisfecerent. Quæ de re dixi eum voluisse aliquid: sed minimè potuisse: quia si venerabilis viri mentem aspiciamus, dubium non est quin eandem serenitatè voluerit in qua descenderat permanere, sed contra hoc quod voluit: in virtute omnipotentis dei ex freming pectore miraculum inuenit. Nec mirum quòd plus illo scemina quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit, quia enim iuxta Ioannis vocem, deus charitas est, iusto valde iudicio illa plus potuit quæ ampli⁹ amauit.

Petrus:

Fateor, multum placet quod dicis.

De anima sororis eius uisa.

Caput. XXXIII.

Gregorius:

Benedictus vidit animam sororis defuncte.

Cumque die altero eadè venerabilis scemina ad cellam propriam recessisset, vir dei ad monasteriū rediit. Cum ecce post triduum in cella consistens, eleuatis in æra oculis vidit eundem sororis suæ animam de corpore egressam in columbæ specie cæli secreta penetrare. Qui tunc eius gloriæ cōgaudens, oipotenti deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, eiusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit ut eius corpus ad monasterium deferrent, atque in sepulchro quod sibi ipse parauerat ponerent. Quo facto contigit, ut quorū mens vna temper in deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

De mundo ante oculos eius collecto, & de anima Germani Capuanæ ciuitatis episcopi.

Caput. XXXV.

Alio quoque tempore Seruandus diaconus atque abbas eius monasterij quod in Campania partibus à Liberio quondam Patricio fuerat constructum, ad eum uisitationis gratia ex more venire cōsueuerat. Eius quippe monasterium frequentabat, ut quia idem quoque vir doctrina gratia cœlestis infuebat, dulcia sibi inuicè vitæ verba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patriæ quæ adhuc perfectè gaudere nō poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque hora iam quietis exigeret, in cuius turris superioribus se venerabilis Benedictus, in eius quoque inferioribus se Seruandus diaconus collocauit, quos videlicet in loco inferiora ad superiora perulus continuabat ascensus. Ante eandem verò turrim largius erat habitaculum in quo viriulque discipuli quiescebant. Cumque vir dei Benedictus quiescentibus adhuc fratribus instans vigiliis, nocturnæ orationis tempora preuenisset, ad fenestrā stans & omnipotentem deū deprecans, subito in tempesta noctis hora respiciens, vidit fam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa quæ in tenebris radiasset. Mira autem res valde in hac speculatione se euta est: quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus velut sub vno solis radio collectus ante oculos ei⁹ adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc ipsi videret coruscæ lucis infingeret, vidit Germani Capuanæ episcopi animam in sphaera ignea ab angelis in cœlum ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculū, Seruandum diaconum iterato bis terque eius nomine cum clamorū magnitudine vocauit. Cūque ille fuisset insolito viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemque iam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculū, vir dei per ordinem que fuerat gesta narrauit, statimque in Casinum castrum religioso viro Theoprobō mandauit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano episcopo ageretur, agnosceret & indicaret. Factumque est, & reuerentissimum virum Germanum episcopum is qui missus fuerat, iam defunctum reperit, & requirēs subtiliter agnouit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir domini eius cognouit ascensum.

Petrus:

Mira res valde & vehemèter stupenda. Sed hoc quod dictum est: quia ante oculos ipsius quasi sub vno solis radio collectus omnis mūdus adductus est, sicut nunquam experius sum, ita nec conuicere scio quonam ordine fieri potest ut mundus omnis ab homine vno videatur.

Gregorius:

Fixum tene Petre quod loquor: quia animæ videnti creaturæ, angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce creatoris aspexerit, breue ei fit omne quod creatum est: quia ipsa luce visionis intima mentis laxatur sinus, tantumque expanditur in deo ut superior existat mundo, fit vero ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cumque in dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliat, & dum sub se conspicit exaltata, comprehendit quàm breue sit quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo dei qui in turri globum igneum, angelos quoque ad cœlum redeuntes videbat, hæc procul dubio cernere non nisi in dei lumine poterat. Quid itaque mirum si mundū ante se collectum vidit, qui subleuatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, non cœlum & terra contracta est, sed videntis animus est dilatatus, qui in deo raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra deum est. In illa ergo luce quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animus cum ad superiora rapuit, ei quàm angusta essent omnia inferiora, monstrauit.

Petrus:

Videor mihi vtiliter non intellexisse quæ dixerat, quando ex tarditate mea tantum erexit expositio tua. Sed quia hæc liquidè meis sensibus infudisti, quaeso ut ad narrationis ordinem redeas.

Quod regulam monachorum scripserit. Caput. XXXVII.

Gregorius:

Lebet Petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare, sed quædam eius studiosè prætere: quia ad aliorum gesta voluenda festino. Hoc autem nolo te lateat, quod vir dei inter tot miracula quibus in mūdo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam, discretionem præcipuam, sermone luculentam. Cuius si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione regulæ, omnes magisterij illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quàm vixit.

De prophetica sui exitus fratribus denunciatione.

Caput. XXXVII.

Eodem verò anno de hac vita erat exiturus quibusdam discipulis secum conuersantibus, quibusdam longè manentibus sanctissimi sui obitus denunciauit diem, presentibus indicens ut audita per silentium tegerent, absentibus indicans quod vel quale eis signum fieret quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum verò sui exitus diem aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus, acri cepit ardore fatigari. Cūque per dies singulos languor ingravelceret, sexta die portari se in oratoriū à discipulis fecit, ibique exitum suum dominici corporis & sanguinis perceptione munivit, atque inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cœlum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Quæ scilicet die duobus de eo fratribus, vni in cella commoranti, alteri autem longius posito, reuelatio vnius atque indistinctis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata paliis atque innumeris coruscæ lampadibus via recto Orientis tramite ab eius cella in cœlum vique tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via quam cernerent inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hæc est via qua dilectus domino cœlum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitū sicut presentes discipuli viderūt, ita absentes ex signo quod eis prædictum fuerat agnouerūt. Sepultus verò est in oratorio beati Ioannis Baptistæ, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui & in eo specu in quo prius habitauit, nūc vsque si petentium fides exigat, miraculis coruscet.

De insana muliere in eo specu sanata.

Caput. XXXVIII.

Nuper namque est res gesta quam narro. Quædam mulier mente capta, dum tentum fonditus perdidisset, per montes & valles, siluas & campos die noctuque

D

Homo un⁹ quomodo simul totū mundū uidere queat.

Benedictus monachorū regulam scripsit.

Benedictus denunciavit fratribus suis diem obitus sui.

F

Expiratio sancti Benedicti.

Sepultura Benedicti.

Totus mūdus in quadam noctis claritate Benedicto apparuit.



G vagabatur, ibi tantummodo quiescebat, ubi hanc quiescere lassitudo coegisset. Quadam vero die dum vaga nimium erraret, ad beati viri Benedicti specum deuenit, ibique nesciens ingressa mansit. Mane autem facto ita sanato sensu egressa est, ac si eam nunquam insania capitis vlla tenuisset, quae omni vitae suae tempore in eadem quam accepit salute permanfit.

Petrus: Vidnam esse dicimus quod plerumque in ipsis quoque patrocinis martyrum sic esse sentimus ut non tanta per corpora sua, quanta beneficia per reliquias ostendant, atque illic maiora signa faciunt ubi minime per semetipsos iacent? Gregorius:

Vbi in suis corporibus sancti martyres iacet dubium Petre non est quod multa valeant signa demonstrare, sicut & faciunt, & pura mente quæretibus innumera miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, utrum ne ad exaudiendum ibi praesentes sint, ubi constat quia in suis corporibus non sunt, ibi necesse est eos maiora signa ostendere, ubi de eorum praesentia potest mens infirma dubitare. Quorum vero mens in deo fixa est, tanto maius habet fidei meritum quanto illic eos nouit & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione. Vnde ipsa quoque veritas ut fidem discipulis augeter dixit: Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos. Cum enim contet quia paracletus spiritus a patre semper procedat & filio, cur se filius recessurum dicit ut ille veniat qui a filio nunquam recedit? Sed quia discipuli in carne dominum cernentes, corporeis hinc oculis semper videre sicutiebant, recte eis dicitur: Nisi ego abiero, paracletus non veniet, ac si aperte diceretur: Si corpus non subtraherem, quis sit amor spiritus non ostendo, & nisi me deseritis carnaliter cernere, nunquam me discetis spiritaliter amare.

Quare sancti extra loca suorum corporum sepe maiora miracula faciunt. Ioan. 15.

H Placet quod dicitis. Petrus: Gregorius: Liquatulum iam a locutione cessandum est, ut si ad aliorum miracula enarranda tendimus, loquedi vires interim per silentium reparemus.

Libri secundi Dialogi de vita sancti Benedicti abbatis finis.

CAPITA TERTII LIBRI.

- 1 De Paulino Nolanae ciuitatis episcopo.
2 De Ioanne papa.
3 De Agapito papa.
4 De Datto Mediolanensi episcopo.
5 De Sabino Camisinae ciuitatis episcopo.
6 De Cassio Narniensis ciuitatis episcopo.
7 De Andrea Fundanae ciuitatis episcopo.
8 De Constantio Aquinae ciuitatis episcopo.
9 De Frigidiano Lunensis ciuitatis episcopo.
10 De Sabino Placentino episcopo qui Padum flumen per literas suas compefcuit.
11 De Cerbonio Populoni episcopo.
12 De Fulgentio Vtricelanae ciuitatis episcopo.
13 De Herculano Perusinae ciuitatis episcopo.
14 De Isaac seruo dei.
15 De Euthimo & Florentio seruis dei.
16 De Marcio monacho de monte Marsico.
17 De monacho ex monte Argentario qui mortuum suscitauit.
18 De Benedicto monacho.
19 De Ecclesia beati Zenonis martyris, in qua aquae ultra portam apertam inundantes minime intrauerunt.
20 De Stephano presbytero prouinciae Valeriae.
21 De puella conuersa, cuius solo imperio homo est a demone liberatus.
22 De presbytero prouinciae Valeriae qui furem ad sepulchrum suum tenuit.
23 De abbate Praenestini montis eiusque presbytero.
24 De Theodoro mansionario Ecclesiae beati Petri urbis Romae.

- 25 De Abundio mansionario Ecclesiae beati Petri.
26 De monacho solitario.
27 De quadraginta rusticis qui pro eo quod carnes immolatas comedere noluerunt, a Longobardis occisi sunt.
28 De multitudine captiuorum qui pro eo quod caput capreae adorare noluerunt, occisi sunt.
29 De Ariano episcopo vacato.
30 De Arianorum Ecclesia quae in Romana urbe catholica consecratione dedicata est.
31 De Ermigildo rege Liuigildi Vuisigothorum regis filio pro fide catholica ab eodem patre suo occiso.
32 De episcopis Africanis qui pro defensione catholicae fidei ab scissis ab Arianis Vuandalorum linguis nullum locutionis sortis sustinere dispendium.
33 De Eleuterio seruo dei.
34 Quot sunt genera compunctionis.
35 De Amantio presbytero prouinciae Thusciae.
36 De Maximiano Syracusanae ciuitatis episcopo.
37 De Sanctulo presbytero prouinciae Nursiae.
38 De uisione redempti Ferentinae ciuitatis episcopi.

LIBER TERTIUS DIALOGI BEATI Gregorij.



Vicinis valde partibus intendo, maiorum facta reliqueram, ita ut Paulini miraculum Nolanae urbis episcopi qui multos, quorum memini, virtute & tempore praecessit, memorie defuisse videatur. Sed ad priora nunc redeo, eaque quanta valeo breuitate perstringo. Sicut enim bonorum facta innotescere citius similibus solent, senioribus nostris per iustorum exempla gradientibus, praedicti venerabilis viri celebre nomen innotuit, eiusque opus admirabile ad eorum se instruenda studia tetendit, quorum me necesse fuit grauitati tam certo credere, ac si ea quae dicerent, meis oculis vidissem.


De sancto Paulino Nolanae urbis episcopo.

Caput. I.

Cum saeculorum Vuandalorum tempore fuisset Italia in Campania partibus depopulata, multique essent de hac terra in Africanam regionem traducti, vir domini Paulinus cuncta quae ad episcopij usum habere potuit, captiuis indigentibusque largitus est. Cuius iam nihil omnino superesset quod petentibus dare potuisset, quodam die quaedam vidua aduenit, quae a regis Vuandalorum genero suum filium in captiuitatem fuisse ductam perhibuit, atque a viro dei eius precium postulauit, si forte illius dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir dei magnopere petenti foeminae quid dare potuisset inquirens, nihil apud se aliud nisi se inuenit, petentisque foeminae respondit, dicens: Mulier, quod possim dare non habeo, sed memetipsum tolle, seruum me iuris tui esse profiteri, atque ut filium tuum recipias, me vice illius in seruitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens irrisionem potius credidit, quam compassionem. At ille ut erat vir eloquentissimus, atque apprimae exterioribus quoque studiis eruditus, dubitanti foeminae citius persuasit ut audita crederet, & pro receptione filij sui in seruitium episcopum tradere non dubitaret. Perretere igitur utrique ad Africam. Procedente autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura se obtulit, ac prius petiit ut ei filium donare debuisset. Quod cum vir barbarus typho superbiae turgidus, gaudio transitoriae prosperitatis iuflatus non solum facere, sed etiam audire despiceret, vidua subiuxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium praebeo, solummodo-

al. grila uitali. M

Paulinus episcopus omnia sua captiuos liberabat.



**A** solummodo pietatem in me exhibe, mihiq[ue] vnicum filium redde. Cumq[ue] ille venisti vultus hominem conspexisset quam artem vultet inquisiuit. Cui vir dei Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam nescio, sed hortum bene excolere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in horto holeribus quia peritus esset audiuit. Suscepit itaque terram, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione discessit. Paulinus vero excolendi horti suscepit curam. Cumq[ue] idem regis gener crebro ingrederetur hortum, suumq[ue] hortulanum quaedam requireret, & sapientem valde hominem videret, amicos cepit familiares deserere, & saepius cum suo hortulano colloqui, atque eius sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam holera, viret[er]q[ue] herbas deferre consueverat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageret quadam die suo domino secum secretius loquenti ait: Vide quid agas, & Vuandalorum regnum qualiter disponi debeat. Quod ille audiens, quia ab eodem rege præ cæteris diligebatur, ei minime tacuit, sed quid à suo hortulano, sapienti scilicet viro, agnouisset, indicauit. Quod dum rex audisset, ilico respondit: Ego vellem hunc de quo loqueris hominem videre. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus respondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre consuevit. Has itaque ad mensam eum deportare facio, ut quis sit qui mihi hæc est locutus agnoscas. Factumq[ue] est. Et dum rex ad prandendum discubuit: Paulinus ex suo opere holera quæque & virentia delaturus aduenit. Cumque hunc rex subito conspexisset intremuit, atque accersito eius domino sibi per filiam propinquo, ei secretum quod prius absconderat indicauit, dicens: Verum est quod audisti. Nam nocte hæc in somnio, sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos ille etiam simul sedebat, & flagellatum quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tolleratur. Sed percontare quinam sit, nam ego hunc tantum inter virum, popularem, ut conspicitur, esse non suspicor. Tunc regis gener secreto Paulin[um] tulit, & quoniam esset inquisiuit. Cui vir domini respondit: Seruus tuus sum, quem pro filio viduæ vicarium suscepisti. Cumque instanter ille requireret ut non quis esset, sed quis in terra sua fuisset indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequentis inquisitionis exigeret, vir domini restrictus magnis conuersionibus, iam non valens negare quid esset, episcopum se fuisse testatus est. Quod possessor eius audiens valde pertimuit, atque humiliter obtulit, dicens: Pete quod vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno munere reuertaris. Cui vir domini Paulinus ait: Vnum est quod mihi impendere beneficiu[m] potes, ut omnes ciuitatis mee captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana regione requisiti, cum onustis frumento nauibus pro venerandi viri Paulini satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post non multo ad suam perniciem dispensante deo pro fidelium disciplina tenuerat, amisit. Sicque factum est, ut omnipotentis dei famulus Paulinus vera prædiceret, & qui se in seruitium solum tradiderat, cum multis à seruitio ad libertatem rediret, illum videlicet imitatus qui formam serui assumpsit, ne nos essemus serui peccati. Cuius sequens vestigia Paulinus ad tempus voluntarie seruus factus est solus, ut esset postmodum liber cum multis.

**Petrus:**  
**D**um me audire contingit quod imitari non valeo, flere magis libet quam aliquid dicere. **Gregorius:**  
**D**e eius etiam morte apud eius Ecclesiam scriptum est: quia cum dolore esset lateris tactus, ad extrema perductus est. Dumq[ue] eius omnis domus in sua soliditate perflisteret, cubiculu[m] in quo iacebat æger, facta terræ motu contremuit, omnesq[ue] qui illic aderant nimio terrore concussit, sicq[ue] sancta illa anima carne soluta est. Factumq[ue] est ut magnus panis inuaderet eos qui Paulini mortem videre potuissent. Sed quia hæc quam superius dixi, Paulini virtus valde est intimata, nanc si placet ad miracula exteriora veniamus, quæ & multis iam nota sunt, & ego tam religiosorum virorum relatione didici, ut de his omnimodo ambigere non possim.

De sancto Iohanne Papa. Caput. II.

**Paulinus cum omnibus suis ciuibus captiuus Nolam reuersus est.**

**Paulini cubiculum in monte domo consistente terræ motu tremuit.**

**G**othorum tempore cum Iohannes vir beatissimus huius Romanæ Ecclesiæ pontifex ad Iustinianum seniore[m] principem pergeret, in Corinthi partibus aduenit: cui necesse fuit ut in itinere ad sedendum equum requiri debuisset. Quod illic quidam vir nobilis audiens equum quæ pro magna mansuetudine eius coniuux sedere conlucuerat, ita ei obtulit, ut eo ad loca alia perueniente cum alius equus potuisset inueniri, deberet ille quem dederat, propter suam coniugem retransmitti. Factumq[ue] est, & usque ad certu[m] locum prædictus vir equo eodem subuehente perductus est. Qui mox ut alium reperit, illum quem acceperat retransmisit. Cumq[ue] eum prædicti nobilis viri coniuux sedere ex more voluisset, ultra non valuit, quia post sessionem tanti pontificis mulierem ferre recusat. Cæpit namq[ue] immenso flatu & iremitu atque incessanti totius corporis motu quasi despiciendo prodere, quia post membra pontificis mulierem ferre non posset. Quod vir eius prudenter intuitus, hunc ad eundem venabilem virum protinus remisit, magnis precibus petens ut equum ipse possideret, quem iuri suo sedendo dedicasset. De quo etiam illud mirabile à nostris senioribus narrari solet, quod in Constantinopolitana vrbe ad portam quæ vocatur aurea, veniens: populorum turbis sibi occurrentibus in conspectu omnium roganti cæco lumen reddidit: & manu sua perposita oculorum tenebras fugauit.

De sancto Agapito papa. Caput. III.

**P**ost non multum verò temporis exigente causa Gothorum, vir quoque beatissimus Agapitus huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ pontifex: cui deo dispensante deseruio, ad Iustinianum principem accessit. Cui adhuc pergenti quadam die in Græciarum iam partibus curadus oblatu[m] est mutus & claudus: qui neque vlla verba edere: neque ex terra unquam surgere valebat. Cumq[ue] hunc propinquo illius scietes obtulissent: vir domini sollicitè requirit an curationis illius haberet fidem. Cui dum in virtute dei ex autoritate Petri: fixam salutis illius spem habere se dicerent: protinus venerandus vir orationi incubuit: & missarum solennia exorsus: sacrificium dei conspiciens: & missarum solennia exorsus. Quo peracto ab altari exiens claudi manum tenuit: atque assistente & aspiciente populo eum mox à terra in propriis gressibus erexit. Cumq[ue] ei dominicum corpus in os mitteret: illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. Mirati omnes, flere præ gaudio ceperunt: eorumq[ue] mentes ilico metus & reuerentia inuasit: cum videlicet cernerent quid Agapitus facere in virtute domini ex adiutorio Petri potuisset.

De Datio Mediolanensi episcopo. Caput. III.

**E**iusdem quoq[ue] principis tempore cum Darius Mediolanensis vrbis episcopus causa fidei exactus ad Constantinopolitanam vrbem pergeret, Corinthi deuenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quæreret, quæ comitatum illius totum ferre potuisset, & vix inueniret, aspexit eminens domum congruentis magnitudinis, eamq[ue] sibi preparari ad hospitandum iussit. Cumq[ue] eiusdem loci incolæ dicerent in ea hinc manere, non posse, quia multis iam annis hanc diabolus inhabitaret, atque ideo vacua remansisset, vir venerabilis Darius respondit dicens: Immo ideo hospitari in domo eadem debemus, si hæc spiritus malignus inuasit, & ab ea hominum habitatione repulsi: in ea sibi igitur parari precepit, securusq[ue] illam, antiqui hostis certamina toleraturus, intrauit. Itaque intempeste noctis silentio cum vir dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus, magnisque clamoribus cepit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentium, porcorum grunitus, stridores soricium. Tunc repeatè Darius tot bestiarum vocibus excitatus surrexit, vehementer iratus & contra antiquum hostem magnis cepit vocibus clamare, dicens: Bene tibi contigit miser, tu ille es qui dixisti: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Ecce per superbiam tuam, porcis & soricibus similis factus es: & qui imitari deum indigne voluisti, ecce, ut dignus es, bestias imitaris. Ad quam eius vocem, ut ita dicam, deiectionem suam malignus spiritus erubuit. An non erubuit, qui eandem domum ad exhibenda monstrata consueverat, ulterius non intrauit? Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est, quia dum eam vnus veraciter fidelis ingressus est, ab ea protinus meadax spiritus

Equus qui Iohannem papam portauit mulierem ample ferre noluit. Iohannes papa cæcū illuminauit.

Agapitus claudū & mutum curauit.

Darius episcopus diabolum alio bolum occupauit à diabolo occupatā habitabilem fecit.



¶ Spiritus atque infidelis abcessit. Sed oportet iam ut priora taceamus, ad ea quæ diebus nostris sunt gesta, veniendum est. De Sabino Camisinae civitatis episcopo.

Caput. V.

\*al. Camisinae.

Sabinus episcopus prophetiae spiritum habuit.

Sabinus archidiaconus extingueri voluit.

Sabinus venenum bibit quo is obiit qui dari fecit.

**Q**uidam enim religiosi viri Apuliae provinciae partibus cogniti, hoc quod apud multorum notitiam longè lateque percrebuit, de Sabino Camisinae\* vr bis episcopo testari solent, quia idem vir longo iam senio oculorum lumen amiserat, ita ut omnimodo nil videret. Quem rex Gothorum Totila prophetiae habere spiritum audiens minimè credidit, sed probare studuit quod audivit. Qui cum in iisdem partibus deuenisset, hunc vir dominum ad prandium rogavit. Cumque iam ventum esset ad mensam, rex discumbere noluit, sed ad Sabini venerabilis viri dexteram sedit. Cum verò eidem patri puer ex more poculum vini præberet, rex silenter manum tetendit, calicem abstulit, eumque per se episcopo vice pueri præbuit, ut videret an spiritu providente discerneret quis ei poculum præberet. Tunc vir dei accipiens calicem, sed tamen ministrum non videns, dixit. Vivat ipsa manus. De quo verbo rex lætatus erubuit, quia quannus ipse deprehensus sit, in viro tamen dei quod quærebatur inuenit. Huius autem venerabilis viri cum ad exemplum vitæ sequentium in longam senium vita traheretur, eius archidiaconus ambitione adipiscendi episcopatus accensus, eum extingueri veneno molitus est. Qui cum vini fuforis animam corrupisset, ut mixtum vino, veneni ei poculum præberet, refectionis hora cum iam vir dei ad edendum discumberet, ei præmiis corruptus puer hoc quod ab archidiacono eius acceperat, veneni poculum obtulit. Cui statim venerabilis episcopus dixit: Bibe tu hoc quod mihi bibendum præbes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiens, maluit moriturus bibere, quia pœnas pro illa tanti homicidij culpa tolerare. Cuique sibi ad os calicem duceret, vir dominum compescuit, dicens: Nō bibas, da mihi, ego bibo, sed vade dic ei qui tibi illud dedit. Ego quidem venenum bibo, sed tu episcopus non eris. Facto igitur signo crucis venenum episcopus bibit securus. Eademque hora in loco alio in quo erat, archidiaconus eius defunctus est, ac si per os episcopi ad archidiaconi viscera illa venena transfissent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit, sed hunc in conspectu æterni iudicis venenum suæ malitiæ occidit. Petrus:

**M**ira sunt hæc, & nostris valde stupenda temporibus, sed talis eiusdem viri vita perhibetur, ut qui conversationem eius agnouerit, virtutem non debeat mirari.

De Cassio Narhiensis civitatis episcopo.

Caput. VI.

Gregorius:

Cassius episcopus spatium obsessum liberavit.

**N**equè hoc Petre fileam, quod multi nunc qui hic de Narhiensi civitate assunt, mihi sedulo testificantur. Eodem namque Gothorum tempore cum præfatus rex Totila Narhi venisset, ei vir vitæ venerabilis Cassius eiusdem vr bis episcopus occurrit. Cui quia ex conspersione semper facies rubere consueverat, hoc rex Totila non conspersione esse credidit, sed assidue potationis, eumque omnimodo despexit. Sed omnipotens deus ut quantus vir esset qui despiciebatur ostenderet, in Narhiensi campo quo rex aduenerat, malignus spiritus coram omni exercitu eius spatium inuasit, eumque vexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad venerandum virum Cassium fuisset adductus, huc ab eo vir domini oratione facta signo crucis expulit, qui in eum ingredi ulterius non præsumpsit. Sicque factum est ut rex barbarus seruum dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem despectum valde iudicavit ex facie. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga illum illa mens effera ab elationis fastu detumuit.

De Andrea Fundane civitatis episcopo. Caput. VII.

Deuoti cum mulieribus habitare non debent.

**S**ed ecce dum facta fortium virorum narro, repente ad memoriam venit quid erga Andream Fundane civitatis episcopum diuina misericordia fecerit. Quod tamè ad hoc legentibus ut valeat exopto, quatenus qui corpus suum continentiae dedicant, habitare cum foeminis non præsumant: ne ruina mentem tanto repentina surripiat: quanto ad hoc quod malè concupiscitur, etiam præsentia concupitæ formæ

famulatur. Nec res est dubia quam narro: quia penè tanti in ea testes sunt, quanti & eiusdem loci habitatores existunt. Hic namque venerabilis vir cum vitam multis plenè virtutibus duceret, seque sub sacerdotali custodia in continentiae arce custodiret, quandam sanctimoniam foeminam quam secum prius habuerat, noluit ab episcopi sui cura repellere, sed certus de sua eiusque continentia secum hanc permisit habitare. Ex qua re actum est ut antiquus hostis apud eius animum aditum tentationis exquireret. Nam cepit speciem illius oculis mentis eius imprimere: ut illectus nephanda cogitaret. Quadam verò die Iudæus quidam ex Campania partibus Romam veniens Appiæ carpebat iter, qui ad Fundanam glebam\* perveniens, cum iam diem vespescere cerneret, & quo declinare posset, minimè reperiret, iuxta Apollinis templum fuit, ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quannus fidem crucis minimè haberet, signo tamen se crucis munire corauit. Nocte autem media ipso solitudinis pauore turbatus pervigil iacebat, & repente conspiciens vidit malignorum spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam potentis\* præite, eum verò qui cæteris præerat, in eiusdem gremio loci confedisisse, qui cepit singulorum spirituum obsequentiis sibi causas actusque discutere, quatenus uniusquisque quantum nequitiae gessisset inueniret. Cuique singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent quid operati contra bonos fuissent, unus in medium profiliit, qui in Andreae episcopi animum per speciem sanctimonialis foeminæ quæ in episcopo eius habitabat, quantam tentationem carnis commouisset, aperuit. Cum vero hoc malignus qui præerat spiritus inhiante audiret, & tanto sibi factum lucrum grande crederet, quanto sanctioris viri animam ad lapsum perditionis inclinaret, ille spiritus qui hæc eadem fatebatur, adiunxit: quia usque ad hoc quoque die præterito vespertina hora eius mentem traxerit, ut in terga eiusdem sanctimonialis foeminæ blandiens alapam daret. Tunc malignus spiritus atque humani generis antiquus inimicus exhortatus hunc blandè est ut perliceret quod coepisset, quatenus ruinæ illius singularem inter cæteros palmam teneret. Cumque Iudæus qui aduenerat, hoc vigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret, ab eodem spiritu qui cunctis illic obloquentibus præerat, iussum est ut requireret quisnam esset ille qui iacere in templo eodem præsumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes & subtilius intuentes, crucis mysterio signatum viderunt, mirantesque dixerunt: Væ, væ: vas vacuum & signatum. Quibus hoc reuocantibus cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Iudæus verò qui hæc viderat, illico surrexit, atque ad episcopum sub festinatione peruenit. Quem in Ecclesia sua reperiens, seorsum tulit: quatenus tentatione vrgeretur inquisiuit. Cui confiteri episcopus tentationem suam verecundatus noluit. Cum verò ille diceret quod in illa tali dei famula pravi amoris oculos intecisset, atque adhuc episcopus negaret, adiunxit, dicens: Quare negas quod inquiretis, qui ad hoc usque vespere hesternò perductus es, ut posteriora illius alapa ferires? At quæ nimirum verba deprehensum se episcopus intuens, humiliter confessus est quod prius pertinaciter negavit. Cuius ruinæ & verecundiae idem Iudæus consulens, qualiter hoc cognouisset: vel quæ in conuentu malignorum spirituum de eo audiuisset iudicavit. Quod ille agnoscens, se ad terram protinus in orationem dedit. Moxque de suo habitaculo non solum eandem dei famulam, sed omnem quoque foeminam quæ in eius illic obsequio habitabat expulit. In eodem vero templo Apollinis, beati Andreae Apostoli repente oratorium fecit, atque omni illa tentatione carnis funditus caruit. Iudæum verò cuius visione atque increpatione saluatus est, ad æternam salutem traxit. Nam sacramentis fidei imbutum, atque aqua baptismatis emundatum, ad sanctæ Ecclesiæ gremium perduxit. Sicque factum est ut Hebræus idem dum salutem alienæ consulit, perveniret ad suam, & omnipotens deus inde alterum ad bonam vitam perduceret, vnde in bona vita alterum custodisset.

Petrus:

**R**es hæc gesta quam audiui, & metum mihi præbet, & spem.

Gregorius:

**V**tique sic oportet & de dei nos semper miseratione considerare, & de nostra infirmitate formidare. Ecce enim paradisi

\*al. Fila...

Congregatio...

L

Spiritus...

Distum...

M

Andreas...

Iudæus...

A paradisi cedrum concussam auduimus & non euulsam, quatenus infirmis nobis & de eius concussione nascatur timor, & de eius stabilitate fiducia.

De Constantio Aquinæ ciuitatis episcopo.

Caput. VIII.

**V**ir quoque venerabilis vitæ Constantius Aquinæ ciuitatis episcopus fuit, qui nuper prædecessoris mei tempore beatae memoriae Iohannis papæ defunctus est. Huic prophetiæ habuisse spiritum multi testantur: qui eum familiariter scire poterunt. Cuius inter multa hoc ferunt religiosi veracisque viri, qui præsentibus fuerunt, quod in die obitus sui cum à circumstantibus ciuibus: utpote discessurus pater tam amabilis amarissime plangeretur, cum flendo requisierunt, dicentes: Quem post te patrem habebimus? Quibus ipse pater per prophetiæ spiritum respondit, dicens: Post Constantium mulionem, post mulionem fullonem. O tu Aquina, & hos habes. Quibus prophetiæ verbis editis, vitæ spiritali exhalauit extremum. Quo defuncto eius Ecclesiæ pastoralis suscepit curam Andreas diaconus illius: qui quodam in stabulis itinerum, cursum seruauerat equorum. Atque hoc ex hac vita subducto, ad episcopatus ordinem Iouinus accessit, qui in eadem ciuitate fullo fuerat. Quo adhuc superstitite ita cuncti inhabitatores ciuitatis illius & barbarorum gladiis & pestilentie immanitate vastati sunt, ut post mortem illius nec quis episcopus fieret, nec quibus fieret inueniri potuisset. Sic itaque cõpleta est viri dei sententia: quatenus post decessum duorum se sequentium eius Ecclesiæ pastorem minimè haberet.

De Frigidiano Lunensis ciuitatis episcopo.

Caput. IX.

**S**ed neque hoc sileam quod narrante viro venerabili Venantio Lunensi episcopo me ante biduum contigit agnouisse. Lucanæ namque Ecclesiæ sibi met propinquæ, fuisse miræ virtutis virum Frigidianum nomine narrauit episcopum, cuius hoc opinatissimum à cunctis illic habitantibus testatur memorari miraculum, quod Anseris \* fluuius qui iuxta illius vrbeis muros insuebat, lepe inundatione facta cursus suum alueum egressus, per agros distundi consueuerat, & quæcunque sata & plantata repererat euertebat. Cumque hoc crebro fieret, & magna eiusdem loci incolas necessitas urgeret: dato studio operam eum per loca alia deriuare conati sunt. Sed quannis diuisus laboratum fuisset, à proprio alueo deflecti non potuit. Tunc vir domini Frigidianus rastrum sibi paruum fecit, ad alueum fluminis accessit, & solus orationi incubuit: atque eidem flumini præcipiens ut sequeretur, per loca quæque ei visa sunt, rastrum per terram traxit. Quem relicto alueo proprio tota fluminis aqua secuta est: ita ut funditus locum consueti cursus desereret, & ibi sibi alueum ubi tracto per terram rastro vir domini signum fecerat, vendicaret: & quæque essent alimentis hominum profutura sata vel plantata ultra non læderet.

De Sabino episcopo Placentino. Caput. X.

**H**uius quoque venerabilis viri Venantii episcopi aliud miraculum relatione cognoui, quod in Placentina vrbe perhibet gestum, quod vir quoque dei veracissimus Iohannes in hac modo Romana ciuitate locum præfectorem seruans, qui in eadem Placentina vrbe est ortus & nutritus, ita ut episcopus memorat, quia gestum fuerit attestatur. In ea namque ciuitate Sabium nomine fuisse asserunt miræ virtutis episcopum. Cui dum die quadam suus diaconus nunciasset quod curius sui Padus alueum egressus Ecclesiæ agris occupasset, totaque illic loca nutriendis seminibus profutura, aqua eiusdem fluminis teneret, venerabilis vitæ Sabinus episcopus respondit, dicens: Vade, & dic ei: Mandat tibi episcopus ut te compescas, & ad proprium alueum redeas. Quod diaconus eius audiens, despexit & irrisit. Tunc vir dei accessit notario dictauit, dicens: Sabinus domini Iesu Christi seruus commonitorium Pado: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi domini nostri, ut de alueo tuo in locis istis ulterius non ex eas, nec terras Ecclesiæ lædere præsumas. Atque eidem notario subiungit, dicens: Vade hoc scribe, & in aquam eiusdem fluminis proiice. Quo factò sancti viri præceptum suscipiens, statim se à terris Ecclesiæ fluminis aqua compescuit, atque ad

propriam alueum reuersa, exire ulterius in loca eadem non præsumpsit. Qua in re Petre quid aliud quam inobedientium hominum duritia confunditur, quando in virtute Iesu, & elementum irrationabile sancti viri præceptis obediuit?

De Cerbonio Populonij episcopo. Caput. XI.

**V**ir quoque vitæ venerabilis Cerbonius Populonij episcopus magnam diebus nostris sanctitatis suæ probationem dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus: die quadam transeuntes milites hospitio suscepit: quos Gothi superuenientibus abscondit, eorumque vitam ab illorum nequitia abscondendo seruauit. Quod dum Gothorum regi per hido Totilæ nunciatum fuisset, crudelitatis immanissima: vesania succensus, hunc ad locum qui octauo hulus vrbeis miliario Merulis \* dicitur: ubi tunc ipse cum exercitu sedebat, iussit deduci: eumque in spectaculo populij vrbeis ad deuorandum proiici. Cumque idem rex perfidus in ipso quoque spectaculo consedisset ad inspiciendam mortem episcopi, magna populi turba confluxit. Tunc episcopus deductus in medium est, atque ad eius mortem immanissimus vrbeis exquisitus, qui dum humana membra crudeliter carperet læui regis animum satiare. Dimissus itaque vrbeis ex cauea est, qui accensus & concitus episcopum petiit, sed subito suæ ferocitatis oblitus, deflexa ceruice, submissoque humiliter capite, lambere episcopi pedes cepit, ut patenter omnibus daretur intelligi, quia erga illum illum dei & ferina corda essent hominum, & quasi humana bestiarum. Tunc populus qui ad spectaculum venerat mortis, magno clamore verus est in admirationem venerationis. Tunc ad eius reuerentiam colendam rex ipse permotus est. Quippe cum quo superno iudicio actum erat, ut qui deum sequi prius in custodienda vita episcopio noluit, saltem ad mansuetudinem bestiam sequeretur. Cui rei hi qui tunc præsentibus fuerunt, adhuc nonnulli supersunt, eamque cum omni illic populo se vidisse testantur. De quo etiam viro aliud quoque miraculum Venantio Lunensi episcopo narrante cognoui. In ea namque Populonij Ecclesiæ cui præerat, sepulchrum sibi præparauit. Sed cum Longobardorum gens in Italiam veniens cuncta vastasset, ad Helbam insulam recessit. Qui ingruente egritudine ad mortem veniens, clericis suis sibi obsequentibus præcepit, dicens: In sepulchro meo quod mihi præparauit Populonij me ponite. Cui illi cum dicerent: Corpus tuum illuc qualiter reducere possumus, qui à Longobardis teneri loca eadem, & ubique eos illic discurrere scimus? Ipse respondit: Reducite me securi, nolite metuere, sed festine sepelire me curate: mox que ut sepultum fuerit corpus meum, ex eodem loco sub omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt naui. Cumque Populonium tenderent, collectis in aere nubibus immensa nimis pluuia erupit. Sed ut patesceret omnibus cuius viri corpus naui illa portaret, per illud maris spatium quod ab Helba insula vsque Populonium. xij. millibus distat: circa vtraque naui latera procellosa valde pluuia descendit, & in nauem eandem vna pluuia gutta non cecidit. Peruenierunt itaque ad locum clerici, & sepulture tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius præcepta seruantes, ad nauem sub festinatione reuersi sunt. Quam mox ut intrare potuerunt, in eundem locum ubi vir domini sepultus fuerat, Longobardorum dux crudelissimus Gummar \* aduenit. Ex cuius aduentu virum dei habuisse spiritum prophetiæ claruit, quia ministros suos à sepulture suæ loco sub festinatione discedere præcepit.

De Fulgentio Vtriculo episcopo.

Caput. XII. Gregorius:

**H**oc verò quod de diuisa pluuia factum narraui miraculum, etiam in alterius episcopi veneratione monstratum est. Nam quidam clericus senex, qui adhuc superest, eidem rei prælo se fuisse testatur dicens: Fulgentius episcopus qui vtriculoensi Ecclesiæ præerat, regem crudelissimum Totilam insensum omnimodo habebat. Cuique ad eandem partem cum exercitu propinquasset, curæ fuit episcopo per clericos suos xenia ei transmittere, eiusque furoris inflammationem si posset muneribus mitigare. Quæ ille ut vidit, protinus spreuit, atque iratus suis hominibus iussit, ut eundem episcopum sub omni asperitate constringerent, eumque eius

\* al. Mero-

lis. Totila rex Cerbonij vrbeis dilaniandum exposuit. Vrbeis pedes episcopi læbebat. E

In nauim nõ pluit in qua corpus Cerbonij uehebatur. F

Gummar Longobardorum dux. \* al. Gummarit.

Fulgentius episcopus regi Totilæ xenia misit.

examine



Examina seruant. Quem dum feroces Gothi, ministri scilicet crudelitatis illius, tenuissent, circūdantes eum vno in loco stare præceperunt, eique in terra circulum designauerūt, extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir dei in sole nimio æstuarer, ab eisdem Gothis circumdatus, & designatione circuli inclusus, repente conuulsiones & tonitrua, & tanta vis pluuiæ erupit, vt hi qui eum custodiendum acceperant, immensitatem pluuiæ ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eandem designationem circuli in qua vir domini Fulgentius stetit, ne vna quidē pluuiæ gutta descendit. Quod dum regi crudelissimo nuntiatum esset, illa mens effera ad magnam eius reuerentiam versa est, cuius poenā prius insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens deus contra elatas carnalium mentes potentis suæ miracula per despectos operatur: vt qui superbe contra præcepta veritatis se eleuant, eorum ceruicem veritas per humiles premat.

Intra circulum Fulgentij non pluit.

De Herculano Perusino episcopo. Caput. XIII.

Nuper quoque Floridus venerabilis vir vitæ episcopus narrauit quoddam memorabile valde miraculum, dicens: Vir sanctissimus Herculanus nutritor meus, Perusina ciuitatis episcopus fuit, ex conuersatione monasterij ad sacerdotalis ordinis gratiam deductus. Totila autem perfidi regis temporibus eandem urbem annis. vij. continnis Gothorum exercitus obsedit, ex qua multi ciuim fugerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero vij. nondum finito obsessam urbem Gothorum exercitus intrauit. Tunc comes qui eidem exercitui præerat, ad regem Totilam nuncios misit, exquirens quid de episcopo vel populo fieri iuberet. Cui ille præcepit, dicens: Episcopo prius à vertice capitis vsque ad calcaneum, corrigiam tolle, & tunc caput eius amputa: omnem verò populum qui illic inuentus est, gladio extingue. Tunc idem comes venerabilem virum Herculanium episcopum super vrbis murum deductum, capite truncauit: eiusque cutem iam mortui à vertice vsque ad calcaneum incidit, vt ex eius corpore corrigia sublata videretur. Moxque corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi, abscissum caput ceruici apponentes, cū vno paruulo infante qui illic extinctus inuentus est iuxta murum, corpus episcopi sepulturæ tradiderunt. Cumque post eandem cædem die. xl. rex Totila iussisset, vt ciues vrbis illius qui quolibet dispersi essent, ad eam sine aliqua trepidatione remearent, hi qui prius fame fugerant, viuendi licentia accepta reuersi sunt. Sed cuius vitæ eorum episcopus fuerat memores, vbi sepultū esset corpus illius quaerierunt, vt hoc iuxta honorem debitum in Ecclesia beati Petri Apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulchrum, effossa terra inuenerunt corpus pueri pariter humati, vt pote iam die. xl. tabe corruptum & vermibus plenum, corpus vero episcopi, acsi die eodem esset sepultum. Et quod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita caput eius vnium fuerat corpori, acsi nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet vt nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc & in terga verterent, exquirentes si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atque intemeratum omne corpus inuentum est ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

Crudele delictum in Herculano episcopo.

Herculani caput corpori post mortē miraculose reunitum.

Gregoria sanctimonialis effecta.

Petrus: Vis non obstupescat talia signa mortuorum quæ sunt pro exercitatione viuientium?

De Isaac seruo dei. Caput. XIII.

Gregorius:

Prioribus quoque Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam urbem vir vitæ venerabilis Isaac nomine, qui vsque ad extrema penè Gothorum tempora peruenit, quem nostrorum multi nouerūt, & maxime sacra virgo Gregoria, quæ nunc in hac Romana vrbe iuxta Ecclesiam beatæ Mariæ semper virginis inhabitat. Quæ dum adolescētia suæ tempore constitutis iam nuptiis in Ecclesiam fugisset, & sanctimonialis vitæ conuersationem quaereret, ab eodem viro defensa, atque ad eum quem desiderabat habitum domino protegente perducta est. Quæ quia sponsum fugit in terra, habere sponsum mernit in celo. Multa autem de eodem viro narrante venerabili patre Eleutherio agnoui, qui & hunc familiariter nouerat, & eius verbis vita fidem præbebat. Hic

Itaque venerabilis Isaac ortus ex Italia non fuit, sed ea illius narro miracula quæ conuersatus in Italia fecit. Cū primū de Syria partibus ad Spoletanam urbem venisset, ingressus Ecclesiam à custodibus petiit, vt sibi quantum vellet licentia concederetur orandi, eumque horis secretioribus egredi non vrgerent. Qui mox ad orandum stetit, diemque totum peregit in oratione, cui sequētem continuauit & noctem. Secundo etiam die cum nocte subsequenti indefessus in precibus persistit, diem quoque tertium in oratione coniunxit. Cunque hoc vnus ex custodibus superbie spiritu inflatus cerneret: vnde proficere debuit, inde ad defectus damna peruenit. Nam hunc simulatorē dicere, & verbo rustico coepit impostorem clamare, qui se tribus diebus & noctibus orare ante oculos hominum demonstraret. Qui protinus currens virum dei alapa percussit, vt quasi religiosæ vitæ simulator esset, de Ecclesia cum contumelia exiret. Sed hunc repente victor spiritus inuasit, & ad viri dei vestigia strauit, ac post illud clamare coepit: Isaac me eiicit, Isaac me eiicit. Vir quippe peregrin⁹ quo ceteretur nomine nesciebatur, sed eius nomē ille spirit⁹ prodidit, qui se ab illo posse eiici clamauit. Mox autē super vexati corpus vir dei incubuit, & malignus spiritus qui eum inuaserat abcessit. In tota vrbe tunc statim quod in Ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri & foeminae nobiles atque ignobiles pariter coeperūt, certatimque eum in suis rapere domibus conabantur. Alij ad construendum monasterium prædia, alij pecunias, alij subsidia quæque poterant offerre viro dei suppliciter volebant. Sed seruus omnipotentis domini horum nihil accipiens, egressus urbem non longē de fertum locum reperit, ibique sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergunt, exemplo illius æternæ vitæ accendi desiderio coeperunt, atque sub eius magisterio in omnipotentis se domini seruitium dederunt. Cūque ei crebro discipuli humiliter imminerent: vt pro vsu monasterij possessiones quæ offerebantur acciperet, ille sollicitus suæ paupertatis cultos fortem sententiam tenebat, dicens: Monachus qui in terra possessiones quaerit, monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis securitatem perdere, sicut auari diuites solēt perituras diuitias custodire. Ibi itaque prophetia spiritu, magnisque miraculis cunctis longē latèq; habitantibus vita eius inclaruit. Nam die quadam ad vespertinū in horto monasterij fecit iactari ferramenta, quæ vsitato nos nomine, vangas vocamus. Dixit itaque discipulis suis: Tot vangas in horto proficite, & citius redite. Noctē verò eadem dum ex more cū fratribus ad exhibendas laudes domino surrexisset, præcepit, dicens: Ite & operariis nostris pulmentum coquite, vt mane primo paratum sit. Facto autem mane, fecit deferri pulmentum quod parari iusserat, atque hortum cum fratribus ingressus, quot vangas iactari præceperat, tot in eo laborantes operarios inuenit. Ingressi quippe fures fuerant, sed mutata mente per spiritum apprehenderūt vangas quas inuenerunt, & ab ea hora qua ingressi sunt quousque vir domini ad eos veniret, cuncta horti illius spatia quæ inculta fuerant, coluerunt. Quibus vir domini mox vt ingressus est, ait: Gaudete fratres, multum laborastis, iam quiete cite. Quibus illi eo alimenta quæ detulerat, præbuit: eosque post tanti laboris fatigationem refecit. Sufficiens autem refectis, ait: Nolite malum facere, quotiens de horto aliquid vultis, ad horti aditum venite: tranquille petite, cum benedictione percipite, & à furti prauitate cessate. Quos statim collectis oleis onustari fecit. Actumque est vt qui ad hortum nocituri venerant, cum laboris sui præmio, & repleti ab eo, & innocui redirent.

Alio quoque tempore accesserunt ad eum peregrini quidam misericordiam postulantes, scissis vestimentis, pannis obsiti, ita vt penè nudi viderentur. Cumque ab eo vestimenta peterent, eorum verba vir domini tacitus audiuit, qui vnum ex discipulis suis protinus silenter vocauit, eique præcipit, dicens: Vade atque in illa silua in loco tali cauam arborem require: & vestimenta quæ in ea inueneris, defer. Cumque discipulus abiisset, arbore sicut iussus fuerat requisit, vestimenta reperit, & latenter detulit magistro. Quæ vir dei suscipiens, peregrinis nudis atque potentibus ostendit, & præbuit, dicens: Venite, quia nudi estis: ecce tollite, & vestite vos. Hæc illi intuentes recognouerunt quæ

Isaac tr...

Isaac...

L

Fures...

Isaac...



**A** qua posuerant, magnosq; pudore consternati sunt, & qui fraudulenter vestimenta querebant aliena, confusi receperunt sua. Lio quoque tempore quidam se eius orationibus commendans, sportas duas plenas alimentis ei per puerum transmisit, quarum vnam idem puer surripuit, atque in sinu abscondit: vnam vero ad dei hominem detulit, & petitionem illius qui se ei per xenium commendauerat enarrauit. Quam vir domini benigne suscipiens eundem puerum admonuit, dicens: Gratias agimus, sed vide sportam quam in itinere posuisti, ne incaute tangere praesumas, quia in eam serpens ingressus est. Esto ergo sollicitus ne si tollere incaute volueris, a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde confusus, exultauit quidem quod euaserit mortem, sed tristis ad modicum factus est, quia quamuis salubrem poenam euaserit, tamen a sollicitate attendit, sed eam iam sicut vir dei praedixerat, serpens tenebat. Hic itaque cum virtute abstinentiae, contentu rerum transeuntium, prophetiae spiritu, orationis intentione esset incomparabiliter praeditus, vnum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quia nonnunquam tanta ei laetitia inerat, vt illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur.

Petrus:

**Q**uidnam quae te, quidnam hoc esse dicimus? sponte sibi laetitiae frenata laxabat, an tot virtutibus polens, aliquando ad praesens gaudium etiam renitens eius animus trahebatur? Gregorius:

**M**agna est Petre omnipotentis dei dispensatio: & plerumque contingit vt quibus maiora bona praestiat: quaedam minora non tribuat, vt semper eorum animus habeat vnde se ipse reprehendat, quatenus dum appetit perfecti esse, nec possunt: & laborat in hoc quod non ceperunt, nec tamen elaborando praualent, in his quae accepta habent, se minime extollant: sed discant quia ex semetipsis maiora bona non habent, qui in semetipsis vincere parua vitia atque extrema non possunt. Hinc est enim quod perducto dominus ad terram repromissionis populo, cunctos fortes atque praepotentes aduersarios eius extinguens, Philistaeos atque Chananeos diutius reseruauit, vt sicut scriptum est: In eis experiretur Israel: quia nonnunquam, vt dictum est, eis etiam quibus magna dona tribuit, parua quaedam reprehensibilia relinquit: vt semper habeant contra quod bellum gerant & deuictis magnis hostibus mentem non erigant: quando eos adhuc aduersarii etiam minimi fatigant. Fit itaque vt miro modo vna eademque mens & virtute polleat, & ex infirmitate lassescat, quatenus & ex parte constructa sit, & ex parte se conspiciat esse destructam, vt per bonum quod quaerit, & habere non valet: illud seruet humiliter quod habet. sed quid mirum quod hoc de homine dicimus, quando illa superba regio in cinibus suis ex parte damna pertulit, & ex parte fortiter stetit vt electi angelorum spiritus, dum alios per superbiam fecerunt conspicere, ipsi tanto robustius, quanto humiliter starent? Illi ergo regionis suae etiam detrimenta profecerunt, quae ad aeternitatis statum ex parte suae destructionis est solidius instructa. Sic ergo & in vnaquaque anima agitur, vt in humilitatis custodiam aliquando ad lucra maxima ex minimo damno seruetur.

Petrus:

Placet quod dicis:

De Euthicio & Florentio seruis dei.

Caput. XV. Gregorius:

**N**eque hoc sileam quod ex regione eadem venerabilis viri Sanctuli presbyteri narratione cognoui, de cuius verbis ipse non dubitas, quia eius vitam fidemque minime ignoras.

**E**odem quoque tempore in Nursinae partibus provinciae duo viri in vita atque habitu sanctae conuersationis habitabant: quorum vnus Euthicius, alter vero Florentius dicebatur: sed idem Euthicius in spiritali zelo adque in seruuore virtutis se exercuerat: multorumque animas ad deum perducere exhortando satagebat. Florentius vero simplicitati atque orationi deditam ducebat vitam. Non longe autem erat monasterium quod rectoris sui morte erat destitutum: ex quo sibi monachi eundem Euthicius praesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescens, multis annis monasterium rexit, discipulorumque animas in studio sanctae

Euthicius monasterium rexit.

conuersationis exercuit. Ac ne oratorium in quo prius habitauerat, solum remanere potuisset, illic venerabilem virum Florentium reliquit. In quo dum solus habitaret, die quadam sese in orationem dedit, atque ab omnipotenti domino petiit, vt ei illic ad habitandum aliquod solatium donare dignaretur. Qui mox vt impleuit orationem, oratorium egressus, ante fores vrsium reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret, nihilque feritatis in suis motibus demonstraret, aperte dabat intelligi quod ad viri dei obsequium venisset, quod vir quoque domini protinus agnouit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinque pecudes remanserant quibus omnino deerat qui pasceret & custodiret, eidem vrsio praecipit, dicens: Vade, atque oves has ad pastum elice, ad horam vero sextam reuertere. Caeperit itaque hoc indefinenter agere. Iniungebatur vero cura pastoralis, & quas maducare cosueuerat, pascebat oves bestia ieiuna. Cum vir domini ieiunare volebat ad nonam, praecipiebat vrsio eadem hora cum ouibus venire, cum vero noluisse, ad sextam. In omnibus itaque mandatis viri dei obtemperabat vrsus, vt neque ad sextam iussus redire veniret ad nonam, neque ad nonam iussus redire veniret ad sextam. Cumque diu hoc ageretur, caepit in loco eodem tantae virtutis fama longe lateque crebrescere. Sed quia antiquus hostis vnde bonos cernit enitescere ad gloriam, inde peruersos per inuidiam rapit ad poenam: quatuor viri ex discipulis venerabilis Euthicii vehementer inuidentes quod eorum magister signa non faceret, & is qui solus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus appareret, eundem vrsium insidiantes occiderunt. Cumque hora qua iussus fuerat non rediret, vir dei Florentius suspectus est redditus, & vsque ad horam vespere expectans, affligi caepit quod is quem ex simplicitate multa fratrem vocare cosueuerat, vrsium minimè reuerteretur. Die vero altera perrexit ad agrum, vrsium pariter ouisque quaesiturus, quem occisum reperit. Sed sollicitè inquirens, citius a quibus fuerat occisus inuenit. Tunc sese in lamentum dedit, fratrum malitiam magis quam vrsi mortem deplorans. Quem venerandus vir Euthicius ad se deductum consolari studuit, sed idem vir domini coram eo doloris magni stimulis accensus, imprecatus est, dicens: Spero in omnipotenti deo, quia in hac vita ante oculos omnium ex sua malitia vindictam recipiant, qui nihil se laedentem, vrsium meum occiderunt. Cuius vocem protinus vrsio diuina secuta est. Nam quatuor monachi qui eundem vrsium occiderant, statim elephantino morbo percussi sunt, vt membris putrescentibus interirent. Quod factum vir dei Florentius vehementer expauiit, seque ita fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim vitae suae tempore flebat, quia exauditus fuerat, se crudelem, se in eorum morte clamauit homicidam. Quod idcirco omnipotentem dominum fecisse credimus: ne vir mirae simplicitatis quantolibet dolore commotus, intorquere vltra praesumeret iaculum maledictionis.

Petrus:

**N**uquidnam valde graue esse credimus, si fortasse cullibet exagitante iracundia maledicamus. Gregorius:

**D**e hoc peccato cur me percūctaris an graue sit, cum Paulus dicat: Neque maledici regnum dei possidebunt? Pensa itaque quam grauis culpa est quae separatur a regno caelestis vitae.

Petrus:

**Q**uid si homo non fortasse ex malitia, sed ex linguae incuria maledictionis verbum iaculatur in proximum? Gregorius:

**S**apud districtum iudicem Petre otiosus sermo reprehenditur, quanto magis & noxius? Pensa ergo quantum sit damnabilis qui a malitia non vacat, si & ille sermo poenalis est, qui a bonitate vtilitatis vacat.

Petrus:

Assentio. Gregorius:

**I**dem vir dei egit aliud, quod silere non debeo. Cum enim magna eius opinio longe lateque crebresceret, quidam diaconus longe positus ad eum pergere studuit, vt eius se orationibus commendaret. Qui ad eius cellulam veniens, omnem locum per circuitum inuenit innumeris serpentibus plenum. Cumque vehementer expauiisset, clamauit dicens: Serue dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus vero Florentius, ad caelum oculos & palmas tetendit, vt illam pestem sicut sciret dominus auferret. Ad cuius vocem, subito caelum intonuit, atque idem tonitrus omnes illos qui eundem locum occupauerat.

Vrsus pastor ouium effectus est

Diabolus bonis inuidos subornat.

Euthicius vrsum fratrem uocabat.

Elephantinus morbus.

1. Cor. 6.

Florentius orando serpentes expulit.

Isaac in spiritu furtu uidit.

Iudic. 3.

Dana parua quandoque magni lucri causa fiunt.

**G** occupauerant serpentes Interemit. Quos cum vir dei Florentius interemptos aspiceret, dixit: Ecce illos occidisti domine, quis eos hinc leuabit? Moxque ad eius vocem tanta aues venorunt quanti serpentes occisi fuerant, quae asportantes singulos, & longius proicientes: locum habitationis illius mundam a serpentibus omnimodo reddiderunt. Petrus:

**Q**uid virtutis, quid fuisse meriti dicimus, quod eius oritantum factus est deus proximus? Gregorius:

**A** pud omnipotentis dei singularem munditiam, atque eius simplicem naturam multum Petre humani cordis munditia atque simplicitas valet. Hoc ipsum namque quod eius famuli a terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciunt, & mentem per verba spargere, atque inquinare deuitant, authoris sui praeter ceteris exauditionem impetrant. Cui in quantum est possibile, ipsa puritate ac simplicitate cogitationis, quasi ex quadam iam similitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter otiosa, nonnunquam vero etiam, quod est grauius, noxia loquimur, os nostrum omnipotenti deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multum quippe deorsum du-

Otiosa non sunt loquenda.

Esa. 6.

Ibidem.

cimur, dum locutione continua secularibus admiscemur. Quod bene Elaias postquam regem dominum exercituum vidit, in semetipso reprehendit, & poenituit, dicens: Vae mihi, quia tunc cui: quia vir pollutus labiis ego sum. Qui cur polluta labia haberet, ostendit, cum subiunxit: In medio populi polluta labia habentis ego habito. Pollutionem namque labiorum habere se doluit, sed unde hanc contraxerit indicauit, cum in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valde enim difficile est ut lingua secularium mentem non inquinat quam tangit: quia dum praerunquam eis ad quaedam loquenda condescendimus, paulisper assueti, hanc ipsam locutionem quae nobis indigna est, etiam delectabiliter tenemus, ut ex ea iam redire non libeat, ad quam velut ex condescensione deducti venimus inuisti. Sicque fit ut ab otiosis ad noxia, a leuioribus ad grauiora verba veniamus, & os nostrum ab omnipotenti domino tanto iam minus exaudiatur in prece, quanto amplius inquinamur stulta locutione, quia sicut scriptum est: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quid ergo mirum, si postulantes tarde a domino audimur, qui praecipientem dominum, aut tarde, aut nullo modo audimus? Et quid mirum, si Florentius in prece sua citius est auditus, qui in praecipitis suis dominum citius audiuit?

Prouer. 28.

Petrus:

**N**ihil est quod responderi valeat apertae rationi. Gregorius:

Euthicii tunicica elata, aut pluuiam, aut solem adducebat.

**E**uthicus vero qui praedicti Florentij in via domini socius fuerat, magnus post mortem claruit in virtute signorum. Nam cum multa ciues vrbs illius de eo soleant narrare miracula, illud tamen est praecipuum quod vsque ad haec Longobardorum tempora omnipotens deus per vestimentum illius assidue dignabatur operari. Nam quotiens pluuiam deerat, & est nimio terra longa siccitas exurebat, collecti in vnum ciues vrbs illius: eius tunicam lauare, atque in conspectu domini cum precibus offerre consueuerant. Cum qua dum per agros pergerent exorantes repente pluuiam tribuebatur, quae plene terram satiare potuisset. Ex qua re patuit, eius anima quid virtutis intus, quid meriti haberet, cuius foris ostensa vestis iram conditoris auerteret.

De Marcio monacho de monte Marfisco.

Caput. XVI.

\* al. Martini.  
\* al. ex petra eadem concaua, in qua sibi met ipse.  
Marcii miraculum.  
\* al. Martino, & sic deinceps.

**N**uper quoque in parte Campaniae vir valde venerabilis Marcus nomine in monte Marfisco solitariam vitam duxit, multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit, quem multi ex nostris nouerunt, eiusque actibus praesentes extiterunt. De quo multa ipse & beatae memoriae papa Pelagio praedecessore meo, & aliis religiosissimis viris narrantibus agnouit. Cuius hoc miraculum primum fuit, quod mox ut se in praedicti montis foramine contulit, ex petra eadem quae in semetipsa concaua \* angustum specum fecerat, aqua illa prorupit: quae Marcio \* dei famulo in vsu quotidiano sufficeret, & nec plus adesset, nec necessitati desisset. Quae in re ostendit omnipotens deus quantum sui famuli curam gereret, cui vetusto miraculo potum in solitudine ex petrae duritia ministraret. Sed antiquus hostis humani ge-

neris inimicus, eius virtutibus inuidens, hunc vsitata arte pelere ex eo specu molitus est. Nam amicam sibi bestiam, serpentem scilicet, ingressus, hunc ab eadem habitatione elicere facto terrore conatus est. Coepit etenim serpens in speluncam venire solus cum solo, coque orante se ante illum sternere, & cum cubante pariter cubare. Sed vir sanctus omnino imperterritus eius ori manum vel pedem extendebat, dicens: Si licentiam accepisti ut ferias, ego non prohibeo. Cumque hoc continuè per triennium gereretur, die quadam antiquus hostis tanta hac eius fortitudine victus infremuit, seque per deuexum montis latus in praecipitium serpens dedit, omniaque arbuta loci illius flamma ex se exeunte concremavit. Qui in eo quod montis latus omne cobussit, cogente omnipotente deo monstrare compellus est, quantae virtutis fuerat, qui victus abscedebat. Perpende quae lo, iste vir domini in quo motis vertice stetit, qui cum serpente per triennium iacuit securus.

Auditu pauco.

Gregorius:

**V**ir iste venerabilis inclusionis suae tempore primo decreuerat, ut ultra mulierem non videret, non quia aspernabatur sexum, sed ex contemplatione speciei, tentationis incurrere metuebat vitium. Quod quaedam mulier audiens, audacter ascendit montem, atque ad eius specum impudenter prorupit. At ille paulò longius intuens, & venientis ad se muliebria indumenta conspiciens, sese in orationem dedit, in terram faciem depressit, & eoque prostratus iacuit, quo impudens mulier a fenestra cellulae illius fatigata recederet. Quae die eodem mox ut de monte descendit, vitam finiuit: ut ex mortis eius sententia daretur intelligi, quia valde omnipotenti deo displicuit, quod eius famulum ausu improbo contristauit.

**A**lio quoque tempore dum multi ad hunc religiosam deuotione concurrerent, atque arcta esset semita quae in deuexo montis latere, ad eius cellulam properantes ducebat, puer parvulus incaute gradus, ex eodem monte cecidit, & vsque ad vallem corruit: quae sub mote eodem sita, quasi in profundo conspicitur. In loco quippe eodem tanta mons ipse altitudine excreuit, ut arbuta ingentia quae ex eadem valle prodeunt, ex monte aspicientibus quasi fruteta esse videantur. Perturbati itaque sunt cuncti qui veniebant, summaque cura quaesitum est sicubi corpus elapsi pueri potuisset inueniri. Quis enim aliud nisi extinctum crederet quis vel corpus ad terram integrum peruenisse suspicaretur, dum interpositis vbi que scopulis in partes discerpi potuisset? Sed requisitus puer in valle inuentus est, non solum viuus: sed etiam incolumis. Tunc cunctis patenter innotuit, quod ideo laedi non potuit: quia hunc in casu suo Marcij oratio portauit. In specu vero illius magna desuper rupes eminebat, quae cum ex parte exigua moti videretur affixa, Marcij cellae prominens casum suum quotidie, & illius interitum ruitura minabatur. Ad hunc Malsatus illustis vir armentarij nepos cum magna rusticorum multitudine veniens, precabatur ut vir dei de specu eodem dignaretur exire, quatenus ipse ruituram rupem ex mote potuisset euellere, atque in specu suo dei famulus iam securus habitaret. Cuiusque hoc vir dei nequaquam acquiesceret ei, quod posset ut faceret praecipit, & ipse in cella suae remotiori se parte contulit: si tam ingens moles rueret, dubium non erat quod simul & specum destrueret, & Marcij necaret. Itaque dum ea quae venerat multitudo conaretur, si posset sine periculo viri dei ingens illud quod desuper incuberat saxum leuare, cunctis videntibus repetere res valde admirabilis contigit, quia moles ipsa quam conabantur euellere, subito ab eisdem laborantibus euulsa, ne speluncae Marcij tectum tangeret, saltum dedit, & quasi serui dei lationem fugiens, longius cecidit. Quod ad iussu omnipotentis dei angelico ministerio actum intelligit, qui diuina prouidentia disponi omnia fideliter credit. Hic cum primum se in eodem montem contulit: necdum clauso specu habitans, catena sibi ferrea pedem ligauit, eamque saxo ex parte altera affixit, ne ei ultra liceret progredi, quam catena eiusdem quantitas tendebatur. Quod vir vite venerabilis Benedictus audiens, cuius superius memoriam feci, ei per discipulum suum mandare curauit: Si seruus dei es, non teneat te catena ferri, sed catena Christi. Ad quam vocem Marcus protinus eundem compe-

K  
Diabolus in specu serpenti Marcus molestus. Triennium peractis suis motus est.

Marcus in specu mulierem vidit.


L

Puer lapsus in profunda reperit incolumis.

M

Rupes lapsa per saltum miraculo sum lationem euulsa.

Benedictus Marcum catena ferrea.



**A**d soluit, sed nunquam postmodum solutum tetedit pedem ultra locum qui hunc tenere ligatum consueverat, atque in tanto se spatio sine catena coercuit, in quanto & antea ligatus mansit. Qui dum se postmodum in eiusdem loci specu conclusisset: cepit etiam discipulos habere, qui ab eius specu seorsum habitantes, ad usum vitæ aquam de puteo haurire conueuerant, sed funis in quo ad hauriendum aquam situla dependebat, crebris rumpebatur. Vnde factum est, ut eandem catenam quam ex pede suo vir domini soluerat, eius discipuli peterent, eamque funi adiungerent, atque in illam situlam ligarent. Ex quo iam tempore contigit, ut idem funis & quotidie tingeretur aqua, & nunquam ruperetur. Quia enim catenam viri dei funis ille contigit, ipse quoque ad tolerandam aquam ferri in se fortitudinem traxit.

Benedicti funis ex catena eius contactu in ferrum solidatur.

Petrus: Facta hæc placeant, quia mira: & multum, quia recentia.

De monacho ex monte argentario, qui mortuum suscitauit.

Caput. XVII. Gregorius:

**N**ostis modo temporibus quidam vir Quadragesimus nomine, Buxentinae Ecclesie subdiaconus fuit, qui ouium suarum gregem pascere in eiusdem Aureliae partibus solebat. Cuius valde veracis viri narratione res mira innotuit, quæ secretò fuerat gesta. Is namque ut prædiximus, dum gregis sui in Aurelia curam gereret, in diebus eiusdem vir fuit à monte qui Argentarius vocatur, venerabilis vitæ: qui habitum monachi quem prætendebat specie, moribus explebat. Hic itaque ad Ecclesiam beati Petri Apostolorum principis, ab eodem monte Argentario annis singulis venire consuevit, et eodem monte Argentario annis singulis venire consuevit, et eodem monte Argentario annis singulis venire consuevit.

Quadragesimus subdiaconus.

non longè ab Ecclesia aberat, intrasset: cuiusdam pauperule mulieris maritus iuxta defunctus est: quem ex more lotum, vestimentis indutum, & sabano constrictum superueniente vesperæ sepelire nequiverunt. Igitur iuxta defuncti corpus viduata mulier sedit: quæ in magnis fletibus noctem ducens, continuo lamentorum vocibus satisfaciebat dolori. Cumque hoc diutius fieret, & flere nullo modo cessaret, vir dei qui receptus hospitio fuerat, Quadragesimo subdiacono compunctus ait: Dolori huius mulieris anima mea compatitur, rogo surge, & oremus. Perrexerunt igitur utriusque ad vicinam Ecclesiam, seseque pariter in orationem dederunt. Cumque diu orassent, complere orationem Quadragesimo subdiaconum seruus dei petiit. Qua completa ab altaris crepidine puluerem collegit, atque cum eodem Quadragesimo ad defuncti corpus accessit, seseque ibidem in orationem dedit. Cumque diutius orasset, iam non sicut prius fecerat, orationem complere per subdiaconum voluit, sed ipse benedictionem dedit: statimque surrexit. Et quia manu dextera collectum puluerem gestabat, sinistra pallium quo facies defuncti velabatur, abstulit. Quod cum mulier fieri cerneret, contradicere vehementer cepit, & mirari quid vellet facere. Ablato itaque pallio, diu eo quæ collegerat puluere defuncti faciem fricauit. Qui cum diutius fricaretur, recepit animam, oscitauit, oculos aperuit, seseque eleuans resedit: quid erga se ageretur miratus est: ac si de grauissimo somno fuisset excitatus. Quod cum mulier lamentis fatigata conspiceret, cepit ex gaudio magis flere, & voces amplius ædere. Quam vir domini modesta prohibitione compescuit, dicens: Tace, tace: sed si quis vos requisuerit qualiter factum sit hoc, solummodo dicite: quia dominus Iesus Christus, opera sua fecit. Dixit hoc: atque ab eius hospitio exiit. Quadragesimo subdiacono: Dixit hoc: atque ab eius hospitio exiit. Quadragesimo subdiacono: Dixit hoc: atque ab eius hospitio exiit.

Vir quidam monachus cum Quadragesimo mortuum resuscitauit.

Petrus: Vid alij sentiat ignoro. Ego autem præ cunctis miraculis hoc potius existimo esse miraculum, quod ad vitam mortui redeunt, eorumque animæ ad carnem ex occulto reuocantur. Gregorius: Si visibilia attendimus, ita necesse est ut credamus. Si vero invisibilia pensamus, nimirum constat quia maius est miraculum prædicationis verbo, atque orationis solatio peccatorem conuertere, quam carne mortuum resuscitare. In isto enim resuscitatur caro iterum moritura, in illo vero anima in æternam victura. Cum enim propono duos, in quo

horum existimas maiori factum virtute miraculum? Lazarum quippe quæ iam fidelè credimus fuisse, carne dominus suscitauit: Saulum verò resuscitauit in mente. Et quidem post resurrectione carnis de Lazari virtutibus taceretur. Nam post resurrectionem animæ, capere nostra infirmitas non valet, quanta in sacro eloquio de Pauli virtutibus dicuntur. Quod illæ eius crudelissimæ cogitationes ad pietatis mollia conuersæ sunt viscera. Quod mori cupit pro fratribus, in quorum prius morte gauderet. Quod plenus omnis scripture scientia nil se scire iudicat, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Quod pro Christo virginitatis libenter cædit, quem gladius insequebatur. Quod apostolatus honore sublimis est, sed tamen sponte fit paruulus in medio discipulorum. Quod ad cæli tertij secreta ducitur: & tamen mentis oculum per compassionem reflectit ad dispensandum cubile coniugatorum dicens: Vxor vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Quod admiscetur in contemplatione cælestibus angelorum, & tamen non aspernatur cogitare atque disponere facta carnalium. Quod gaudet in infirmitatibus, sibi que in contumeliis placet. Quod ei viuere Christus est, & mori lucrum. Quod totum iam extra carnem est hoc ipsum quod viuit in carne. Ecce qualiter viuit, qui ab inferno mente ad vitam pietatis rediit. Minus est ergo quempiam in carne suscitari, nisi forte per viuificationem carnis ad vitam reducat mentis, ut ei hoc agatur per exterius miraculum, quatenus conuersus interius viuificetur.

1. Cor. 7.

**V**alde infra credidi hoc, quod modo quam sit incomparabiliter superius agnouit, sed quæso cepta prosequere, ut dum tempus vacat, sine edificatioue horra non transeat.

De Benedicto monacho. Caput. XVIII.

Gregorius:

**F**ater quidam mecum est in monasterio conuersatus, in scriptura sacra studiosissimus, qui me etate præibat: hic ex multis quæ nesciebam, me edificare conueuerat. Huius itaque narratione didici, quod fuit quidam in Campania partibus intra quadragesimum Romanæ urbis miliarium, nomine Benedictus: equidem ætate iuuenis, sed moribus grandævus, & in sanctæ conuersationis regula se fortiter stringens. Quem Totilæ regis tempore cum Gothi reperissent, hunc incendere cum sua cella moliti sunt. ignem namque posuerunt, sed in circuitu arserunt omnia: cella vero illius, igne comburi non potuit. Quod videntes Gothi magisque saeuientes, atque hunc ex suo habitaculo trahentes, non longè aspexerunt succensum clibanum qui coquendis panibus parabatur, cumque in illo proiecerunt, clibanumque clauserunt. Sed die altero ita illæsus inuentus est, ut non solum eius caro ab ignibus, sed neque extrema villo modo vestimenta cremarentur.

Miraculum ignis in cella Benedicti.

Benedictus Gothi in clibanum imposuerunt.

**A**ntiquum trium puerorum miraculum audio, qui proiecti in ignibus læsi non sunt. Gregorius: Illud, ut opinor, miraculum ex parte aliqua dissimiliter gestum est. Tunc quippe tres pueri ligati pedibus ac manibus in igne proiecti sunt, quos die altera rex requirens, in camino illæsis vestibus deambulantes reperit. Ex qua re colligitur, quia ignis in quo iactati fuerant qui eorum vestimenta non contigit, eorum vincula consumpsit, ut vno eodemque tempore in obsequio iustorum, & haberet flamma virtutem suam ad solatium, & non haberet ad tormentum.

Eodem momento habuit flammam virtutem, et non habuit.

De Ecclesia beati Zenonis martyris, in qua aqua ultra portam apertam inundantes minime intrauerunt. Caput. XIX.

**H**Victam antiquo miraculo diebus nostris res similis ex contrario euenit elemento. Nam nuper Ioannes tribunus relatione sua me docuit, quod Pronulfus comes cum illic adesset, se cum rege Autharico eo tempore in loco eodem ubi mira res contigit, affuisse: eamque rem cognouisse testatus est. Prædictus etenim tribunus narrauit, dicens: quia ante hoc fere quinquennium quando apud hanc Romanam urbem alueum suum Tiberis egressus est, tantum crescens ut eius vnda super muros urbis influeret, atque inde iam maximas regiones occuparet, apud Veronensem urbem fluvius Athesis excrefcens, ad beati Zenonis martyris atque

Athesis fluvij ingens miraculum.

**G** atque pontificis, Ecclesiam venit. Cuius Ecclesie dum essent ianua aperta, aqua in eam minimè intravit. Quae paulisper crescens usque ad fenestras Ecclesiae quae erant tectis proximae, peruenit, sicque stans aqua Ecclesiae ianuam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset mutatum. Cumque essent multi iuuenti interius, sed aquarum multitudinem omni Ecclesia circumdata, qua possent egredi non haberent, ibique se siti ac fame deficere formidarent, ad Ecclesiam ianuam veniebant, ad bibendum hauriebant aquam, quae, ut praedixi, usque ad fenestras excreuerat, & tamen intra Ecclesiam nullo modo disfluebat. Hauriri itaque ut aqua poterat, sed disfluere ut aqua non poterat. Stans autem ante ianuam ad ostendendum cunctis meritum martyris, & aqua erat ad adiutorium, & quasi aqua non erat ad inuadendum locum. Quod ego antiquo antedicti ignis miraculo verè praedixi non fuisse dissimile, qui trium puerorum & vestimenta non contigit, & vincula incendit.

Aqua hauriri poterat, disfluere non poterat.

**M**ira sunt valde sanctorum facta quae narras, & praesentem infirmitati hominum vehementer stupenda. Sed quia tantos nuper in Italia fuisse audio admirandae virtutis viros, nosse velim si nullas eos contigit antiqui hostis insidias pertulisse, an ex insidiis profecisse.

Gregorius:

Vera sententia.

**S**ine labore certaminis non est palma victoriae. Vnde et ego victores sunt, nisi quod contra antiqui hostis insidias decertauerunt? Malignus quippe spiritus cogitationi, locutioni, atque operi nostro semper insidit, si fortasse quid inueniat vnde apud examen aeterni iudicis accusator existat. Vis etenim nosse quomodo ad decipiendum semper assistat?

De Stephano presbytero provinciae Valeriae, cui diabolus caligas è tibus traxit. Caput. XX.

Diabolus discalciauit Stephanum.

**Q**uidam qui nunc nobiscum sunt, rem quam narro testantur. Vir vitae venerabilis Stephanus nomine, Valeriae provinciae presbyter fuit, huius nostri Bonifacii diaconi atque dispensatoris Ecclesiae agnatione proximus. Qui quadam die de itinere domum regressus, mancipio suo negligenter loquens praecipit, dicens: Veni diabole, discalcia me. Ad cuius vocem mox coeperunt se caligarum corrigiae in summa velocitate dissoluere, ut aperte constaret quod ei ipse qui nominatus fuerat, ad extrahendas caligas diabolus obedisset. Quod mox ut presbyter vidit, vehementer expaui: magnisque vocibus clamare coepit dicens: Recede miser, recede: non enim tibi, sed mancipio meo locutus sum. Ad cuius vocem protinus recessit: ita ut inuenta sunt magna iam ex parte dissolutae corrigiae remanuisse. Quae in re colligi potest, antiquus hostis qui tam praesto est factis corporalibus, quam nimis insidiis nostris cogitationibus insidat.

Petrus:

**L**aboriosum est valde atque terribile contra inimici insidias semper intendere, & continere quasi in acie stare.

Gregorius:

**L**aboriosum non erit, si custodiam nostram non nobis, sed gratiae super nos tribuimus: ita tamen ut & ipsi quantum possumus, sub protectione dei vigilemus. Si autem antiquus hostis à mente coeperit expelli, ex diuina largitate praerunquam agitur: ut non solum iam timeri non debeat, sed ipse etiam bene videntium virtute terreatur.

De puella conuersa, cuius solo imperio homo est à demonio liberatus. Caput. XXI.

Eleutherius.

**R**emaneat quam narro, vir sanctissimus Eleutherius senex pater, cuius memoriam superius feci, testis extitit: mihi quae hoc intinere curauit, quod in Spolitana vrbe puella quaedam iam nubilis cuiusdam primarii filia, caelestis vitae desiderio exarsit, eique pater ad viam vitae resistere conatus est, sed contempto patre, conuersationis sanctae habitum suscepit. Quae ex re factum est ut eam pater suae substantiae exhaereditatem faceret, nihilque ei aliud nisi sex uncias vnius possessionis largiretur. Eius verò exemplo prouocata coeperunt apud eam multae nobilioris generis puellae conuerti, atque omnipotenti domino dedicata virginitate seruire. Quadam verò die idem Eleutherius abbas vir vitae venerabilis, ad eam gratia exhortationis atque aedificationis accesserat, & cum ea de verbo dei colloquens sedebat cum re-

pente ex eodem fundo quem in sex uncias à patre perceperat, cum xenio rusticus venit. Qui dum ante eos assisteret, maligno spiritu correptus cecidit, fatigarique nimis stridoribus atque balatibus coepit. Tunc sanctimonialis foemina surrexit, atque irato vultu magnis clamoribus imperauit, dicens: Exi ab eo miser, exi ab eo miser. Ad cuius vocem mox per os vexati diabolus respondit, dicens: Et si de isto ex eo, in quem intrabo? Casu autem iuxta porcum paruulus pascebat. Tunc sanctimonialis foemina praecipit dicens: Exi ab eo, & in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exiit, porcum quem iussus fuerat inuasit, occidit, & recessit.

Petrus:

**V**elim nosse si saltem porcum concedere spiritui immundo debuit.

Gregorius:

**P**ropositae regulae nostrae actionis, sunt facta veritatis. Ipsi etenim redemptori nostro à legione quae hominem tenebat dictum est: si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Qui hanc & ab homine expulit, & in porcos ire, eosque in abyssum mittere concessit. Ex qua re etiam hoc colligitur quod absque concessione omnipotentis dei nullam malignus spiritus contra hominem potestatem habeat, qui in porcos intrare non potuit, nisi permissus. Illi ergo nos necesse est sponte subdi, cui & aduersa omnia subiciuntur in vita, ut tunc hostibus potentiores simus, quanto cum auctore omnium vnum efficiamur per humilitatem. Quid autem mirum si electi qui quae in carne positi, multa facere mirabiliter possunt, quorum ipsa quoque ossa mortua praerunquam in multis miraculis viuunt?

De presbytero provinciae Valeriae, qui furem ad sepulchrum suum tenuit.

Caput. XXII.

**I**n Valeria namque provinciae res est haec gesta quam narro: mihi quae beatae memoriae abbatis mei Valentionis relatione cognita. Ibi etenim quidam venerabilis sacerdos erat, qui cum clericis suis dei laudibus bonisque operibus intentus, sanctae conuersationis vitam ducebat. Superueniente autem vocationis die defunctus est, atque ante Ecclesiam sepultus. Eisdem verò Ecclesiae caulae inhaerebant ouium, atque idem locus in quo sepultus est, ad easdem oues tendentibus peruius erat. Quadam autem nocte cum clericis intra Ecclesiam praesentibus fur venisset, ut ingressus caulas furtum faceret, veruecem tulit, & concitus exiit. Cum verò peruenisset ad locum ubi vir domini sepultus erat, repente haesit, & gressum mouere non potuit. Veruecem quidem de collo deposuit, eumque dimittere voluit, sed manum laxare non valuit. Coepit igitur stare miser cum praeda sua reus & ligatus. Volebat veruecem dimittere, nec valebat. Volebat egredi cum veruece, nec poterat. Miro itaque modo fur qui à viuis videri timebat, hunc mortuus tenebat. Cuius itaque gressus manusque illius fuissent obstrictae, immobilis perstitit. Facto autem mane, expletis laudibus dei, ab Ecclesia egressi sunt clerici, & inueniunt ignotum hominem veruecem tenentem manu. Res venit in dubium, utrum veruecem tolleret, an offerret: sed culpe reus citius indicauit poenam. Mirati omnes, quia ingressus fur viri dei merito ad praedam suam stabat ligatus. Qui se pro eo protinus in orationem dederunt, suisque precibus vix obtinere valuerunt, ut qui res eorum venerat rapere, saltem vacuus exire mereretur. Itaque fur qui diu steterat cum praeda captiuus, quandoque exiit vacuus & liber.

Petrus:

**A**pparet quanta sit super nos dulcedinis omnipotentis dei, cuius erga nos sunt tam foecunda miracula.

De abbate Praenestini montis, eiusque presbytero.

Caput. XXIII.

Gregorius:

**P**raenestini vrbi mons praeminet, in quo beati Petri Apostoli monasterium situm est, virorum dei: quorum relatione adhuc in monasterio positus audisse me contigit magnum hoc quod narro miraculum, quod eiusdem monasterij monachi nosse se testabantur. In eo namque monasterio fuit pater vitae venerabilis, qui quendam monachum nutrien, usque ad reuerendos prouexit mores. Cumque eum in timore domini videret excreuisse, in eodem sibi monasterio tunc presbyterum fecit ordinari. Cui post ordinationem suam, quia non longè abesset, eius exitus per reuelationem indicatus est. A praedicto autem patre monasterij petiit quatenus ei concederet



**A** ei concederet tibi sepulchrum pararet. Cui ille respondit: Ante te quidem ego moriturus sum, sed tamen vade, & sicut vis, prepara sepulchrum tuum. Reversus igitur, & preparavit. Cum non post multos dies senex pater sebre praeventus ad extrema pervenit: atque assistenti presbytero iussit, dicens: In tuo sepulchro ponit me. Cumque ille diceret: Iussit, quia ego illo te secutus sum, utrosque capere non potest: abbas protinus respondit, dicens: Ita fac ut dixi: quia sepulchrum tuum ambos nos capit. Defunctus itaque est, atque in sepulchro eodem quod sibi presbyter paraverat positus. Mox quoque & presbyterum corporis languor secutus est, quo languore crescente citius presbyter vitam finiit. Cumque ad sepulchrum quod sibi paraverat corpus illius fuisset a fratribus deportatum, aperto eodem sepulchro viderunt omnes qui aderant, locum non esse ubi poni potuisset, quia corpus patris monasterij quod illic ante positum fuerat, omne illud sepulchrum tenebat. Cumque fratres qui presbyteri corpus detulerant, factam sibi sepeliendi difficultatem viderent, unus eorum exclamavit dicens: O pater, ubi est quod dixisti, quia sepulchrum istud ambos vos caperet. Ad cuius vocem subito cunctis videntibus abbas, corpus quod illic ante positum fuerat, & supinum iacebat, seque vertit in latera, & vacans sepulchri locum ad sepeliendum presbyteri corpus praebuit, & quia utrosque ille locus caperet, sicut vivus promiserat, mortuam implevit. Sed quia hoc quod praedixi, apud Praenestinam urbem in beati Petri Apostoli monasterio gestum est: vis ne aliquid etiam in hac urbe de eius Ecclesiae cultu, ubi sacratissimum corpus illius est positum, audire? Petrus: Volo, atque id ut fiat magnopere deprecor.

Abbas mortuus in sepulchro severtit.

De Theodoro mansionario Ecclesiae beati Petri Apostoli urbis Romae.

Caput. XXVIII.

Gregorius:

**A**dhuc supersunt aliqui qui Theodorum eius Ecclesiae custodem novant, cuius narratione innotuit res quae ei contigit valde memorabilis. Quod quadam nocte dum citius ad melioranda iuxta ianuam lumina surrexisset, ex more ligneis gradibus sub lampade positus stabat, & lampadis refouebat lumen. Tunc repente beatus Petrus Apostolus in stola cadida deorsum in pavimento constitit, eique dixit: Colliberte quare tam citius surrexisti? Quo dicto ab oculis aspicientis evanuit, sed tantus in eum paor irruit, ut tota in illo corporis virtus deficeret: & per dies multos de stratu suo surgere non valeret. Qua in re quid idem beatus Apostolus servientibus sibi voluit, nisi praesentia sui respectus ostendere, quia quicquid pro eius veneratione agerent, ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper videret. Petrus:

Theodoro beatus Petrus apparuit.

**M**ihi hoc non tam apparet mirum quia visus est, sed quia vis qui eum vidit, cum sanus esset, aegrotavit.

Gregorius:

Dan. 3.

**Q**uid super hac re inquiras? Nunquidnam mentis excidit, quia cum Daniel propheta magnam illam ac terribilem visionem vidit, ex qua etiam visione contremuit, protinus adiunxit: Et ego clangui & aegrotavi per dies plurimos. Caro enim ea quae sunt spiritus, capere non valet, & ideo nonnunquam cum meas humana ultra se ad videndum ducitur: necesse est ut hoc carneum vasculum quod ferre talenti pondus non valet infirmetur. Petrus. Scrupulum cogitationis meae aperta ratio dissolvit.

De Abundio mansionario Ecclesiae beati Petri.

Caput. XXV.

Gregorius:

**A**lius hic non ante longa tempora (sicut nostri seniores referunt) custos Ecclesiae Abundius dictus est: magnae humilitatis atque gravitatis vir, ita omnipotenti deo fideliter serviens: ut idem beatus Petrus Apostolus signis ostenderet quam de illo haberet estimationem. Nam cum quadam puella paralytica in eius Ecclesia permanens, manibus reperet: & dissolutis renibus corpus per terram traheret, diuque ab eodem beato Petro Apostolo peteret ut sanari mereretur: nocte quadam ei pervisionem asinit, & dixit: Vade ad Abundium mansionarium & roga illum, atque ipse tibi salutem restituet. Cumque illa de tanta visione certa esset, sed quis esset Abundius ignoraret: cepit huc illucque per Ecclesiae loca se

al. Aconium, & sic deinceps.

trahere: ut quis esset Abundius investigaret. Cui repente ipse factus est obviam quem quaesivit, eique dixit: Rogo te pater indica mihi qui est Abundius custos: Cui ille respondit: Ego sum. At illa inquit: Pastor & nutritor noster beatus Petrus apostolus ad te me misit: ut ab infirmitate ista liberare me debeas. Cui ille respondit: Si ab ipso missa es, surge. Manumque eius tenuit: & eam in statum suum protinus erexit. Sicque ex illa hora omnes in eius corpore necui ac membra solidata sunt: ut solutionis illius signa ulterius nulla remaneret. Sed si cuncta quae in eius ecclesia gesta cognovimus, evolvere conamur, ab omnium iam procul dubio narratione coticecimus. Vnde necesse est ut ad modernos patres quorum vita per Italiae provincias claruit narratio se nostra retorqueat.

Abundius custos auctoritate Petri paralyticam curavit.

al. modestos.

De monacho solitario. Caput. XXVI.

**N**uper in Samnii provincia quidam venerabilis vir Menas nomine, solitaria vitam ducebat, qui nostrorum multis cognitus, ante hoc ferè est decennium defunctus. De cuius operis narratione unum auctorè non infero, quia penitus mihi in eius vita testes sunt: quot Samnii provinciam noverunt. Hic itaque nihil ad usum suum aliud, nisi pauca apium vascula possidebat. Huic cum Longobardus quidam in eisdem apibus rapinam voluisset ingerere, prius ab eodem viro verbo correptus est: & mox per malignum spiritum ante eius vestigia vexatus. Quia ex re factum est, ut sicut apud celebres nomen, ita etiam apud eandem barbaram gentem eius cellulam, nisi humilis intrare. Saepè verò ex vicina sylva venientes vrsi apes eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos, serula quam portare manu consueverat, caedebat. Ante cuius verbera immanissimae bestiae rugiebant & fugiebant. Et quae gladios formidare vix poterant, ex eius manu scissae serulae pertimescebant. Huius studium fuit, nihil in hoc mundo habere, nihil quaerere: omnes qui ad se charitatis causa veniebant, ad aeternae vitae desideria accendere. Siquando autem quorumlibet culpas agnosceret: nunquam ab increpatione parceret, sed amoris igne succensus, studebat in eis vehementer per linguam saevire. Consuetudinem verò vicini vel longè positi eiusdem loci accolae fecerant: ut diebus certis per hebdomadam unusquisque ei oblationes suas transmitteret, ut esset quod ipse ad se venientibus offerre potuisset. Quodam verò tempore possessor quidam Carterius nomine immundo desiderio deivictus: quondam sanctimoniam feminam rapuit, sibi que illicito matrimonio coniunxit. Quod mox ut vir dominus cognovit: ei per quos potuit, quae fuerat dignus audire, mandavit. Cumque ille sceleris sui conscius timeret, atque ad virum dei nequaquam accedere praesumeret: ne forte hunc aspere ut delinquentes solebat increparet, fecit oblationes suas, easque inter oblationes aliorum misit, ut eius munera saltim nesciendo susciperet. Sed cum coram eo fuissent oblationes omnium deportatae, vir dei tacitus sedit, sigillatim omnes considerare studuit, & omnes alias eligens atque seorsim ponens, oblationes quas idem Carterius transmitterat, cognovit per spiritum, spreuit atque abiectit dicens: Ite & dicite ei: Oblationem suam omnipotenti domino abstulisti, & mihi tuas oblationes transmittis: ego oblationem tuam non accipio: quia suam abstulisti deo. Quia ex re factum est, ut praesentes quosque magnus timor invaderet: eum vir dominus tam sceleris de absentibus iudicaret. Petrus:

Menas ursum serula de apibus suis fugavit.

al. singularis.

**M**ultos horum suspicor martyrium subire potuisse, si eos tempus persecutionis invenisset.


Gregorius:

**D**vo sunt Petre martyrii genera, unum in occulto, alterum quoque in publico. Nam etsi persecutio desit exterius: martyrii meritum in occulto est, cum virtus ad passionem propterea flagrat in animo. Quia enim esse possit & sine aperta passione martyrium, testatur in evangelio dominus: qui Zebedaei filius adhuc praesens infirmitate mentis maiora sessionis loca quaerentibus dicit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cui videlicet cum responderent, possumus: ait utrisque: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis. Quid autem calicis nomen, nisi passionis poculum signat? Et cum nimirum constet quia Iacobus in passione occubuit: Iohannes verò in pace Ecclesiae quievit: incunctanter colligitur esse esse

Martyrii duo genera.

Mat. 20.

ibidem.



**G**esse & sine aperta passione martyrimum, quando & ille calicē domini bibere dictus est, qui ex persecutione mortuus non est. De his autem talibus tāsiq̄ue viris quorum superius memoriam feci: cur dicamus quia si persecutionis tempus extitisset: martyres esse potuissent: qui occultē antiqui hostis infidias tolerantēs: suōiq̄ue in hoc mundo aduersarios diligentes, cunctis carnalibus desideriis resistentes: per hoc quōd se omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam pacis tempore martyres fuerunt: dum nostris modo temporibus viles quoq; & secularis vitæ personæ: de quibus nil cœlestis gloriæ præsumi posse videbatur, oborta occasione contigit ad martyrij coronas peruenisse?

Martyres  
pacis tem-  
pore.

De quadraginta rusticis qui pro eo quōd carnes comedere immolatiis noluerunt: à Longobardis occisi sunt.

Caput. XXVII.

xl. rustici à  
Longobar-  
dis occisi.

**N**am ante hos ferme annos quindecim sicut hi testantur qui interesse potuerunt quadraginta rustici à Longobardis capti, carnes immolatiis comedere compellebantur. Qui cum valde resisterent, & contingere cibum sacrilegum nolent: ceperunt Longobardi qui eos tenuerāt nisi immolata comederent, mortē eis minari. At illi eternam potius vitam quam præsentem ac transitoriam diligentes, firmiter perstiterunt: atque in sua constantia simul omnes occisi sunt. Quid itaque isti: nisi veritatis martyres fuerunt, qui ne vetitum comedendo, conditorem suum offenderent, elegerunt gladiis vitam finire?

De multitudine captiuorum qui pro eo quōd caput capræ adorare noluerunt, occisi sunt.

Caput. XXVIII.

\* al. quadri-  
gentos.

**E**odem quoque tempore dum ferē quadraginta\* captiuos alios Longobardi tenuissent: more suo immolauerunt caput capræ, diabolo, hoc ei per circuitum currentes, & carmine nefando dedicantes. Cumque illud ipsi prius submissis ceruicibus adorarent, eos quoque quos ceperant, hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eisdem captiuis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere, quam adorando vitam mortalem tenere: obtemperare iussis sacrilegis noluit, & ceruicem quā semper creatori flexerat, creaturæ inclinare contēpsit. Vnde factum est, vt hostes qui eos ceperant graui iracundia accensī: cunctos gladiis interficerēt quos in errore suo participes non haberent. Quid ergo mirum si erumpente persecutionis tempore illi martyres esse potuissent, qui in ipsa quoque pace Ecclesiæ semetiplos semper affligendo, angustam martyrij tenuerunt viam, quando ingruente persecutionis articulo hi etiam meruerunt martyrij palmas accipere, qui in pace Ecclesiæ latas huius seculi vias sequi videbantur? Nec tamē hoc quod de eisdem electis dicimus viris, de cunctis iam quasi in regula tenemus. Nam cum persecutionis aperte tēpus irruit: sicut plerūque martyrimum subire possunt: qui esse in pace Ecclesiæ despiciabiles videntur: ita nonnunquam in debilitatis formidinem corruunt qui in pace Ecclesiæ prius fortiter stare videbantur. Sed eos de quibus prædiximus fieri martyres potuisse fidenter fatemur: quia hoc iam ex eorum fine colligimus. Cadere enim nec in aperta persecutione poterant hi de quibus constat quia & vsque ad finem vitæ in occulta animi virtute perstiterunt.

Christico-  
larū multi-  
tudo à pe-  
ganis occi-  
sa.

Petrus:

**V**T asseris ita est: sed super indignos nos diuine misericordie dispensationem miror: quia Longobardorum sauitiam ita moderatur, vt eorum sacerdotes sacrilegos qui esse se fidelium quasi victores vident, orthodoxorum fidem persequi minimē permittat.

De Ariano episcopo cecato.

Caput. XXIX.

Gregorius:

Arianus  
Longobar-  
dorū epi-  
scopus.

**H**oc Petre facere plerūque conati sunt, sed eorum seuitiæ miracula superna restiterunt. Vnde vnū narro quod per Bonifaciū monasterij mei monachum qui vsque ante quadriennium cum Longobardis fuit: adhuc ante triduum agnouit. Cum ad Spolitanam urbem Longobardorum episcopus, scilicet Arianus venisset, & locum illic vbi solennia sua ageret non haberet, cepit ab eius ciuitatis episcopo Ecclesiam petere quā suo errori dedicaret. Quod dū valde episcopus negaret, idem qui venerat Arianus beati

Pauli Apostoli Ecclesiam illic comibus sitam se die altero R violenter intratum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit: Ecclesiam clauit: seris muniuit. Facto autē vespere lampades omnes extinxit, seque in interioribus abscondit. In ipso autem subsequētis lucis crepusculo Arianus episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repente cunctæ simul portæ diuinitus concossæ: abiectis longius seris aperta sunt: atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt. Effusio desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerat lampades accensæ sunt. Arianus verò episcopus qui vim facturus aduenerat: subita cæcitate percussus est, atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerēt: nequaquam vltius præsumserunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, vt quia eiusdem Ariani causa est, lampades in Ecclesia beati Pauli fuerant extinctæ, vno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret.

De Arianorum Ecclesia, quæ in Romana urbe catholica consecratione dedicata est.

Caput. XXX.

**S**ed neque hoc fileam quod ad eiusdem Ariani hæresos damnationem in hac quoque vrbe ante biennium pietas superna monstrauit. Ex his quippe quæ narro, aliud populus agnouit: aliud autem sacerdos & custodes Ecclesiæ se audisse & vidisse testantur. Arianorum Ecclesia in regione vrbis illius quæ Subura dicitur: eam clauis vsque ante biennium remansisset: placuit vt in fide catholica introductis illic beati Stephani\* & sanctæ Marthæ\* martyrum reliquiis dedicari debuisset: quod factum est. Nam cum magna populi multitudo venientes: atque omnipotenti domino laudes canentes: eandem Ecclesiam ingressi lumus. Cumque in ea iam missarum solennia celebrarentur, & præ eiusdem loci angustia populi se turba comprimeret: quidam ex his qui extra sacrarium stabant: porcum subito intra suos pedes huc illucq; discurrere senserunt. Quem dum vnusquisque sentiret, & iuxta se stantibus indicaret: idem porcus Ecclesiæ ianuas petiit: & omnes per quos transiit in admirationem commouit: sed videri à nullo potuit, quanuis sentiri potuisset. Quod idcirco diuina pietas ostendit, vt cunctis patefceret quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione missarum recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliqua errando discurreret. Sequenti autem nocte grauior sonitus excreuit: ac subito tanto terrore insonuit: ac si omnis illa Ecclesia à fundamentis fuisset euersa: & protinus recessit, & nulla illic vltius inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris sonitū quem fecit, innotuit quōd à loco quē diu tenuerat coactus exiebat. Post paucos verò dies in magna serenitate aëris super altare eiusdem Ecclesiæ nubes cœlitus descendit: suoque illud velamine operuit, omnemque Ecclesiam tanto terrore ac suauitatis odore repleuit, vt patentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoque & custodes, & hi qui ad celebranda missarum solennia venerant: rem videbant, ingredi minimē poterant: & suauitatem mirifici odoris trahebant. Die verò alio cum in ea lampades sine lumine dependerent: emisso diuinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies cum expletis missarum solenniis extinctis lampadibus custos ex eadē Ecclesia egressus fuisset, post paululū intravit, & lampades quas extinctas reliquerat: lucentes reperit. Quas negligenter extinctas se credens, eas iam sollicitus extinxit: & exiens Ecclesiam clauit. Sed post horarum trium spatium regressus lucentes lampades quas extinxerat iterum accensas inuenit, vt videlicet ex ipso lumine aperte claresceret, quia locus ille à tenebris ad lucem venisset. Petrus:

**Q**uanuis sola quæ in Italia gesta sunt narrare deueram, visne tamen vt pro ostendenda eiusdem Ariani hæresos damnatione transeamus verbo ad Hispanias: atque inde per Africam ad Italiam redeamus?

Gregorius:

Petrus:

Perge



**A** Perge quo libet. Nam latus ducor, latus reducor.  
De Ermigildo rege Liugildi Vuisigothorum regis filio,  
pro fide catholica ab eodem patre suo occiso.

Caput. XXXI. Gregorius:

**S**icut multorum qui ab Hispaniarum partibus veniunt, relatione cognouimus, nuper Ermigildus rex Liugildi regis Vuisigothorum filius ab Ariana hæresi ad fidem catholicam viro reuerentissimo Leandro Spolitano episcopo datum mihi in amicitia familiariter iuncto prædicante conuersus est. Quem pater Arianus vt ad eandem hæresim rediret: & præmissis suadere, & ministrerrere conatus est. Cūque ille constantissimè responderet nūquam se veram fidem posse relinquere quam semel agnouisset: iratus pater eū priuauit regno, rebulque expoliavit omnibus. Cūq; nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset: in arcta illum custodia concludens, collum manuque illius ferro ligauit. Cæpit itaque idem Ermigildus rex iuuenis terrenum regnū despiciere, & forti desiderio cœlestis quærens: in ciliciis vincula-tus iacens, omnipotenti deo ad confortandū se preces effundere: tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despiciere quanto & religatus agnouerat nil fuisse quod ponerit auferti. Superueniente autem paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianus episcopus misit, vt ex eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet: atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deo deditus Ariano episcopo veniēti exprobrauit vt debuit, eiusque à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exterius iacebat ligatus: apud se tamē in magno mētis culmine stabat securus. Ad se itaq; reuerso episcopo Arianus pater infremuit: statimq; suos apparatus misit qui constantissimū confessorem dei illic vbi iacebat occiderent quod & factum est. Nam mox vt ingressi sunt, securum cerebro eius insipientes, vitam corporis abstulerunt, hocque in eo valuerunt perimere quod ipsum quoq; qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera eius gloria, superna quoq; non defuere miracula. Nam coepit in nocturno silentio psalmodiæ cātus ad corpus eiusdem regis & martyris audiri, atq; ideo veraciter regis, quia & martyris. Quidam etiā ferūt quod illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant, vnde & factum est quatenus corpus illius, vt videlicet martyris, iure à cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater vero perfidus & parricida, cōmotus pœnitentia hoc fecisse se doluit, nec tamen vsq; ad obtinendam salutem pertinuit. Nam quia vera esset catholica fides agnouit, sed gentis suæ timore perterritus ad hanc peruenire non meruit. Qui oborta ægritudine ad extrema perductus est, & Leandro episcopo quem prius vehementer afflixerat: Richardū regem filium suū quē in sua hæresi reliquerat: commendare curauit: vt in ipso quoque talia faceret, qualia & in fratre suis exhortationibus fecisset. Qua cōmendatione expleta: defunctus est. Post cuius mortē Richardus rex non patrem perfidum, sed fratrem martyrem sequens, ab Ariana hæreseos prauitate conuersus est, totam quoque Vuisigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, vt nullum in suo regno militare permetteret, qui regni dei hostis existere per hæreticam prauitatem non timeret. Nec mirum quod veræ fidei prædicator factus est qui frater est martyris, cuius hunc quoque merita adiuuant vt ad omnipotentis dei gremium tam multos reducat. Qua in re considerandum nobis est quia totum hoc agi nequaquam posset si Ermigildus rex pro veritate mortuus non fuisset. Nam sicut scriptum est: Nisi granū frumenti cadens in terram mortuū fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multū fructum affert. Hoc fieri videmus in membris quod factum scimus in capite. In Vuisigothorum etenim gente vnus mortuus est vt multi viuerent, & dum vnum granum fideliter eecidit, ad obtinendam fidem animarum seges multa surrexit.

Ermigildi pater Ariani ad eū conuertendum misit.  
Pater filium vita priuauit.

Ermigildi regis in morte miracula.

Richardus rex fratrem Ermigildi secutus est.

Ioan. 12.

Mortuus est vnus ut multi uiuerent.

Petrus:  
Res mira, & nostris stupenda temporibus.

De episcopis Africanis qui pro defensione catholice fidei abscissis ab Arianis Vuandalorum linguis: nullum locutionis solitæ sustinere dispendium.

Caput. XXXII. Gregorius:

**I**ulianiani quoque Augusti temporibus, dum cōtra catholicorum fidem exorta à Vuandalis persecutio Ariana in Africa vehementer insurret: quidam in defensione veritatis episcopi fortiter perfillentes, ad medium sunt deducti. Quos Vuandalorum rex verbis ac muneribus ad perfidiam flectere non valeas tormentis frangere posse se credidit. Nā cum eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent: ne tacendo forsitan cōsensisse viderentur: raptus in furorem, eorum linguas abicidi radicibus præcepit. Res mira & multis nota lenioribus: quia ita pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebatur: sicut prius loqui per linguam consueuerat.

Episcopi lingua priuati loquelam non amiserunt.

Petrus:

Mirandum valde & vehementer stupendum: Gregorius:

**S**criptum Petre est, de vnigenito summi patris: in principio erat verbum: & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. De cuius etiam virtute subiungitur: Omnia per ipsum facta sunt. Quid igitur miramur si verba ædere sine lingua potuit verbum quod fecit linguam? Petrus: Placet quod dicis. Gregorius:

Ioan. 1.  
Ibidem.

**H** itaque eo tempore profugi ad Constantinopolitana urbem venerunt. Eo quoque tempore quo propleandis responsis Ecclesie ad principē ipse transmissus sum: leniorem quendam episcopum reperi, qui se ad hoc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita vt apertis oribus clamarent: Ecce videte, quia linguas non habemus, & loquimur. Videbatur enim à respicientibus vt ferebat, quia abscissis radicibus linguis quasi quoddam baratrum patebat in gutture: & tamē ore vacuo plena ad integrū verba formabantur. Quorū illic vnus in luxuriā lapsus mox priuatus est dono miraculi, recto videlicet omnipotentis dei iudicio: vt qui carnis continentia seruare neglexerat: sine lingua carnea non haberet verba veritatis. Sed hæc nos pro Ariana hæreseos damnatione dixisse sufficiat: nunc ad ea quæ nuper in Italia gesta sunt signa redcamus.

Vnus episcopus in luxuriā lapsus, dono miraculi priuatur.

De Eleutherio seruo dei.

Caput. XXXIII.

**I**s autem (cuius superius memoriā feci) Eleutherius pater monasterij beati Euangelistæ Marci: quod in Spolitana vrbe bis pomeris situm est, diu mecum est in hac vrbe in meo monasterio conuersatus, ubique defunctus est. Quem sui discipuli reserebant plorando mortuū suscitasse. Vir autem tantæ simplicitatis erat & compunctionis: vt dubium non esset quod illæ lachrymæ ex tam humili simpliciq; mente aditæ: apud omnipotentem deū multa obtinere potuissent. Huius ergo aliquod miraculū narrabo, quod inquisitus mihi simpliciter & ipse fatebatur. Quadam nanque die dū iter carperet, facto vespere cū ad se sedendū locus deesset: in monasterium virginum deuenit, in quo quidam puer paruulus erat quem malignus spiritus omni nocte vexare cōlueuerat. Sed sanctimoniales sceminæ vt virum dei susceperunt, cū rogauerunt dicentes: Tecum pater hac nocte puer iste maneat. Quem ipse benignè suscepit: secumque cum nocte eadem iacere permisit. Facto autem mane coeperunt sanctimoniales sceminæ eundem patrem vigilanter inquirere si quid ei puer quem dederant nocte eadem fecisset. Qui miratus cur ita requirerent, respōdit: Nihil. Tunc illæ eiusdē pueri innotuerūt causam: & quod malignus spiritus nulla ab eo nocte recederet indicauerunt, summopere postulantes vt hunc secum ad monasterium tollerent: quia iam vexationem illius videre ipsæ non possent. Consensit senex, puerum ad monasterium duxit. Qui cum multo tempore in monasterio fuisset: atque ad hūc antiquus hostis accedere minimè presumpisset, eiusdem senis animus de salute pueri immoderatus per lætitiā tactus est. Nam coram positis fratribus dixit: Fratres, diabolus sibi cū illis sororibus iocabatur: at verò vbi ad seruos dei vētum est: ad hunc puerum accedere non præsumpsit. Postquā vocem emisit, hora eadem ac momento idem puer corā cunctis fratribus diabolo se inuadente vexatus est, quo viso senex se protinus in lamenrum dedit. Quem dum lugentem diu fratres consolari voluissent: respondit dicens: Credite mihi, quia in nullius vestrum ore hodie panis ingreditur: nisi puer ille à dæmonio fuerit ereptus. Tunc se in orationē cum cunctis fratribus strauit, & cōiūque oratum est, quousq; puer

Eleutherius plorādo mortuū resuscitauit.

F

Puer obsessus bis ab eodem sanatus est.

ec ij à vexatione



DIALOGI BEATI GREGORII

G à vexatione sanaretur. Qui tam perfectè sanatus est, vt ad huc malignus spiritus accedendi aufumvterius nō haberet.

Petrus:

Credo quod ei elatio parua surreperat, sed eius discipulos omnipotens deus facti illius esse voluit adiutores.

Gregorius:

I Ta est. Nam quia pondus miraculi solus portare non potuit, diuisit hoc cum fratribus & portauit. Huius viri oratio quantæ virtutis esset, in memetipso expertus sum. Nā cum quodam tempore in monasterio positus incisionem vitalium pateret, crebrisque angustiis per horarum momenta ad exitum propinquarem (quam medici molestiam Græco eloquio syncopiu vocant) & nisi me frequenter fratres cibo reficerent, vitalis mihi spiritus funditus intercedi videretur: paschalis superuenit dies. Et cum sacratissimo sabbato in quo omnes & paruuli pueri ieiunāt, ego ieiunare nō possem, cœpi plus mœrore quam infirmitate deficere. Sed tristis animus consilium citius inuenit, vt eundem virum dei secreto in oratorium ducerem, cumque peterem, quatenus mihi vt die illo virtus ad ieiunandum daretur: suis apud omnipotentem dominum precibus obtineret: quod & factum est. Nam mox vt oratorium ingressi sumus, humiliter sese cum lachrymis in orationem dedit, & post paululum completa oratione exiit: & ad vocem benedictionis illius, virtutem tantam meus stomachus accepit, vt mihi funditus à memoria tolleretur cibus & ægritudo. Cœpi mirari quis essem, quis fuerim: quia & cum ad auimum redibat infirmitas, nihil in me ex his quæ memineram recognoscebam. Cumque in dispositione monasterij mens occupata fuisset, obliuiscabar funditus ægritudinis meæ. Si vero (vt prædixi) rediret ægritudo ad memoriam, cum tam fortem me esse sentirem, mirabar si non comedissem. Qui ad vesperam veniens, tantæ me fortitudinis inueni, vt si voluissem, ieiunium vsque ad diem alterum transferre potuissem. Sicque factum est vt in me probarem ea etiam de illo vera esse, quibus ipse minime interfuissem.

Eleutheri oratio impetravit ut Gregorius ieiunare posset.

Eleutherius lachrymādo Gregorium curauit.

H

Via eundem virum magnæ cōpunctionis fuisse dixisti, ipsam lachrymarū vim largius addiscere cupio. Vnde quaero, vt quot sunt genera cōpunctionis mihi edisseras.

Petrus:

Quot sunt cōpunctionis genera.

Caput. XXXIII.

Gregorius:

Thren. 3. Compunctiois genera.

I N multas species cōpunctio diuiditur, quando singulæ quæque à pœnitentibus culpæ planguntur. Vnde ex voce quoque pœnitētium Hieremias ait: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero cōpunctionis genera duo sunt: quia deum sitiens anima prius timore cōpungitur, post amore. Prius enim sese in lachrymis afficit, quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti æterna supplicia perimecit. At vero cum longa mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quedam iam de præsumptione veniæ securitas nascitur, & in amore cœlestium gaudiorum animus inflammatur: & qui prius flebat ne duceretur ad supplicium: postmodum amarissime flere incipit, quia dissiertur à regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori, quæ ipsa societas beatorū spiritūū, quæ maiestas æternæ visionis dei, & amplius plangit quia à bonis perennibus deest: quā fleuit prius cū mala æterna metuebat. Sic fit vt perfectæ cōpunctio formidinis tradat animū cōpunctioni dilectionis. Quod bene in sacra veracique historia figurata narratione describitur: quæ ait quod Axa filia Caleph sedens super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit, Da mihi benedictionem: terram Australem & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Deditque ei pater suus irriguam superius, & irriguam inferius. Axa quippe super asinum sedet, cum Irrationabilibus carnis suæ motibus anima præsidet. Quæ suspirans à patre terram irriguam petit: quia à creatore nostro cum magno gemitu querenda est lachrymarum gratia. Sunt namque nonnulli qui iam in dono perreperunt liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram Australem & arentem habent sed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus positi in quibus magni atque seruenter sunt, oportet nimirum vt aut timore supplicij: aut amore

Iosue. 15.

Gratia lachrymarū à bonis expetenda.

regni cœlestis mala etiam quæ antea perpetrauerunt, deplorant. Sed quia (vt dixi) duo sunt cōpunctionis genera: dedit ei pater suus irriguam superius, & irriguam inferius. Irriguam quippe superius accipit anima cum sese in lachrymis cœlestis regni desiderio affligit. Irriguam vero inferius accipit: cum inferni supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, ac post irriguam superius datur. Sed quia cōpunctio amoris, dignitate præminet: necesse fuit vt prius irriguam superius: & post irriguam inferius cōmemorari debuisset.

Petrus:

Lacet quod dicit: Sed postquā hunc venerandæ vitæ Eleutherium huius meriti fuisse dixisti, libet inquirere si nunc in mundo esse credendum est aliquos tales.

De Amantio presbytero prouinciæ Thusciæ.

Caput. XXXV.

Gregorius:

F Lorus Tudertinae Ecclesiæ episcopus: cuius veritatis atque sanctitatis est: dilectioni tuæ incognitum non est. Hic mihi esse apud se presbyterum quendam Amantiū nomine præcipua simplicitatis narravit, virum quem hoc habere virtutis perhibet: vt apostolorum more manum super ægros ponat, & salutem restituat: & quantumlibet vehemens ægritudo sit: ad tactum illius abscedat. Quem hoc etiam habere miraculi adiunxit: quia in quolibet loco quauis immantissimæ asperitatis serpentem repererit: mox vt eum signo crucis signauerit, extinguit, ita vt virtute crucis quam vir dei digito ediderit: disruptis visceribus moriatur. Quem si quādo serpens in foramine fugerit, signo crucis os foraminis benedicat: statimque ex foramine serpens iam mortuus trahitur. Quem tantæ virtutis virum ipse etiam videre curauit: eumque ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus manere volui, vbi, si qua adestet curationis gratia: citius probari potuisset. Ibi autem quidam inter ægros alios mente captus iacebat, quem medici Græco vocabulo phreneticum appellat. Qui nocte quadā cum magnas voces (scilicet vt insanus) æderet, cunctosque ægros immensis clamoribus perturbaret: ita vt nulli illic capere somnum liceret: fiebat res valde mirabilis: quia vnde vnus malè, inde omnes deterius habebāt. Sed sicut & prius à reuerentissimo Florido episcopo qui tunc cū prædicto presbytero illic pariter manebat: & post à puero qui nocte eadem ægotantibus seruiebat, subtiliter agnouit, idem venerabilis presbyter de proprio stratu surgens ad lectum phrenetici silenter accessit, & super eum positus manibus orauit. Moxque illum melius habentem tulit atque in superiora domus secum ad oratorium duxit: vbi pro eo liberius orationi incubuit, & statim eum sanum ad lectum proprium reduxit: ita vt nullas vterius voces æderet, nec iam ægotorū quempia aliquo clamore perturbaret, nec iam ægritudinem auxit alienam: qui perfectè receperat mentem suam. Ex quo eius vno facto didicimus: vt de eo illa omnia audita crederemus.

Petrus:


Magnæ vitæ ædificatio est videre viros tam miraculosos, atque in ciuibus suis Hierusalem cœlestem in terra conspiciere.

De Maximiano Syracusanæ ciuitatis episcopo.

Caput. XXXVI.

Gregorius:

N Eque hoc silendum puto quod omnipotens deus super Maximianum famulum suum nunc Syracusanū episcopum, tunc autem mei monasterij patrem dignatus est monstrare miraculum. Nam dum iussione pontificis mei in Constantinopolitanæ vrbis palatio responsis Ecclesiasticis deseruirem: illuc ad me idem venerabilis Maximianus charitate exigente cum fratribus venit. Qui cum ad monasterium meum Romam rediret, in mari Adriatico nimis tempestate deprehensus: inæstimabili ordine atque inusitato miraculo erga se cunctosque qui cum eo aderant, omnipotentis dei & iram cognouit & gratiam. Nam cum in eorum morte ventorum nimietatibus eleuati fluctus læuaret, ex nauiculis perditis arbor abscissa est: vela in vndis proiecta: totaque vas nauis cassatum nimis fluctibus ab omni fuerat sua compage dissolutum. R. imis itaque patentibus intrauit mare, atque vsque ad superiores tabulas impleuit nauem, ita vt non tam nauis intra vndas quàm vndæ iam intra nauem esse viderentur. Tunc in eadem naui residentes non iam ex morte vicina, sed ex ipsa eius præsentia ac visione turbati omnes: sibimet



**A**libimet pacem dederunt, corpus & sanguinem redemptoris acceperunt, deo se singuli commendantes: ut eorum animas benigne suscipere: quorum corpora in tam pauca morte tradiderat. Sed omnipotens deus qui eorum mentes mirabiliter tenuit: eorum quoque vitam mirabilius seruauit. Nam diebus octo nauis eadem usque ad superiores tabulas aquis plena iter proprium pergens enatauit. Nono autem die in Cothronensis castri portum deducta est. Ex qua exierunt omnes incolomes qui cum praedicto venerabili viro Maximiano nauigabant. Cumque post eos ipse quoque fuisset egressus: mox in eadem portus profundum nauis demersa est: ac illis egredientibus praepondere subleuatione caruisset, & quae plena hominibus in pelago aquas portauerat, atque natauerat: Maximiano cum suis fratribus recedente, aquas sine hominibus in portu non valuit portare, ut hinc omnipotens deus ostenderet: quia hanc onustam sua manu tenuerat, quae ab hominibus vacua & derelicta super aquas non potuit manere.

De sanctulo presbytero prouinciae Nursiae.  
Caput. XXXVII.

**A**n te hos dies quoque serē. xl. vidisti apud me eū cuius superius memoriam feci, venerabilis vitae presbyterū sanctulū nomine, qui ad me ex Nursiae prouincia annis singulis venire conueuit. Sed ex eadem prouincia quidam monachus ante triduum venit: qui grauis nunciū moerore me perculit, quia eundem virum obuisse nunciavit. Huius ergo viri etiam non sine genuitū dulcedinis recolo: iam tamē sine formidine virtutis narro, quas a vicinis eius sacerdotibus mira virtute & simplicitate praeditis agnouit. Et sicut inter amantes se animos hominum magnum charitatis familiaritas ausum praebet, a me plerumque ex dulcedine exactus, ipse quoque de his quae egerat, extrema quadā fateri cogebatur. Hic namque quodam tempore cum in praelo Longobardi oliuam premerent, ut oleum liquari debuisset: sicut iocundus erat & vultu & animo, utrem vacuum ad praelum detulit, laborantēque Longobardos lato vultu salutauit, utrem protulit, & iubendo potius quam petendo eum impleri sibi dixit. Sed gentiles viri quia tota iam die frustra laborauerant, atque ab oliuis exigere oleū torquendo non poterant, verba illius molestē iulceperunt, eumque iniuriis insectati sunt. Quibus vir domini latiori adhuc vultu respondit, dicens: si pro me oretis, istum utrem sanctulo impleatis, & sic a vobis reuertetur. Cūque illi ex oliuis oleum defluere non cernerent, & virum dei ad implendum utrem sibi insistere viderent: vehementer accensī, maioribus hunc verbo contumeliis detestari coeperunt. Vir autem dei videns quod ex praelo oleum nullo modo exiret: aquam sibi dari petiit, quam cunctis videntibus benedixit, atque in praelum suis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta vbertas olei erupit, ut Longobardi qui prius diu incassum laborauerant, non solum sua vascula omnia, sed utrem quoque quē vir dei detulerat implentes, gratias agerent: quia is qui oleum petere venerat: benedicendo dedit quod postulabat.

al. ut in oleo.

Sanctulus aquam benedicendo in oleum conuertit.

Sanctulus panem in clibano miraculose reperit.

**A**lio quoque: epore vehemens ubique fames incubuerat, & beati Laurentij martyris Ecclesia fuerat a Longobardis incensa. Quam vir dei restaurare cupiens: artifices multos ac plures subministrantes operarios adhibuit, quibus necesse erat ut quotidiani sumptus laborantibus sine dilatione praebentur. Sed exigente eiusdem famis necessitate panis defuit: coeperuntque laborantes instantem victum quaerere: quia vires ad laborem per inopiam non haberent. Quod vir dei audiens, eos verbis consolabatur foris, promittendo quod deerat, sed ipse grauius anxiebat intus exhibere cibum non valens quē promittebat. Cū verò huc illucque anxius pergeret: deuenit ad clibanum in quo vicinae mulieres pridie panes coxerant, ibique incuruatus aspexit ne forte panis a coquentibus remansisset. Tunc repente panem mirae magnitudinis, atque insoliti candoris inuenit, quē quidem tulit, sed deferre artificibus noluit, ne fortasse alienus esset, & culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit, eumque omnibus ostendit, ac ne cui earum remansisset inquisiuit. Omnes autem quae pridie panem coxerant, suum hunc esse negauerunt, atque panes suos numero integro se a clibano retulisse professae sunt. Tūc læ-

tus vir domini petrexit ad multos artifices cum vno pane, & ut omnipotenti deo gratias agerēt admonuit. Et quia eis annonam praebuerat indicauit: eūque ad refectioem protinus inuitatis inuentum panem appoluit. Quibus sufficienter plenēque satiatis plura ex eo quam ipse panis fuerat fragmenta collegit. Quae die quoque altero eis ad refectioem intulit, sed id quod ex fragmentis supererat, ipsa quoque quae apposita fuerant fragmenta superabat. Factumque est ut per dies decem omnes illi artifices atque operarij ex illo pane satiati, hunc & quotidie ederent, & ex eo quotidie quod edi posset, in crastinum superesset: ac fragmenta panis illius per esum crescerent, & cibum comedentium ora repararent. Petrus: **M**ira res, atque in exemplum dominici operis vehementer omnibus stupenda.

Vnus panis pluribus sufficit decem diebus.

**I**psē Petre multos de vno pane paui per seruū, qui ex quaque paubus quinque milia hominum satiauit per semetipsum, qui pauca feminis grana in innumera segetum frumenta multiplicat, qui ipsa quoque semina produxit ex terra, & simul omnia creauit ex nihilo. Sed ne diutius mireris quid in virtute domini venerandus vir sanctulus exterius fecerit, audi ex virtute domini qualis interius fuit. Dicit enim quadam a Longobardis captus quidam diaconus tenebatur ligatus, eumque ipsi qui tenuerāt interficere cogitabant. Ad uel perascente autem die vir dei sanctulus ab eisdem Longobardis petiit ut relaxari, eūque vita concedi debuisset, quod posset se se facere omnino negauerunt. Cumque mortem illius deliberasse eos cerneret, petiit ut sibi ad custodiam tradidit debuisset. Cui protinus responderunt: Tibi quidem eam ad custodiendum datum, sed ea conditione interposita, ut si ille fugerit, pro eo ipse moriatis. Quod vir domini libenter accipiens, praedictum diaconū in suam suscepit fidem, quem nocte media cū Longobardos omnes somno graui depressos aspiceret, excitauit & ait: surge, & cōcitus tuge, liberet te omnipotens deus. Sed idem diaconus promissionis eius non immemor, respondit dicens: Fugere pater non possum: quia si ego fugero, pro me sine dubio ipse morieris. Quē vir domini sanctulus ad fugiendum compulsi, dicens: surge & vade, te omnipotens deus eripiat. Nam ego in manu eius sum: tantum in me possunt facere: quantum ipse permiserit. Fugit itaque diaconus, & quasi deceptus in medio fidelissor remansit. Facto igitur mane Longobardi qui diaconum ad custodiendum dederant venerunt, quem dederant petierunt, sed hunc venerandus presbyter fugisse respondit: Tunc illi inquit: Scis ipse melius quid conuenit. Seruus autem domini constanter ait: scio. Cui dixerunt: Bonus homo es, nolimus te per varios cruciatus mori, elige tibi mortem quam vis. Quibus vir domini respondit dicens: In manu dei sum, ea morte me occidite qua me occidi permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant Longobardis placuit ut eum capite truncare debuissent, quatenus sine graui cruciatus vitam eius compendiosa morte terminarent. Cognito itaque quod sanctulus qui inter eos pro sanctitatis reuerentia magni honoris habebatur occidendus esset: omnes qui in eodem loco inuenti sunt Longobardi conuenerunt: sicut sunt nimis crudelitatis, lati ad spectaculum mortis. Circumsteterunt itaque acies. Vir autem domini deductus in medium est, atque ex omnibus viris fortibus electus est vnus, de quo dubiū nō esset quin vno ictu caput eius abscinderet. Ventrādus igitur inter armatos deductus, ad sua arma statim cucurrit: nam petiit ut sibi paululum orandi licentia daretur. Cui dum concessum fuisset: in terram se strauit & orauit. Qui dum paulo diutius oraret, hunc electus interfecto calce pulsauit ut surgeret, dicens: surge, & flexo genu tende ceruicem. Surrexit autem vir domini, genu flexit, ceruicem tetendit, sed tēso collo eductam contra se spatam intuens, hoc vnū publice fertur dixisse: sancte Ioannes suscipe illam. Tunc electus carnifex euaginatū gladium tenens, ausu forti in altum brachium percussurus leuauit, sed deponere nullo modo potuit, nam repente dirigit, & erecto in caelum gladio brachium inflexibile remansit. Tunc omnis Longobardorum turba quae ad illud mortis spectaculum aderat, in laudis fauorem conuersa mirari coepit, utrumque dei cum timore venerari, quia profecto claruerat cuius sanctitatis esset qui carnificis sui brachium in aere ligasset. Itaque postulat ut surgeret, surrexit: postulatus ut brachium sui carnificis sanaret, negauit dicens:

Longobardi ad spectaculum mortis leti

**G** Ego pro eo nullo modo orabo, nisi mihi ante iuramentum dederit, quia cum ista manu Christianum hominem non occidat. Sed Longobardus idem qui (ut ita dicam) brachium contra deum tendendo perdidit, pena sua exigente compulsus est iurare se Christianum hominem nunquam occidere. Tunc vir domini precepit dicens: Depone manum deorsum. Qui statim deposuit, atque ilico adiunxit: Remitte gladium in vaginam. Et statim remisit. Omnes ergo tantae virtutis hominem cognoscentes, boues & iumenta quae depraedati fuerant, certatim ei offerre in munere volebant, sed vir domini tale munus suscipere renuit: munus autem bonae mercedis quasi dicens: Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captiuos quos habetis mihi tribuite, ut habeam unde pro vobis debeam orare. Factumque est, & omnes captiui cum eo dimissi sunt, atque superna gratia disponente: cum se vultus pro vno morti obtulit, multos a morte liberavit.

Sanctulus  
carnificem  
sanauit.

**M**ira res, & quamuis hanc ab aliis & ipse cognouerim: verè tamen fateor, quia mihi quoties narratur innouatur.

**N**ihil in hac re in Sanctulo mireris: sed pensa si potes quis ille spiritus fuerit: qui eius tam simplicem mentem tenuit: atque in tanto virtutis culmine erexit.

Legis plenitudo est  
charitas.

1. Ioan. 3.

**H** ubi enim eius animus fuit quando mori pro proximo tam constantè decreuit, & pro temporali vita fratris vnus suam despexit: atque sub gladio ceruicem tetendit? Quae ergo vis amoris illud cor tenuit, quod mortè suam pro vniuersae salutis proximi non expauit? Scimus certè quia idem venerabilis vir Sanctulus ipsa quoque elementa literarum bene non nouerat, legis praecepta nesciebat: sed quia plenitudo legis est charitas: legem totam in dei ac proximi dilectione seruauit, & quod foris in cognitione non nouerat, ei intus vsuebat in amore. Et qui nunquam fortasse legerat quod de redemptore Ioannes apostolus dixit, quoniam sicut ille pro nobis animam suam posuit: sic & nos debemus pro fratribus animas ponere, tam sublime apostolicum praeceptum faciendo magis quam sciendo nouerat. Comparemus si placet cum hac nostra indocta scientia illius doctam ignorantiam. Vbi haec nostra iacet, ibi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur: & quasi inter fructifera arbusta positi, odoramur poma nec manducamus. Ille virtutum fructus carpere nouerat, quamuis hos in verbis odorari nesciebat.

**Q**uidnam quæso tu esse existimas quod boni quisque subtrahuntur: & qui viuere ad ædificationem multorum poterant, aut penitus inueniri nequeunt, aut certe iam omni modo rarefcunt?

Esa. 57.

Hier. 50.

Eccles. 3.

**M**alitia remanentium meretur ut hi qui prodesse poterant: festine subtrahantur, & cum mundi finis appropinquat, electi tolluntur: ne deteriora videant: Hinc enim propheta ait: Iustus perit, & nemo est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiae colliguntur: quia non est qui intelligat: Hinc rursum scriptum est: Aperite ut exeant qui conculcent eam, tollite de via lapides. Hinc Salomon ait: Tempus mittendi lapides: & tempus colligendi. Quo igitur finis mundi vrget: eo necesse est, ut viui lapides ad edificium caeleste colligantur, quatenus Hierusalem nostra in mensuram suae constructionis excreseat. Nec tamen ita omnes electos subtrahi credimus, ut soli in mundo peruersi remaneant: quia nunquam peccatores ad lamentum penitentiae redirent, si nulla essent bonorum exempla quae eorum mentem traherent.

**I**n cassum subtrahi bonos queror: quia perire cateruatim & malos video.

De uisione Redempti Ferentinæ ciuitatis episcopi.

Caput. XXXVIII.

**H**ac de re nihil Petre mireris: nam Redemptum Ferentinæ ciuitatis episcopum vitæ venerabilis virum qui ante hos ferè annos septem ex hoc mundo migravit, tua dilectio cognitum habuit. Hic sicut mihi adhuc in monasterio propèposito valde familiariter iungebatur, hoc quod Ioannis Iunioris prædecessoris mei tempore de mundi fine cognouerat, sicut longe lateque claruerat, à me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat nanque quia quadam die dum paroccias suas ex more circuiret, peruenit ad Ecclesiam bea-

ti Euthicii martyris. A ducesperascete autem die stratum fieri sibi iuxta sepulchrum martyris voluit: atque ibi post laborem quieuit: cum nocte media ut asserbat, nec perfecte vigilare poterat, nec dormiebat, sed depressus ut solet somno, grauabatur quodam pondere vigilans animus: atque ante eum idem beatus martyr Euthicius astitit dicens: Redempte vigilas? Cui respondit: vigilo. Qui ait: Finis venit vniuersae carnis, finis venit vniuersae carnis, finis venit vniuersae carnis. Postquam trinam vocem visio martyris cum omnipotentis dei gratia quae mentis eius oculis apparebat, euauit. Tunc vir dei surrexit, seque in orationis lamentum dedit. Mox enim illa terribilia in caelum signa secuta sunt, ut hastae atque acies igneae ab aquilonis parte viderentur. Mox effera longobardorum gens de vagina suae habitationis educta, in nostram ceruicem grassata est: atque humanum genus quod in hac terra praenimia multitudine quasi spissae segetis more surrexerat, succisum aruit. Nam depopulatae vrbes, euerfa castra, concrematae Ecclesiae, destructa sunt monasteria virorum ac feminarum, desolata ab hominibus praedia, atque ab omni cultore destituta, in solitudine vacat terra: nullus hanc possessor inhabitat, occupauerunt bestiae loca quae prius multitudo hominum tenebat. Et quid in aliis mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra in qua nos viuimus: finem suum mundus iam non nunciat, sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instantius eterna quaerere, quanto à nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despiciendus à nobis hic mundus fuerat: etiam si blandiretur: si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur: tanta aduersitate fatigatur: tot nobis quotidie dolores ingeminat: quid nobis aliud quam diligatur clamat? Multa autem fuerant quae adhuc de electorum factis narrare debuissim, sed haec silentio supprimo quia ad alia festino.


Petrus:

**Q**uia multos intra sanctae Ecclesiae gremium constitutos, de vita animae post mortem carnis perpendo dubitare, quæso ut debeas vel qua ex ratione possit agnosci: vel si qua animarum exempla animo occurrunt, pro multorum ædificatione dicere, ut hi qui suspicantur: discant cum carne animam non finire.

**L**aboriosum valde hoc opus est: & maxime occupato animo atque ad alia tendenti. Sed si sunt quibus prodesse valeat, voluntatem meam proculdubio postpono utilitati proximorum, & in quantum deo largiente valero, quod anima post carnem vivat: subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo.

Libri tertij finis.

Capita libri quarti.

- 1 uod æterna ac spiritalia ideo à carnalibus minus credantur, quia ea quae audiunt, per experimentum minime nouerunt.
- 2 Quod sine fide neque infidelis uiuat.
- 3 Quod tres spiritus vitales sunt creati.
- 4 De quaestione Salomonis qua dicitur, unus interitus est hominis & iumentorum.
- 5 De quaestione animae inuisibiliter exeuntis an sit quae uideri non possit.
- 6 Quod uita animae manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum, sic uita animae post corpus in sanctis pensanda est ex uirtute miraculorum.
- 7 De egressibus animarum.
- 8 De egressu animae speciosi monachi.
- 9 De anima cuiusdam inclusi.
- 10 De egressu animae Spei abbatis.
- 11 De egressu animae Vrsini presbyteri.
- 12 De anima Probi Reatine ciuitatis episcopi.
- 13 De transitu Galle ancillae dei.
- 14 De transitu Seruuli paralytici.
- 15 De transitu Romulae ancillae dei.

- A** 16 De transitu Bersille uirginis.  
 17 De transitu Muse puellæ.  
 18 Quod quibusdam paruulis regni celestis aditus à parentibus clauduntur, cum ab eis malè nutriuntur, ut de puero blasphemo ostenditur, & postmodum declaratur.  
 19 De transitu Stephani serui dei.  
 20 Quod aliquando anime meritum non in ipso egressu, sed post mortem uerius declaratur.  
 21 De duobus monachis Valentii abbatis.  
 22 De transitu Sorani abbatis.  
 23 De transitu diaconi Ecclesiæ Marsorum.  
 24 De morte uiri dei qui missus Bethel fuerat.  
 25 Si ante restitutionem corporis recipiantur in caelo anime iustorum.  
 26 Quibus modis morientes aliqua prædicunt, & de morte cuiusdam aduocati, & de reuelatione Gerontii ac Melliti monachorum, & de morte pueri Armentarii, & de diuersitate linguarum.  
 27 De morte Theophani comitis.  
 28 Quod sicut anime perfectorum in caelo, ita post dissolutionem corporum iniquorum anime in inferno esse credende sunt.  
 29 Qua ratione credendum sit ut incorporeos spiritus tenere ignis corporis possit.  
**B**  
 30 De morte Theodorici regis Ariani.  
 31 De morte Reparati.  
 32 De morte curialis, cuius sepultura incensa est.  
 33 Siboni honos in regno & mali malos in supplicio agnoscunt.  
 34 De quodam religioso moriente qui prophetas uidit.  
 35 Quod se etiam ignote anime nonnunquam exitura cognoscunt, que uel pro culpis tormèta, uel pro bonis actibus similia sunt præmia receptorum: & de morte Ioannis & Ursi atque Enmorisi & Stephani.  
 36 De his qui per errorem duci uidentur è corpore, & de uocatione & de reuocatione Petri monachi, & de morte & resurrectione Stephani: ac de uisione cuiusdam militis, & Deusdedit, cuius domus sabbato uisa est edificari, & de pœna Sodomorum.  
 37 Quod quorundam anime adhuc in corpore positæ pœnale aliquid de spiritualibus uident: & de Theodoro puero.  
 38 De morte Crisori & monachi cuiusdam Iconiæ.  
 39 An post mortem ignis purgatorius sit.  
 40 De anima Paschasii diaconi.  
 41 Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt que antè latuerunt.  
**C**  
 42 Vbi esse infernus credendus sit.  
 43 Vtrum unus gehennæ ignis sit, an diuersi.  
 44 Si semper ardeant qui gehennæ incendio deputantur.  
 45 Quomodo anima immortalis dicitur si constat quod mortis damnatione puniatur.  
 46 De quodam sancto uiro qui ad mortem ueniens exauit.  
 47 Quod quidam ne in morte timeant reuelatione roborantur, & de Antonio & Merulo & Ioanne monachis.  
 48 An obseruanda sint somnia & quæ sunt modi somniorum.  
 49 De quodam uiro cui per somnium longa uite spatia promissa sunt & in breui tempore morte rescata.  
 50 An profit animabus si mortuorum corpora in Ecclesia fuerint sepulta.  
 51 De quadam sanctimoniali in Ecclesia sancti Laurentii sepulta, quæ dimidia apparuit incensa.  
 52 De Valeriani patricii sepultura.  
 53 De corpore Valentini sepulti ab Ecclesia post mortem proiecto.  
 54 De tioris corpore in Ecclesia sepulto, & postmodum non inuenito.  
 55 Quid sit quod post mortem ualeat ad absolutionem animas adiuuare: & de centuncellensi presbytero qui à cuiusdam spiritu petitus est ut per sacram hostiam post mortem potuisset

- adiuari, & de anima iusti monachi.  
 56 De uita & transitu Cassii episcopi.  
 57 De quodam ab hostibus capto cuius uincula oblationis hora soluebantur, & de Caraca naua per salutarem hostiam à naufragio liberato.  
 58 De uirtute ac mysterio uictimæ salutaris.  
 59 De affligendo corde inter sacra mysteria, & de mentis euersione post compunctionem.  
 60 De relaxandis culpis alienis, ut nostræ relaxentur.

## LIB. QVAR=

### TVS DIALOGI BEA- ti Gregorij papæ.

Quod eterna ac spiritualia ideo à carnalibus minus credantur, quia ea que audiunt, per experimentum minime nouerunt.  
 Caput. I.



**R**ostquam de paradisi gaudiis (culpa exigente) expulsus est primus humani generis pars: in huius egreditatis atque exilij quam patimur venit ærumnam, quia peccato extra semetipsum iustus: iam illa celestis patriæ gaudia que prius contemplabatur, videre non potuit. In paradiso quippe assueuerat homo uerbis dei perfroi: beatorum angelorum spiritibus cordis munditia & celsitudine uisionis interesse. Sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Ex cuius uidelicet carne nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem celestem esse patriam: audimus elus ciues angelos dei: audimus eorum angelorum socios spiritibus scire non ualent per experimentum: dubitant utrum ne sit, quod corporalibus oculis non uident. Quæ nimirum dubietas in primo pariete nostro esse non potuit, quia exclusus à paradisi gaudiis hoc quod amiserat: quia uiderat: recolebat. Hi autem sentire uel recolere audita non possunt: qui eorum nullum sicut ille saltem de præterito experimentum tenent. Ac si enim prægnans mulier mittatur in carcerem: ibique pariat puerum: qui natus puer in carcere nutriatur & crescat: cui si fortasse mater quæ hunc genuit solè, lunam, stellas montes, & cæpos, volantes aues: currètes equos nominet, ille uero qui est in carcere natus & nutritus nihil aliud quàm tenebras carceris sciat: & hæc quidem esse audiat, sed quia per experimentum non nouit: ueraciter esse diffidat: ita in hac exilij sui cæcitate nati homines: dum esse summa & inuisibilia audiunt: diffidunt an uera sint: quia sola hæc infima in quibus nati sunt uisibilia nouerunt. Vnde factum est ut ipse inuisibiliu & uisibiliu creator ad humani generis redemptionem unigenitus patris ueniret: & sanctum spiritum ad corda nostra mitteret: quatenus per eum uiuificati crederemus, quæ adhuc scire per experimentum non possumus. Quotquot ergo hunc spiritum hereditatis nostræ pignus accepimus: de uita inuisibilium non dubitamus. Quisquis autem in hac credulitate adhuc solidus non est: debet proculdubio maiorum dictis fidem præbere: eis que iam per spiritum sanctum inuisibilium experimentum habentibus credere: quia & stultus est puer si matrem ideo æstimet de luce mentiri: quia ipse nihil aliud quam tenebras carceris agnouit.

Homines  
cur non fa-  
cile spirita-  
lia credunt.

Pæcet ualde quod dicis. Sed qui esse inuisibilia non credit: profecto infidelis est, qui uero infidelis est, in eo quod dubitat fidem non querit: sed rationem.

Quod sine fide neque infidelis uiuat.

Caput. II.

Gregorius:

**A**vdacter dico: quia sine fide neque infidelis uiuit: Nam si ab infideli percunctari uolero quem patrem uel quam matrem habuerit: protinus respondebit illum atque illam. Quem si statim requiram utrum ne nouerit quado

ce iiii conceptus



**G** conceptus sit: vel viderit quando natus: nihil horum se vel nosse vel vidisse fatebitur, & tamen quod non vidit credit. *In fidelis si dem habet.* Nam illum patrem: illamque se habuisse matrem absque dubitatione testabitur. *Petrus:*

**F**ateor: quia nunc vsque nesciui quod infidelis haberet fidem. *Gregorius:*

**H**abeant etiam infideles fidem: sed vitam in deum. Quam si utique haberent: infideles non essent. Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt: hinc ad fidei gratiam provocandi, quia si de ipso suo visibili corpore credunt quod inuisibilia non credunt que corporaliter videre non possunt?

*Quod tres sunt vitales spiritus creati. Caput. III.*

*Spiritus triplex a deo creatus*

**N**am quia post mortem carnis vivat anima, patet ratio: sed fidei admixta. Tres quippe vitales spiritus creavit omnipotens deus. Vnum qui carne non tegitur. Alium qui carne tegitur: sed non cum carne moritur. Tertium qui carne tegitur: & cum carne moritur. Spiritus namque est qui carne non tegitur, angelorum: spiritus qui carne tegitur sed cum carne non moritur, hominum: spiritus qui carne tegitur & cum carne moritur, iumentorum omniumque brutorum animalium. Homo itaque sicut in medio creatus est: ut esset inferior angelo, superior iumento: ita aliquid habet commune cum summo: aliquid commune cum infimo: immortalitatem scilicet spiritus cum angelo: mortalitatem vero carnis cum iumento: quousque & ipsam mortalitatem carnis, gloria resurrectionis absorbeat: & inherendo spiritui caro servetur in perpetuum: quia & ipse spiritus inherendo carni servatur in deum. Quae tamen caro nec in reprobis inter supplicia perfectè deficit: quia semper deficiendo subsistit: ut qui spiritu & carne peccaverunt, semper essentialiter viventes, & carne & spiritu sine fine moriantur. *Petrus:*

*Eccles. 3.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

**R**ationi fidelium placent cuncta quae dicis. Sed quae so te: dum spiritus hominum atque iumentorum tanta distinctione discernis: quid est quod Salomon ait? Dixi in corde meo de filiis hominum: ut probaret eos deus: & ostenderet similes esse bestiis. Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum: & aequa vtriusque conditio. Qui adhuc eadem suam sententiam subtiliter exequens adiungit: Sicut moritur homo: sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia: & nihil habet homo iumentis amplius. Quibus adhuc verbis generalè diffinitionem subinfert dicens: Cuncta subiacent vanitati: & omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur.

*De questione Salomonis qua dicitur: Vnus interitus est hominis & iumentorum.*

*Caput. IIII.*

*Gregorius:*

*I Ecclesiastes concionator dicitur.*

**S**alomonis liber in quo haec scripta sunt, Ecclesiastes appellatus est. Ecclesiastes autem proprie concionator dicitur. In concione vero sententia promittitur, per quam tumultuosa turbae seditio comprimatur. Et cum multi diuersa sentiunt, per concionantis rationem ad vnam sententiam perducuntur. Hic igitur liber idcirco concionator dicitur: quia Salomon in eo quasi tumultuatis turbae suscepit sensum, ut ea per inquisitionem dicat: quae fortasse per tentationem imperita mens sentiat. Nam quot sententias quasi per inquisitionem mouet: quasi tot in se personas diuersorum suscipit. Sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat, eosque ad vnam sententiam reuocat, cum in eiusdem libri termino ait: Finè loquendi omnes pariter audiamus. Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo. Si enim in libro eodem per locutionem suam multorum personas non susceperat, cur ad audiendum loquendi finem secum pariter omnes admonebat? Qui igitur in fine libri dicit: omnes pariter audiamus, ipse sibi testis est, quia in se multorum personas suscipiens, quasi solus locutus non est. Vnde & alia sunt quae in libro eodem per inquisitionem mouentur, atque alia quae per rationem satisfaciunt. Alia quae ex tentati profert animo, atque adhuc huius mundi delectationibus dediti: alia vero in quibus ea quae rationis sunt disserat, atque animum a delectatione compescat: ibi namque ait: Hoc itaque mihi visum est bonum, ut comedat quis & bibat, & fruatur laetitia ex labore suo. Et longe inferius subiungit: Melius est

*Eccles. 12.*

*Eccles. 5.*

*Eccles. 7.*

ire ad domum lactus, quam ad domum conuiuij. Si enim bonum est manducare & bibere, melius fuisse videbatur ad domum conuiuij pergere quam ad domum lactus. Ex qua re ostenditur quia illud ex infirmantium persona intulit, hoc vero ex rationis diffinitione subiunxit. Nam ipsas protinus rationis causas edisserit, & de domo lactus quae sit utilitas ostendit, dicens. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum: & viuens homo cogitat quid futurus sit. Rursum illic scriptum est: Latere iuuenis in adolescentia tua. Et paulo post subditur: Adolescentia enim & voluptas vana sunt. Qui dum hoc postmodum vanum esse redarguit, quod prius admonuisse videbatur, patenter indicat quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit, haec vero ex iudicij veritate subiunxit. Sicut ergo delectationem prius carnalium exprimeus, curis postpositis denunciat bonum esse manducare & bibere, quod tamen postmodum ex iudicij ratione reprehendit, cum esse melius dicit ire ad domum lactus, quam ad domum conuiuij: & sicut quod ait latere debere iuuenem in adolescentia sua, quasi ex deliberatione carnalium proponit, & tamè postmodum per diffinitionem sententiae adolescentiam & voluptatem vana esse redarguit, ita etiam concionator noster velut ex mente infirmantium humanae suspicionis sententiam proponit dum dicit: Vnus interitus est hominis & iumentorum: & aequa vtriusque conditio. Sicut moritur homo: sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia: & nihil habet homo iumentis amplius. Qui tamen ex diffinitione rationis sua postmodum sententiam protulit dicens: Quid habet amplius sapiens stulto, & quid pauper: nisi ut pergat. Illuc ubi est vita? Qui igitur dixit: nihil habet homo iumentis amplius: ipse rursum diffiniuit quia habet aliquid sapiens non solum amplius a iumento, sed etiam ab homine stulto, videlicet ut pergat illuc ubi est vita. Quibus verbis primùm indicat quia hic hominum vita non est, quam esse alibi testatur. Habet ergo homo hoc amplius iumentis: quia illa post mortem non viuunt, hic vero tunc viuere inchoat, cum per mortem carnis, hanc visibilem vitam consummat. Quis etiam longè inferius dicit: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos: quo tu properas. Quomodo ergo vnus interitus est hominis & iumentis & aequa vtriusque conditio? Aut quomodo nihil habet homo iumentis amplius, cum iumenta post mortem carnis non viuunt: hominum vero spiritus pro malis suis operibus post mortem carnis ad inferos deducti: nec in ipsa morte moriuntur? Sed in vtraque tam dispari sententia demonstratur quia concionator verax est: & illud ex tentatione carnali intulit, & hoc postmodum ex spiritali veritate diffiniuit.

*Petrus:*

**L**ibet nescisse quod requisui: dum me in tanta subtilitate contigit discere quod nesciui. Sed quae so te ut me aequanimiter feras si ipse quoque apud te more Ecclesiasticis nostri infirmantium in me personam suscepero: ut eisdem infirmantibus prodesse propinquus quasi per eorum inquisitionem possim.

*Gregorius:*

**C**ur condescendentem te infirmitati proximorum aequanimiter non feram? cum Paulus dicat: Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Quod ipse quoque dum ex condescensione charitatis egeris, in hac re amplius venerari debes: in qua morem egregij praedicatoris imitaris.

*De questione animae inuisibiliter exeuntis, an sit quae videri non possit.*

*Caput. V.*

*Petrus:*

**Q**uodam fratre moriente praesentem me fuisse contigit. Qui repente dum loqueretur, vitalem emisit flatum, & quem prius mecum loquentem videbam: subito extinctum vidi. Sed eius anima vtrum egressa sit an non: non vidi, & valde durum videtur ut credatur res esse: quam nullus valeat videre.

*Gregorius:*

**Q**uid mirum Petre si egredientem animam non vidisti, quam & manentem in corpore non vides? Nunquid non modo cum mecum loqueris, quia videre in me non vales animam meam: idcirco me esse exanimè credis? Natura quippe animae inuisibilis est: atque ita ex corpore inuisibiliter egreditur: sicut in corpore inuisibiliter manet.

*Quod*



Quod uita anime manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum, sic uita anime post corpus in san- tis pensanda est ex uirtute miraculorum.

Petrus:

Sed vitam anime in corpore manentis pensare possum ex motibus corporis, quia nisi corpori anima adesset: eiusdem membra corporis moueri non possent: vitam uero anime post carnem in quibus motibus quibusve operibus uideam, dicas: ut ex rebus uisibilibus etiam colligam quod uidere non possim.

Gregorius:

Non quidem subtiliter, sed solenter dico, quia sicut uis anime uiuificat & mouet corpus: sic uis diuina implet quae creauit omnia, & alia inspirando uiuificat: aliis tribuit ut uiuant, aliis uero hoc solummodo praestat ut sint. Quia uero esse non dubitas creatorem & regentem, impletem & circumplectentem, transcendentem & sustinentem, in- circumscriptum atque inuisibilem deum, ita dubitare non de- betis hunc inuisibilia obsequia habere. Debent quippe ea quae ministrant, ad eius similitudinem tendere cui ministrant, ut & quae inuisibili seruiunt, esse inuisibilia non dubitentur. Hec autem quae esse credimus: nisi sanctos angelos & spiritus in- storum: Sicut ergo motum considerans corporis, vitam ani- mae manentis in corpore perpendis ab imo, ita vitam anime exeuntis e corpore perpendere debes a summo: quia potest inuisibiliter uiuere, quam oportet in obsequio inuisibilis con- ditoris manere.

Petrus:

Recte totum dicitur, sed meas relugit credere: quod cor- poreis oculis non ualet uideri.

Gregorius:

Ubi Paulus dicit: Est enim fides sperandarum substā- tia rerum: argumentum non apparentium: hoc ueraciter dicitur credi, quod non ualet uideri. Nam credi iam non potest quod uideri potest. Ut tamen te breuiter re- ducam ad te: nulla uisibilia nisi per inuisibilia uidentur. Ecce enim cuncta corporea oculis tuis corporis aspicit: nec tamen ipse corporeus oculus aliquid corporeum uideret, nisi hunc res incorporea ad uidentum acuerit. Nam tolle mentem que non uideret: & incassum patet oculus qui uidebat. Subtrahe animam corpori: remanent proculdubio oculi in corpore aperti. Si igitur per se uidebant: cur discedente anima nihil uideant? Hinc ergo collige: quia ipsa quoque uisibilia non nisi per inuisibilia uidentur. Ponamus quoque ante oculos men- tis aedificari domus, immensas moles leuari, pendere magnas in machinis colūnas, quis (uelo te) hoc opus operatur, cor- pus uisibile quod illas moles manibus trahit: an inuisibilis anima quae uiuificat corpus: Tolle enim quod non uidetur in corpore, & mox immobilia remanent cuncta quae moueri ui- debantur, sicut uisibilia corpora metallorum. Quae ex re pen- sandum est, quia in hoc quoque mundo uisibili nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest. Nam sicut omnipotens deus aspirando uel implendo ea quae ratione subsistunt, & ui- uificat & mouet inuisibilia: ita ipsa quoque inuisibilia implē- do mouent atque sensificant carnalia corpora quae uidentur.

Petrus:

Istis fateor allegationibus libenter victus propè nulla iam esse hae uisibilia existimare compellor, qui prius in me in- firmantium personam suscipiens de inuisibilibus dubitabā. Itaque placent cuncta quae dicis, sed tamen sicut vitam anime in corpore manentis ex motu corporis agnosco: ita vitam ani- mae post corpus apertis quibusdam rebus attestantibus co- gnoscere cupio.

Quia uita anime manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum, sic uita anime post corpus in san- tis pensanda est ex uirtute miraculorum.

Caput. VI.

Gregorius:

Haec in re si cor paratum tuae dilectionis inuenio in allegatione minime laboro. Nunquidnam sancti apo- stoli & martyres Christi praesentem vitam despice- rent: & in mortem carnis animas ponerent: nisi certiore ani- marum vitam sublequi scirent? Tu uero ipse inquires, quia ui- tam anime in corpore manentis ex moribus corporis agno- scis, & ecce hi qui animas in mortem poluerunt: atque anima- rum vitam post mortem carnis esse crediderunt, quodidia- nis miraculis coruscant. Ad extincta namque eorum corpora ui-

uentes agri ueniunt & sanantur, periuri ueniunt & daemone vexantur, daemoniaci ueniunt & liberantur, leprosi ueniunt & mundantur, deseruntur mortui & suscitantur. Pensa itaque eorum anime qualiter uiuunt illic ubi uiuunt, quorum hic mortua corpora in tot miraculis uiuunt. Si igitur vitam anime manentis in corpore deprehendis ex motu membrorum, cur non perpendis vitam anime post corpus etiam per ossa mortua in uirtute miraculorum?

Petrus:

Nulla ut opinor huic allegationi ratio obsistit, in qua ex rebus uisibilibus cogimur credere quod non uidemus.

De egressibus animarum. Cap. VII.

Gregorius:

Paulo superius quocumque es morientis cuiusdam egredien- tem te animam non uidisse, sed hoc ipsum iam culpa- fuit quod corporeis oculis rem uidere inuisibile quaesisti. Nam multi nostrum mentis oculum fide pura & uerbi oratione mundantes, egredientes e carne animas frequenter uidentur. Unde nunc mihi necesse est uel qualiter egredien- tes anime uisae sint, uel quanta ipsae dum egredierentur, uide- rint enarrare: quatenus fluctuanti animo quod plene ratio non ualet, exempla suadeant. In secundo namque huius operis li- bro iam praefatus sum quod uir uenerabilis Benedictus sicut a fidelibus eius discipulis agnoui, longe a Capuana urbe po- situs, Germani eiusdem urbis episcopi animam nocte media in globo igneo ad caelum ferri ab angelis aspexit. Qui eandem quoque ascendentem animam intuens, mentis laxato sinu qua- si sub uno solis radio cunctum in suis oculis collectum mun- dum uidit.

De egressu anime Speciosi monachi. Cap. VIII.

Idem quoque discipulis illius narratibus didici, quia duo nobiles uiri atque exterioribus studiis eruditi Ger- mani fratres, quorum unus Speciosus, alter Gregorius dicebatur: eius se regulae in sancta conuersatione tradide- runt. Quosidem pater uenerabilis in monasterio quod iuxta Tetraconesem \* urbem construxerat, fecit habitare. Qui multa quidem pecunias in hoc mundo possederant, sed cuncta pauperibus pro animarum suarum redemptione largiti sunt, & in eodem monasterio permanserunt. Quorum unus, scilicet Speciosus, dum pro utilitate monasterii iuxta Capuanam urbem missus fuisset, die quadam frater eius Gregorius cum fratribus ad mentam sedens atque conuiescens, per spiritum sub- leuatus aspexit, & uidit Speciosi Germani sui animam tam longe a se polita de corpore exire, quod mox fratribus indicauit & cucurrit, iamque eundem fratrem suum sepultum reperit, quem tamen hora ea qua uiderat exisse de corpore, inuenit.

De anima cuiusdam inclusi. Caput. IX.

Quidam religiosus atque fidelissimus uir adhuc mi- hi in monasterio posito, narrauit quod aliqui desol- itae partibus nauigio Romam petentes in mari me- dio positi cuiusdam serui dei qui in samnio fuerat inclusus, ad caelum ferri animam uiderunt. Qui descen- dentes ad terram, causamque an ita esset acta persecutantes, illo die inuenerunt obisse dei famulum, quo eum ad caelestia regna ascendisse cognouerunt.

De egressu anime Spei abbatis. Caput. X.

Adhuc in monasterio positus cuiusdam ualde uenera- bilis uiri relatione cognoui quod dico: Aiebat enim quia uenerabilis pater nomine Spes, monasterium construxit in loco cui uocabulum Caple est, qui sexti ferme mi- liarij interiacente spatio a uetusta Nursiae urbe disiungitur. Hunc omnipotens & misericors deus ab aeterno uerberere fla- gellando protexit, ei que dispensationis suae maximam secu- ritatem seruauit & gratiam, quantumque eum prius flagel- lando diligeret, postmodum perfecte sanando monstrauit. Eius namque oculos per quadraginta annorum spatium con- tinuae caecitatis tenebris pressit, nullum ei lumen uel extremam uisionis aperies. Sed quia nemo in uerberere illius gratia se de- stituente substituit: & nisi idem misericors pater qui poenam irrogat patientiam praestet, mox per impatientiam peccatum nobis ipsa auget correptione peccatorum, si que modo misera- bili ut culpa nostra uide sperare debuit terminam, inde su- mat augmentum: idcirco nostra deus infirma conspiciens flagellis suis custodiam permiscet, atque in percussione sua

D Per miracula sancto- rum probat animam immortalem.

Benedictus animam Germani uidit.

\* al. terra ciuensem.

Frater mo- rientis fra- tris animam uidit.

F

etc.

Heb. II.

Visibilia per inuisibilia uidentur.



DIALOGI BEATI GREGORII

Electis illis nunc misericorditer iustus est: ut sint quibus po-  
stea debeat iuste misereri. Vnde venerabilem senem dū exte-  
rioribus tenebris premeret, interna nunquam luce destituit.  
Qui cū flagello fatigaretur corporis, habebat per sancti spi-  
ritus custodiam consolationem cordis. Cū verò iam anni  
quadragiesimi fuisset in cæcitate tempus expletum, ei domi-  
nus lumen reddidit, & vicinum suum obitum denūciavit, at-  
que ut monasteriis circūquaque constructis verbum vitæ  
prædicaret, admonuit: quatenus corporis recepto lumine, vi-  
sū in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui sta-  
tim iussis obtemperans, fratrum cœnobia circūiit, manda-  
ta vitæ quæ agendo didicerat, prædicavit. Quintodecimo  
igitur die ad monasterium suum peracta prædicatione re-  
uersus est, ibique fratribus conuocatis astans in medio sa-  
cramentum dominici corporis & sanguinis sumpsit, moxque  
cum eis mysticos Psalmorum cantus exorsus est. Qui illis  
psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes ve-  
ro fratres qui aderant, ex ore eius exisse columbam viderunt,  
quæ mox aperto tecto oratorij egressa aspicientibus  
fratribus penetravit coelum. Cuius idcirco animam in co-  
lumbæ specie apparuisse credendum est, ut omnipotens deus  
ex hac ipsa specie ostenderet, quàm simplici corde ei vir il-  
le seruisset.

Spes abbas  
cæcus qua-  
draginta  
annis, cu-  
ratus est.

Spei anima  
uisa in spe-  
cie colūbæ

De egressu animæ Vrsini presbyteri. Cap. XI.

Hoc neque hoc sileam quod vir venerabilis abbas Ste-  
phanus qui non longè ante hoc in hac vrbe defunctus  
est, quem ipse etiam bene nosti, in eadē prouincia Nur-  
siae contigisse referebat. Aiebat enim quod illic presbyter  
quidam commissam sibi cum magno timore domini regebat  
Ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyte-  
ram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad  
se propius accedere nunquam sinebat, eamque sibi met  
propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communione  
funditus familiaritatis absciderat. Habent quippe sancti vi-  
ri hoc propriū: nam ut semper ab illicitis longè sint, à seple-  
runque etiam licita abscondunt. Vnde idem vir ne vnquam per  
eam incurreret culpam, sibi etiam per illā ministrari recusa-  
bat necessaria. Hic ergo venerabilis presbyter cū longā vi-  
tæ impleisset aetate, anno quadragesimo ordinationis suæ in-  
ardescēte grauitate febre correptus ad extrema deductus est.  
Sed cū eum presbyteria sua conspiceret solutis iam mem-  
bris quasi in morte distentum, si quod adhuc ei vitale spira-  
mea inesset, naribus eius apposita curauit aure dignoscere.  
Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat flatus, quantulo  
admisit valuit ut loqui potuisset, inferuescente spiritu col-  
legit vocem atque erupit, dicens: Recede à me mulier, ad-  
huc igniculus viuit, paleam tolle. Illa igitur recedente cre-  
scente virtute corporis cum magna coepit lætitia clamare di-  
cens: Bene veniat domini mei, bene veniant domini mei, quid  
ad tantillum seruulum vestrum estis dignati conuenire? Ve-  
nio, venio. Gratias ago, gratias ago. Cūque hoc iterata cre-  
bro voce repeteret, quibus hoc diceret, noti sui qui illum cir-  
cūsteterant, requirebant. Quibus ille admirando respondit,  
dicens: Nunquid hic conuenisse sanctos Apostolos non videris?  
beatum Petrū & Paulum primos apostolorum non aspici-  
tis? Ad quos iterū conuersus dicebat: Ecce venio, ecce venio:  
atque inter hæc verba animā reddidit. Et quia veraciter san-  
ctos apostolos viderit, eos etiam sequēdo testatus est. Quod  
plæranque contingit iussis ut in morte sua sanctorum præ-  
cellentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ poenalem  
sententiam pertimescant, sed dum eorum menti interiorum  
cuius societas ostenditur, à carnis suæ copula siue doloris  
& formidinis fatigatione soluantur.

Vrsinus  
apostolos  
vidit.

De anima Probi Reatinæ urbis episcopi. Caput. XII.

al. Reati.

Qua de re neque hoc sileam quod Probus omnipo-  
tentis dei famulus, qui nunc in hac vrbe monaste-  
rio præsto est quod appellatur Reatum\*, de Pro-  
bo patre suo Reatinæ civitatis Episcopo mi-  
hi narrare conuenit, dicens: Quia appropinquante vitæ eius  
termino eum grauisima deprellit ægrotudo. Cuius pater no-  
mine Maximus pueris circūquaq; transmissis colligere medi-  
cos studuit, si fortasse eius molestitia subueniri potuisset. Sed  
congregati ex vicinis locis vndique medici, ad tactum venæ  
denūciaverunt eius exitum citius affuturum. Sed cū iam

tempus refectionis incumberet, atque diei hora tardior ex-  
creuisset, venerandus Episcopus de illorum potius quàm de  
sua salute sollicitus eos qui aderant, admonuit: cum senex patre  
in superioris episcopi sui partes ascendere, seque post labo-  
rem reficiendo reparare. Omnes igitur ascenderunt domū, vnde  
ei tantum modo paruulus relictus est puer, quæ nūc quoque præ-  
dictus Probus asserit superesse. Qui dum lecto iacentis assi-  
steret subito aspexit intrantes ad virum dei quosdam viros  
stolis candidis amictos: qui eundem quoque candorem ve-  
stium vultuum suorum luce viucebant. Quæ splendoris etiam  
claritate percussus, quoniam illi essent, emissa coepit voce cla-  
mare. Quæ voce etiam Probus episcopus commotus, intran-  
tes eos aspexit & agnouit, atque eundem stridentem vagien-  
temque puerum consolari coepit, dicens: Noli timere: quia  
ad me sanctus Iuuenalis, & sanctus Eleutherius martyres ve-  
nerunt. Ille autem tantæ visionis nouitatem non ferens, cur-  
su concito extra fores fugit, atque eos quos viderat, patri ac  
medicis nunciavit. Qui concitè descenderunt, sed ægrum  
quem reliquerant, iam defunctum inuenerunt: quia illi eum  
secum tulerant, quorum visionem puer ferre non potuit, qui  
hic remansit.

De transitu Gallæ ancillæ dei. Caput. XIII.

Interea neque hoc sileam quod mihi persona-  
rum grauium atque fidelium est relatione compertum.  
Gothorum nanque temporibus Galla huius vrbis nobilif-  
sima puella Simachi consulis ac patricij filia, intra adolescē-  
tiæ tempora marito tradita, in vnus anni spatio eius est mor-  
te viduata. Quam dum feruente mundi copia ad iterandum  
thalamum & opes & ætas vocaret elegit magis spiritualibus  
nuptiis copulari deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gau-  
dia æterna peruenitur, quàm carnalibus nuptiis subiici, quæ  
à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic  
autem cū valde ignea conspersio corporis inesset, coepe-  
runt medici dicere: quia nisi ad amplexus viriles rediret, ca-  
lore nimio contra naturam barbas esset habitura, quod ita  
quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius de-  
formitatis timuit, quæ interius sponsi cœlestis speciem ama-  
uit, nec verita est si hoc in illa fœdaretur, quod à cœlesti  
sponso in ea non amaretur. Mox ergo ut eius maritus defun-  
ctus est, abiecto seculari habitu ad omnipotentis dei seruiciū  
sele apud beati Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradi-  
dit, ibique multis annis simplicitati cordis atque orationi de-  
dita, larga indigentibus eleemosynarum opera impendit.  
Cumque omnipotens deus perennem iam mercedem redde-  
re eius laboribus decreuisset, cancri vlcere in mamilla per-  
cussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo cæ-  
delabra lucere consueuerant: quia videlicet amica lucis,  
non solum spirituales, sed etiam corporales tenebras odio ha-  
bebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem iaceret in-  
firmitate fatigata, vidit beatum Petrum apostolum inter  
vtraque candelabra, ante suum lectum constitisse, nec per-  
territa timuit, sed ex amore sumens audaciam exultauit,  
eique dixit: Quid est domine mi, dimissa sunt mihi peccata  
mea? Cui ille, benignissimi ut est vultus, inclinato capite  
annuit, dicens: Dimissa, veni. Sed quia quandam sanctimo-  
nialem sceminam in eodem monasterio præ cæteris dili-  
gebat, illico Galla subiunxit: Rogo ut soror Benedictæ me-  
cum veniat. Cui ille respondit: Non, sed illa talis veniat tecū.  
Hæc vero quam petis, die te erit trigesimo secutura. His ita-  
que expletis visio Apostoli assistentis & colloquentis ei ab-  
lata est. At illa protinus cunctæ congregationis acciuit  
matrem, eique quid viderit, quid ve audierit, indicauit. Ter-  
tio autem die cum ea quæ iussa fuerat sorore defuncta est. Il-  
la verò quam ipsa poposcerat, die est trigesimo subsecuta.  
Quod factum nunc vsque in eodem monasterio manet me-  
morabile, sicque hoc à præcedentibus matribus traditum,  
narrare illic solent subtiliter iuniores quæ nunc sunt sancti-  
moniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi mi-  
raculo & ipsæ affuissent.

De transitu seruuli paralitici. Caput. XIII.

Sed inter hæc sciendum est: quia sæpe animabus exen-  
tibus electorum, dulces solent laudes cœlestes eru-  
pere: ut dum illam libenter audiūt, dissolutionem car-  
nis ab anima sentire minimè permittantur. Vnde in homiliis  
quoque

A quoque Euangelij iam narraſſe me memini, quòd in ea porticu quæ euntibus ad Eccleſiam beati Clementis eſt peruia, fuit quidam Seruulus nomine: cuius te quoque non ambigo meminiſſe, qui quidem pauper rebus, ſed meritis diues erat, quem longa ægrotudo diſſoluerat. Nam ex quo illum ſcire potuiſſe, vſque ad finem vitæ paralyticus iacebat. Quid dicam quia ſtare non poterat, qui nunquam in lecto ſurgere vel ad ſedendum valebat, nunquam manum ſuam ad os ducere, nunquam ſe potuit in latus aliud declinare? Huic ad ſeruendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex eleemoſyna potuiſſe accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam literas nouerat, ſed ſcripturæ ſacræ ſibi met codices emerat, & religioſos quoſque in hoſpitalitatem ſuſcipiens, hos coram ſe ſtudioſe legere faciebat. Factum eſt vt iuxta modum ſuum plene ſacram ſcripturam diſceret, cū, ſicut dixi, literas funditus ignoraret. Studebat ſemper in dolore gratias agere, hymnis deo & laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cū iam tempus eſſet vt tanta eius patientia remunerari debuiffet, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque iam ſe morti proximam agnouiffet, peregrinos viros, atque in hoſpitalitatem ſuſceptos admonuit, vt ſurgerent, & cum eo Pſalmos pro expectatione ſui exitus decantarent. Cumque cum eis & ipſe moriens pſalleret, voces pſallentium repente compeliuit cum terrore magis clamoris, dicens: Tacete. Nunquid non auditis quantæ reſonant laudes in celo? Et dum ad eandem laudem quas intus audierat, aure cordis intendere: ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Qua ſcilicet exeunte, tanta illic fragrantia odoris aſperſa eſt, vt omnes qui illic aderant, inæſtimabili ſuauiſſe repleverunt: ita vt per hoc patenter cognoſcerent, quòd eas laudes in celo ſuſcepiffet. Cui rei monachus noſter interfuit, qui nunc vſque viuunt, & cum magno ſtatu teſtari ſolet: quia quouſque corpus eius ſepulturæ traderent, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non receſſit.

## De tranſitu Romule anille dei. Caput. XV.

In eiſdem quoque hominibus rem narraſſe me recolo quam ſpecioſus compreſbyter meus qui hanc nouerat me narante teſtatur eſt. Eo namque tempore quo monaſterium petij, anus quædam Redempta nomine, in ſanctimoniali habitu conſtituta in vrbe hac iuxta beatæ Mariæ ſemper virginis Eccleſiæ manebat. Hęc illius Herudinis diſcipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens ſuper Præneſtinos montes vitam eremiticam duxiſſe ſerebatur. Huic autem Redemptæ duæ in eodem habitu diſcipulæ fuerant, vna nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc ſuper eſt, quam quidem facie ſcio, ſed nomine neſcio. Tres itaque hæc in vno habitaculo commanentes, morum quidem diuitiis plenam, ſed tamen pauperem rebus vitam ducebant. Hęc autem quam præfatus ſum Romula, aliã quam prædixi condiscipulam ſuam magnis vitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, ſummæ obedienciæ, cuſtos oris ſui ad ſilentium, ſtudioſa valde ad continuæ orationis vſum. Sed quia plerumque hi quosdam homines perfectos æſtimant, adhuc in oculis ſummi opificis aliquid imperfectionis habeant, ſicut ſæpe imperiti homines necdum perfecte ſculpta ſigilla conſpicimus, & iam quaſi perfecta laudamus, quæ tamen adhuc artiſex conſiderat & limat, laudari iam audit, & tamen ea tundere meliorando non deſinit, hæc, quam prædiximus, Romula, ea quam Græco vocabulo medici paralyſin vocant, moleſtia corporali percuffa eſt multisque annis in lectulo decubans, penè omni iacebat membrorum officio deſtituta. Nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipſa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quia tanto ſollicitius ad vſum orationis excreuerat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptam, quã præfatus ſum, quæ vtraſque diſcipulas ſuas filiarum loco nutrebat, vocauit: dicens: Mater veni, mater veni. Quæ mox cum alia eius condiscipula ſurrexit, ſicut vtriſque referentibus & multis eadem res claruit, & ego quoque in eodem tempore agnouit. Cumque noctis medio lectulo iacentis aſſiſterent, ſubito coelitus lux emiſſa omne illius cellulæ ſpatium impleuit, & ſplendor tantæ claritatis emicuit: vt corda aſſiſtentium inæſtimabili

pauore perſtringeret, atque, vt poſt ipſæ referebant, omne in eis corpus obrigeſceret: vt & in ſubito ſtupore manerent. Cœpit namque quaſi cuiuſdam magnæ multitudinis ingredientis ſonitus audiri, oſtiumque cellulæ concuti, ac ſi ingredientium turba premeretur, atque, vt dicebant, intrantium multitudinem ſentiebant, ſed nimietate timoris & luminis videre non poterant: quia earum oculos & pauor depreſſerat, & ipſa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucẽ protinus eſt miri odoris fragrantia ſubſecuta: ita vt earum animæ, quia lux emiſſa terruerat, odoris ſuauiſſe reſoueret. Sed cum vim claritatis illius ſerre non poſſent, cœpit eadem Romula aſſiſtentem & trementem Redemptam ſuorum morum magiſtram blanda voce cõſolari, dicens: Noli timere mater, non moriar modo. Cumque hoc crebro diceret, paulatim lux quæ fuerat emiſſa, ſubtracta eſt, ſed is qui ſubſecutus eſt, odor remanſit: Sicque dies ſecundus & tertius tranſiit, vt aſperſa odoris fragrantia remaneret. Nocte igitur quarta eandem magiſtram ſuam iterum vocauit, quæ veniente viaticum petiit, & accepit. Necdum vero eadem Redempta: vel illa alia eius diſcipula à lectulo iacentis abſceſſerant, & ecce ſubito in platea ante eiſdem cellulæ oſtium duo chori pſallentium conſtiterant, & ſicut ſe dicebant ſexus ex vocibus diſcreuiſſe, pſalmodiæ cantus dicebant viri, & fœminæ reſpondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberentur coeleſtes exequiæ, ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Quæ ad celum ducta, quanto chori pſallentium altius aſcendebant, tanto cœpit pſalmodia lenius audiri, quouſque & euſdem pſalmodiæ ſonitus, & odoris ſuauiſſe elongata, finiſſet.

## De tranſitu Tarſillæ ſacræ uirginis. Caput. XVI.

Nunquam vero in conſolatione egredientis animæ ipſe apparere ſolet author ac retributor vitæ. Vnde & hoc quod de Tarſilla amica mea in hominibus Euangelij dixiſſe me recolo, replicabo: quæ inter duas alias ſoroſores ſuas virtute continuæ orationis, grauitate vitæ, ſingularitate abſtinentiæ, ad culmen ſanctitatis excreuerat. Huic per viſionem Fœlix atauus meus huius Romanæ Eccleſiæ antiſtes apparuit, ei que manſionem perpetuæ claritatis oſtendit dicens: Veni: quia in hac te lucis manſione recipiam. Quæ ſubſequenti mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et ſicut nobilibus fœminis virisque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximis conſoleantur, eadem hora exitus ipſius multi viri ac fœminæ eius lectulum circumſteterunt. Tunc ſubito illa ſurſum reſpiciens Jeſum venientem vidit, & cum magna animaduerſione cœpit circumſtantibus clamare, dicens: Recedite, recedite: Jeſus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, ſancta illa anima e corpore egreſſa. Tantaque ſubito fragrantia miri odoris aſperſa eſt, vt ipſa quoque ſuauiſſe cunctis oſtenderet illic authorum ſuauiſſe veniſſe. Cūque corpus eius ex more mortuorum ad lauandum eſſet nudatum, longæ orationis vſu, in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta eſt obdurata cutis excreuiſſe. Et quid viuens eius ſpiritus ſemper egreſſet, caro mortua teſtabatur.

## De tranſitu Muſæ puellæ. Caput. XVII.

Sed neque hoc fileam quod prædictus Probus dei famulus de ſoroſore ſua, nomine Muſa, puella parua narrare conſuevit, dicens quòd quadam nocte ei per viſionem ſancta dei genitrix virgo Maria apparuit, atque coeuiſſe ei in albis veſtibus puellas oſtendit: Quibus illa cū admittiſſe appeteret, ſed ſe eis iungere non auderet. beatæ Mariæ virginis eſt voce requiſita an velit cum eis eſſe, atque in eius obſequio viuere. Cui cū puella eadem diceret volo: ab ea protinus mandatum accepit, vt nihil vltra leue & puellare ageret, & à riſu & iocis ſe abſtineret, ſciens per omnia quòd inter eaſdem vitæ gines quas viderat, ad eius obſequium die trigeſimo veniret. Quibus viſis in cunctis ſuis moribus puella mutata eſt, omnemque à ſe leuitatẽ puellaris vitæ magna grauitatis deterſit manu. Cumque eam parentes eius mutatam eſſe mirarentur, requiſita rem retulit, quid ſibi beata dei genitrix ſuſſerit, vel qua die itura eſſet ad obſequium eius, indicauit. Tunc poſt vigefimum quintum diem febre correpta eſt. Die autem trigeſimo cū hora eius exitus propinquaffet, eandem beatam genitricem dei cum puellis quas per viſionem viderat,

Seruulus in exitu angelos cõtare audiuit.

Romule laudes.

Coeleſtes exequiæ.

\* al. amita.

Tarſilla Jeſum vidit.

Muſa beatam uirginem vidit.



DIALOGI BEATI GREGORII

G viderat, ad se venire conspexit. Cul se etiam vocanti responde- dere cepit, & depressis reuerēter oculis aperta voce clama- re: Ecce domina venio: ecce domina venio. In qua etiam voce spiritum tradidit, & ex virgineo corpore, habitatura cum sanctis virginibus, exiit.

Cum humanum genus multis atque innumeris vitiis sit subiectum, Hierusalem celestis patrie maximam partē ex paruulis vel infantibus arbitror posse compleri.

Quod quibusdam paruulis regni celestis aditus a pa- rentibus clauditur, cum ab eis male nutriuntur, & de puero blasphemio ostenditur, & postmodum decla- ratur. Caput XVIII.

Gregorius:

\* al. que li- cet. Paruulis a parentibus regnum ce- leste nonnō quam clau- ditur.

E T si omnes baptizatos infantes, atque in eadem infan- tia morientes ingredi regnum celeste credendum est, omnes tamen paruulos qui scilicet iam loqui possunt, regna celestia ingredi credendū non est. quia nonnullis par- uulis eiusdem regni celestis aditus a parentibus clauditur, si male nutriantur. Nam quidem vir eunctis in hac vrbe norissi- mus ante triennium filium habuit annorum, sicut arbitror, quinque: quem nimis carnaliter diligens remisit nutriebat: atque idem paruulus, quod dictū graue est, mox vt eius ani- mo aliquid obstitisset, maiestatem dei blasphemare confue- uerat, qui in hac ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cumque eum suus pater in sinu teneret, sicut hi testati sunt qui præsentes fuerunt, malignos ad se venisse spi- ritus tremantibus oculis puer aspiciens cepit clamare: Ob- sta pater, obsta pater. Qui clamans declinauit faciem, vt se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille tremantem requireret, quid videret: puer adiunxit, dicens: Mauri homi- nes venerunt, qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemauit, & animam reddi- dit. Vt enim omnipotens deus ostenderet pro quo reatu ta- libus fuisse traditus executoribus, vnde viuentem pater suus noluit corrigere, hoc morientem permisit iterare: vt qui diu per diuinitatis patientiam blasphemus vixerat, quadoque per diuinitatis iudicium blasphemaret & moreretur: quateuus reatum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filij animam negligens, non paruulum peccatorem gehennae ignibus nu- trisset. Sed interim hoc triste seponentes ad ea quae narrare coeperamus leta redeamus.

De transitu Stephani uiri dei. Caput XIX.

Stephani laus.

P Rædicto etenim Probo aliisque religiosiis narrantibus uiris agnoui, ea quae indicare audientibus de venerabi- li patre Stephano in homiliis Euangelij curauit. Fuit em̄ vir, sicut idem Probus & multi alij testatur, nihil in hoc mū- do possidens, nihil requirens, solam cum deo paupertatem diligens, inter aduersa semper patientiam amplectens, con- uentus secularium fugiens, vacare semper orationi concupi- scens. De quo vnum bonum virtutis refero, vt ex hoc vno va- leant multa eius bona pensari. Isnanque cum quadam die messem quam sua manu secuerat decimam ad arcem deduxisset: nihilque aliud cum discipulis suis ad totius anni stipen- dium haberet, quidam peruersae voluntatis vir antiqui ho- stis stimulis instigatus, eandem messem igne supposito ita vt erat in area incendit. Quod factū dū alter cōspiceret, eidem dei famulo cocurrit & nunciauit. Quod postquam indicauit, adiunxit dicens: Vae vae pater Stephane, quid tibi contigit? cui statim vultu ac mente placida ille respondit: Vae quid illi contigit qui mihi hoc fecit: nam mihi quid contigit? In quibus eius verbis ostenditur in quo virtutis culmine sede- bat qui vnum quod in sumptum mundi habuerat, tam secura perdebat mente, magisque illi condolebat qui peccatum cō- miserat, quam sibi qui peccati illius damna tolerabat, nec pensabat quid ipse exterius, sed culpae reus quantum perde- bat intus. Hunc itaque cōm dies mortis egredi de corpore vrgeret, conuenerunt multi vt tam sanctae animae de hoc se- culo recedenti suas animas commendarent. Cumque lecto il- lius hi qui conuenerant, omnes assisterent, alij ingredientes angelos viderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt, alij omnino nil viderunt. Sed omnes qui aderant, ita vehemē- tissimus timor perculit, vt nullus egrediente illa sancta ani- ma illic stare potuisset. Et hi ergo qui viderant, & hi qui om-

Stephani uirtus exci- mia.

nino nil viderant, vno omnes timore percussi & territi fuge- runt, vt palam daretur intelligi quae & quanta vis esset quae illam egredientem animam susciperet, cuius egressum nemo mortalium ferre potuisset.

Quod aliquando animae meritum non in ipso suo ingressu, sed post mortem uerius declaratur. Caput XX.

S Ed inter hæc sciendum est: quia aliquando animae me- ritum non in ipso suo egressu ostenditur, post mortem uero certi declaratur. Vnde & sancti martyres ab in- fidelibus crudelia multa perpessi sunt, qui tñ, vt prædiximus, ad ossa sua mortua signis quotidie & miraculis clarescunt.

De duobus monachis Valentii abbatis. Caput XXI.

V Itaque nanque venerabilis Valentius\* qui post in hac Romana vrbe mihi sicut nosti, meo quoque monaste- rio præfuit, prius in Valeriae prouincia suum mona- sterium rexit. In quo dum Longobardi sauiētes uenissent, si- cut eius narratione didici, duos eius monachos in ramis uuius arboris suspenderunt, qui suspensi eodem die defuncti sunt. factō autem uespere utrorumque eorum spiritus claris illic apertisque uocibus psallere coeperunt: ita ut ipsi quoque qui eos occiderant, cum uoces psallētium audirent, nimium mi- rati terrentur. Quas uidelicet uoces captiui quoque omnes qui illic aderant, audierunt: atque eorum psalmodia post- modum testes extiterunt. Sed has uoces spirituum omnipotēs deus idcirco pertingere uoluit ad aures corporū, vt uiuētē quique in carne dicerent: quia si deo seruire studeant, post carnis mortem uerius uiuant.

De transitu Surani abbatis. Caput XXII.

Q Uibusdam religiosiis quoque uiris attestatibus ad- huc in monasterio positus agnoui, quod hoc Lon- gobardorum tempore iuxta in hac prouincia quae Sura nominatur, quidam monasterij pater ut- que venerabilis Suranus nomine fuerit, qui captiuis aduenia- tibus, atque a Longobardorum depraedatione fugientibus, cuncta quae in monasterio uidebatur habere, largitus est. Cumque in eleemosynis uestimenta sua, ac fratrum omnia, & cellarium cōsumpsisset, quicquid habere in horto potuit ex- pendit. Expensis uero rebus omnibus Longobardi ad eum subito uenerunt: eumque tenerunt, & aurum ab eo petere coeperunt. Quibus cum ille diceret se omnino nihil habere, in vicino monte ab eis ductus est, in quo sylua immensae ma- gnitudinis stabat. Ibi captiuus quidam fugiens in caua arbo- re latebat, ubi vnus ex Longobardis educto gladio prædi- ctum uenerabilem occidit uirum. Cuius corpore in terram cadente mons omnis protinus, & sylua concussa est, ac si se ferre non posse pondus sanctitatis eius diceret terra, quae tremuisset.

De transitu diaconi Ecclesiae Marforum.

Caput XXIII.

A Lius quoque in Marforum prouincia uita: valde venerabilis diaconus fuit, quem inuentum Lon- gobardi tenuerunt, quorum vnus educto gladio ca- put eius amputauit. Sed cum corpus eius in terram caderet ipse qui hunc capite truncauerat, immundo spiritu correptus ad pedes eius corruit, & quod amicum dei occiderit, inimico dei traditus ostendit.

Petrus: Vid est hoc quæso te quod omnipotēs deus sic permit- tit mori, quos tamen post mortē cuius sanctitatis fue- rint, non patitur caelari?

De morte uiri dei qui missus Bethel fuerat.

Caput XXIII.

Gregorius:

C Um scriptum sit: iustus quacunque morte præuentus fuerit, iustitia eius nō auferetur ab eo: electi qui pro- culdubio ad perpetuam uitam tendunt, quid eis ob- est si ad modicum durē moriuntur? Et est fortasse nonna- quam eorum culpa, licet minima, quae in eadem debeat mor- te reseruari. Vnde fit ut reprobi potestatem quidem contra uiuentes accipiant: sed illis morientibus hoc in eis grauius vindicatur, quod contra bonos potestatem suae crudelitatis acceperunt, sicut idem carnifex qui eundem uenerabilem diaconum uiuentem ferire permissus est, gaudere super mor- tuum permissus non est. Quod sacra quoque testantur elo- quia. Nam uir dei contra Samaritam missus: quia per inobediē- tiam



**A** tiam in stinere comedit, hunc leo in eodem stinere occidit. sed statim illic scriptum est: quia stetit leo iuxta asinum, & non comedit leo de cadauere. Ex qua re ostenditur quod peccatum inobedientiae in ipsa fuerit morte laxatum: quia idem leo quem viucentem praesumpsit occidere, contingere non praesumpsit occisum. Qui enim occidendi animum habuit, de occidendo comedendi licentiam non accepit: quia is qui culpabilis in vita fuerat, punita inobedientia erat iam iustus ex morte. Leo ergo qui prius peccatoris vitam necauerat, custo-

Leo custo-  
diuit cada-  
uer iusti.

diuit postmodum cadauer iusti. Petrus:  
**P**lacet quod dicis, sed nosse vellem si nunc ante restitutionem corporum in caelo recipi valeant animae iustorum, si ante restitutionem corporum recipiantur in caelo animae iustorum.

Caput. XXV.  
Gregorius:

**H**oc neque de omnibus iustis fateri possumus, neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum animae quae a caelesti regno quibusdam adhuc mansuetibus differunt. In quo dilationis damno quid aliud innuitur, nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt: Et tamen luce clarius constat: quia perfectorum animae mox ut huius carnis claustra exeunt, in caelestis regni sedibus recipiuntur: quod & ipsa per se veritas attestatur, dicens: Vbiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquile. Quia ubi ipse redemptor noster est corpore, illuc proculdubio colliguntur iustorum animae. Et Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Qui ergo Christum in caelo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in caelo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque de inhabitatione caelestis patriae dicit: scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod aedificationem habemus ex deo, domum non manu factam, sed aeternam in caelis.

Luc. 17.  
Philip. 1  
2. Cor. 5.

Petrus:

**S** igitur nunc sunt in caelo animae iustorum, quid est quod in die iudicii pro iustitia suae retributione recipiant?

Gregorius:

**H**oc eis nimirum crescit in iudicio, quod nunc animarum sola, postmodum vero etiam corporum beatitudine perfruuntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatuque pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est: In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorum animabus scriptum est: Datae sunt illis singulae stollae albae, & dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus conseruorum & fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stollas habituri sunt: quia modo animarum tantummodo, tunc autem animarum simul & corporum gloria labuntur.

Esa. 61.  
Apoc. 6.

Petrus:

**S**ilentio. Sed vellem scire quomodo agitur: quod plerunque morientes multa praedicunt. Quibus modis morientes aliqua praedicunt. Et de morte cuiusdam aduocati. Et de reuelatione Gerontii ac Melliti monachorum, & de morte pueri armentarii, & de diuersitate linguarum. Caput. XXVI.

Gregorius:

**I**psa aliquando animarum vis subtilitate sua aliquid prauidet. Aliquando autem exitura de corpore animae per reuelationem ventura cognoscunt. Aliquando vero iam dum iuxta sit ut corpus deserant, diuinitus afflata in secreta caelestia incorporeum mentis oculus mittunt. Nam quod vis animae aliquando subtilitate sua ea quae sunt ventura cognoscit, patet ex eo quod quidam aduocatus qui in hac vrbe ante biduum lateris dolore defunctus est, ante paululum quod moreretur, vocauit puerum suum, praeparari sibi vestimenta ad procedendum iussit. Quem dum puer quasi insanire cerneret, eiusque praecipitis minime obediret, surrexit: vestimento se induit, & per viam Appiam ad beati Sixti Ecclesiam se esse processurum dixit: Cumque post modicum ingravescente molestia esset defunctus, deliberatum fuerat: ut apud beatum Ianuarium martyrem Praenestina via eius corpus poni debuisset. Sed quia longum hoc his qui funus eius curauerant, visum est: repente orto consilio exeuntes cum eius

Aduocatus  
futura praedixit.

fuere per viam Appiam, nescientes quae ille dixerat, in ipsa die eum Ecclesia quam praedixerat, posuerunt. Et cum eundem virum curis secularibus obligatum, lucrisque terrenis inhiantem fuisse nouerimus: vnde hoc praedicere potuit, nisi quia id quod futurum erat, eius corpori ipsa vis animae ac subtilitas prauidebat? Quod autem saepe etiam reuelationibus agitur, ut a morituris futura praesciantur, ex his colligere possumus: quae apud nos gesta in monasteriis scimus. In monasterio etenim meo quidam frater ante decennium Gerontius dicebatur. Qui cum graui molestia corporis fuisset depressus, in visione nocturna albatos viros & clari omnimodo habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto facientis assisterent: vnus eorum dixit: Ad hoc venimus ut de monasterio Gregorij quosdam fratres in militiam mittamus, atque alteri Gregorij praecipuos adiunxit: Scribe Marcellum, Valentinianum, Agnellum: atque alios quorum nunc minime recordor. Quibus expletis addidit, dicens: Scribe & hunc ipsum qui nos aspexit. Ex qua visione certus redditus praedictus frater, facto mane innotuit fratribus, qui & qui essent in breui ex eadem cella morituri, quos se etiam denunciatum esse secutorum, cum die alio praedicti fratres mori coeperunt, atque sub eodem ordine se in morte secuti sunt, quo fuerant in descriptione nominati. Ad extremum vero & ipse obiit, qui eisdem fratres morituros praedixit. In ea quoque mortalitate quae ante triennium hanc urbem vehementissima clade vastauit, in Portunensis ciuitatis monasterio Mellitus dictus est monachus adhuc in annis iuuenilibus constitutus, sed mirae simplicitatis atque humilitatis vir, qui appropinquante vocationis die, eadem clade percussus ad extrema deductus est. Quod vir vitae venerabilis Felix eiusdem ciuitatis Episcopus audiens, cuius & haec relatione cognouit, ad eum accedere studuit, & ne mortem timere debuisset, verbis hunc per suorum confortare, cui etiam adhuc de diuina misericordia longiora vitae spatia polliceri coepit. Sed ad haec ille respondit, curius sui tempora esse completa, dicens apparuisse sibi iuuenem, atque epistolas detulisse, dicens: Aperi & lege. Quibus apertis asseruit: quia se & omnes qui eodem tempore a praedicto Episcopo in paschali festiuitate fuerant baptizati, scriptos in eisdem epistolis literis autem inuenisset. Primum quidem, ut dicebat, suum nomen meum reperit, ac inde omnium illo in tempore baptizatorum. Qua de re certum tenuit, & se & illos de hac vita esse sub celeritate migraturos. Factumque est ut die eadem ipse moreretur, atque post eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt, ut intra paucos dies nullus eorum in hac vita remaneret. De quibus nimirum constat quod eos praedictus dei famulus idcirco auro scriptos viderat: quia eorum nomina apud se fixa aeterna claritas habebat. Sicut itaque hi reuelationibus potuerunt vetera cognoscere: ita nonnunquam egressurae animae possunt etiam mysteria caelestia non per somnium sed vigiliando praescribere. Ammonium namque monasterij mei monachum bene nosti, qui dum esset in seculari habitu constitutus: Valeriani huius urbis aduocati naturalem filiam in conugio sortitus, eius obsequiis sedulo atque incessanter adhaerebat, & quaeque in eiusdem domo agebantur, nouerat. Qui mihi iam in monasterio positus narrauit quod in ea mortalitate quae patricij Narsi temporibus hanc urbem vehementer afflixit, in domo praedicti Valeriani puer armentarius fuit praecipuae simplicitatis & humilitatis. Cum vero eiusdem aduocati domus eadem clade vastaretur, idem puer percussus est & vsque ad mortem deductus. Qui subito subleuatus a praesentibus rediit, sibi quae domus suam vocari fecit. Cui ait: Ego in caelo fui, & qui de hac domo morituri sunt, agnouit. Ille, ille atque ille morituri sunt, tu vero ne timeas: quia in hoc tempore moriturus non es. Ut vero scias quod me in caelo fuisse verum fateor, ecce accepi illic ut linguis omnium loquar. Nonquid tibi incognitum fuit Graecam me linguam omnino non nosse: & tamen Graece loquar, ut cognoscas an verum sit quod me omnes linguis accepisse testificor. Cui tunc Graece dominus suus locutus est, atque ita ille in eadem lingua respondit: ut cuncti qui aderant, mirarentur. In ea quoque domo praedicti Narsi ipse atque vulgare manebat. Qui festine ad agrum deductus ei Vulgarica lingua locutus est, sed ita puer ille in Italia natus & nutritus in eadem barbara locutione respondit.

Nota rem  
miram.



**G** respondit, ac si ex eadem fuisset gente generatus. Mirati sunt omnes qui audiebant, atque ex duarum linguarum experimēto quas eum antea nescisse nouerant, crediderūt de omnibus quas probare minimē valebant. Tunc per biduum mors eius dslata est, sed die tertio, quo occulto iudicio nescitur, manus ac brachia lacertosque suos dentibus laniant, atque ita de corpore exiuit. Quo mortuo omnes illi quos prädixerat, ex hac protinus luce subtrahiti sunt, nullusque in illa domo eadē tempestate defunctus est, qui voce illius denunciatus non est.

Mors terribilis pueri.

Petrus:

**V**alde terribile est, vt qui tale donum percipere meruit, tali etiam post hoc pœna plecteretur. Gregorius:

**Q**uis occulta dei iudicia sciat? Ea quæ in diuino examine comprehendere non possumus, timere magis quàm discutere debemus.

De morte Theophanii comitis. Cap. XXVII.

\* al. Cētūcellensis.

**V**T autem de egrediētibus animabus quæ multa p̄noscent ea quæ cœpimus, exequamur, neque hoc silendum est quod de Theophanio Centerelensis\* vr bis comite in eadem vrbe positus multis attestantibus agnoui. Fuit nanque vir misericordiæ actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipuè studens. Exercendis quidem comitatus curis occupatus, agebat terrena & temporalia, sed vt post in fine claruit, magis ex debito quàm ex intē

Theophanius comes futurapradixit.

**H** tione. Nam dum appropinquante mortis eius tempore grauiissima aëris tempestas obstitit ne ad sepeliendū duci potuisset, eumque vxor sua cum fletu vehementissimo inquireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad sepeliendum eiicio: quæ ostium domus huius egredi præ nimia tempestate non possum. Tunc ille respondit: Noli mulier flere: quia mox vt ego defunctus fuero, aëris serenitas redibit. Cuius protinus vocem mors & mortem serenitas secuta est. Quod signū etiā alia signa sunt comitata. Nam manus eius & pedes podagræ humore tumescentes verū in vulneribus fuerant, & profluent te sanie putebant. Sed dum corpus eius ex more ad lauādum fuisset nudatum: ita manus pedesque eius sani inuenti sunt, ac si vnaquā vulneris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepultus est, eiusque coniugi visum est vt quarto die in sepulchro illius marmor quod superpositum fuerat, mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositum dū fuisset ablatum, tanta ex corpore ipsius fragrantia odoris emanauit, ac si ex putrescente carne illius pro vermibus aromata ferbuisset. Quod factum dum narrante me in homiliis infirmis quibusdam venisset in dubium, die quadam sedēte me in conuentu nobiliū, ipsi artifices qui in sepulchro illius marmor mutauerant, affuerunt, aliquid me de propria causa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo coram clero, nobilibus ac plebe requisiui, qui & eadem odoris fragrantia miro modo se repletos fuisse testati sunt. Et quædam alia in augmento miraculi, quæ nunc narrare longum æstimo, de eodem sepulchro eius addiderunt.

Petrus:

**I**nquisitioni meæ sufficiēter iam video satisfactum, sed hoc est adhuc quod quæstione animū pulsat: quia cum superius dictum sit, esse iam sanctorum animas in cœlo, restat proculdubio vt iniquorum quoque animæ esse non nisi in inferno credantur. Et quid hac de re veritas habeat, ignoro. Nam humana æstimatione non habet peccatorum animas ante iudiciū posse cruciari.

Quod sicut perfectorum animæ in cœlo, ita post dissolutionem corporum iniquorum animæ in inferno esse credendæ sint.

Caput. XXVIII.

Gregorius:

**S**ic esse sanctorum animas in cœlo sacri eloquij satisfactioe credidisti, oportet vt per omnia esse credas & iniquorum animas in inferno: quia ex retributione eterne iustitiæ ex qua iusti iam gloriantur, necesse est per omnia vt & iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est quod a die exitus sui ignis reprobos exurat.

Petrus:

**E**t qua ratione credendum est: quia rem incorpoream tenere ignis corporeus possit?

Qua ratione credendum sit, ut incorporeo s spiritus teneat ignis corporeus possit.

Caput. XXIX.

Gregorius:

**S**i viuētis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem, cum incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Petrus:

**I**n viuente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore: quia viuificat corpus. Gregorius:

**S**i incorporeus spiritus Petre in hoc teneri potest quod viuificat, quare non pœnaliter & ibi teneatur vbi moritur? Teneri autem spiritum per ignem dicimus, vt in tormento ignis, videndo atque sentiendo puniatur. Ignem nanque eo ipso patitur quod videt: & quia cremari se aspicit, crematur. Sicque fit vt res corporea incorpoream exurat, dū ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur: quantum colligere ex dictis Euangelicis possumus, quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patiatur. Veritatis etenim voce diues mortuus in inferno dicitur sepultus. Culus anima quia in igne teneatur, insinuat voce diuitis qui Abraham deprecatur, dicens: Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum veritas in ignem perhibet, quisnam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget?

Petrus:

**E**cce ratione ac testimonio ad credulitatem flectitur animus, sed dimissus iterum ad rigorem redit. Quomodo enim res corporea rem incorpoream teneat, atque affligere possit, ignoro.

Gregorius:

**D**ic quæso te, apostatas spiritus à cœlesti gloria deictos, esse corporeos, an incorporeos suspicaris? Petrus:

**Q**uis sanum sapiens, esse spiritus corporeos dixerit? Gregorius:

Gehennæ ignem esse incorporeum, an corporeum fateris? Petrus:

**I**gnem gehennæ corporeum esse nō ambigo, in quo certum est corpora cruciari. Gregorius:

**C**erte reprobis veritas in fine dictura est: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si igitur diabolus eiusque angeli, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animæ, & antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta? Petrus:

**P**atet ratio, nec debet animus de hac vltius quæstione dubitare.

De morte Theodorici regis Ariani. Caput. XXX.

Gregorius:

**P**ostquam laboriosè credidisti, operæ precium credidisti M ea quæ mihi à viris fidelibus sunt digesta, narrauero. Iulianus nanque huius Romanæ Ecclesiæ, cui deo auctore deseruio, secundus defensor, qui ante septem ferme annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebro veniebat, & mecum colloqui de animæ utilitate consueuerat. Hic itaque mihi quadam die narrauit, dicens: Theodorici regis temporibus pater soceri mei in Sicilia exactionem canonis egerat, atque iam ad Italiam rediebat. Cuius nauis appulsa est ad insulam quæ Liparis appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magnæ virtutis habitabat, dum nauis armamenta repararent, visum est prædicto patri soceri mei ad eundem virum dei pergere, seque eius orationibus commendare. Quos vir domini cum vidisset, eis inter alia colloquens dixit: Scitis quia rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt. Absit, nos eum viuentem dimissimus, & nihil tale ad nos de eo nunc vsque perlatū est. Quibus dei famulus addidit, dicens: Etiam mortuus est: nam hesternum die hora nona inter Ioannem papam & Symmachū patricium discinctus atque discalciatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactatus est. Quod illi audientes sollicitè conscripserunt diem, atque in Italiam reuersi, eo die Theodoricum regem inuenerunt fuisse mortuum, quo de eius exitu atque supplicio dei famulo fuerat ostensum. Et quia Ioannem papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoque patricium ferro trucidauit, ab illis

A illis iuste in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniuste iudicauit.

De morte Reparati.

Caput. XXXI.

**E**odem quoque tempore quo primum remotæ vitæ desiderio adhelabam, quidam honestus senex Deude-  
dit nomine, valde huius vrbis nobilibus, amicus, mihi  
quodam amicitis sedulè iungebatur, qui mihi narrabat, di-  
cens: Gothorum tempore quidam spectabilis vir, Reparatus  
nomine venit ad mortem. Qui dum diu iam commutatus ac  
rigidus iaceret, visum est quod ab eo funditus flatus vitalis  
exisset, atque exanime remansisset corpus. Cumque & multi  
qui conuenerant, & cum iam mortuum familia iugeret, su-  
bito rediit: & cunctorum plangentium in stuporem vertæ  
sunt lachrymæ. Qui reuersus ait: Citius ad Ecclesiam beati  
Laurentij martyris, quæ ex nomine conditoris Damasci vo-  
catur, puerum mittite: & quid de Tyburtio presbytero aga-  
tur, videat: & renunciare festinet. Qui videlicet tunc Tybur-  
tius carnalibus desideriis subjacere ferebat. Cuius adhuc vi-  
tæ morumque quoque bene Florentius eius nunc Ecclesiæ  
presbyter meminit. Cum vero puer pergeret, narrauit idem  
Reparatus qui ad se reuersus fuerat, quod illum vbi ductus  
fuerat, agnouit dicens: Paratus fuerat rogos ingens, deductus  
autem Tyburtius presbyter in eo est superpositus, atque sup-  
posito igne concrematus. Alius autem parabatur rogos, cu-  
ius à terra in cœlum tacumen tendi videbatur. Cui emissæ  
voce clamatum est, cuius esset. His igitur dictis statim Re-  
paratus defunctus est, puer vero qui transmissus fuerat ad Ty-  
burtium, iam eum mortuum inuenit. Qui videlicet Reparatus  
ductus ad loca pœnarum dum vidit, rediit, narrauit, & obi-  
it: aperte monstratur, quia nobis illa, non sibi viderit,  
quibus dum adhuc concessum est vivere: licet etiam à malis  
operibus emendare. Rogum vero construi Reparatus vi-  
dit, non quod apud infernum ligna ardeant, vt ignis fiat:  
sed narraturus hæc viuentibus, illa de incendio prauorum  
vidit, ex quibus nutriti apud viuentes corporeus ignis solet:  
vt per hæc assueta viuentes dilcerent quid de insuetis time-  
re debuissent.

De morte curialis cuius sepultura incensa est.

Caput. XXXII.

**T**erribile etiam quiddam in Valerij prouincia conti-  
gisse vir vitæ venerabilis Maximianus Syraculanus  
Episcopus, qui diu in hac vrbe meo monasterio pre-  
fuit, narrare consuevit, dicens: Quidam curialis illic sacratis-  
simo Paschali sabbato inuenculam cuiusdam filiam in bap-  
tismate suscepit. Qui post ieiunium domum reuersus, multoq;  
vino inebriatus, eandem filiam suam secum manere petiit,  
eamque nocte illa, quod dictum nefas est, perdidit. Cumque ma-  
ne facto surrexisset, reus cogitare coepit vt ad balneum per-  
geret, ac si aqua balnei lauaret maculam peccati. Perrexit  
igitur, lauit, coepitque trepidare Ecclesiam ingredi. Sed si  
tanto die non iret ad Ecclesiam, erubesceret homines: si verò  
iret, pertimescebat iudicium dei. Vicit itaque humana vere-  
cundia, perrexit ad Ecclesiam: sed tremebundus ac pauens  
stare coepit, atque per singula momenta suspectus qua hora  
immundo spiritui traderetur: & coram omni populo vexa-  
retur. Cumque vehementer timeret, ei in illa missarum ce-  
lebritate quasi aduersus nihil contigit. Qui lætus exiit, & die  
altero Ecclesiam iam securus intravit. Factumque est vt per  
sex cõtinuos dies lætus ac securus procederet, æstimans quod  
eius scelus dominus aut non vidisset, aut visum misericordi-  
ter auertisset. Die autem septimo subita morte defunctus  
est. Cumque sepulture traditus fuisset, per longum tempus  
cunctis videntibus de sepulchro illius flamma exiit, & tam  
diu ossa eius concremauit, quousque omne sepulchrum con-  
sumeret, & terra quæ in tumulum collecta fuerat, defossa vi-  
deretur. Quod videlicet omnipotens deus faciens, ostendit  
quid eius anima in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante  
humanos oculos flamma consumpsit. Qua in re nobis quoque  
hæc audientibus exemplum formidinis dare dignatus est:  
quatenus ex hac consideratione colligamus quid anima vi-  
uens ac sentiens pro reatu suo patitur, si tãto ignis supplicio  
etiam insensibilia ossa concremantur. Petrus:

Nosse velim, si vel boni bonos in regno, vel mali malos in  
supplicio agnoscat.

Si boni bonos in regno, & mali malos in supplicio ag-  
noscent.

Caput. XXXIII.

Gregorius:

**H**uiusrei sententia in verbis est dominicis, quam iam  
superius protulimus, luce clarius demonstrata. In qui-  
bus cum dictum esset: Homo quidam erat diues, &  
induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splen-  
dide: & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat  
ad ianuam eius vlcibus plenus, cupiens saturari de micis  
quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat, sed & ca-  
nes veniebant & lingebant vlcera eius: subiunctum est quod  
mortuus Lazarus portatus est ab angelis in sinu Abraham: &  
mortuus diues, sepultus est in inferno. Qui eleuans oculos  
suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Laza-  
rum in sinu eius, & ipse clamauit, dicens: Pater Abraham mi-  
serere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti  
sui in aquam, & refrigeret linguam meam: quia crucior in  
hac flamma. Cui Abraham dixit: Fili recordare, quia rece-  
pisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Diues au-  
tem iam spem salutis de seipso non habens, ad promerendam  
suorum salutem conuertitur, dicens: Rogo te pater vt mit-  
tas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres,  
vt testetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc tormento-  
rum. Quibus verbis aperte declaratur, quia & boni bonos,  
& mali malos cognoscunt. Si enim Abraham Lazarum mi-  
nimè recognouisset, nequaquam ad diuitem in tormentis po-  
situm, de transacta eius contritione loqueretur, dicens: quod  
mala receperit in vita sua. Et si mali malos non recognosce-  
rent, nequaquam diues in tormentis positus, fratrum suorum  
etiam absentium, meminisset. Quomodo enim presentes non  
posset agnoscere, qui etiam pro absentium memoria curauit  
exorare? Qua in re illud quoque ostenditur quod nequaquam  
ipse requisiti: quia & boni malos, & mali cognoscunt bonos.  
Nam diues ab Abraham cognoscitur, cui dictum est: Recepi-  
sti bona in vita tua. Et electus Lazarus à reprobo est diuite  
cognitus, quem mitti precatur ex nomine, dicens: Mitte La-  
zarum vt intingat extremum digiti sui in aquam: & refrige-  
ret linguam meam. In qua videlicet cognitione vtriusque  
partis, cumulus retributionis excrescit, vt & boni amplius  
gaudeant, qui secum eos lætari conspiciunt quos amauerunt,  
& mali dum cum eis torquentur quos in hoc mundo, despe-  
cto deo, dilexerunt, eos non solum sua, sed etiam eorum pœ-  
na consumat. Fit autem in electis quiddam mirabilis, quia  
non solum eos agnoscunt quos in hoc mundo nouerant, sed  
velut viros visos ac cognitos recognoscunt bonos quos nun-  
quam viderunt. Nam cum antiquos patres in illa æterna he-  
reditate viderint, eis incogniti per visionem nõ erunt, quos in  
opere semper nouerunt. Quia enim illic omnes communi cla-  
ritate deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, vbi scien-  
tem omnia sciunt?

De quodam religioso qui prophetas moriens vidit.

Caput. XXXIII.

**N**am quidam noster religiosus vir & vitæ valde lau-  
dabilis, cum ante hoc quadriennium moreretur, si-  
cut religiosi alij qui presentes fuerunt testati sunt,  
in hora exitus sui Ionam prophetam, Ezechielem quoque &  
Danielem coepit aspicere, eosque dominos suos ex nomine  
clamare. Quos dum ad se venisse diceret, & depressis lumi-  
nibus eis reuerentiæ obsequium præberet, ex carne eductus  
est. Qua in re aperte datur intelligi quæ erit in illa incorru-  
ptibili vita notitia, si vir iste adhuc in carne corruptibili  
positus, prophetas sanctos quos nimirum nunquam viderat,  
agnouit.

Quod se etiam ignotæ animæ nonnunquam exituræ co-  
gnoscunt, quæ vel pro culpis tormenta, vel bonis  
actibus similia sunt præmia recepturæ: & de morte  
Ioannis, & Vrsi, atque Eumorphii, & Stephani.

Caput. XXXV.

**S**olet autem plerumque contingere vt egressura anima  
eos etiam recognoscat cum quibus pro æqualitate cul-  
parum, vel etiam præmiorum, in vna est mansione de-  
putanda. Nam vir vitæ venerabilis Eleutherius senex, de quo  
precedente libro multa narraui, in monasterio suo germanum  
fratrem

Lucæ. 16.

Boni ma-  
los, & bo-  
nos mali  
recognos-  
cent, post  
mortem.


Moriens  
prophetas  
vidit.

Reparatus  
loca pœ-  
narum ui-  
dit.

\* al. pœna-  
rum.  
\* al. audie-  
tes.

\* al. dimissis  
set.

Ossa curia-  
lis in sepul-  
chro arsa.



**G** fratrem nomine Ioannem se habuisse perhibuit: qui ante dies quatuordecim suam fratribus exitum prædixit. Cumque decreverent quotidie computarent dies, ante triduum quam vocaretur ex corpore, febre correptus est. Ad horam vero mortis veniens, mysterium dominici corporis & sanguinis accepit. Vocatisque fratribus coram se psallere præcepit, quibus tamen antiphonam ipse per semetipsum de semetipso imposuit, dicens: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Cumque coram eo assistentes fratres psallerent, emissis subito & producta voce clamavit, dicens: Vrsè veni. Quod mox ut dixit, eductus è corpore mortalem vitam finivit. Mirati sunt fratres: quia hoc quod moriens frater clamauerat, ignorabant. Quo defuncto, in monasterio facta est magna tristitia. Quarto autem die quiddam fratribus necessarium fuit ut ad monasterium aliud logè positum transmitterent. Illuc ergo euntes fratres, omnes eiusdem monasterij monachos tristes vehementer inuenerunt. Quibus cum dicerent quid habetis quod vos in tanto mœnore deprimitis? Responderunt dicentes. Loci huius desolationem gemimus, quia vnus frater cuius nos vita in hoc monasterio continebat, hodie quartus est dies quod ex hac luce subtractus est. Cumque fratres qui venerant studiose inquirerent qualiter dictus fuisset, responderunt: Vrsus. Qui vocationis eius horam subtiliter inquirentes, ipso eum momento cognouerunt exisse de corpore, quo per Ioannem, qui apud eos defunctus est, fuerat vocatus. Quia ex re colligitur, quia utrorumque par fuerat meritum, eique datum est ut in vna mansione socialiter viverent, quibus è corpore contigit socialiter exire. Sed neque hoc sciebam quod dum adhuc laicus viverem, atque in domo mea quæ mihi in hac vrbe ex iure patris obuenerat, manerem: de quibusdam vicinis meis me contigit agnouisse. Quædam nanque iuxta me vidua, Galla dicebatur. Hæc Eumorphium nomine iuuenem filium habebat, à quo non longe quidam Stephanus qui alio nomine Optio dictus fuit, habitabat. Sed idem Eumorphius ad extrema vitæ veniens vocauit puerum suum, eique præcepit, dicens: Vade citius & dic Stephano Optioni ut concitus veniat, quia ecce nauis parata est: ut ad Siciliam duci debeamus. Cumque hunc puer infantre crederet, & obedire recusaret, cepit ille vehementer imminere, dicens: Vade & nuncia illi quod dico: quia nõ infans. Egressus est puer ut ad Stephanum pergeret. Cumque in medium iter venisset, ei alius quidam obuius factus est, qui hunc requisivit, dicens: Quo vadis? Cui ille respondit. Ad Stephanum Optionem à domino meo missus sum. Atque ille protinus dixit. Ab eo venio, sed ante me hac ora defunctus est. Reuersus vero est puer ad Eumorphium dominum suum, sed iam eum mortuum inuenit. Sicque factum est ut dum alter obuiam venit, & ex medio itinere puer reuersus est, ut ex mensura spatij potuisset colligi quia vno momento utriusque fuerant vocati.

Nota de Stephano & Eumorphio.

Ioan. 14.

Petrus:

**T**erribile est valde quod dicitur: sed quæso te, cur egredienti animæ nauis apparuit, vel cur se ad Siciliam duci moriturus prædixit?

Gregorius:

**A**nima vehiculo non eget: sed mirum non est si adhuc homini in corpore posito, illud apparuit quod per corpus assueuerat videre, ut per hoc intelligi daretur quo eius anima spiritaliter duci potuisset. Quod vero se ad Siciliam duci testatus est, quid sentiri aliud potest, nisi quod præ cæteris locis in eius terræ insulis eructante igne tormentorum olla patuerunt? Quæ, ut solent narrare qui nouerunt, laxatis quotidie sinibus excresecunt ut mundi termino appropinquante, quanto certum est illuc amplius exurendos colligi, tanto & eadem tormentorum loca amplius videantur aperiri. Quod omnipotens deus ad correptionem viuentium in hoc mundo voluit ostendi, ut mentes infidelium, quæ inferni tormenta esse non credunt, tormentorum loca videant, quæ audita credere recusant. Quod verò sine electi, siue reprobi, quorum communis causa in opere fuerit, ad loca etiã communia deducantur, veritatis nobis verba satisfacerent, etiam si exempla deessent. Ipsa quippe propter electos in Euãgelio dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si enim dispar retributio in illa æterna beatitudine non esset,

vna potius mansio quam multæ essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus & distincti bonorum ordines: & propter meritorum consortia communiter lætatur: & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt. Qui multis mansionibus distinguuntur: quia & vna est beatitudo quam illic percipiunt, & dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur. Quæ nimirum veritas iudicij sui diem denunciatis, ait: Tunc dicam messoribus: Colligite zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum. Messores quippe angeli zizania ad comburendum in fasciculos ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, ut superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, avari cum avaris, fallaces cum fallacibus, inuidi cum inuidis, infideles cum infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa, ad tormenta similia deducuntur: quia eos in locis pœnalibus angeli deputant, quasi zizaniarum fasciculos ad comburendum ligant.

Petrus:

**A**d inquisitionem meam responsionis satisfactione patuit causa rationis. Sed quidnam est, quæso te, quod nonnulli quasi per errorem extrahuntur è corpore, ita ut facti exanimis redeant, & eorum quisque audisse se dicat quia ipse non fuerit qui erat iussus deduci?

De his qui quasi per errorem educi videtur è corpore: & de uocatione & reuocatione Petri monachi, & de morte & resurrectione Stephani, ac de uisione cuiusdam militis. Caput. XXXV I.


Gregorius:

**H**oc cum sit Petre, si bene perpenditur, non error, sed admonitio est. Superna enim pietas ex magna misericordie suæ largitate disponit, ut nonnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant, ut tormenta inferni quæ audita non crediderant, saltem visa pertimeant. Nam quidam Illyricianus monachus, qui in hac vrbe in monasterio mecum vivebat, mihi narrare consueuerat: quia quodam tempore cum adhuc in eremo moraretur, agnouerit quod Petrus quidam monachus ex regione ortus Hiberiæ, qui ei in loco vastæ solitudinis cui Euata nomen est, inhærebat, sicut ipse narrate didicerat, priusquam eremum peteret, molestia corporis interueniente defunctus est: sed protinus corpori restitutus, inferni se supplicia atque innumera loca flammaram vidisse testabatur. Qui etiam quosdam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos se vidisse narrabat. Qui cum iã ductus esset ut in illas & ipse mergeretur, subito angelus coruscus habitus apparuisse fatebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet. Cui etiã dixit: Regredere, & qualiter tibi posthac viuendum sit, cautissime attende. Postquam vocem paulatim recalescentibus membris ab æternæ mortis somno euigilans, cuncta quæ circa illum fuerant, gesta narrauit. Tantisque se postmodum ieiuniis vigiliisque constrinxit, ut inferni eum vidisse & pertimuisse tormenta, etiam si taceret lingua, conuersatio loqueretur. Quippe omnipotentis dei miræ largitate in morte actum est ne mori debuisset. Sed quia humanum cor grauis valde duritiæ esse solet: ita ipsa quoque pœnarum ostensio non æquè omnibus utilis est. Nam illustri vir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso mihi narrare consueuerat: quia in Constantinopolitana vrbe pro quadam causa demoratus, molestia corporis superueniente defunctus est. Cumque medicus atque pigmentarius ad aperendum eum atque condendum esset quæsitus, & die eodem minime inuentus, subsequente nocte corpus iacuit inhumatum. Qui ductus ad inferni loca, vidit multa quæ prius audita non credidit. Sed cum præsidenti illic iudici presentatus fuisset, ab eo receptus non est, ita ut diceret: Non hunc adduci, sed Stephanum ferrarium iussi. Qui statim reductus in corpore est, & Stephanus ferrarius qui iuxta eum habitabat, eadem hora defunctus est. Sicque probatum est vera fuisse verba quæ audiverat, dum hæc effectus mortis Stephani demonstrauit. Ante triennium quoque in hac pestilentia quæ hanc urbem clade vehemetissima depopulauit, in qua etiam corporali visu sagittæ cœlitus venire, & singulos quosque ferire videbantur sicut nosti: Stephanus idem defunctus est. Quidam verò miles in hac eadem vrbe nostra percussus, ad extrema peruenit. Qui eductus è corpore exanimis iacuit,

Mat.

Stephanus quidam pœnas inferni vidit.

Miles quidam ab hostibus percussus, ad extrema peruenit.



**A** lacuit, sed cibus rediit, & quæ cum eo fuerant gesta, narrat. Aiebat enim, sicut tunc res eadem etiam multis innotuit, quia pons erat: sub quo niger atq; caliginosus fœtoris intolerabilis nebula exhalâs fluvius decurrebat. Trãfacto autem ponte amœna erant prata atque virentia, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conuentus esse videbantur. Tantusque in eodem loco odor suauitatis inerat, ut ipsa suauitatis fragrantia illic deambulantes, habitantisque satiare. Ibi mansiones erant diuersorum singule, magnitudine lucis plenæ. Ibi quadam mitæ potentie edificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis construi, sed cuius esset, non potuit agnosci. Erant verò super ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, sed alia exurgens fœtoris nebula tangebatur, alia autem exurgens fœtoris nebula minime tangebatur. Hæc verò erat in prædicto ponte probatio, ut quisquis per eum vellet iniustorum transire, in tenebrosam fœtentemq; fluvium laberetur. Iusti verò quibus culpa non obstitit, securo per eum gressu ac libero ad loca amœna peruenirent. Ibi se etiam Petrum Ecclesiasticæ familie maiorem, qui ante quadriennium est defunctus, deorsum positum in locis teterrimis magno ferri pondere religatum ac depressum vidisse confessus est. Qui dum requireret cur ita esset, ea se dixit audisse quæ nos qui eum in hac Ecclesiastica domo nouimus, scientes eius acta, recolimus. Dicitur namque est. Hæc idcirco patitur: quia siquid ei profacienda ultione videbatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quam obedientiæ seruiebat. Quod sic fuisse, nullus qui illum nouit, ignorat. Ibi se etiam quædam peregrinum presbyterum vidisse fatebatur, qui ad prædictum pontem veniens, tanta per eum autoritate transiit, quanta & hic sinceritate vixit. In eodem quoque ponte hunc quem prædiximus Stephanum se recognouisse testatus est. Qui dū trãfere voluisset, eius pes lapsus est, & ex medio corpore iam extra pontem deiectus, à quibusdam teterrimis vicis ex flumine surgentibus per coxam deorsum, atque à quibusdam abbatibus, & speciosissimis viris caput per brachia sursum trahi. Cumque hoc luctamen esset, ut hunc boni spiritus sursum, mali deorsum, traherent, ipse qui hæc videbat, ad corpus reuertitur: & quid de eo plenius gestum sit, minime cognouit. Quia in re de eiusdem Stephani vita datur intelligi: quia in eo mala carnis cum elemosynarum operatione certabant. Qui enim per eum deorsum, per brachia trahebatur sursum, patet nimirum quia & elemosynas amauerat, & carnis vitiiis perfecte non resistit, quæ eum deorsum traherent. Sed in illo occulto arbitri examine quid in eo vicerit, & nos & eum qui vidit & reuocatus est, latet. Constat tamen, quia idem Stephanus postquam, sicut superius narraui, & infera loca vidit: & ad corpus rediit, perfecte vitam minime correxit, qui post multos annos de corpore adhuc in certamine vitæ & mortis exiit. Quia de re colligitur, quia ipsa quoque inferni supplicia cum demonstrantur, aliis hoc ad adiutoriam, aliis verò ad testimonium fiat, ut isti videant mala quæ caueant: illi verò eo amplius puniantur, quoniam inferni supplicia nec visa & cognita vitare voluerunt.

**B** *al. albatibus*  
*Nota certamen.*

**C** *al. albatibus*  
*Nota certamen.*

**Petrus:**  
 Vid est hoc queso te, quod in amœnis locis cuiusdam domus laterculis aureis edificari videbatur? Ridiculum est valde si credimus quod in illa vita adhuc metallis tabulis egeamus.

*Quid sibi uult in amœnis locis cuiusdam domus laterculis aureis edificari?*

**Gregorius:**  
 Vis hoc si sanè sapit, intelligat: sed per hoc quod illic ostentum est, quisquis ille est cui mansio ista construebatur, aperte datur intelligi quid est quod hic operatur. Nam qui præmia aeternæ lucis elemosynarum largitate promerebitur: nimirum constat, quia auro edificat mansionem suam. Quod enim superius memoriam fugit ut dicerem, idem miles qui hæc viderat, narrabat quod eisdem laterculos aureos ad ædificationem domus senes ac iuuenes, puellæ & pueri ferebant. Quia ex re colligitur, quia hi quibus hic pietas facta est, ipsi illic operatores esse videantur. Hic etiam quidam iuxta nos Deus dedit

*Deus dedit suam domum sabbato tantum edificabat.*

nomine, religiosus habitabat, qui calciamenta solebat operari, de quo alter per reuelationem vidit quod eius domus edificabatur, sed in ea constructores sui solo die sabbati videbantur operari. Qui eiusdem viri postmodum subtiliter vitam requirens: inuenit quia ex his quæ diebus singulis laborabat, quicquid ex victu atque vestitu superesse potuisset, die sabbato ad beati Petri Ecclesiam deferre consueuerat, atque indigentibus erogare. Quia ex re perpende: quia non im merito domus ipsius sabbato crefcebat.

**Petrus:**  
 Hæc de re mihi idoneo video satisfactum: sed queso te, quid esse dicimus, quod quorundam habitacula fœtoris nebula tangebatur, quorundam verò tangi non poterant: vel quid quod pontem quidem & fluvium vidit?

**Gregorius:**  
 Ex rerum Petre imaginibus pefantur merita causarum. Per pontem quippe ad amœna loca transire iustos aspexit: quia angusta valde est semita quæ ducit ad vitam. Et fœtentem fluvium decurrentem vidit: quia ad ima defluit quotidie carnalium hic putredo vitiorum. Et quorundam habitacula fœtoris nebula tangebatur, quorundam verò ab ea tangi non poterant: quia sunt plerique qui multa iam bona opera faciunt, sed tamen adhuc carnalibus vitiiis in cogitationis delectatione tanguntur. Et iustum valde est, ut illic nebula fœtoris assideat, quos hic adhuc carnis fœtor delectat. Unde & eandem delectationem carnis esse beatus Iob in fœtore conspiciens, de luxurioso ac lubrico sententiam protulit, dicens: Dulcedo illius vermes. Qui autem perfectè cor ab omni delectatione carnis excutit, constat nimirum quia eorum habitacula fœtoris nebula non tanguntur. Et notandum quod idem fœtor esse & nebula visa sit: quia nimirum carnalis delectatio mentem quam inficit obscurat, ut veri luminis claritate non videat, sed unde delectatur inferius, inde caliginem supernam patiatur.

**Petrus:**  
 Putamus ne hoc autoritate sacri eloquij posse monstrari: ut culpæ carnalium fœtoris poena puniantur?

**De poena Sodomorum. Gregorius:**  
 Otest. Nam libro Geneseos attestante didicimus, quia super Sodomitas dominus ignem & sulphur pluit, ut eos & ignis incederet, & fœtor sulphuris necaret. Quia enim amore illicito corruptibilis carnis exarserat, simul incendio & fœtore perierunt: quatenus in poena sua cognoscerent: quia aeternæ morti fœtoris sui se delectatione tradidissent.

**Petrus:**  
 De his in quibus dubius fui, nihil mihi fateor quæstionis remansisse. Quod quorundam animæ adhuc in corpore positæ poenale aliquid de spiritualibus vident. Et de Theodoro puero. Caput. XXXVII.

**S**ciendum quoque est, quia nonnunquam animæ adhuc in suis corporibus positæ, poenale aliquid de spiritualibus vident: quod tamen quibusdam ad ædificationem suam, quibusdam verò contingere ad ædificationem audientium solet. Nam is de quo in homiliis coram populo me arrasse iam meminimus, inquietus valde Theodorus nomine puer fuit, qui in monasterium meum fratrem suum necessitate magis quam voluntate secutus est. Cui nimirum graue erat si quis pro salute sua aliquid loqueretur. Bona enim non solè facere: sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanctæ conuersationis habitum venire iurando, irascendo, deridendo testabatur. In hac autem pestilentia quæ nuper huius vrbis populū magna ex parte consumpsit: percussus in inguine, est perductus ad mortem. Cuiusque extremū spiritum ageret: conuenerunt fratres ut egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema parte fuerat præmortuū, in solo tantū pectore vitalis adhuc calor anhælabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo ceperunt enixius orare: quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Tunc repen: e cepit eisdem fratribus assistentibus clamare, atq; cū magnis vocibus orationes eorū interrumpere, dicens: Recedite, recedite. Ecce draconis ad deuorandū datus sum, qui propter vestrā præsentiam deuorare me non potest. Caput meū in suo ore absorbit: dedit locū vt non me amplius cruciet: sed faciat quod facturus est.

*Matt. 7.*

*Iob. 24.*

*al. ad superna.*

*Gene. 19.*

*Theodorius puer prauus.*

Gregorius:

**I**N Evangelio dicit dominus: Ambulate dum lucem habe-  
tis. Per prophetam quoque ait: Tempore accepto exau-  
diui te, & in die salutis adiuui te. Quod Paulus Apolto-  
lus exponens dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc  
dies salutis. Salomon quoque ait: Quodcunque potest manus  
tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sci-  
entia, nec sapientia erit apud inferos quò tu properas. Da-  
uid quoque ait: Quoniam in seculum misericordia eius. Ex  
quibus nimirum sententiis constat: quia qualis hinc quisque  
egreditur, talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibus-  
dam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis cre-  
dendus est, pro eo quòd veritas dicit: Quia si quis in sancto  
spiritu blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remitte-  
tur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi qual-  
dam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro posse la-  
xari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus pa-  
tet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, vt prædixi,  
hoc de paruis, minimisque peccatis fieri posse credendum  
est: sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, vel  
peccatum curæ rei familiaris quæ vix sine culpa vel ab ip-  
sis agitur qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt:  
aut in non grauibus rebus error ignorantia, quæ cuncta e-  
tiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita positus minimè  
fuerit relaxata. Nam cum Paulus dicat Christum esse funda-  
mentum, atque subiungat: Si quis superædificauerit super  
hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, li-  
gna, foenum, stipulam: vniuscuiusque opus quale sit, ignis  
probabit: si cuius opus manserit quod superædificauit, mer-  
cedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patie-  
tur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quan-  
uis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito pos-  
sit intelligi, tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis  
accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum per ignem di-  
xit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum,  
æx, vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcir-  
co duriora, atque tunc iam insolubilia: sed lignum, fer-  
num, stipulam, id est, peccata minuta atque leuissima, quæ  
ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est: quia illic sal-  
tem\* de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bo-  
nis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat,  
promereatur.

De anima Paschasij diaconi. Caput. XL.

**N**AM cum adhuc essem iuuenulus, atque in laico ha-  
bitu constitutus, narrari à maioribus atque scienti-  
bus audiui, quòd Paschasius huius apostolicæ sedis  
diaconus, cuius apud nos rectissimi & luculenti de sancto spi-  
ritu libri extant, miræ sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum  
maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor  
sui. Sed hic in ea contentione quæ inardescente zelo fidelium  
inter Symmachum atque Laurentium facta est, ad pontifica-  
tus ordinem Laurentium elegit, & omnium post vnanimitate  
superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exi-  
tus persistit, illum amando atque præferendo quem episco-  
porum iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaque cò  
temporibus Symmachi apostolicæ sedis præsulis esset de-  
functus, eius dalmaticam feretro superpositam dæmoniacus  
tetigit, statimque sanatus est. Post multum verò temporis  
Germano Capuano Episcopo, cuius superius memoriam feci,  
medici pro corporis salute dictauerant, vt in angulari-  
bus\* thermis lauari debuisset. Qui ingressus eandem ther-  
mas, prædictum Paschasium diaconum stantem & obsequen-  
tem in caloribus inuenit. Quo viso vehementer extimuit, &  
quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui ille respòdit: Pro  
nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia  
in parte Laurentij contra Symmachum sensi. Sed quæso te,  
pro me dominum deprecare. Atque in hoc cognosces quòd  
exauditus sis, si huc rediens me non inuenieris. Qua de re vir  
domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos  
dies rediit: sed iam dictum Paschasium in loco eodem mini-  
mè inuenit. Quia enim non malitiæ sed ignorantia errore  
peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod  
tamen credendum est, quia ex illa eleemosynarum suarum  
largitate

**G** Si ei ad deuorandum datus sum: quare propter vos moras pa-  
tior? Tunc fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod loque-  
ris frater? signum tibi sanctæ crucis imprime. Respondit il-  
le, dicens: Volo me signare, sed non possum: quia squamis hu-  
ius draconis premor. Cumque hoc fratres audiret: prostrati  
in terram cum lachrymis ceperunt pro ereptione illius ve-  
hementius orare. Et ecce subito cepit ager clamare dicens:  
Gratias deo, ecce draco qui me ad deuorandum acceperat, fu-  
git: orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro pec-  
catis meis modo intercedite: quia conuerti paratus sum, &  
secularem vitam sanditus reliquere. Homo ergo qui, sicut  
iam dictum est, ab extrema corporis parte fuerat præmor-  
tuus, reseruatus ad vitam, toto corde ad deum conuersus est.  
Et postquam mutatus mente diu est flagellis astrictus, tunc  
eius anima carne soluta est.

De morte Crisorijs & monachi cuiusdam Iconie.

Caput. XXXVIII.

Crisorius  
nitiosus  
homo.

**A**T contra Crisorius, sicut probus propinquus illius,  
cuius iam superius memoriam feci, narrare consue-  
uit, vir in hoc mundo valde idoneus fuit, sed tantum  
plenus vitis quantum rebus, superbia tumidus, carnis suæ  
voluptatibus subditus, in acquirendis rebus auaritiæ facibus  
accensus. Sed cum tot malis dominus finem ponere decreuis-  
set, corporali hunc molestia percussit. Qui ad extremum ve-  
niens, eadem hora qua iam de corpore erat exiturus, apertis  
oculis vidit terribissimos viros & nigerrimos spiritus coram  
se assistere, & vehementer imminere, vt ad inferni claustra  
eum raperent. Cœpit tremere, palleſcere, sudare: & magnis  
vocibus inducias petere, filiumque suum nomine Maximum,  
quem ipse iam monachus monachum vidi, nimis & turba-  
tis vocibus vocare dicens: Maxime curre. Nunquam tibi ma-  
li quid feci, in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus  
affuit, lugens ac perstrepsens familia conuenit. Eos autè quos  
ille insistentes sibi grauter tolerabat, ipsi malignos spiritus  
videre non poterant, sed eorum præsentiam, in confusione, &  
pallore, & tremore illius qui trahebatur, videbant. Pauore au-  
tem terræ eorum imaginis huc illucque vertebatur in lectu-  
lo, iacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre non pote-  
rat, vertebatur ad parietem, ibique aderant. Cũque constri-  
ctus nimis relaxari se iam posse desperaret: cœpit magnis vo-  
cibus clamare. Inducias vel vsque manè, inducias vel vsque  
manè. Sed cum hæc clamaret, in ipsis vocibus de habitaculo  
suæ carnis euulsus est. De quo nimirum constat: quia pro no-  
bis ista non pro se vendiderit, vt eius visio nobis proficiat  
quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nam illi  
tetros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse quid  
profuit, qui easdem inducias quas petiit, non accepit: Est etiã  
nunc apud nos Athanasius ex Isauria presbyter, qui in die-  
bus suis Iconijs rem terribilem narrat euenisse. Ibi nanque,  
vt ait, quoddam monasterium Thongolaton dicitur: in quo  
quidam monachus magnæ æstimationis habebatur. Bonis  
quippe cernebatur moribus, atque in omni sua actione com-  
positus: sed sicut ex fine res patuit, longè aliter quàm appa-  
rebat, fuit. Nam cum ieiunare se cum fratribus demonstrar-  
et, occultè manducare consueuerat. Quod eius vitium fra-  
tres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente mole-  
stia, ad vitæ extrema perductus est. Qui cum iam esset in fi-  
ne, fratres ad se omnes qui monasterio inerant, congregari fe-  
cit. At illi tali, vt putabant, viro moriente, magnum quid ac-  
delectabile se ab eo audire crediderant. Quibus ipse affli-  
ctus & tremens compulsus est prodere cui hosti traditus co-  
gebatur exire. Nam dixit: Quando me vobiscum credebatis  
ieiunare, occultè comedebam, & ecce nunc ad deuorandum  
draconi traditus sum, qui cauda sua mea genua pedesque  
colligauit: caput verò suum intra meum os mittens, spiritum  
meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est,  
atque vt penitendo se liberare potuisset, à dracone quem  
viderat, expectatus non est. Quod nimirum constat, quia ad  
solam utilitatè audientium viderit, qui eum hostem cui tra-  
ditus fuerat, & innotuit, & non euasit.

Petrus:

**D**Oceri vellem, si post mortem purgatorius ignis esse cre-  
dendus est.

An post mortem purgatorius ignis sit.

Caput. XXXIX.



**A** largitate hoc obtinuit, ut tunc posset promereri veniam cum nihil posset operari.

**V**id hoc est quæso te, quod in his extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt, quæ autem latuerunt, ita ut apertis revelationibus atque ostensionibus venturum seculum inferre se non nisi atque aperire videatur?

*Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt, quæ antea latuerunt.* Caput. XLII.

Gregorius:

**I**ta est, nam quantum præsens seculum propinquat ad finem, tantum futurum seculum ipsa iam quasi propinquitate tangitur, & signis manifestioribus aperitur. Quia enim in hoc cogitationes nostras vicissim minimè videmus, in illo autem nostra in alterutrum corda conspiciamus, quid hoc seculum nisi noctem, & quid futurum nisi diem dixerimus? Sed quemadmodum cum nox finiri & dies incipit oriri, ante solis ortum simul aliquo modo tenebræ cum luce commixtæ sunt, quousque discedētis noctis reliquæ in luce diei subsequenti perfectæ vertantur: ita huius mundi finis iam cum futuri seculi exordio permiscetur, atque ipsæ reliquiarum eius tenebræ quadam iam rerum spiritualium permixtione translucent. Et quæ illius mundi sunt, multa iam cernimus, sed necdum perfectè cognoscimus: quia quasi in quodam mentis crepusculo hæc velut ante solem videmus.

Petrus:

**P**lacet quod dicis: Sed in tanto viro Pascasio hoc animum ad inquisitionem mouet quod post mortem ad pœnalem locum ductus est, cuius feretri vestis tangi potuit, & malignus spiritus ab obsessio homine fugari.

Gregorius:

**H**ac in re magna debet omnipotentis dei dispensatio, & quam sit multiplex, agnosci. Cuius iudicio actum est, ut idem vir Pascasio & ipse intus ad aliquantum temporis reciperet quod peccasset: & tamè ante humanos oculos mira per corpus suum post mortem faceret, qui ante mortem eis bona eius viderant, de elemosynarum illius æstimatione fallerentur, neque ipsi sine vltione laxaretur culpa, quam nec esse culpam credidit, & idcirco hanc fletibus non extinxit.

Petrus:

**P**erpendo quæ dicis, veruntamè hac ratione constrictus, non solum quæ intelligo: sed etiam ipsa quæ in me non intelligo, cogor iam peccata formidare. Sed quæso te, quia paulo superius sermo de locis pœnalibus inferni versabatur, vbinam esse infernum putamus. Super hanc terram, an sub hac terra esse credendus est?

*Vbi esse infernus credendus sit.* Caput. XLIII.

Gregorius:

**H**ac de re temerè distinnire non audeo: Nonnulli nanque in quadam terrarum parte infernum esse putauerunt. Alij verò hunc sub terra esse æstimant. Sed tamè hoc animum pullat: quia si idcirco infernum dicimus, quia inferius iacet: quod terra à cælo est, hoc esse debet infernus à terra. Vnde & fortasse per Psalmistam dicitur: *Liberasti animam meam ex inferno inferiori: Vt infernus superior in terra, infernus verò inferior sub terra esse videatur.* Et Ioannis vox in æstimatione ista concordat, qui cum signatum librum septem sigillis vidisse se diceret: quia nemo inuentus est dignus neque in cælo, neque in terra, neque sub terra aperire librum & soluere signacula eius, adiunxit: *Et ego flebam multum. Quem tamen librum postea per leonem quædam Iuda dicit aperiri.* Quo videlicet libro quid aliud quam sacra scriptura signatur? Quam solus redemptor noster aperuit, qui homo factus, moriendo, resurgendo, ascendendo, cuncta mysteria quæ in eo fuerant clausa patefecit. Et nullus in cælo, quia neque angelus: nullus in terra, quia neque homo viuens in corpore: nullus sub terra dignus inuentus est: quia neque animæ corpore exuta aperire nobis præter dominum sacri eloquij secreta potuerunt. Cum ergo ad aperiendum librum nullus sub terra inuentus dignus dicitur, quid obstat non video ut sub terra infernus esse credatur.

Petrus:

**Q**uæso te: Vnus esse gehennæ ignis credendus est, an quanta peccatorum diuersitas fuerit, tanta quoque æstimanda sunt & ipsa incendia esse præparata?

*Vtrum vnus gehennæ ignis sit, an diuersi.*

Caput. XLIII.

Gregorius:

**V**nus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tanta illic sentitur pœna. Nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem æqualiter sentiunt: quia alius plus æstuat, atque alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendijs: quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, ut & ignem non dissimilem habeant, & tamè eisdem singulos dissimiliter exurat. Petrus:

**N**vnquam nam, quæso te, dicimus eos qui semel illic meriti fuerint, semper arduros?

*Si semper ardeant qui gehennæ incendijs deputantur.*

Caput. XLIII.

Gregorius:

**C**onstat nimirum & incunctè verum est: quia sicut finis non est gaudij bonorum: ita finis non erit tormento malorum. Nam cum veritas dicat: *Ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam:* quia verum est quod promittit, falsum procul dubio non erit quod minatus est deus.

Petrus:

**Q**uid si quis dicat: Idcirco peccantibus æternam pœnam minatus est, ut eos à peccatorum perpetracione compesceret?

Gregorius:

**S**ed falsum est quod minatus est, ut ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus: ut ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus præsumat: Et si minatus est quod non erat impleturus, dum afferere eum misericordem volumus, fallacem, quod dici nefas est, prædicare compellimur.

Petrus:

**S**cire velim quomodo iustum sit ut culpa quæ sine perpetrata est, sine fine puniatur.

Gregorius:

**H**oc rectè diceretur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtique si potuissent sine fine viuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

Petrus:

**S**ed nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens seruus à iusto domino idcirco cædi præcipitur, ut à nequitia corrigatur. Ad hoc ergo vapulat, ut emendari debeat. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, si ad correctionem non perueniunt, quo fine semper ardebunt?

Gregorius:

**O**mnipotens deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur: quia verò iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut iusti omnes & in deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia quæ euaserunt: quatenus tanto magis in æternum gratiæ diuinæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum mala puniti conspiciunt, quæ eius adiutorio vicerant.

Petrus:

**E**t vbi est quod sancti sint si pro inimicis suis quos tunc ardere vident, non orant: quibus vtique dictum est: *Pro inimicis vestris orate?*

Gregorius:

**P**ro inimicis suis orant eo tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersatione saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod Apostolus ait: *Vt det illis deus pœnitentiam ad cognoscendum veritatem, & respiciat à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem?*

Petrus:

**P**lacet quod dicis: Et quomodo pro illis tunc orabunt qui iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari?

Gregorius:

**E**adem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus igni æterno damnatis, quæ nunc etiam causa est vt non oretur

ff. ij. non oretur

*Vnus ignis est æternæ pœna.*

*Matt. 25.*

*Cur mali æternaliter puniantur.*

*\* al. conuersione.*

*Sancti cur pro damnatis non orant.*

*Pascasius quomodo miraculum fecerit.*

*Psal. 85.*

*Apoc. 5.*

*Infernus sub terra esse creditur.*



G non oretur pro diabolo angelisque eius aeterno supplicio deputatis. Quae nunc etiam causa est, ut non orent sancti homines pro hominibus infidelibus, impiisque defunctis: quia pro eis utique quos aeterno deputatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suae meritum cassari refugiunt. Quod si nunc quoque uiuentes iusti mortuis & damnatis iniustus minimè compatitur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne se se perpeti etiam ipsi nouerunt, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quando ab omni vitio corruptionis exuti, ipsi iam iustitiae uicinius atque arctius inhaerebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inhaeret, uis distractionis absorbet, ut omnino eis non libeat, quicquid ab illius aeternae regulae subtilitate discordat.

\*al.causa.

**N**on est iam quod respondere debeam apertae rationi. Sed haec nunc quaestio mentem mouet, quomodo anima immortalis dicitur, dum constet quod in perpetuo igne moriatur?

*Quomodo anima immortalis dicitur, si constat quod mortis damnatione puniatur. Cap. XLV.*

Gregorius:

**Q**uia duobus modis uita dicitur, duobus etiam modis mors debet intelligi. Aliud nanque est quod in deo uiuimus, aliud uero quod in hoc quod conditi uel creati sumus, id est, aliud beatè uiuere, atque aliud esse essentialiter. Anima itaque & mortalis esse intelligitur, & immortalis. Mortalis quippe: quia beatè uiuere amittit. Immortalis autem, quia essentialiter uiuere nunquam desinit, & naturae suae uitam perdere non ualet, nec cum in perpetua fuerit morte damnata. Illic enim posita beata esse perdit, & esse non perdit. Quia ex re cogitur semper ut & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finem sine fine patiat. Quatenus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

H Anima & mortalis & immortalis est.

Petrus:

**Q**uis hanc tam inexplicabilem damnationis sententiam cuiuslibet sit operis, ad exitum ueniens non pertimescat, quando etsi iam nouit quod egit, adhuc tamen facta illius quam subtiliter iudicentur, ignorat?

*De quodam sancto uiro qui ueniens ad mortem expauit.*

Caput. XLVI. Gregorius:

**V**t asseris ita est Petre. Sed plerumque de culpae minimis ipse solus pauor egredientes iustorum animas purgat, sicut narrari de quodam sancto uiro mecum frequenter audisti. Qui ad mortem ueniens uehementer timuit, sed post mortem discipulis in stola candida apparuit, & quam praeclearè sit susceptus indicauit.

*Quod quidam ne in morte timeant, reuelatione roborantur. Et de Antonio, & Merulo, & Ioanne monachis.*

Caput. XLVII.

**N**onnunquam uero omnipotens deus trepidantium mentes quibusdam prius reuelationibus roborat, ut in morte minimè pertimescant. Nam quidam mecum in monasterio frater Antonius nomine uiuebat, qui multis quotidianis lachrymis ad gaudia patriae caelestis anhelabat. Cumque studiosissimè, & magno seruatoris desiderio sacra eloquia meditaretur, non in eis uerba scientiae sed fletum compunctionis inquirebat. Quatenus per haec excitata mens eius inardesceret, & ima deserens ad regionem caelestis patriae per contemplationem uolaret. Huic per uisionem nocturnam dictum est: Paratus esto, quia dominus iussit migrare te. Cumque ille non habere se sumptus ad migrandum diceret, responsum protinus audiuit dicens: Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt. Quod cum semel audisset, & magno adhuc metu trepidaret, nocte quoque alia eisdem uerbis est admonitus. Tunc post quinque dies febre correptus, cunctis fratribus orantibus stentibusque defunctus est.

Antonij uisio.

**A**lius etiam frater in eodem monasterio Merulus dicebatur, uehementer lachrymis atque eleemosynis intentus. Psalmodia uero ex ore illius penè nullo tempore cessare consueuerat, excepto cum aut alimentum corpori, aut membra dedisset somno. Huic nocturna uisione apparuit quod ex albis floribus corona de caelo in caput illius descendebat. Qui mox molestia corporis occupatus, cum ma-

Meruli uisio nocturna.

gna securitate animi atque hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrum dum Petrus, qui nunc monasterio meo praest, sibi sepulturam facere post annos quatuordecim uoluisset, tanta, ut asserit de eodem sepulchro illius fragrantia suauitatis emanauit, ac si illic florum omnium fuissent odoramenta congregata. Quia ex re manifestè patuit quam uerum fuit quod per nocturnam uisionem uidit.

**I**n eodem quoque monasterio alius quidam Ioannes dictus est, magnae indolis adolescens, qui aetatem suam intellectu & humilitate, dulcedine & grauitate transigebat. Huic aegrotanti atque ad extremum deducto, per nocturnam uisionem quidam senex apparuit, & hunc uirga tetigit, & sic dixit: Surge. Ex hac enim molestia modo minimè morieris, sed paratus esto, quia longum tempus hic facturus non eris. Qui dum iam esset à medicis desperatus repente sanatus est atque conualuit. Rem quam uiderat, narrauit: seque per biennium in dei seruitio, sicut praedixi, ultra aetatis suae annos exhibuit. Ante hoc autem triennium, cum quidam frater fuisset mortuus, atque in eiusdem monasterij cimiterio à nobis sepultus, cunctis nobis ab eodem cimiterio exeuntibus idem Ioannes, sicut postmodum pallens & tremens indicauit, illic nobis discedentibus inuentus, ab eodem fratre qui mortuus fuerat, de sepulchro uocatus est. Quod mox etià subsequens finis edocuit. Nam post dies decem inualus febribus, carne solutus est. Petrus:

Ioann uisio.

**D**oceri uelim si hoc quod per nocturnas uisiones ostenditur, debeat abseruari.

*An obseruanda sint somnia, & quot sint modi somniorum.*

Caput. XLVIII. Gregorius:

**I**n hoc Petre sciendum est: quia sex modis tangunt animi imagines somniorum. Aliquando nanque somnia uentris plenitudine uel inanitate, aliquando uero illusionem, aliquando cogitatione simul & illusionem, aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione simul & reuelatione generantur. Sed duo quae primò diximus, omnes experimento cognoscimus: subiuncta autem quatuor, in sacrae scripturae paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc uir sapiens indicaret, dicens: Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Et iterum: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Quibus profecto uerbis cuius sint detestationis ostenditur quae auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & illusionem procederent, uir sapiens minimè dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis oriretur, nec Ioseph preferendum se fratribus somnio uideret, nec sponsum Mariae, ut ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium angelus admoneret. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor uisionem differens, à radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu rex coepisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum post haec: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quae uetera sunt, & paulopost uidebas, & ecce quasi statua una grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te &c. Daniel itaque dixit somnium, & implendum reuenter insinuat, & ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur: quia hoc plerumque ex cogitatione simul & reuelatione generetur. Sed nimis, cum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quanto & ex quo impulsu ueniant facilius non elucet. Sancti autem uiri inter illusiones atque reuelationes ipsas uisionum uoces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant uel quid à bono spiritu percipiant, uel quid ab illusione patiantur. Nam si erga haec mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se uanitatibus immergit, qui nonnunquam solet multa uera praedicere, ut ad extremum ualeat animam ex uia aliqua falsitate laqueare.

Somnia sex mod.

Ecclia. Lxxij.


Ecclia. lxxij.

*De quodam cui per somnium longa uita spatia promissa sunt, & in breui tempore morte rescata.*

Caput. XLIX.

**S**icut euidam nostrum nuper certum est contigisse, quidum somnia uehementer attenderet, ei per somnium longa spatia huius uita promissa sunt. Cumque multas pecunias pro longioris uita stipendiis collegisset, ita repente

Quidam somnio deceptus.



**A**penitē defunctus est vt intactas omnes relinqueret, & ipse se- cum nihil ex bono opere portaret. Petrus:

Vis ille sit memini, sed quæro te ea quæ cepimus exequamur: Putamusne animabus aliquid prodesse si mortuorum corpora fuerint in Ecclesiis sepulta?

*An prosit animabus si mortuorum corpora in Ecclesia fuerint sepulta. Caput. L.*

Gregorius:

Sepeliri in Ecclesia quibus mortuis prosit.

**Q**vos graua peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliatur, quod eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca conueniunt, suorum quorum sepulchra conspiciunt, recordantur: & pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata graua deprimunt, non ad absolutionem potius quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in Ecclesiis ponuntur. Quod melius ostendere poterimus, si ea quæ diebus nostris gesta sunt, breuiter enarremus.

*De quadam sanctimoniali femina in Ecclesia sancti Laurentii sepulta, quæ dimidia apparuit incensa.*

Caput. LI.

Monialis femina.

**V**ir nanque vitæ venerabilis Felix Portuensis episcopus, in Sabinaensi provincia ortus atque nutritus est, qui quaedam sanctimonialem feminam in loco eodem fuisse testatur, quæ carnis quidem continentiam habuit, sed linguæ procacitatem atque stultiloquium non declinauit. Hæc igitur defuncta, atque in Ecclesia sepulta est. Eadem autem nocte cultos eiusdem Ecclesiæ per reuelationem vidit: quia deducta ante sacrum altare per medium secabatur, & pars vna illius igne cremabatur, & pars altera intacta remanebat. Cuiusmodi hoc surgens mane fratribus narrasset, & locum ostenderet in quo fuerat igne consumpta: ipsa flammæ combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem femina igne corporeo fuisset cremata. Quæ ex re aperte datur intelligi, quia hi quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari.

*De Valeriani patricii sepultura. Caput. LII.*

De Valeriano patricio.

**I**oannes quoque vir magnificus in hac vrbe locum præfectorum seruans, cuius grauitatis atque veritatis sit, nonimus: qui mihi testatus est Valerianum patricium in ciuitate quæ Brita dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem ciuitatis Episcopus, accepto precio, locum in Ecclesia præbuit, in quo sepeliri debuisset. Qui videlicet Valerianus vsque ad ætatem decrepitam leuis ac lubricus exiit, modumque suis prauitatibus ponere contempsit. Eadē verò nocte qua sepultus est, beatus Faustinus martyr, in cuius Ecclesia corpus illius fuerat humatum custodi suo apparuit, dicens: Vade & dic Episcopo vt proiciat hinc fortentes carnes quas hic posuit, quod si non fecerit, die trigesimo ipse morietur. Quæ visione custos Episcopo timuit confiteri, & rursus admonitus declinauit. Die autem trigesimo eiusdem ciuitatis Episcopus cum vespertina hora sanus atque incolumis ad lectum rediisset, subita & inopinata morte defunctus est.

*De corpore Valentini ab Ecclesia post mortem proiecto. Caput. LIII.*

Corpus Valentini extra Ecclesiam à diaboli extra.

**A**dest quoque in præsentī venerabilis frater Venancius, Lunensis Episcopus, & magnificus Liberius vir nobilissimus atque veracissimus, qui se scire suosque homines interfuisse testantur eam rem quam narrant nuper in Genuensī vrbe contigisse. Ibi nanque, vt dicunt, Valentinus nomine, Ecclesiæ Mediolanensis defensor, defunctus est, vir valde lubricus & cunctis leuitatibus occupatus, cuius corpus in Ecclesia beati martyris Syri sepultum est. Noctē autem media in eadem Ecclesia factæ sunt voces ac si quis violenter ex ea expelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt custodes, & viderunt duos quosdam terribilissimos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant, & eum ab Ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant, qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt. Mane autē factō aperientes sepulchrum in quo idem Valerianus positus fuerat, eius corpus non inueniunt. Cumque extra Ecclesiam quærerent vbi pro-

lectum esset, inueniunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut ab Ecclesia fuerat abstractum. Ex qua re Petre collige quia his quos peccata graua deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat vt etiā de sua presumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis acculet.

*De Tinctoris corpore in Ecclesia sepulto, post non inuento. Caput. LIIII.*

**N**am quid quoque in hac vrbe contigerit, tinctorum qui hic habitant, multitudo testatur, quod quidam artis eorum primus cum defunctus fuisset, in Ecclesia beati Ianuarij martyris iuxta portam sancti Laurentij à coniuge sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex eadem sepultura audiēte custode eius spiritus cepit clamare: Ardeo, ardeo. Cum verò diu has duas voces emisisset, mox ei nunciavit vxori. Vxor verò illius eos qui diligenter inspicerent artis eiusdem viros transfudit ad Ecclesiam, volens cognoscere qualiter eius corpus esset in sepulchro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulchrum vestimenta quidem intacta repererunt, quæ nunc vique in eadem Ecclesia pro eiusdem causæ testimonio seruantur, corpus verò illius omnino non inueniunt, ac si in sepulchro eodem positum non fuisset. Quæ ex re colligendum est quæ vltione anima eius damnata sit, cuius & caro est ab Ecclesia proiecta. Quid igitur sacra loca sepultis profunt, quando hi qui indigni sunt, ab eisdem sacris locis diuinitus proiciuntur? Petrus:

Tinctoris corpus in sepulchro combustū.

**Q**uidnam ergo esse poterit quod mortuorum valeat animabus prodesse?

*Quid sit quod post mortem valeat ad absolutionem animas adiuuare, & de Centumcellensi presbytero qui à cuiusdam spiritu petitus est, ut per sacram hostiam post mortem potuisset adiuuari, & de anima Iusti monachi. Caput. LV.*

Gregorius:

**S**i culpæ post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare: ita vt hanc nonnunquam ipse defunctorum animæ expetere videantur. Nam prædictus Felix episcopus à quodam vitæ venerabilis presbytero, qui vsque ante biennium vixit, & in diocesi Centumcellensis vrbs habitabat, atque Ecclesiæ beati Ioannis, quæ in loco qui dicitur Tauriana sita est, præerat: cognouisse se asserit quod idem presbyter in eodē loco in quo aque calide vapores nimios faciunt, quoties corporis necessitas exigebat lauari cōsueuerat. Vbi dum die quadā fuisset ingressus, inuenit quendam incognitum virum ad suum obsequium præparatum, qui sibi de pedibus calceamenta abstraheret, vestimenta sulciperet: & ex eunti de caloribus sabana præberet, atque omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sepius fieret, idem presbyter die quadam ad balnea iturus intra semetipsum cogitans, dixit: Viro illi qui mihi soler tam deuotissime ad lauandum obsequi, ingratus apparere non debeo: sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationem coronas detulit. Qui mox vt peruenit ad locum, hominem inuenit, atque ex more eius obsequio in omnibus vsus est. Lauit itaque, & cum iam vestitus voluisset egredi, hoc quod secum detulerat, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens vt benignè sulciperet quod ei gratia charitatis offerret. Cui ille moerens afflictusque respondit: Mihi ista quare das pater? iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum. Ego etenim quem vides, huius loci dominus aliquando fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi prestare vis, omnipotenti deo pro me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias. Et tunc exauditum te esse cognosce, cum huc ad lauandum veneris, & me minimè repereris. In quibus verbis disparuit, & is qui homo esse videbatur, euangelicando innotuit, quia spiritus fuit. Idem verò presbyter hebdomada cōtinua se pro eo in lachrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, & reuersus post ad balneum eum iam minimè inuenit. Quæ ex re quantum prosit animabus immolatio sacrae oblationis ostenditur, quando hanc & ipsi mortuorum spiritus à viuientibus petunt, & signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

Mortuus balneanti famulabatur.

Oblatio hostiarū mortuis est utilis.

Petrus:

Mira sunt valde quæ dicis, &amp; non mediocriter læta.

De uita &amp; transitu Cassij Episcopi. Caput. LVI.

Gregorius:

**N**E nobis in dubium veniant verba mortuorum, confirmant hæc facta uiuentium. Nam vir vite uenerabilis Cassius Narniensis \* episcopus, qui quotidianum offerre consueuerat deo sacrificium, seque in lachrymis inter ipsa sacrificiorum arcana macerabat, mandatum domini per cuiusdam sui uisionem presbyteri suscepit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui post annos septem ipso natalitio Apostolorum die cum missarum solennia peregrisset, & mysteria sacrae communionis accepisset, e corpore exiit.

De quodam ab hostibus capto, cuius uincula oblationis hora soluebantur. Et de Baraca naua per salutarem hostiam à naufragio liberato.

Caput. LVII.

**H**Oc quoque quod audiuius, quendam apud hostes in captiuitate positum, & in uinculis religatum fuisse, pro quo sua coniunx diebus certis sacrificium offerre consueuerat, qui longo post tempore ad coniugem reuersus, quibus diebus eius uincula soluerentur, innotuit: cuiusque coniunx illos fuisse dies in quibus pro eo sacrificium offerebat, recognouit.

**E**X alia etiam re quæ nobis ante annos septem gesta est, certissime confirmatur. Agathus enim Panormitanus episcopus, sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atque testantur, cum beatæ memoriæ antecessoris mei tempore iussus esset ut Romam ueniret, vim nimie tempestatis pertulit: ita ut se ex tanto uindarum periculo euadere posse diffideret. Naua uero illius Baraca nomine, qui nunc eiusdem Ecclesiæ clericatus officio fungitur: post nauem carabum regebat, ruptoque fune cum eodem carabo quem regebat, inter uindarum cumulos repente disparuit. Nauis autem cui episcopus præerat, tandem post multa pericula ad Osticam insulam fluctibus quassata peruenit. Cuius die tertio episcopus nauam qui ab eo abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte uideret apparere, uehementer afflictus mortuum credidit, sed per obsequium charitatis uiuo unum quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti deo pro absolutione eius animæ offerre sacrificium uictimæ salutatis iubet. Quo oblato restaurata naua perrexit ad Italiam. Cumque ad Romanum portum uenisset, illic nauam reperit quem mortuum putabat. Tunc inopinata exultatione gauisus est, & eum qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo uiuere potuisset, inquisiuit. Qui uidelicet indicauit quoties in illius tempestatis fluctibus cum eodem quem regebat, fuisset carabo uersatus, qualiter cum illo uindis pleno natauerat, & quoties eo à superiori parte deorsum uerso ipse carinæ eius superfederet, adiungens cum diebus ac noctibus hoc incessanter faceret, iamque eius uirtus funditus ex fame simul & labore cecidisset, quo eum ordine diuina misericordia seruauerit, indicauit. Etenim quod etiam nunc usque testatur dicens: Laborans in fluctibus atque deficiens, subito mentis pondere sum grauatus: ita ut neque uigilare me crederem, neque depressus somno essem, & ecce in eodem medio mari me posito quidam apparuit qui mihi panem ad refectiorem detulit. Quæ mox ut comedi, vires recepi: nec longè post nauis transiens affuit, quæ me ab illo uindarum periculo suscepit, atque ad terram deduxit. Quod scilicet episcopus audiens requisitum diem, atque illum fuisse diem reperit, quo pro eo presbyter in ostica insula deo omnipotenti hostiam sacrae oblationis immolauit.

Petrus:

Ea quæ narras, ipse quoque in Sicilia positus agnouit.

Gregorius:

**I**decirco credo quia hoc tam apertè cum uiuentibus ac nescientibus agitur, ut cunctis hæc agentibus ac nescientibus ostendatur: quia si insolubiles culpe non fuerint, ad absolutionem prodesse, etiam mortuis uictima sacrae oblationis possit. Sed sciendum est quia illis sacrae uictimæ mortuis profuerunt, qui hic uiuendo obtinuerunt: ut eos etiam post mortem bonæ

**N**Eque hoc silendum puto quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine, medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedule obsequi, atque in assiduis ægritudinibus meis excubare consueuerat. Hic itaque languore corporis præuētus ad extremum deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus nomine Copiosus seruiebat, qui ipse quoque nunc in hac urbe per eandem medicinarum artem temporalis uitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Iustus cum iam se ad extremum peruenisse cognouisset, eidem Copioso fratri suo, quia occultatos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari, sed subtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perferutantes, eosdem tres aureos inueniunt absconditos in medicamine. Quod mox ut mihi nuntiatum est tantum malum de fratre qui nobiscum communiter uixerat, æquanimiter ferre non ualui: quippe quia eiusdem mei monasterij semper regula fuerat: ut cuncti fratres ita communiter uiuerent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percussus cogitare cepi, vel quid ad purgationem morientis facerem: vel quid ad exemplum uiuentibus fratribus prouiderem. Precioso igitur eiusdem monasterij præposito ad me accersito dixi: Vide ut nullus ex fratribus te ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cum in morte constitutus fratres exquisierit, ei suus carnalis frater dicat: quia propter aureos quos occultatos habuit, à cunctis fratribus abominatus sit: ut saltem in morte de culpa sua mentem ipsis amaritudo transuerberet, atque à peccato quod perpetravit, purget. Cum uero mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet in sterquilino fossam facite, & in ea corpus eius projicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit, iactate: omnes simul clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditione, & sic eum terra operite. In quibus utrisque rebus, unam morienti, alteram uero uolui prodesse fratribus uiuentibus: ut & illum amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos auaritiæ tanta damnatio terreret, atque à culpa prohiberet, quod ita factum est. Nam cum idem monachus peruenisset ad mortem, atque anxie se quaereret commendari fratribus, & uultus ei fratribus ei applicari, & loqui dignaretur, ei carnalis frater eum ab omnibus fratribus esset abominatus, indicauit. Qui protinus de reatu suo uehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia e corpore exiit, qui ita est sepultus ut dixeram. Sed fratres omnes ex eadem eius sententia conturbati, ceperunt singuli extrema quæque & uilia, & quæ eis habere regulariter semper licuerat, ad medium proferre, uehementerque formidare, ne quid apud eos esset unde reprehendi potuissent. Cum uero post mortem eius triginta iam essent dies deuoluti, cepit animus meus defuncto fratri compati, eiusque cum dolore graui supplicia pensare, & si quod esset ereptionis eius remedium querere. Tunc euocato ad me eodem Precioso monasterij mei præposito tristis dixi: Diu est quod frater ille qui defunctus est, in igne cruciatur: debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum in quantum possumus ut eripiatur adiuuare. Vade itaque, ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, ut nullus omnino prætemittatur dies, quo pro absolutione illius hostia salutatis non offeratur. Quibus protinus abscessit, & dictis paruit. Nobis autem alta curantibus atque dies euolutos non numerantibus, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo germano Copioso per uisionem apparuit. Quem ille cum uidisset, inquisiuit dicens: Quid est frater, quomodo es? Cui respondit: Nunc usque male fui, sed iam modo bene sum: quia hodie communionem recepi. Quod idem Copiosus pergens protinus indicauit fratribus in monasterio. Fratres uero sollicitè computauerunt dies, & ipse dies extiterat quo pro eo tricesima oblatio fuerat impleta. Cumque & Copiosus nesciret quid pro eo fratres agerent, & fratres ignorassent quid de illo Copiosus uidisset, uno eodemque tempore dum cognoscit ille quid isti egerant, atque isti cognoscunt quid ille uiderat, concordante simul uisione & sacrificio res apertè claruit: quia frater qui defunctus fuerat, per salutarem hostiam equalit supplicium.

Attende  
providum  
Gregorii  
factum.

Per oblationem  
Iustis à peccatis  
liberatus est.





**DIVI GRE**  
GORII PAPAE PROLOGVS  
in Cantica canticorum.



**Q**uia si caeco, si longe a deo posito cordi sermo diuinus voce propria, ac voce diuina loqueretur, non caperet: per quaedam anigmata misericorditer monet & reuocat, & per res notas latent ei amorem rerum non notarum insinuat. Per hoc enim quoddam non horret cognitum, intelligit quiddam incognitum. Rebus notis allegoriae conficitur, & in sententia diuinae vertuntur: ut dum recognoscimus sensu exteriora, intellectu perueniamus ad interiora. Hinc est quod in libro hoc qui Canticum canticorum inscribitur, amoris quasi corporis verba ponuntur, ut a torpore suo anima per sermones consuetos discussa recalescat, & per verba amoris qui infra est, excitetur ad amorem qui supra est. Nominantur enim hic oscula, vbera, genae, foemora. Vbi non fridenda est sacra descriptio, sed consideranda misericordia dei. In hoc etiam amplior: quia dum membra corporis nominat, sic ad amorem suum nos vocat. Notemus quidem quam mirabiliter, quam misericorditer nobiscum operatur, qui ut nos ad amplexus sacri amoris accendat, usque ad turpis amoris nostri verba se inclinat. Sed vnde se loquendo humiliat, inde nos intellectu exaltat: quia ex sermonibus huius amoris discimus, quae virtute in diuinitatis amore seruemus. Hic etiam solerter intuemur, cum exteriora audimus, ad exteriora sentienda remaneamus, & machina quae ponitur ut leuet, ipsa magis opprimat & aggrauet. Debemus in verbis exterioribus corporeis quicquid interius est querere, & loquentes de corpore extra corpus fieri. Debemus ad nuptias sponsi & sponse cum intellectu charitatis, id est cum veste nuptiali venire, ne si ista careamus ab hoc conuiuio in exteriores tenebras, id est, in caecitatem ignorantie repellamur. Debemus per verba passionis transire ad virtutem impassibilitatis. Litera enim occidit, spiritus viuificat. Sicut enim palea frumentum, sic & litera tegit spiritum. Sed quia iumentorum est paleis, hominum frumentis vesci, qui humana ratione vititur, paleas abiciat: frumenta spiritus edere disponat. Humanam conuersationis verba audientes, quasi extra humanitatem esse debemus, ne si humaniter quae audiuimus capiamus: nihil diuinitus de his sentire possimus. Qui enim deum sequitur, imitari debet quotidie resurrectionem suam: ut sicut tunc nihil passibile (erit in corpore, ita nunc nihil passibile) habeat in corde, ut secundum interiorem hominem iam noua creatura sit, sic iam quicquid vetustum sonuerit, calcet: & in verbis veteribus solam vim nouitatis inquirat. Attendendum est quod liber hic non Canticum, sed Canticorum canticum dicitur: Tanto est enim in omnibus canticis sublimius, quanto in nuptiis sublimioris felicitatis offertur. Hic notandum est: quia quando vult timeri, dominum: quando vult honorari, patrem: quando amari, sponsum se nominat dominus. Attende ordinem. Ex timore enim honor, ex honore solet procedere amor. Nec vacat a mysterio, quod liber hic tertius ponitur in operibus Salomonis. Post Proverbia enim Ecclesiastes, post Ecclesiasten Canticum canticorum, non casu, sed plena ratione posuit. In Proverbiis moralis vita exprimitur, cum dicitur: Audi fili mi sapientiam. In Ecclesiaste naturalis, ubi finis \* omnium consideratur, cum dicitur: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. In Canticum vero canticorum contemplativa vita exprimitur, dum in eo ipsius domini aduentus & aspectus desideratur, cum sponsae voce dicitur: Osculetur me osculo oris sui. Quia ergo naturalis ad considerationem non perducitur, nisi prius mortalitas teneatur, recte post Proverbia Ecclesiastes ponitur. Et quia superna contemplatio non conspicitur, nisi prius haec infra labentia despiciantur, recte post Ecclesiasten Canticum canticorum ponitur. Prius quippe est mores componere, postmodum omnia quae sunt, tanquam non

**A** bona adiungunt quae hic pro ipsis ab aliis fiunt.  
*De uirtute ac mysterio uictimae salutaris. Cap. LVIII.*  
**I**nter haec autem pensandum est quod tutior sit via ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse dum uiuit per se. Beatius quippe est liberum exire quam post vincula libertatem querere. Debemus itaque praesens seculum vel quia iam conspiciamus defluxisse, tota mente contemnere, quotidiana deo lachrymarum sacrificia, quotidianas carnis eius & sanguinis hostias immolare. Haec namque singulariter uictima ab aeterno interitu animam saluat, quae illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipso immortaliter atque incorruptibiliter uiuens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium quod pro abolitione nostrae passionis unigeniti filij semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrenae caelestibus iungi, unum quoque ex uisibilibus atque inuisibilibus fieri?

*Roma. 1.*  
**B** De affligendo corde inter sacra mysteria, & de mentis custodia post compunctionem. *Cap. LIX.*  
**S**ed necesse est ut cum haec agimus, nosmetipsos deo in cordis contritione maeremus: quia qui passionis dominicae mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo uere pro nobis hostia erit deo, cum nos ipsos hostiam tempore inquantum deo largiente possumus, in ipso animum suo pondere & vigore seruemus, ne post cogitatio fluxa dissoluatur: ne uana menti laetitia surrepat, & lucrum compunctionis anima per incuriam fluxae cogitationis perdat. Sic quippe quod poposcerat, Anna obtinere meruit: quia se post lachrymas in eodem mentis vigore seruauit. De qua nimirum scriptum est: Vultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati. Quae igitur non est oblita quod petiit, nou est priuata munere quod poposcit.

*Sacerdos inter celebrandum quid agere debeat.*  
**D**e relaxandis culpis alienis ut nostrae relaxentur. *Caput. LX.*  
**S**ed inter haec sciendum est: quia ille recte sui delicti ueniam postulat, qui peius hoc quod in ipso delinquitur, relaxat. Munus enim non accipitur, nisi ante discordia ab animo repellatur, dicente ueritate: Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & uade prius reconcillari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Qua in re pensandum est cum omnis culpa munere soluatur, quam grauis est culpa discordiae, pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum, quamuis longe positum, longaeque disunctum, mente ire: eique animum subdere, humilitate illum ac beneuolentia placare: ut scilicet conditor noster dum tale placitum nostrae mentis aspexerit, a peccato nos soluat, qui munus pro culpa sumit. Veritatis autem uoce attestante didicimus: quia seruus qui decem milia talenta debebat, cum poenitentiam ageret, abolitionem debiti a domino accepit. Sed quia conseruo suo centum sibi denarios debuit, debitum non dimisit: & hoc est iussus exigi quod ei fuerat iam dimissum. Ex quibus uidelicet dictis constat: quia si hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursum exigitur quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum per indulgentiam temporis spatium, licet dum iudex iustinet, dum conuersionem nostram is qui culpas examinat, expectat: consemus in lachrymis duritiam mentis: formemus in proximis gratiam benignitatis. Et audenter dico: quia saluari hostia post mortem non indigebimus, si ante mortem deo ipsi hostia fuerimus.

*Matt. 5.*  
**C** De relaxandis culpis alienis ut nostrae relaxentur. *Caput. LX.*  
**S**ed inter haec sciendum est: quia ille recte sui delicti ueniam postulat, qui peius hoc quod in ipso delinquitur, relaxat. Munus enim non accipitur, nisi ante discordia ab animo repellatur, dicente ueritate: Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & uade prius reconcillari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Qua in re pensandum est cum omnis culpa munere soluatur, quam grauis est culpa discordiae, pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum, quamuis longe positum, longaeque disunctum, mente ire: eique animum subdere, humilitate illum ac beneuolentia placare: ut scilicet conditor noster dum tale placitum nostrae mentis aspexerit, a peccato nos soluat, qui munus pro culpa sumit. Veritatis autem uoce attestante didicimus: quia seruus qui decem milia talenta debebat, cum poenitentiam ageret, abolitionem debiti a domino accepit. Sed quia conseruo suo centum sibi denarios debuit, debitum non dimisit: & hoc est iussus exigi quod ei fuerat iam dimissum. Ex quibus uidelicet dictis constat: quia si hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursum exigitur quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum per indulgentiam temporis spatium, licet dum iudex iustinet, dum conuersionem nostram is qui culpas examinat, expectat: consemus in lachrymis duritiam mentis: formemus in proximis gratiam benignitatis. Et audenter dico: quia saluari hostia post mortem non indigebimus, si ante mortem deo ipsi hostia fuerimus.

*Matt. 18.*  
**D**ialogi beati Gregorij papae finis.

\* al. fons.

**G** sint, considerare. Postea munda cordis acie superna & interna conspiceret. Hos ergo librorum gradus quasi quandam ad contemplationem dei scalam fecit, ut dum primum in seculo bene geruntur honesta, postmodum etiam honesta seculi despiciantur, ad extremum vero dei intima conspiciantur. Sic autem generaliter ex voce sanctae Ecclesiae aduentus domini in hoc opere praestolatur: ut etiam specialiter vnaquaque anima ingressum dei ad cor suum tanquam aditum sponsi in thalamum aspiciat. Itaque sancta Ecclesia diu praestolas aduentum domini, diu sitiens fontem vitae: quomodo oportet videre praesentiam sponsi sui: quomodo desideret, dicat:

**EXPOSITIO**  
TIO BEATI GREGORII  
papae in Cantica canticorum.

Caput. I.



H

Anima fastidit omnia quae per corpus sentit.

**H** SCVLETVR me osculo oris sui. Os sponsi inspiratio Christi. Osculum oris, dulcis amor inspirationis. Dicit ergo sponsa desiderio aeternae & in amplexum sponsi sui inardescens. Osculetur me osculo oris sui. Ac si diceret: Ille quem super omnia, immo solum diligo, veniat: qui dulcedine suae inspirationis me tangat: quia cum eius osculum sentio, subita mutatione me derelinquo, & in eius similitudine ilico liquefacta transformor. Fastidit quippe sancta mens omnia quae per corpus sentit, & in illa spiritalia tota transformari concupiscit: & dum ista obstrepunt in illa fugit, seque abscondere ne haec sentiat, appetit. Ideoque osculum sponsi quaerit: quia si ille gratissimi amoris vinculo hanc non trahit, haec vi suae molestissimae grauedinis detenta, quomodo se ad illum conferat omnino non inuenit. Sed pius sponsus anxietatem eius sentiens, amore diligens, votum exaudiens, osculum porrigit, & ne desiderio lassescat, gustu suae suauitatis lenit: & dum suam praesentiam exhibet, eam ad manus dilectionis osculum accedit. Vnde haec illum sentiens ad eum se conuertit, & quem praesentem habet, mox gaudens voce mutata alloquitur & dicit:

Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

Vbera sponsi, dilectio dei & proximi. Ex his vberibus sponsam suam lacte pietatis nutrit, & inter tationum turbines his eam fouet & nutrit: & ut persistat, reficit. Quid autem per vinum, nisi cura temporalis exprimitur, a qua mens secularis cuiuslibet inebriatur: ut ad inuisibilia cognoscenda aut ex toto, aut penes insensibilis reddatur? Sed vbera sponsi vino meliora existunt: quia illud necat, haec nutriunt. Illud oculos mentis turbat, haec acuunt. Illud apostatare facit etiam sapientes, haec ipsos idiotas utique sapientissimos faciunt. Quae quot vicibus sponsa cum dilectionis vbertate fugit, tot sententias sapientiae sibi in ventre memoriae trahit. Caritas enim sancta cor pacificat, mentem in tentationibus roborat, & ut sedes sapientiae sit anima iusti, quietem tribuit, & locum praeparat. Haec itaque verba vnguentis optimis fragrant: quia odorem suauitatis per sapientiae verba & sanctitatis exempla secum portant. Quicumque enim sancta charitate per gratiam dei se reficit, is spiritalium donorum & odorem & suauitatem sentit. Quorum bonorum vbertate proximos quosque ad interiora gustanda secum trahit, ut & in amorem diuinum conualescant, istis vberibus nutrit. Sequitur:

Oleum effusum nomen tuum.

Nomen sponsi Christus est. Sed nomen sponsi quasi oleum effunditur: quia quicumque nomine Christiano in veritate censentur, charitate sancta affluunt, qua molliuntur: & ut flammam exemplorum emittant, eadem charitate continere suffunduntur. Haec charitate in amorem ipsius Christi vehementius accenduntur, & ab ipso accipiunt, quo ei amplius inhaereant, quo perfunduntur. Hinc est quod sequitur:

Ideo adolescentulae dilexerunt te.

Quid enim per adolescentulas, nisi sanctae animae designatur,

quae baptismatis aqua per spiritum sanctum regenerantur, & in nouam vitam per nouum testamentum transformantur? Quae propter olei infusionem Christum diligunt: quia ad gratiam vocatae in eo suauitatem vitae perpetuae inueniunt. Pro cuius suauitatis dilectione omnes mundi fastus & diuitias respiciunt. Sunt enim nonnulli qui ita deum diligunt, ut seipsum contemnant, in interiora se rapiunt, ut deum inueniant. Et quia deus in superficie non iacet, meditationibus laborant, subtilissime cogitationes suas examinant, lectionibus vacant, & quomodo deus inueniatur, omnibus modis perquirere non cessant. Hi profecto odorem vnguentorum sentiunt, & olei infusionem se inungunt: quia dum omnem putredinem vitiorum abiiciunt: flores sibi inueniunt, quorum compositione suauis olentia vnguenta deo faciente conficiunt. Qui eiusmodi est, desiderio aestuat, & quasi nil habeat, semper maiora exoptat, & quia sibi virtus non suppetit, in deum inhians trahi se postulat, dicens:

Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum.

Non currit, qui non trahitur: quia quem diuina gratia non adiuuat, molestia suae corruptionis grauat. Gratia quippe diuina nos preuenit, & interiorum dulcedinem nobis ostendens, de exterioribus nos compangit, moxque in illa transiens animus, praeter eorum dilectione temporalia vilipendit. Iste ergo qui trahitur, currit: quia vinculum amoris libenter sequens, gratiae roboratus amore, sine grauedine obstacula omnia transit. Nec mirum, cum vnguentorum odorem sequatur: quia cum spiritalium donorum suauitas sentitur, quid est in hac temporalitate cuius desiderio anima sancta sponsa Christi, ne in illa properet, teneatur? Ibi quippe lenitate vnguentorum gaudet, & dum naribus discretionis spirat, charitas sibi suauiter olet. Hinc est quod a singulari numero ad pluralem transit: quia in dilectione dei, etiam praecipuum quod de proximi dilectione nos admonet, inuenit: quo instructa eructat nobis foras, quod gustauit suauiter intus, dicens:

Introduxit me rex in cellaria sua.

Quid per huius sponsi, qui rex est, cellaria intelligimus, nisi sanctae scripturae arcana quae rimamur, nisi sanctae contemplationis mysteria, quorum delitiis si reficimur, mox conualescimus? In illa proculdubio quisquis introducit, omnia temporalia mox contemnit: quia aeternis ditatur. Ideo sequitur:

Exultabimus & iubilabimus in te, memores vberum tuorum super vinum.

Sancta anima sponsa Christi in sponsi sui deliciis exultat, dum corporalia respuit, & in spiritalibus se occultat. Eundemque sponsum delicias suas facit, in cuius respectu mundana omnia non curat. Sed haec in memoria vberum agit: quia dum recollit quanta charitate Christus eam dilexerit, qui sanguine suo eam moriens in cruce redemit, & quotidie eam in sinu Ecclesiae matris eiusdem sanguinis lacte nutrit, proculdubio magis ac magis in eius dilectionem intendit. Quod lac bene super vinum dulce esse dicitur: quia per sanguinem Christi misericorditer educamur, qui per legis literam seuerè prius constringebamur. Per quam dilectionem adimpletur, quod dicitur:

Recti diligunt te.

Soli utique recti Christum diligunt: quia quicumque adhuc per distorta vitiorum ex desiderio currunt, dum in rectitudinis lineam semper offendunt, ipsum iustitiae autorem Christum omnino diligere non possunt. Tunc vero homo per viam veritatis incedit, cum & opera virtutum exequitur, & tamen peccata sua semper agnoscit. Ideoque sequitur & dicit:


Nigra sum sed formosa, filiae Hierusalem, quasi tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis.

Nigra quippe & formosam sancta anima se bene dicit: quia semper & turpitudinem peccatorum suorum perspicit, & tamen illius iustitiae quam in intimis videt in exterioribus actibus secum solerter formam gerit. Quae bene sicut tabernacula cedar nigra, & sicut pelles Salomonis formosa dicitur: quia in quantum tenebras mortalitatis portat, nigredine corruptionis sordidatur. Cedar enim tenebrae interpretatur. Salomon vero qui Christum significat, pacificus dicitur: Formosam

Deus in superficie iacet.

L

M Sanguis Christi est mater vita nostra quotidiana trit.



**A**mosam ergo sic pelles Salomonis dicit: quia dum sanctorum quosque qui ad imitationem Christi se mortificant, imitari non negligit, eorum utique pulchritudini per similitudinem se iungit. Ne vero proximi in eius nigredinem intendant, turpitudinis causam satisfaciens ostendit: dum ab admiratione sua filias Hierusalem repellit, dicens:

Nolite me considerare quod fulca sim: quia decolorauit me Sol.

**A**nima quae per Solem Christus significatur. Sol ergo eam decolorauit: quia quantumlibet fulgeat anima, in comparatione Christi fulgorem amittit. Sunt quippe nonnulli, qui in hac nocte mundi velut stellae hominibus fulgent, luminaria proximis apparent, sed mox ut iustitiae Christi se comparant, quasi sine luce sunt, qui bene incomparabiliter prius hominibus lucebant. Qualiter vero ad hoc peruenit ut aliquantulum lucret, ostendit: cum subiungit.

Filij matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis.

Mater sponsae sancta Ecclesia, filij matris sancti Apostoli extiterunt. Ante Apostolorum quippe praedicationem penitus mundus rebellis extitit, omnis penitus anima idolorum seculis sordidauit, & cupiditates sceleratas accumulauit.

**B** Apostolorum vero praedicatione superueniens, contra omnes verbo pugnavit, in multis regnum demonum expugnauit: & regnum Christi, id est sanctam Ecclesiam ampliavit. Tunc tam ergo Christo & sanctificata congregatione Apostoli custodem in vineis posuerunt: quia primos credentes in Ecclesia per mundum ut eas & congregarent & custodirent, disperferunt. Cuius dispersionis causam ostendit, dicens:

Quid per vineam singulariter, nisi Iudaea designatur? quae a se fidelibus expulsa: quia custodiri aspernabatur. Praedicatione quippe expugnata, & sponsa Christi facta anima dilectione ardet & inquirendo eum quem diligit, in intimis se exercet, dicens:

Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

**A**l. quae vit  
Meridies  
vitiarum ar  
dorem nota  
tat.

In meridie Christus sub umbra pascit & cubat: quia in refrigeratione spiritus sancti sibi quasi requiem & passum parat. Per meridiem quippe ardor vitiorum exprimitur. Per umbram vero spiritualis gratiae status designatur. Meridie ergo feruente in umbra Christus requiescit: quia dum in reprobis aeternis vitiorum flagrat, ipse sponsae suae spiritum refrigerij tribuit, & in ea sibi delectabilem locum quietis efficit. Sed hoc sibi sponsa indicari deposcit, quod nulli vnquam declaratur, nisi ei qui idem sanctificatricis gratiae munus percipit. Quare vero ad haec percipienda aeternitatis manifestatur, cum subditur:

**C**  
al. eiusdem;

Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Verum in quo Christus non cubat, vagatur: quia mens quam ille suavis & ponderosus Christi spiritus non implet, multis cogitationibus dissoluta circumfertur. Sed qui sunt sodales Christi, per quorum greges sponsa vagari pertimescit, nisi falsi quique Christiani? Qui autem ob nominis solius, aut etiam sacramentorum communionem fratres Christi vocantur: quia electis quos ipse fratres vocauit, in Ecclesia cohabitando sociantur. Quorum multitudines bene per exprobrationem greges appellantur: quia dum quasi irrationabilia animalia sine ordine viuunt, seductoibus spiritibus ad deuorandum traduntur. Per huiusmodi greges vagatur quisquis ab intimo desiderio expulsus, reproborum stultitiam per similes cupiditates imitatur. Hos quippe electi cum moleste patiantur, per eorum persecutionem probati, mundiores ad aeterna bona perducuntur. Vnde admonetur sponsa cum sibi per incarnationem dicitur:

Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum.

Si ignorat se sponsa, egrediatur & abeat: quia quisquis nescit se in hoc positum, ut tentationes per sufferentiam vincat, a

miliaritate Christi recedit: quia in bello positus, cum domino suo pugnare recusat. Sciendum est enim omnibus quod cum in tentationibus sumus, contra aereas potestates pugnare praecipimur: quia sine victoria coronari non possumus. Et si aduersarius decit, nec est quae vincam, ideoque corona decit, quam non nisi vincentes capiemus. Hoc qui ignorat, in bello est, & quasi in pace exultat, & eo frequentius vulneratur, quo securior est: quia nescit videre, ut vestigia gregum sequatur: quia dum prudentes quosque imitari negligit, necessario reprobos sequitur, quos stultitia brutis animalibus fecit similes.

Et pascet haedos tuos iuxta tabernacula pastorum.

Per haedos immundae cogitationes designantur, per tabernacula pastorum conuenticula haereticorum exprimentur. Qui ergo pugnare nescit, iuxta tabernacula pastorum haedos pascit: quia quisquis obsistentibus tentationum gladiis viriliter non resistit, immundas cogitationes quasi haedos lasciuos in corde nutrit, & efficitur ei similis etiam qui a fide recedit. Anima vero quae sponsa Christi effici concupiscit, qualiter se habeat, Christus eam docet, cum ei per comparationem proximi dicit:

Equitatus meo in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea.

Scimus quia equitatus Israeliticus currus Pharaonis fugiens in mari demeris relinquit, nec tamen statim terram repositionis intrauit, sed prius multas tentationes in eremo quadrangula, & sic sustinuit, multos reges multis laboribus expugnauit, & sic tandem quod promissum sibi fuerat, laboriosè acquirere suscepit. Huic sancta anima sponsa amica similis efficitur, quae prius in baptismo omnia peccata sua extincta quasi Pharaonis exercitum reliquit. Et post dum inter huius mundi habitatores, malignos videlicet spiritus, visit, imminencia vitia quasi reges alienos prosternit, & sic tandem ad beatam terram in qua cum sponso delectetur peruenit. Cui bene dicitur quod subditur:

Pulchrae sunt genae tuae sicut turturis.

Turtur postquam parem suam perdiderit semel, nunquam alteri se iungit, sed semper solitarie habitans in gemitu perseuerat: quia quem diligebat non inueniens quaerit. Sic sancta anima quae dum a sponso suo absens est, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderium semper anhelat & gemit, & dum illum quem valde diligit, non inuenit: quia ab omni alieno amore se retrahit, quasi in genarum verecundia castitatem cordis ipso habitu & actu exteriori ostendit. Sequitur:

Collum tuum sicut monilia.

Per collum sponsae praedicatores sanctae Ecclesiae designantur. Monilibus praedicatores comparantur, vel quia Ecclesiae sunt ornamentum, vel quia Ecclesiam muniunt, ut peccatis monile, vel a rotunditate, id est, perfectione. In monilibus gemmae in auro ponuntur. Per aurum quippe sapientia, per lapides opera exprimentur. Collum ergo sponsae sicut monilia existit: quia quilibet rectus Ecclesiae praedicator & sapientia interior se induit, & opera exteriori exercet, quae in sapientia videt. Cui & adhuc dicitur:

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Murena piscis est, qui captus vertit se in circulum, ad cuius exemplar fit in auris, quae murena dicitur, quae designatur praedicatione, quae auribus inheret & eas penetrat. Murenulis monilia collo ligantur: quia & sapientia & religio a scripturis sanctis praedicatoribus adiungitur. Per murenulas enim sancta scriptura intelligitur. Quae bene auro & argento vermiculatae dicuntur: quia & sapientia sancta scriptura fulget, & honora praedicatione per vnuersum mundum auditur. Sicut enim per aurum sapientia, sic per argentum sancta praedicatione demonstratur. His verbis sponsa sponsa respondet, & per corporeas rerum species amorem intimat, quo spiritaliter intus ardet, dicens:

Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum.

Nardus est herba humilis, quae gustata frigus expellit, & calescit membrum. Accubitu suum rex tunc intrauit, quando dominus

**D**  
Corona non  
datur sine  
victoria.

\* al. excipitur.

\* al. malorum

**E**

Turturis  
pulchra co  
ditio.

Aurum sua  
sapientiam,  
argentum  
praedicationem demon  
strat.

**G** dominus noster Iesus Christus corporaliter cœli interiora penetrauit. Quo requiescente, nardus sponsæ odorem suum dedit, quia virtus sanctæ Ecclesiæ suauem famam bonitatis longè lateque sparsit. Ad cœlos enim dominus ascendit, & spiritum sanctum suum super discipulos misit. Quo impleti verba salutis mundo prædicarent, & per sancta opera boni odoris famam circumquaque diffunderent. Huc quippe spiritum in baptismo vnaqueque fidelis anima recipit, vt per eum sibi ex virtutum confectione vnguenta cõponat, & proximos exempli exhibitione quasi vnguenti odore reficiat.

Sequitur:

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

*Myrrham  
adhibere  
membris  
nostris de  
bemus.*

Mortuorum corpora myrrha condiri solent, ne putrescant. Myrrham quippe corporibus ne putrescât adhibemus, dum membra nostra in Christi exemplum, per eorundem mortificationem à putredine luxuriæ restringimus, ne dum ea sine condimento dimiserimus dissoluta putredine escam vermibus æternis faciamus. Sed quid est quod dilectum suum sponsa non myrrham, sed fasciculum myrrhæ nominat, nisi quod dum sancta mens Christi vitam ex omni parte considerat, contra omnia vitia ex eius imitatione repugnantes virtutes congregat ex quibus sibi fasciculum myrrhæ aptat, quò carnis suæ putredinem sempiternam abstergat? Qui bene inter vbera comorari dicit, quia in dilectione dei & proximi habitatio Christi sancta edificat. Sancta quippe anima dū deū sic diligit vt proximum non contemnat, & proximi amorem sic exequitur vt diuinum nō minuat, procul dubio vbera in pectore sibi locat, quibus Christum amplectens ipsum nutriat. Quasi enim vberibus Christus nutritus roboratur, dum hac gemina dilectione vt fortius inhæreat, delectatur. De quo & adhuc dicitur:

**H**

Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

Cyprus insula est, in qua vberiores vineæ quæ alibi nascuntur. Per Cyprum ergo Ecclesia vniuersalis designatur, quæ multas vineas nutrit, dum in multas Ecclesias diuisa, vinum quod legitur cor hominis, gignit. In Engaddi balsamum gignitur, quod cum oleo pontificali benedictione chrismata efficitur, quo dona sancti spiritus exprimentur. Engaddi interpretatur fons hœdi. Hœdus autem antiquitus pro peccatis immolabatur. Quid ergo per fontem hœdi, nisi baptismus Christi figuratur? In quo dum corpus mergitur, anima abluitur, & per illius fidem qui pro peccatoribus mortem pertulit, anima humana à peccatis omnibus mundari se credit. Cui mox dilectus respondet:

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.

*Pulchritudinem duplicem, habet qui deū & proximum diligit.*

Bis pulchram sponsus sponsam suam vocat: quia cui dilectionem dei & proximi donat, geminam pulchritudinem ei inserit, qua delectatur, & quam laudat. Cuius oculi bene columbarum esse perhibentur: quia dum in temporalibus gemit, & ad æterna desideria rapitur, in simplicitate sensus suos custodit, & carnales concupiscentias detestatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit. Et bene sancta anima columbæ comparatur: quia dum reprobi quique in amore mundi garrunt & lætantur, mens electa in cœlesti desiderio atteritur: quia timet ne amittat quod diligit, dum differtur. Possunt etiã per oculos columbarum, Ecclesiarum prædicatores intelligi, qui simplicitatem quam prædicant, seruant, & visibilia contemnent, ad æterna cum magnis gemitibus anhelant. Sequitur vox sponsæ dicentis:

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Pulcher & decorus dilectus dicitur: quia in diuinitate & humanitate omni amanti se menti sine macula reprehensionis aspicitur. Quem dū sponsa pleno desiderio sequitur, omnium mundi perturbationum obliuiscitur, & dū in eius pace quiescit, magis ac magis decoratur. Vnde sequitur:

Lectulus noster floridus.

Quid per lectulum sponsæ nisi otij quietem intelligimus? Mens enim quæ sponsum suum Christum singulariter amat, in quantum potest, ab omnibus sollicitudinibus mundi vacat, virtutes quibus sponso suo placeat, intus accumulatur. Quæ dū omnia quæ temporalia sunt contemnit, lectulum sibi cum spon-

so in pace victoriæ facit, vbi quo quietius pausat, eo amplius flores inuenit quibus se decorat sponso ostendat. Sequitur: Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina.

Cedrus quæ serpentes reprimit & fugat, sublimiores significat sanctos, cypressus simpliciores. Per tigna etiam dilectionem dei possumus intelligere, per laquearia dilectionem proximi, quæ sunt partes virtutis eminentioris in cordibus sanctorum, quæ sunt domus dei. Cedrina verò & cypressina ideo dicuntur: quia sicut hæc ligna incorruptibilia sunt, ita charitas nunquã excidit. Per domos plures Ecclesias intelligimus, per tigna cedrina prædicatores designamus, per laquearia cypressina ipsos populos figuramus. Tigna enim tectum sustentant, laquearia verò domum implent & ornant. Sic sic in sancta Ecclesia prædicatores boni scripturam diuinam in corde & ore portant, quam fidelibus quasi tectum expandentes prædicant, vt dum Ecclesia prædicatione cœlesti instruitur, munimen accipiat, quo ab imbribus tentationum protegatur. Cedrus autem & cypressus imputribilia ligna esse perhibentur. Quibus bene omnes electi figurantur: quia dum temporalia nullo desiderio sectantur, æterni sunt, eo quod mente in æterna figurantur. Respondet sponsus & dicit:

Caput. II.

Ego flos campi, & lilium conuallium.

Bene florem Christus se nominat, qui dum spinas peccatorum exterminat, mentem sponsæ & pulchritudine suæ iustitiæ exornat, & naribus cordis dum cœlesti desiderio applicat, interiora animæ quasi odore refocillat. Qui sequitur adhuc & dicit:

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Bene sicut lilium inter spinas, sponsa inter filias esse perhibetur: quia cum multi sint in Ecclesia, qui solis verbis Christum contententur, operibus vero nihil nisi humanas sollicitudines sectantur, sola illa anima in lilij dignitate computatur, quæ dum à mortalitatis radice ad cœlestem pulchritudinem assurgit, & munditiæ candorem corde & corpore sibi ipsi custodit, & proximos quosque bonæ opinionis odore reficit. Sed quia sponsus sponsam suam tanta laude dignam habuit, ipsa iam ex debito laudat à quo se laudari perspexit, & dicit: Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios.

Ligna syluestria esui hominum habiles fructus non gignunt. Malus vero quod gignit, congruè & salubriter homines edunt. Merito ergo per malum Christus, per syluestria vero ligna ceteri homines figurantur: quia in solo Christo cibum salutis quoties querimus inuenimus: in eius verbis & exemplis animas nostras fructu suauis & salubri reficimus. Ipse est quippe lignum vitæ, quam nobis tribuit. Ipse est qui dum nobis semetipsum inspirat, animam pascit. In ceteris vero si quid refocillationis inuenimus, non quod illorum, sed quod Christi est, ab illis sumimus: quia quicquid in eis præter deum est, mortiferum nobis procul dubio inuenimus.


Sub umbra illius quem desiderabam, sedi.

Umbra Christi protectio est spiritus sancti. Spiritus quippe sanctus mentem quam replet obumbrat: quia omnem tentationum feruorem temperat, & dum aura suæ inspirationis suauiter mentem tangit, quicquid noxij caloris sustinebat expellit, & quam iam forsitan nimius vitiorum æstus marcidam fecerat, umbra sancti spiritus protegens recreat, vt dum in eius inspiratione sedens pausat, vires colligat quibus ad æternam vitam robustias currat. Sequitur:

Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Arbor quippe fructifera ipse Christus in corde nostro plantatus per fidem existit. Quam si mens nostra diligènter diligit, & instanter excollit, fructus nimirum interius pulchros & vitales gignit. Quos dum mens capiēs auide comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde sibi cœlestia cogitare, in æternitate oculum intimum figere, vt aliquando in cœlestibus etiam mens accensa compugatur, & inter lachrymas subleuata, angelorum cibo ipsa videlicet sponsa \* quanto dulcius, tãto auidius pascatur. Inde est quod subditur:

Introduxit



A Introducte me rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.

Aeternitas Quid enim per cellam vinariam congruentius, quam ipsam in cōtepla arcanam aeternitatis contemplationem accipimus? In hac aetio cellam teritate angeli sancti vino sapientiae debriatur, dum ipsum deo dante ad faciem videntes omni voluptate spiritali fatiantur. Hanc sancta meos si a sponso introducat, postpositis omnibus temporalibus intrat, in qua ex illis angelicis deliciis quantum sibi conceditur gustat. Et si adhuc quia in corpore corruptibili detinetur, se perfectè non satiat, tamen ex illo amaro quod cursum somit, considerat quantum debeat amare quod amat. Potest tamen per cellam vinariam scriptura diuina figurari. Per hanc quippe in sponsa charitas ordinatur: quia in eius doctrina manifestè discitur qualiter deus & proxim⁹ ordinatè diligantur. Hac charitate percussa sequitur & dicit:

Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore languo.

Per flores teneri quique & incipientes, per mala verò perfecti fideles designantur. Sponsa quippe quia amore languet, fulciri se floribus & stiparimalis appetit: quia dum se aeternitatis desiderio afficit, dum qualiter illuc perueniat, tota anxietate perquirat, eo quod perfectionem dum in carne viuit, omnino non inuenit, fatigata in desiderio suo requiescit. Et in hoc solo gaudet, si circa se respicit vel quibus ipsa proficiat, vel in quorum profectioe consolationem de languore suo recipere possit. Quibus de sponso suo subsequenter haec dicit:

Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Per lauam sponso vita praesens, per dexteram verò vita aeterna deliquatur. Per caput autè sponso, mens quae animae principatur assumitur. Sed leua sponso sub capite sponso esse dicitur, & dextera eius amplexatur eam: quia vitam temporalem sub mente sua semper ponit, vitam verò aeternam ut omnimodo amplexetur concupiscit. Haec quippe quae videt, maguanimenter mente suscipit, officii coelestis se occupat. Haec necessitate tolerat, ad illa summo desiderio quasi brachio dextero sponso alitè suspirat. In qua cum aliquantulum intrat, delectabiliter quiescit, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino fastidit. Sic quiescentè utique sponso amplius diligit, & ab eius excitatione improbos quosque repellit, dicens:

Adiuro vos filiae Hierusalem per capreas, certuosque caporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Cerui & capreae munda animalia in lege esse perhibentur, Quid ergo per ceruos & capreas, nisi fidem, spem, & charitatem accipimus? Quas dum nobis mundas seruamus, per easdem altos montes contemplationis ascendimus. Sancta autem anima sponsa Christi a cunctis mundi perturbationibus quiescere appetit, in sinu sponso sopitis terrenis cupiditatibus dormire sancto ocio concupiscit, ita ut etiam necessaria colloquia aliquando fastidiat, soliusque sponso colloquione quanto quietius tanto serenius hilaritèat. Sed hanc dormientem carnales qui sunt in Ecclesia nonnunquam importunè excitant, negociis mundi eam implicare desiderant: quia eius vitam inutilem existimant, dum ab eorum curis eam se abstinemem considerant. Hi tales satis congruè non filii sed filiae nominantur: quia dum effeminatos mores nutriunt virili dignitate amissa, quales interius habentur, exterius virili femineo designantur. Hi dilectam suscitare sub adiurationis pondere prohibentur, ne videlicet mentem quae ad vacandū deo se accingit, & solis spiritalibus studiis inherere concupiscit, importunis sollicitationibus inquietent, & tenebris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilent. Et tamen non ei omnis cura proximi interdicitur, sed quādo suscipiari debeat, eius voluntati relinquitur: quia profectio omni perfectae animae discernendum est & quando coelesti contemplationi studeat, & quando proximorum utilitatibus interuiat. Hanc vacandi deo licentiam libentissime sponsa suscipit, statimque verbum sponso amplectitur & dicit:

Vox dilecti mei.

\* alias, sed peruenio = nem.

Virtutes theologales per ceruos & capreas significatur.

Ac si diceret: Hanc vocè dilecti mei sponso esse recognosco, D hanc ab eius ore semper audire desidero: quia in hoc video quantum me diligit, cum me ab amplexibus eius desiderabilibus impediri prohibeat. Ad hos amplexus qualiter peruenit, subito narrat, dicens:

Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Ad amplexus sponsoe suae Christus venire disponēs, humanitatem nostram dignanter assumpsit. Ad quod mysteriū peragendum, quasi saliens in montibus venit: quia quaedam opera inter homines ostendit, quae valde sublimia & super homines esse percipiens humanum genus admirari potuit, sed attingere nequiuit. Quod enim de virgine natus est: quod ad virginem adorandum ire pastores angelus admonuit: magos stella perduxit: quod pendens in cruce, qua hora voluit spiritum emitti: quod mortuus tertia die seipsum sulcitauit: quod caelum ingressus spiritum sanctum quibus sibi placuit donauit: quod fidei suae per piscatores & idiotas mundum subiugauit, haec facies quasi in montibus ambulauit, quo eum nulla creatura assequi valuit. In his nimirum operibus colles transiliuit: quia sanctos omnes quantumcumque excreuerint, potentia suae piæ operationis transcendit. De quo & sequitur:

Similis est dilectus meus capreae hinnuloque ceruorum, similis capreae bene esse dicitur: quia ex synagoga carnem traxit, quae per capream ostenditur. Et quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est, quasi hinnulus ceruorum, rectè esse perhibetur. Sequitur:

En ipse stat post parietem nostrum, aspiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Quasi post parietem nostrum Christus incarnatus stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immensitatem si ostenderet, infirmitas humana ferre non posset, carnis obstaculo obiecit. Et quicquid magni inter homines operatus est, quasi post parietem latitans fecit. Per fenestras autem & cancellos qui aspiciunt, partim videtur, partim verò se abscondit. Sic & dominus Iesus Christus dum & miracula per diuinitatis potentiam fecit, & abiecta per carnis infirmitatem pertulit, quasi per fenestram & cancellos prospexit: quia in alio latens, in alio quis esse apparuit. Incarnatus itaque Ecclesiae suae vel vnicuique perfectae animae loquitur, & ad aeternam exhortatur patriam, dicens:

Surge, propera amica mea, colūba mea, formosa mea, & veni.

Propter fidem Christus sponsam suam amicam vocat, columbam propter simplicitatem, formosam propter operationem. Quia enim sine fide deo placere non possumus, bene per fidem amici vocamur: quia dum fide coelestia appetimus, abiectis terrenis deo adhaeremus. Columba verò bene anima propter simplicitatem dicitur: quia anima deuota dum simplicem deum cordis simplicitate persequatur, nequaquam mundi ineptam lœritiam dissoluta sectatur, sed semper ad aeterna festinans, columbae gemitum pro cantu diligendo imitatur. Propter operationem anima formosa rectè appellatur: quia dum praeterita vitae peccata per bona opera redimit, quasi antiquam turpitudinem assumpta forma meliori ante sponso oculos abscondit. Hanc itaque hortatur sponso ut surgat & veniat: quia dignum est ut quicumque ad amorem Christi properat, carnis torporem quantum potest abiciat, & se ad aeterna consequenda celeriter accingat. Sed quia ut ad coelestia festinemus per exhibitionem noui testamenti a deo accepimus, ideo enim hiems transit, imber abiit & recessit.

Quid per hiemem, nisi legis austeritas intelligenda est? Quae in carnalibus sacrificiis populum antiquum detinuit ad appetenda spiritalia & coelestia obseruatores suos non adiunxit. Possumus etiam per hiemem vitam praesentem intelligere, quae dum nos assiduis tentationibus impetit, quasi imbribus importunis ad sequendum Christum torpere compellit. Sed iam sponsa surgat, quia hiems transit, quoniam quanto magis dies vltimus instat, praesens vita recedit, & quo amplius tempus ad terminum ducitur, eo citius currendum est, ne electa anima oblati sibi muneribus aeternis priuetur. Transit enim dicitur: quia in proximo transitura esse non dubitatur. Sequitur:

Christus propter miracula dicitur uenisse quasi saliens in montibus.

Christus qualiter per fenestras & cancellos prospicere dicitur.

Anima deuota columbae comparatur.

Lex Moysi comparatur hiemi.

Flores



EXPOSITIO D. GREG. IN CANTICA CANTICORVM.

**G** Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.

Flores apparuisse in terra dicuntur: quia sanctæ animæ cum à corporibus recedunt, in cælo recipiuntur. Et quia in hac vita quamuis hyems fuerit, à bono opere non torpuerunt, mox ut recesserunt, in terra uicentiū gloriose floruerunt. Bene ergo sequitur quod dicit: Tempus putationis aduenit, quia quo amplior electorum numerus in cælo congregatur, eo celerius reprobi ab Ecclesia tanquam sarmenta inutilia amputantur, ut mundus citius finiatur. Sequitur: Vox turturis audita est in terra nostra.

Quid per turturam, nisi Ecclesia, quid per terram sponsi, nisi uita illa beata designatur? Sed vox turturis in terra sponsi audita esse dicitur: quia dum pro desiderio suo sancta Ecclesia deprecatur, à Christo in cælo clementissimè exauditur. De qua rectè subditur:

Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes odorem dederunt.

Ficus quippe grossos suos protulit: quia sancta Ecclesia martyres suos ad æternam patriam præmisit. Post quos vineæ florentes odorem suum dederunt: quia per uniuersum mundum exempla bonorum operum excreuerunt. Vineæ utiq; flores producunt, cum singulæ Ecclesiæ animas prius infideles ad fidei nouitatem per baptismum educunt. Sed flores ipsi odorem proferunt, cum credentes animas, exempla bona per suauem opinionem sibi inuicem & aliis aspergunt. Sed quia Christus utroq; modo exhortationis nos trahit, ut uidelicet & præceptis nos admonet, & exemplis sanctorum nos erigat, idcirco sponsi suæ prius ut surgeret admonendo præcepit, & deinde exempla sanctorum ad cognitionem adduxit, & post exemplorum exhibitionem iterum se ad præcepti commonitionem conuertit, dicens:

Surge amica mea, soror mea, & ueni columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceriae.

Surgit anima, cum à peccati perpetratione se erigit. Venit, cum per bona opera desiderij sancti passibus ad cælestia tendit. Sancta etenim mens cum præteritæ uitæ turpitudines cõspicit, cum peccata sua enumerat quæ fecit, mox secum in cõscientia erubescit, & quæcumq; in mundo dilexerat, ad odiũ sibi transferens fletibus se punit, & ipsa poenitentia facta robustior, ab omni iniquatione etiã cogitationis exilit, & ab omni torpore negligentia se excutit, ut iam in infimis cogitationibus non iaceat, sed ad appetenda inuisibilia per sancta desideria se extendat. Hæc itaq; mens surgit & uenit: quia & à torporis infirmitate per cõpunctionem se erigit, & in sanctis studiis se exercens ad æterna pedibus amoris currit. Per foramina autem petrae, vulnera manuum & pedum Christi in cruce pendentis libenter intellexerim. Cauernam uero maceriae, uulnus lateris quod lancea factum est, eodem sensu dixerim. Et bene columba in foraminibus petrae & in cauerna maceriae esse dicitur: quia dum in crucis recordatione patientiam Christi imitatur, dum ipsa vulnera propter exemplum ad memoriã reducit, quasi columba in foraminibus, sic simplex anima in uulneribus nutrimentum quo conualescat, inuenit. Possunt tamen per foramina petrae, incarnationis Christi sacramenta signari, & per cauernam maceriae, ipsa protectio angelicæ custodiæ figurari. In qua custodia cum anima ponitur, bene ei à sponso dicitur:

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

Quid enim per faciem, nisi fidem qua à deo cognoscimur, accipimus? Et quid per uocem nisi prædicationem intelligimus? Sed præcipit sponsus ut ei sponsa faciem suam ostendat: quia quicumq; se fidem dicit habere, necesse est ut in bonis operibus se exercent, ut in operibus exterioribus fides interior innotescat. Sed & opera necesse est ut uox prædicationis sequatur: quia quicumq; in sanctis operibus perfecte se dilatat, consequens est ut ad eadem faciendam proximis quosq; exhortetur. Ideo sequitur:

Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Tunc enim & uox placet, & facies decoratur, quando & opera prædicationis sequit, & rursum prædicationem bona opera comitantur. Huiusmodi prædicatoribus consequenter dicit:

Capite nobis uulpes paruulas, quæ demoluntur uineas. Per uulpes hæretici, per uineas singulæ Ecclesiæ designantur. Sed uulpes uineas demoluntur: quia per hæreticos Ecclesiæ à recte fidei uiriditate exsicantur. Quæ bene paruulæ dicuntur: quia quauis contra ueritatem intus superbiant, exterius tamen in uerbis humilitatem per simulationem sectantur. Quæ tunc à sanctis prædicatoribus capiuntur, quando instanter altercatione sententiis ueritatis conuincuntur. Prædicatores quippe sancti aliquando canes per similitudinem dicuntur: quia prædicationibus assiduis quasi latratibus importunis aduersarios quosq; à grege ouium arcere nituntur. Isti canes uulpes Christo capiunt: quia ducem suum dum fideliter diligunt, pro eius amore laborantes, tergiuersantes hæreticos ab inuolutionibus quæstionum quasi à tenebrosis caueis ad lucem ueritatis educunt. Quare uero uulpium demolitio timeatur, manifestatur cum dicitur:

Nam uinea nostra floruit.

Vinea quippe floruit: quia sancta Ecclesia per baptismum filios ad fidei nouam conuersionem perduxit. Quibus timendum est ne ab hæreticis deprauentur: quia dum quicq; fideles in nouitatem Christi regenerantur, quo quisq; tenerior est, eo citius ad prauitatem seducitur. Floribus omnino timendum est ne pereant: quia dum adhuc quisq; ad perfectionem per exercitium diuturnum non conualuit, facile si à dente uenoso mordetur, ab hoc quod nactus fuerat, euaneſcit. Perfecta enim quæq; anima in quo se iam diu exercuit, facile non amittit: quia quo frequentius palato intimo quam dulcis sit dominus gustauit, eo constantius sponsi rectitudinem tenet, & distorta fastidit. Quæ prosequitur conuenienter, & dicit: Dilectus meus mihi, & ego illi.

Ac si diceret: Dilecti mei amicitiam constanter teneo, quia eius constantem beneuolentiam erga me sentio. Quia dum eius familiaritatem benignam habeo, durum mihi est quicquid ei aduersum inimicos latrantes audio. Et dum in eius assiduitate qualis sit uideo, siquid erroris proferunt aduersarij, à ueritate quam in eius uisione cognoui, non recedo. De quo bene sequitur:

Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ.

Quid per lilia, nisi mundæ animæ designantur? Quæ dum castitatis candorem retinent, per bonæ famæ opinionem proximis quibusq; suauiter oleant. Inter lilia sponsus ergo pascitur: quia procul dubio animarum castitate delectatur, quæ & in se munditiam carnis conseruant, & per nitidas cogitationes coram eo placent, & exempla proximis quasi odoris suauitatem donant. Dies uero tunc aspirabit, & umbræ inclinabuntur, quando uita æterna apparebit, & præsens uita finietur. Hic quippe nox est, ibi uero dies erit: quia hic in uisione ueritatis caligamus, ibi deus ipse tota ueritas mentibus elucebit. Ad hanc prorsus diem sanctæ animæ eunt ut perueniant: propter hanc iustitiam illibatam iniquitatem possunt conseruant, & quia sine Christo nihil possunt, eius auxilium inuocant, eius familiaritatem desiderant. Quarum dum mentem cõsiderat prope est benignus & adiuuat, & quo amplius proficiunt, eo familiarius semper amat, donec finitis tenebris mundi ad uitæ æternæ lucem perfectas educat. Quam lucem quia ualde desiderant, eamq; cum dominus ad iudiciũ uenerit, uidentam esse putant, idcirco cum summo desiderio dicunt.

Reuertere, similis esto dilectæ mi capreae hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.

A nobis dilectus corporaliter tunc abiit, quando post resurrectionem in cælum ascendit. Tunc autem reuertetur, quando in fine mundi resuscitatis corporibus hominum, omnibus in iudicio manifestabitur. Qui uerè similis capreae & hinnulo ceruorum apparebit: quia in carne nostra ueniens ad iudicium omnibus se monstrabit. Per capream enim quæ mundum est animal, Ecclesia designatur, quæ dum in cælestibus mente habitat, quasi in montibus pascitur: Per ceruos autem quid aliud quam patres antiqui designantur, ex quorum carne Christus natus, quasi hinnulus ceruorum mundo est præsentatus: Bethel autem domus dei interpretatur. Quæ bene Ecclesia

*Christus dupliciter nos exhortatur.*

*Anima surgit & uenit.*

*Petra foramina dicuntur Christi uulnera.*

**I**


*Hæretici dicuntur uulpes Ecclesiam demolientes.*

*al. quod natus.*

*Sponsus enim marum castitate delectatur.*

**M**

*Caprea Ecclesiam designat, & ceruus patres antiquos.*



**A** Ecclesia dei dicitur: quia in ea dominus habitat, dum per fidem corda nostra mundantur. Super montes ergo Bethel similis capreae hinculoq. ceruorum apparebit, quia in ea humanitatis forma ad iudicium veniet, quam ab Ecclesia sumpsit quando in hoc mundo ex patrum progente quasi hinnulus ex ceruis hominis natus fuit. Qui verè & similis capreae & super montes Bethel apparebit: quia & ex humanitate quidem similis Ecclesiae erit, & tamen super ipsos summos, qui quasi montes excellunt, in Ecclesia sublimior eminebit. Qui dum venire moratur quia eum semper sancta anima perquirere nititur, ideo sequitur: **Capit. III.**

**I**n lectulo meo per noctes quaerui quem diligit anima mea.

Lectulù sibi sancta anima in nocte facit, dū omnes perturbationes mundi fugiens, secretum comparat in quo requiescit. In hoc lectulo què diligit quaerit: quia dū ab omnibus sollicitudinibus mundi vacat, in eius inquisitione quomodo ad illum perueniat non quiescit. Notandum est autem quia per noctes quaerit, qui modo in hoc mundo viuit, & perfectè tenebras temporalitatis à se nō excutit. Quas quo grauiore patitur, eo feruentius quaerit eum, quo inuenito tenebras amplius non patietur. Sed quia quem quaerit, nunquam perfectè in hoc mundo inuenit, ideo subiungit:

Quaerui illum, & non inueni.

**B** Quia verò maximo desiderio aestuat, & quicquid tenet, ei nō sufficit donec dilectum inueniat, ideo constantiam inquisitionis subiungit, dicens:

Surgam, & circuibō ciuitatē, per vicos & plateas quaeram quem diligit anima mea.

*Caelū per uiam angustam quaerendum est.*  
Quid per ciuitatem in hoc loco nisi Ecclesiam, quid per vicos ciuitatis, nisi spirituales quosque accipimus? Qui dum ad caelestia toto corde gradiuntur, angustam viam tenent, qua ad vitam perducantur. Per plateas autem seculares designantur, qui dum voluptates suas multas sequuntur, latas vias gradiuntur. Surgit ergo sponsa & ciuitatem circuit, quia perfecta anima quae visibilia fastidit, omnes sanctos qui sunt vel fuerunt in Ecclesia, mente conspiciat, siquid forte in eorum actibus reperire poterit, quod imitando, ad sponsi inuentionem aliquando peruenire possit. Per vicos autem & plateas quaerit: quia dum per bonorum imitationem ad dilecti familiares amplexus peruenire satagit, nō solum in spiritualibus, sed & in ipsis etiam carnalibus aliquando inuenit quod imitari dignè possit. Sed postquam laborem geminatum inquisitionis inuauit, iterum difficultatē inuentionis subdit, dicens: **Quaerui illum, & non inueni.**

Sed dum quaerit & non inuenit, ipsa etiam quaeritur & inuenitur, & ideo subditur:

*Doctores dicuntur uigiles.*  
**I**nuenerunt me uigiles qui custodiunt ciuitatem.

Quid per uigiles, nisi doctores Ecclesiae designantur? Qui dum lucrandis animabus & scriptis & dictis inuigilant, ubi sancti desiderij aliquantulum sentiunt, augmentare ad melius nunquam cessant. Hi sponsam quaerentem inueniunt: quia suam animam Christum inuenire satagētem excipiunt, & ut citius inueniat, praeceptis instrunt, exemplis accendunt. Quos illa interrogans dicit:

Num quem diligit anima mea uidistis?

Bene eos sponsa interrogare dicitur: quia dum eorum scripta vel uerba uigilanti studio perscrutatur, tanquam praesentibus etiam absentibus animi intentione loquens, quid de Christo senserint, sciscitatur. Quia uero dum in eos omnino intendit, nunquam sponsum inuenit, consequenter subiungit:

Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.

Paululum uigiles transit, & dilectum inuenit: quia dum eos puros homines esse cogitat, ad diuinitatem mentem erigit, ibiq; sponsum suum supra homines patri aequalē cognoscit. Quem tunc inuenisse se dicit, cum sanctis laboribus ad iuta in eius diuinitatis claritatem oculum fidei tanquam per speculum contemplando aliquantulum figit: Quod tantillū quanta ueritate mentis suscipiat, ostendit, dicens:

Tenui illum, nec dimittam, donec introducam illum

in domum matris meae, & in cubiculū genitricis meae.

**D** Mater Ecclesiae synagoga extitit: quia ex ipsa sanctos predicatorum habuit, à quibus uerbum ueritatis suscepit, per quod in fide regenerata fuit. Tenet ergo sponsum Ecclesia donec in domū matris eum introducat: quia usque in finem mundi ab eius fide & opere & amore non recedit donec ad fidem iudeos adducat: Non quod postea recedat: quippe quem in exilio diligit, in patria uideat amplius amabit. Sed de illo tempore dici debuit, de quo à quibuslibet propter obfistētes tērationes dubitari potuit. In domum ergo matris dilectum in producet quando in fine mundi Ecclesia per praedicationem in plebem iudaicam Christiana sacramēta immittet. In cubiculum autem quasi in secretiorem partem domus eum introducet: quia ex eadē plebe ita plurimos conuertet, ut omnes mundi sarcinas abiiciant, & in intimis cogitationibus soli deo placere concupiscant. Huiuscemodi homines cubiculum facient sponso: quia dū à se omnes sordes cupiditatis abiiciēt, quasi secretum locum in mente in quo delectetur componēt. A quorum inquietatione in eis delectabiliter paulans sponsum improbos prohibet iterum dicens:

Adiuo uos filiae Hierusalem per capreas ceruosque caprorū, ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit.

In hoc utiq; ostendit: quia eiusdem perfectionis quosdam de synagoga post conuersionem inueniet, cuius de Ecclesia quā plurimos inuenit: dum in eorum quiete similiter delectatus, ab eis inquietatores prohibet, sicut ab Ecclesia prohibuit. In troducta ergo ad fidem synagoga Ecclesiae mentem per opera quae uidet conspiciat, & sublimitatem eius ualde admirans dicit:

Quae est ista quae ascendit per desertum sicut uirgula summi ex aromatibus myrrhae & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij?

In deserto utiq; in hoc mundo Ecclesia siue sancta quaeq; anima uiuit, dum à regno exul inter bestias, daemones uidelicet, degit. Hic enim ethi nō omnino à sponso deseritur, tamen dū in carne est, nondum ad certam eius uisionem admittitur, dū ab eo per exilia & tērationes peregrinatur: quia dum adhuc cum eo non regnat, deserit ab eo sibi uidetur. Ob hoc semper laborat ut ascendat, ut quem ualde diligit, magis ac magis sentiat. quatenus quonia perfectè eum in deserto non tenet, vel ipso eius desiderio se reficiat, ut sic in uia roborata, quando ad hoc quod diu concupiuit perueniat. Sunt quippe non nulli qui dum omnia visibilia fastidiunt, mentem in caelestia erigunt, & quia in infimis nihil quod eis dulcescat conspiciūt, totum cor ad superna amanda conuertunt. Hi ab omnibus malis moribus se exuunt: censum mundi cum cupiditatibus continent, spe ad inuisibilia tendunt, & quo ampliori desiderio illis inhaerent, eo magis ac magis molestè corruptionem ferunt quam habent. Hi nimirum per desertum ascendunt: quia dum in hoc mundo inter tērationes uiuunt: quo amplius dum hic morantur deserit metuunt: eo quidem fortius ista deserunt, & feruentius ad illa gradiuntur, in quibus cum fuerint, nihil amplius quod eos amoueat, iam timebunt. Bene autem sicut uirgula summi ascendere dicuntur: quia & odore bonae fama, & subtilitatem mentis habere dicuntur. Non autem quarūlibet rerum fumus iste esse dicitur, sed ex aromatibus myrrhae & thuris & uniuersi pulueris pigmentarij, existere declaratur. Myrrha quippe mortuorum corpora conduntur ne putrescant, thura uero accenduntur, ut redoleant. Per myrrham ergo carnis mortificatio designatur, per thura uero orationum munditia intelligitur. Sancta igitur anima dū carnem suam à putredine uitiorum mortificat, dum omnes mundi uoluptates per continentiam abnegat, quasi myrrhā mortuo corpori adhibet, ut post iudicium à corruptione aeterna sanum permaneat. Cum uero se ad caelestia maiori desiderio accendit, & à cordis cubiculo omnes superfluas cogitationes feruenter abiicit, quasi thuribulum cor suum coram deo facit. In quo dum per dilectionem uirtutes congregat, quasi carbonem in thuribulo coaptat, in quo seipsam mens in conspectu dei igne charitatis accendat. Dumq; feruentes & mundas orationes ad deum emittit, quasi fumum aromaticum ex thuribulo educit, ut coram dilecto suae redoleat, & proximos

*Iudaicam ad finem adducuntur.*

*Anima quae in deserto uiuere.*

*\* al. sensum*

*Myrrhae thuris quid designant.*

**G** proximos quosque ad eius amorem per bona exempla concitare non desinat. Sed notandum quod non ait vniuersi pigmenti, sed vniuersi pulueris pigmentarij. Pigmenta quippe facimus, quando virtutes congregamus in corde. Quando vero ipsas nostras virtutes per singula quæque opera diligentius re tractamus, ne quid in operibus nostris incultum remaneat, ne inter virtutes vitium lateat, tunc procul dubio vnguenta virtutum quasi in puluerem tundimus, vt eo mundiora sint opera nostra, quo subtilius ea ab omni subreptione vitiorum discernere non cessamus. Huiusmodi mentes dilecto suo delectabiles se per eius gratiam faciunt, & dum ab omni mundano strepitu se diuidunt, locum in quo sponsus requiescat, in seipsis componunt. De qua requie subditur:  
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël.

*Ephe. 2.  
Lectulum facere Salomoni quid est?*

Salomon quippe pacificus interpretatur. Quid ergo per Salomonem nisi Christus intelligitur, de quo scriptum est: Ipse est pax nostra, qui fecit veracem vnum? Salomoni ergo lectulum facimus, quando a mundi sollicitudinibus omnino cessamus, dum in solo desiderio Christi libenter paulamus, eiq; vt nobiscum pauet, cor ab omni terrena cupiditate mundamus. Denarius autem numerus si per senarium numerum multiplicetur, nimirum sexaginta complentur. Per denarium itaque decalogum legis accipimus. Per senarium autem totum hoc tempus intelligimus, quod sex diebus operatoris volui videmus. Per sexaginta igitur fortes omnes perfectos qui fuerunt ante nos in Ecclesia, intelligimus, qui dum decem præcepta legis quospiritualius eo fortius in sex diebus compleuerunt, quasi sexagenarium numerum perfecerunt. Hi lectulum Salomonis ambiunt: quia mentem sanctam in qua Christus pauat, verbis & exemplis muniunt, quibus ab aditu mentis venientes hostes repellunt, dum ipsam mentem exemplis sustinent, scriptis erudiunt.

**H**

Hi tenent gladios, & ad bella doctissimi existunt. Quia dum verbu dei opere cõplent quod corde sciunt, magis ac magis semper docti, hostem suum demonem scilicet, sapientia & fortitudine vincunt. Per gladium enim verbum dei designatur. Per manus autem quibus gladios tenent, ipsa opera figurantur. De quibus bene subditur:

Vniuscuiusque ensis super cõmum suum, propter timores nocturnos.

Quid per enses, nisi rigorem conuersationis, & quid per cõmum, nisi carnis appetitum accipimus? Electi ergo quique iam ad perfectionem vitæ prouecti sunt, semper enses super cõmum suum ferunt: quia rigore conuersationis appetitum carnis assidue frangunt, ne hostis quem in nocte huius mundi timent, repente veniens, mollẽ aditum inueniat, & per voluptatis molliem eo facilius quo voluptuosiores inueniunt, ad grauiora peccata perducatur. De laude itaque Salomonis adhuc subditur cum dicitur:

**I**

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit, propter filias Hierusalem.

Ligna Libani imputribilia esse asseruntur. Ferculum ergo fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: quia secundum præcipientiam suam gratiam, Christus sanctam Ecclesiam de in æternum permanentibus sanctis construxit.

Columnas eius fecit argentes.

Quia eidem Ecclesie prædicatores dedit, qui & vt eam exemplis sustentarent, magna iustitiæ rectitudine roborauit, & vt prædicationibus erudirent, nitore eloquij quasi splendore argenti decorauit.

Reclinatorium aureum fecit.

Quia dum in cordibus perfectorum respicendit, eis diuinitatis suæ potentiam per contemplationem ostendit. In qua contemplatione dum eis pulchritudinem cœlestium gaudiorum monstrauit, quasi reclinatorium ex auro eis composuit: quia locum in quo se refocillantes requiescant, apposuit. Quod reclinatorium bene aureum esse dicitur: quia melior est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, ei non possunt comparari. Ad hoc reclinatorium multis laboribus perue-

*Prædicatores sunt tãquam columbæ.*

*Prou. 8.*

nitur, multis tribulationibus ascenditur, ita vt si necesse fuerit, etiam sanguis effundi permittatur. Ideo ascensus recte purpureus esse dicitur. Dum enim sancti quique martyres propter vitam æternam corpora sua ad supplicia tradiderunt, dum flagella, aculeos, ignes, gladios, & alia innumerabilia tormenta patienter pertulerunt, nõne ad reclinatorium istud ad beatam scilicet vitam, per ascensum purpureum ascenderunt? Sed nos miseri quid agimus, qui in hoc ferculo columnæ argenteæ non sumus: quia sanctam Ecclesiam nec exemplis sustentamus, nec prædicatione docemus? In ea reclinatorium aureum non habemus: quia terrenis cogitationibus inuoluti, ad splendorem sapientiæ per contemplationem non assurgimus. Ascensum purpureum nec etiam cognoscimus: quia voluptatibus vacantes, labores & persecutiones pro æterna beatitudine ferre recusamus. Consolatur nos aliquantulum quod de hoc ferculo subditur:

Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Quid enim per filias Hierusalem, cum non filios sed filias dixerit, intelligimus, nisi nos debiles, qui in Ecclesia nõ viri, sed foeminae sumus: quia cõtra vitia fortiter non reluctamur, viriliter non resistimus, muliebriter subiaccemus? Hierusalem enim visio pacis interpretatur, per quã Ecclesia quæ est mater nostra designatur, eo quod assidue pacem perpetuam cõtemplatur. Si ergo nos in ferculo regis columnæ argenteæ non sumus, reclinatorium aureum non habemus, per ascensum purpureum ascendere non valeamus, saltem charitatem quæ communis omnibus electis quasi in medio posita est, tenemus. Per hæc quippe rex Salomon nos in ferculo suo esse cognoscit: quia in eo cum columnis argenteis, cum reclinatorio aureo, cum ascensu purpureo, propter filias Hierusalem etiam media charitate constrauit: quia cum Ecclesie membris ad eandem sponsi beatitudinem peruenimus, si charitatem indefessam obseruamus. sequitur:

Egredimini filia Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die latitiæ cordis eius.

Mater Christi beata Maria esse creditur, quæ coronauit eum diademate: quia humanitatem nostram ex ea ipse assumpsit, sicut in Euangelio recitatur. Et hoc in die desponsationis eius, & in die latitiæ cordis eius factum esse dicitur: quia quando vnigenitus filius dei diuinitatem suam humanitati nostræ cõpulare voluit, quando per bonam voluntatem suam tempore opportuno Ecclesiam sponsam suam sibi assumere placuit, tunc cum charitatis exultatione carnem nostram ex matre virgine suscipere voluit. In qua cum doloribus pro tempore viuens, de redemptione nostra vehementer exultauit. Sed cum diadema pro gloria assumatur, in humanitatis autem susceptione non gloria verbi dei, sed humilitas esse cognoscitur, quomodo humanitate nostra quasi diademate coronatus fuisse dicitur? Sed cum ipsa eius incarnatio verè gloria nostra fuerit: quia membra eius sumus propter communionem corporis, diadema membrorum bene capitum scriptura prædixit. Hic itaque quia a sponsa laudatur, & ipse vicissim sponsam laudare dignatur: dicens: Caput. IIII.

**Q**uam pulchra es amica mea, quam pulchra es & decora, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.

Quia hæc superius exposuim, vt potuim, nunc eadem repetere propter breuitatem seruandam deuitamus. Sed quis hic adiunctum est, absque eo quod intrinsecus latet, breuiter videndum est quomodo superioribus coniungatur. Pulchra est ergo sponsa, & oculi eius columbarum absque eo quod intrinsecus latet, quod valde honestum est quicquid in exterioribus operatur, quod simpliciter inter homines cõuersatur, quod ea quæ videt temporaliter cõcupiscere de dignatur, & si quid tamen in hoc mundo placet, post cõcupiscentias suas se detestatur. Sed vehementer pulchrius & honestius est, quod cordis desiderium illibatum retinere conatur, quod æternæ beatitudinis claritatem in mente retinet, erecta contempletur, quod in his quæ interiorius videt, suauiter requiescit, & mundatur. sequitur:

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.



**A** Si per oculos prædicatores Ecclesiæ designantur, quia ceteris viam ostendunt, bene per capillos populi figurantur, quia eidem Ecclesiæ ornamentum tribuant. Capilli ergo sponsæ sicut grex captarum esse dicuntur: quia populi Ecclesiæ dum præcepta legis ruminantes cœlestia fide contemplantur, mun-

**Martyrum** da sunt animalia & in altis pascuntur. Galaad autem aceruus testimonij interpretatur. Quid autem per aceruum testimonij, nisi multitudinē martyrum intelligimus? Qui dum fidē Christi insuperabiliter tenuerunt, eos testimonium veritati etiam per mortem suam perhibuisse scimus. Grex itaq; iste captarum de monte Galaad ascendit: quia populus Ecclesiæ eo magis fide se ad æterna suspendit, quo fortius sanctos martyres eidem fidei testimonium perhibuisse sciuit. Sequitur:

Dentes tui sicut greges tonfarum, quæ ascenderunt de lauacro.

Sicut per oculos prædicatores intelliguntur: quia per eos Ecclesiæ illuminatur, similiter & dentes eiusdem possunt dici: quia per eos infideles consumuntur, & paruuli nutriuntur. Dentes quippe bene sancti prædicatores vocantur: quia dum sanctam scripturam exponendo minoribus fratribus elucidant, quasi panem paruulis, tanquam matres filiis commastant, quo infirmi ad fortiora conualescant. Hi nimirum bene sicut grex tonfarum quæ ascenderunt de lauacro esse dicuntur: quia dum se à peccatis omnibus in baptismo ablutos esse recordantur, libenter onera mundi deponunt, vt ad cœlestia consequenda & prædicanda quo liberius, eo facilius gradiantur. De quibus subditur:

**B** Omnes gemellis factibus, & sterilis non est inter illas. Gemellos factus omnes sancti prædicatores habent: quia dum in duobus præceptis charitatis ceteros homines supereminent, geminam dilectionem prædicant, & in ea duos populos Iudaicum & Gentilem gignere non cessant. Inter quos nullus est sterilis: quia profecto prædicator non est dicendus, si filios spirituales gignere contemnit. De quibus adhuc subditur:

**Prædicatores sancti gemellos dicuntur habere.** Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Idem prædicatores labia Ecclesiæ dicuntur: quia nimirum per eos populus præcepta vitæ loquitur. Qui bene sicut vitta dicuntur: quia dum fluxas cogitationes in cordibus hominum suis prædicationibus restringunt, quasi sparsos crines ne immoderate disfluant reprimunt. Sed quid est quod non tantum vitæ, sed coccineæ comparatur, nisi quia per coccum flamma charitatis intelligitur, quæ illi ardent, & per eos alij accenduntur? Per quos eloquium sanctæ Ecclesiæ dulcoratur: quia dum quæ dicunt faciunt, prædicationes suas hominibus quasi lapidas escas apponunt. Sequitur:

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet.

**C** Quid per genas Ecclesiæ, nisi eosdem ipsos prædicatores intelligimus, qui dum in populis vt eis proficiat eminent, quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparent? Per malum autem punicum ipsa Ecclesiæ designatur: quia dum multos populos in vnitæ fidei nutrit, quasi multa grana sub vno cortice stringit. Fragmen ergo mali punici sancti prædicatores existunt: quia dum se in diuino seruitio ceteris fortius affligunt, dum omnia mundana contemnant, dum voluntates suas abnegant, & vitia sua omnino mortificant, dum se ipsos humiliant, & ceteros extollunt, & dum per exempla sua ceteros nutriunt, quasi fracti & aperti se cibos offerunt. Sed quauis magna sint quæ extrinsecus apparent, maiora tamen in occulto retinent, quæ diuini oculi soli vident. Ideo subiunctum est: Absq; eo quod intrinsecus latet. Sequitur:

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.

**Prædicatores Ecclesiæ collo comparati procul vident.** Collum quippe extendimus, quando longius prospicere volumus. Propter aliud ergo sancti prædicatores oculi, propter aliud dentes, propter aliud autem genæ, & collum propter aliud conuenienter vocantur. Bene igitur sicut turris David, collum sanctæ Ecclesiæ dicitur: quia sancti prædicatores procul venientes hostes sanctæ Ecclesiæ speculantur, & fortiter resistunt, si quid in Ecclesia ledere conantur, & liberè terre-

na despicientes, cœlestia contemplantur. Collum ergo propter hostium speculationem, turris verò dicuntur propter fortitudinem & propter excelsam cœlestium gaudiorum contemplationē. Quæ turris rectè David esse dicitur: quia David manus fortis interpretatur, per quod Christus significatur, cuius est quicquid forte & excelsum operantur. De qua subditur:

Quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Cum propugnaculis turris David ædificata dicitur: quia sancti prædicatores contra aduersarios homines si necesse sit, miraculis armantur. Contra vitia autem se clypeis muniunt: quia ne spiritualibus hostibus succumbant, virtutibus se defendunt. In quibus omnis armatura fortium pedit: quia quisquis hostium cuneis fortiter resistere vult, in eis exempla videt quibus armatus hostes strenuè valet superare. Mille autē hic pro perfectione ponit: quia in millenario numero omnes numeri perfecti complentur. Sequitur:

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in liliis donec aspiret dies & inclinentur vmbra.

Per duo vbera, duo prædicatorum ordines, vnus in circumscriptione, alius in præputio designantur. Qui bene sicut duo hinnuli capræ dicuntur: quia & filij synagogæ existunt, & in montibus contemplationum pascuntur. Gemelli verò ideo dicti sunt: quia concorditer prædicant & concorditer sapiunt. In liliis verò pascuntur, donec aspiret dies & inclinentur vmbra: quia munditiam infatigabiliter sectantur donec in die iudicij præmia recipiant, quæ in labore noctis assidue contemplantur. Sequitur sponsus dicens:

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

**Myrrha mortificationis in opere, & quid per collem thuris intelligimus, nisi altam humilitatem in oratione? Ad montem ergo myrrhæ & ad collem thuris sponsus vadit: quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem victorū ad alta proficere, & per mūdās & humiles orationes suauiter redolere perspicit. His quippe virtutibus sancta Ecclesia vel vnaquæq; anima munda efficitur: quia dum per voluptatum mortificationem vitis reluctatur, & per sanctas orationes frequenter lachrymis abluatur, fordes lauat vt spōso placeat, cui pulchra apparere conatur. Cuius conatum ad effectum sponsus per gratiam suam ducit, opusq; suum in sponsa benignè laudat & dicit:**

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Cum scriptum sit: Nemo viuit sine peccato, nec infans cuius vita est vnus diei super terrā: quid est quod sponsa tota pulchra esse dicitur, in qua macula non habetur? Alibi quippe scriptum est: Stellæ non sunt mūdæ in conspectu eius. Et alibi: In multis offendimus omnes. Et Ioannes Apostolus ait: Si dixerimus quia peccatū non habem⁹, veritas in nobis nō est. Et idē: Si dixerimus quia peccatū non habemus, mētīmur, & veritatē nō facimus. Sed dum sancta anima à peccatis quotidianis se per pœnitentiam mūdāt, dum quotidie peccata minuta cum lachrymis abluit, & à maioribus se obseruat, quauis frequenter peccet, per assiduam tamen pœnitentiam mūdā suam assidue seruat. Hinc enim alibi præcipitur: Semper sint vestimenta tua candida. Et illud: Iustus autem ex fide viuit. Quauis enim mox vt peccat, à iustitia deniet, tamē dum semper credit in eū qui iustificat impium, & assidue sub eius fide peccata sua desiet, per assiduas abluiones iustitiam suā retinet. Se igitur ita mūdanti sponsæ consequenter dicit: Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis.

Libanus quippe dealbatio interpretatur. Quid ergo per Libanū nisi baptisma intelligitur, in quo sancta Ecclesia aqua abluatur, & à peccatorū nigredine per spiritū sanctū quem recipit, & per Christi fidem dealbatur? Vnde scriptum est: Asperges me domine hyssopo, & emundabor &c. De Libano ergo sancta Ecclesia ad coronā venit, quia in Christi baptismo fidem percipit, sub qua cum Christi gratia meretur vt præmiū recipere possit. Sed quid est quod ter dicitur: Veni, nisi quia

Numerus millenarius omnes numeros perfectos continet.

E

Myrrha mortificationis, thuris verò orationis denotat.

Pœnitentiam munditiam facit & conseruat.

1. ab. 25.

1. Iaco. 3.

1. Iou. 1.

Ibidem.

Eccles. 9.

Roma. 1.

Psal. 50.



EXPOSITIO D. GREG. IN CANTICA CANTICORVM.

**G** nisi quia in fide & in spe & in charitate quicquid operatur subsistit: ut his tribus munita virtutibus robur habeat, per quod in via non lassescat: De fide enim dicitur: Fide mudans corda eorum. Et iterum: sine fide impossibile est placere deo. De spe autem dicitur: Non confundentur omnes qui sperant in te domine. Cui iterum dicitur: Quis enim in te sperauit, & derelictus est? De charitate autem dicitur: Caritas operit multitudinem peccatorum. Et iterum: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et Ioannes Apostolus: Deus charitas est: Potest tamen & aliter intelligi quod ter dicitur, veni. Venit enim sponsa sancta ad Christum dum in hoc mundo viuens bona quae potest operatur. Venit quando in hora mortis anima ipsa videlicet sponsa a carne exiit. Venit tertio quando in die iudicii vltimi carnem resumit, & cum Christo thalamum caelestem ingreditur. Ibi quippe omnium laborum suorum praemia consequitur. Ibi iam omnino prostratis & exclusis hostibus gloriose coronatur. Ideo & hic per promissionem sequitur:

Coronaberis de capite Amanae, de vertice Saair & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Quid per Amanam, Saair, & Hermon, nomina videlicet montium, nisi potentes huius seculi intelliguntur? Qui quanto ditiores, tanto excelsiores & firmiores apud infirmos esse videtur.

**H** Sed de his montibus sancta Ecclesia coronatur: quia dum regnum praedicat aeternum, dum exemplo suo omnia quae mundi sunt, vilia esse demonstrat, ipsos etiam potentes ad poenitentiam inclinat, & sibi ipsi pro eorum acquisitione coronam in caelestibus parat. Sic quippe fit ut humiles superbos prosternant, & infirmi excelsos inclinent. Ideo scriptum est: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Sed quid est quod non solum de montibus, sed etiam de capitibus montium coronanda esse dicitur, nisi quod impletum videremus quia iam ipsi excelsiores personae in Christo credunt & eius praecipis per Ecclesiae praedicationem obediunt? Reges enim & imperatores Christo seruiunt, coronas deponunt, & per poenitentiam in Ecclesia veniam petunt. Si itaque per capita montium summas personas intelligimus, bene per cubilia leonum & montes pardorum, principes quique & ministri designantur, qui crudelitati inserviunt, & dolositate suis quos vi non possunt laedere decipiunt. Pardi quippe maculas in cute semper portant. Per quos qui alij quam hypocritae vel discordes significantur? In illis quippe qui crudelitatem sectantur, demones tanquam leones cubant. In illis vero quasi pardi montes aedificant, quos dum vitiis suis aliquas virtutes ad miscere consentiunt, pro omnibus bonis suis laudis gloriam affectare compellunt. Hi itaque vere pardorum varietate imitantur, quia dum cum virtutibus etiam vitia sectantur, quasi in vario corio coloris dissimilitudine diuiduntur. Sed de cubilibus leonum & de montibus pardorum Ecclesia coronatur: quia dum per eius praedicationem & crudeles ad pietatem, & hypocritae ad vitae humilis unitatem convertuntur, pro his omnibus praemium percipiet quod meretur. Cui iterum dicitur:

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Per oculos sponsae sanctae Ecclesiae praedicatores sicut dictum est designantur. Per crines vero populi multitudo figuratur. Per collum autem sancti capitis & corporis coniunctio demonstratur, quae fides Ecclesiae intelligitur. Per hanc enim caput & corpus coniunguntur, dum Christo quisque eo tenacius inheret, quo fidelior in bona conversatione habetur. In vno ergo oculorum & in vno crine colli sponsae sponsus vulneratur: quia profecto usque ad mortem crucis afficitur, ut vniuersas praedicatorum & plebis in Ecclesia confirmetur. De cuius dilectione erga sponsam iterum subdit sponsus: Quam pulchrae sunt mammae tuae soror mea sponsa. Quid per mammam conuenientius in hoc loco quam ipsa dilectio dei & proximi, de qua superius diximus, intelligitur? Per quas mens sancta omnes sensus suos suauis dilectione nutrit, dum deo suo charitatis tenacitate coglutinatur, & proximis si quid utilitatis habet, quomodo libet libenter impendit. Has mammam sponsae quantum sponsus diligit, in re petitione laudis aperte manifestat dicens: Pulchriora sunt vbera tua vino. Quod superius de sponsi vberibus diximus, hoc & hic cum de sponsa loquitur, intelligi posse aestimamus. Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Per vnguenta quippe ipsae virtutes quae ex charitate oriuntur, intelliguntur. Habent quippe etiam reprobi aliquando aromata quibus redolent, quia virtutes quasdam possident, & bona opera perpetrant. Sed quia sine charitate viuunt, in conspectu dei nulla quae faciunt placent. Vnde in iudicio cum dicent: Domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, respondebitur eis. Nunquam noui vos, discedite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguenta Ecclesiae super omnia aromata redolere dicuntur: quia etsi opera reproborum aliquando hominibus placent, haec quae sancta Ecclesia ex charitate conficit, in diuinis naribus sine cessatione redolent. Sequitur: Fauus distillans labia tua sponsa. Praedicatores Ecclesiae bene labia sponsae dicuntur: quia per eos populus loquitur, & per eos ad fidem paruuli quique erudiuntur, dum per eos occulta scripturae quasi cordis latentia manifestantur. In fauo autem mel latet, & cera videtur. Recte ergo labia sponsae fauus vocatur: quia dum in carnis fragilitate sapientia magna habetur, quasi mel in cera absconditur. Quando vero electus quisque praedicat, quando caelestia gaudia nescientibus reuelat, tunc fauus distillat: quia quanta dulcedo sapientiae in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifestat, vnde scriptum est: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ideo subditur: Mel & lac sub lingua tua. Nimirum falsi praedicatores mel in lingua portant, quod sub lingua non habent: quia caelestia gaudia aliquando praedicant tanquam veri sint, cum ipsi terrena bona totis desideriis appetant. Sancta vero mens mel in lingua praetendit: quia sapientiae dulcedinem loquendo ostendit, quam veraciter praedicans, audientes tanquam mellis dulcedine reficit. Lac gerit: quia congruenti sibi doctrina paruulos quosque in Ecclesia nutrit. Sub lingua autem haec omnia sibi ipsi reuerat: quia internam dulcedinem assidue secum portat. Dum enim terrena abiicit, dum vitiorum amaritudinem respuit, in interioribus sensibus sapientiae dulcedine se pascit: quia robur colligit, ut ad aeterna gradiens, in labore vitae lassescere non possit. Cui bene dicitur: Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Quid per vestimenta haec, nisi sancta opera designantur, quibus praecedentium malorum turpitudine operitur, ne videatur? Hinc enim scriptum est: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videatur turpitudine eius. Thus vero per significationem pro oratione ponitur, sicut scriptum est: Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Sancta itaque anima in hoc mundo quanta potest bona opera operatur, & bene operans, desiderio & intentione sancta ad aeterna se extendit: nihilque boni agit, nisi ea intentione ut ad caelestia quae diligit, quandoque peruenire possit. Bene igitur odor vestimentorum eius sicut thuris esse perhibetur: quia in omnibus operibus suis orat, dum perueniendi intentione ea quae potest bona operatur. Sequitur: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus. Hortus sancta Ecclesia existit: quia dum populos multos in fide gignit, quasi flores pulchros bona terra emittit. Qui hortus conclusus bene esse dicitur: quia charitatis vallo circumquaque munitur, ne intra numerum electorum reprobis aliquis ingrediatur. Vnaquaque anima sancta etiam hortus conclusus esse intelligitur: quia dum virtutes nutrit, flores gignit, & dum virtutum exhilaratione se reficit, fructus quos genuerat, eadem custodit. Conclusus enim hortus esse dicitur: quia dum bona sua intentione vitae aeternae abscondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumperet possit. Fons etiam dicitur: quia dum caelestia assidue cogitat, dum scientiam scripturarum semper in ventrem

Leonibus principes crudelitati deseruientes, & pardi hypocrite comparantur.

Dilectio dei & proximi per mammam significatur. \*al. quando licet.

dit. Has mammam sponsae quantum sponsus diligit, in re petitione laudis aperte manifestat dicens: Pulchriora sunt vbera tua vino.

Quod superius de sponsi vberibus diximus, hoc & hic cum de sponsa loquitur, intelligi posse aestimamus.

Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Per vnguenta quippe ipsae virtutes quae ex charitate oriuntur, intelliguntur. Habent quippe etiam reprobi aliquando aromata quibus redolent, quia virtutes quasdam possident, & bona opera perpetrant. Sed quia sine charitate viuunt, in conspectu dei nulla quae faciunt placent. Vnde in iudicio cum dicent: Domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, respondebitur eis. Nunquam noui vos, discedite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguenta Ecclesiae super omnia aromata redolere dicuntur: quia etsi opera reproborum aliquando hominibus placent, haec quae sancta Ecclesia ex charitate conficit, in diuinis naribus sine cessatione redolent. Sequitur: Fauus distillans labia tua sponsa.

Praedicatores Ecclesiae bene labia sponsae dicuntur: quia per eos populus loquitur, & per eos ad fidem paruuli quique erudiuntur, dum per eos occulta scripturae quasi cordis latentia manifestantur. In fauo autem mel latet, & cera videtur. Recte ergo labia sponsae fauus vocatur: quia dum in carnis fragilitate sapientia magna habetur, quasi mel in cera absconditur. Quando vero electus quisque praedicat, quando caelestia gaudia nescientibus reuelat, tunc fauus distillat: quia quanta dulcedo sapientiae in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifestat, vnde scriptum est: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ideo subditur: Mel & lac sub lingua tua.

Nimirum falsi praedicatores mel in lingua portant, quod sub lingua non habent: quia caelestia gaudia aliquando praedicant tanquam veri sint, cum ipsi terrena bona totis desideriis appetant. Sancta vero mens mel in lingua praetendit: quia sapientiae dulcedinem loquendo ostendit, quam veraciter praedicans, audientes tanquam mellis dulcedine reficit. Lac gerit: quia congruenti sibi doctrina paruulos quosque in Ecclesia nutrit. Sub lingua autem haec omnia sibi ipsi reuerat: quia internam dulcedinem assidue secum portat. Dum enim terrena abiicit, dum vitiorum amaritudinem respuit, in interioribus sensibus sapientiae dulcedine se pascit: quia robur colligit, ut ad aeterna gradiens, in labore vitae lassescere non possit. Cui bene dicitur: Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

Quid per vestimenta haec, nisi sancta opera designantur, quibus praecedentium malorum turpitudine operitur, ne videatur? Hinc enim scriptum est: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videatur turpitudine eius. Thus vero per significationem pro oratione ponitur, sicut scriptum est: Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Sancta itaque anima in hoc mundo quanta potest bona opera operatur, & bene operans, desiderio & intentione sancta ad aeterna se extendit: nihilque boni agit, nisi ea intentione ut ad caelestia quae diligit, quandoque peruenire possit. Bene igitur odor vestimentorum eius sicut thuris esse perhibetur: quia in omnibus operibus suis orat, dum perueniendi intentione ea quae potest bona operatur. Sequitur: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.

Hortus sancta Ecclesia existit: quia dum populos multos in fide gignit, quasi flores pulchros bona terra emittit. Qui hortus conclusus bene esse dicitur: quia charitatis vallo circumquaque munitur, ne intra numerum electorum reprobis aliquis ingrediatur. Vnaquaque anima sancta etiam hortus conclusus esse intelligitur: quia dum virtutes nutrit, flores gignit, & dum virtutum exhilaratione se reficit, fructus quos genuerat, eadem custodit. Conclusus enim hortus esse dicitur: quia dum bona sua intentione vitae aeternae abscondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumperet possit. Fons etiam dicitur: quia dum caelestia assidue cogitat, dum scientiam scripturarum semper in ventrem

L

Prædicatores mel in lingua portant.

Apostolus M Thus pro oratione ponitur.

Aqua Christi sitim totaliter extinguit.

Ioan. 7. Ioan. 3.

Psal. 4.

Al. l. affec. cat.

Martyres & alii sancti fructus pomorum gerere dicuntur.

**A** In ventrem mentis congregat, quasi aquas viuentes sancta mens in se gignere non cessat, quas sitiētibus proximis præbere ut renascantur valeat. Vnde scriptum est dicente domino: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et alibi: Qui credit in me, sicut diguit. **B** In scriptura, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Sed cur dicitur fons ille signatus, nisi quia sensus spiritualis mentibus indignis absconditur? Infideli enim homini à domino dicitur: spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vade veniat, aut quo vadat. Et iterum scriptum est: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Quod enim ibi lumen signatum, hoc hic procul dubio fons signatus esse perhibetur. Sanctus enim spiritus mentem quam replet, & illuminans irrorat: & irroras illuminat, ut & de luce eius videat quid appetat, & de rore eius se refrigeret, ne calefcat. Sequitur:

**E**missiones tuæ paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Quid emittit sancta Ecclesia, nisi cum sanctis operibus sancta verba, quibus filios gignit & nutrit? Quorum dum aliosque ad martirium perducit, alios in sancta conuersione erudit, hos sanguine martyri rubentes ad æternam patriam transmittit, illos vero in sanctis operibus viuentes, proximis in exemplum sanctitatis tradit, quid aliud quam mala punicea & pomorum fructus emittit? Mala punicea enim in rubro cortice multitudinem granorum continent. Fructus vero pomorum in se refectionis dulcedinem habent. Sic sic martyres dum sub igne tribulationis laborant, dum pro Christo sanguinem exterius fundere non dubitant, multitudinem virtutum interius sibi congregant in mente. Sancti etiam quique qui in pace Ecclesie viuunt, fructus pomorum gerunt: quia dum sancta opera faciunt, proximis exempla tribuunt, quorum exhibitione se qui volunt reficiunt. Quotquot enim sunt in Ecclesia sancti, siue igne passionis ardeant, siue in pace Ecclesie quiescentes succrescant, sanctarum virtutum odorem tanquam paradisi suauitatis & deliciarum construere in se dum viuunt non cessant. Cuius paradisi ubertatem scriptura demonstrat, dum sub voce sponsi per arborum nomina quasque virtutes designat dicens:

Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. Quid enim per has diuersas aromatum species designatur: nisi sanctarum virtutum odor & profectus qui in sanctis habetur? Ex his quippe speciebus regalia vnguenta conficiuntur, ex his corporum sanitates inueniuntur. Bene igitur virtutes animarum designant, quibus congregatis & confectis, & bonus odor opinionis egreditur, & agris animabus competens sanitas reparatur. Sed adhuc laus Ecclesie à sponso repetitur, cum subditur:

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluent impetu de Libano.

Rectè in emissionibus Ecclesie, fons hortorum, & puteus aquarum viuentium describitur. Quid enim per fontem & puteum, nisi sancta scriptura designatur: quæ sic aquam sapientie generat, ut & potantes semper reficiat, & tamen manare non desinat. Quæ bene hortorum esse perhibetur: quia illorum specialiter est sancta scriptura, in quorum mentibus virtutum semina oriuntur. Sed querendum nobis est, quare fons & puteus vtrunque simul scriptura dicatur, cum fons in superficie appareat, puteus vero in imis lateat, omnes se quærentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est quod diuina scriptura in quibusdam manifesta existens, in quibusdam vero locis obscuram se præbens, & aliquando leuiter sicut inuenitur, tanquam fons potatur, & aliquando magna inquisitione eget tanquam puteus, ut inuenta sumatur. Quod verò sanctæ scripturæ intellectus per aquam designetur, ostenditur alibi cum diuina voce de reprobis dicitur: Mitta eis sitim aquæ, & famem panis. Et per Elaiam dicitur: Auferet dominus ab

Fons & puteus differunt, & per vtrūq; scriptura satisfacta designatur.

Isa. 3.

Hierusalem & Iuda omne robur panis, & omne robur aquæ. Vbi notandum quod robur panis prius, & postea robur aquæ auferetur. Dum enim graua dicta scripturæ non perquiruntur ut mandantur, paulatim à scientia decidit mens, ut aliquando non leuia etiam intellectu capiantur. Sed aqua ista bene de Libano fluere cum impetu dicuntur. Libanus enim, ut dictum est, dealbatio interpretatur. In baptismo quippe dealbamur, dum amissa nigredine peccatorum ad munditiam nouæ vitæ reformamur. De Libano ergo aquæ putei fluent: quia in baptismo electi quique donum spiritus sancti accipiunt, quo illuminati scripturæ sacræ sensum intelligunt. Quæ scripturæ sanctæ scientia tanto fluit impetu, ut electos dum tangit, ab huius vitæ amore submoueat, & ad æterna gaudia vi impetus sui quosque adherentes traiciat. Hinc est enim quod in Psalmo scriptum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Impetus enim fluminis ciuitatem dei lætificat: cum per donum sancti spiritus fortiter inundans scripturæ sapientia sanctam Ecclesiam vel cuiuslibet capientis mentem infusione sua exhilarat. Ad cuius spiritus aduentum malignus spiritus increpatur: cum hic in subsequētib; dicitur:

Surge Aquilo: & veni Auster: perfusa hortum meum, & fluent aromata illius.

Quid enim per Aquilonem qui in frigore constringit, & torpentes facit: nisi immundus spiritus designatur: qui reprobos omnes dum possidet, à bono opere torpere facit? Per Austrum vero, calidum scilicet ventum, spiritus sanctus figuratur: qui dum mentes electorum tangit: ab omni torpore relaxat, & seruentes facit: ut bona quæ desiderant operentur. Hinc enim dicitur: Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in Austro. Surgat ergo Aquilo, & veniat Auster: & perfuset hortum sponsi, & fluent aromata illius: ut videlicet spiritus malignus ab Ecclesia vel ab vnaquaque electa anima discedat: & spiritus sanctus adueniat. Qui veniens charitatis ignem cogitationibus infundat: & à torpore negligentie dum se infuderit soluat. Quod dum agit, aromata fluent: quia dum adueniente sancto spiritu cor quod prius torpuerat, ad opera se excitat, mox sanctæ operationis opinionem per proximis quosque suauiter discurrunt: ut quique audientes ad eadem se accendant: & Austro flante, id est, spiritu sancto se infundente virtutum odores emittant: ut vbiq; sanctus hortus floreat: & post florē fructus redolentes & reficientes producat. In quem hortum sponsa dilectum inuitat, cum subdit:

Caput. V.

**V**eniat dilectus meus in hortum suum: & comedat fructum pomorum suorum.

In hortum dilectus venit & fructum comedit: quando Christus mentes visitat: & bonorum operum delectatione se satiat. Vnde & idem subsiciens dicit:

Veni in hortum meum soror mea sponsa, mensusi myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauam cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo.

Myrrham dilectus cum aromatibus metit: quando Christus mortificatione vitæ ad perfectionem perducta: electum suum ab hac vita succidens: ad cœlestem horreum cum sancta opinione inducit. Fauam cum melle comedit: quando desiderium sanctum in sanctis operibus latens perficit: & ad sanctorum conuiuium sanctam animam sua delectatione impinguadam trāsit. Vinum vero suum cum lacte bibit: quando & perfectione quorundam se reficit: & innocentiam aliorum cum pietate diligens, utrosq; ad æternum conuiuium ingerit. Ad quorum exemplum quosq; remanentes iuuat cum subiungit: Comedite amici mei: bibite & inebriamini charissimi.

Notandum in primis est: quia qui comedunt, amici: qui vero bibunt & inebriantur, charissimi esse peribentur. In quibus verbis intelligi datur: quia in hoc loco comedere bonum est: sed bibere & inebriari amplius bonum est. Sunt nimirum quidam in sancta Ecclesia qui sic præcepta diuina audiunt:

Psal. 45.

Aquilo maligni spiritus: Auster vero spiritus sanctus representat. Psal. 125.

F

**G**na audiunt: vt celestia plusquam terrena amare discant: pro-  
corum desiderio multa pauperibus tribuant: à pravis operi-  
bus se custodiant: nulla alicui violenter rapiant: Ecclesie præ-  
dicationem libenter audiant: in fide se instruant: quam &  
operibus sanctis exercent: & tamen vxores habent, pigno-  
ra nutriunt, res suas diligunt: quamuis his omnibus Christum  
præponant. Hi profecto comedunt, & amici sunt: quia san-  
ctam scripturam audientes, talem sibi refectionem assu-  
munt: vt etsi ad summam perfectionem adhuc non assurgunt: ta-  
men secundum modum suum perfecti, in præceptis diuinis  
sine crimine viuunt. Quod dñ beati Ioannis parentes, Zacha-  
rias videlicet & Elizabeth conseruare studuerunt: per reue-  
lationem angelicam in senectute sua filium accipere me-  
ruerunt: quo maior inter natos mulierum non surrexit: & ipsum  
saluatorem mundi digito ostendere & baptizare meruit.  
De cuius parentibus dicitur: Erant autem iusti ambo ante  
deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus  
domini sine querela. Sunt verò alij qui tanta auiditate diui-  
nam scripturam audiunt vel legunt: vt protinus cunctis ter-  
renis operibus abdicatis sola celestia ambiant: parentes,  
vxores, domos, filios etiam & omnia transitoria abiciant: so-  
lummodo Christum sequi & amplecti concupiscant. Eius  
desiderio se affligunt ieiuniis: afficiunt lachrymis: exercent  
meditationibus diuinis: sola quæ sunt æterna cogitant: con-  
templationibus vacant: ad hoc laborantes, vt ea quæ retro sunt  
obliscerent, in anteriora magis ac magis se extendant. Quid  
profecto isti, quid aliud agunt nisi bibentes inebriantur: vt  
dum omnium terrenorum per desiderium obliuiscuntur:  
iure à sponso celesti non tantum amici: sed & charissimi  
vocati mereantur? De quibus idem sponsus sequitur &  
dicit:

Ego dormio: & cor meum vigilat.

Huiusmodi quippe electi cor sponsi bene vocari possunt: qui  
quo amplius exteriora quæ sunt in mundo fugiunt, eo secretius  
ea quæ sunt interiora sponsi cognoscunt. De quibus procul  
dubio idem sponsus alibi dicit: Qui diligit me: diligetur à pa-  
tre meo: & ego diligam eum: & manifestabo ei meipsum.  
Dormit ergo sponsus: & cor eius vigilat: quia dum Christus  
iam glorificatus est, in beatitudine quiescit: quicunque eum per-  
fecto diligit, vt ad ipsum perueniat laborat. De qua vigilatia  
sponsa superius dixit: Cum esset rex in accubitu suo: nardus  
mea dedit odorem suum. Quod enim illud quiescere dormi-  
re dicatur: id manifestat quod alibi legitur: In pace in id-  
ipsum dormiam & requiescam. Quod tamen ipsum & ipsa  
sponsa de se dicere potest: Dicat ergo: Ego dormio, & cor  
meum vigilat. Ac si aperte mens sancta loqueretur dicens:

**I** Dum à mundanis tumultibus exterioris dormio: interiori cogi-  
tatione quæ fiat celestia vigilans penso. Sancti etenim viri  
dum terrena omnia despiciunt: dum tumultus mundi omni-  
no fugiunt: dum otium in via dei assumunt: nequaquam vt  
torpori vacent, ea dimittunt: sed interius laborantes, quæ  
sunt illa ad quæ facti sunt, in corde aspicere contendunt. Neque  
enim vt torpeant dormiunt: sed vt liberius æterna contem-  
plentur, à transitorijs rebus quiescunt. Quos tamen aliquan-  
do sponsus ad profectum proximorum excitat: & vt eis cum  
quibus viuunt proficiant, ab otio quod diligunt reuocat. Cu-  
ius vocem audiens etiam cum dormit sponsa dicit:

Vox dilecti mei pulsantis.

Quid enim pulsans dicat subiungit:

Aperi mihi sponsa mea: amica mea: columba mea: im-  
maculata mea.

Causam etiam clamoris annectit dicens:

Quia caput meum plenum est rore: & cincinnati mei gut-  
tis noctium.

**S**pōsa dor-  
miēte pul-  
sat dilectus  
ut ei ape-  
riatur.  
Dum sponsa dormit, dilectus vt aperiatur ei pulsat: quia dñ  
sancta mens sibiipsum per otium incendit: Christus multa pec-  
catorum opera in hoc mundo tolerat: quæ nisi spiritales vi-  
ri ad doctrinam se accingant: nunquam per seiplos carna-  
les vel agnoscunt, vel corrigere curant. Vult ergo spon-  
sus vt aliquando otium dimittatur: & ad ædificationem  
proximorum spiritales quique sollicitentur. Quia dum  
perfecti viri sibi solis per interiorē quietem intendunt:  
dolet sponsus quod seculares ad peiora magis ac magis

corruunt: dum eum propter silentium spiritualium sem-  
per minus ac minus cognoscunt: quod ipse manifestat  
cum dicit:

Quia caput meum plenum est rore: & cincinnati mei gut-  
tis noctium.

Quid per caput sponsi nisi deus, & quid per rorem in hoc lo-  
co, vbi lamentando dicitur, nisi frigus mentium carnalium  
accipitur? Scriptum est enim: Caput Christi deus. Et de fri-  
gore cuiuslibet carnalis mentis iterum scriptum est: sicut  
frigidam facit cisterna aquam, sic frigidam fecit malitiam  
suam. Caput ergo Christi plenum est rore: quia multi in  
Ecclesia positi, & deum eum credunt: & tamen frigidi persi-  
stentes ad ardorem charitatis non accenduntur. Per cin-  
cinnos autem eiusdem, populos intelligimus quos in fide di-  
uinitatis, quasi in capite Christi pendentes & opprimentes  
scimus. Sed cincinnati pleni esse dicuntur guttis noctium: quia  
dum in torpore huius tenebrosæ temporalitatis se suspēdunt,  
magis ac magis stillationibus iniquitatum fluunt. Ad hos accē-  
dendos sponsa excitatur, dum spiritualis quilibet pro ædifi-  
catione plurimorum, ab otio ad prædicationem Ecclesie voca-  
tur. Sed quoniam metuit ne si ad prædicationem venerit: solli-  
citudinibus mundi occupari necesse sit: sicq; dñ per occasio-  
nem ædificationis plurimorum, temporalibus se inclinauerit:  
quietē amittat: eamq; sordibus peccatorum inficiat: ideo  
clamanti sponso respondet dicens:

Expoliaui me tunica mea: quomodo iterum induar  
illa: Laui pedes meos: quomodo iterum inquinabo  
illos?

Tunica sua sponsa se expoliauit: quia omnia exteriora qui-  
bus honorabatur & onerabatur abiecit: De qua tunica dicitur:  
Nunc autem qui habet tunicam vendat eam, & emat gladi-  
um. Gladium quippe vendita tunica emit, qui pro æternis  
temporalia abdicat: & in sancta conuersatione viuens, ver-  
bum prædicationis acquirit. De quo dicitur: Et gladium spi-  
ritus, quod est verbum dei. Pedes autem suos sponsa lauit:  
quia dñ in sancto otio sancta anima viuunt, opera sua studiose  
ad memoriam reducit: & quicquid in eis sordidum exami-  
nando deprehendit, lachrymis quotidianis & gemitibus  
plangit. Pedes itaque lauit: quia præterita opera quibus per  
hunc mundum dissolutè ambulauerat planxit. Pedes lauit,  
quia peccata ablucens lachrymis, munda in conspectu dile-  
cti sui apparere concupiuit. Hos pedes iterum inquinare  
metuit: quia valde sollicita est, ne si in prædicatione ponatur,  
per terrena ambulans, iterum suscipiat quod dimisit. Id-  
circo ab otio inulta recedit: quia dum à marinis flucti-  
bus aliena est, quasi in littore posita securius viuunt. Sed di-  
lectus non leuiter mortem proximorum tolerat. Ideoque  
propius accedens per seipsum eam excitare non dubitat,  
vbi dicitur:


Dilectus meus misit manum suam per foramen: & vē-  
ter meus intremuit ad tactum illius.

Manum dilectus ad sponsam mittit per foramen vt surgat:  
quando per subtilem intellectum quanta sit operationis di-  
uina virtus, ei inspirando manifestat: quod videlicet & in-  
ter pericula saluare possit: quod etiam in pace nisi per eum  
saluus sit nemo, quod in tumultu certaminis sperantes in se  
non derelinquit. Ad cuius tactum venter sponsæ intremiscit:  
quia sancta anima quo amplius diuinam potentiam per in-  
teriorē visitatione præsentialiter sentit, eo districtius iudicat  
quicquid in se carnale deprehendit. Quo enim maiori  
charitate in eum ardet quem mente concupiscit, eo timi-  
dus se ei subicit: & amplius veretur ne sponsus in ea aliquid  
inueniat, propter quod eam à se dimittere velit. Idcirco spō-  
so obediens ad laborem se præparat: vt sicut in quiete fami-  
liaris sponso, sic & in labore deuotè seruiens appareat. Ideo  
subdit dicens:

Surrexi vt aperirem dilecto meo.

Tacta surgit vt aperiatur: quia dum spiritum dilectionis am-  
plius solito accipit, mox de ædificatione proximi cogitat: &  
prædicando agit, vt apertis cordibus sponsus ad inhabitandos  
proximos veniens aditum intrandi inueniat. Quæ etiam  
cum prædicatione exempla operum auditoribus demonstrat  
dicens:





**A** Manus mea stillauerunt myrrham.  
 Quid per manus nisi operationes: quid per myrrham nisi mortificatio carnis accipitur? Manus ergo sponsæ prædicationis myrrham stillant: quia quicumque aliis prædicant necesse est, si multis proficere velint, ut in omni opere suo carnalem vitam mortificare contendant. Sed ut hoc cum magna discretionè fiat: manifestat cum subiungit, dicens:

Digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.  
 Sicut enim ab vna manu plures digiti diuiduntur: sic in vna sancta conuersatione per discretionem diuersæ virtutes inueniuntur. Alia enim est virtus largitatis: alia virtus parcatatis. Aliud opus humilitatis: aliud liberæ increpationis. Aliud verò agimus quando nos sub silentio continemus, propter ædificationem propriam: aliud quãdo proximis loquimur propter vtilitatem suam. Sed digiti myrrha probatissima pleni esse perhibentur: quia in omni quod agitur, semper necesse est ut mortificatio carnalitatis teneatur. Quæ tunc probatissima esse iure dicit: quãdo in omni suggestione quæ ab hoste ingeritur, sine cessatione voluptas carnalis cauetur ne suscipiatur. Quod quando fit: omnis duritia mentis dissoluitur: & ut sponsus intret ad cor aditus præparatur. Hinc est quod

**B** Sequitur:

Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.  
 Pessulum ostij facimus, quando per voluptates carnis, aditum cordis contra sponsum obseramus. Pessulum verò aperimus, quando remotis voluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, soluimus: & sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne viuimus: quia repente fieri non potest, restat ut magis ac magis quotidie faciamus. Nemo enim, sicut scriptum est, repente fit lumen. Aliquando enim dum in hac corruptione positi dominum nostrum querimus, magis nobis elongari quàm appropriare videtur. Ideoq; sequitur:

*Pessulum claudere & aperire quid significant.*

At ille declinauerat: atq; transierat.  
 Modo sponsus dilectam tangit, modo declinat: quia quando nos torpentes conspiciunt: ad amorem incitat, quando verò laborantibus nobis posse apprehendi videtur, tunc ne apprehendatur transit & declinat. Quod maxima in nobis eius gratia agitur: ut videlicet nec in torpore nostro iacentes: omnino eum amittamus, nec de plena eius, ut nobis videtur, apprehensione superbiamus. Qui mox tamẽ ut recesserit, redit: & ne diutius anima sancta à dilecto suo alienetur, verbo inspirationis suæ desideranti animæ se infundit: & infundens liquefacit. Vnde exultat sponsa dicens:

**C** Anima mea liquefacta est: ut dilectus locutus est.  
 Ad verbum sponsi liquefactam se dicit: quia dum Christus se per spiritum suum animæ desideranti infundit, omnẽ duritiam cordis mox dissoluit: & aliquando mentem in tantas lachrymas liquefacit: ut vix capere possit hoc quod se capere intra se exultat: & intus miretur quid fuerit: & quid facta subito seipsam videat. Quem liquorẽ dum sentit, perfectius apprehendere concupiscit: & aliquando dum hoc ipsum cogitat: hoc quod modo sentiebat, iam non sentit. Vnde sollicitatur ad querendum ut hoc idem inueniat: sed aliquãdo cum etiam diu fatigetur: non inuenit quod modo tam præsens tenebat. Ideo sequitur.

*Sponsus queritur interdum & non inuenitur.*

Querui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.  
 Querit sponsa dilectum: sed non inuenit: quia à deo inspirata mens assidue suauitate illa intima perfrui concupiscit: sed corruptio prohibet: quam in hac vita gerit. Vocat ergo & nõ respondetur ei: quia & orationibus & operationibus suis dulcedine illius præsentis satiare appetit: sed ad votum suum hoc quod inuocat non occurrit. Restat ergo ut in se reuertens se cognoscat: & per scripturas sanctas dilectum suum magis ac magis illo gustu adiuta perquirat. Et hoc est quod sequitur:

Inuenerunt me custodes: qui custodiunt civitatem.  
 Dum inquisitione dilecti sponsa sollicitatur: in custodes civitatis incidit: quia dum sancta mens desiderio sponsi sui Christi se affligit, prædicatorum verba in scripturis diuinis suscipit: & eis quãdiu à Christo exultat, eisdem quem quærebat amore intendit. In quibus quid exercitationis inueniat,

subiungit:  
 Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum custodes murorum.

Custodes percutiunt sponsam & vulnerant: quia prædicatorum sancti dum cœlestia loquuntur, amantem animam afficiunt, & maiori amore sagittant. Pallium tollunt: quia si quid pompæ secularis residuum erat in corde: exhortationibus suis ab animo auferunt. Pallium tollunt, quia aliquando ante verba prædicatorum nos non cognoscebamus, ipsiq; omne quod interius latebat dum loquuntur detegunt. Quod dum fit, amplius diligendi sunt: & ut pro nobis dilecto loquatur, deuotius exorandi. Quod agit sponsa dum subiungit:

*Pallium di ferre dicitur prædicatores.*

Adiuuro vos filia Hierusalem: si inueneritis dilectum meum, ut nuncietis ei quia amore langueo.

Dam enim sanctis viris cogitationes nostras referamus, dum eis siue viuẽtibus nobiscum: siue iam vitam æternam ingressis desiderium nostrum expandimus, & per deum oramus, ut domino Christo pro nobis orando offerant desiderium quo afficimur: quid aliud agimus quam filias Hierusalem adiuuramus: ut dilecto cui nobis proximiores sunt nuncient, quia amore languemus: sed & ipsi sancti si adhuc nobiscum sunt, & oratores suos orant: & qui ut nuncient orantur: præ humilitate tanquam ignari interrogant dicentes:

Qualis est dilectus tuus ex dilecto ò pulcherrima mulierum?

Sed quia quo ardentius diligunt, eo dulcius verba de eo repetunt: idem ipsum iterum dicunt:

Qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos?

Dilectus ex dilecto sponsus dicitur: ut videlicet per repetitionem dilectionis, maximus amor loquentis ostendatur. Vel dilectus ex dilecto bene Christus vocatur: quia si filium diligimus, & patrem ex quo est, consequenter amamus. Respondet sponsa subsequendo dicens:

Dilectus meus candidus est & rubicundus: electus ex milibus.

Candidus & rubicundus Christus esse perhibetur, quia nullum omnino peccatum faciens, iustitiæ pulchritudinem ex integro tenuit, & tamen tanquam peccator esset, ad mortis passionem accessit. Cui per prophetam dicitur. Quare ergo rubrum est indumentum tuum? Electus verò est ex milibus, quia ex totius generis humani massa, nullus sine peccato reperitur: ipse verò non solum sine peccato fuit, sed etiam peccatores sua iustitia & sanguine redemit. Sequitur:

*Christus dicitur candidus & rubicundus. Esa. 61.*

Caput eius aurum optimum.

Caput Christi deus. Quod caput bene aurum dicitur, quia ad comparationem creatoris omnis creatura res vilissima esse perpenditur.

Comæ eius sicut elata palmarum: nigra sicut coruus.

Quid per comas Christi, nisi fideles quosq; intelligimus? Qui dum fidem trinitatis in mente custodiunt, & deo adherentes quod credunt faciunt, quasi in capite pendentes honorem portanti conferunt. Palma autem in altum valde crescendo proficit, & victoriam significatione sua præterdit. Comæ ergo sicut elata palmarum sunt: quia electi quique dum semper ad alta virtutum se efferunt: per dei gratiam quandoque ad victoriam se perducunt. Nigra autem sicut coruus existit: quia quamuis virtutibus in cœlũ se erigant: semper tamen peccatores se esse cognoscunt. Sequitur:

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarũ: quæ lacte sunt lotæ: & resident iuxta fluentia plenissima.

Oculi sponsæ sicut columbæ sunt: quia prædicatorum Christi qui viam nobis ostendunt, in simplicitate viuunt. Super riuulos autem aquarum esse perhibentur: quia semper in refectione diuinarum scripturarum conuersantur. Lacte verò sunt lotæ: quia gratia creatricis sapientiæ tanquam lacte matris à peccatis per baptismum sunt mundatæ. Quid autem per fluentia plenissima iuxta quæ resident intelligimus: nisi sacræ scripturæ profunda & arcana dicta quæ discerpimus, quibus nos reficimus: dum ea legendo vel audiendo haurimus? Ad hoc etiam columbæ iuxta fluentia re fidere solent: ut volantium auium umbram in aqua videant:

*Columbæ quare resident iuxta aquas.*

**G** super quam se proicientes vngues rapacium sic effugiant. Sic sancti viri in scriptura sancta fraudes dæmonum prospiciunt: & ex descriptione quam vident quasi ex umbra hostem cognoscunt. Dumq; se consiliis scripturæ ex toto addicunt: vt videlicet nihil agant nisi quod ex responso scripturarum audiunt: quasi in aquam se proicientes, hosti illudunt. Quæ fluente pleoissima dicuntur: quia de quibuscunq; scrupulis in scripturis consilium queritur: sine minoratione de omnibus ad plenum inuenitur.

Genæ eius sicut areolæ aromatum: consista à pigmentariis.

Si per oculos prædicatores intelliguntur: bene per genas ipsi in Ecclesia figurantur: qui martyrio vitam finisse perhibentur. Dum enim pro fide Christi sanguinem suum fundere non dubitant: quasi genæ in facie Christi rubent. Per eos quippe pulchritudo fidei Christianæ publicatur: quia ad quantum fidei præmium tendant: ostendunt dum pro ea moriuntur.

Quæ genæ bene sicut areolæ aromatum esse dicuntur: quia dum in constantia fidei, martyrio electi exercentur: per cultum virtutum sanctæ opinionis fama, quasi odore aromatum dilatantur. Sed areolæ à pigmentariis conferuntur quia martyres sancti: & à præcedentibus prædicatoribus ad confessionem roborantur: & à subsequētib; ad imitationis exemplum populis adducuntur. Ab illis qui præcesserunt, pigmenta virtutum coluntur: ab his verò qui sequuntur, pigmenta exemplorum sumuntur. Vnde & sequitur:

**L**abia illius lilia stillantia myrrham primam.

Quid enim per labia sponsi nisi ipsos quos dicimus prædicatores Christi intelligimus? Qui dum mortes martyrum populis prædicant: quasi myrrham mortificandis carnibus ad condimentum distillant. Quæ myrrha bene prima esse dicitur: quia nullus sic mortificatur: quomodo ille qui pro Christo martyrio fitur. Primam enim dixit non pro tempore, sed pro dignitate. Quid est quod labia sponsi lilia esse dicuntur: nisi quod illi per quos Christus loquitur, necesse est vt mundi sint: & per eos bonus odor aspergatur? De quibus erat Apostolus Paulus, qui dicebat: Bonus odor sumus deo in omni loco: & in his qui pereunt: & in his qui salui fiunt. Sed notandum est quoniam quicquid in Ecclesia iustitiæ & fortitudinis habetur: ab ipso Christo per exempla operum illius trahitur. Ideo sequitur:

Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

Quid enim per manus Christi designatur: nisi opera sancta quæ in mundo gessit: & quæ nobis imitanda proponuntur? ipse enim ait: Qui me diligit, me sequatur: Et Apostolus: Qui dicit se in Christo manere: sicut ille ambulauit, & ipse ambulare debet. Manus verò tornatiles esse perhibentur: quia sancta opera eius sine impositione iniquitatis ex omni parte in iustitia gradiebantur. Quod enim tornatur, in rotunditate sui sine obstaculo voluitur. Sic Christi opera in rectitudinis rotunditate voluebantur: quia nulla culpa ei adhebat qua minus iustitia eius in rotundum duceretur. Aureæ etiam manus esse dicuntur: quia quicquid exterius inter homines operabatur: interius in diuinitatis pulchritudine disponebatur. Quid verò per hyacinthum, qui valde preciosus lapis est, nisi manus retributionis æternæ designatur? Manus ergo sponsi plenæ hyacinthis esse dicuntur: quia quicunque illius opera pio corde imitantur: felicitatis æternæ muneribus in retributione ditantur. Vnde & idem redemptor ait: Qui mihi ministrat me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Sequitur:

Venter eius eburneus: distinctus sapphiris.

Quid per ventrem nisi mortalitas? Et quid per ebur: nisi incorruptio designatur? Ebur quippe valde durabile os habetur: & in ornamenta regum assumitur. Venter ergo Christi recte eburneus esse dicitur: quia mortalitas Christi ad immortalitatem perducitur: dum per resurrectionem ad gloriã patris sui regis videlicet æterni: in vita æterna collocat. De quo dicitur: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Qui verè in ornamento regum assumitur: quia quisquis carnis suæ rex & dominus esse probatur: ipsius Christi mortalitate & resurrectione, amore cognitionis & spe immortalitatis ornatur. Vnde

alibi dicitur: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Sed venter distinctus sapphiris esse perhibetur: quia in nostra corruptione quam portauit: cœlestia opera per miracula quæ faciebat, passionibus nostris inseruit. Sapphirus enim qui æreum colorem portat, bene cœlestia facta quæ in miraculis ostendebantur, designat. Venter verò Christi sapphiris distinguitur: quia dum inter passionibus carnis diuina miracula operabatur: quasi incorruptione corruptio variabatur. Quæ dispensatione Apostoli in fide eruditi sunt: & ad passionibus tolerandas robusti extiterunt. Ideo sequitur:

Crura illius columnæ marmoreæ: quæ fundatæ sunt super bases aureas.

Per crura enim Apostolos intelligimus, per quos vniuersum mundum circuiuit: & fidem eis prædicantibus populis audivit: & sparsit. Quibus ipse in Euangelio ait: Ite in orbem vniuersum: & prædicate Euangelium omni creaturæ. Sed crura columnæ marmoreæ esse perhibentur: quia Ecclesiam inflexibiliter sustinent: dum contra omnes aduersarios eorum prædicationibus & exēplis roboratur. Super bases autem aureas columnæ fundatæ sunt: quia à prophetarum dictis, vt fortes peristerent, fidem integrā acceperunt. Vnde ipse primas Apostolorum ait: Habemus firmiorem propheticum sermonem: cui bene facitis attendentes tãquam lucernæ ardenti in caliginoso loco. Ideo enim aureæ dicuntur: quia luce sapientiæ resplendescere sciuntur. Sequitur:

Species eius vt Libani: electus vt Cedri.

Libanus quippe mons est in quo sublimes valde & odorifera arbores habetur. Interpretatur autem Libanus dealbatio siue candidatio. Et de Christo dicit Apostolus Paulus: ipse factus est nobis à deo sapientiæ & sanctificatio & iustitia. Bene ergo species eius vt Libani existit: quia per eum credentes dealbantur: cui si adheremus radicibus, sublimes efficimur. A cuius gratia etiam bonæ opinionis odorem si quem habemus accipimus. Electus etiam vt cedri esse dicitur: quia de eo pater loquitur: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus: complacuit sibi in illo anima mea. Cedrus autem excelsa est valde arbor: & odora & imputribilis. Christus autem excelsior cedris existit: quia quamuis homo sit, tamen deus esse non desistit. De quo per Esaiam dicitur: Et sublimis erit valde. Odorus etiam super omnes est Christus, quia ipse de se scripto ait: Ego flos campi & liliū conuallium. Et per sponsam ei dicitur: Curremus in odorem vnguentorum tuorum. De quo hic bene sequitur:

Guttur illius suauissimum: & totus desiderabilis.

Per guttur quippe voces transferuntur: & sapores in ventrem hauriuntur. Quid ergo per guttur sponsi: nisi testamentum Christi intelligitur: per quod Christus nobis loquitur: & in quo quam suavis sit dominus: à fidelibus gustatur? Totus ergo desiderabilis existit: quia per hoc quod de eo bona omnia anima sancta audit, magis ac magis semper eum videre concupiscit. Cuius tot bonis enarratis consequenter concludit sponsa dicens:

Talis est dilectus meus: & ipse est amicus meus, filia Hierusalem.

Sed enumeratis tot laudibus: ostēsis tot muneribus, quis audiens non concupiscit: quis intendens non inardescit? Fidelis quippe anima quæ quo dulciora & ampliora de redemptore suo audit: eo ardentius inhiat & manifestiora de eo cognoscere appetit, dicens:

Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.

Cum enim proximus proximo de Christo loquitur, cum alter ab altero qualiter inueniatur sciscitatur: quid aliud quàm quomodo queri debeat perscrutatur? Quamuis hoc de synagoga intelligi valeat: vt aliquando conuersa Ecclesiam interroget: cui protinus Ecclesia respondet:

Caput. VI.

**D**ilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum: vt pascatur in hortis: & lilia colligat.

Dilectus in hortum suum ad areolam aromatum descendit: quia

Prædicatores per labia sponsi designati, debent esse mundi.

1. Ioan. 2.

I

Ioan. 12.

Veter mortalitatem Christi, & ebur eius incorruptione designat.



Universitas de Deust  
 Illia colligitur  
 Christus  
 nos ad se  
 trahit.

**A** quia Ecclesiam cristianam, ad eos maiori gratia venit, quos sanctis operibus & virtutum exemplis bonae famae odorem ex se proximis emittere cognoscit. In hortis pascitur, cum multarum animarum virtutibus delectatur. Lilia colligit, quando perfectos quosque ab hac vita succidit. Sed quia sancta Ecclesia in filiis suis fide Christo ita coniungitur, spe suspenditur, charitate conglutinatur: ut nihil extra Christum diligat: & cum sibi familiariter fide & amore inseparabilem teneat ideo subiungit:

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi: qui pascitur inter lilia.

Notandum quippe quod synagoga per praedicationem Ecclesiae, ad fidem quandoque conuertatur, ita ut se abnegans Christum solum sequatur: & eodem desiderio diligat Christum: quo eum ecclesia diligit: quem ceteris postpositis solum amat. Quam iam amicam factam: iam sponsam sibi coniunctam sponsum alloquitur congratulans & dicens:

Pulchra es amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.

Pulchra & amica, suavis & decora sicut Hierusalem synagoga esse perhibetur: quia sancta quatuor Euangelia aliquando conuersa sicut Ecclesia sectabitur. Hierusalem quippe vi

**B** sio pacis interpretatur. Per quam bene sancta Ecclesia figuratur: quia dum in mundo semper pressuram patitur viam fastidians: quae sit pax patriae caelestis currendo contemplatur: confidens in eo qui discipulis suis dicebat: in mundo quidem pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Digne autem synagoga conuersa, sicut Hierusalem pulchra & amica & suavis & decora dicitur: quia dum sanctam Ecclesiam imitatur, quatuor Euangeliorum praecipua operatur: a quibus pulchritudinem morum accipit ut placeat: exercitium sanctae operationis colligit ut in amicitia hereat: suauitatem mansuetudinis discit ut permancat, speciem decora conuersationis ostendit, ut per exemplum trahat. De qua consequenter dicitur:

Ioan. 16.

Terribilis ut castrorum acies ordinata.

Notum expertis est quod milites cum in prociectu contra hostes vadunt, si strictim & concorditer gradiuntur: ab hostibus contra venientibus timentur: quia dum in eis aditum per scissuram non aspiciunt: qualiter eos penetrent, hesitantes non inueniunt. Illisq; hoc impenetrabile munimen efficitur: quod concorditer ordinati seipsis semetipsos tuentur. Dum enim de seipsis sibi vallum efficiunt: intrandi ad se aditum hostibus non relinquunt: & ut occidantur appetiti, ipsi facilius occidunt. Sic in multitudine fidelium contingit: quae dum contra malignos spiritus pugnare non desinit: necesse est ut pace charitatis constringatur: quo salua sit. Si enim pacem tenet: terribilis hostibus apparet. Si per discordiam scinditur: vniq; ab hostibus leuiter penetratur.

**C** Fideles pacem tenentes hostibus apparent terribiles.

Pace se itaq; munit: vnitatem se vinciat: charitate se vniat ut dum in seipsa per scissuram damnum non patitur: ducem suum semper exultans sine confusione sequatur. In pace quippe oculus mentis mundatur: ut in ipsam beatitudinis visionem intendatur. Quam nemo sicut est, in hac vita conspicit: quia impossibile est patriam tenere, dum in exilio vnusquisq; nostrum gemit. Ideo sanctae animae inardescunt, inhiant, propinquam sponsum respondet, dicens:

Oculos ad sponsum tendere quam do dicimus.

Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. Oculos ad sponsum tendimus: dum intuitum mentis ad vitam Christi beatitudinem aliquantulum aperimus. Sed oculos auertere praecipimur, ne videlicet aspiceret ea sicuti est, quantumcunq; videamus, arbitremur. Ipsi enim oculi eum auolare fecerunt: quia quo amplius videtur, eo magis inuisibilis esse cognoscitur. Et a nobis auolat: quia quantumcunq; sensu mentis apprehensus, incomprehensibiliter super omnem conatum nostrum se exaltatum esse manifestat. Oculi quippe mentis quasi hoc efficiunt ut auolet: quia per hoc tantillum quo videtur, valde longinquus & auolans a nobis, sicut dictum est, apparet. Sequitur:

Capilli tui sicut greges caprarum quae apparuerunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges ouium quae ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis foetibus: & sterilis

non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic generatur: absque eo quod intrinsecus latet.

Haec omnia dicta de Ecclesia superius, ut potuimus, exposuimus. Ideo nunc de synagoga eadem replicare deuitamus. Vnum tamen quod non similiter repetitur: quia ibi sicut fragmenta mali punici: hic autem sicut cortex mali punici dicitur: Quo nihil aliud designari puto nisi sanguinem martyrum qui sub antichristo moriuntur: & vnitatem fidei: sub qua multi iudeorum stringentur. In cuius constantia dum sanguinis effusionem patientur: fidei tribulatione quasi corticis robore decorabuntur. Sequitur:

Sexaginta sunt reginae: & octoginta concubinae: & adolescentularum non est numerus.

Quid per reginas: nisi sanctorum animae designantur: quae dum corpora sua prudenter regunt: & aliis praesunt, regnum sibi aeternum acquirunt? Sunt enim nonnulli in sancta Ecclesia qui carnem suam macerant: & propter deum affligunt, vitia vincunt, demones velut tyrannos sibi subiciunt: omnes motus suos ut ordinate currant, sapienter regunt: aliis praedicant hoc quod ipsi faciunt: multos a faucibus demonum gladio verbi pugnantes abstrahunt. Quid huiusmodi animae nisi reginae existunt: quae dum regem Christum sponsum suum valde diligunt: amoris commixtione & libidinis execratione, regios filios, id est fideles populos gignunt? Quibus omnibus beatus Petrus Apostolus dicebat: Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Sed reginae, lx. esse perhibentur. Denarius quippe numerus per senarium multiplicatus in lx. completur. Et quid per denarium nisi decem praecipua legis: & quid per senarium nisi labor huius vitae signatur? Sex enim diebus quod necessarium est operamur: & in septimo quiescere per legem iubemur. Bene ergo lx. reginae esse dicuntur: quia dum decem praecipua in hoc seculo operantur, seculum autem hoc sex diebus operatoris euoluitur, in eis quasi per senarium numerum denarius numerus replicatur. Praedicat enim perfecti quique x. praecipua legis, in quorum operatione se exercent in temporalitate huius corruptionis. Sex igitur decies vel x. sexies multiplicant: quia vniuersale hoc tempus in explenda, x. praecipua legis spiritualiter esse transigendum operibus suis manifestant: & verbo praedicant. Quorum laudem in hoc mundo aliquando reprobi aspiciunt. Et ut similiter laudentur vel ut aliquod commodum in hac vita quomodocumque adipiscantur: etiam ipsi per semetipsos praedicatores sunt. De quibus bene subditur:

Et octoginta concubinae.

Concubinae quippe non vere sed fide dominos diligunt: & ab eis non posteritate filiorum: sed praesentiam commodorum expetunt: nec continentia se exercent, sed libidinem expleere concupiscunt. Sic falsi praedicatores in Ecclesia existunt: quia dum non Christum, sed lucrum vel laudem diligunt: non spiritaliter & caste: sed carnaliter & libidinosè Christo se coniungunt. Bene ergo concubinae vocantur: quia Christum quod praedicant, non spiritu: sed carne sectantur. De quibus Apostolus Paulus dicebat: Multi enim ambulant quos saepe dicebam vobis, nunc autem & sensus dico inimicos crucis Christi quorum finis interitus, quorum deus venter est. De quibus: ipse idem ait: Huiusmodi non seruiunt domino Iesu: sed suo ventri. Quae tamen concubinae bene, lxxx. esse dicuntur: quia etsi toto corde terrena diligunt: caelestia tamen loquuntur. Octonarium quippe numerum per denarium ducimus: & ad octoginta venimus. Per decem autem decalogus sicut dictum est significatur. Per octo vero resurrectio: quia octavo die redemptor noster resurrexisset probatur. Praedicatores vero etsi falsi sunt, per desiderium tamen & scripturam diuinam, & resurrectionem quam credimus, manifestant per verbum. Si enim aliud praedicarent praedicatores, inter Christianos non essent: de quibus in Euangelio veritas ait: Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. Quae dicunt facite: quae autem faciunt, facere nolite. Sed quia & fallorum & verorum praedicatorum exhortatione plurimi ad fidem veniunt: & cum electis multi intrant, qui ad sortem electorum non pertingunt: ideo subditur:

Et adolescentularum non est numerus.

**B**

1. Pet. 2.

**F**

Praedicatores falsi concubinis aequiparantur. Phil. 3.

Roma. 16.

Mat. 23.



EXPOSITIO D. GREG. IN CANTICA CANTICORVM.

G Cum enim scriptum sit: Adoleſcentia & iuuentus vana ſunt. Quid per adoleſcētulas has niſi vagas animas intelligimus? quæ dum vana huius mundi ſectantur quæ diligunt: numerū electorum excedunt. De quibus per pſalmiſtam dicitur: An- nunciaui & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Quod enim electorum numerus apud deum ſit conſtitutus: ma- niſteſtat Apoſtolus Paulus qui ait: Nouit dominus qui ſunt eius. Et per ſemetipſum dominus ait: Ego ſcio quos ele- gerim. Quos quia nō imperſectē ſcit ſed perfectē nouit, pro- cul dubio & numerum in quo eligantur cognoſcit. De qui- bus per Paulum dicitur: Quos enim præſciuit, & prædeſti- nauit conformes fieri imaginis filij ſui. Bene ergo adoleſcen- tularum nō eſt numerus: quia dum per vanitatem quam dili- gunt, in numerum electorum non currunt: extra rem anentes quaſi in cognitionem diuinam non veniunt. Quibus ipſa ve- ritas in futuro iudicio dictura eſt: Neſcio vos: diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatū. Sed dum reprobi mūdāna quæ- runt, & per multiplices cupiditates animum diuidunt, ſancta quælibet anima in numerum electorum ſe ſtringit: multa quæ videt ſaſtidiens, vnum quod non videt, ardentè appetit: quod quandā non tenet, in fide ſe nutrit: in charita- te ſe vult: Et dum id quod vnum & idipſum eſt ſequitur: de huiusmodi multis vna Eccleſia conſtituitur: de qua per ſpon- ſum dicitur:

Vna eſt columba mea: perfectā mea: vna eſt matri ſuæ: electa genitrici ſuæ.

H Mater noſtra eſt regeneratrix gratia: apud quam vna colum- ba eligitur: quia illos ſolos colligit, qui in ſimplicitate per- manent: & ab vnitāte non ſcinduntur. Multi quippe fideles dum in idipſum intendunt: dum vno deſiderio Chriſti ſe in- uicem nutriunt: dum habentes cor vnum & animam vnam in charitate ſe viuunt: ex multis membris vnum corpus effi- ciunt. Omneſq; in vnitatis ſimplicitate & vnitāte viuentes, vna columba exiſtunt. Quæ ſola perfectā & electa genitrici ſuæ dicitur: quia extra hanc quam dicimus Eccleſiam, nemo ad perfectionem, nemo ad vitam niſi per hanc ſolam gratia fouente nutritur. De qua bene ſubditur:

Viderunt eam filiaſ Sion: & beatiffimam prædicauerūt: reginæ & concubinæ laudauerunt eam.

Sion filiaſ, filiaſ ſunt Eccleſiæ: quæ dum vitā æternam in hac carne contemplantur, à peregrinante Eccleſia ad regnantem Eccleſiam erigūtur. Vident filiaſ Sion columbam, & beatiffimam prædicant: quia ſanctę animæ dum virtutes Eccleſiæ ſpectant, in laudem prorūpunt: & ad eius beatitudinē inhiāt. Sancta quippe Eccleſia gratia genitrici nutritur: dum fide eruditur, carne ſui ſponſi paſcitur, ſanguine lauatur, ſcriptura diuina ſaginatur. Huiusmodi robuſta nutrimentis demō- nes expugnat, vitia ſuffocat, carnem domat, ſpiritū roborat, vitam expectat. Hæc omnis quiſcūq; aſpicit, rectē in admira- tionem protinus aſurgit: & beatiffimā pronunciat: quia vi- det ad quantam gloriam per tot virtutes exurgat. Cum re- giniſ eam & cōcubinæ laudant: quia etſi operibus falſi præ- dicatores contradicunt: ſermonibus tamen eadem quæ & ve- ri populis oſtendūt. De quibus ipſa veritas dicit: Populus hic labilis me honorat: cor autem eorum longē eſt à me. quod apertē ma- niſteſtat dum iterum dicit: Dicunt enim, & non faciunt. De quibus & per Apoſtolum Paulum dicitur: Dictis cō- ſiteantur ſe noſſe deum: factis autē negāt. Sancti autē vſq; di- ctis & factis deū cōſitentur, quia quod credunt faciunt: & ad bona quæ faciūt, etiam alios ſermonibus & exemplis trahūt. Quorum virtutibus aduerſarij ad fidem excitantur, dum in eis & puritatem & fidei: & conſtantiam operis admirantur. Vnde & ſynagoga ad fidē erigitur, cum in Eccleſia quæ ſint merita fidei admirans contemplantur, dicens:

I Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora?

Eccleſia ſancta quaſi aurora cōſurgēs in iudicio vltimo pro- greditur: quia relictis tenebris corruptionis, in corruptionis claritate innouatur. Quæ bene vt ſol electa dicitur: quia ad eandem gloriam perducitur, ad quam caput eius Chriſtus: qui ſol iuſtitiaſ eſſe perhibetur. Vnde eſt quod idem ſol ait: Volo pater vt vbi ego ſum, illic & miniſter meus ſit. Quod tamen & de membris eiſdem Eccleſiæ adhuc in hac carne viuētib; intelligi poteſt. Sunt enim nonnulli qui magna in-

tentione quæ ſunt tormenta reproborum aſpiciunt: & quæ ſunt facta ſua ſiue palpatione examinare contendunt. Dumq; ſe peccaſſe cognoſcunt: & per hoc ire ad reproborum tor- menta pertimeſcunt: ſubitō tenebras iniquitatis derelin- quunt: & luce iuſtitiaſ accendi concupiſcunt. Mox ad ſan- ctam operationem conſurgunt, & per bona quæ faciunt, cla- rere quibuſque proximis incipiunt. Hi procul dubio velut aurora conſurgentes progrediuntur: quia ſubitō noctē pec- cati euacuant, ad lucem magis ac magis dilatantur. Sic ani- ma quæ prius erat in tenebris, nunc ſplendens apparet: & quæ etiam in ſemetipſa obſcurabatur: nunc alius lumine ſan- ctę operationis reſplendet. De qua bene ſubditur: Pulchra vt luna: electa vt ſol.

Luna quippe dum noctem illuminat, caligantibus oculis ſter- per quod homo gradiatur demonſtrat. Sic nimirum quæq; anima quæ tenebras dimittit, & in ſanctam operationem ſe extendit: dum exemplum bene operandi tribuit proximis: quaſi lucem tenebreſcentibus oculis ſpargit. Dum enim pec- cantes quique bonum opus aſpiciunt, & ad idem faciendum ſe conuertunt, quaſi errantes in nocte, per lumen lune ad viā redeunt. Hæc itaq; anima dum peccantibus bona exempla præbet: quaſi luna in nocte lucet. Dum verò magis ac magis creſcit: & de die in diem per conſuetudinem operis lumen iuſtitiaſ tam perfectē accipit, vt etiam bonis exempla imita- tionis præbeat: quæ prius ſolis peccatoribus imitanda ap- parebat, profectō iam luna ſol efficitur: quia quæ in nocte errantibus nunc lucebat: modo in die ambulātib; lumen veritatis ma- niſteſtat. Hinc eſt quod ſequitur: Electa vt ſol. De qua bene ſubditur:

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Hoc quia iam dictum eſt, iterum non neceſſe eſt exponi, ne ſic videatur ſaſtidium generari. Sequitur ergo ſponſus & cau- ſam dicit vade tanta virtus in Eccleſia excreſcere poſſit. Viſitatione quippe Chriſti renouatur: & quod in ea tene- broſum eſt reſpectione eius illuminatur. Et hinc eſt quod ſubdens ait:

Descendi in hortū nucū: vt viderem poma conualliū.

Quid per nuceſ: niſi perfectos quosque intelligimus: qui dū diuinam ſapientiam intra corpora ſua retinēt, quaſi nucleū in fragili teſta portāt: ſunt enim quam plures in Eccleſia qui aſſiduē diuinæ ſcripturæ intendunt: quam ſuauiſ ſit domi- nus guſtantes, amplius guſtare concupiſcunt: ſancta gaudia in corde ruminant: & ruminantes magis ac magis conuale- ſcunt: & tamen foris neſcientibus eos, viles apparent: quia ſignoratur quā dulcem in ſuis interioribus cibum por- tent. Quid iſti, niſi nuceſ exiſtunt: qui nuclei dulcedinem ſa- tus ferunt: exterius verò carnis vilitatem prætendunt? De quibus erat apoſtolus: qui dicebat: Hobemus theſaurū iſtū in vaſis fictilib;.

Hortus igitur nucum, corda ſunt ſanctorū: qui dum deum valde diligunt: celeſtem dulcedinem in inti- mis gerunt. Vnde in pſalmo ſcriptum eſt: Quā magna mul- titudo dulcedinis tuæ domine: quam abſcondiſti timentibus te. Sed quid eſt quod in hortum nucum ſponſus deſcen- dit vt poma videat: cum potius nuceſ videre debeat? Verūta- men ſciendum eſt quod maximē corda perfectorum viſitat: eiſque benignitatis ſuæ ſuauiſtatem ma- niſteſtat, vt per eos ad infirmiores poſtmodum veniat: & quantum in augmentum iuſtitiaſ profecerint, per illos cognoſcat. Vnde ſcriptum eſt: Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt vi- deat ſi eſt intelligens, aut requirens deum. Dum enim diuina bonitas corda perfectorum illuſtrat, eoſque ad curam proxi- morum per charitatis ſollicitudinem inſtigat: quid hoc eſt aliud niſi quod ad hortum veniens, poma conuallis per illos quibus præſidet proſpectat? Tunc enim dominus videre vel cognoſcere dicitur, cum ſanctos ſuos quos illuſtrat, ad viden- dum exhortatur. Sed quid eſt quod nō poma montis: ſed poma conuallis vt videat deſcendit, niſi quod illis reſpectum ſuæ miſerationis tribuit: quos in humilitate perſiſtere cognoſcit? De quo per Pſalmiſtam dicitur: Quoniam excelsus dominus, & humiliā reſpiciit, & alta à lōgē cognoſcit. Et ipſe dominus per ſemetipſum ex voce prophetaſ dicit: Super quē requieſcet ſpiritus meus: niſi ſuper humilē & quietum & tre- mentem ſermones meos? Sequitur autem ſponſus & dicit: Et inſpicerem

Fideles mul- ti bene uiuē- tes & in ſimplicitate, vna co- lumba dici poſſunt.

Prædicato- res falſi ea- dē quæ & veri præ- dicant.

\*al. pietate.

Ioan. 12.

Aia quæ luna in parat teſt.

L

Nuceſ factiſ ſignat.

2. Corin.

Pſal. 137.

**A** Et inspicere in floruisse vinea, & germinassent mala punicia.

*Mala punica quando dicuntur in Christi Ecclesia germinare.*

Vinea florent, quando in Ecclesia filij recenter in fide generantur, & ad sanctam conuersationem quasi ad fructus soliditatem preparantur. Mala punicia germinant, quando perfecti quique per exempla sua proximos edificant, & in nouitate conuersationis per predicationem & bonorum operum ostensionem inuitant. Illud quippe malum punicum, videlicet Apostolus Paulus, germinauerat, qui dicebat: Filioli mei, quos iterum partorio, donec formetur Christus in vobis. Sic etenim in sancta Ecclesia agitur: vt per bonos mali conuertantur: per perfectos imperfecti nutriantur, donec & ipsi ad perfectionem veniant, & infirmos quosque sicut ipsi perducti sunt, ad meliora perducant. Hoc Christus Ecclesie sponsus visitando perficit: respiciendo corpus sanctum coniungit: quia ideo corpus infirmitatis assumpsisse cognoscitur, vt in corpore sue claritatis tota simul Ecclesia transformetur. Vnde beatus Paulus ait: Qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Hec omnia in fine mundi synagoga tandem excitata percipiet: & se tandem hac ignorasse reprehendet, dicens:

Nesciui, Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab.

**B**

Ac si diceret: Tot virtutes in sancta Ecclesia fieri vides, quare in tanto tempore non percepi? quare incredula persisti? cur tam diu per infidelitatem meam in tenebris ignorantie remansi? Sed propter quadrigas Aminadab conturbatur: quia quandoque per Christi predicationem ad fidem suscipiendam excitatur. Aminadab enim spontaneus populi mei interpretatur. Et bene procul dubio Christus Iesus a patre spontaneus populi mei dicitur: quia vere spontanea charitate ad populum saluandum descendit: & vt nos a morte releuaret, pia voluntate & benigna gratia mortem in cruce suscepit. Vnde & ipse ad patrem ait: Voluntarie sacrificabo tibi. Et vnus ex redemptis ad Christum loquens aiebat: Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua. Propter quadrigas ergo Aminadab synagoga conturbatur: quia quando tandem quatuor Christi Evangelia in mundo currentia, in cordibus hominum fruuentia per fidem contemplatur, mox de infidelitatis sue tenebris confunditur, & oborta confusione salubris, ad poenitentiam commouetur. Cui Ecclesia benigne loquitur dicens:

Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te.

*Synagoga tandem Christi fide suscipiet.*

**C**

Sunamitis quippe captiua interpretatur. Sunamitis ergo vt reuertatur vocatur: quia synagoga in fine mundi fides ab Ecclesia offerretur, vt dignitatem pristinam recipiat, quae sub infidelitatis iugo a demonibus captiuatur. Et bene quater reuertit admonetur: quia in quatuor mundi partes modo Iudaei dispersi sunt: qui vbiq; fuerint, vt dictum est, in fine conuertentur: sicut predictum est per prophetam: Si fuerit numerus filiorum Israel velut arena maris, reliquiae saluae sicut. Reuertatur ergo Sunamitis, vt eam intueamur, id est, synagoga ad fidem conuertatur, vt in poenitentia sua omnibus ostendat quantum malum fecerit, quando deum suum in cruce cofigebat. Sed protinus cum Ecclesia fidem synagoga intueri appetit: sponsus congratulando quasi interrogans respondet, & dicit: Caput. VII.

**Q**uid videbis in Sunamite: nisi choros castrorum?

*\*al. per = fidos.*

Castra quippe, militantium sunt. Castra ergo in Sunamite videbuntur: quia pro fide quam modo impugnat, tunc robuste contra infideles praeliabitur. Sed quia hoc per sanctam Ecclesiam fiet, vt synagoga conuertatur: quia sermonibus & exemplis praedicatorum ad fidem conuertetur: ideo recte ad laudem sponsi sponsus se conuertit dicens:

Quam pulchri sunt gressus tui in calciametis filia principis?

Filia principis sancta Ecclesia dicitur: quia praedicatione Christi in vitam nouam regeneratur: qui per diuinitatis potentiam, omni creaturae quam condidit principatur. Quid au-

tem sunt calciamenta Ecclesiae, nisi exempla praecedentium D patrum, quibus in via mundi huius munitur: vt per omnes tribulationes quae exurgunt, confidenter calciata gradiatur? Vnde alibi praedicatoribus Paulus dicit: Calciati pedes, in praeparationem Euangelij pacis. Calciamenta quippe de mortuis animalibus fiunt. Et nos pedes spiritualiter calciamus, quando a patribus sanctis carne mortuis exempla sumimus: vt ad eorum similitudinem mundi huius tentationes expugnemus. Potest tamen intelligi quod Ecclesia calciatur, quando in praedicatione sua ad perferenda insurgentia mala morte Christi munitur. Pulchri ergo sunt sponse gressus calciatae, quae filia est principis: quia coram diuinis oculis placet officium cuiuslibet electi secundum exempla Patrum praedicatorum. Sequitur: Iunctura femorum tuorum sicut monilia.

*Pedes calciare quando dicitur.*

Per duo femora sponsae, duo populi Ecclesiae: per iuncturam femorum, concordia designatur praedicatorum: quibus populi vniuntur: dum ad fidem catholicam circuncisio & praepitium per eos erudiuntur. Qui vt monilia existunt: quia dum in sapientia qua resurgunt, sancta opera faciunt, quasi in auro lapides gerunt. De quibus sequitur:

Quae fabricata sunt manu artificis.

Manu artificis monilia fabricantur: quia opere Christi praedicatorum pulchra & vtilis efficiuntur. Sequitur:

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.

Vmbilicus etiam sanctorum praedicatorum ordo est: qui bene crater esse dicitur: quia dum per eos populus eruditur, vt non spiritali ipsorum officio debriatur. Qui bene tornatilis nuncupatur, quia iuxta mores hominum vniuersos, necesse est vt lingua praedicatoris voluatur. Qui poculis non indiget, quia quod aliis propinat, necesse est vt abundantius ceteris bibat: & plenius quod dat, contineat. Sequitur:

Venter tuus sicut acernus tritici, vallatus liliis.

Per ventrem, populi latitudo designatur: qui bene sicut aceruus tritici liliis vallatur: quia dum operibus sanctis intendens, in caeleste horreum praeparatur: exemplis sanctorum vt perseueret, vndique munitur, de quibus iterum dicitur:

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli.

Duo vbera, duo populi existunt: quia dum in amore fraterno semper viuunt, se inuicem lacte pietatis in charitate nutriunt. Qui bene duo hinnuli capreae gemelli nominantur: quia dum per praedicationem synagoga in fide geniti, eius scripturis nutriuntur, in spe aeternitatis intendentes, quasi in motibus cordes pascuntur. De quibus praedicatoribus sequitur:

Collum tuum sicut turris eburnea.

Collum sponsae sicut turris eburnea dicitur: quia praedicatorum Ecclesiae, & alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & preciosi per diuinam sapientiam habentur. De quibus iterum dicitur:

Oculi tui sicut piscinae in Elebon: quae sunt in porta filiae multitudinis.

Elebon cingulam mærotis interpretatur. Oculi ergo sponsae sicut piscinae in Elebon dicuntur: quia dum de peregrinatione sua contristantur: & mærore corroborati, contra spirituales hostes accinguntur, lachrymis se lauant: vt per eos populi conuenienter coram deo mudentur. In porta autem filiae multitudinis sunt: quia in fide stant per quam Ecclesiae multitudinem ad caelestia introducunt. Sequitur:

Nasus tuus sicut turris Libani: quae respicit contra Damascum.

In naso odoris discretio habetur. Per nasum ergo discretio praedicatorum designatur: quia per eos nobis virtutum odores, & vitiorum faecores demonstrantur. Sed nasus sicut turris Libani existit: quia dum semel praedicatorum aqua baptismatis lauantur: & quotidianis lachrymis a peccatis quae contra deum commiserunt, dealbantur, digni fiunt vt ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra Damascum respicit: quia peccatoribus semper sanctus quilibet praedicator contradicit. Damascus quippe sanguineus interpretatur: & peccatrici genti dicitur: Manus tuae plene sunt sanguine. Sed quia de membris dixit: dignum est vt de capite loquatur. Ideo subditur:

*Populi duo per duo vbera designantur.*

**F**

*Nasus praedicatorum representat.*

**G** Caput tuum vt Carmelus, & comæ capitis tui vt purpura regis, iuncta canalibus.

Caput Ecclesiæ Christus: qui bene vt Carmelus dicitur, quia ipse per passionem quam sustinuit, ad gloriâ patris est exaltatus. De quo scriptum est: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. In Carmelo quippe Helias orans obtinuit pluuiam: & nos in Carmelo orantes, pluuiam impetramus, quando in Christum credentes, Christum desideramus, & à patre irrigationem gratiæ suscipimus quam rogamus. Moraliter autem caput sponsæ mens vocatur: quia sicut à capite membra, sic à mente omnes cogitatus nostri disponuntur. Carmelus autem scientia circuncisionis interpretatur. Caput ergo sponsæ vt Carmelus esse perhibetur: quia qualibet sancta mens nouit qualiter dignè circuncidat: nouit quia nihil est quicquid in corpore agitur, si mens immunda fuerit, quæ templum Christi si efficitur: ab ipso inhabitatur. Quod quia Pharisei non agebant, ideo dicebat beatus Stephanus eis qui eum occidebant: Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper resististis spiritui sancto. Comæ autem capitis eius vt purpura regis iuncta canalibus esse memorantur. Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur, super quos dum aqua proicitur, per canales ad vestem quæ supposita est currit: vt vestis tingatur, & inde nomen accepit, vt tincta colore purpureo purpura vocetur, quæ omnia sanctæ menti congruunt si intelligantur. Comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis: quæ in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant, stringuntur. Super quas aqua proicitur, quæ vestem regiam currens tingit: quia dum in cogitationibus sanctæ mentis, gratia cœlestis suscipitur, totam animam in cœleste ornamentum componit: ita vt iam tota anima in vitam æternam suarDESCAT: & ad æternum sponsum etiam per sanguinem martyrii pergere concupiscat. De tota quippe Ecclesia, Paulus dicit: Qui exhibuit sibi Ecclesiam, vestem sine macula & ruga. Et de singulis Ecclesiæ fidelibus dicitur: His omnibus velut ornamento vestieris. Sic tincta ergo, sic pulchra, sic purpurea facta sponsa adgaudens sponsus loquitur, dicens:

Quam pulchra es & quam decora charissima in deliciis.

Notandum quod charissima in deliciis dicitur, quia ad charitatem & familiaritatem Christi non peruenit, quisquis scripturæ sanctæ deliciis abundare non contendit. Inde enim dicitur: Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. His enim deliciis qui abundat: reficitur: his refectus, assidue ad maiora percipienda preparatur. Vnde & huic sponsæ charissimæ dicitur:

**I** Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.

Palma quippe dum crescit, deorsum stringitur, & sursum dilatatur. Sic sancta anima ab imis ad minima incipit: & paulatim ad maiora crescendo, vsque ad amplitudinem perfectæ charitatis peruenit. Nemo enim, sicut scriptum est, repente fit summus. In psalmo autem de iusto homine dicitur: Iustus vt palma florebit. Vbera autem sponsæ duo præcepta charitatis existunt: quæ animam quam possident, vino cœlesti inebriant & nutriunt. Potest tamen per palmam crux Christi intelligi. Palma enim in sublime valde crescens, dulcissimos fructus gignit: & crux Christi cœlestem cibum nobis præparauit. Cui statura sponsæ assimilatur: quia pro Christo mori non dubitat, quisquis Christum valde diligens dignè imitatur. De palma sequitur sponsus dicens:

Dixi: ascendam in palmam: & apprehendam fructus eius.

Dixit verè & ascendit: quia sicut ante secula pro morte nostra mori disposuit: sic in fine mundi propitius & verax adimpleuit. In palmam ergo ascendit, & fructus eius apprehendit: quia in cruce suspensus, fructum vitæ inuenit ac apprehendit, & nobis tribuit. Vnde adimpletū est quod sequitur: Et erunt vbera tua sicut botri vineæ.

Verè per crucem vbera sponsæ sicut botri vineæ existunt: quia in morte Christi duo præcepta charitatis sensus animæ susceperunt, quibus pasta anima debrietur, debriata posteriora obliuiscatur, & in anteriora extendatur. His vberibus

etiam proximos quosque nutrit: ac roboratos secum ad ea quæ concupiscit perducit. Vnde scriptum est: Qui audit, dicat veni. Sequitur:

Et odor oris tui sicut malorum.

Mala punica de quibus superius tam sæpe dictum est, hic re memorantur: quorum odori odor oris sponsæ bene satis assimilatur. Per mala autem punica martyres designari superius diximus. Per os autem sponsæ hic debere intelligi eius prædicationem putamus. Quæ dum virtutes martyrum prædicat: dum ad eorum similitudinem animos audientium instigat, dum in vnius prædicatione fidei multas virtutes esse manifestat: quid aliud quam malorum odore in ore portat: quia & roborem corticis in martyrio ostendit, quod prædicat: & in virtutibus multitudinem granorum sub eadem fide quasi sub eodem cortice demonstrat. De quo & subditur:

Guttur tuum quasi vinum optimum.

In gutture quippe vox est. Per guttur ergo ipsa prædicatione iterum designatur, quæ quasi vinum optimum esse dicitur: quia mentes hominum inebriat, vt præteritorum, sicut dictum est, obliuiscantur: & in anteriora currentes non lassentur, de quo sponsa verbum de ore sponsi suscipiens, adiungit: Dignum dilecto meo ad potandum: labiisque & dentibus illius ad ruminandum.

Tale est sponsæ vinum, vt dignum sit dilecto ad potandum: quia dum sancta Ecclesia fidem veram prædicat: dum auditores suos ad sancta opera excitat: dum solum Christum diligere, imitari, amplecti, bonum esse verbis & operibus demonstrat: quid aliud quam vinum suum dignum facit vt in ore sponsi dulce sapiat: quod bene Christus potare dicitur: quia à corpore suo, id est, à populis fidelibus amabiliter potatur. De quo notandum est quod omnes potant: sed labia sola & soli dentes ruminant: quia dum Ecclesia per sanctos suos prædicat: omnes quidem audiunt, sed non omnes quanta sit virtus sententiarum quæ dicuntur discernunt. Labia verò & dentes ruminant: quia dum perfectiores quique post auditum verba ad memoriam reuocant: dum audita quæque exercitatione assidue cogitant: quasi ad os reuocantes quod sumpserunt, quanta sit virtus cibi quem comederunt sentiant. Idcirco in lege scribitur, quia animal quod non ruminat, immundum habetur: quia quisquis bona quæ audit sine legit, non recogitat, vacans à sanctis cogitationibus: necessario immundas congregat. Sequitur sponsa & dicit:

Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

Ac si diceret: Quoniam fide ac dilectione soli Christo adhaereo: solum sequor: solum cum patre & spiritu sancto vnum deum videre concupisco, respectationis eius suauitatem, visitationis benignitatem, conuersationis dulcedinem, gaudenter exterior, expertens proclamo:

Veni dilecte mi: egrediamur in agrum: commoremur in villis: mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.

Dum sponsa sponsi dulcedinem experta se reficit: de proximo etiam cogitat, quem ipsius sponsi præcepto sicut se diligit: & quia sponsi præcepta, vel secreta intelligit, etiã vt alij intelligant, concupiscit dicens: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum. Ager quippe, teste veritate, est hic mundus. In agrum verò cum sponsa sponsus egreditur: quando verbū dei carne suscepta, in thalamo virginis immundo monstratur. In villis commoratur quado gentes per fidem visitat, quæ recipiētibus largitur. Mane ad vineas surgit: quia post resurrectionē suā in gloria patris sedēs, Ecclesias quas cōstruit, etiã defendit. Si floruit vinea cōspicit: quia omnē profectū Ecclesiæ districto examine perpendit. Videt si flores fructus parturiunt: quia perspicit ad quem profectum teneri quique & imperfecti excrescunt. Videt etiam si floruerunt mala punica: quia perfectos quosque respicit: & quid vtilitatis in proximis habeant: quasi in floribus fructum arborum cognoscit, de quibus bene sequitur:

Ibi dabo tibi vbera mea.

In malis punicis dat sponso sponsa vbera: quia in perfectis viuunt charitas gemina, ex qua dum infirma membra in Ecclesia nutriunt: quasi Christū lactant, quæ in minimis suis esse presentē cognoscunt.



Habenti dabitur ergo, qualiter exponitur.

Anima palmæ decenter comparatur.

Guttur appellatur ne prædicatione designetur.

L

M

Sponsa perfecti diligere non potest nisi etiam proximos diligat.

Universitas de Deu  
Mandra-  
gore uir-  
tutes per-  
fectorum  
represe-  
tant.

**A** cognoscunt. De quibus bene subditur:  
Mandragore dederunt odorem suum in portis nostris.  
Quid per mandragoras, herbam scilicet medicinalem & o-  
doriferam, nisi virtus perfectorum intelligitur? per quam  
perfecti quique dum imperfectorum infirmitatibus meden-  
tur in fide quam predicat, id est, in portis Ecclesie veri me-  
dici esse comprobatur. Qui dum exempla bonorum operum  
circuquaque per sanctam famam tribuit: quasi odorem quo  
agrorum laentur, aspergunt. Sequitur:  
Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.  
Hic per poma sensus scripturarum sanctarum intelliguntur:  
quae dum ex patribus sanctis ad nos usque perueniunt & cre-  
duntur, quasi ex arboribus poma exurgunt, quibus animae de-  
lectantur. Omnia ergo poma noua & vetera dilecto suo sp[iritu]sa  
seruat: quia sic nouum testamentum Ecclesia catholica reci-  
pit, vt vetus non abiiciat: sic vetus veneratur, vt nouum sem-  
per in ipsis sacrificiis carnalibus per spiritum intelligat: in  
nouo scilicet Christum venisse congaudens: in veteri autem  
semper venturum expectans, & dicens: Caput. VIII.

**Q** Vis mihi det te fratrem meum fugietem vbe-  
ra matris meae: vt inueniam te solum foris, &  
deosculer: & iam me nemo despiciat?

**B** In veteri lege Ecclesia posita Christum exoptabat, & expe-  
ctabat: & in secreto patris manentem, foras venire per carnem  
ad humanos oculos non mediocriter cupiebat. Vnde & Da-  
uid desiderans dicebat: Exurge, & ne repellas in finem. Et ali-  
bi: Inclina caelos tuos, & descende. Et Elias valde cupiens eum  
videre dicebat: Vtinam dirumperes caelos, & descenderes.  
Vult ergo sponsa foris sponsa inuenire & deosculari: quia  
concupiscit sub lege posita, vt per carnem appareat: vt ei per  
amorem seruiat, cui prius non accepta gratia, plus timore q[uam]  
amore seruiebat. Post cuius osculum iam a nemine despici-  
tur: quia postquam Christus venit, & fidelibus suis spiritum  
libertatis infudit, ab ipsis etiam angelis Ecclesia honoratur.  
Hinc est quod Iosue angelum adorauit, Joanni vero volenti  
se adorare dixit: Vide ne feceris, conseruus tuus sum: & vnus  
fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu. Sed quia ve-  
nientem Ecclesia susceperat, synagoga repulsi: quae iterum cum  
in fine mundi suscipiet & amabit: ideo subiequitur Eccle-  
sia, & dicit:

Angeli  
post incar-  
nationem  
Christi no-  
permiserunt  
se adorari.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meae: &  
in cubiculum genitricis meae. Ibi me docebis, & dabo ti-  
bi poculum ex vino conditum, & mustum malorum gra-  
natorum meorum.

Apprehensum in domum matris suae ducit: quia synagoga  
in fine mundi Christum in quem credit, predicabit: dumque  
per praedicationem Ecclesiae susceptus fuerit, ibi Ecclesiam  
docebit, quia se doceri gaudebit: quando synagoga iam idem  
corpus factam erudiri secum videbit. Poculum ex vino con-  
ditum Ecclesia dabit: quia ipsi synagoga nouum testamentum  
cum veteri praedicabit: & quasi vino poculum condiet: quia  
dulcedinem Euangelij testimonij legis, quae aspera est, vt ro-  
bustius teneatur, cinget. Mustum vero malorum granatorum  
suorum tribuet, quia fortium virorum qui vnitatem Eccle-  
siae etiam in martyrio tenuerunt, exempla apponet: vt ad eo-  
rum similitudinem synagoga inardescat: & antichristi per-  
secutionibus, martyrum praecedentium exemplis roborata  
non succubat. Cum enim fortium pugnantium victoriam au-  
dierit, ad eorum imitationem pugnam subire non dubitabit.  
Quod aperte manifestat cum subiungit:

\*al. debria-  
ta.

Laua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabi-  
tur me.

Vita praesens per Lauam Christi vita praesens, dextera vero vita beata habetur.  
Caput autem nostrum spiritualiter mens esse perhibetur. Di-  
cit ergo synagoga praedicationibus Ecclesiae iam conuersa,  
exemplis roborata, imitatione subleuata: Laua eius sub ca-  
pite meo: & dextera illius amplexabitur me. ac si diceret:  
Quoniam nunc tandem Christi fidem teneo: eius ineffabilem  
gratiam experior concupiscibilem: & quam desiderare ne-  
sciebam dulcedinem sentio: iam terrena omnia postpono: te-  
tam ipsam vitam carnis pro eius amore contempno: & ad eius

beatitudinem videndam totis desideriis anhelo. Hoc quippe  
pe quod rem aliquam amplectitur, ipsam quam amplectitur  
rem ex omni parte intra se habere non ignoratur. Laua ergo  
sub capite est, & dextera amplexatur: quando sancta anima  
menti ea quae videt supponit: & ea quae non videt, omni cona-  
tu & vniuersis suis cogitationibus appetit. Sunt quippe mo-  
do nonnulli qui tanto desiderio caelestia sectantur, vt omnia  
visibilia pro nihilo reputent: mentem suam caelestibus stu-  
diis sine intermissione occupent: vt nihil aliud agere libeat,  
quicquid extra spiritalem actionem est, animus fastidiat: haec  
solum diligit: caetera contemnat, nisi forte ea sibi necessaria  
esse cognoscat. Isti vero sub capite leuam habent: qui mente  
erecta ad beatitudinem Christi currentes, vitam praesentem  
sub se vident. Et dextera Christi eos amplexatur: quia ex o-  
mni parte eos dilectio caelestis intra se retinens tuetur. Hu-  
iusmodi quippe viri sancto otio delectantur: in quo vitae bea-  
tae delectatione concupiscibiliter per contemplationem per-  
frumuntur. In qua contemplatione oculum cordis mundant, vt  
deum adhuc etiam in hac carne positi, quantum humana in-  
firmitati datum est, videant: cuius visione se illuminent, sua-  
uitate reficiant. Isti illam beatitudinem iam aliquatulum ex-  
periuntur, de qua in Euangelio veritatis voce dicitur: Beati  
mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quod enim fu-  
turum est, iam in eis incipit compleri, quia etsi in hoc mundo  
adhuc in carne viuunt, iam tamen per hoc quod maius est in  
eis, extra carnem sunt. In his impletur quod per Psalmistam  
diuina voce praecipitur. Vacate & videte, quoniam ego sum  
deus. Hi enim quo sine mundi strepitu viuunt, eo mentem in  
dei visionem per desiderium & contemplationem figunt. Et  
quoniam tales multi ex synagoga in fine mundi, vt credimus,  
per conuersationem erunt, bene ad huiusmodi dictum intel-  
ligitur: Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexa-  
bitur me. De quibus & pro quibus sponsus loquitur conse-  
quenter.

Adiuuro vos filiae Hierusalem, ne suscitatis neque euigi-  
lare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Sed quia iam illud superius exposuimus, iterum exponere re-  
culamus. Sed de eadem synagoga iam facta Ecclesia, filiae Hie-  
rusalem admirantes interrogant & dicunt:

Quae est ista quae ascendit de deserto, delitiis affluens,  
innixa super dilectum suum?

Sancta Ecclesia vel quelibet sancta anima de deserto ascendit,  
quia in exilio huius peregrinationis posita, ad caelestia gau-  
dia mente & cogitationibus tendit. Vnde & Paulus dicebat:  
Nostra conuersatio in caelis est. Delitiis affluit, quia sanctae  
scripturae meditationibus intendens, caelesti pabulo assidue me-  
tem pascit. Super dilectum innititur, quia in solius Christi  
auxilio confidens, eo largiente ab exilio ad patriam trans-  
fertur. Ipsa quippe veritas omnibus fidelibus ait: Sine me ni-  
hil potestis facere. Vnde vero acceperit vt ab infimis ad su-  
periora, a deserto ad regnum ascendere possit, manifestat di-  
lectus cum subdit:

Ecclesia  
uel sancta  
anima de  
deserto an-  
scendere  
dicitur.

Sub arbore malo suscitauit te.

Quid per arborem malum, nisi sancta crux designatur? quae  
malum illud sustinuit, de quo eadem sponsa in superioribus  
dicit: Sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus meus in-  
ter filios. Sed sponsam suam Christus sub arbore malo susci-  
tauit, quia in cruce positus, subditam sibi Ecclesiam ad vitam  
vocauit, vt a somno mortis resurgeret, & cum illo se crucifi-  
geas, ad nouam resurrectionem properaret. Vnde & Apo-  
stolus cuius animae mortuae dicit: Surge qui dormis, & exur-  
ge a mortuis, & illuminabit te Christus. Et quibusdam qui iam  
irrexerant, alibi dicit: Si conserrexistis cum Christo, quae  
sursum sunt querite. Sed quia infidelitas synagoga Christi  
crucifixit, ideo sequitur:

Crux per  
arborem  
malum de-  
signatur.

Ibi corrupta est mater tua.

Sub arbore malo mater Ecclesiae corrupta esse dicitur, quia  
quando saluatoris suum in ligno fixit, nefando scelere se cor-  
rupit. Cuius sceleris magnitudinem inculcat, cum idem re-  
plicat dicens:

Ibi violata est genitrix tua.

Sed quoniam ad hoc cecitas in Israel facta est, vt plenitudo  
gentium intraret, ideo intranti Ecclesiae dicitur:

Pone



EXPOSITIO D. GREG. IN CANTICA CANTICORVM.

**G** Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum:

In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes. Super cor ergo & super brachium sponsa dilectus, vt signaculum, ponitur: quia in sancta anima quantum ab ea diligatur, & voluntate & actione designatur. Signum quippe sancta mens interiorius & exteriorius Christum portat, quia dum in eius meditationibus assidue laborat, in exteriori actione eum imitari non cessat, quo eius dilecta esse dubitari non debeat. De quo signo ipse sponsus discipulis suis aiebat: In hoc cognoscent omnes quia vere mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. De qua dilectione mox subditur:

*Dilectio est signum quo cognoscuntur veri catholici.*

Quia fortis est vt mors dilectio.

Bene procul dubio fortis vt mors dilectio esse perhibetur, quia dum per dilectionem a vitiis mortificamur, quod mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis. Sunt enim nonnulli qui sic diligunt deum, vt omnia visibilia negligant, & dum in aeterna mente tendunt, ad omnia temporalia penes insensibiles fiunt. In his nimirum vt mors dilectio fortis existit, quia sicut mors exteriores corporis sensus ab omni proprio & naturali appetitu interficit, sic dilectio in talibus viris omnia terrena desideria contemnere mentem alias intentam compellit. Huiusmodi mortuis & viuus dicebat Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Hi procul dubio vitam suam cum Christo abscondunt, quia dum omnia quae videmus postponunt, in his quae non videmus, in beatitudine scilicet Christi veraciter & secretè viuunt. Quia enim falsam vitam despiciunt, quae visibiliter apparet, in vera vita se abscondunt, quae non nisi inuisibilibus oculis se manifestat. Potest tamen intelligi vt hoc de seipso Christus dicat inquit: Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum supra brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio. Ac si diceret: Dignum est vt in mente & actione signum dilectionis meae meipsum tecum feras, quia in fortitudine dilectionis tuae mortem subij, vt tu quae mortua in infidelitate eras, mecum resurgens, in fidei nouitate spiritaliter viuas. Sed quia in cruce suspensus nequamquam fuisset, nisi ad magnam inuidiam cor synagogae exarsisset, ideo subditur:

**H** Dura vt infernus aemulatio. Aemulatio quippe & in bonum & in malum accipitur. In bonum enim accipitur, sicut per Apostolum dicitur: Aemulami charismata meliora. In malum autem assumitur, vbi per Samuelem Sailli dicitur: Auferetur a te regnum, & dabitur aemulo tuo. Aemulus quippe eius Dauid dicitur, cui Saül inuidere non ignoratur. Dura est ergo vt infernus aemulatio, quia dum synagoga Christum ad inferos posse transmittere se putauit, ei vsque ad mortem corde immisericordi inuidit. Vt infernus aemulatio dura extitit, quia sicut inferus sine misericordia quos tenet cruciat, sic Iudaica plebs Christum apprehendens sine respectu pietatis ad mortem trahebat. De qua bene subditur:

*Aemulatio in bonum et in malum accipitur.*

Dura vt infernus aemulatio.

Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Sicut enim ignis quae incendit, consumit, sic Iudeos ab omni fidei virtute inuidia sua destruxit: de quibus bene alibi dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si diceretur: Antequam ad aeternum ignem veniant, in praesenti consumuntur, quia in se ipsi ignem inuidiae portat, qui sine portantis combustione non portatur. Hic ignis inuidiae flammam protulit, quando per exempla in quibus accensus est, etiam in gentilibus vsque ad Christianorum martyria per mundum vniuersum excreuit. Sed quia hinc ignis inuidiae, hinc ignis charitatis se extulit, ideo subditur:

Aquae multae non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

Charitate quippe martyres sancti viuaciter ardebant, quia in dei & proximi dilectione mirabiliter flagrabant. Hac charitatem aquae multae extinguere non poterant, quia quantaeunque tribulationes eis fierent, ad odium eos transmutare non valebant. Hoc nimirum esset charitatem extinguere, si in tribulationibus quas ingerebant, ad dei aut proximi odium eos humiliare potuissent. Sed cum aquae dictae sint, quid rursum per flumina, nisi aquarum ipsarum incrementa & viuacitas intelligitur? Flumina quippe vltimas aquas solere dici cognoscimus. Flumina ergo maximas tribulationes accipimus, quae dum per totum orbem super martyres ebullierunt, ad extinguendum charitatis ignem grandi impetu confluxerunt. Sed quia inter flumina adeo charitatis vigor vixit, vt potius flumina consumeret, quam se ab illis extinguere permitteret, ideo multi etiam persecutorum ad eandem charitatem se conuertebant, ita vt dimitterent quicquid in mundo possidebant, & seipsum morti darent, quam prius patientibus crudeliter inferrebant. Vnde & subditur:

Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Cum terrenae substantiae cupiditate deus non diligitur, quia terrenus amor oculum cordis sordidat, ne diuina claritas videatur. Contra quod in Evangelio dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et Ioannes Apostolus ait: Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nec mirum, quomodo enim eum diligere potest quem nescit? Ant quomodo eum scit, ad quem sciendum oculum cordis claudit? Sed homo omnem substantiam domus suae pro dilectione tribuit, quando quicquid in mundo possidet, pro Christo distribuit, vt abiciens quod impedit, deum diligit, & terro puluere sollicitudinum, oculos aperiat, vt deum videat. Et cum omnem substantiam dederit, quasi nihil eam despiciet, quia postquam oculum terfit, & deum conspexit, in illius visione quicquid possederat, nihilipendit. Hoc Apostoli fecerunt, qui non solum possessa, sed etiam cupita, vt Christum sequerentur, dimiserunt. Quibus ipse Christus, pro quo omnia dimiserant, dicebat: Cum feceritis omnia quae praeccepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Sed quoniam abiecta terrena substantia non statim ad perfectionem ascenditur, quia rebus exterioribus abnegatis, restat etiam labor vt idem ipse homo a semetipso abnegetur, quatenus gradatim proficiat, & quandoque perfectus non solum se, sed & alios secum ad vitam trahat, ideo de noua & tenera adhuc Ecclesia vel vnaquaque anima consequenter dicitur:

Soror nostra paruula est, & vbera non habet.

Sororem Christus Ecclesiam vocat, quia de ipsis Apostolis dicebat: Ite, dicite fratribus meis. Soror autem paruula, vbera non habebat, quando in solis Apostolis Ecclesia erat, in quibus seipsum vel alios nutrire lacte praedicationis non poterat. Quid enim Petrus aliis praedicaret, cum seipsum discipulum Christi in vnus ancillae voce detestando & iurando negaret? Prima ergo Ecclesia vbera non habebat, quia post resurrectionem in vna domo inclusa, inter persecutores suos non dico praedicare, sed & videri timebat. Consequenter ergo dicitur:

Quid faciemus sorori nostrae in die quando alloquenda est?

Allocutus est Christus sororem suam, quando spiritum sanctum super Apostolos misit, & eis in interioribus loquens, illos omnes mundi loquelas multiplici distributione docuit. Sed a quibus hoc quaerere intelligendus est qui omnia nouit, nisi a sanctis patribus antiquis quos ad quaerendum spiritu sancto instigauit? Quibus eodem spiritu quo in questionem eos induxit, respondet protinus conuenienter, & ait:

Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea.

Dato spiritu sancto, murus sancta Ecclesia efficitur, quia quae prius timida erat, instruente eandem spiritu omnipotente, ad resistendum aduersariis impenetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus sub ancilla timidus, mox contra principes rigidus, quibus dicebat: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Et iterum: Si iustum est vos potius audire quam deum, iudicate. Nos enim non possumus quae vidimus & audiuimus, non loqui. Et de ceteris discipulis scriptum est: Ibant discipuli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta est Ecclesia, quae modo tenerrima, nec pedem cuiuslibet gradientis sine sui lesione gerit, modo vero accepto mirabili artifice spiritu sancto, vniuersi exercitus assultus illaesa contemnit. Super quam propugnacula aedificantur, quia vt non tantummodo

*Tribulationes per flumina signantur.*

*L*

*Ecclesia soror Christi vocatur.*

*\* al. paru.*

*M*

*Ecclesia sancta murus dicitur per testi.*

tantummodo

**A** tantummodo se defendat, sed ut & impugnantes resistendo proferat, miracula ei facere conceditur, quæ cum hostes viderint, ab eius aggressionem iacula timentes terreantur. Quæ propugnacula bene argentea esse perhibentur, quia ipsa miracula cum verbi prædicatione donantur. Et quia argentum valde honorum est metallum, argentea propugnacula existunt, quæ per miracula factum est ut eorum verba per vniuersum mundum conualescerent, & fidei prædicationem inflexibiliter circumquaque diffunderent, quod manifestat Psalmista dicens: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sequitur:

Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

Ostium etiam bene esse Ecclesiam dicimus, quæ ab ipso Christo potestatem aperiendi & claudendi accepisse scimus. Ostium procul dubio in suis prædicatoribus existit, quia per eos aditus ad vitam se nobis aperit. Vnde & ipsi primo pastori Ecclesiæ dicitur: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Vel ostium in ipso capite suo existit, quia ipse de se veraciter dicit: Ego sum ostium. Ostium verò tabulis cedrinis compingitur, quia sancta Ecclesia fidem prædicans, multitudinibus populorum decoratur, & dum populi variis virtutibus atperguntur, ut videlicet aliis de rebus quas possidet, indigentibus necessaria tribuat, alius omnia abiiciens, etiam à legitimo cōubio se abtineat, alius verò tantum proficiat, ut aliorum etiam prædicator fiat, tanquam pictura multis coloribus, sic Ecclesia multis distinctionibus honestatur, quæ sancto spiritu conualescens hilariter responderet, dicens:

Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vbera sua sicut turrim habuit, ex quo pacem coram sponso reperit, quia postquam sub ipso spiritum pacis accepit, prædicatores contemplatione altos, & robore inflexibiles nutrit. Sed quid est quod non ait pacem, sed quasi pacem reperiens, nisi quia dum in hoc mundo sumus, à peccatis omnimodis non desistimus, & quandiu cum peccato viuimus, pacem perfectam cum illo qui sine peccato in carne vixit, non habemus? Sed quoniam tantillam pacem quæ habemus, per ipsum mediatorem dei & hominum tenemus, ideo subditur:

Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos, tradidit eam custodibus.

Ipse verò pacificus noster esse dicitur, quia per ipsum deo omne genus humanum reconciliatum est. Huic pacifico vinea fuit, quia in labore præceptorum carnalium synagogam plautauit, de qua dicitur: Vinea domini iabaoth domus Israel est. Quæ vinea in ea quæ habet populos existit, quia in lege posita est, quæ multos populos ad se collegit. De quibus populis dicitur: Populi meditati sunt inania. Hanc vineam custodibus tradidit, quia synagogam Moysi & cæteris patribus custodiendam subiecit. De qua bene subditur:

Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Hæc vinea fructum protulit, quia ex synagoga botrus ille ma-  
gnus, qui de terra promissionis allatus est, Christus videlicet Iesus, per humanitatem processit. De quo fructu pater ad David ait: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde & Apostolus scribit: Quorum patres sunt, & ex quibus Christus. Per argenteos verò in hoc loco omnem terrenam substantiam intelligimus de qua Petrus eleemosynam petenti claudo dicebat: Argentum & aurum non est mihi. Pro fructu ergo vineæ vir mille argenteos affert, quia quisquis veraciter in fide quam suscepit se habet, libenter mente & perfecte omnia terrena dimittit, ut Christum veraciter habeat. Millenarius enim perfectus est numerus, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argenteos in primitiua Ecclesia illi ferebant, de quibus in actibus Apostolorum scriptum est: Quotquot autem possessores agrorum aut domorum erant, vendebant, & afferentes ponebant ad pedes Apostolorum precia eorum quæ vendebant. Isti congregati aliam vineam videlicet sanctam Ecclesiam ex seipsis construxerunt, & ut boni agricolæ, sanguine suo propagauerunt, & prædicationibus usque ad fines terræ dilatauerunt, ut iam mundum penè vniuersum impleat, & fructum gratum locata agricolis suis temporibus reddat. Vnde in Euangelio dicitur: Malos

malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. De qua vinea iam bonis locata ipse pacificus dicit:

Vinea mea coram me est.

Coram ipso vinea sua existit, quia perditis malis agricolis, sanctam Ecclesiam per bonos doctores respectu benigno erudit. Cui dicit:

Mille tui pacifici, & ducetis iis qui custodiunt fructus eius.

Qui sunt isti pacifici, qui mille dicuntur esse & ducetis, nisi illi superiores argentei, quos dum perfecte dimittimus, pacem per eorum distributionem cum sanctis nobis ipsi acquirimus? Vnde & in Euangelio dominus præcipit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Sed quid per ducentos intelligimus, nisi duplicem retributionem quam acquirimus, dum in hoc mundo perfecte pro Christo omnia terrena contemnimus? Mille ergo & ducenti Ecclesiæ argentei existunt, quia dum fideles quique omnia quæ possident, ex toto relinquunt, & pacem sibi cum sanctis faciunt, & præsentis vitæ remunerationem cum cælesti percipiunt. Et hoc est quod dominus in Euangelio ait: Amen amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc domos & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus: & in seculo futuro vitam æternam. Sed quibus ista remuneratio sic duplicatur, nisi his qui custodiunt fructus eius? Qui sunt autem qui fructus vineæ custodiunt, nisi illi qui in sancto opere quod inceperunt, perseverantes existunt? Opus enim quod sancto desiderio incipitur, si constantia mentis usque ad finem non tenetur, sine fructu habetur: quia immaturè ab hoc vnde processerat vacatur. Ideoque dominus in Euangelio ait: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Sequitur sponsus, & dicit:

Quæ habitas in hortis, amici auscultant te: fac me audire vocem tuam.

Sponsa in hortis habitat, quia sancta Ecclesia vel quælibet sancta anima in fructificatione virtutum mentem versat. Cuius vocem sponsus audire desiderat, quia in hoc summo opere Christo placet, ut perfectus quilibet vir infirmos quosque verbo sanctæ prædicationis admonet. Amici enim auscultant, quia fideles in Ecclesia ut amicus sponsi loquatur, pio desiderio expectant. Et notandum quod amicus est qui auscultat, quia qui deum mente integra diligit, prædicantem quem diligit, libenter audit. Vnde in Euangelio dicitur: Qui est ex deo, verba dei audit. Sed quia dum Ecclesia veritatem prædicat, multi non intelligunt: multi quod percipiunt, prauo intellectu subvertunt: ideo admonenti ut prædicet, respondet sponsa, & dicit:

Fuge dilecte mi, & assimila re caprea hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

Dilectus fugit, quia à reprobis cordibus se, ne intelligatur, abscondit. Dum enim reproborum mentes ad audienda vel legenda verba dei, perversa intentione accedunt, digno iudicio veritatem non inveniunt, quam indigno appetitu requirunt. Vnde & ipsa dei sapientia dicit: Querent me mali, & non inuenient. Sed fugiens reprobos dilectus montes aromatum petit, quia peruersos dimittens, sanctas animas visitare non desinit, quæ & per contemplationem excelsæ fiunt, & per confessiones virtutum odorifera vnguenta secum ferunt. Super hos montes dilectus caprea & hinnulo ceruorum assimilatur, quia in cordibus sanctorum virorum manifestatur quam pia charitate humanitatem pro nobis assumpsit. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit, quasi ex ceruis hinnulus, sicut dictum est superius, venit. Qui dum esset diues, pauperem se, ut nos ditarem fecit: & dum esset super omnia excelsus, humilitatem nostram ineffabili dignatione suscepit. Cui immensas gratias quoadusque viuimus reddamus: cui pro nobis in mortem tradito & resurgenti in immortalitate, nos ipsos & spiritum & corpus debemus: Qui uiuit & regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti deus, per infinita secula seculorum, Amen.

Expositionis beati Gregorij papæ, super Cantica canticorum, finis.

**F** Prædicator amat libenter audiri.

Christus peruersos dimittit & sanctos uisitat.

**P R A E F A T I O**

Virtutes diuerse diuersis congruunt populis.

**B** Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Hæc vinea fructum protulit, quia ex synagoga botrus ille magnus, qui de terra promissionis allatus est, Christus videlicet Iesus, per humanitatem processit. De quo fructu pater ad David ait: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde & Apostolus scribit: Quorum patres sunt, & ex quibus Christus. Per argenteos verò in hoc loco omnem terrenam substantiam intelligimus de qua Petrus eleemosynam petenti claudo dicebat: Argentum & aurum non est mihi. Pro fructu ergo vineæ vir mille argenteos affert, quia quisquis veraciter in fide quam suscepit se habet, libenter mente & perfecte omnia terrena dimittit, ut Christum veraciter habeat. Millenarius enim perfectus est numerus, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argenteos in primitiua Ecclesia illi ferebant, de quibus in actibus Apostolorum scriptum est: Quotquot autem possessores agrorum aut domorum erant, vendebant, & afferentes ponebant ad pedes Apostolorum precia eorum quæ vendebant. Isti congregati aliam vineam videlicet sanctam Ecclesiam ex seipsis construxerunt, & ut boni agricolæ, sanguine suo propagauerunt, & prædicationibus usque ad fines terræ dilatauerunt, ut iam mundum penè vniuersum impleat, & fructum gratum locata agricolis suis temporibus reddat. Vnde in Euangelio dicitur: Malos

Bona tem-  
poralia  
propter  
deum relin-  
quentes in-  
estimabile  
E recipiet  
retributionem.

Prædicator amat libenter audiri.

Christus peruersos dimittit & sanctos uisitat.

Christus botro com paratus ex synagoga processit.

**C** Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Hæc vinea fructum protulit, quia ex synagoga botrus ille magnus, qui de terra promissionis allatus est, Christus videlicet Iesus, per humanitatem processit. De quo fructu pater ad David ait: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde & Apostolus scribit: Quorum patres sunt, & ex quibus Christus. Per argenteos verò in hoc loco omnem terrenam substantiam intelligimus de qua Petrus eleemosynam petenti claudo dicebat: Argentum & aurum non est mihi. Pro fructu ergo vineæ vir mille argenteos affert, quia quisquis veraciter in fide quam suscepit se habet, libenter mente & perfecte omnia terrena dimittit, ut Christum veraciter habeat. Millenarius enim perfectus est numerus, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argenteos in primitiua Ecclesia illi ferebant, de quibus in actibus Apostolorum scriptum est: Quotquot autem possessores agrorum aut domorum erant, vendebant, & afferentes ponebant ad pedes Apostolorum precia eorum quæ vendebant. Isti congregati aliam vineam videlicet sanctam Ecclesiam ex seipsis construxerunt, & ut boni agricolæ, sanguine suo propagauerunt, & prædicationibus usque ad fines terræ dilatauerunt, ut iam mundum penè vniuersum impleat, & fructum gratum locata agricolis suis temporibus reddat. Vnde in Euangelio dicitur: Malos

Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos, tradidit eam custodibus.

Ipse verò pacificus noster esse dicitur, quia per ipsum deo omne genus humanum reconciliatum est. Huic pacifico vinea fuit, quia in labore præceptorum carnalium synagogam plautauit, de qua dicitur: Vinea domini iabaoth domus Israel est. Quæ vinea in ea quæ habet populos existit, quia in lege posita est, quæ multos populos ad se collegit. De quibus populis dicitur: Populi meditati sunt inania. Hanc vineam custodibus tradidit, quia synagogam Moysi & cæteris patribus custodiendam subiecit. De qua bene subditur:



**PRAEFA-**

**TIO D. GREGORII PPAE**  
in Homiliis super Ezechielem  
prophetam.

**D**ilectissimo fratri Mariano Episcopo Grego-  
rius seruis seruorum dei. Homiliae quae in bea-  
to Ezechiele propheta, ut coram populo loque-  
bar, exceptae sunt, multis curis irruentibus in abolitione  
reliqueram. Sed post annos octo petentibus fratribus no-  
tationum schedulas requirere studui, easque fauente do-  
mino transcurrrens, in quantum ab angustiis tribulatio-  
num licuit, emendavi. Tua itaque dilectio has sibi ad le-  
gendum mitti poposcerat: sed valde incongruum cre-  
didi, ut aquam despiciabilem hauriret, quam constat de  
beatorum patrum Ambrosij atque Augustini torrenti-  
bus profunda ac perspicua flueta assidue bibere. Sed rur-  
sum dum cogito quod saepe inter quotidianas delicias  
etiam viliores tibi suauiter sapiunt, transmissi minima  
legenti potiora, ut dum cibus grossior velut pro fastidio  
sumitur, ad subtiliores epulas audius redeatur.

**H** Homilia. I.



El omnipotentis aspiratione de E-  
zechiele propheta locutus, pri-  
us deo tempora & modos ape-  
rire prophetiae, ut dum accessus eius  
ostenditur, virtus melius cogno-  
scatur. Prophetiae tempora tria  
sunt: scilicet praeteritum, praesens,  
& futurum. Sed sciendum est quod  
in duobus temporibus prophetia  
etymologia perdit. Quia cum ideo

Prophetia  
unde dicitur.

Esa. 7.  
Gene. 1.

1. Cor. 14.

prophetia dicta sit, quod futura praedicat, quando de praeter-  
ito vel praesenti loquitur, rationem sui nominis amittit: quo-  
niam non prodit quod venturum est, sed vel ea memorat quae  
transacta sunt, vel ea quae sunt. Quae tamen tria prophetiae  
tempora verius loquimur, si ex sacrae scripturae testimoniis  
ostendamus. Prophetia de futuro est: Ecce virgo concipiet, &  
pariet filium. Prophetia de praeterito: In principio creauit  
deus caelum & terram. De illo enim tempore dixit homo, quo  
non erat homo. Prophetia de praesenti est, quando Paulus  
Apostolus dicit: Si autem omnes prophetent, intret autem quis  
inidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab  
omnibus: occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita ca-  
dens in faciem adorabit dominum, pronuncians quod verum  
deus in vobis sit. Cum igitur dicitur: Occulta cordis eius ma-  
nifesta fiunt: profecto monstratur quia per hunc modum pro-  
phetiae spiritus non praedicit quod futurum est, sed ostendit  
quod est: Quo autem pacto prophetiae dicatur spiritus, qui  
nihil futurum indicat, sed praesens narrat? Quia in re animad-  
uertendum est quod recte prophetia dicitur, non quia praedi-  
cit ventura, sed quia prodit occulta. Rem quippe qualibet  
sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora, ita ab  
oculis nostris in praesenti subtrahit causa. Ventura etenim  
res occultatur in futuro tempore, praesens autem cogitatio  
absconditur in latenti corde. Est etiam prophetia praesens, cum  
res qualibet non per animum, sed per absentem locum regi-  
tur, quae tamen per spiritum denudatur. Et ibi fit praesens pro-  
phetantis animus, ubi per praesentiam non est corpus. Nam  
Giezi longe a propheta recesserat, cum Naamae Syri munerum  
percipiebat, cui tamen idem propheta dicit: Nonne cor meum  
in praesenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in  
occursum tibi? Sciendum quoque est quia prophetiae tempo-  
ra inuicem sibi concinunt, ad probationem, ut aliquando ex  
futuris praeterita, aliquando vero ex praeteritis probentur fu-  
tura. Dixerat enim Moyses: In principio creauit deus caelum  
& terram. Sed quis crederet quia verum de praeterito dice-  
ret, si de futuro etiam aliquid non dixisset? In ipsius etenim li-  
bri sine, in cuius exordio illa de praeterito dixerat, aliquid pro-  
phetiae per Iacob vocem de venturis permisit, dicens: Non

4. Reg. 5.

Gene. 1.

Gene. 49.

auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius, do-  
nec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.  
Qui etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat, ei quem  
ducebat populo prophetauit, dicens: Prophetam suscitabit vo-  
bis dominus deus vester de fratribus vestris, tanquam me, ip-  
sum audieris. Erit autem, quicumque non audierit prophetam  
illum, exterminabitur de populo suo. Cur ergo praeteritis ve-  
tura permisit, nisi ut dum implentur ea quae de futuro praedi-  
ceteret, ostenderet etiam quia de praeterito vera dixisset? Quia  
itaque docuimus qualiter ex futuro prophetiae probentur  
praeterita, restat nunc ut adhuc de sacris eloquiis ostendamus  
quomodo in ipso prophetiae spiritu ex praeteritis probentur fu-  
tura. Certum est rex Babylonicus cum somnium vidisset, misit ad  
magos & hariolos, omnesque sapientes Babyloniae conuoca-  
uit, nec ab eis solummodo interpretationem somnii, sed etiam  
somnia quaesivit, ut nimirum ex praeterito colligeret, si quid  
in eorum responsionibus de venturo certum teneret. Qui cum  
dicere nulla potuissent, Daniel deductus ad medium est, qui  
de interpretatione somnii & de narratione requisitus, non so-  
lum hoc respondit quod interrogatus est, sed ipsam somnii  
originem replicauit, dicens: Tu rex coepisti cogitare in stra-  
tu tuo quid esset futurum post haec. Et paulo post: Tu rex vi-  
debas, & ecce quasi statua una grandis, &c. Cuius videlicet  
somnia mox ut ordinem dixit, quicquid ex eodem venturum  
sequebatur, aperuit. Pensemus ergo ordinem prophetiae. A  
cogitationibus venit ad somnium, a somnio peruenit ad futu-  
ra. Qui ergo ipsam, ut ita dicam, radicem somnii protulit, pro-  
fecto ex praeteritis probauit quod vera essent quae de futuris  
diceret: Prophetia autem praesentis temporis, nec praeteritis  
attestatione indiget, nec futuri, quia cum res occulta per pro-  
phetiae verba detegitur, veritati illius res ipsa quae ostendi-  
tur attestatur. Igitur quia de temporibus prophetiae tracta-  
uimus, restat ut de modis eius ac qualitatibus aliqua dissera-  
mus. Spiritus quippe prophetiae nec semper, nec eodem mo-  
do prophetiae animum tangit. Aliquando enim spiritus prophetiae  
ex praesenti tangit animum prophetantis, & ex futuro nequa-  
quam tangit: aliquando ex futuro tangit, & ex praesenti non  
tangit. Aliquando vero ex praesenti & ex futuro tangit: ali-  
quando autem ex praeterito & ex praesenti atque ex futuro  
pariter tangitur animum prophetantis. Aliquando tangit ex  
praeterito prophetiae spiritus, nec tangit ex futuro: aliquando  
autem tangit ex futuro, nec tangit ex praeterito. Aliquando  
vero in praesenti ex parte tangit, & ex parte non tangit: ali-  
quando in futuro ex parte tangit, & ex parte non tangit. Sed  
haec ipsa si possumus eo ordine quo praemissa sunt sacrae scri-  
pturae testimoniis ostendamus. Ex praesenti enim prophetiae  
spiritus prophetantis animum tangit, atque ex futuro non tan-  
git, sicut Iohannes baptista venientem dominum videns ait:  
Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed cum iam  
moriturus esset, missis discipulis requirebat dicens: Tu es qui  
venturus es, an alium expectamus? In quibus verbis ostendi-  
tur quia in terris quidem venisse redemptorem nouerat, sed  
an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descende-  
ret, dubitabat. Ex praesenti enim prophetiae spiritu tactus fue-  
rat, qui humanitatem mediatoris videns, & diuinitatem eius  
intelligens, confitebatur agnum qui peccata mundi tolleret.  
Sed tactus ex futuro non fuerat, quia aduentum illius in infer-  
no nesciebat. Aliquando vero prophetiae spiritus animum  
prophetantis ex futuro tangit, atque ex praesenti non tangit,  
sicut aperte libri Geneleos historiat testatur, cum Isaac Elau fi-  
lium suum ad venandum misit, cui minorem filium Rebecca  
ad benedicendum supposuit, qui hoc dinis pellibus indutus pa-  
terno palpatui corpus fraternum finxit. Cui ille minori filio  
tanquam maiori benedictionem dedit, quaeque ei essent lon-  
ge futura, nunciavit: sed quis esset qui coram se assisteret, sci-  
re non potuit. Prophetiae ergo spiritus ex futuro animum pro-  
phetantis tetigit, atque ex praesenti non tetigit, quando cali-  
gantibus oculis pater & ventura praedicebat, & praesentem  
filium nesciebat. Aliquando prophetantis animum ex praesen-  
ti pariter & ex futuro tangit, quod ex eodem libro Geneleos  
liquidum docemur. In illo quippe scriptum est, quia cum ad  
vitae iam terminum propinquaret Iacob, & duos filios suos  
Ioseph fecisset assistere ante eum, ut ex benedictione illius suos  
sent longum post futura promereri, cui maiorem ad dexteram,  
minorum

Deut. 18.

Deut. 18.


L

Ioh. 1.

M

Gene. 27.

Gene. 46.



**A** minore vero posuit ad sinistram. Cumque ille oculis senectute caligantibus, nepotes suos, quis prior, quisve esset minor, humano visu discernere nequaquam posset, ductis in obliquum brachiis, dexteram manu minori, sinistram maiori imposuit. Quod dum corrigere filius vellet, ait: Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus. Audiuit: Scio fili mi: scio. **B** Ille quidem erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit. Prophetiae ergo spiritus ex praesenti pariter & ex futuro prophetantis animum tetigit, dum Iacob & ventura nuntiabat, & eos quos corporeis oculis videre non poterat, ante se positos, per spiritum discernerebat. Sic Abiae prophetae animam prophetiae spiritus & ex praesenti, atque ex futuro tetigerat, cum caligantibus oculis eam quae se esse aliam simulabat, & vxore Hieroboam esse cognouit, & quicquid ei futurum esset, aperuit, dicens: Ingredere vxor Hieroboam, quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te, durus nuntius. Vade & dic Hieroboam, haec dicit dominus deus Israel: Quia operatus es male super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & costatiles, ut me ad iracundiam prouocares: me autem profecisti post corpus tuum, idcirco ego inducam mala super domum Hieroboam. Ex praesenti ergo atque ex futuro pariter prophetantis animus tactus fuerat, qui & ingredientem deprehendere potuit, & ei ventura nunciare. Aliquando autem ex praeterito, & ex praesenti, atque ex futuro pariter animus tangitur prophetantis, sicut Elizabeth venire ad se Mariam conspiciens, quia incarnatum verbum gestaret in utero, agnouit: eamque iam domino sui matrem vocauit, dicens: Vnde hoc mihi, ut veniat mater domini mei ad me? De cuius conceptione per angelum quoque ad Ioseph dicitur: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Quae videlicet Elizabeth dicit: Beata quae credidisti, quonia perficietur ea quae dicta sunt tibi a domino. Dicens enim, Beata quae credidisti: aperte indicat quia verba angeli quae dicta ad Mariam fuerant, per spiritum agnouit: atque subiungens: Perficietur ea quae sunt dicta tibi a domino: quae eam in futuro sequerentur, prauidit. Simul ergo de praeterito & praesenti atque ex futuro per prophetiae spiritum tacta est, quae & eam promissionibus angeli credidisse cognouit, & matrem nominas, quia redemptorem humani generis in utero portaret, intellexit. Et cum omnia perficienda praediceret, quid etiam de futuro sequeretur, apertit. Aliquando vero prophetiae spiritus ex praeterito tangit animum, nec tangit ex futuro, sicut in Paulo Apostolo aperte ostenditur, qui discipulis dicit: Notum vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Vnde aliis quoque discipulis dicit: Secundum reuelationem notum factum est mihi sacramentum. Qui tamen hoc ipsum Euangelium quod per reuelationem cognouerat, cum Hierosolymam predicaturus ascenderet, ait: Ecce ego alligatus spiritu vado in Hierusalem, quae in ea ventura sunt mihi ignorans. Hoc quippe Euangelij sacramentum est, quia vnigenitus patris incarnatus atque perfectus homo factus est, qui crucifixus, mortuus & sepultus, die tertia surrexit: die quoque quadagesima ascendit in caelum, atque in dextera patris sedet. Qui ergo per reuelationem Euangelium agnouit, prophetiae spiritu de praeterito tactus est: sed quia quid pro eodem Euangelio passurus esset, ignorabat, de futuro proculdubio tactus non est. Nam sic dicit: Nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi dicens: Quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manent. Aperte ostenditur, quia ea quae ipsi futura essent, aliis de ipso reuelata erant, non autem ipsi de se, sicut de illo per Agabum dicitur: Virum cuius haec zona est, ita alligari oportet in Hierusalem. Aliquando autem prophetiae spiritus tangit ex futuro, nec tangit ex praeterito, sicut in Helisaei facto scriptum est, quia cum vnus ex filiis prophetarum materiam succideret, huc ferrum securis in aquam cecidit: qui exclamauit: Heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum. Praecidit ergo lignum, & misit illuc, natuuique ferrum. In quo videlicet prophetae facto cognoscitur, quia qui requirit vbi ceciderat, quid esset facturus nouerat: sed tamen cum requirit, constat quia vbi ferrum cecidisset, ignorabat. Pro-

phetiae ergo spiritus Helisaei mentem ex futuro tetigerat, sed ex praeterito non tangebatur: qui & ferrum ex profundis dimersum quia reuocaturus esset ad superficiem, scire potuit: sed vbi ceciderat, omnino nesciuit. Aliquando vero prophetiae spiritus in praesenti ex parte tangit, & ex parte non tangit. Quod Petri Apostoli historia testatur: cum missi ad eum a Cornelio milites, ei sunt per spiritum nuntiati. Scriptum quippe est: Et dixit spiritus ei: Ecce viri tres quaerunt te. Ad quos ille descendit, & requirens dixit: Quae causa est propter quam venistis? In cuius verbis ostenditur quia eandem causam per spiritum non audierat, quam a militibus requirebat. In praesenti ergo mentem Petri spiritus ex parte tetigerat, & ex parte non tetigerat, qui & adesse milites dixit, & pro qua causa venerat, tacuit. Aliquando spiritus prophetiae in futuro ex parte tangit, & ex parte non tangit: sicut prophetarum filij de auferendo Helia ad Helisaeum dicunt: Nunquid nosti quia hodie dominus tollat dominum tuum a te? Quo tamen ablato, sese per diuersa dispergunt, cumque in rupibus & vallibus quaerunt. In futuro ergo eorum mentem prophetiae spiritus ex parte tetigerat, & ex parte non tangebatur, quando eum quem tollendum nouerant, non inueniendum quaerebant. Ex parte itaque tacti sunt, atque ex parte non tacti: qui & sciebant quod tolli posset, & nesciebant quod inueniri non posset. Idem quoque Helisaeus per prophetiae spiritum de futuro ex parte tactus est, & ex parte non tactus: cum regi Israel diceret: Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & stetit, iratus est contra eum vir dei, & ait: Si percussisses quinque aut sexies siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus percutes eam. Qui itaque nouerat quia toties percuteret Syriam, quoties percussisset terram: sed cum ei diceret: Percute terram: quotiens ea percussurus esset, ignorabat: quippe & indignatus est terra tertio fuisse percussam, perfectio constat quia de futuro ex parte tactus fuerat, & ex parte non tactus, qui Syriam percute praedixit, sed terram amplius percute voluit. Sic Samuel cum ad vngendum Dauid a domino mitteretur, respondit: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Qui & Dauid vixit, nec tamen a Saule occisus est. Ex parte ergo de futuro tactus prophetae animus fuerat, & ex parte non tactus, qui & vngendum Dauid in regno nouerat, & quia a Saule non esset occidendus ignorabat. Sciendum quoque est quod prophetae quidem e proximo tanguntur, atque e longinquo minime tanguntur. Alij vero e longinquo, & non tanguntur e proximo. Alij autem & e longinquo & e proximo prophetiae spiritu tanguntur. Nam quidam tanguntur e proximo, & non e longinquo, sicut Samuel perisse alinas nouerat, casque inuentas esse nunciabat. Saul regem futurum praedicit: Dauid quoque quia in eius regno succederet, nunciat: sed quia pater regis aeterni futurus sit, non praedicit. Quidam vero tanguntur e longinquo, & non tanguntur e proximo, sicut idem Dauid incarnandum dei vnigenitum nouerat, de Iudaea dicens: Homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Atque hunc ad caelos ascensurum, & ad patris dexteram sessurum intelligit dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et tamen multa quae e vicino acta sunt, minime prauidit. Vt enim pauca de multis loquar, seruum Miphiboseth Sibam contra suum dominum mentientem non intellexit, & Amasa promittens dicit: Haec faciat mihi deus, & haec addat, si non magister militiae fueris coram me omni tempore pro Ioab: videlicet quid sequeretur, ignorans: quia Amasa idem non solum principatum militiae pro Ioab non susceperat, sed etiam per Ioab post paululum vitam finiret. Et cum templum deo construere voluit, quid e vicino sequeretur, nesciens, prophetam alterum requisit. Quidam vero e longinquo tanguntur, & proximo: sicut Esaias longe post futura praenunciavit, dicens: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. De quo rursus ait: Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Qui etiam de Ezechia rege prophetiae spiritu tactus e vicino, quia de infirmitate sua surgeret, praedixit: & quot annis post infirmitatem viueret, nuntiavit. Aliquando enim prophetiae spiritus prophetis deest, nec semper

3. Reg. 14.

Luce. 1.  
Matt. 1.  
Luce. 1.

Gal. 1.

Eph. 3.

Acto. 20.

Ibidem.

Acto. 21.

4. Reg. 6.

Acto. 10.

4. Reg. 2.

4. Reg. 3.

1. Reg. 15.

1. Reg. 10.

1. Reg. 9.

1. Reg. 15.

F

Psal. 86.

Psal. 109.

2. Reg. 16.

2. Reg. 20.

2. Reg. 7.

Esa. 7.

Esa. 9.

Esa. 38.

**S** nec semper eorum mentibus præstò est, quatenus cum hunc non habent, & hunc agnoscant ex dono habere cum habent. Vnde Helisæus cum flentem Sunamitem mulierem à suis pedibus per Gyezi puerum auelli prohiberet, dixit: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Sic quoque cum eum Iosaphat de futuris requireret, & prophetiæ ei spiritus deesset, Psaltem fecit applicari, ut prophetiæ ad hunc spiritus per laudē psalmodiæ descenderet, atque eius animum de vèturis repleteret. Vox etenim psalmodiæ cum per intentionem cordis agitur: per hanc omnipotenti domino ad cor iter paratur, ut intentione menti, vel prophetiæ mysteria, vel compunctionis gratiam infundat. Vnde scriptum est: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter est quo ostendam illi salutare dei. Quod enim Latine salutare, hoc Hebraice Iesus dicitur: In sacrificio igitur laudis fit Iesu iter ostensionis, quia dum per psalmodiā compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Iesum in fine peruenitur: sicut ipse de sua ostensione loquitur dicens: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hinc quoque scriptum est: Cantate domino, psalmum dicite nomini eius, iter facite et qui ascendit super occasum, dominus nomen est ei. Ipse etenim super occasum ascendit, qui mortem resurgendo calcauit. Cui dum cantamus, iter facimus, ut ad nostrum cor veniat, & sui nos amoris gratia accendat. Quia autem prophetis prophetiæ spiritus non semper adest, etiam vir dei indicat, qui contra Samariam missus, mala quæ ei ventura erant, nunciauit: qui tamen prohibitus à domino in via comedere, propheta falsa persuasione deceptus est, quem fallax sermo non deciperet, si prophetiæ spiritum præsentem habuisset. Sciendum quoque quod aliquando prophetæ sancti dum consuluntur, ex magno vsu prophetandi quædam ex suo spiritu proferunt, & se hæc ex prophetiæ spiritu dicere suspicantur: sed quia sancti sunt, per sanctum spiritum citius correcti, ab eo quæ vera sunt audiunt, & semetipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt. Nathan etenim prophetam sanctum virum fuisse quis nesciat? Qui Dauid regem & de culpa aperte reprehendit, & quæ ei pro culpa eadem essent ventura, nunciauit: quem tamen dum idem Dauid quia templum deo vellet construere, requisisset: illico respondit: Omne quod est in corde tuo, vade & fac, quia dominus tecum est. De quo illic statim subditur: Factum est autem in nocte illa, & ecce sermo domini ad Nathan dicens: Vade & loquere ad seruum meum Dauid. Hæc dicit dominus deus: Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo ex die qua eduxi filios Israël de terra Aegypti vsque in diem hanc. Et paulo post: Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo. Ecce Nathan propheta qui prius regi dixerat: Vade & fac: postmodum prophetiæ spiritu edoctus, hoc fieri non posse denuncians, & regis consiliis & suis sermonibus contradixit: quia quod ex suo spiritu dixerat, falsum fuisse deprehendit. Quia in re inter prophetas veros ac falsos ista distantia est, quia prophetæ veri si quid aliquando per suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per spiritum sanctum eruditi citius corrigunt. Prophetæ autem falsi, & falsa denunciant, & alieni à sancto spiritu, in sua falsitate perdurant. Consideratis igitur prophetiæ temporibus & modis, intueri libet qualiter omnipotens deus ad profectum hominum iræ suæ moderamina dispensat. Israëliticus quippe populus conditori suo deliquerat, & idcirco regi Babylonio in captiuitate seruebat: cum quo tamen Ezechiel propheta in captiuitate mittitur, quem diuina gratia ita sibi placabilem fecerat, ut per eum ventura queque prædiceret, & afflicti populi mentem consolari dignaretur. Consideremus ergo, si possumus, quanta est dispensatio supernæ pietatis, quia sic iratus est populo suo dominus, ut tamen omni modo non irasceret. Nam si iratus non esset, in captiuitatem populū minime tradidisset: & si omni modo iratus esset, electos suos in captiuitate cum illo non mitteret. Sed agit hæc diuina misericordia, ut ex vna eadēque re ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea spiritualibus virtutis præstet incrementum. Cumque illos per tribulationem purgat, istos ex societate tribulantium

ad maiora promerenda excitat. Et sic iniustus irascitur, ut tamen eorum corda per iustorum consortium confoletur, ne si omnimodo deserat, nullus post culpas ad veniam redeat. Tenendo igitur repellit, & repellendo tenet, quando cum his quos diiudicat, simul in tribulatione mittit quos amat. Quis ista tantæ pietatis viscera pensare sufficiat? quod & culpas populi dominus sine vindicta non deserit, & tamen delinquentem populū à se funditus non repellit. Sic cum Moyses ad repromissionis terram exploratores duodecim misisset, ex quibus cum decem postmodum desperationem populo faceret, idem populus in ira murmurationis accensus, seductum se à domino esse conqueustus est, ut eius cadauera iacerent in deserto. Cui omnipotens deus iratus, dixit quod nullus eorum in terram repromissionis intraret. Quo terrore compuncti, præ se egisse cognouerunt, sese in lachrymis afflixerunt, & accincti armis, protinus ceperunt contra hostes ascendere, ut repromissionis terram post lachrymas intrare potuissent. Quibus per Moysen dominus dicit: Dic eis, nolite ascendere: neque pugnetis, non enim sum vobiscum, ne cadatis coram inimicis vestris. Quia in re præsumendum est, si cum ipsis non erat, cur eos ne caderent, ascendere prohibebat? Si autem cum ipsis erat, quid est quod ait: Non enim sum vobiscum? Sed mira dispensatione disciplinæ ac misericordiæ, & cum ipsis erat, & cum ipsis non erat. Cum ipsis non erat ut vincerent, sed tamen cum ipsis erat, ne ab hostibus perirent. O ineffabilia pietatis viscera. Culpas insequitur, & tamen peccantes protegit. Iratum se indicat, & tamen ab hostibus defendit. Sic plærunque paruulo filio delinquenti irascitur mater, reprehendit, increpat, verberat: sed si hunc in præceptis ire conspexerit, ubi in mortis periculum ruat, manum tēdit & retinet, & quæ sic irata verberauerat, ac si non diligeret, sic diligenter retinet, ac si irata non verberasset. Hæc in sola præfatione colloquentes, nauigij nostri quasi intra portum exercitium fecimus, ut ad indaganda prophetiæ mysteria velut in immensitate pelagi post vela pandamus. Quod tamen non in nostra virtute præsumimus, sed in eo qui linguas infantium fecit disertas. Quia spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Omnipotens enim deus, sermo patris omnipotentis est. Et qui de illo loqui concupiscimus, muti in illo nullo modo erimus. Dabit enim verba vtilia omnipotens verbum, quod pro nobis incarnatum viuit & regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia. II.

**F**actum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captiuorum, iuxta flumē Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationsis regis Ioachim, factum est verbum domini ad Ezechielem, filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar. Et facta est super eum ibi manus domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, & de medio eius, quasi species electri, id est, de medio ignis. Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.

**V**sus prophetiæ locutionis est, ut prius personam, tēpus locumque describat, & postmodum dicere mysteria prophetiæ incipiat, quatenus ad veritatem solidius ostendendam antè historiæ radicem figat, & post fractus spiritus per signa & allegorias proferat. Ezechiel itaque ætatis suæ tempus indicat, dicens: Et factum est in tricesimo anno, in quarto mense, in quinta mensis. Locum quoque denunciens adiungit: Cum essem in medio captiuorum iuxta flumen Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones dei. Tempus etiam insinuat, subdens: In quinta mensis: ipse est annus quintus transmigrationsis regis Ioachim. Qui ut bene personam indicet, etiam genus narrat cum subditur: Et factum est verbum domini ad Ezechielem, filiū Buzi, sacerdotem.


Num. 14

Num. 14

L

M

Ezech.



A sacerdotem. Sed prima quaestio nobis oritur, cur is qui nihil adhuc dixerat, ita exorsus est dicens: Et factum est in tricesimo anno. Et namque sermo coniunctionis est, & scimus quia non coniungitur sermo subsequens, nisi sermoni praecedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: Et factum est. Cui non sit sermo cui hoc quod incipit subiungat? Quia in re intuitu est, quia sicut nos corporalia, sic propheta sensu spiritali aspiciunt, eisq; & illa sunt praesentia, quae nostrae ignorantiae absentia videntur. Unde fit ut in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul vtraque videant, simulque in eis fiat & intus verbum quod audiunt, & foras quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nihil dixerat, inchoavit dicens: Et factum est in tricesimo anno. Quia hoc verbum quod foras protulit, illi verbo quod intus audierat, coniunxit. Continuavit ergo verba quae protulit, visioni intimae: & idcirco incipit dicens: Et factum est. Subiunxit enim hoc quod exterius loqui inchoat, ac si & illud foris sit, quod intus vidit. Hoc autem quod dicitur, quia tricesimo anno spiritum prophetiae acceperit, indicat aliquid nobis considerandum, videlicet quia iuxta rationis usum doctrinae sermo non suppetit, nisi in aetate perfecta. Unde & ipse dominus in anno duodecimo aetatis suae in medio doctorum in templo sedens, non docens, sed interrogans voluit inveniri. Ut enim non auderent homines in infirma aetate praedicare, ille anno duodecimo aetatis suae interrogare homines est dignatus in terra, qui per diuinitatem suam semper angelos docet in caelo. Quia enim ipse est dei sapientia, de ipso angeli videndo viuunt, hoc quod beatitudine aeterna satiatur. Quod Moyses quoque sub allegoriae mysterio admonet dicens: Non arabis in primogenito bouis. Primogenitum enim bouis accepimus in infirma aetate primi nostri temporis bonam operationem. In qua tamen arandum non est, quia cum prima sunt adolescentiae vel iuuentutis nostrae tempora, nobis adhuc a praedicatione cessandum est, ut vomer linguae nostrae proficere non audeat terram cordis alieni. Quoadusque etenim infirmi sumus, continere nos intra nosmetipsos debemus, ne dum tenera bona celsius ostendimus, amittamus: quia & arbuta plantata si prius in terra radicata non fuerint, manu tacta citius arefcunt: at si semel radicem fixerint, manus tangit, & tamen nihil officit: venti impellunt, nec tamen impellentes ledunt. Et constructi parietes si impellantur, eruantur, nisi a suo prius fuerint humore siccati. Mens itaque quousque ab humore prauitatis suae perfecte non fuerit exiccata, alienae linguae manu tangi non debet, ne priusquam plene percipiat, perdat soliditatem suam, ne impulsu ruat, ne velut arbutum sine radicibus dum pliusquam tolerare valet concutitur, arefcit. Ad exemplum ergo non sunt ostendenda, nisi quae firma sunt. Prius etenim conualefcere debet mens, atque ad vtilitatem proximorum postmodum demonstrari, cum iam nec per laudem eleuata corruiat, nec per vituperationem percussa contabescat. Nam etsi Timotheo dicitur: Praecepta haec & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat: sciendum est quod in sacro eloquio nonnunquam adolescentia iuuentus vocatur. Unde scriptum est: Laetare iuuenis in adolescentia tua. Profecto igitur ut ostendatur cuius autoritatis sit in praedicatione, aetatis solidae esse describitur, quatenus ei cum vita & spiritu omnia quae ad praedicandum congruunt, concordare videantur. Nec contra haec quempiam mouere debet quod Hieremias atque Daniel prophetiae spiritibus pueri ceperunt, quoniam miracula in exemplo operationis non sunt trahenda. Omnipotens enim deus & linguas infantium fecit disertas: & ex ore infantium atque lactentium perfecit laudem. Sed aliud est quod nos de doctrinae usu atque disciplina dicimus, aliud quod de miraculo scimus. Jam vero si quaeritur ut in ipsa quoque aetate illius expressione mysticum aliquid designetur, absurdum non est quod propheta dominum quem verbis denunciat, ipso quoque aetatis suae tempore ostendat. Anno tricesimo Ezechielis prophetae caeli aperti sunt, & vidit visiones domini iuxta fluum Chobar, quia & quasi tricesimo aetatis suae anno dominus ad fluum Iordanis venit, ibi itaque caeli aperti sunt, quia spiritus in columba descendit, vox quoque de caelo sonauit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sed & ipsa Hebraea verba multum nobis ad mysterium interpretandum valent. Nam Chobar interpretatur grauitudo vel grauitas, Ezechiel fortitudo dei: Buzi despectus vel contemptus, Chaldei captiuantes, vel quasi daemones. Venit ergo Ezechiel iuxta fluum Chobar, quia enim Chobar grauitudo vel grauitas dicitur, quid per Chobar fluum, nisi humanum genus congrue designatur: quod ab ortu defluit ad mortem, & graue sibi est ex peccatis quae & perpetrat & portat, quia sicut scriptum est: Iniquitas in talentum plumbi sedet. Omne enim peccatum graue est, quia non permittit animam ad sublimia leuari. Unde & per Psalmistam dicitur: Filii hominum, usquequo graui corde? Scriptum quippe de domino est, quia ipse est dei virtus, & dei sapientia. Venit ergo Ezechiel iuxta fluum Chobar, quia fortitudo dei per incarnationis suae mysterium propinquate dignata est peccatorum suorum pondera portanti generi humano, quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem, sicut de illo per Psalmistam dicitur: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Iuxta decursus quippe aquarum plantatus est, quia iuxta lapsum incarnatus est defluentium populorum. Ezechielem autem fortitudinem dei, Buzi vero despectum interpretari diximus. Sed Ezechiel filius est Buzi, quia ex illo populo vnigenitus dei incarnari dignatus est, quem propter culpam perdidit dominus despexit. Fortitudo ergo dei ex contemptu vel despectu nascitur, quia redemptor noster humanitatem assumere ex populo perfido & contempto dignatus est. Venit ergo in terram Chaldaeorum. Chaldaei interpretantur, ut diximus, captiuantes, vel quasi daemones. Iniqui enim quia & ipsi iniquitates perpetrant, & ad iniquitatem alios persuadendo trahunt, nimirum captiuantes sunt. Qui recte quoque & quasi daemones interpretantur, quia & hi qui alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt, in semetipsos ministerium daemonum ad iniquitatem suscipiunt, quantum daemones per naturam non sint. Venit ergo fortitudo dei in terra Chaldaeorum, quia inter eos vnigenitus patris apparuit, qui & per semetipsos ad peccatum defluerant, & ad peccata alios captiuantes trahebant. Sed expositionis sermo ad prophetam nunc personam redeat: Et facta est super eum ibi manus domini. Manus vel brachium domini, filius dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt. De quo etiam Psalmista ait: Fiat manus tua, ut saluum me faciat. Manus quippe dei, quae per diuinitatem non est facta, sed genita, per humanitatem facta est, ut humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationem vnigeniti agnouit, ubi super se manum domini factam vidit. Quod vero hic subditur: Et vidi, & ecce vetus turbis veniebat ab Aquilone. Intuendum nobis est quis sit in prophetiae verbis ordo locutionis. Qui enim superius de seipso dixerat: Aperti sunt caeli & vidi visiones dei: postea tanquam si de alio narret, adiungit: Et facta est super eum ibi manus domini. Ac deinde quasi ad se reuertitur, & dicit: Et vidi, & ecce ventus turbis veniebat ab Aquilone. Quid est hoc quod modo Ezechiel loquitur, modo de Ezechiele? Si per totum diceret de se, quaestio non esset. Si per totum diceret quasi de alio, nihilominus quaestio non fuisset. Quid est ergo hoc quod sic variat sermo prophetiae, ut modo propheta de se loquat, modo autem de ipso quasi alius loqui videatur? Sed sciendum est quia hi qui prophetiae spiritu replentur, per hoc quod aperte nonnunquam loquuntur de se, & nonnunquam sic de se verba tanquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta, sed spiritus sanctus loquitur per prophetam. Pro eo enim quod per ipsos sermo fit: ipsi loquuntur de se, & pro eo quod aspirante spiritu sancto loquuntur, idem spiritus sanctus per ipsos loquitur de ipsis, veritate attestante, quae dicit: Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hinc etiam Moyses ait: Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Qui enim non dicit eram, sed erat, profecto aperte indicat, quia is qui per illum de illo loquebatur, alius erat. Hinc Ioannes ait: Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus. Unde & Paulus ut non se esse qui loquebatur ostenderet, dixit: An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Quia igitur in locutione prophetica alter est qui praesidet, alter qui obsequitur: cum de seipso propheta loquitur, persona obsequentis est: cum vero per prophetam spiritus loquitur, sublimitas praesidentis ostenditur. Recte ergo & tanquam de alio dicitur: Facta est super eum

D Zach. 5.  
Psal. 4.  
I. Cor. 11.  
Psal. 1.  
I. Joh. 1.  
Psal. 118.  
Cap. 1.  
Ibidem.  
F Matt. 10.  
Nume. 12.  
I. Joh. 19.  
2. Cor. 13.

Luc. 2.

Deut. 15.

1. Tim. 4.

Eccles. 11.

Hiere. 1.

Danic. 13.

Psal. 8.

Ezech. 1.

Matt. 17.

**G** eum sibi manus domini. Et de se protinus adiungit: Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone. Nunc itaque discutiendum nobis est, quid sit quod dicit: Et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna. Pro eo quod ventus Aquilo constringit in frigore, non incongrue Aquilonis nomine torpor maligni spiritus designatur. Quod Elaias quoque propheta testatur, qui dixisse diabolum denunciat, dicens: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Malignus enim spiritus montem testamenti tenuit, quia Iudaicum populum qui legem acceperat, sibi in perfidiam subiugavit. Quando enim corda doctorum tenet, monti testamenti diabolus praesidet. Qui etiam in lateribus Aquilonis sedet, quia mentes hominum frigiditas possidet. Vnde & sponsi voce in cantico canticorum dicitur: Surge Aquilo, & veni: Auster perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Cum enim iubente domino frigidus spiritus recedit, calidus spiritus mentem fidelium occupat: qui hortum dei, id est, sanctam Ecclesiam perflat, ut opiniones virtutum eius, ad multorum notitiam velut aromata defluant. Recedente etenim Aquilone, id est, maligno spiritu, sanctus spiritus mentem quasi Auster replet. Qui dum calefaciendo flauerit, statim de fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea quae essent in finem ventura, conspicens: venire ab Aquilone ventum turbinis vidit, quia in extremo seculi mentes hominum torporis sui frigore malignus spiritus grauius occupat. Vnde scriptum est: Vae terrae & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet. Antiquus quippe aduersarius insidiarum suarum molimina in humanis mentibus grauius exaggerauit. Contra cuius excrescentem superbiam incarnati manifestata est humilitas dei: atque ut humanum genus a suo languore sanaret, tunc magna apparuit potentia medici, cum languor creuit egroti. Bene autem maligni spiritus immissio ventus turbinis appellatur. Turbo quippe aedificium quod tangit concutiendo subruit. Et omnis antiqui hostis tentatio, quae agitur in mente, ventus est turbinis, quia hanc concutiendo per desideria, a statu suae rectitudinis euellit. Sed nos ista reticentes quae humano generi erunt ab hoste callido in finem ventura, ad solam Iudaeam, ex qua propheta fuit, & cuius perditionem prophetando conspicit, verba vertamus. Quae incarnato domino tanto grauius ab Aquilone ventum turbinis pertulit, quanto a sua rectitudine concussa cadens, per torporem mentis in perfidia frigida remansit. Ventus ergo turbinis ab Aquilone venit, cum vitam Iudaici populi malignus spiritus in tentatione concussit. Vbi & recte additur: Et nubes magna. Quia quanto plus quisque exarsit in crudelitate, tanto amplius obcecari meruit in ignorantiae suae caligine. Redemptorem quippe humani generis quem in lege ac prophetis intelligentes expectauerant, videntes negabant. Vnde actum est, ut eorum mens magna ignorantiae suae nube tegetur, ac hunc post inquirentes agnoscerent, quem prius & denunciare poterant, & amare reuebant. Nam cum modo eius virtutes & miracula, modo autem passiones conspicerent, in infidelium cordibus nubes magna ab Aquilone venerat, quia ex peccati sui frigore propter infirmitatem passionis illius & inter signa caligabant. Quid vero ex illa nube magna & caligine sit lecutum, subiungitur, cum protinus dicit: Et ignis inuoluet. Ignis enim nomine cum per significationem dicitur, aliquando spiritus sanctus, aliquando autem mentis malitia designatur. De bono enim igne scriptum est: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi ut accendatur: Ignis quippe in terram mittitur, cum per ardorem sancti spiritus afflata terrena mens a carnalibus suis desiderijs concrematur. De malo autem igne dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit: quia cor pessimum ex sua malitia tabescit. Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiae inuoluit, quia & spiritus sanctus cor quod replet eleuat, & ardor malitiae ad inferiora semper incuruat. Iudaea igitur nube suae ignorantiae cecata, quia mox ad persecutionis nequitiam erupit, igne suo conuoluta est, quae in obligatione se nequitiae per eandem ipsam crudelitatem, qua arsit, implicauit. Ventus autem turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluet, quia ex torporis sui frigore ad ignorantiae caliginem perducta, usque ad malitiam persecutionis erupit. Vnde ad aliu

Esai. 14.

Cant. 4.

Apo. 12.

Luc. 12.

Hebr. 10.

quoque prophetam dicitur: Quid tu vides? Qui illico respondit: Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie Aquilonis. Iudaeorum quippe mens in persecutione scruens, atque in crudelitate malitiae vndas cogitationum voluens, quid aliud quam olla succensa fuit? Cuius facies a facie Aquilonis esse dicitur, quia si se aduerso spiritui per torporem mentis non subderet, contra bonos in tanta malitia non exarsisset. Nubem itaque sequitur ignis inuoluet, quia in eius caecitate mentis lecuta est crudelitas persecutionis. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Sed iste ignis alibi arsit, atque alibi splenduit. Nam subditur: Et splendor in circuitu eius. Dum enim persecutio in Iudaea agitur, sancta Apostolorum praedicatio in vniuerso mundo dispersa est, sicut ipsi dicunt: Vobis missum fuerat verbum dei, sed quia indignos vos iudicatis, ecce imus ad gentes. De crudelitate ergo malitiae quae mentem Iudaeae concremavit, omnipotens deus lucem gentibus impartit, quia per hoc quod illa redemptorem suum ac membra eius persecuta est, sanctis Apostolis per diuersa dispersis, nos qui in Iudaea circuitu positi in tenebris fuimus, dono caelestis gratiae splendorem veri luminis vidimus. Vnde scriptum est: Sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est eis. Iste itaque ignis malitiae qui a Iudaeorum cordibus arsit in persecutione, priusquam sanctos Apostolos fauendo affligeret, in ipso se exercuit authore ac redemptore generis humani. Vnde & subditur: Et de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. Quid electri specie nisi Christus Iesus, mediator dei & hominum designatur? Electrum quippe ex auro & argento est. In electro dum aurum argentumque miscetur, argentum ad claritatem creuit, aurum vero a suo fulgore pallefcit. Illud ad claritatem proficit, hoc a claritate temperatur. Quia igitur in vniuerso dei filio, nature diuinitatis unita est natura nostra, in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam exercuit, diuinitas vero a sui fulgoris potentia humana se oculis temperavit, per hoc quod humana natura clarior facta est, quasi per aurum creuit argentum. Et quia diuinitas a fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi aurum nobis palluit per argentum. Illa enim natura immutabilis, quae in se manens inuouat omnia, si ita ut est, nobis apparere voluisset, fulgore suo nos incenderet potius quam renouaret: sed claritatem suae magnitudinis temperavit nostris oculis deus, ut dum nobis eis claritas temperatur, etiam nostra infirmitas per eius similitudinem in eius luce claresceret, & per acceptam gratiam, ut ita dicam, suae habitudinis calorem mutaret. Quasi electrum ergo in igne est deus factus homo in persecutione. Sequitur: Et in medio eius similitudo quatuor animalium. Quod in medio eius dicitur siue electri siue ignis, nisi obstat intelligi, quia quatuor haec animalia, sancti scilicet Evangelistae, & ex eiusdem domini incarnatione ad fidei virtutem solidati sunt, & in igne persecutionis multis tribulationibus afflicti. Quod si quis haec quae de primo domini aduentu diximus, etiam de secundo velit accipere, celeri assensu sequendus est, quia sepe prophetiae spiritus minimum quid loquitur, multa simul intuetur. Ventus etiam turbinis ab Aquilone venit, quia nimirum causa peccatorum exigit, ut districti iudicij concussio omnia simul elementa perturbet. Terror enim perturbationis vltimae inde venire dicitur, vnde generatur. Nam quia ad feriendas frigiditas peccatorum mentes iudicium perturbationis vltimae agitur, recte ab Aquilone ventus turbinis venire perhibetur. Quae videlicet concussio apte ventus turbinis dicitur, quia in illo die cunctorum qui tunc in carne mortali inuenti fuerint, in pauore nimio corda commouentur. Cum enim coeperit impleri quod scriptum est: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur, quae mens erit hominis, aeterni iudicij sententiam non formidantis? Ibi enim tunc cuncta simul peccata ante oculos redeunt: Ibi omnia quae cum delectatione acta sunt, ad memoriam cum pauore reuocantur: Ibi caligo cogitationis miserae ex poena proximae damnationis. Vnde & subditur: Et nubes magna. Tunc quippe ex peccatorum memoria sensum mentis deprimit caligo caecitatis, cum vniuersum dei filium in forma diuinitatis conspiceret reprobi non permittuntur. Videbunt enim in quem transierunt: & Tollatur impius, ne videat gloriam dei.

K Hier. 1.

1. Cor. 1.

Execa.

Apo. 11.

Esai.

1. Cor. 1.


Execa.

1. Hier.

1. Cor. 1.

Matth. 24.

Zach. 12.



**A** dei. Vbi & aperte subditur: Et ignis inuoluens. Quia videlicet ignis ille iudicii, qui caelum aereum & terram concremas, peccatores iam in sua superbia non permittit erigi, sed inuoluit, quos proculdubio in pena suae damnationis costringit: Et ipse in circuitu eius. Quia sicut fulgur exit ab Oriente, & periret vbi ad Occidentem, ita erit aduentus filii hominis. Vnde tunc a iudicio in sua mente latere permittit, quia solo iudicis fulgore penetratur. De medio enim eius subditur: Et in medio eius quasi species electi: id est, de medio ignis. Ipse enim angelis atque archangelis omnibusque virtutibus praesidens redemptor noster, qui velut in electi similitudinem vnus ex vtraque & in vtraque natura, & deus permansit cum patre, & ad redemptionem nostram factus est mortalitatis cum hominibus, in suo tunc terrore videbitur, eiusque ignis iudicii in reprobatorum vindicta famulabitur. Hinc enim scriptum est: Dies domini declarabit: quia in igne reuelabitur. Hinc Psalmista ait: Deus manifeste veniet: deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Hinc Petrus Apostolus dicit: Adueniet dies domini ut fur, in quo caeli magno impetu transibunt, elementa vero ignis ardore soluentur. Et quia tunc sancti omnes qui mundum perfecte reliquerunt, iudices veniunt, apte mox subditur: Et in medio eius similitudo quatuor animalium. Quid enim per quatuor animalia, nisi quatuor Euangelistae signantur? Nec immerito per Euangelistas quatuor, perfectorum omnium numerus exprimitur, quia omnes qui in Ecclesia modo perfecti sunt, perfectionis suae rectitudinem per eorum Euangelium didicerunt. De medio enim eius similitudo quatuor animalium, quia illi tunc eius corpori vniti, eius maiestati coniuncti, & simul facti cum eo iudices videbuntur qui modo perfecta opera iuxta Euangelica praecipia secuti sunt. Hinc est enim quod ipsis sanctis Apostolis dicitur: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hinc Elias ait: Domine, indicantes duodecim tribus senioribus populi sui. Hinc Salomon de Ecclesia loquitur dicens: Nobilis in portis vir eius, cum sederet cum senatoribus terrae. His itaque sub breuitate transcursum, aduentus primi ordinis sicut cepimus exequentes, ad Euangelistarum personas in expositione redeamus. Sequitur: Et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Quis hoc loco homo describitur, nisi ille de quo scriptum est: Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo? Haec itaque animalia ut surgere ad sanctitatis virtutem valeant, ad huius hominis similitudinem tendunt. Sancta enim non essent, si huius hominis similitudinem non haberent: quia quicquid in eis de visceribus pietatis, quicquid de mansuetudinis spiritu, quicquid de custodia humilitatis, quicquid de feruore charitatis est, hoc ab ipso fonte misericordiae, ab ipsa radice mansuetudinis, ab ipsa virtute iustitiae, id est, a mediatore dei & hominum deo domino traxerunt. Huius se hominis similitudinem habere egregias praedicator ostendit dicens: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ad eius nos similitudinem surgere admonet, cum dicit: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Igitur sicut portauimus imaginem terrae, portemus & imaginem eius qui de caelo descendit. Sanctus etenim quisque intantum ad similitudinem huius hominis ducitur, inquantum vitam sui redemptoris imitatur. Nam ab eius mandatis atque operibus discordare, quid est aliud quam ad similitudinem longe recedere? Plangent autem vitam delinquentium praedicatorum sancti, sed de ipso nostro capite scriptum est, quia sicut super Hierusalem. Gaudet de bonis actibus subditorum, & recte operantes diligunt: sed de redemptore nostro scriptum est, cui cum adolecens quidam diceret: Haec omnia custodisti a iuuentute mea: magis dilexisti eum. Portant illatas contumelias praedicatorum sancti, & nullam ad iniuriam contumeliam reddunt, sed cum redemptori nostro diceretur: Daemonium habes: non iniuriam reddidit, sed mansuetudinem respondit dicens: Ego daemonium non habeo. Feruent zelo rectitudinis praedicatorum sancti: sed redemptor omnium, flagello de resticulis facto, vendentes &

ementes elicit de templo, cathedras vendentium columbas deuertit, & numulariorum effudit. In omne quod fortiter agunt, humilitatem tota intentione infloviunt: sed per redemptorem nostrum dicitur: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Persecutores quoque suos diligunt praedicatorum sancti: sed ipse author omnium ac redemptor in passione positus, pro persecutoribus intercedit, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Membra sua ponunt in passione pro fratribus: sed pro electorum vita vsque ad mortem se tradidit author vitae. Dicatur ergo de sanctis animalibus quod similitudo hominis in eis est: quia quod sancta, quod mira sunt, hoc in eis de specie similitudinis est, id est, de virtute imitationis. Caput quippe omnium nostrum redemptor noster est. Et per Salomonem dicitur: Oculi sapientis in capite eius, stultus autem in tenebris ambulat. Tunc enim in capite oculos habemus, cum vitam redemptoris nostri tacita cogitatione conspiciamus: cum omnis nostra intentio in eius imitationem se erigit, ne si vias lucis aspicere oculus mentis neglexerit, statim clausus in tenebris erroris cadat. Ad huius similitudinem hominis surgere festinabat propheta, cum diceret: In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. Qui enim vias domini tacite in mente considerat, & se exercere in mandatis illius festinat, quid aliud in semetipso nisi imaginem noui hominis reformat? Quod quia in sanctorum cordibus incessanter agitur, recte nunc de animalibus dicitur: Similitudo hominis in eis. Post hanc vero similitudinem quae nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriae peruenitur. Hinc etenim Ioannes dicit: Nunc filii dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Qui mox vnde hoc fieri valeat, adiungit dicens: Quoniam videbimus eum sicuti est. Esse enim dei, est aeternum hinc atque incommutabilem permanere. Nam omne quod mutatur, desinit esse quod fuit, & incipit esse quod non fuit. Dei vero esse, est dissimiliter nunquam esse. Vnde ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum. Et dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Iacob quoque ait: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ita que per Ioannem dicitur: Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quia per hoc quod aspiciamus eius essentiam naturam, a mutabilitate nostra liberati, figimur in aeternitatem. Immutamur quippe in ipso quem videmus, quia morte carebimus videndo vitam. Mutabilitatem nostram transcendemus, videndo immutabilem. Corruptione nulla tenebimur, videndo incorruptionem. Erit autem tunc similitudo hominis etiam in corporibus nostris. Hinc etenim per Paulum dicitur: Nostra conuersatio in caelis est: vnde etiam saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Erunt ergo tunc electorum corpora claritatis domini: corporis configurata: quae etsi aequalitate gloriae eius non habent per naturam, similitudinem tamen configurationis eius habebunt per gratiam. Quia itaque similitudo vitae eius nunc in moribus trahitur electorum, & in resurrectione sequitur similitudo aeternitatis in mente, quoniam videbimus eum sicuti est. Et quia similitudinem quoque illius etiam corpora nostra percipient in configuratione, dicatur recte de sanctis animalibus: Similitudo hominis in eis. Hec nos in expositionis exordio praelibasse sufficiat, ut loquendi virtus silentio refota, ad indaganda mysteria quae sequuntur robustior exurgat. Certi etenim sumus quia ipsum de quo loquimur, habemus adiutorem. Qui viuit & regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia tertia.



**B**t quatuor facies vni, & quatuor pennae vni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli: & scintille quasi aspectus aeris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, & facies & pennas per

Ioan. 2.  
Mat. 11.  
Luc. 23.  
Eccles. 2.  
Psalm. 118.  
I. Ioan. 3.  
Exo. 3.  
Iaco. 1.  
Philip. 3.



Gnas per quatuor partes habebant, iunctæq; erant pennæ eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.

Ioan. 10.  
Ioan. 13.

**S**ancta quatuor animalia, quæ prophetiæ spiritu futura prævident, subtili narratione describuntur cum dicitur: Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Quid per faciem nisi notitia, & quid per pennas nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe vnusquisque cognoscitur. Per pennam vero in altum autum corpora subleuantur. Facies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti deo cognoscimur, sicut ipse de suis ouibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscit me mea. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationem vero qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aère leuamur. Quatuor ergo facies vni sunt, quia si requiras quid Matthæus de incarnatione domini sentiat: hoc nimirum sentit quod Marcus, Lucas, & Ioannes. Si quæras quid Ioannes sentiat: hoc proculdubio quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras quid Marcus: hoc quod Matthæus, Ioannes & Lucas. Si quæras quid Lucas, hoc quod Ioannes, Matthæus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies vni sunt, quia notitia fidei qua cognoscuntur à deo, ipsa est in vno que est simul in quatuor. Quequid enim in vno inuenieris, hoc in

**H** omnibus simul quatuor cognoscet. Et quatuor pennæ vni, quia dei omnipotentis filium dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concorditer prædicant, & ad diuinitatem eius mentis oculos leuantes, penna contemplationis volant. Euangelistarum ergo facies ad humanitatem domini pertinet, penna ad diuinitatem: quia in eo quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt. Sed dum hunc esse incircumscripsum atque incorporeum ex diuinitate annunciant, per contemplationis pennam quasi in aère leuatur. Quia itaque vna est fides incarnationis eius in omnibus, & par contemplatio diuinitatis eius in singulis, rectè nunc dicitur: Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Sed quæ virtus esset, si fidem atque contemplationem domini habentes prædicatores illius, sancta opera non haberent? Sequitur: Et pedes eorum pedes recti. Quid per pedes, nisi gressus actuum designantur? Quatuor ergo animalium pedes recti esse describuntur, quia sanctorum Euangelistarum atque omnium perfectorum opera ad sequendam iniquitatem non sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent, qui ad mala mundi quæ reliquerunt reflectuntur. De quibus scriptum est: Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota in volutabro luti. Dolebat de quibusdam doctor egregius quod pedum rectitudinem retrò retorserant, quibus per increpationem dicebat:

2. Pet. 2.

Gal. 4.

**I** Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa? quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis, & menses & tempora & annos, timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Qui alios admonet dicens: Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Vt vero in eisdem sanctis prædicatoribus vitæ grauitas, fortitudo atque discretio monstraretur, rectè subiungitur: Planta pedis eorum quasi planta pedis vituli. Quia enim prædicatores sancti bouum nomine designantur: docet Paulus Apostolus legis testimonium exponens: Non obturabis os boui trituranti. In sanctis ergo prædicatoribus planta pedis est vituli, scilicet mature incedens, & fortis, & diuisa: quia vnusquisque prædicator & venerationem habet in maturitate, & fortitudinem in opere, & diuisionem vngulæ in discretione. Non enim facile prædicatio eius accipitur, si leuis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostensio si contra aduersa omnia non aduerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis amittit, si discretio in intellectu non fuerit: Ecce enim sacram scripturam legimus, si omnia ad literam sentimus virtutem discretionis amissimus, si omnia ad spiritalem allegoriam ducimus, similiter indisciplinatis stultitia ligamur. Legunt enim sacra eloquia prædicatores sancti, & aliquando in historia literam suscipiunt, aliquando vero per significationem literæ spiritum requirunt. Et modo bona facta patrum præcedentium, sicut iuxta literam inueniunt, imitantur, modo quædam quæ iuxta hi

1. Cor. 9.  
Deut. 25.

storiam imitanda non sunt, spiritualiter intelligunt, & ad perfectum tendunt. Quid ergo aliud prædicatores sancti in suo opere, nisi in pede vngulam findunt? De quibus adhuc apertè subditur: Et scintillæ quasi aspectus aëris candentis. Aëris metallum valde sonorum est. Et rectè voces prædicantium aëri comparantur, quia in omnem terram exiit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Bene autem aëris candens dicitur, quia vita prædicantium sonat & ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Aëris ergo candens, est prædicatio accessiva. Sed de candente aëre scintillæ prodeunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Rectè autem prædicatorum verba scintillæ appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerint, incedunt. Considerandum quoque est quod scintillæ subtiles valde & tenues: quia cum prædicatores sancti de cœlesti patria loquuntur, non tantum valent aperire verbo, quantum possunt ardere desiderio. Et ex eorum lingua quasi quædam ad nos scintillæ veniunt, quia de cœlesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur, quod tamē ab eis non tenuiter crematur. Neque enim cœlestem gloriam aut tantum videre sufficiunt, quantum est: aut tantum loqui præualent, quantum vident. Candens ergo aëris scintillas proficit, quando vix tenuiter prædicator loqui sufficit hoc vnde ipse fortiter ignescit. Diuina autem pietate agitur, ut ex ipsis scintillis tenuissimis audientis animus inflammetur, quia sunt quidam qui dum parua audiunt, maiore desiderio replentur. Et inde perfectè in dei amore ardēt, vnde vix tenuissimas verborum scintillas acceperunt. Verbum quippe prædicationis, semen in corde audientis est. Et auditor bonus inde profert postmodum magnam messem sciētiae, vnde parum prius acceperat semen lingue. Cui rei bene concinit factum in vidua ab Helisæo propheta miraculum, quæ ne duos filios auferente creditore amitteret, propheta dicitis obediuit, & ex eo quod parum olei habebat, per vasa vacua effudit, quæ cuncta post vsque ad summum repleta sunt, & ex eorum repletionem mulier à creditoris sui debito est soluta. Quæ videlicet mulier, quæ aliam nisi sanctam Ecclesiam signat, duorum populorum, id est, Iudaici & Gentilis quasi duorum filiorum matrem? Quæ prius ex peruerso opere per callidi spiritus persuasionem quasi quendam peccati nummum à creditore acceperat, & duos quos in fide genuit, amittere filios timebat. Sed propheta verbis, id est, scripturæ sacræ præceptis obediens, ex paruo quod habebat olei, vasa vacua infudit: quia dum ab vnus ore doctoris paruum quid de amore diuinitatis multorum vacuas mentes audiunt, exuberante gratia vnguento diuini amoris vsque ad summum replentur. Etiam multorum nunc corda quæ prius fuerant vacua vascula, vnguento spiritus plena sunt, quæ ex paucitate olei solummodo infusa videbantur. Quod dum aliis atque aliis datur, & ab auditoribus fides accipitur, Sarepta mulier, videlicet sancta Ecclesia, sub creditoris sui iam debito non tenetur. Sequitur: Et manus hominis sub penis eorum in quatuor partibus. Possunt hoc in loco quatuor partes mundi accipi, scilicet Oriens, Occidens, Meridies, & Septentrio, quia sanctorum prædicatio auctore deo in cunctis mundi partibus est egressa. Possimus etiam per quatuor partes principales quatuor virtutes accipere, ex quibus reliquæ virtutes oriuntur, videlicet prudentiam, fortitudinem, iustitiam, atque temperantiam. Quas nimirum virtutes tunc veraciter accipimus, cum earum ordinem custodimus. Prima quippe prudentia, secunda fortitudo, tertia iustitia, quarta temperantia est. Quid enim prodesse potest prudentia si fortitudo desit? Scire etenim cuiquam quod non potest facere, poena magis quam virtus est. Sed qui prudenter intelligit quod agat, & fortiter agit quod intellexerit, iam proculdubio iustus est: sed eius iustitia temperantia sequi debet, quia plerumque iustitia, si modum non habet, in crudelitatem cadit. Ipsa ergo iustitia verè iustitia est, quæ se temperantiæ freno moderatur, ut in zelo quo quisque feruet, sit etiam temperans, ne si plus ferueat, perdat iustitiam, cuius seruare moderamina ignorat. Duæ autem sunt sanctorum prædicatorum vitæ: actiua scilicet, & contemplatiua. Sed actiua prior est tempore quam contemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Contemplatiua autem maior est merito quam actiua, quia hæc in vsu præsentis operis laborat, illa verò sapore intimo venturam iam requiem degustat. Quid

Psalm. 12.

4. Reg. 4.

M

Prædicato  
rū duplex  
vita.



**A**eris leo est. Quia vero sublimiter contemplatur ea quæ celestia atque terrena sunt, aquila est. Igitur quoniam iustus quique per rationem homo, per sacrificium mortificationis sicut vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per contemplationem vero efficitur aquila, recte per hæc sancta animalia signatur, quæ quilibet perfectus potest. Quod idcirco dicimus, ut ea quæ de quatuor animalibus dicta sunt, pertinere quoque etiam ad perfectorum singulos demonstramus. Sed magna nobis de eisdem Evangelistis & sanctis prædicatoribus quaestio oritur, cur homo & leo à dextris ipsorum quatuor, vitulus vero à sinistris esse perhibetur. A dextris etenim læta, à sinistris vero tristitia habemus. Vnde & sinistrum nobis esse dicimus hoc quod aduersum esse deputamus. Et sicut præfati sumus, per hominem incarnatio, per vitulum passio, per leonem vero authoris nostri resurrectio designatur. De incarnatione autem virginis filii, qua redempti sumus, omnes electi lætari sunt: de morte vero illius, ipsi electorum primi sancti Apostoli contristati: qui iterum de eius resurrectione gaudere gaudent. Quia eius & natiuitas & resurrectio lætitiæ discipulis præbuit, quos eius passio contristauit, homo & leo à dextris, vitulus vero à sinistris eius fuisse describitur. Ipsi namque Evangelistæ sancti de eius humanitate gaudere gaudent, de eius resurrectione confirmati, qui de eius passione fuerant contristati. Homo ergo & leo eis à dextris est, quia redemptoris nostri eos incarnatio viuificauit, resurrectio confirmauit. Sed vitulus à sinistris, quia mors illius eos ad momentum temporis in infidelitate prostrauit. Iure autem locus aquilæ non iuxta, sed desuper esse describitur, quia siue per hoc quod eius ascensionem signat, seu quia uerbum patris deum apud patrem esse denunciat, super Evangelistas ceteros uirtute contemplationis excreuit, cum quibus & simul de uirtute deitate loquitur, hanc tribus aliis adiuncta, quatuor animalia esse memorantur, mirum quomodo desuper ipsorum quatuor esse describitur, nisi quia Ioannes per hoc quod in principio uerbum uidit, etiam super semetipsum transit. Nā nisi & se transisset, uerbum in principio non uidisset. Qui ergo & semetipsum transgressus est, nouam solummodo super tria, sed adiuncto & se, super quatuor fuit. Sequitur: Et facies eorum & pennæ eorum extensæ desuper. Facies & pennæ extensæ desuper describuntur, quia omnis intentio, omnisq; cōtemplatio sanctorum super se tendit, ut illud possit adipisci quod in celestibus appetit. Siue enim bono operi, siue uero inuigilet cōtemplationi, tunc ueraciter hoc quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit à quo est. Nam qui bona agere uidentur, & per hæc nō deo sed hominibus placere desiderat, intentionis suæ faciem deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea quæ diuinitatis sunt contemplatur, ut per hoc quod intelligit occupari ad quaestiones possit, quia non dulcedine quaerit beatitudinis satari appetit, sed doctus uideri, iste nimirum intellectus sui pennas desuper non extendit: sed quoniam sensus sui uigilantiā in terreno appetitu occupat, pennas quas subleuare in altū, & quibus subleuari ipse potuit, in imis deponit. Quia in re pensandū est ut omne bonū quod agitur, per intentionē semper ad celestia leuetur. Qui enim per bona quæ facit, terrenā gloriam concupiscit, pennas suas & faciem suā deorsum deprimat. Hinc enim per prophetā de quibusdam dicitur: Victimæ in profundum deferbant. Quibusdam sunt lachrymæ orationis, nisi uictimæ oblationis nostræ: sicut scriptū est: sacrificium deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiunt, ut aut terrena cōmoda acquirant, aut hominibus sancti esse uideantur. Quid isti, nisi uictimæ in profundum deferunt? Qui per hoc quod in imo sunt quæ requirunt, orationis suæ sacrificium deorsum deponunt. Electi autē quia & in bono opere omnipotenti deo placere appetunt, & per contemplationis gratiā, æternam iam beatitudinē degustare concupiscunt, facies & pennas desuper extendunt. Se-

quitur: Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Dicitur fuit: Et facies & pennæ eorum extensæ desuper, atq; mox subiunctum est hoc quod protulimus, quia duæ pennæ singulorum iungebantur. Vbi aperit intelligi quia extendebatur desuper & iungebatur, duæ uero tegebant corpora eorum. Quid autē pennæ animalium, nisi a se nominantur? Quia in re nobis diligenti pericrutatione querendum est, quæ sint quatuor pennæ sanctorum, ex quibus duæ superius extenduntur, duæ uero eorum corpora contegunt. Si enim uigilanter aspiciamus, quatuor esse uirtutes inuenimus, quæ à terrenis actibus omne pennatum animal leuant: in futuris uidelicet amor & spes, de præteritis autem timor & penitentia. Pennæ ergo sibi in se iunctæ superius extenduntur, quia sanctorum inueniuntur amor & spes ad æterna subleuant. Quæ apertè quoque conueniunt nominantur, quia electi proculdubio & amant celestia quæ sperant, & sperant quæ amant. Duæ uero corpora contegunt, quia timor & penitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala præterita abscondunt. Duæ itaque, ut dictum est, pennis iunguntur sursum, quādo amor & spes electorum corda ad superiora eleuat, ad celestia suscipiunt. Duæ autē pennæ tegunt corpora, quando eorum mala præterita à conspectu æterni iudicis timor & penitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerunt, quia perterriti & desunt, quid aliud quam corpus cooperiunt? Quæ facta carnalia per superducta bona opera à districto examine abscondunt. Scriptum quippe est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur, inferius ponitur: & hoc uide operitur, desuper ducitur. Quando ergo adbdicamus mala quæ fecimus, & eligimus bona quæ faciamus, quasi tegimen ei rei superducimus quam erubescimus uidere. Quamlibet enim sancti uiri in hac adhuc uita sint, habent tamen quod ante dei oculos operire debeant, quia omnino est impossibile ut aut in opere, aut in locutione, aut in cogitatione nunquam delinquat. Vnde & beatus Iob qui perfecta quidem hominibus dixerat, dei tamen uocem audiens, seque ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens, dicebat: Manum meam ponam super os meum. In manu quippe operatio, in ore locutio est. Manū ergo super os ponere, est peccata locutionis per uirtutem boni operis tegere. Libet fratres charissimi ad huius rei testimonium magistrū gentium uocare, qualiter sanctum illud animal alis quatuor innitatur aspiceret, ex quibus duabus ad superiora euolat, duabus uero pennis corpus contegit, quia præterita quæ egerat, abscondit. Videamus igitur quantus hunc amor ad celestia eleuet: Mihi uiuere Christus est: & mori lucrū. Cognoscamus quanta ipse ad superiora tollitur: Nostra conuersatio in caelis est, unde etiam saluatorem expectamus Iesum Christū dominum nostrum. Videamus si & in tantis uirtutibus positus adhuc timet: Castigo corpus meū, & seruituti subijcio, ne forte cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. Cognoscamus si hunc mala fecisse poenitet: Ego minimus Apostolorum sum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. In cuius uerbis quid aliud quam duritia nostræ mentis accusatur? quia ipse plangit quod ante baptismum commiserat, nos uero & post baptismum multa commisimus, & tamē flere recusamus. Quatuor itaque pennis sancta animalia utuntur, quia per amorem & spem ad celestia euolant, & per timorē & penitentiam facta in se illicita deplorant. Sed quia dictum est, duæ pennæ singulorum iungebantur: hoc fortasse intelligitur quod nō pennas proprias eleuantes iungant, sed unus ad alterū pennæ cōiunctæ sunt, ut pennæ uidelicet eleuatae uicissim sibi in coniunctione cōcordent. Quia in re quaestio oritur, quia si duæ pennis quæ eleuantur, amorē & spem, duæ uero quæ contegunt, timorē & penitentiam designant, cur duæ quæ extensæ sunt, dicuntur esse cōiunctæ, & duæ quæ corpora contegunt, non dicuntur? Sed hac in re facilis largiente domino ratio occurrit, quod sanctorum pennæ coniunctæ sunt amor & spes, duæ uero pennis quæ corpora contegunt, sibi in se ad alterutrum coniunctæ non sunt, timor & penitentia. Dauid enim pro lapsu carnis timēdo & poenitēdo affligitur. Petrus casum perfidiæ fleuit amare. Paulus in se crudelitatem præteritæ persecutionis plangit. Omnes tamen unam patriam appetunt, ad

Amor & spes sanctorum mentem eleuat ad superna

Psam. 31.

Iob. 39.

Philip. 1.

Philip. 3.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

Osee. 5.

Psal. 50.

**G**uia sanctorum prædicatorum virtus atque sapientia vicissim sibi in charitatis atque concordie pace sociatur. Penna autem alterius ab altero diuisa esset, si in hoc quod unusquisque in sapientia euolat, habere pacem cum altero recusaret. Sequitur: Non reuertebantur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Pennata animalia, videlicet prædicatores sancti, cum incedunt, minimè reuertuntur, quia sic à terrenis actibus ad spiritalia pertranseunt, ut ad ea quæ reliquerunt, ulterius nullatenus reflectantur. Quasi enim per quandam viam eis incedere, est mente ire semper ad meliorem. Quo contra de reprobis dicitur, quia reuersi sunt corde in Aegyptum. Per semetipsam veritas dicit: Nemo mittens manum in aratrum & aspiciens retrò, aptus est regno dei. Manam quippe in aratrum mittere, est quasi per quandam compunctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retrò post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur quæ reliquit. Quod quia electis dei minimè cõtingit, rectè nunc per prophetam dicitur. Non reuertebantur cum incederent. Qui cur nõ reuertatur, indicat cum subiungit: Unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Ante nos enim æterna sunt, post nos temporalia, quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Vnde & magnum illud penatim animal dicebat, quod vsque ad cœli tertij secreta volauerat. Vnum vero quæ retrò sunt oblitus, in ea quæ sunt ante extendens se, sequor ad palmam supernæ vocationis. In anteriora etenim extensus, eorum quæ retrò sunt oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola quæ sunt æterna quærebat. Ante faciem ergo suam graditur sancta animalia, quia & ea quæ reliquerunt, nullo iam appetitu respiciunt, & in æternis quæ appetunt, sub contemplationis suæ oculos boni operis pedem ponunt. Quisquis itaque iam ante faciem suam ambulare decreuerit, magna ei consideratione pensandum est quod aliter retrò respicitur ex opere, atque aliter ex cogitatione. Sunt etenim quidam qui magna deliberant, & peccatorum suorum conscij, multa ex his quæ possident, egenis distribuere pertractant, ut culpas suas ante dei oculos misericordie visceribus redimant. Iamque hæc operari inchoant, & plerumque cum operantur, paupertatis timor eorum animum concutit, atque timentes ne egeant, erga egenos tenaces fiunt, seseque ab ea quam cõperant bona operatione suspendunt. Hi nimirum incedentes reuersi sunt, quia ante faciem suam ambulare noluerunt. Contra quos rectè per Salomonem dicitur: Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Qui enim nunc propter pauorem mentis atque torporem bene operari negligit, cum sol iustitiæ in iudicio velut in ætate claruerit, mendicat vitam, sed nõ accipit, quia propter illam bona operari contempsit. Alius despectis carnis desiderijs cuncta relinquere, & omnipotentis dei se subdere seruitio pertractat, seque ipsum restringere sub cõtinentiæ & castitatis freno deliberat, sed cum cecidisse alios etiam post castitatem conspicit, hoc ipsum facere quod deliberat pertimescit. Fitque ut retrò per cogitationem redeat, qui ad anteriora respiciens, iam mentis gressibus ad alta ibat. De quo bene per Salomonem dicitur: Qui obseruat ventum, non seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. Venti quippe nomine, malignus spiritus, qui mentem tentationibus impellit: nubes vero appellatione peccator exprimitur, qui tentationis impulsione commouetur. Qui ergo attendit ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metit: quia is qui tentationes maligni spiritus metuens, & iniquorum lapsus cõspiciens semetipsum desperat, neque nunc exercetur in bono semine operis, neque post reficitur de munere iustæ retributionis. Sunt vero nonnulli qui bona quidem quæ nouerunt operantur, atque hæc operantes meliora deliberant, sed retractantes meliora quæ deliberant immutant, & quidem bona agunt quæ cõperant, sed à melioribus quæ deliberauerant succumbunt. Hi nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere, sed ante omnipotentis dei oculos ceciderunt in deliberatione. Vnde fit plerumque ut bonum opus eorum minus deo placeat, quia cum pauore mentis in meliori gradu deliberationis incõstanter ponitur, hos ipsa cogitationis incõstantia accusat. Sed quia perfecti quique magna se discretionis subtilitate cõspiciunt, ne ad deteriora vana vel in opere, vel in cogitatione

ne delabantur, quantum quotidie proficiant, incessanter pensant, rectè de his dicitur: Non reuertebantur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Inter hæc igitur considerare libet nos ad ista tractanda, qui sumus, vnde venimus, & vsque ad quæ sacri eloquij mysteria perscrutanda subleuamur. Certè in antiquis parentibus nostris cultores idolorum fuimus, sed ecce per spiritum gratiæ, verba iam cœlestia rimamur. Vnde hoc nobis: Sed impleuit hoc redemptor humani generis quod per prophetam dixit: Et deserta in vbertatem verba aduenæ comedent. Hæc quippe prophetarum dicta deserta apud Iudeos fuerunt, quia per intellectum mysticum ea excolere inquirendo noluerunt. Nobis autem in vbertatem verba sunt, quia & iuxta historiam visionis dicta largiente deo menti nostræ spiritualiter sapiunt, & iam aduenæ comedimus, quæ ciues legis nõ aducare noluerunt. Sint gratiæ vnigenito, sit laus æternæ sapientiæ: qui vult & regnat, &c.

Homilia quarta.



**S**imilitudo autem vultus eorum facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, & facies eorum & pennæ eorum extensæ desuper. Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat.

**P**er sanctum prophetiæ spiritum pennata animalia subtiliter describuntur, ut per hæc Euangelistarum significari personas ipsa nobis subtilitas discretionis aperiat, nihilque sermo dei nostro intellectui dubietatis relinquat. Ecce enim dicitur: Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Quod enim quatuor hæc pennata animalia sanctos quatuor Euangelistas designet, ipsa vnus cuiusque libri Euangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cœpit, iure per hominem Mattheus: quia per clamorem in deserto, rectè designatur per leonem Marcus. Quia à sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas. Quia vero diuinitate verbi cœpit, dignè per aquilam significatur Ioannes, qui dicit: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Dum in ipsa diuinitatis substantia intendit, quasi more aquilæ oculos in solem fixit. Sed quia electi omnes membra sunt redemptoris nostri, ipse autem redemptor noster caput est omnium electorum, per hoc quod membra eius figurata sunt, nihil obstat si etiam in his omnibus & ipse signetur. Ipse enim vnigenitus dei filius veraciter factus est homo: ipse in sacrificio nostræ redemptionis dignatus est mori ut vitulus, ipse per virtutem suæ fortitudinis surrexit ut leo. Leo etiã apertis oculis dormire perhibetur, quia in ipsa morte in qua ex humanitate redemptor noster dormire potuit, ex diuinitate sua immortalis permanendo vigilauit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad cœlos, in superioribus est eleuatus ut aquila. Totum ergo simul nobis est, quia & nascendo homo, & moriendo vitulus, & resurgendo leo, & ad cœlos ascendendo aquila factus est. Sed quia per hæc animalia Euangelistas quatuor, & sub eorum specie simul perfectos omnes iam superius significari diximus, restat ut quomodo vnusquisque electorum istis animalium visionibus exprimat, ostendamus. Omnis etenim electus atque in via dei perfectus, & homo, & vitulus, & leo simul & aquila est. Homo enim rationale est animal. Vitulus autem in sacrificio martari solet. Leo vero fortis est bestia, sicut scriptum est: Leo fortissimus bestiaram, ad nullius pauebit occursum. Aquila ad sublimia euolat, & irreuerberatis oculis solis radiis intendit. Omnis itaque qui in ratione perfectus est, homo est. Et quoniam semetipsum ab huius mundi voluptate mortificat, vitulus est. Quia vero ipsa spontanea mortificatione contra aduersa omnia fortitudinem securitatis habet, vnde scriptum est: Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit,

Lucæ.9.

Philip.3.

H

Prover.20

I

Ecclës.11.

Esai.


L

Ioan.1.

M

Prover.20

Prover.20



**A**eris leo est. Quia vero sublimiter contemplatur ea quæ cælestia atque terrena sunt, aquila est. Igitur quoniam iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis suæ vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per contemplationem vero efficitur aquila, rectè per hæc sancta animalia figuratur, quod quisque perfectus potest. Quod idcirco dicimus, utraque de quatuor animalibus dicta sunt, pertinere quoque etiam ad perfectorum singulos demonstremus. Sed magna nobis de eisdem Evangelistis & sanctis prædicatoribus quaestio oritur, cur homo & leo à dextris ipsorum quatuor, vitulus vero à sinistris ipsorum quatuor esse perhibetur. Nec enim sine mira ratione est, cur duo illa à dextris, & unum hoc esse à sinistris dicitur. Et rursum querendum, cur aquila non à dextris vel sinistris, sed desuper ipsorum quatuor esse memoratur. Duas itaque nobis quaestiones obicimus, quas oportet ut aperiente domino dissolvamus. Homo igitur & leo à dextris, vitulus vero à sinistris esse perhibetur. A dextris etenim læta, à sinistris vero tristitia habemus. Vnde & sinistram nobis esse dicimus hoc quod adversum esse deputamus. Et sicut præfati sumus, per hominem incarnatio, per vitulum passio, per leonem vero authoris nostri resurrectio designatur. De incarnatione autem virginis filii, qua redempti sumus, omnes electi lætari sunt: de morte vero illius, ipsi electorum primi sancti Apostoli contristati: qui iterum de eius resurrectione gaudere sunt. Quia eius & natiuitas & resurrectio lætitiæ discipulis præbuit, quos eius passio contristavit, homo & leo à dextris, vitulus vero à sinistris eius fuisse describitur. Ipsi namque Evangelistæ sancti de eius humanitate gaudere sunt, de eius resurrectione confirmati, qui de eius passione fuerant contristati. Homo ergo & leo eis à dextris est, quia redemptoris nostri eos incarnatio vivificavit, resurrectio confirmavit. Sed vitulus à sinistris, quia mors illius eos ad momentum temporis in infidelitate prostravit. Iure autem locus aquilæ non iuxta, sed desuper esse describitur, quia siue per hoc quod eius ascensionem signat, seu quia verbum patris deum apud patrem esse denunciat, super Evangelistas ceteros virtute contemplationis exereuit, cum quibus & simul de eius deitate loquitur, hanc tamen omnibus subtilius contemplatur. Sed si aquila cum tribus aliis adiuncta, quatuor animalia esse memorantur, mirum quomodo desuper ipsorum quatuor esse describitur, nisi quia Ioannes per hoc quod in principio verbum vidit, etiam super semetipsum transit. Nā nisi & se transisset, verbum in principio non vidisset. Qui ergo & semetipsum transgressus est, novam solummodo super tria, sed adiuncto & se, super quatuor fuit. Sequitur: Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper. Facies & pennæ extentæ desuper describuntur, quia omnis intentio, omnium contemplatio sanctorum super se tendit, ut illud possit adipisci quod in cælestibus appetit. Siue enim bono operi, siue vero inuigilet contemplationi, tunc veraciter hoc quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit à quo est. Nam qui bona agere videtur, & per hæc non deo sed hominibus placere desiderat, intentionis suæ faciem deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea quæ diuinitatis sunt contemplatur, ut per hoc quod intelligit occupari ad quaestiones possit, quia non dulcedine quaestivæ beatitudinis lætari appetit, sed doctus videri, iste nimirum intellectus sui pennas desuper non extendit: sed quoniam sensus sui vigilantia in terreno appetitu occupat, pennas quas subleuare in altum, & quibus subleuari ipse potuit, in imis deponit. Quia in re pensandum est ut omne bonum quod agitur, per intentionem semper ad cælestia leuetur. Qui enim per bona quæ facit, terrenam gloriam concupiscit, pennas suas & faciem suam deorsum deprimat. Hinc enim per prophetam de quibusdam dicitur: Victimam in profundum deferabant. Quid enim sunt lachrymæ orationis, nisi victimæ oblationis nostræ: sicut scriptum est: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiunt, ut aut terrena comoda acquirant, aut hominibus sancti esse videantur. Quid isti, nisi victimas in profundum deferunt? Qui per hoc quod in imo sunt quæ requirunt, orationis suæ sacrificium deorsum deponunt. Electi autem quia & in bono opere omnipotenti deo placere appetunt, & per contemplationis gratiam, æternam iam beatitudinem degustare concupiscunt, facies & pennas desuper extendunt. Se-

quitur: Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Dicitur fuerat: Et facies & pennæ eorum extentæ desuper, atque mox subiunctum est hoc quod protulimus, quia duæ pennæ singulorum iungebantur. Vbi aperit intelligi quia extendebatur desuper & iungebatur, duæ vero tegebant corpora eorum. Quid autem pennæ animalium, nisi alæ nominantur? Quia in re nobis diligenti pericrutatione querendum est, quæ sint quatuor pennæ sanctorum, ex quibus duæ superius extenduntur, duæ vero eorum corpora contegunt. Si enim vigilanter aspiciamus, quatuor esse virtutes invenimus, quæ à terreatis actibus omne peccatum animal levant: in futuris videlicet amor & spes, de præteritis autem timor & poenitentia. Pennæ ergo sibi met ipsas superius extenduntur, quia sanctorum mentem amor & spes ad æterna subleuant. Quæ apertè quoque coniunctæ nominantur, quia electi proculdubio & amant cælestia quæ sperant, & sperant quæ amant. Duæ vero corpora contegunt, quia timor & poenitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala præterita abscondunt. Duæ itaque, ut dictum est, pennæ iunguntur sursum, quando amor & spes electorum corda ad superiora eleuant, ad cælestia suscipiunt. Duæ autem pennæ tegunt corpora, quando eorum mala præterita à conspectu æterni iudicis timor & poenitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerunt, quia perterriti & desunt, quid aliud quam corpus cooperiunt? Qui facta carnalia per superducta bona opera à districto examine abscondunt. Scriptum quippe est: Beati quorum remissa sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur, inferius ponitur: & hoc unde operitur, desuper ducitur. Quando ergo adbdicamus mala quæ fecimus, & eligimus bona quæ faciamus, quasi tegimen ei rei superducimus quam erubescimus videre. Quamlibet enim sancti viri in hac adhuc vita sint, habent tamen quod ante dei oculos operire debeant, quia omnino est impossibile ut aut in opere, aut in locutione, aut in cogitatione nunquam delinquat. Vnde & beatus Iob qui perfecta quidem hominibus dixerat, dei tamen vocem audiens, seque ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens, dicebat: Manum meam ponam super os meum. In manu quippe operatio, in ore locutio est. Manu ergo super os ponere, est peccata locutionis per virtutem boni operis tegere. Libet fratres charissimi ad huius rei testimonium magistrum gentium vocare, qualiter sanctum illud animal alis quatuor innitatur aspicere, ex quibus duabus ad superiora evolat, duabus vero pennis corpus contegit, quia præterita quæ egerat, abscondit. Videamus igitur quantus hunc amor ad cælestia eleuet: Mihi vivere Christus est: & mori lucrū. Cognoscamus quanta spe ad superiora tollitur: Nostra conuersatio in cælis est, unde etiam saluatorem expectamus Iesum Christum dominum nostrum. Videamus si & in tantis virtutibus positus adhuc timet: Castigo corpus meum, & seruituti subicio, ne forte cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. Cognoscamus si hunc mala fecisse poenitet: Ego minimus Apostolorum sum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. In cuius verbis quid aliud quam duritia nostræ mentis accusatur: quia ipse se plangit quod ante baptismum commiserat, nos vero & post baptismum multa commisimus, & tamē flere recusamus. Quatuor itaque pennis sancta animalia vtuntur, quia per amorem & spem ad cælestia evolant, & per timorē & poenitentiam facta in se illicita deplorant. Sed quia dictum est, duæ pennæ singulorum iungebantur: hoc fortasse intelligitur quod non pennas proprias eleuantes iungant, sed unius ad alterum pennæ coniunctæ sunt, ut pennæ videlicet eleuatæ vicissim sibi in coniunctione cōcordent. Quia in re quaestio oritur, quia si duæ pennæ que eleuantur, amorē & spem, duæ vero que corpora contegunt, timorē & poenitentiam designant, cur duæ que extentæ sunt, dicuntur esse cōiunctæ, & duæ que corpora contegunt, non dicuntur? Sed hac in re facilis largiente domino ratio occurrat, quod sanctorum pennæ coniunctæ sunt amor & spes, duæ vero pennæ que corpora contegunt, sibi met ipsis ad alterutrum coniunctæ non sunt, timor & poenitentia. Dauid enim pro lapsu carnis timēdo & poenitēdo affligitur. Petrus casum perfidiæ fleuit amarē. Paulus in se crudelitatem præteritæ persecutionis plangit. Omnes tamen unam patriam appetunt, ad

Amor & spes sanctorum mentem eleuat ad superna

Psalm. 31.

Iob. 39.

Philip. 1.

Philip. 3.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

Osec. 5.

Psalm. 50.

**G** vnū authorē omniū peruenire festinant. Duæ ergo singulorū pēnæ cōiunctæ sunt, & duæ nō sunt, quia per amorem & spem vnū est quod desiderant, sed per timorem & poenitentiam diuersum est quod deplorant. Sequitur: Et vnūquodq; eorum coram facie sua ambulabat. Dicitur superius fuerat, vnūquodq; eorum ante faciem suam gradiebatur: nunc autem dicitur, coram facie sua ambulabat. Ipsa itaque repetita videtur esse sententia. Sed quia coram in præsentī dicimus, possum⁹ subtilius inquirendo discernere, quod aliud sit ante faciē ambulare, atq; aliud in præsentī. Ante faciē quippe ambulare, est anteriora appetere. In præsentī verò ambulare, est sibi metipsi absentem non esse. Omnis etenim iustus qui vitā suam sollicitus aspiciat, & diligenter considerat quantū quotidie in bonis crescat, aut fortasse quantū à bonis decrescat, iste quia se ante se ponit, coram se ambulat. Quippe qui vigilanter videt vtrum surgat an defluat, quisquis vero vitæ suæ custodiam negligit, discutere quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despiciat aut nescit, coram se iste non ambulat: quia qualis sit in suis moribus vel in actib⁹, ignorat. Nec sibi metipsi præsens est, qui semetipsum quotidie exquirere atque cognoscere sollicitus non est. Ille autem veraciter se ante se ponit, sibiq; in præsentī est, qui se in suis actibus tanquam alium attendit. Nam sunt multa peccata quæ committimus, sed idcirco nobis graua non videntur, quia priuato nos amore diligentes, clausis nobis oculis in nostra deceptione blaudimur.

**H** Vnde fit plerūq; vt & nostra graua leuiter, & proximorum mala leuia grauitur iudicemus. Scriptū quippe est: Erunt homines seiplos amantes. Et scimus quia vehementer claudit oculus cordis amor priuatus. Ex quo fit vt hoc quod nos agimus, & graue esse non existimamus, plerūque agatur à proximo, & nimis nobis detestabile esse videatur. Sed quare hoc quod in nobis vile esse videbatur, graue esse videtur in proximo: nisi quia nec nos sicut proximum, nec proximum conspiciamus sicut nos? Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia districtè videremus: Et rursus si proximum aspiceremus vt nos, nunquam nobis eius actio appareret intolerabilis, qui sæpe fortasse talia egimus, & nil nos proximo intolerabile fecisse putabamus. Hoc male diuisum mentis nostræ iudicium corrigere per legis præceptū Moyses studuit, cum dixit vt iustus deberet esse modius, æquūq; sextarius. Hinc Salomō ait: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunq; abominabile est apud deum. Scimus quia in negotiatorum duplici pondere, aliud maius, aliud minus est. Nam aliud pondus habent ad quod pensant sibi, & aliud pondus ad quod pensant proximo. Ad dandum pondera leuiora, ad accipiendum verò graua præparant. Omnis itaque homo qui aliter pensat ea quæ sunt proximi, & aliter ea quæ sua sunt, pondus & pondus habet. Vtrunq; ergo abominabile est apud deum: quia si sic proximum vt se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret. Et si sic se sicut proximum aspiceret, se in malis sicut proximum iudicaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicitè sicut alios videre: nosq; ipsos, vt dictum est, ante nos ponere, vt pennata animalia incessanter imitantes, ne nesciamus quid agimus, coram facie nostra semper ambulemus. Peruersi autem, sicut pauloante iam diximus, coram facie sua non ambulant, quia ea quæ agunt, nunquam considerant, ad interitum tendunt, in prauis actibus exultant. De

Leuit. 19.  
Prover. 20

**I** quibus scriptum est: Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Sæpe vero iustus qui eos conspiciat, desset, sed ipsi phreneticorum more planguntur & ridet. Alij indigentibus de rebus propriis multa largiuntur, sed cum occasionis tempus inueniant, indigentes opprimunt, eosq; quibus valuerint rapinis deuastant. Ponunt ante oculos cogitationis suæ bona quæ faciunt, & non ponunt pessima quæ committunt. Hi videlicet coram facie sua non ambulant, quia si sibi metipsis præsentem essent, cuncta subtiliter quæ agunt viderent, qualiter bona opera malis actibus perdant agnoscerent: Sicut scriptū est: Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. De pertuso quippe sacculo aliunde exit quod aliunde mittitur: quia indiscretæ mentes mercedem quæ ex bono opere acquiritur, non aspiciunt quomodo ex malo opere perdat. Alius castitatem corporis seruat, seque vigilanter circumspectat, ne quid foris reprehensibiliter admittat, suis contentus est, aliena non diripit, sed tamen in

Prover. 2.

Aggei. 1.

corde odium fortasse contra proximum seruat. Et cum scriptum sit: Qui odit fratrem suum, homicida est: considerat quod sit mundus foris in opere, & non perpendit quàm sit crudelis in mente. Quid iste nisi sibi metipsi absens est, qui in cordis sui tenebris ambulat & ignorat? Alius iam aliena non diripit, iam corpus ab immunditia custodit, iam mente pura proximum diligit, & malorum præteritorum conscius lætis se in precibus afficit. Sed finita prece lætatur, de quibus in hoc mundo gaudeat requirit, & temporibus gaudijs negligenter animam dimittit, nec curat ne in eo lachrymarum mensuram immoderata gaudia transeant. Fitque vt bonū nimis ridendo perdat, quod plangendo lucratus est. Hic itaque coram facie sua non ambulat, quia damna quæ patitur, conspiciere recusat. Scriptum quippe est: Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. In cunctis ergo quæ agimus, diligenter nosmetipsos conspiciere interius exteriusque debemus, vt pennata animalia sequentes, nobismetipsis præsentem simus, & coram facie nostra semper ambulemus, habentes adiutorē vnicum patris Iesum Christum dominum nostrum, qui cum deo viuunt & regnant in vnitatem, &c.

Homilia quinta.



**V**bi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardētium: & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

**Q**uam mira est profunditas eloquiorum dei, libet huic intendere, libet eius intima gratia duce penetrare. Hanc quotiens intelligendo discutimus, quid aliud quàm sylvarum opacitate ingredimur, vt in eius refrigerio ab huius seculi æstibus abscondamur: Ibi viridissimas sententiarum herbas legendo carpimus, tractando ruminauimus. In ea locutione quæ ad vos fratres charissimi nudiussertius facta est, qualiter ostensa animalia vel redemptorem nostrum, vel quatuor eius Euangelistas atque perfectos omnes significant, dictum est. Quorum videlicet animalium adhuc subtilius virtus exprimitur, vt ad eorum imitationem nos quoque infirmi & despicabiles, in quantum domino largiente possumus, extendamur. Ecce enim dicitur: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. In electis & reprobis diuersi sunt impetus. In electis videlicet impetus spiritus, in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium, ad elationem, ad immunditiam, ad rapinam, ad exteriorē gloriam, ad crudelitatem, ad perfidiam, ad desperationem, ad iram, ad iurgiam, ad voluptates animi impellit. Impetus vero spiritus ad charitatem, ad humilitatem, ad continentiam, ad largitatem misericordie, ad interiorē profectum, ad pietatis opera, ad æternorum fidem, ad spem sequentis gaudij, ad patientiam, ad pacem, ad considerationem vitæ immortalis, ad lachrymas mentem pertrahit. Vnde necesse est vt magna semper cura considerare debeamus in omne quod agimus, qui nos impetus ducat, vtrum nostra cogitatio per impetum carnis, an per impetum spiritus impellatur. Amare etenim terrena, temporalia æternis præponere: exteriora bona non ad vsum necessarium habere, sed ad voluptatem concupiscere, vltionem de inimico querere, de æmulo casu gaudere, impetus carnis est. At contra amare cœlestia, contemnere transitoria, non ad fructum voluptatis transitoria, sed ad vsum necessitatis querere, de inimici morte tribulari, impetus spiritus est. Et quia perfecti quique in istis se semper virtutibus exercent, rectè nunc de sanctis animalibus dicitur: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Sed sciendum nobis est quod plerūque impetus carnis se sub velamine spiritualis impetus palliat, & quod carnaliter facit, mentitur sibi ipsa cogitatio quia hoc spiritualiter faciat. Nam sæpe quis iracundiæ stimulis victus, contra delinquentes zelo



**A** zelo vlciscens iustitie plusquam necesse est inflammatur, & a iustitie limite in vltione transiens, agit crudeliter quod se agere iuste suspicatur. Impetus igitur carnis huic sub specie spiritus velatus est, quando hoc quod iuste agi creditur, sub discretionis moderamine non tenetur: Et saepe alius nimis mansuetudini studens, subiectorum vitia aspiciat, atque in peccatorem zeli corrigere recusat, quae in eis crudeliter non corrigendo multiplicat. Fitque vt eius lenitas & sibi sis & subiectis inimica, qui torporem mentis suae patientiam deputat, per carnis spiritum ab impetu spiritus elongat. Prima ergo in nos cogitatio inquisitionem nostri cordis debet excutere, ne ad quaedam quae agimus, per apertum carnis impetum decamur: nec prauis cogitationibus animus seductus, mala esse cognoscat, & tamen faciat, secunda vero nos cura debet vigilantes reddere, ne se impetus carnis quasi impetus spiritus latenter subiciat, & culpas quas agimus, nobis virtutes fingat. Sciendum vero est, quia grauiore culpa sunt quae superducta specie virtutes imitantur, quia illae in aperto cognite, animum in confusionem deliciunt, atque ad poenitentiam trahunt, istae vero non solum in poenitentiam non humiliant, sed etiam mentem operantis eleuant, dum virtutes putantur. Hoc autem quod de sanctis animalibus dictum superius fuerat, vt alius confirmetur, iterum replicatur: Non reuertebantur cum ambularent. Quia electi quique sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et sicut per Salomonem dicitur: iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. In eorum nanque animum bonum desiderium atque intellectus lucis intime iam pars diei est, sed quia vsque ad finem vitae in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt quando ad regna caelestia perducti, in ea luce quam desiderant, iam minus aliquid non habebunt. Sequitur: Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lapidarum. Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus atque lampadibus comparatur. Quisquis enim carbonem tangit, inceditur, quia qui sancto viro adharet, ex eius assiduitate visionis, vsu locutionis, exemplo operis accipit vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum tuorum tenebras fugat, in desiderio lucis exardescit, vt iam per verum amorem ardeat qui prius in iniquitate tantum mortuus quantum frigidus iacebat. Lampades vero lucem suam longius spargunt, & cum in alio sint, in alio resplendent. Qui enim spiritu prophetiae verbo doctrinae, miraculorum pollet gratia, huius opinio longe lateque vt lampas lucet, & quique bona eius audiunt: quia per haec ad amorem caelestium iurgunt, in eo quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti viri quosdam iuxta se positos quasi tangendo ad amorem patriae caelestis accendunt, carbones sunt. Quia vero quibusdam longe positus lucent, eorum itinera ne in peccati sui tenebras corruat, lampades fiunt. Hoc vero inter carbones & lampades distat, quod carbones ardent quidem, sed eius loci in quo iacuerint tenebras non expellunt. Lampades autem quia magno flammaram lumine resplendent, diffusas circumquaque tenebras et fugant. Quae ex re notandum est, quia sunt plerique sanctorum ita simplices & occulti, seseque in locis minoribus sub magno silentio contegentes, vt vix eorum vita ab aliis possit agnosci. Quid itaque isti nisi carbones sunt? Qui etsi per feruorem spiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent. Nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt, quia vitam suam omnino sciri refugiunt. Sibi metipsis quidem accensi sunt, sed aliis in exemplo luminis non sunt. Hi autem qui & exempla virtutum praerogant, & lumen boni operis per vitam & verbum errantibus demonstrant, iure lampades appellantur, quia & per ardorem desiderij, & per flammam verbi, a peccatorum cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene vixit, sed alieno profectui minimè proficit, carbonis est. Qui vero in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstratur, lampas est: quia & sibi ardet: & aliis lucet. Sequitur: Et haec erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Splendor ignis & de igne fulgur egrediens in medio animalium discurrens videtur, quia nisi ab igne veritatis pennata illa animalia calorem susciperent, ipsa in carbonum atque lapidarum similitudinem non arderent. Ignis enim nomine sanctus spiritus significari solet. De quo in euangelio dominus dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Cum enim carnalis mens spiritum sanctum accipit, spiritali amore succensa malum plangit quod fecit. Et terra ardet, quando accusante se conscientia cor peccatoris vritur, atque in dolore poenitentiae crematur. Hinc rursus scriptum est: Deus tuus ignis consumens est. Quia enim mentem quam repleverit, eam a peccatorum rubigine mundam reddit, creator noster & ignis dicitur, & consumens. Sanctus ergo spiritus in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens discurrens dicitur, quia vniuersam Ecclesiam replens in electorum cordibus ex seipso flamas amoris proficit, vt coruscis more, per terrorem feriat, & ad amorem suum corda torpentia accendat. Sed quia spiritus sanctus deus ante secula patri est & filio coaeternus, quarendum nobis est cur discurrens dicatur. Omnis etenim qui discurrens, accedit ad locum in quo non fuit, & eum deserit in quo fuit. Quae igitur ratione discurrens spiritus dicatur, dum cuncta intra ipsum sint, & locus nusquam sit vbi non sit? sicut scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Et tamen cum laus sapientiae describeretur, adiunctum est: Est enim in illa spiritus intellectus, spiritus uocis, multiplex, subtilis, mobilis. Et paulo post: Humilis, & in quibus rursus verbis magna nobis quaesitio oritur, cur iste spiritus qui implet omnia, simul mobilis & stabilis dicatur? Sed si ad usum consuetudinis humanae recurrimus, sensum citius loquentis inuenimus. Homo quippe quia in ea regione in qua est vbiq; discurrens, proculdubio vbiq; obuius venit, & repente vbi non creditur, inuenitur. Omnipotentis ergo spiritus vt vbiq; praesentia signaretur, simul & mobilis & stabilis dicitur. Stabilis: quia per naturam omnia continet. Mobilis autem dicitur, quia vbiq; etiam nescientibus occurrit. Tenens ergo omnia, stabilis, praesentem se omnibus exhibens, mobilis appellatur. Splendor ergo ignis & de igne fulgur egrediens inter pennata animalia discurrens, quia spiritus sanctus simul singulis atque omnibus praesto fit, & incedit quos conuerget, & illuminat quos incedit, vt post frigus pristinum accensi ardeant, & per ignem amoris quem acceperint, flamas exemplorum reddant. Fulgur quippe de hoc igne egrediens torpentes mentes percussit, easque percussendo excitat & inflammat, vt post amorem illius ardentem pariter & lucentes currant. Vnde alias scriptum est: Thronus eius flamma ignis, rotae eius ignis accensus. Hi enim qui animarum custodes sunt, & pacis gregis onera susceperunt, mutare loca minimè permittuntur. Sed quia vno in loco positi, diuinitatis in se praesentiam portant & ardent, thronus dei flamma ignis dicitur: Hi autem qui amore domini in praedicatione discurrunt, rotae eius ignis ardentem sunt, quia cum ex eius desiderio per varia loca discurrunt, vnde ipsi ardent, alios accendunt. Potest tamen discursus atque mobilitas spiritus requisitione alterius considerationis intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe atque charitate, & in bonis aliis sine quibus ad caelestem patriam non potest veniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiae vero virtute, doctrinae facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Adest vt eleuetur, & semetipsum subtrahit, vt humilietur. Adest vt eos ostensa virtute glorificet: recedit, vt semetipsum subtrahat eius virtute cognoscant. Adest vt ostendat quid per semetipsum sint, recedit vt patefaciat qui vel quales remaneat sine ipso. In his itaque virtutibus sine quibus ad vitam minimè peruenitur, sanctus spiritus in electorum suorum cordibus permanet. In his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer praesto est, & aliquando misericorditer recedit. Discurrens ergo & mobilis spiritus dicitur, quia in signis atque virtutibus iuxta vniuersumque votum continè non habetur. Bene autem inter sancta animalia discurrens perhibetur. Discursus quippe ad celeritatem pertinet. Inter perfectos autem discurrens spiritus, quia & si ab eorum corde ad momentum recesserit, citius redit. Sequitur: Et animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cum superius dictum sit: Non reuertebantur cum ambularent, quia ratione nunc dicitur: Animalia ibant &

Luc. 11. D  
Deut. 4.  
Sapient. 1.  
Sapient. 7.  
E  
Dan. 7.  
F

Matth. 10.  
B  
Prouer. 4.

**G** reuertebantur? Valde sibi hæc videntur esse contraria, quia ibant & non reuertebantur, & ibant & reuertebantur. Sed qualiter intelligendum sit citius agnoscamus, si duas vitas, actiuam scilicet & contemplatiuam sollicitè discernamus. In vna enim fixi permanere possumus, in altera autem intenta mente manere nullo modo valemus. Cum enim torporè nostram relinquimus, nosq; ipsos ad bonæ operationis studium excitamus, quo alibi nisi ad actiuam imus, à qua reuerti post nos nullo modo debemus, quia qui post illam ad torporè negligentia, ad prauitatis nequitas quas reliquerat redit, esse siue dubio cœlesti animal nescit. Cum vero ab actiuâ vita ad contemplatiuâ surgimus, quia diu mens stare in contemplatione non valet, sed omne quod de aeternitate per speculû & in enigmate conspicit, quasi furtim hoc & per transitum videt, ipsa sua infirmitate ab immensitate tantæ celsitudinis animus repulsus, in semetipso relabitur. Et necesse est vt ad actiuam redeat, seq; ipsum cõtinuè in vsu bonæ operationis exerceat, vt cum mens surgere ad contẽplanda cœlestia non valet, quæq; potest bona agere non recuset. Sicq; fit vt ipsis suis bonis actibus ad superiora rursus in contemplationem surgat, & amoris partu de pabulo contẽplatae veritatis accipiat. In qua quia diu se tenere ipsa corruptionis infirmitas nõ potest, ad bona rursus opera rediens, suauitatis dei memoria pascitur: & foris pijs actibus, intus vero sanctis desideriis nutritur. Hinc etenim de perfectis viris post contẽplationem suã redeuntibus dicitur: Memoriam suauitatis tuæ eructabunt. **H** Dulcedinem quippe suauitatis intimæ quia vt cumq; possunt, velut quodam ex corusco, prægustando tangere, eius memoriam student recolendo semper & loquendo eructare. Vnde & aperte nos Psalmista admonet, dicens: Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Qui rursus ait. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Quæ videlicet quam magna esset, nullo modo cognosceret, nisi hanc aliquatenus contemplan- do gustasset. Hinc iteru dicit: Ego dixi in ecclasi mea proiectus sum à vultu oculorum tuorum. Nisi enim in mentis excessu subleuatus, dulcedinem suauitatis aeternæ cognouisset, in hoc adhuc mundo retentus non discerneret quam longè proiectus iaceret. Ostensa ergo animalia vadunt & nõ reuertuntur, atq; vadunt, & redeunt, quia sancti viri & ab actiuâ vita quam apprehenderunt, ad iniquitates non corrunt, & à contemplatiua quam tenere iugiter non possunt, in actiuâ relabuntur. Sicut enim dictu est, ipso infirmitatis suæ pondere deuicti, ad semetipsos repulsi redeunt, vt euntes discant quid desiderent, & reuertentes, vbi iaceant sciant. Euntes intelligant vbi nondum sint, reuertentes quid sint. Sed qualiter hæc sancta animalia redeant, demonstratur cum subditur: In similitudinem fulguris coruscantis. Bene autem reuertentia animalia coruscanti fulguri comparantur, quia sancti viri cum ad superna contemplan- da euolant, cum primitias sui spiritus in cœlestis patriæ amore ligant, sed graui humanæ conuersationis pondere, ad semetipsos redeunt: bona cœlestia quæ saltem per speculum cõtemplari potuerunt, fratribus denunciant, eorumque animos in amorem intimæ claritatis accendunt, quam nec videre sicut est, nec loqui præua- lent sicut viderunt. Loquentes autem verbis suis corda audientium ferunt & incendunt. Quasi ergo fulgur coruscans redeunt, quia cum cœlestia loquuntur, per eos supernum lumen intermicat, & ad amorem cœlestis patriæ mentes audientium inflammat. More itaque coruscantis fulguris cum loquendo percutiunt, ignem spiritualis desiderii spargunt. Alio quoq; modo sancta animalia vadunt & redeunt. Vadunt enim cum ad insinuandam cœlestis doni gratiam, in prædicatione mittuntur, atque vt ad fidem trahant, mira coram infidelibus faciunt. Sed redeunt, quia hæc omnipotentis domini virtuti tribuentes: sibi metipsis quæ fecerint non ascribunt. Cũ enim stupenda faciunt fulgura sunt: quia corda intuentium concotiunt, terrent, illuminant, & accendunt. Vnde scriptum est: In lumine iacula tua ibunt, in splendore fulguris armoru tuorum. Iacula domini sunt verba sanctorum, quæ corda peccantium feriunt. Sed ista iacula habent arma. Scitis fratres quia preliatores viri iacula mittunt, armis vero muniuntur. Dũ ergo verbis addunt miracula, quasi armis se muniunt, ne ipsi feriantur. In lumine iacula tua ibunt, quia in aperto exeunt

**H**  
Psal. 144.  
Psal. 86.  
Psal. 30.  
Ibidem.

Abac. 3.

verba dei. Sed quia comitari debent sententias doctorum, & facta miraculorum, rectè subiungitur: In splendore fulguris armorum tuorum. Quia dum addunt eis arma miraculorum, mentes persequentium fulgurant, vt eos persequi non præsumant. Hæc itaque animalia vadunt & reuertuntur in similitudinem fulguris coruscantis, quia postquam mira sancti inter homines faciunt, postquam corda audientium sparsu lumine incendunt, ad quandam authori suo gloriam redeunt, vt illi laudem reddant per quem se posse talia sciunt. Sic Petrus cum sanato homine qui claudus ex vtero matris fuerat, signum fecit, quod omnes qui cognoscerent valde mirarentur, dixit: Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum. Et paulo post. In fide nominis eius hunc quem videtis & nostis, confirmauit nomen eius. Signum quippe faciens, intuentium oculos miraculi lumine perstrinxit, sed humilitatem custodiens, & laudem authori reddens, quasi vnde venerat rediit, quia lux fulguris vnde fuerat ostendit. Sancta itaque animalia cum ad signa operanda veniunt, & cum ad reddendam authori suo gloriam intus apud semetipsos redeunt, fulgura sunt, quia & ostendendo miracula, & exempla humilitatis præbendo, mentes intuentium ferunt & incendunt. In omne autem quod faciunt, idcirco semper ad laudem creatoris redeunt, vt in ea virtute quam accipiunt, vera stabilitate persistant. Nam si quid sibi tribuerent, in hoc quod acceperant, stare non possent. Vnde bene etiam per Salomonem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant. Siue enim in virtutibus seu in doctrina, quid aliud sunt sancti viri quam flumina, quæ terram cordis carnalium aridam rigant? Sed siue in operatione quam faciunt, seu in doctrinae verbis citius siccarentur, nisi per intentionem cordis semper sollicitè ad locum de quo exeunt redirent. Si enim introrsus ad cor non redeant, ac se in amore conditoris desideriorum vinculis non astringant, & manus ab eo quod agebat deficit, & lingua ab eo quod loquebatur arefcit. Sed intus semper per amorem redeunt, & hoc quod in publico operantes atque loquentes fundunt, in secreto suo de fonte amoris hauriunt: Amando enim discunt quod docendo proferunt. Ad locum ergo de quo exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant, quia aquam sapientiæ inde semper hauriunt vnde oritur: ne cum cucurrerit exiccetur. Per omne ergo quod agimus, ad fontem veri luminis sollicita mente redeamus. Reddamus creatori nostro gratias de bonis quæ accepimus, eique cum Elia propheta suppliciter dicamus: Omnia opera nostra operatus es nobis. Bona enim nostra, eius sunt opera, cuius visceribus non suscepit vt nos erigeret, nisi & semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim cõternus patri deus ante secula non fieret homo in tempore, quando homo temporalis saperet aeterna? Descensio ergo veritatis, ascensio facta est humanitatis nostræ. Demus ei gloriam, demus laudem, qui vniuit cum patre in vnitatis spiritus sancti deus per omnia secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.



**C**umq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram, iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent. Statura quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus.

**T**enebrosa aqua in nubibus aëris: quia obscura est scientia in prophetis. Sed Salomonis voce attestante didicimus: Gloria regum, calare verbu, & gloria dei est inuestigare sermonem, quia & honor est hominu, eorum secreta abscondere, & gloria dei est, mysteria sermonis eius aperire. Ipsa autem per se veritas discipulis dicit: Quæ dico vobis



**A** vobis in tenebris, dicite in lumine, id est, aperte exponite quae in allego-  
 riarum obscuritatibus auditis. Magnae vero vilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum dei, quia exercet sensum ut  
 fatigatione dilatetur, & exercitatus capiat quod capere non  
 potest otiosus. Habet quoque adhuc aliud maius quia scri-  
 pturae sacrae intelligentia si in cunctis esset aperta, vilesceret.  
 In quibusdam locis obscurioribus tanto maiore dulcedine  
 inuenta reficit, quanto maiore labore fatigat animum quae-  
 sita. Ecce enim sancti Ezechielis nunc voce dicitur: Cumque  
 aspicerem animalia, apparuit rota una super terram. Quid  
 autem rota, nisi sacram scripturam signat, quae ex omni par-  
 te ad auditorum mentes voluitur, & nullo erroris angulo a  
 praedicationis suae via retinetur? Ex omni autem parte voluitur,  
 quia inter aduersa & prospera, & recte & humiliter incedit.  
 Circulus quippe praepertorum illius modo sursum, modo deorsum  
 est, quia quae perfectioribus spiritaliter dicuntur, infirmis iuxta  
 literam congruit. Et ipsa quae paruuli iuxta literam intelligunt,  
 docti viri per spiritalē intelligentiam in altum ducunt. Quis  
 nanque paruulorum in factu Esau & Iacob, quod alter ad  
 venatum mittitur ut benedicatur, alter vero per suppositionem  
 matris a patre benedicatur, nisi iuxta sacre lectionis historia  
 pascat? In qua videlicet historia si ad intellectum paulo subtilius  
 astringatur, videtur quia Iacob priusmogeniti benedictionem non  
 per fraudem surripuit, sed ut sibi debitam accepit, quam  
 cedente fratre data lentis mercede emerat. At vero si quis  
 altius sentiens, utrorumque facta velit per allegoriae arcana  
 discutere, protinus ab historia in mysterium surgit. Quid est  
 enim quod Isaac de maioris filij sui venatione uesci concupiscit,  
 nisi quod omnipotens deus Iudaici populi bona operatione  
 pasci desiderabat? Sed illo tardante, minorem Rebecca  
 supposuit, quia dum Iudaicus populus bona opera foris  
 quaerit, gentilem populum mater gratia instruit, ut  
 omnipotenti patri cibum boni operis offerret, benedictionemque  
 maioris fratris acciperet. Qui eosdem cibos ex domesticis  
 animalibus praebuit: quia gentilis populus placere deo de  
 exterioribus sacrificiis non quaerens, per vocem prophetiae  
 dicit: In me sunt deus vota tua, quae reddam laudationes  
 tibi. Quid est quod idem Iacob manus ac brachia & collum  
 haedinis pelibus texit, nisi quod haedus pro peccato offerri  
 conuenit? Et gentilis populus carnis quidem in se peccata  
 maculat, sed cooperit se peccatis carnalibus confiteri non  
 erubuit. Quid est quod vestimentis fratris maioris induitur,  
 nisi quod sacre scripturae praecipis quae maiori populo  
 data fuerat, in bona operatione vestitus est? Et eis minor  
 in domo vitur, quae maior foras exiens intus reliquit, quia  
 illa gentilis populus praecipia tenet, quae Iudaicus populus  
 habere non potuit dum solam in eis literam attedit. Et  
 quid est quod Isaac eundem filium uescit quem benedicit,  
 nisi hoc quod de gentili populo dominus per Psalmistam dixit:  
 Populus quem non cognoui, seruiat mihi: ob auditum oris  
 obediuit mihi? Quid est quod praesentem non videt, & tamen  
 quae ei in futuro veniebat videt, nisi quod omnipotens deus  
 cum per prophetas suos praedicaret gentilitati gratiam  
 praeroganda, eam & in praesenti per gratiam non videt,  
 quia tunc in errore dereliquit, & tamen quia hanc quandoque  
 collecturus erat, per benedictionis gratiam prauidit. Unde &  
 idem Iacob gentilis populi figuram tenet, eius in benedictione  
 dicitur: Ecce odor filij mei sicut odor pleni agri, cui benedixit  
 dominus deus. Sicut enim in Euangelio veritas dicit: Ager  
 est hic mundus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus,  
 per electos suos in vniuerso mundo virtutibus redolet,  
 odor filij, odor est agri pleni. Aliter nanque olet flos  
 vuae, quia magna est virtus & opinio praedicatorum,  
 qui inebriant mentes audientium. Aliter flos oliuae,  
 quia suauis est opus misericordiae, quia more olei  
 refouet & lucret. Aliter flos rosae, quia mira est  
 fragrantia quae rutilat & redolet ex cruore  
 martyrum. Aliter flos liliij, quia candida vita carnis  
 est de incorruptione virginis. Aliter flos violae,  
 quia magna est virtus humilitatis, qui ex desiderio  
 loca vltima tenentes, se per humilitatem a terra  
 in altum non subleuant, & caelestis regni purpuram  
 in mente seruant. Aliter redolet spica, cum ad  
 maturitatem perducitur: quia bonorum operum perfectio  
 ad saturitatem eorum qui iustitiam esuriant praeparatur.  
 Quia ergo gentilis populus in electis suis ubique per  
 mundum spat

sus est, & ex eis virtutibus quas agit, omnes qui intelligunt,  
 odore bonae opinionis replet: dicatur recte. Ecce odor filij  
 mei, sicut odor agri pleni. Sed quia eiusdem virtutes ex  
 semetipso non habet, adiungat: Cui benedixit dominus deus.  
 Et quoniam electorum populus per quosdam etiam in contem-  
 platione surgit: per quosdam vero in actiua vita solummodo  
 pinguescit: recte illic additur: Det tibi dominus de rore  
 caeli: & de pinguedine terrae. Ros enim desuper & subtiliter  
 cadit. Et totiens de rore caeli accipimus, quotiens per  
 infusionem contemplationis intimae de supernis aliquid  
 tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per  
 corpus agimus: de terrae pinguedine distamus.  
 Quid est autem quod Esau tarde ad patrem rediit, nisi quod Iudaicus populus  
 ad placandum dominum sero reuertitur? Cui & hoc  
 in benedictione dicitur: Tempusque erit cum soluat  
 iugum de collo tuo. Quia a seruitute peccati Iudaicus  
 populus in fine liberabitur: sicut scriptum est:  
 Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis  
 Israel saluus fieret. Quem non paruulorum ipsa  
 Euangelica historia in mirabili operatione reficiat,  
 quod hydrias vacuas dominus aqua implere praecipit,  
 eandemque aquam protinus in vinum vertit? Sed  
 cum haec vigilantiores ingenio audiunt: & sacram  
 historiam credendo venerantur, quid interiorius  
 innuat requirunt. Qui enim mutare aquam in  
 vinum potuit, etiam vacuas hydrias valuit vino  
 statim replere. Sed implere hydrias aqua iubet,  
 quia prius per sacre lectionis historiae corda  
 nostra replenda sunt. Et aquam nobis in vinum  
 vertit, quando ipsa historia per allegoriae  
 mysterium in spiritalem nobis intelligentiam  
 commutatur. Rota ergo quasi per terram  
 trahitur, quia paruulis humiliter sermone  
 concordat, & tamen magnis spiritalia infundens,  
 quasi circum in altum leuat. Et inde sursum  
 erigitur, vnde terram tangere paulo ante  
 videbatur. Quia vero vndique edificat: quasi  
 per circum rota currit. Vnde & in lege scriptum  
 est: Facies & candelabrum ductile de auro  
 mundissimo: hastile eius & calamos & cyphos  
 & sphaerulas ac lilia ex ipso procedentia. Quis  
 in candelabro nisi redemptor humani generis  
 designatur? qui in natura humanitatis  
 insulsi lumine diuinitatis, ut mundi  
 candelabrum fieret, quatenus in eius lumine  
 omnis peccator in quibus iaceret tenebris  
 videret. Qui pro eo quod naturam nostram  
 sine culpa suscepit: candelabrum tabernaculi  
 ex auro purissimo fieri iubetur. Ductile  
 autem feriendo producit, quia & redemptor  
 noster qui ex conceptione & natiuitate  
 perfectus deus & homo extitit: passionum  
 dolores pertulit, & sic ad resurrectionis  
 gloriam peruenit. Ex auro ergo mundissimo  
 ductile candelabrum fuit, quia & peccatum  
 non habuit: & tamen eius corpus per  
 passionis contumellas ad immortalitatem  
 profecit. Nam iuxta virtutes animae quibus  
 percussio potuisset proficere, omnino non  
 habuit. In membris autem suis (quae nos  
 sumus) quotidie percussio proficit, quia  
 dum nos tundimur & efficimur ut eius  
 corpus esse mereamur, ipse proficit. De  
 eius autem corpore scriptum est: Ex quo  
 totum corpus per nexus & coniunctiones  
 subministratum & constructum crescit in  
 augmentum dei. Corpus quippe illius nos  
 omnes sumus. Per nexus vero & coniunctiones  
 corpus ligatur: quia dum capiti pectus: dum  
 pectori brachia, dum brachijs manus, digiti  
 manibus sunt coniuncti, ac membra caetera  
 membris inhaerent, corpus omne perficitur:  
 sicut sancti Apostoli, quia redemptori nostro  
 propinqui steterunt, quasi pectus capiti  
 inhaesit. Quos quia martyres sunt secuti:  
 quasi coniuncta brachia pectori fuerunt.  
 Quibus dum passiones & doctores subiuncti  
 sunt per bona opera, manus brachijs  
 inhaeserunt. Hoc vero omne corpus  
 redemptoris nostri quotidie per nexus &  
 coniunctionem subministratum est in caelo:  
 quia cum ad eum illae electae animae  
 ducuntur, ei sua membra colligantur.  
 De quo bene dicitur: Subministratum &  
 constructum crescit in augmentum dei:  
 quia deus omnipotens redemptor noster  
 qui in se quo proficiat non habet, adhuc  
 per membra sua quotidie augmentum  
 habet. Vnde rursum scriptum est: Donec  
 occurramus omnes in virum perfectum  
 in mensuram aetatis plenitudinis Christi.  
 Hastile vero eiusdem candelabri ipsa  
 Ecclesia debet intelligi, quae corpus  
 eius est: quia inter tot aduersa libera  
 stat. Calami autem de hastili procedunt,  
 praedicatores sunt, qui dulcem sonum  
 in mundo ediderunt, videlicet canticum  
 nouum. Cyphi autem

Gene. 27.  
 Ibidem.  
 Esai. 10.  
 Rom. 11.  
 Ioan. 2.  
 Exod. 25.  
 Col. 2.  
 Ephe. 4.

**G**te vino repleri solent. Quid ergo mētes auditorū nisi cyphi sunt, quę sanctis predicantibus vino scientię replētur? Sphæ-  
rula autē quid est aliud nisi volubilitas predicatiōis? Sphæ-  
ra autem ex omni parte voluitur. Et predicatio quę nec aduer-  
sitate retineri potest, nec prosperitatib⁹ eleuatur, sphaera est.  
Et inter adueria fortis, & inter prospera humilis, nec timoris  
habet angulū, nec elationis. In curia ergo suo figi non valet:  
quia per cuncta se volubiliter trahit. Vt autē hoc quod exē-  
pli causa protulimus exequamur, bene post calamos cyphos  
& sphaerulas, in candelabro lilia describuntur: quia post eam  
quā diximus predicatiōis gratiam atq; volubilitatem, illa  
virens patria sequitur: quę animabus sanctis; id est floribus  
vernat æternis. Sphærule ergo ad laborem pertinent lilia ad  
retributionem. Itaque sicut apud Moysen sphaerula doctrina  
predicatiōis accipitur: ita hic per rotam ipsa sacra scriptu-  
ra signatur. Propheta igitur dū sancta animalia videret, ad-  
iunxit: Cumque aspicerem animalia: apparuit rota vna su-  
per terram. Quia in re quærendum est cum inferius rotę de-  
scribitur, cur vna rota prius apparuisse dicitur, nisi quia an-  
tiquo populo vetus solummodo testamentum datū est, quod  
ad erudiendam mentem illius quasi rota volueretur? Bene au-  
tem rota eadem super terram apparuisse dicitur: Peccanti  
enim homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Rota er-  
go super terram apparuit: quia deus omnipotens legem su-  
per corda peccatiū dedit. Sed quia hæc pēnata animalia sanctos  
(vt autē diximus) Euangelistas designant: quomodo pri⁹  
animalia, & postmodum rota vna aspicitur, dum antē testa-  
mentum vetus fuerit, & postmodum sancti Euangelistę secuti  
sint? Sed intelligere in his possumus quod illi prius a prophe-  
ta visi sunt, qui merito transcendunt. Nam quantum sanctum  
Euangelium testamentum vetus præcellit: tanto & prædica-  
tores eius in descriptione prophetica præferri debuerunt.  
Quamuis sit adhuc aliud quod in hac descriptione cōsiderari  
debeat, quia prophetię spiritus sic intra semetipsum ante-  
riora & posteriora simul colligit: vt hæc simul prophete lin-  
gua proferre non possit. Sed ampla quę videt de præteritis  
sermonibus emanat, & nunc vltima post prima, nunc vero  
prima post vltima loquitur. Vnde Ezechiel propheta sub fi-  
gura sanctę vniuersalis Ecclesię & Euangelistarum gloriam  
per quatuor animalium similitudinem videt: & tamen repē-  
tē illa subiungit quę anterioribus temporibus gesta sunt: vt  
pateat indicet simul se vidisse: quod carnis lingua non suf-  
ficeret simul dicere. Quia verō per quatuor animalia etiam  
perfectos omnes significari diximus, considerandum quoque  
est quoddam sanctorum & ante legem fuisse qui naturali lege  
districtē viuerent, & omnipotenti domino placerēt. Post ani-  
malia ergo rota describitur: quia electorum multi apud om-  
nipotentem dominum perfecti & ante legem fuerunt. Sin ve-  
ro animalia solos (vt diximus) Euangelistas debemus accipe-  
re: est adhuc aliud quod considerare debeamus. Videbat enī  
in spiritu propheta: quia hæc ipsa verba quę obscuritatibus  
obscure proferebat, non Iudaico populo, sed gentibus pan-  
derentur. Nobis igitur loquēs: prius animalia, & post rotam  
describere debuit: quia nos ad fidem domino largiente ve-  
nientes, non per legem Euangelium, sed per sanctum Euange-  
liū legē didicimus. Vbi verō vel qualis rota apparuerit: ad-  
iungit cum dicit: Iuxta animalia habēs quatuor facies. Vbi  
adhuc subditur: Et aspectus rotarum & opus earum quasi  
visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus  
earum & opera, quasi si sit rota in medio rotę. Quid est hoc  
quod cum vna rota diceretur: paulo post adiungitur: quasi si  
sit rota in medio rotę, nisi quod in testamenti veteris litera  
testamentum nouum latuit per allegoriam? Vnde & rota eadē  
quę iuxta animalia apparuit, quatuor facies habere de-  
scribitur, quia scriptura sacra per vtraque testamēta in qua-  
tuor partibus est distincta. Vetus etenim testamentum in  
lege & prophetis, nouum vero in Euangelis atque Aposto-  
lorum actibus & dictis. Scimus autem quia vbi faciem in-  
tendimus, ibi quod necesse est videmus. Rota ergo quatuor  
habet facies: quia prius refecanda mala in populis vidit  
per legem, postmodum vidit per prophetas: subtilius ve-  
ro per Euangelium, ad extremum autem per Apostolos ea  
quę in culpis hominum refecarentur, aspexit. Potest quo-  
que intelligi quod quatuor facies rota habeat, propter hoc

quod scriptura sacra per gratiam prædicatiōis extensa in  
quatuor mundi partes innotuit. Vnde & bene rota eadem  
vna prius iuxta animalia apparuisse: & postmodum quatuor  
facies habuisse describitur: quia nisi lex Euangelio concor-  
daret, in quatuor mundi partibus non innotesceret. Sequi-  
tur: Et aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris.  
Rectē sacra eloquia visioni maris similia narrantur: quia in  
eis magna sunt volumina sententiārum, cumuli sensuum. Nec  
immerito mari similis scriptura sacra dicitur: quia firmatur  
in ea sententię locutionis, sacramento baptismatis. Vel certē  
considerandum est, quia nauibus in mare nauigamus, cum ad  
desideratas terras tendimus. Nobis autem quid est in deside-  
rio nisi in illa terra de qua scriptum est: Portio mea in terra  
viuentium? Ligno autem (vt dixi) euehitur qui mare transit.  
Et scimus quia sacra scriptura lignum crucis per legem no-  
bis prænunciat, cum dicit: Maledictus omnis qui pendet in li-  
gno. Quod de redemptore nostro Paulus attestatur, dicens:  
Factus pro nobis maledictum. Per prophetas quoque lignum  
annunciatur, cum dicitur: Dominus regnabit a ligno. Et rur-  
sum: Mittamus lignum in panem eius. Per euangelium vero li-  
gnū crucis aperte ostēditur: vbi ipsa domini passio quę pro-  
phetata est, declaratur. Per Apostolū autem hæc eadem crux  
etiam in verbis & operibus tenetur, cum Paulus dicit: Mihi  
mundus crucifixus est, & ego mundo. Et rursum: Mihi autem  
absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nobis  
ergo qui ad æternam patriam tendimus: scriptura sacra per  
quatuor suas facies mare est, quę crucem annūciat: quia nos  
ad terram viuentium ligno portat. Nisi autem mari scripturā  
sacram similem cerneret propheta, minimē dixisset: Repleta  
est terra scientia domini: sicut aquę maris operientis. Sequi-  
tur: Et vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum  
& opera, quasi si sit rota in medio rotę. Vna similitudo ip-  
sarum est quatuor, quia quod predicat lex, hoc etiam prophe-  
ta: quod denunciant prophete, hoc exhibet Euangelium: quod  
exhibuit Euangelium, hoc prædicauerunt Apostoli per mū-  
dum. Vna ergo est similitudo ipsarum quatuor, quia diuina  
eloquia et si temporibus distincta, sunt tamen sensibus vna.

Et aspectus earum & opera, quasi si sit rota in medio ro-  
tę. Rota intra rotam est testamentum nouum (sicut dixi-  
mus) intra testamentum vetus: quia quod designauit testa-  
mentum vetus, hoc testamentum nouum exhibuit. Vt enim  
pauca de multis loquar, quid est quod Adam dormiente Ena  
prodeitur, nisi quod moriente Christo Ecclesia formatur?  
Quid est quod Isaac ad immolandum ducitur, & ligna por-  
tat, arę superimponitur & viuit: nisi quod redemptor noster  
ad passionem ductus, lignū sibi crucis ipse portauit? & sic in  
sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus, vt tamē im-  
mortalis maneret ex diuinitate. Quid est quod homicida  
post mortem summi pōtificis absolutus, ad terram propriā  
redit: nisi quod humanum genus quod peccando sibi metipsum  
mortem intulit, post mortem veri sacerdotis videlicet redē-  
ptoris nostri, peccatorum suorum vinculis soluitur: & in pa-  
radisi possessione reparatur? Quid est quod in tabernaculo  
propitiatorium fieri iubetur: super quod duo Cherubin, vni  
a summitate vna, & alterū a summitate alia, ex auro mundis-  
simo ponuntur expandentes alas, & operientes oraculum?  
Quid est quod se mutuo respiciunt, veris vultibus in propi-  
tatorium: nisi quod vtraque testamēta ita sibi in mediato-  
rem dei & hominū concordant, vt quod vnum designat, hoc  
alterum exhibeat? Quid enim per propitiatorium, nisi ipse  
redemptor humani generis designatur? De quo per Paulum  
dicitur: Quem proposuit deus propitiationem per fidem in  
sanguine ipsius. Quid verō per duo Cherubin quę plenitu-  
do sciencię dicuntur, nisi vtraque testamēta signata sunt?  
Ex quibus vnum a summitate vna propitiatorij, aliud verō  
a summitate altera stat: quia quod testamentum vetus de in-  
carnatione nostri redemptoris cepit prophetando promit-  
tere, hoc testamentum nouum perfectē narrat expletū. Duo  
autem Cherubin ex auro mundissimo facta sunt, quia vtraque  
testamēta pura ac simplici veritate describuntur. Expandūt  
vero alas, & oraculum operiunt, quia nos qui omnipotentis  
dei oraculum sumus: a culpis imminētibus scripturę sacrę  
ædificatione protegemur. Cuius dum sententiās sollicitē aspi-  
cimus, ab errore ignoratię eius alis velamur. Duo ergo Che-  
rubin

Psal. 141.

Deut. 21.

Gal. 3.

Psal. 95.

Hier. 2.

Gal. 6.

Ibidem.

L.

Esai. 2.

Gene. 2.

Gene. 22.


Iosue. 2.

M.

Exod. 25.

Ibidem.

Rom. 7.



**A** rubin in se mutuo respiciunt, versis vultibus in propitiatoriu: quia vtraque testamenta in nullo a se discrepant. Et quasi ad semetipsa vicissim facies tenent, quia quod vnum promittit, hoc aliud exhibet, dum inter se positum mediatorē dei & hominum vident. Facies quippe a semetipsis Cherubin auertentes, si quod vnu testamentu promitteret aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore dei & hominum loquuntur, ut vicissim se respiciant, in propitiatorium intendunt. Rota ergo in medio rotæ est: quia inest testamento veteri testamentum nouum. Et sicut sæpe iam diximus, quod testamentum vetus promissit, hoc nouum exhibuit, & quod illud occulte annūciat, hoc istud exhibitum aperte clamat. Prophetia ergo testamenti noui, testamentum vetus est, & expositio testamenti veteris, testamentu nouum. Sequitur: Per quatuor partes eorum ibant, & non reuertebantur. Quo alibi diuina eloquia nisi ad corda hominum vadunt? Sed per quatuor partes euntes ibant, quia scriptura sacra per legem ad corda hominum vadit, signando mysterium. Per prophetas vadit paulo apertius, prophetando dominum. Per Euangelium vadit, exhibendo quem prophetauit. Per Apostolos vadit, prædicando eum quem pater in nostra redemptione exhibuit. Habent ergo rotæ facies & vias: quia ostendunt sacra eloquia notitiam præceptoru cum exhibitione operum. Et per quatuor partes vadunt, quia distinctis (ut prædiximus) temporibus loquuntur,

**B** vel certe quia in cunctis mundi regionibus incarnatione dominum prædicant. De quibus aperte mox subditur: Et non reuertebantur cum ambularent. Hæc superius de animalibus dicta sunt, sed non eadem intelligi de rotis quæ de animalibus possunt. Rotis quippe signati testamenta diximus. Et testamentum vetus ambulauit quidem: quia per prædicationem ad mentes hominum venit, sed post ad semetipsum reuersum est, quia iuxta literam, in præceptis suis & sacrificiis usque ad finem seruari non potuit. Non enim sine immutatione permansit: cum in eo spiritalis intelligentia defuit. Sed cum redemptor noster in mundum venit, hoc spiritaliter fecit intelligi, quod carnaliter inuenit teneri. Itaque dum spiritaliter litera eius intelligitur, omnis in eo illa carnalis exhibitio viuificatur. Testamentum vero nouum etiam per testamenti veteris paginas testamentum æternum appellatum est, quia intellectus illius nunquam mutatur. Bene ergo dicitur quod rotæ euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent, quia nouum testamentum non rescinditur, dum vetus iam spiritaliter intelligitur. Post se non redeunt, quia usque ad finem mundi immutabilia persistunt. Ambulant ergo, sed non reuertuntur, quia sic spiritaliter ad cor nostrum veniunt, ut eorum præcepta vel studia ulterius non mutantur. Sequitur: Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus. Quid est quod in scriptura sacra eloquiis tria hæc inesse narrantur: ut staturam, altitudinem, & horribilem aspectum, id est terribilem habere memoretur. Querendum nobis magno opere est, quæ diuina scriptura statura, quæ altitudo, quis horribilis aspectus dicitur. Sciendum ergo est, quia stare, ad vitam congruit bene operantis. Vnde per Paulum dicitur: Qui stat, videat ne cadat. Qui etiam discipulis dicit: Sic stete in domino charissimi. Et propheta qui se vita ac moribus ante dominum stare videbat, ait: Viuit dominus, in cuius conspectu sto. Altitudo vero, est celestis regni promissio. Ad quam tunc pertingitur, quando iam mortalis vitæ omnis corruptio subiugatur. Horribilis vero aspectus est terror gehennæ, quæ sine fine reprobos cruciat, & semper in cruciatum conseruat. Statura ergo in rectitudine prædicationis est: Altitudo in celsitudine supernæ promissionis: Horribilis vero aspectus in minis atque terroribus supplicij sequentis. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit: ut auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non conuertant. Altitudinem habet: quia in celesti patria æternæ vitæ gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet, quia omnibus reprobis gehennæ supplicia minatur. Ostendit igitur staturam suam in ædificatione morum. Ostendit altitudinem in promissione prætorum: Ostendit horribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in præceptis: alta in promissionibus: horribilis in minis. Habet staturam, eum per prophetam dicit: Quiescite a gere peruersæ: discite benefacere: quærite iudiciu, subuenite

1. Cor. 10.  
Philip. 4.  
4. Reg. 3.

Esaie. 1.

oppresso, iudicate pupillo: defendite viduam. Et rursum: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudu, operi eum: & domesticos seminis tue despexeris. Habet altitudinem, cum per eundem prophetam dicit: Non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. Habet horribilem aspectum, cum infernum describens dicit: Dies ultionis domini, annus retributionis iudicii Sion, & conuertentur torrentes eius in picem, & fumus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem nocte & die, non extinguetur in sempiternum. Quam beatus quoque Iob describit dicens: Terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, ybi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans. Habet staturam cum per eum dominus propitius pollicetur dicens: Sicut cæli noui & terra noua quæ ego stare facio coram me dicit dominus, sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Illi enim veraciter coram domino stant, qui vitam suam in prauitate non dissipant. Habet altitudinem, cum statim subdit: Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit dominus: Quid est mensis nisi profectio dierum: Et quid est sabbatum, nisi requies in qua fieri opus seruile non liceat? Mensis ergo ex mense est, quia qui hic perfecte viuunt, illuc ad perfectionem gloriæ perducuntur. Sabbatum vero ex sabbato est, quia qui hic cessant a peruerso opere, illic quiescunt in celesti retributione. Habet etiã horribilem aspectum, cum protinus adiungit: Et egredientur & videbunt cadavera virorum, quæ prænati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quæ damnationis vulnera suscipere, & dolores vulnerum nunquam finire? De hoc horribili aspectu rotarum bene per Sophoniam dicitur: cum superuenire duris mentibus dies iudicii denunciatur: iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbini, dies tubæ & clamoris. Sed quia exterioris rotæ dicta posuimus, restat nunc ut interioris quoque staturam, altitudinem, & horribilem aspectum proferre debeamus. Habet quippe rota interior staturam suam, cum per sanctum euangelium ad terrena desideria incuruare nos prohibet, redemptoris nostri vocibus dicens: Attendite ut non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, aut in curis huius vitæ. Habet altitudinem, cum de eodem redemptore promittit, dicens: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid enim hæc potestate altius, quid hæc altitudine sublimius dici potest, in qua creatus quisque efficitur filius creatoris? Habet horribilem aspectum, cum de reprobis loquitur dicens: Ibunt in supplicium æternu. Habet staturam, cum veritas discipulos admonet dicens: Vendite quæ possidetis, & date elemosynam. Facite vobis sacculos non veterascentes. Habet promissionis altitudinem, cum dicit: Venient ab oriente & occidente: & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno celorum. Habet horribilem aspectum, cum subdit: Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Quibus rursum voce veritatis dicitur: Vos in peccatis vestris moriemini. Habet staturam, cum primi pastoris vocibus dicit: Ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Habet altitudinem, cum paulo post dicit: Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in eterno regno domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Qui rursus bonis pastoribus pollicetur, dicens: Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Habet horribilem aspectum, cum dicit: Adueniet autem dies domini ut fur, in qua cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Cum hæc igitur omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentu diei dei: per quam cæli ardentes soluentur: elementa vero ignis ardore tabescent. Habet staturam,

Esaie. 58.  
Esa. 60.  
Esaie. 34.  
Iob. 1.  
Esa. ultim.  
Ibidem.  
E  
Ibidem.  
Ibidem.  
Sopho. 1.  
Lucæ. 21.  
Ibidem.  
F  
Mat. 25.  
Lucæ. 12.  
Mat. 8.  
Ibidem.  
Ibidem.  
Ibidem.  
Ibidem.  
Ibidem.  
Ibidem.

**G**ram, cum per Paulum nos à terrenis desideris erigit, dicens: *Colof. 3.* Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & avaritiam, quæ est idolorum servitus. Habet altitudinē, cum promittit dicens: Vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Habet horribilem aspectum, cum minatur dicens: In revelatione domini nostri Iesu Christi de caelo, cum angelis virtutis eius in flamma ignis, dantis vindictam his qui non ponerunt deum, & qui non obediunt Euangelio domini nostri Iesu Christi, qui penas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius. *1. Thef. 1.* Habet staturam, cum nos admonet dicens: Videte ne quis alicui malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est sectamini in invicem & in omnes. Habet altitudinem, cum promittit dicens: Si commorimur, & conivemus: si sustinemus, & congregabimus. Et rursus: Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis. *1. Thef. 5.* Habet horribilem aspectum, cum minatur dicens: Terribilis quidem expectatio iudicii, & ignis æmulationis: quæ consumptura est adversarios. Qui rursus ait: Horrendum est incidere in manus dei viventis. *Heb. 10.* Quæ omnia breui quoque sententia stringit, dicens: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. *Ephes. 3.* **H**lata quippe est charitas, quia & inimicorum dilectionem capit, & per eam charitatem qua nos deus omnipotens latè diligit, etiam longanimiter portat. Hoc ergo nos debemus exhibere proximis: quod indignis nobis à creatore nostro conspiciamus exhiberi. Latitudo itaque & longitudo ad staturam pertinet, quia per amorem mores dilatat, ut fraternam malam charitatem longanimiter portet. Sublimitas autem est æternorum illa remuneratio præmiorum, de cuius immensitate dicitur: *1. Cor. 2.* Quia nec oculus vidit, nec auris audiit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit deus diligentibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinem, quia æterna sanctorum gaudia nulla nunc prævalent cogitatione penetrari. Profundum quoque est illa inæstimabilis damnatio suppliciorum, quæ eos quos susceperit in imis demergit. In quibus sacra eloquia horribilem aspectum habent, quia inæstimabilem terrorem audientibus inveniunt, cum supplicia inferis loquuntur. Bene ergo dicitur: Statura quoque erat rotis, & altitudo & horribilis aspectus. Quia scriptura sacra in utroque testamento & admonendo recta est, & promittendo alta, & minando terribilis. Hæc nos fratres charissimi hodierna die largiente domino dixisse sufficiat, ut ad differenda ea quæ subiuncta sunt, otio reparati redeamus, in authore omnium deo & domino nostro Iesu Christo confidentes: Qui vivit & regnat cum patre in unitate Spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum, Amen.

Homilia septima.



**T**otum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cumque ambularent animalia: ambulabant pariter & rotæ iuxta eas: & cum eleventur animalia de terra, elevantur simul & rotæ. Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter elebantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibat, & cum statibus stabat: & cum eleuatis à terra pariter elebantur & rotæ sequentes eas: quia spiritus vitæ erat in rotis. Et similitudo super caput animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis & extenti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Unumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.

**S**icut nostis fratres charissimi: consuetudo prophetiæ est, nunc ista, nunc illa conspiciere, & ab aliis in aliud subito verba dirinare: sicut Psalmista cum de domino loqueretur, dixit: Deus iudex, iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi convertamini, gladium suum

*Psal. 7.*

vibravit, arcum suum tetendit & paravit illum, & in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Repente subiungit: Conceptit dolorem & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Ecce cum domini narraret iustitiam, quasi non murata voce, repente peccatoris intulit culpam. Quod unum me exempli causa dixisse sufficiat: quia quisquis in prophetis usum lectionis habet, quam crebro ista faciat, non ignorat. Unde nunc Ezechiel propheta cum de rotis loqueretur, adiunxit: Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor. Qui enim non ipsarum sed ipsorum dixit: profecto indicat quia repetere sermo eius à rotis ad animalia rediit. Per quæ nimirum perfecti quique (ut prædictum est) designantur. Corpora itaque animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspicienda est: bona desiderabiliter providens, mala solerter cavens. Et hoc est laboriosius, quia sanctorum mens vehementer inuigilat ne se ante eorum oculos mala sub honorum specie abscondant. Circumspicienda ergo est vita sanctorum, ne sic sit libera, ut superba sit: quia sæpe in perbia excedit in verbis, & audiri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilis, ut formidolosa: quia aliquando timor restringit animum, & loqui quæ recta sunt, non præsumit, sed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatē esse se simulat. Ne sic sit parca, ut tenax sit: quia plærunque tenacia parsimonia appetit æstimari, ut iuste ac necessarier videatur tenere, quicquid egentis proximo misericorditer non vult impendere. Ne sic sit misericors, ut effusa sit: quia nonnunquam effusionem esse misericordiam putat. Aliud enim est pietatis studio necessaria proximis dare: atque aliud ea quæ possidentur, sine mercedis intentione dispergere. Quicquid ergo agitur, in radice intentionis pensandum est quo merito apud iudicium creatoris habeatur. Vade & idem creator dicit: Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Oculum videlicet intentionem, corpus verò actionem nominans. Quia si nostra intentio apud deum simplex fuerit: in eius iudicio nostra actio tenebrosa non erit. Igitur quia sancti viri solerter inuigilant, ut se vndique aspiciant, & ubique custodiant: ne aut mala propter ea ipsa appetant, aut hæc eadem sub specie bonorum agant: scilicet ne se eis vitia virtutes esse mentiantur, totum corpus plenum in circuitu oculis habent: quia omnis eorum actio providentia sollicitudinis & repletur & circumdatur. Hinc est quod Paulus Apostolus dum cuidam poenitenti de perpetrato facinore Corinthios prospiceret voluisse misereri, ait: Si cui aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donavi, propter vos, in persona Christi: ut non circumveniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Si enim parcendum erat: cur se humilitati tantæ voluntati discipulorum magister egregius sociat, ut neque ipse à discipulis, neque ab eo discipullus in compassionis causa dimissi viderentur, nisi quia sollicito providentia oculo attendit, quod plærunque dum alter donat: alter irascitur? Et quale est iam misericordiam sacrificium, quod cum discordia proximi offertur? Unde rectè ait: Ut non circumveniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Quia videlicet inde in alterius corde rixæ malum solet immittere, vade alterum conspiciet pietatis negotium fecisse. Imperfectum enim bonum est quod sic agitur, ut ne quid ei ex alio latere malè surrepat, non attendatur: nisi forte hoc quod sine cuiuspiam scandalo fieri non potest, culpa sit non fecisse. Hoc verò ideo dicimus, ut votum nostræ dilectionis faciamus: quia in nostro bono opere aliquando cavendum est scandalum proximi, aliquando vero pro nihilo contemnendum. Quod in ipso nostro authore didicimus, qui dum tributum Petro inquisito peteretur, prius paradigma proposuit, per quod se nihil debere respondit, dicens: Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an ab alienis? Cui cum diceretur ab alienis, illico respondit: Ergo liberi sunt filii. Sed postquam liberum se esse monstravit, ne fortasse scandalum cuiquam faceret, subdidit: Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius invenies statèrem, illum sumens da eis pro me & te. Qui rursus cum diceret, quia omne quod in os intrat, non coinquinat hominem, tunc accedentes discipuli dixerunt ei: Scis quia Pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio



**A**tatio quam non plantavit pater meus celestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Ecce magistra veritas ne in quorundam cordibus scandalum gigneretur, quod non debuit tributum dedit. Et rursum quia generari scandalum in quorundam cordibus contra veritatem vidit, in suo eos scindulo remanere permisit. Ex qua re nobis considerandum est quia in quantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, vitius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur. Corpora ergo animalium plena sunt oculis, cum se hinc inde cautè circumspectant. Sed scindum nobis est, quia sæpe dum alios reprobos intendimus: fit ut alia negligamus. Et ubi negligimus, ibi proculdubio oculum non habemus. Nam Phariseus ille qui ascenderat in templum orare (testante Evangelio) quid dixit agnouimus. Alit enim: Deus gratias ago tibi. Rectè ergo gratias deo agebat, à quo acceperat bona quæ fecerat. Qui etiam subiungit: Quia non sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus: ieiuno his in sabbato, decimas de omnium quæ possideo. Ecce ad exhibendam abstinentiam, ad impendendam misericordiam, ad referendas deo gratias oculum Phariseus habuerat: sed ad humilitatis custodiam oculum non habebat. Et quid prodest quod contra hostium insidias penè tota civitas caute custoditur, si vnum foramen apertum relinquitur, unde ab hostibus intretur? Quid ergo prodest custodia quæ penè ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci vnus aperitur? Phariseus autem qui ieiunium exhibuit, decimas dedit, deo gratias retulit, quasi penè per circuitum in suæ civitatis custodia vigilavit. Sed quia vnum in se foramen superbiæ non attendit, ibi hostem pertulit, ubi per negligentiam oculum clausit. Quia ergo sanctorum mentes undique se circumspectantes inuigilant, atque in omni suo opere pavoris & sollicitudinis oculum circumducunt, ne aut prava agant: aut recta quæ præcepta sunt non agant: aut bonis actibus expleis, in suis cogitationibus intumescant, & tanto grauius offendant, quanto iusti videntur foris, & occultius peccant, rectè dicitur: Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu. Sciendum quoque quod in translatione veteri non habetur totum corpus eorum in circuitu, sed dicitur: Dorsum eorum plenum oculis. Quæ videlicet sententia ab ædificationis intellectu non discrepat. Ea enim quæ sunt in facie, sæpe etiam peccatores homines custodire solent. Iusti autem viri quia se & in eis custodiunt quæ in promptu & in facie non videntur: in dorsis oculos habere referuntur. Qui ergo & ea quæ in occultis sunt discutunt: atque ab ipsis se custodiunt quæ latent, profectò oculos in dorsis habent. Quod tamen intelligi & aliter potest, quia ea quæ sunt ante faciem nostram, videmus, dorsum autem nostrum aliis in nobis videt, & nos videre non possumus. Quia autem sancti viri solenter se aspiciunt in quibus ab aliis iudicari possunt, & districtè se vident sicut sæpe districtè ab aliis videntur, qui in se nec ea quæ latere poterant ignorant, lumen in dorsum portant. Sequitur: Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuantur animalia de terra, eleuantur simul & rotæ. Ambulant animalia, cum sancti viri in scriptura sacra intelligunt quemadmodum moraliter viuunt. Eleuantur vero à terra animalia, cum sancti viri se in contemplatione suspendunt. Et quia vnusquisque sanctorum quanto ipse in scriptura sacra profecerit, tanto hæc eadem scriptura sacra proficit apud ipsum, rectè dicitur: Cum ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ: & cum eleuantur animalia de terra, eleuantur simul & rotæ: quia diuina eloquia cum legente crescunt: nam tanto illa quisque altius intelligit, quanto in eis altius intendit. Vnde nec eleuantur rotæ si non eleuantur animalia, quia nisi legentium mentes ad alta profecerint, diuina dicta, velut in imis, non intellecta facient. Cum enim legenti cuilibet sermo scripturæ sacre, si tepidus videtur sensus diuini eloquii, eius mentem non excitat, & in cogitatione sua nullo intellectus lumine emicat, rotæ & otiosa & in terra est, quia animal non eleuatur à terra. At vero si animal ambulet, id est bene viuendi ordinem querat, & progressum cordis inueniat, quemadmodum gressum boni operis ponat, ambulat pariter & rotæ, quia tantum in sacro eloquio profectum inuenis quantum

apud illum ipse profeceris. Si enim pennatum animal sese in contemplatione tenderet, rotæ protinus à terra subleuantur: quia terrena non esse intelligis, quæ prius in sacro eloquio iuxta terrenum more dicta credidisti. Fitque ut scripturæ sacre verba esse celestia sentias: si accensus per contemplationis gratiam temetipsum ad celestia suspendas. Et mira atque ineffabilis sacri eloquii virtus agnoscitur, cum superno amore legentis animus penetratur. Quia ergo animal ad alta se subleuat, rotæ volat. Sequitur: Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur, sequentes eum. Quod enim spiritus legentis tendit: illuc & diuina eloquia leuantur, quia si in eis altum quid videndo & sentiendo quesieris, hæc eadem sacra eloquia tecum crescunt, tecum in altioribus ascendunt. Bene autem de eisdem rotis dicitur: Sequentes eum. Legentis enim spiritus si quid in eis scire morale aut historicum querit, sensus hunc moralis historie sequitur. Si quid typicum, mox figurata locutio agnoscitur. Si quid contemplatiuum, statim rotæ quasi pennas accipiunt, & in aere suspenduntur, quia in verbis sacri eloquii intelligentia celestis aperitur. Quocumque ergo ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur sequentes eum. Rotæ enim spiritum sequuntur: quia verba sacri eloquii, ut sæpe iam dictum est, iuxta sensum legentium per intellectum crescunt. In vna enim eademque scripturæ sententia, alius sola historia patitur: alius typica, alius vero intelligentiam per typum contemplatiuum querit. Et fit plerumque ut, sicut dictum est, in vna eademque sententia cuncta simul tria valeant inueniri. Moyses enim cum de ardenti rubo vocatus fuisset, accessit propius ut videret visum, & ecce rubus ardebat, & non contumebatur. Magnum est hoc miraculum. Si solam in eo historiam requiras, est vnde legentis nutriatur animus, ut videas quod in ligno ignis ardeat, & non consumat. At vero si typicam intelligentiam queras, quid flamma nisi legem de qua scriptum est: in dextera eius ignea lex: & quid rubus ille, nisi Iudaicum populum designauit, peccatorum suorum spinis obsitum? Sed rubus ardens consumi non potuit, quia Iudaicus populus & ignem quidem legis accepit, & tamen peccatorum suorum spinas non deseruit, nec eius virta diuini sermonis flamma cremauit. Fortasse in hoc facto alius maiora per typum contemplari desiderat. Huius quia sensus excreuit, eleuantur pariter & rotæ. Inter homines enim perfectus homo factus est vnicus dei filius, qui sua peccata non habuit, sed spinas nostræ nequitie suscepit, atque vsque ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, & in semetipso ignem tribulationis nostræ suscipere. Sed arsit, & non arsit, quia ex humanitate est mortuus, & tamen immortalis ex diuinitate permansit. Suscepit à nobis vnde sacrificium fieret pro nobis, & tamen impassibilis atque incommutabilis permansit in propriis, ut nos commutaret à nostris. Alius fortasse historie moralitatem, atque per allegoriam intelligentiæ contemplationem requirit. Patet cunctis, iuxta historiam, hoc quod in lege scriptum est, ut turtur quæ pro peccato offertur, retorqueatur caput eius ad pennulas, ita ut collo inhaereat, & non penitus abrumptur. In quibus verbis dubius legentibus sensus historicus non est. Sed si hæc intelligere moraliter requiras, agitur rotæ, dum ad moralem intelligentiã ducitur sacri verbi sententia. Nos enim ipsi in omnipotentis dei sacrificium esse turtur debemus, ita ut caput nostrum retorqueatur ad pennulas, id est animus ad virtutes. Non enim immeritò per caput mentem intelligimus, quia sicut caput corpus, ita mens actiones regit. Sed caput ad pennulas retorqueri præcipitur, ut ea quæ dicis facias, & os ad opera coniungas. Nec ita caput abscindendum est, ut à corpore diuidatur, sed ex parte decidit, corpori suo iubetur inhaerere, quia videlicet mens nostra à carnali delectatione incidenda est, sed à carnis cura necessaria incidenda non est. Hinc enim scriptum est: Carnis curam ne feceritis in desideriis. Quæ ergo in desideriis fieri prohibetur, proculdubio in necessitate conceditur. Caput ergo turturis ex parte abscissum est, & ex parte inhaeret, ut sicut dictum est, & à voluptate carnis mens nostra incisa sit, & tamen à necessitate non sit abscissa. Quod si hoc sacrificii genus sub typica redemptoris nostri intelligentiã, alius ad contemplationem requirit, ascendat ergo ad fortiora animus, eleuetur animalia, ut eleuetur pariter & rotæ. Quis enim caput nostrum

Luc. 18.

B

C

E

Exod. 3.

Deut. 32.

F

Leuit. 1.

Gen. 5.

Rom. 13.

**Ephes. 1.** G nostrum est, nisi redemptor generis humani: De quo scriptum est: Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Quem cum Iudæi persequerentur, nomen eius delere de terra conati sunt. Cumque eum crucifixum & sepultum videret, hunc se ab amore omnium diuisisse crediderunt. Sed caput turturis & incisum est, & tamen a suo corpore diuisum non est, quia ex eo quod pro nobis mortem pertulit, omnes nos sibi verius in ipsa sua morte coniunxit. Et per hoc quod se nostris oculis visibiliter subtraxit, nostris se mentibus invisibiliter radicavit. Caput ergo turturis incisum inhefit corpori, quia pro nobis quidem redemptor noster passus est, sed a nobis separatus per passionem non est. Quia igitur dicta sacri eloquii cum legentium spiritu exerceant, recte nunc dicitur: Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur, sequentes eum. Et subditur: Spiritus enim vitæ erat in rotis. In rotis enim spiritus vitæ est, quia per sacra eloquia dono spiritus viuificamur, ut mortifera a nobis opera repellamus. Potest enim intelligi quia spiritus vadit, cum legentis animum diuersis modis & ordinibus tangit deus, quando hunc per verba sacri eloquii modo in zelo excitans, ad vltionem erigit, modo ad patientiam mitigat, modo in prædicationem intruit, modo ad poenitentiam lamæta compungit. Sed curramus breuiter per hæc eadem verba quæ diximus, & videamus quomodo sequuntur rotæ spiritui, qui vitæ spiritus dicitur, & rotis inesse perhibetur. Certè si legentis animum spiritus vitæ in zeli seruore tetigerit, protinus in sacris eloquiis videt quod Moyses ad castra rediens, & populam per idola peccasse cognoscens, hunc per seruore spiritus gladiis stravit. Quod Phinees persequendo luxuriam, iram domini gladio placauit. Quod Petrus sibimet mentientes verbo percussit & occidit. Quod Paulus negligentibus discipulis virga minatur. Si vitæ spiritus legentis animum ad seruandam patientiam tangit, statim sequatur & rotæ: quia in sacris eloquiis inuenit quod Moyses & Aaron cum loquentes recta, persecutionem populi passi sunt, ad tabernaculum cucurrerunt, pro ipso populo exorantes quem fugiebant. Sancta autem eorum mens & timorem inperbientium pertulit, & tamen contra eos ad odium non eripit. Patientia enim vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tolerare sed odisse non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. In eisdem quoque eloquiis inuenit quod Samuel de principatus culmine defectus, orasse se etiam pro deiicientibus confitetur. Quod nemo sanctorum ad celestem gloriam, nisi patientiam seruando peruenit. Quod ipse auctor & redemptor generis humani, spata, colaphos, spineam coronam, crucem, lanceam pertulit, & tamen pro persecutoribus orauit. Si vitæ spiritus legentis animum ad studium prædicationis excitat, statim sequatur & rotæ, quia in sacris eloquiis inuenit: Moyses iubente domino contra Aegypti regem in quantis se prædicationibus liberè verbis crexit. Quod Stephanus Iudæis perfidis diceret: Vos semper spiritus sancto resistitis, nec inter lapides timuit. Quod Petrus fustibus cæsus, ne in nomine Iesu loqueretur, cum magna libertate respondit: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Quod Paulus cathenarum vinculis stringitur, sed tamen verbum dei non est alligatum. Si vitæ spiritus ad poenitentiam lamenta compungit: sequuntur protinus rotæ, cum scripturæ sacre verba David poenitentiam proferunt, quod rex reprehensus a propheta quia subiectus cælesti regi non fuit, subiecto increpanti non erubuit confiteri quod fecit. Quod publicanus qui reatum suæ nequitie cognouit, etsi iniustus ad templum venit, iustificatus a templo rediit. Quod Petrus negationis maculas lachrymis lauit. Quod latro qui in cruce cognouit culpam, in ipsa iam morte inuenit veniam. De quibus adhuc rotis eadè propheta replicat atque subiungit: Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis a terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes ea, quia spiritus vitæ erat in rotis. Hæc sicut nollis fratres charissimi, ex maxima parte iam dicta sunt: sed iterata descriptione narrantur. Nec nos itaque prophetam dignatus est exponendo repetere, quæ spiritus per prophetam dignatus est replicando narrare. Hoc enim solum in his verbis nouum dicitur, quod dictum est: Cum stantibus stabant. Sicut autem quidam qui vsque ad hoc proficiunt, ut terrena quæ accipiunt, bene dispensare nouerint,

miseri cordiæ operibus intendant, oppressis subueniant. Hi videlicet vadunt, in eo quod se ad proximi utilitatem tendunt. Cum his ergo rotæ gradiuntur, quia sacra eloquia dictorum suorum passus in eius itinere disponunt. Et sunt alii qui in fide quam acceperunt, ita ad tenevendum fortes sunt, ut aduersis quibusque resistere valeant, & non solum minime ad peruersitatem trahantur perfidiæ, sed etiam peruersa loquentes impugnent, eosque ad rectitudinem pertrahant. Cui illis stantibus stant etiam rotæ, quia in eis rectitudinem suam sacri eloquii verbis confirmant, cum in eis audiunt: State & tenete traditiones quas didicistis. Et rursum: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem denoret, cui resistite fortes in fide. Et sunt alii qui omnia terrena despiciunt: nulla quæ prætereunt possidere dignantur, & in dei se ut prædictum est, contemplatione suspendunt. Cum his ergo eleuatis & rotæ pariter leuantur: quia in quantum quisque ad alta profecerit, intantum ei & sacra eloquia de altioribus loquuntur. Vadunt ergo animalia ad utilitatem proximi, stant ad custodiam sui, eleuantur ad contemplationem dei. Sed & rotæ pariter vadunt, stant, & eleuantur, quia quæ sita sancta lectio talis inuenitur, qualis & sit ipse a quo queritur. Ad actiuam enim vitam profecti: ambulat tecum. Ad immobilitatem atque constantiam spiritus profecti: stat tecum. Ad contemplatiuam vitam per dei gratiam peruenisti: volat tecum. Et rursum subditur: Quia spiritus vitæ erat in rotis. Quod idcirco secundo dicitur vitæ spiritus in rotis esse, quia scripturæ sacre duo sunt testamenta, quæ vtraque dei spiritus scribi voluit, ut nos a morte anime liberaret. Vel certè quia duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet dei, & dilectio proximi, per quæ vtraque nos sacre scripturæ dicta viuificant. Secundo ergo dicitur, quod spiritus vitæ erat in rotis: quia dilectionem dei & proximitatem in eloquiis diuinis. Per præcepta enim scripturæ sacre reuiuiscimus, qui mortui in culpa iacebamus. Vnde omnipotenti domino per Psalmistam dicitur: In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Iustificationes enim præcepta domini dicuntur, in quibus nos corrigendo iustificat. De quibus Psalmista apertius dicit: In tuis iustificationibus meditabor, non obliuiscar sermones tuos. In eis itaque nos viuificat: quia per hæc nobis spiritalem vitam demonstrat, eamque per afflatum spiritus nostris mentibus infundit. Quod quia quotidie per donum gratiæ in electorum mentibus agitur, spiritus vitæ erat in rotis. Hæc nobis scriptura in tenebris vitæ præsentis, facta est lumen itineris. Hinc etenim Petrus ait: Cui benefacitis intendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Hinc Psalmista dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis. Scimus tamen quia & ipsa nobis nostra lucerna obscura est, nisi hæc nostris mentibus veritas illustret. Vnde iterum Psalmista ait: Quoniam tu illuminas lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Quid enim lucerna ardens, nisi lumen est? Sed lumen creatum nobis non lucet, nisi illuminetur a lumine non creato. Quia ergo omnipotens deus ad salutem nostram sanctorum testamentorum dicta & ipse creauit, & ipse aperuit, spiritus vitæ erat in rotis. Sequitur: Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis extenti super capita eorum desuper. Hæc largiente domino duobus modis exponimus, ut lectoris iudicio quod eligendum censeat relinquamus. Possunt enim firmamenti nomine, cælestes potestates intelligi. Quod firmamentum rectè quasi aspectus crystalli dicitur: quia videlicet crystallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur. Et natura angelica, quando creata est, liberum arbitriū accepit, vtrū vellet in humilitate persistere, & in omnipotentis dei conspectu permanere, an ad superbiam laberetur, & a beatitudine caderet, per similitudinem aqua fuit. Sed quia cadentibus aliis, sancti angeli in sua beatitudine persistunt, atque hoc acceperunt in munere, ut iam cadere omnino non possent, in eis natura sua, quia iam dei conspectu mutabiliter non potest, quasi in magnitudine crystalli durata est. Quod crystallum horribile & extensum super capita animalium dicitur, quia illæ potestates angelicæ, quæ omnipotentis dei conspectui assunt, nobis adhuc in hac corruptione positæ, terribiles atque pauendæ sunt. Quarum nunc gaudia quia sensum no-

**H**  
**Exo. 33.**  
**Nume. 25.**  
**Acto. 5.**  
**1. Cor. 4.**  
**Nume. 20.**  
**Vide num sit, tumorē**  
**1. Reg. 8.**  
**Exod. 15.**  
**Acto. 7.**  
**Acto. 5.**  
**Philip. 1.**  
**2. Reg. 12.**  
**Luce. 18.**  
**Mat. 26.**  
**Luce. 23.**

2. Tbef. 2  
2. Pet. 5  
Psal. 111  
1. Pet. 1  
Psal. 111  
M  
Psal. 111  
lum no-



**A** iam nostrorum mentium excedunt: super capita animalium esse memorantur. Quis enim in carne corruptibili positus, comprehendere valeat quae sit illa angelorum ineffabilis & sine fine laetitia. Quae beatitudo, sine defectu vultum videre creatoris, atque in eius delectatione sine immutatione persistere potest. Firmamenti nomine, ipse per figuram nosse redemptor intelligi, verus deus super omnia, & factu inter omnia homo perfectus, in quo nostra natura apud patrem confirmata est. De quo etiam per Psalmistam prophetando dicitur: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Humana etenim natura priusquam à creatore omnium susciperetur, terra erat: nam firmamentum non erat. Peccatori quippe homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Et postquam assumpta est ab auctore omnium, atque in caelis subleuata, & super angelos ducta, firmamentum facta est, quae terra fuit. Sed firmamentum quod aspicit, cuius habeat similitudinem, subinfertur, cum dicitur: Quasi aspectus crystalli horribilis. Crystallum sicut dictum est, ex aqua congelat, & robustum fit. Scimus verò quanta sit aquae mobilitas. Corpus autem redemptoris nostri quia usque ad mortem passionibus subiicit, aquae simile iuxta aliquid fuit: quia nascendo, crescendo, lassescendo, esuriendo, sitiendo, moriendo, usque ad passionem suam per momenta temporum mobiliter decurrit. Cuius cursum propheta intuens ait: Exultavit ut gigas ad currendam viam. Sed quia per resurrectionis suae gloriam ex ipsa sua corruptione in incorruptionis virtute conualuit, quasi crystalli more ex aqua duruit, ut in illo & haec eadem natura esset, & ipsa quae iam fuerat corruptionis mutabilitas non esset. Aqua ergo in crystallum versa est, quando corruptionis eius infirmitas per resurrectionem suam ad incorruptionis est firmitatem mutata. Sed notandum quod hoc crystallum horribile, id est pauendum, dicitur. Quis autem nesciat cuius pulchritudinis sit crystallum? Et mirum quomodo in hoc crystallo conveniat pulchritudo cum pauore? Sed omnibus vera scientibus constat quia redemptor humani generis cum iudex apparerit, & speciosus iustis, & terribilis erit iniustis. Quem enim manifestam aspiciunt electi, hunc eundem pauendum atque terribilem conspiciunt reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt, quia modo terrorem illius considerare non cessant. Studiose enim considerant quam terribilis ad iudicium veniat. Culpas ante actas desinet, imminentes declinat. Paucos illius quotidie ante oculos mentis ponunt: & quando tremendus appareat, sine cessatione suspecti sunt, atque quotidie timendo agunt, ne quando venerit pertimescant. Similitudo ergo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis. Et quia ipse pauor eius quem in suis cogitationibus tenent, eorum mentes protegit, recte subiungitur: Extenti super capita eorum desuper. Firmamentum hoc quod in similitudinem crystalli super capita eorum animalium apparet: & horribile & extensum est, quia bonorum mentes vnde terret: inde protegit. Si enim pauendus in eorum cordibus non esset, protector & modo à peccatis & post à suppliciis non fuisset. Quia autem semper considerant quis pauor ex iudicio immineat, virtutum pennas in rectitudinem conseruant. Vnde & aptè mox subditur: Sub firmamento autem pennae eorum recte alterius ad alterum. Tunc pennae virtutum sub firmamento recte sunt, quando bonum quod alter habet, hoc alteri impendit: ut qui terrenam substantiam accipit, indigentis proximi inopiam subleuet. Qui doctrinae gratia plenus est, ignorantis proximi tenebras verbo suae praedicationis illustrat. Qui temporali potestate subnixus est, oppressos à violentiis releuet. Qui prophetie spiritu plenus est, à vita proximi mala, imminencia bona suadendo, declinet. Qui gratiam curationis accipit: intercessione sua saluti infirmantium pie & humiliter impendat. Qui à terrenis actibus liber soli deo vacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret. Fit autem saepe ut qui in terrena substantia nimis occupatur, orationi non quantum debet inuigilet. Et fit plerumque ut is qui ad exorandum dominum cunctis mundi oneribus exutus vacat, sustentationem viuendi non habeat. Sed dum diues porrigit alimentum atque vestimentum pauperi, & dum pauper orationem suam animae diuitis impendit, pennae animalium recte alterius ad alterum tenduntur. Nam dum ille

mihī verbum praedicationis exhibet, & lumine veritatis ex corde meo ignorantiae tenebras expellit, dum illi ego quia fortasse à mundi huius potente opprimitur, solatium meae defensionis impartior, atque hunc de violentis manibus euellō, vicissim nobis pennas nostras tendimus, ut nos affectu & ope vicaria, ex bono quod accepimus tangamus. Vnde bene primus pastor admonet dicens: Omnium finis appropinquabit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia mutua in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmurationibus. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Quod ergo apud Ezechielem penna, hoc apud Petrum Apostolum accepta gratia dicitur. Et quod ille ait: Recte pennae alterius ad alterum: hoc Ecclesiae pastor dicit. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Pennae enim nostrae recte iam non sunt, si ad vtilitatem nostram solummodo reflectuntur. Sed tunc recte fiunt, cum in vtilitate proximi dirigimus quod habemus. Quia enim bona nostra non à nobis sunt, sed ab eo haec accepimus à quo factum est ut essemus, tanto ea nobis non debemus retinere priuata, quanto ea nobis conspiciamus ab auctore nostro ad communem vtilitatem data. Vnde recte Petrus apostolus in exhortatione huius rei subdit dicens: Sicut boni dispensatores multififormis gratiae dei. Atque adhuc adiicit: Si quis loquitur, quasi sermone dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat deus. Ac si aperte dicat: Humiliter impendite bonum proximis, quia scitis vobis non à vobis esse quod habetis. Quilibet enim penna virtutis cum ad proximum impartiendo tendit, recte non erit, si humilitate caruerit. Sequitur: Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. Quia per corpus actio, per alas vero virtutes signentur, supra iam diximus. Et cum dicat: Sub firmamento autem pennae eorum recte alterius, ad alterum, quaerendum est qualiter subditur: Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum. Quia in re hoc patenter indicatur, quia & pennas alias ad alterum tendebant, & tamen duabus alis corpus proprium velabāt. Quid est hoc nisi quia sic debent virtutes quas accepimus aliis impendere, ut & ea in quibus peccauimus, non desinamus caute cogitare, & reatum nostrum quotidie per timorem & poenitentiam plangere? Duas enim alas superius, quibus corpus velatur, timorem & poenitentiam diximus. Sic ergo in charitate crescimus, ut pennas tendamus in proximis, & nunquam desinquamus cogitare & plangere nosmetipsos. Pennae tendantur iuxta, pennae cooperiant corpora, ut & de bonis actibus prebeamus exempla, & mala quae egimus, abscondant à iudicio timor & poenitentia. In translatione autem veteri de his alis dicitur: Singulis duae coniunctae & tegentes corpora eorum. In quibus verbis intelligitur, quia & ipsae erant pennae quae iungebantur alterius ad alterum, & ipsae quae eorum corpora cooperiebāt. Quod per figuram bene accipitur, quia illae nos virtutes apud omnipotentem deum protegent, quas ex charitate proximis impartimur, atque coniungimus. Cum quibus dum concorditer viuimus, mala quae fecimus velamus. Possunt ergo etiam per has alas duo praedicta charitatis intelligi, amor scilicet dei & proximi. Amando enim deum, nostra in nobis mala persequimur, id est corpus velamus. Diligendo autem proximum, & ei in quo prodesse possumus festinamus, id est alas ad alterum tendimus. Hoc autem quod subditur: Et alterum similiter velabatur in translatione veteri non habetur. Et quaeri potest cur postquam dictum est: Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, subiungitur: Et alterum similiter velabatur? Translatione autem septuaginta interpretum, Aquilae, Theodotionis, & Symmachi sollicitè perscrutantes, nihil ex his verbis inuenimus, sed beati Hieronymi scripturam legentes agnouimus, quia hanc sententiam in Hebraea veritate ita positam non quidem iuxta verbum, sed iuxta seculum inuenimus. Quare etenim potest cur postquam dictum est: Vnumquodque velabat corpus suum: statim subditur (& alterum similiter velabatur). Si enim diceret vnum & alterum, loquendi ratio staret. Postquam vero dictum est vnum quodque, cur adicitur alterum, cum in vnoquoque oēs comprehenduntur? Sed si & perfectorum vitam, & proficiendum merita distinguimus, & vnumquodque & alterum non irrationabiliter

Psal. 79.

Genes. 3.

Psal. 18.

Vide num sit, suspesi.

1. Pet. 4.

Ibidem.

F

**G**biliter positum videmus. Qui enim & sua desunt, & virtutū pennas ad proximos in exemplū tendunt, proculdubio perfecti sunt. Sunt autem plerique paruulorum, qui eorum lachrymas cōspiciunt & imitantur. Et qui nudi in suis prauitatibus esse potuissent, sanctos vigilatioresq; viros cōsiderant: moxq; suis prauitatib; irati, accenduntur vt plangent, & inflāmantur ad pōnitentiā. Atq; vt velare sanctos corpora sua cōspiciūt, ita ipsi quoq; lachrymarū suarum alis velantur. Seiplos enim magnis increpationibus feriunt, cur qui virtutes non habent, peccata sua minimē deplorant, si adhuc & illi plangere non desistunt, qui iam virtutū pēnas per exempla ad proximos tēdunt. In quibus verbis necesse est vt nos qui paruuli adhuc sumus, perfectorum semper & virtutes & lachrymas ante mētis nostrę oculos ponamus. Imitemur quę in illis aspiciamus, vt dum cęperimus per incrementa crescere, possimus ab illo districto examine mala quę fecimus velare. In assiduis enim fletibus in quotidiana nostra pōnitentia habemus sacerdotem in cœlis, qui interpellat pro nobis. De quo etiam per Ioannem dicitur: Si quis peccauerit, aduocatum habem⁹ apud patrem Iesum Christū iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus, cum aduocati nostri potentiam audimus. Sed exultationem nostram iterum remordet timor, quia ipse qui nobis aduocatus est, dicitur iustus. Nos enim causas iniustitię habemus, iustus vero aduocatus iniustas causas nullo modo suscipit, nec verba durē pro iniustitiis defendit. Quid ergo agimus charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala quę fecimus, & deseramus, & accusemus. Scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. Quilibet etenim peccator conuersus in fletibus, iā iustus esse inchoat, cum cęperit accusare quod fecit. Cur enim iustus non sit, qui contra suam iniustitiam iam per lachrymas flet? Iustus igitur aduocatus noster iustos nos defendet in iudicio: quia nosmetipsos & cognoscimus & accusamus iniustos. Non ergo in fletibus, nō in actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatione confidamus: Qui viuūt & regnat cum patre in vnitāte spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

I. IOH. 2.

H

Prover. 18.


Homilia octaua.



**I** audiebam sonū alarum quasi sonum aquarū multarū, quasi sonum sublimis dei. Cū ambularent: quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorū. Cumq; starent, dimittebantur pennę eorū. Nam cū fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorū: stabāt & submittebāt alas suas. Et super firmamentum quod erat imminēs capiti eorū: quasi aspectus lapidis sapphiri: similitudo throni, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi quasi speciē electri, velut aspectū ignis intrinsec⁹ per circuitū, a lūbis eius & desuper: & a lūbis eius vsq; deorsum vidi quasi speciē ignis splēdentis in circuitu: velut aspectū arcus cū fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hęc visio similitudinis glorię domini. Et vidi, & cecidi in faciem meam.

**Q**uod per exempla iustorum multi proficiant, superloris locutionis sine tractatum est. Atque hoc ipsum propheta nobis certius aperit, cū his quę dixerat adiungit: Et audiebā sonum alarū, quasi sonum aquarū multarū. Solēt in sacro eloquio per aquas populi designari. Vnde per Ioannē dicitur: Aquę verō sunt populi. Idcirco autem aquis populus designatur, quia & in vita sonum habet ex tumultu carnis, & quotidie desinit ex decursu mortalitatis. Vt autē sepe iam diximus, alę sunt animalū virtutes sanctorum. Quid est ergo quod propheta alarū sonum audit quasi sonū aquarum multarū: nisi quod ex omnipotentis dei pietate illę alę virtutum quę in paucis prius sanctis sonabant, iam nunc p̄dicatione diffusa, in multorū

populorum cōuersatione resonant? Incarnato enim, passo, & resurgente domino, pauca pennata animalia fuerunt: quia rari valde extiterunt qui cœlestia desiderarent, & virtutum pēnis se in alta suspenderēt. Sed postquam diuinitatis eius p̄dicatione in mundo diffusa est, quanti iam paruuli, quanti grauiorē, quanti fortes iuuenes, quanti imbecilles, quante conuersę peccatrices, quante annosę virgines per fidem, per sp̄, per amorem ad cœlestia euolant, quis dicere, quis aestimare sufficiat? Ecce alarum sonitus qui prius in paucis animalibus fuit, iam nunc in populis resonat, iam nunc mundi multitudinem ad cœlestē desiderium pennę virtutū leuant. Bene ergo dicitur: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum: quia sicut p̄fati sumus, ille virtutum sonus qui in aurem dei prius ex paucis sanctis factus est, postmodū ex aquis multis, id est ex innumerabilibus est populis multiplicatus. De quo sono adhuc bene additur: Quasi sonum sublimis dei. Quid est quod alarum sonus in sanctis animalibus quasi sonus sublimis dei dicitur, nisi quod omnipotēs deus & ipse implet mētes sanctorū cœlesti desiderio, & ipse exaudit impletas? Ipse etenim creat in sanctorum cordibus amorem, & ipse ex amantibus cordibus suscipit precem. Negationem suam Petrus fleuit amare: sed tamen illic p̄mittitur, quia Iesus respexit Petrum. Venit Maria Magdalene post multas maculas culpę ad pedes redēptoris nostri cum lachrymis. Sed quis illam infudit intus, nisi qui benignē suscepit foris? Quis illam ad lachrymas vrgebat per cōpunctionis spiritū: nisi qui hanc exterius coram simul recumbentibus recipiebat ad veniam? Redemptor igitur noster peccatricis mulieris mentem exergebat, cū de culpa compungeret. Suscipiebat vt a culpa liberaret. Bene ergo iste alarum sonus quasi sublimis dei dicitur, quia quicquid in sanctorum virtutibus agitur, eius est gratię qui merita largitur. Qui rectē per prophetam sublimis deus esse memoratur. In scriptura etenim sacra aliquādo deus nuncupatiuē, aliquādo verō essentialiter dicitur: Nuncupatiuē enim dicitur, sicut scriptū est: Ecce cōstitui te deū Pharaonis: Et sicut Moyses ait: Si quis hoc vel illud fecerit, applica illū ad deos: videlicet ad sacerdotes. Qui rursum dicit: Diis non detrahes, id est sacerdotibus. Et sicut Psalmista ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Essentialiter autem deus dicitur, sicut ad Moysē dicitur: Ego sum deus patris tui: deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Vnde Paulus Apostolus volens nuncupatiuum dei nomē ab essentiali discernere, de redemptore nostro locutus est dicens: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula. Qui enim nuncupatiuē dicitur, deus inter omnia, qui verō essentialiter, deus super omnia est. Vt ergo ostenderet Christum naturaliter deum, non hunc deum tantummodo, sed deum super omnia esse memorauit: quia & electus quisq; sicut p̄missimus, vel in exemplo iustitię prerogatio positus dici deus potest, sed inter omnia, quoniam nuncupatiuē deus. Christus autem deus est super omnia, quia naturaliter deus. Quem ergo Paulus deum super omnia, hūc Ezechiel propheta deum sublimem nominat. Postquam verō dictum est: Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quia adhuc additur: Quasi sonum sublimis dei, etiam hoc intelligere possumus, quod futurū electis omnibus scimus. Alarum etenim sonitus, sicut diximus, fuit in p̄dicatoribus sanctis: aquarū sonitus in conuersis & sequētibus populis. Sed idē ipse sonitus erit quādoq; sonus sublimis dei: quia multitudo quę nūc ad fidē per sanctos doctores trahitur, quādoq; in cœlestē patriā cōgregatur, vt ibi omnes electi sine fine laudent cū viderint sine fine quem laudent. Et quia tunc perfectē corpus redēptoris efficitur omnis multitudo sanctorum, iuxta Pauli vocem dicētis: Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum dei, eiq; ita tunc inhaerent, vt eis de corruptione, quę per resurrectionem vincitur, iam nihil in suo sancto amore contradicat, sed vnita glorię sui redemptoris fiat: Rectē dicitur: Quasi sonus sublimis dei. Notandus est ordo describentis, quia prius sonus ex allis animalium, qui postmodum quasi sonus aquarum multarum, ad extremum verō quasi sonus sublimis dei dicitur: Quod enim prius p̄dicauerūt sancti, hoc postmodū crediderunt atq; tenue-



**A** ternerunt conuersi ad fidem populi, qui ad extremum quoque liberatori omnium reddent laudem in caelestia subleuati. Sonus itaque animalium sit quasi sonus aquarum, & sonus aquarum sit quasi sonus sublimis dei: quia laudem omnipotentis domini quam prius in mundo pauci, hanc postmodum multi clamauerunt. Et quam nunc multi clamant, cum adhuc eis in semetipsis sua corruptio repugnat, hanc in caelestem patriam eiecit omnes suo iam capiti vniti resonabunt. Adhuc autem sanctorum animalium opera virtutesque describuntur, cum subditur: Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonitus castrorum. Si per sonitum sublimis dei, laus nostri creatoris in caelesti patria designatur, mirandum non est, quod rursus ad sanctorum opera, in hac adhuc vita uiuentium, propheticus sermo refunditur: quia sanctus spiritus in corde prophetarum quod simul ostendit intus, non simul eicit per linguam foras. Aqua quippe scientiae qua prophetantis animus repletur, in contemplatione vehementer exuberat. Sed quia angustum est spiritui omne os hominis, id est foramen carnis, ad explendam illam immensitatem quae conspicitur, profereudo lingua variatur. Postquam ergo sonum alarum quasi sonum sublimis dei esse conspexit in caelis, rursus ad terras redit, & pennata animalia quid hinc agant loquitur, ut illis summa mereantur, dicens: Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis: ut sonitus castrorum. Cum praedicatores sancti mundum praedicando & trahendo circumueuant, animalia ambulant. Et quia hi etiam quos colligunt, statim ut crediderint, in laudem nostri creatoris exurgunt, sit sonus quasi sonus multitudinis. Et quia in praedicatione eadem bellum contra aeras potestates somunt, recte subiungitur: Ut sonitus castrorum. Cum sanctis praedicatoribus fideles populi coniunguntur, contra malignos spiritus in prociectu fidei multitudines castrorum hant. Et dum quotidie fideles quique caelestibus desideris replentur, terrena despiciunt, dura sibi pro amore supernae patriae proponunt, contra potestates aeras castra hant, quia armati fide & bonis operibus muniti gradiuntur. Quasi enim quibusdam castris spiritualis exercitus per Paulum dicitur: Induite vos armatura dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. Sanctorum ergo multitudinis castra sunt, quae bellum contra potestates aeras susceperunt. Vnde sanctae uniuersalis Ecclesiae ita sub specie dilectae describitur, ut dicatur: Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Quia enim Hierusalem pacis visio interpretatur: culus nomine patria caelestis exprimitur, sancta Ecclesia suavis & decora ut Hierusalem dicitur: quia eius vita & desiderium uisioni iam pacis intimae comparatur, ut in eo quod authorem suum diligit, quod eius speciem videre concupiscit, de quo scriptum est: In quem desiderant angeli prospicere, per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicitur: Quae quantum deo amabilis efficitur, tanto agitur ut malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis: subiuncta comparatione ostenditur, id est, ut castrorum acies ordinata. Quid est quod sancta Ecclesia ab hostibus suis ut castrorum acies sit timenda? Non enim a magno intellectu uacat ista comparatio: & idcirco est subtiliter intuenda. Scimus enim & constat quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atque densata, ut in nullo loco interrupta uideatur. Nam si ita disponitur, ut locus uacans per quem hostis possit ingredi dimittatur: profecto iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus, summopere necesse est ut per charitatem semper vniti atque constricti, nunquam interrupti per discordiam inueniamur, quia si quaelibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malum discordiae locus aperitur, in acie: unde ad feriendos nos hostis ualeat intrare. Antiquus uero inimicus castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, non timet: quia ipse nec carne premitur, ut in eius luxuria dissoluatur. Abstinenciam non timet, quia ipse cibo non utitur: quia necessitate corporis non urgetur. Dis-

tributionem terrenarum rerum non timet, si eisdem operi charitas desit: quia diuitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatem ueram, id est amorem humilem, quae nobis uicissim impendimus, timet, & nimis concordiae nostrae inuidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amittit in caelo. Bene ergo dicitur: Terribilis ut castrorum acies ordinata: quia electorum multitudinem eo maligni spiritus pertimescunt, quod eos per charitatis concordiam munitos contra se, & conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordiae uirtus ostenditur, cum sine illa uirtutes reliquae, uirtutes non esse monstrantur. Magna enim est uirtus abstinentiae. Sed si quis ita ab alimentis abstinereat, ut ceteros in cibo distudicer, & alimenta eadem quae deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus etiam damnet, quid huic uirtus abstinentiae facta est, nisi laqueus culpae? Vnde Psalmista quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait: Laudate eum in tympano & choro. In tympano enim corium siccum resonat, in choro autem uoces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum nisi abstinentia, & quid per chorum nisi charitatis concordia designatur? Qui itaque sic abstinentiam tenet, ut concordiam deserat, laudat quidem in tympano, sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plus sapere quam necesse est student, a proximorum pace resiliunt, dum eos uelut hebetes stultosque contemnunt. Vnde per se ueritas admonet, dicens: Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos: ut quisquis habere sal sapientiae studet, curet necesse est quatenus a pace concordiae nunquam recedat. Quod uero de his duabus uirtutibus diximus: hoc de ceteris omnibus sentiendum est. Vnde Paulus terribiliter admonet, dicens: Pacem sectamini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. Quia autem nil sine concordia deo placeat, ipsa per se ueritas demonstrat, dicens: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ad altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Ecce a discordantibus accipere non uult sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordiae, propter quod & illud abiicitur, per quod culpa laxatur. Quia uero electi semper in charitate coniuncti sunt, & haec eadem eorum charitas sonum laudis reddit auctori, malignis uero spiritibus, id est, antiquis suis hostibus poenam incutit timoris: recte nunc de pennatis animalibus dicitur: Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum. Debet autem ab exortu sanctae Ecclesiae fidei oculos uique ad finem mundi tendere, & haec eadem castra quomodo ambulant uideri. Castra enim multitudines appellantur exercitus, cum in prociectu pergunt, aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. Castris ergo uia est uita praesentis seculi, omnibus concorditer uiuentibus sanctis. Alia autem sunt castra praedicatorum: qui huc illucque pro colligendis animabus in sancti operis prociectu laborant. Alia castra continentium, atque ab hoc mundo recedentium, qui contra malignorum spirituum bella quotidie in corde se praeparant. Alia castra bonorum coniugatorum, qui uiuentes in amore omnipotentis dei concorditer, sic uicissim sibi carnis debitum soluunt, ut tamen quid deo de bonis operibus debeant, nullatenus obliuiscantur. Sed etsi quae, ut homines, delinquit, haec incessanter pijs actibus redimunt. Quia ergo distincti fidelium ordines ab exortu sanctae Ecclesiae usque ad finem mundi concorditer uiuentes, contra potestates aeras dimicant, castra ambulant, & sit quasi quidam castrorum sonitus, quia in eis ad laudem omnipotentis dei, & uirtutum gladij, & arma miraculorum sonant. De sanctis uero animalibus adhuc subditur: Cumque starent, demittebantur pennae eorum. Stant sancta animalia, quando ea quae dei sunt, intenta contemplatione considerant. Sed eorum pennae deponuntur, quia dum alta dei iudicia aspiciunt: suae eis uirtutes uilescunt. Quod aperte exponitur, cum statim subditur: Nam cum fieret uox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant: & submittebant alas suas. Firmamentum superius sub intellectu duplici iudicauimus exponendum. Possunt enim, sicut dictum est, firmamenti nomine, caelestes

Eph. 6.

Cant. 6.

1. Petr. 1.

Cant. 6.

Roma. 14.

Psal. 150.

Mar. 9.


Heb. 12.

Matt. 5.

F

**G**lestes potestates intelligi. Et potest firmamenti nomine, incarnatus unigenitus, per hoc quod in eum natura nostra ad æternitatem firmata est, designari. Prius ergo quid sentimus de angelis, & postmodum de domino angelorum loquamur. Ecce enim dicitur: Cum fieret vox super firmamentum, stabant, & submittebant alas suas. Quo in loco hoc primo sciendum est, quia non submittere ab inferiori ad superiora tendere, sed a superiori ad inferiora alas deponere debet intelligi, propter hoc quod præmissum est. Cum starent, demittebantur pennæ eorum. Quærendum itaque nobis est quæ sit vox quæ super firmamentum fit. Sed eandem vocem melius intelligimus si ab imis ad superiora gradientes, quasi quibusdam passibus ascendamus. Sicut auditus corporis excitatur voce, ita sensus mentis excitatur intellectu, qui de inferioribus agitur. Vox ergo est in mente, quasi quidam sonus intelligentiæ. Sed sciendum est quia nostris sensibus aliquando vox carnis loquitur, aliquando vox animæ, aliquando vox firmamenti, aliquando vox quæ super firmamentum est. Ponamus ergo ante oculos quod si quispiam sit læsus a proximo, qui ex humana ratione cogitat, ut vicem læsioni reddat, malum pro malo retribuatur, huic vox carnis loquitur in mente: quia cum diuina mandata præcipiant bene nos facere his qui nos oderunt, quisquis malefacere se odientibus cogitat, in eius animo vox carnis sonat. Multa terrena quotidie agimus, post hæc ad orationem redimus. Accenditur ad compunctionem animus, sed earum rerum quas agimus, imagines versantur in mente, & intentionem compunctionis præpediunt in oratione, & quod volentes foris egimus, hoc interius patimur inulti, & quedam cogitationum phantasmata mentem per imagines corporeas dispergunt, ne stricta tota in oratione se colligat. Hæc quoque vox carnis est. Cum verò & ista subigimus, atque ab oculis mentis cunctas corporeas imagines effugamus, ipsam in nobismetipsis naturam animæ quærentes, qualis sit, quæ carnem viuificare potest, sed semetipsam stringere in bonis cogitationibus sicut desiderat non potest: inuenimus quendam intellectualem spiritum per creatoris potentiam viuentem, corpus quod sustinet viuificantem, sed tamen obliuioni subditum, mutabilitati subiectum, quem sæpe timor afficit, lætitia extollit. Ipse itaque intellectus animæ vox eius est, quia sonat quod est: quæ tamen adhuc vox sub firmamento est. Sed transcendentem animam vocem de firmamento quærimus, cum illa sanctorum angelorum innumera multitudo in omnipotentis domini conspectu qualis sit inuestigamus, quæ sit in eis sine fine festiuitas visionis domini, quæ lætitia sine defectu, qui amoris ardor non crucians, sed delectans, quantum in eis sit desiderium visionis dei cum satietate, & quanta satietas cum desiderio. In quibus nec desiderium poenam generat, nec satietas fastidium parit. Quomodo inherendo beatitudinæ sint beati, quomodo contemplando semper æternitatem sint æteri, quomodo coniuncti vero luminis facti sint lux, quomodo aspicientes semper incommutabilem, mutati sunt in incommutabilitatem. Sed cum ista de angelis cogitamus, adhuc vox de firmamento est, non super firmamentum. Transeat ergo animus, & ab ipsis transcendat omne quod creatum est. In solo creatoris sui lumine fidei oculos figat, quod vnus viuificet omnia qui creauit deus, quod vbique est, & vbique totus est, quod incircumscripsum & incomprehensibilem sentiri potest: & videri non potest, quod nusquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longè est: quod nec ibi deest ubi longè est: quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam: quod omnia tangit, nec tamen æqualiter omnia tangit. Quædam enim tangit ut sint, nec tamen ut viuant & sentiant, sicut sunt cuncta insensibilia. Quædam tangit ut sint, viuant, & sentiant, nec tamen ut discernant, sicut sunt bruta animalia. Quædam tangit ut sint, viuant, & sentiant, & discernant, sicut est humana & angelica natura. Et cum ipse nunquam sibi metipsum sit dissimilis, dissimiliter tangit dissimilia. Quod vbique præsens est, & inueniri vix potest: quod stantem sequimur, & apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos mentis quæ illa natura sit quæ tenet omnia, implet omnia, circumplectitur omnia, superexcedit omnia, sustinet omnia. Nec alia ex parte sustinet, atque alia superexcedit: neque alia ex parte implet, atque alia circumplectitur, sed circumplectendo implet, implendo circumplectitur, sustinendo su-

perexcedit, superexcedendo sustinet. Huius natura potentia cum strictus in ea cogitat animus, vox super firmamentum fit: quia eius intellectum concipit, quia & angelorum sensum sua incomprehensibilitate transcendit. Cum ergo vox super firmamentum fit, stant animalia, & submittebant alas suas, quia sanctorum mentes cum creatoris sui potentiam intenta contemplatione considerant, vilescunt eorum animo virtutes quas habent, & tanto fiunt apud se humiles, quanto eis illud altum est quod super angelos sonat. Fortasse enim doctores sunt, sed cum coeperint tacita mente cogitare quæ sit ineffabilis dei sapientia, quæ mentes hominum sine strepitu verborum docet, & quomodo hæc eadem sapientia si auditorum mentes non doceat, vox docentium vacuè laborat, sua eis doctrina protinus vilescit: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Fortasse prophetae sunt, sed cum tacita mente considerant, quia prophetia suæ oculo simul omnia diuinitatis mysteria penetrare non possunt, quoniam sicut ait Apostolus: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, in illa immensitate secretorum vident, quia parum est omne quod vident, atque ex ipsa immensitate altitudinis hominis considerant quam minus sit illud quod in aperto oculo quasi per rimas viderunt. Deponant ergo alas suas, cum vox super firmamentum fit: id est, humilietur in eo quod apprehendant, cum superna conspiciunt, quæ ab eis comprehendi non possunt. Sæpe etiam sancti cogitationibus ipsa quæ habent bona blandiuntur, ut eorum mentes in aliqua sui fiducia eleuent, sed protinus ad occulta dei iudicia recurrunt, quomodo alij ex virtutibus ad infernum per elationem corruunt, alij ex vitiis correcti, ad cælum per humilitatem leuantur. Vnde nos ad humilitatem reuocans propheta terret & admonet, dicens: Venite, & videte opera domini, quam terribilis in consilijs super filios hominum. Quis enim dignè considerare valeat quantum super nos terror sit consiliorum dei, quando alter ex virtutibus in finem tendit ad vitia, & alter ex vitiis in virtutibus concludit finem? Quia iuxta Salomonis vocem, sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei. Nec tamen scit homo vitium amore vel odio dignus sit, sed omnia in futuro seruantur incerta. Et est via quæ videtur hominibus recta, & nouissimum eius ducit ad mortem. Hæc itaque occulta iudicia profunda cogitare, quid est aliud quam alas deponere, id est, de nulla iam virtute confidere, sed sub magno timore trepidare. Siue enim omnipotentis dei naturam considerent, siue eius iudicia perpendant, trepidant, perimescant. Est ergo quasi alas deponere, est virtutes quas habent humiliare. Sic Abraham alas deposuit, qui quando loqui cum deo cepit, puluerem & cinerem se esse cognouit, dicens: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis. Sic Moyses alas deposuit, qui eruditus omni scientia Aegyptiorum, mox ut verba domini audiuit: verba se non habere deprehendit, dicens: Obsecro domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius. Ex quo enim locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris lingue sum. Ac si aperte diceret: Postquam a te verba vitæ audio, confusum me in verbis prioribus agnosco. Sic Elia, cuius vita domino ad prædicandum placuerat, cum eundem dominum contemplatus, carbone de altari in ore tactus est, ait: Ve mihi quia tacui: quia vitæ pollutus labijs ego sum. Ecce ad superiora subleuatus sibi metipsum de labiorum pollutione dupliciuit. Nisi enim cælestis munditiæ alta conspiceret, esse se iudicabilem non inuenisset. Sic loquente domino Hieremias clamat: A, a, domine deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Iuxta enim ea verba quæ audiebat, verba se non habere cognouerat. Sic Daniel sublimem visionem videns, per plures dies elanguit & egrotauit. Quia & hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora dei conspiciunt, in sua sibi met estimatione infirmi atque imbecilles fiunt. Sic beatus Iob de quo dominus amicis illius dixit: Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob: cum verba dei colloquens audiret, respondit, dicens: Insipienter locutus sum, & quæ ultra modum excederent scientiam meam. Et paulo post: Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla & cinere. Qui enim quantum ad homines sapienter locutus fuerat, loquentem sibi deum audiens, insipienter se locutum fuisse reprehendit: quia in contemplatione veræ sapientiæ sua ei



A sua ei sapientia viluit. Ad vocem ergo desuper venientem animalia alas deponunt, quia virtutem dei siue in natura sua contemplari requiramus, siue in occultis iudiciis inuestigare cogitemus, pro eo quod ei<sup>a</sup> nobis impenetrabilia sunt, nostra nobis si qua inesse bona credebantur vilescunt. Et qui in quantalacunque scientia volare credebamur, inuisibilem super nos naturam & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus. Sequitur: Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum: quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni. Et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.) Quid per thronum, nisi illae virtutes angelicae designantur, quae ipsos quoque angelos dignitate loci superioris excedunt? Nam cum angeli nuncij dicantur: saepe angeli ad annuncianda quaedam hominibus veniunt, throni missi ad ministerium nuncij nusquam leguntur: quia eis longe sublimius creator omnium praesidet. Vnde Paulus Apostolus ordines caelestium agminum quos ad tertium coelum raptus viderat, describens ait: Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Thronos igitur ante eos angelorum ordines dixi: quibus illos praelatos esse cognouit. Bene autem thronus lapidi sapphiro comparatur: quoniam lapis sapphirus aerium habet colorem. Virtutes ergo caelestium lapide sapphiro designantur, quia in spiritu quibus deus omnipotens altius praesidet, superioris loci in caelestibus dignitatem tenent. Super thronum vero similitudo hominis: quia & super illas virtutes quae & ipsos angelos antecedunt: nostri est gloria redemptoris. Notandum ergo qui ordo seruatur. Super animalia enim firmamentum, super firmamentum thronus, super thronum homo esse describitur: quia & super sanctos homines adhuc in hac corruptione corporis viuentes, angeli, & super angelos, superiores & deo proximae angelicae potestates, super potestates deo proximae, eleuatus est mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Sin vero, vt praediximus, firmamenti nomine mediator dei & hominum pro assumpta humanitate debet intelligi, quia sub vnus nominis appellatione solent per prophetiae spiritum multa signari, vox super firmamentum facta est, quae super baptizatum dominum de caelo sonuit, dicens: Tu es filius meus dilectus: in te complacui. Sicut per Euangelistam alium dicitur: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Queramus igitur quomodo hanc vocem animalia audiunt, & alas deponunt? Abacuc propheta requisitus, dicit: Domine audiuisti auditum tuum, & timui: considerasti opera tua, & expaui. Quid est autem quod pater de filio loquitur, dicens: In quo mihi complacui? Omnis enim qui poenitendo corrigit aliqua quae fecit, eo ipso quo poenitet, se sibi displicuisse iudicat, quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens pater sicut intelligi ab hominibus poterat, humano modo de peccatoribus locutus est, dicens: Poenitet me fecisse hominem super terram: quasi sibi metipso displicuit in peccatoribus quos creauit. In solo autem sibi vnigenito domino nostro Iesu Christo complacuit, quia hunc inter homines hominem creasse eum non poenituit omnimodo, in quo peccatum nullo modo inuenit, sicut de illo per Psalmistam dicitur: Iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. In solo ergo sibi redemptore nostro complacuit pater, quia in solo non inuenit culpam, in qua se reprehendat quasi per poenitentiam. Sancta itaque animalia vocem super firmamentum audiant & pertimescant: quia si solus sine peccato est, in eius innocentia aspiciunt in quantis ipsa quotidie delinquant, quae necesse est vt incessanter desinant. Considerant quoque quia & ipse author vitae, sine passionis dolore ex hac vita non exiit. Et haec ergo vox super firmamentum facta est, quia omnipotentis patris sententia etiam de morte ac resurrectione vnigeniti processit. Sed cum vox super firmamentum sit, stant animalia, & submitunt alas suas, quia sancti quique cum ipsum quoque vnigenitum flagellatum in hoc mundo conspiciunt, deponunt si quid de suis meritis praesumunt. Nam si ipse hinc sine flagello non exiit qui venit sine peccato, quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato venerunt? ipsum ergo firmamentum quod est su-

per caput animalium, id est, quod transcendit mentes sanctorum, habet super se vocem, quia redemptor noster eam quam cum patre disposuit ex diuinitate sententiam pertulit in carne. Quam audientes Iusti terreatur, & omnem de suis viribus praesumptionem deponunt. Quibuslibet etenim virtutibus polleat, quid digna est vita peccatorum, si & eius vita pro nobis flagello subiicitur, quae iudicia nullo peccato fuit? Sed ecce grauis nobis quaestio oritur, cum dicitur: quia super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni. Si enim per firmamentum dominus, & per lapidem sapphirum & similitudinem throni summa illae potestates angelicae figurantur, quomodo super firmamentum, id est, super dominum esse credenda sunt, cum & mox subditur: Et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper? Nam si, ita vt dictum est, firmamentum exprimitur dominus, & rursus homo accipitur dominus, qua ratione potest intelligi, & ipse super thronum, & ipse sub throno? Sed astrictos huius quaestions nodos ipse soluit de quo loquimur, qui afflatu sancti spiritus ea quae clausa sunt aperit. Incarnatus enim vnigenitus patris per hoc quod homo factus est, infra angelos fuit, sicut de eo scriptum est: Minuisti eum paulominus ab angelis. Resurgens autem & ascendens in caelos, omnibus angelicis potestatibus praesidet: sicut de eo illic rursus scriptum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et sicut ipse ait: Data est mihi omnis potestas. Firmamentum ergo sub throno, & homo super thronum est: quia per humanae assumptionem naturae, & ipse est sub angelis natus, & ipse super angelos exaltatus. Qui & prius quam per resurrectionis exaltaretur gloriam, diuinitate super angelos fuit, sed tamen angelis, vt dictum est, humanitate minoratus: ex qua & morti subiicitur. At postquam mortem resurgendo calcauit, humanitatem suam etiam maiestatis angelorum superposuit. Prius itaque thronus super firmamentum, & post homo super thronum visus esse describitur: quia humani generis redemptor, humanitatem quam descendendo sub angelis assumpsit, ascendendo super angelos exaltauit. Sic vero factum eum sub angelis dicimus, sicut factum sub lege praedicante Apostolo audiuimus. Assumptam ergo humanitatem sub angelis accipimus pro ea minoratione in qua dignatus est apparere. Nam mox vt verbum caro factum est: mox deus homo potestate super angelos fuit. De ipso quippe ante passionem scriptum est: Ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Sed tamen vt humanitatis eius infirmitas monstraretur, rursus de eo scriptum est: Apparuit illi angelus de caelo, confortans eum. Indumento ergo vtriusque naturae, huic & angeli ministrare, hunc & angelus confortare describitur. Vnus quippe in vtraque natura: quoniam qui deus ante secula exiit: homo factus est in fine saeculorum. Cui tamen ante passionem suam & angeli ministrant, & hunc angelus confortat. Post passionem vero atque resurrectione eius huic angeli ministrare possunt, sed iam hunc confortare non possunt: quia, vt praedictum est, etsi prius firmamentum sub throno apparuit, iam tamen homo super thronum est. In cuius persona vt propheta sanctus adiunctionem vtriusque naturae se vidisse ostenderet, protinus adiunxit: Et vidi quasi speciem electri. Quid est quod aspectus hominis videtur in throno quasi species electri, nisi quod in electo, sicut longe superius diximus, aurum argentumque miscetur, vt res vna ex metallis duobus fiat? In qua & per argentum auri claritas temperatur, & per auri claritatem species clarescit argenti. In redemptore autem nostro natura diuinitatis & humanitatis inconfuse vnita sibi met atque coniuncta est, vt & per humanitatem diuinitatis eius claritas nostris potuisset oculis temperari, & per diuinitatem humana natura in eo claresceret, atque exaltata fulgorem vltra hoc quod creata fuerat haberet. Ipse vero aspectus hominis super thronum, & species electri quam vidit: qualis ei apparuerit, adhuc scribendo subiunxit: Velut aspectus ignis intrinsecus per circuitum, a lumbis eius & desuper. Et a lumbis eius vsque deorsum vidi quasi specie ignis splendentis in circuitu. Quid est quod mediator dei & hominum homo Christus Iesus a lumbis & desuper aspectum ignis intrinsecus per circuitum habere describitur, & a lumbis & deorsum specie ignis splendentis per circuitum?

Col. 1.

B

Luce. 4.

Matt. 3.

17.

Abac. 3.

Gen. 6.

Psal. 109.

Psal. 8.

Ibidem.

Matt. 28.

E

Gal. 3.

Matt. 4.

Luce. 22.

F

**G** Inuestigandum namque est quare à lumbis & desuper ignem intrinsecus, nec tamen splendentem ignem habere narratur: à lumbis verò & deorsum habere ignis speciem dicitur: non tamen hunc habere intrinsecus memoratur: quia & splendentem & in circuitu hunc habere describitur. Quid enim lumborum nomine, nisi propago mortalitatis exprimitur? Propter quod etiam & Levi dicitur: quia adhuc in lumbis patris erat cum Melchisedech occurrit Abraham. De lumbis verò Abraham virgo Maria exiit, in cuius utero vnigenitus patris per spiritum sanctum incarnari dignatus est. Ex qua incarnatione vniverso innotuit mundo deus, sicut & per Psalmistam dicitur: Accingere gladio tuo circa foemur tuum potentissime. Gladium etenim circa foemur potentissimum sumpsit, quia sermo predicationis illius, ex incarnatione conualuit. Quid verò ille ignis designat, nisi ardorem sancti spiritus, qui corda quae replerit incendit? De quo ipsa veritas dicit: Ignem veni mittere in terram. Quid est ergo quod in hoc aspectu hominis qui prophetae apparuit, à lumbis superius intrinsecus per circuitum ignis ardet, à lumbis vero inferius non ignis intrinsecus, sed in circuitu resplendet: nisi quod ante incarnationem vnigeniti redemptoris nostri, sola intra se iudaea ardorem amoris eius habuit: post incarnationem vero illius in circuitu eius ignis resplenduit, quia in vniverso mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit? Prius ergo intrinsecus ignis erat, sed splendor non erat: quia spiritus sanctus in multis quidem patribus iudaeam replebat, sed ad notitiam gentium, necdum eius lumen emicuerat. A lumbis vero eius & deorsum ignis in circuitu splendet: quia postquam de virgine carnem sumpsit, in humano genere longè lateq; sancti spiritus dona dilatauit. Et notandum quod ignis iste à lumbis superius per circuitum esse describitur, non extrinsecus, sed intrinsecus: quia amoris flamma, sicut dictum est, in electis atq; spiritualibus viris ubiq; in suis finibus iudaeam repleuit. Nec tamen exiebat extrinsecus, quia sese in multitudinem gentium non dilatabat. Quae ardoris flamma visa est postmodum in circuitu splendere, quia per mundi cardines in vniversis gentibus omnipotentis dei cepit amor excrecere. Erat ergo prius ignis intrinsecus, cum iacob diceret: Salutare tuum expectabo domine. Quod enim salutare dicimus Latine, hoc verbo Hebraico Iesus dicitur: In quo verbo beati iacob mens ostenditur, quomodo Iesu desiderio ardebat: quem se moriens expectare perhibebat. Ardebat ignis cum Moyses diceret: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum: ut videam te. Ardebat ignis in mente, cum David diceret: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei mei? Qui incarnationem verbi desiderans, ait: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Ardebat ignis cum Simeon de corruptione vitae praesentis exire desiderans, audiuit non prius se visurum mortem, nisi videret Christum domini. Sed ecce iam ignis iste quasi sub lumbis exterius resplendet, quia vniversa gentilitas incarnati dei est amore succensa. Quod tamen intelligi & aliter potest, quia redemptor noster deus dominus Iesus Christus per humanitatem suam hominibus innotuit, qui per diuinitatem notus angelis & ante incarnationem fuit. Nobis ergo à lumbis inferius resplendet in circuitu, cuius ignis intrinsecus à lumbis superius ardet in caelo, quia illic coelestes spiritus eum in diuinitate sua conspiciunt, & amoris eius ignibus accenduntur. Nos vero qui hunc ex assumpta humanitate diligimus, adhuc in hac corruptibili vita positi, splendorem ignis illius foris habemus. Vnus itaque super thronum est, qui & super lumbos ignem intrinsecus habet in angelis, & sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus, quia in omne quod ab angelis amatur, per omne quod ab hominibus desideratur: vnus est, qui in cordibus ardet amantium. Hic est enim quod magna illae potestates angelicae, seraphin, id est, incendium nominantur. Hinc de ipso omnium creator scriptum est: Deus noster ignis consumens est. Ignis enim deus dicitur, quia flammis amoris sui incendit mentes quas replet. Et ideo seraphin incendium dicuntur, quia potestates ei proximae, in caelis inestimabili amoris eius igne succensa sunt. Ex hoc igne succensa ardent in terra corda iustorum. Hoc igne calefacta redeunt ad poenitentiam

corda peccantium, quae inflammata vehementer timorem in amorem vertunt. Nam quae prius tabescere metu coeperunt, postmodum igne amoris flammant. Et quia eius membra sunt electi angeli in caelo, eius membra sunt conuersi homines in terra. Vnus homo est qui & super lumbos ardet intrinsecus, & sub lumbis inferius ignis sui splendorem in circuitu emittit, quia & angelos ad amorem suum per diuinitatem tenuit, & homines ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate reuocauit. Sequitur: Velut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiae. Arcum omnipotens deus inter se atque homines in signo posuit: ut vltra mundum diluuium non deleteret, dicens: Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me & inter terram. Cumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor foederis mei vobiscum. Vnde & in arcu eodem color aquae & ignis simul ostenditur: quia & ex parte est ceruleus, & ex parte rubicundus: ut vtriusque iudicij testis sit, vnus videlicet faciendi, & alterius facti. Sed iam non ulterius faciendi, quia mundus quidem iudicij igne cremabitur, sed aqua iam diluuij non deletur. Quid est autem quod splendentem ignem à lumbis hominis throno praesidentis, sicut ait: Aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiae, propheta conspexit? Quia enim per ignem, sicut dictum est, ardor sancti spiritus designatur, quae similitudo est arcus & spiritus, ut ignis qui apparuit, quasi aspectus arcus apparuisse diceretur? Sed si ipsi quam praediximus visioni arcus intendimus, quomodo arcus significet spiritum videmus. In arcu quippe sicut praefatus sum, aqua & ignis apparent. Et post mediatoris aduentum, eo virtus spiritus sancti in humano genere claruit, quo electos dei & aqua baptismatis lauit, & igne diuini amoris incendit. Quasi enim admixto colore aquae simul & ignis quidam arcus in nube ad probationem ponitur, cum veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Qui arcus in nube est in die pluuiae, quia in dominica incarnatione & in effusione praedicationis ostenditur, ut ad veniam corda credentium domino parcente reuocentur. Nubem enim redemptoris carnem non inconuenienter accipimus. De qua per Psalmistam dicitur: Qui ponit nubem ascensum suum. Nubem quippe ascensum suum posuit, quia is qui diuinitate ubique est, carne ad coelestia ascendit. Expleta verò omni mystica visione, subiungit: Hic erat aspectus splendoris per gyrum, & haec visio similitudinis gloriae domini. Quid enim in vniverso mundo sancti spiritus gratia agat aspiciens, ait: Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Quae verò intrinsecus eiusdem sancti spiritus gloria maneat, considerare volens, sed sicut erat non valens, subiungit: Et haec visio similitudinis gloriae domini. Non enim ait: Visio gloriae, sed similitudinis gloriae: ut videlicet ostendatur quia quantalibet se intentione mens humana tendat, etiam si iam phantasias imaginum corporalium à cogitatione compellat, si iam omnes circumscriptiones spiritus ab oculis cordis amoueat, adhuc tamen in corde mortali posita, videre gloriam dei non valet sicut est. Sed quicquid de illa est quod in mente resplendet, similitudo, & non ipsa est. Vnde & ille praedicator qui raptus vsque ad tertium caelum fuerat, dicebat: Videmus nunc per speculum in aenigmate. Quae in re non despicienda nobis quaestio oritur, quomodo Ioannes Euangelista cum erga miracula redemptoris nostri iudaeorum perfidiam etiam ex verbis prophetis descripsisset, adiungit, dicens: Haec dicit Esaias quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Et si Ezechiel vidit, quid est quod iste similitudinem gloriae, & ille eius gloriam vidisse describitur? Sed cum Ioannes Euangelista prius miracula redemptoris nostri narrauit, atque infidelitatem iudaeorum postmodum subdidit, hanc eiusdem redemptoris nostri gloriam quae in mundo apparuit, Esaiam vidisse manifestat. Omne enim quod in terra mirum diuinitus agitur, gloria omnipotentis dei est, & eius gloria in omnibus factis videtur. Esaias ergo eius gloriam in terra vidit. Ezechiel verò gloriam in caelo sicuti est videre non potuit, quia aliter est gloria eius in rebus factis, atque aliter in semetipso. Haec ergo eius gloria quae in rebus est, videri potest: illa verò quae in ipso est, videri modo nisi per similitudinem non potest.

Hebr. 7.

Psal. 44.

Luce. 12.

H

Gene. 49.


Exod. 23.

Psal. 42.

Psal. 84.

Hebr. 12.

Deu. 4.



**A** non potest. Sed & si eandem similitudinem gloriæ vel suble-  
tatis portare propheta potuerit, cognoscamus. Sequitur:  
Et vidi, & cecidi in faciem meam. Quid ergo de hoc viro  
heret, si ita ut est, eius gloriæ vidisset, si ferre non valens ce-  
cidit: Quia in te cum magno mœrore pensare & considerare  
cum lacrymis debemus, in quantam miseriam & infirmita-  
tem cecidimus, qui & ipsum bonum ferre non possumus, ad  
quod videndū creati sumus. Est tamen & aliud quod de pro-  
pheta factō consideremus in nobis, Propheta enim mox ut  
gloriæ domini similitudinem vidit, in faciem suam cecidit.  
Cuius similitudinem gloriæ quia nos per spiritum prophe-  
tiæ videre non possumus, hanc assidue cognoscere, & sollici-  
tè contēplari in sacro eloquio, in cœlestibus monitis, in præ-  
ceptis spiritualibus debemus. Qui cum aliquid de deo con-  
spicimus, in faciem nostram cadimus, quia ex malis erubesci-  
mus quæ nos reminiscimur perpetrasse. Ibi enim cadit ho-  
mo vbi confunditur. Vnde & Paulus quasi quibusdam in fa-  
cie iacentibus dicebat: Quem ergo fructum habuistis tunc in  
illis in quibus nunc erubescitis? Ecce cœlestis gratiæ dono  
largiēte, obvolutum mysteriis libri initium in Ezechiel pro-  
pheta discussimus, & dicta mystica moraliter differentes, vo-  
lantem prophetiæ historiam à terra extraximus, ut quæ pri-  
us paruulorum animæ mihi quæ similia volabat, sed non ele-  
uabatur, iam nunc ab eis legatur & cognoscatur, euolet &  
leuet. Agamus ergo gratias redemptori nostro, qui spiri-  
tali semper alimento nos reficit, qui panis viuus descendit  
de cœlo, & dat vitam mundo. Qui viuit & regnat cum pa-  
tre in vnitāte spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorū.  
Amen.

Roma. 6.

Homilia nona.

**A**udiu vocem loquentis, & dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices quæ recesserunt à me. Patres eorum preuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dicet ad eos: Hæc dicit dominus deus: si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quia domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant & quiescant, quoniam irritatores sunt. Tu autem fili hominis audi quæcumque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. Aperi os tuum: & comede quæcumque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me: in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me: qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

**I**nitium libri in Ezechiel propheta magnis obscuritatibus clausum, & quibusdam mysteriorum nodis ligatum in homiliis octo, deo domino nostro Iesu Christo largiente discussimus. Iam nunc planiora sunt & minus difficilia quæ sequuntur. Charitati itaque vestræ colloquimur, eidem omnipotenti deo gratias referentes, quia post tot opaca sylvarum, tandem lati ad cæpos exiimus, in quibus liberis gressibus locutionis nostræ intrepidum pedem ponamus. Ecce enim postquam propheta similitudinem gloriæ domini contēplatus in faciem suam cecidit, adiungit: Et audiui vocem loquentis, & dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Vbi adhuc subditur: Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Ecce diuina vox iacenti propheta iussit ut

resurgeret. Sed surgere omnino non posset, nisi in hunc omnipotentis dei spiritus intrasset: quia ex omnipotentis dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, sed hæc implere non possumus, si ipse non adiuuat qui iubet. Sic Paulus cum discipulos admoneret dicens: Cum metu & tremore vestram ipsorum salutem operamini: ilico quis in eis hæc ipsa bona operaretur adiunxit, dicens: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit: Sine me nihil potestis facere. Sed in his considerandum, quia si bona nostra sic omnipotentis dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionem quarimus? Si autem ita nostra sunt, ut dona dei omnipotentis non sint, cur ex eis omnipotenti deo gratias agimus? Sed sciendum est quia mala nostra, solummodo nostra sunt: bona autem nostra, & omnipotentis dei sunt & nostra: quia ipse aspirando nos præuenit ut velimus, qui adiuuando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possumus implere quæ volumus. Præueniente ergo gratia, & bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis dei donum est, fit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat, dicens: Plus illis omnibus laboraui. Qui ne suæ videretur virtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: Non autem ego, sed gratia dei mecum. Quia enim cœlesti dono præuentus est, quasi alienum se à bono suo opere agnouit: Non autem ego. Sed quia præueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quod libero arbitrio eandem gratiam est subsecutus in opere, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Ac si diceret: In bono opere laboraui, non ego: sed & ego. In hoc enim quod solo domini dono præuentus sum in ego. In eo autem quod donum voluntate subsecutus: & ego. His igitur breuiter contra Pelagium & Celestinum dictis, ad exponendi ordinem redeamus. Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Notandum nobis est ordo locutionis & operis, quia prius similitudo gloriæ domini appareret ut deiciat: postmodum alloquitur ut eleuet, deinde super abundantis gratiæ spiritum mittit & læuat, ac supra pedes statuit. Nisi enim aliquid de æternitate in mente videremus, nunquam in facie nostra poenitendo caderemus. Sed iam facientis vox domini consolatur nos facere ut in opere surgamus, quod tamen non nostra virtute non possumus facere. Ipsius ergo nos spiritus implet & læuat, & super pedes nostros statuit: ut qui proni in poenitentia pro culpa iacimus, recti postmodum in bono opere stemus. Sed stans propheta quid audierit adiunxit, dicens: Et audiui loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Sic propheta describit sua, ut significet nostra. Nam quid est hoc quod iacenti dicitur: Sta supra pedes tuos, & loquar tecum? Qui enim iacenti loquebatur, cur non sensu stanti promittit esse locuturum? Sed sciendū quia alia sunt quæ iacentes, alia quæ stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur ut surgat, stanti autem præcipitur ut ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet authoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus: dignum est ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans ergo propheta, visionem spiritalem vidit & cecidit. Cadens verò, iam monitionis verbum suscepit ut resurgeret. Surgens autem præceptum audiuit ut prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus, cum iam de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus, dignum est ut ad poenitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur. Et cum iam in bonorum operum soliditate persistimus, necesse est ut vnde nosmetipsos correximus, inde iam prædicantes & alios læuemus. Iacenti ergo non præcipitur ut ad prædicationem pergat, ne infirmus quisque hoc quod verbo edificare potest, opere destruat. Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecit. Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Prius enim de luto prauitatis educitur, ut eius pedes per fidem in petra solidentur. Sed quia rectam fidem, recta subsequi

Philip. 2.


Ioan. 15.

1. Cor. 15.

Psal. 39.

**G** debet operatio: gressus eius directi sunt, ut post directionem gressuum, id est, post perfectionem boni operis, in ore acciperet etiam nouum canticum prædicationis. Sic Saulus dum superbe Damascum pergeret, redemptoris voce prostratus iacuit. Et qui prædicator futurus erat, non tamen mox ut prædicaret quod viderat audiuit: sed ei iacenti dicitur: Ingredere in ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens ergo hoc solum audire potuit: ut surgens disceret quod audierat. Surgens verò hoc didicit ut quæ cognouerat prædicaret. Sed quærendum nobis est cur Ezechiel & Paulus in faciem cadunt: & de ascensore equi, id est, de eo qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: Ut cadat ascensor eius retro? Rursumque de persecutoribus domini scriptum est: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quid est hoc quod electi in faciem, & reprobi retrorsus cadunt, nisi quod omnis qui post se cadit: ibi procul dubio cadit ubi non videt: qui verò ante se ceciderit, ibi cadit ubi videt? Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur: quia ibi corruunt ubi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt. Iusti verò quia in istis visibilibus semetipsos sponte deiiciunt ut in inuisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur. Notandum verò quod dicitur: Mitto ego te ad filios Israël: ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me.) Sicut enim duobus modis à deo receditur, ita duobus modis à deo apostatae homines fiunt. Nam vnusquisque à conditore suo aut fide recedit, aut opere. Sicut ergo qui à fide recedit, apostata est: ita qui ad peruersum opus quod deserit redit, ab omnipotente deo apostata absque vlla dubietate deputabitur, etiam si fidem tenere videatur. Vnum enim sine altero nil professe valet, quia nec fides sine operibus, nec opera adiuuant sine fide, nisi fortasse pro fide percipienda fiant, sicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audire, quam fidelis existeret. Qua ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda faciebat. Nam cui ab angelo dicitur: Orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascēderunt in memoriam in conspectu dei: & mox pro eadem ascēsiōne præcipitur ut ad Simonem mittat, qui ei veniens prædicare debeat, constat quia hoc petiit, vnde meruit exaudiri. Sequitur: Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt ad quos ego mitto te.) Ecce est vna culpa superbiæ: quia præuaricati sunt pactum. Ecce altera obstinationis, quia vsque ad diem hanc. Ecce in iniquitate filiorum culpa granis impudentiæ, quia dura facie: quoniam mala quæ faciunt, iam non erubescunt, & nunquam vel post culpas ad pœnitentiam redeunt: quia indomabili corde sunt. Cùm verò tantæ prauitatis, tantæque obstinationis sint: hi ad quos propheta mittitur: quis iam non videat, quia persona prophetae à tam peruersis hominibus despici valeat? Sed ecce authoritas personæ tribuitur, cùm subditur: Et dices ad eos. Hæc dicit dominus deus.) Ac si aperte diceretur: Quia si ex te despiceris ex mea voce necesse est ut loquaris. Ne contempnaris ipse qui mitteris, verba mea proferens, ostende qui misit. Sequitur: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant: quia domus exasperans est.) Dum constat quod omnipotens deus omnia sciat, mirandum valde est cur dicitur: Si forte audiant, & si forte quiescant. Quapropter sciendum nobis est: quia ista dubitatio locutionis dei non ex ignorantia: sed ex aliqua significatione descendit. Nam quis nesciat quod qui fecit & videt omnia, omnia sciat? Et per semetipsam in Euangelio veritas de antichristi prædicatoribus dicit: Dabunt signa magna & prodigia: ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Cur hoc sub dubitatione dicitur, cùm quid futurum sit, à domino præsciatur? Vnum verò è duobus est, quia si electi sunt, fieri non potest. Si autem fieri potest, electi non sunt. Et tamen dicitur ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ista ergo dominici sermonis dubitatio ex electorum cordibus, delignatio tentationis fuit, quia qui electi sunt ad persistendum, per signa prædicatorum antichristi tentantur ad cadendum. Per hoc ergo quod dicitur, si fieri potest, hoc exprimitur quod electi in corde tentantur. Nutant enim, sed non cadunt. Dicitur ergo si fieri potest: quia trepidabunt: & tamen dicuntur electi, quia non cadunt. Dubita-

tio itaque sermonis à domino in electis exprimit trepidationem mentis. Quos & electos nominat, quia cernit quod in fide & bono opere persistunt. Vnde hic quoque dicitur: Si forte audiant, & si forte quiescant.) Per hoc enim quod dicitur, si forte, quia ex magna multitudine pauci audituri sunt demonstratur. Per dubitationem ergo sermonum dei quid significatur aliud, nisi paucitas auditorum? Notandum verò quod postquam mala parentum defunctorum dixerat, mittens prophetam ad filios dicat: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant. Quid est dicere vel ipsi, nisi quia eorum patres qui in culpa defuncti sunt: audire noluerunt? Penitemus rogo quæ virtus sit in hoc dominici sermonis defectu, ut dicat: si forte vel ipsi audiant. Nobis hoc aperte dicitur, qui afflicti, oppressi, conclusi, omnia quæ in hoc mundo habuimus bona perdidimus. Vrbes erutas, euersa castra, depopulatos agros, suffossas Ecclesias videmus, & tamen adhuc parentes nostros ad iniquitates sequimur, ab eorum elatione quam vidimus, non mutamur. Et illi quidem inter gaudia, nos verò, quod est grauius, & inter flagella peccamus. Sed ecce omnipotens deus iniquitates iudicans, iam priores nostros abstulit, iam ad iudicium vocauit. Nos adhuc ad pœnitentiam expectat, ad reuertendum sustinet. Et qui in illis iam iudicium exercuit, nobis suæ patientiæ longanimitatem prærogat, ne cum nostris prioribus perdat, dicens: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quia domus exasperans est.) Omnis anima etiam post acceptam fidem in perueritate sua, aut permanens aut reuertens, domus exasperans vocatur, quia cum quem per fidem susceperat, repellit à se prauis moribus habitorem deum. Nam domus inhabitatur à domino. Si ergo domus, quare exasperans? Si verò exasperans, quare domus, quæ utique iam non habitatur? Domus, quia in ea deus per fidem habitare coeperat. Exasperans verò est, quia ab ea prauis moribus repulsi exiit, ut vacua remaneat: quam prius coelestis inhabitator replebat. Vnde etiam sicut veritatis voce cognouimus, iniquissimus spiritus cum septem aliis rediens, domum scopsis mundatam inuenit, quia mentem à virtutibus alienam replet. Sequitur: Et scient quia propheta fuerit in medio eorum.) Malis scire bonos, aut ad adiutorium salutis proficere, aut ad testimonium damnationis solet. Sciant ergo quia in medio eorum propheta fuerit, ut audita prædicatione aut adiuuentur ut surgant & conuertantur, aut sic in iniquitatibus eorum damnentur, ut excusatione careant. Sequitur: Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.) Patet ad quam peruersos in prædicationem mittitur, qui ne timeat admonetur. Et quia prauis atque peruersis quique bona sibi loquentibus alia iniqua faciunt, & adhuc alia minantur, propter illa quæ faciunt dicitur: Ne timeas eos: & propter hoc quod minantur, adiungitur: Neque sermones eorum metuas. Vel certe quia reprobi atque iniqui & mala bonis ingerunt, & eorum semper actibus derogant, propheta missus admonetur, ne eorum vel crudelitatem aut furorem metuat, vel verba pertimescat. In hoc itaque quod dicitur: Ne timeas, prophetae datur authoritas prædicationis. Et quia omnes qui in deo viuimus, organa veritatis sumus, ut sæpe per alium mihi, sæpe verò aliis loquatur per me, sic nobis boni verbi inesse authoritas debet, ut & is qui præest, dicat recta liberè, & is qui subest, inferre bona humiliter non recuset. Bonum enim quod maiori à minore dicitur: tunc verè bonum est, si humiliter dicitur: Nam si rectitudo sentiendi humilitatem loquendi perdidit, radicem sensus in ramo linguæ vitiauit. Quod videlicet vitium iam non ex ramo, sed ex radice est, quia nisi cor intumesceret, lingua minimè superbi-ret. Inesse ergo ad loquendum priori humilis authoritas, inesse autem minori libera humilitas debet. Sed sæpe in hominibus ipse loquendi ordo confunditur: sicut & longè superius diximus. Nam aliquando quis per tumorem elationis loquitur: & loquit se per authoritatem libertatis existimat, & aliquando alius per stultum timorem tacet: & tacere se per humilitatem putat. Ille locum sui regiminis attendens, non metitur sensum tumoris: iste locum suæ subiectionis considerans, timet dicere bona quæ sentit, & ignorat quantum charitatis reus efficitur



**A** efficiatur timendo. Sic verò sub autoritate superbia, & humanus timor sub humilitate se palliat: vt saepe nec ille valeat considerare quid deo, nec iste quid debeat proximo. Nam ille eos qui sibi subiecti sunt conspiciat: & ei cui omnia subiacent, non intendit. In elatione attollitur: & de elatione sua velat de autoritate gloriatur. Iste verò nonnunquam dum timet ne maioris gratiam amittat, atque per hoc aliquid tē periculis damni sustineat, recta quae intelligit occultat: atque apud se tacitus, ipsum timorem quo constringitur, humilitatem nominat. Sed eum cui nil vult dicere: tacendo in cogitatione diiudicat. Firquet vt vnde se humilem existimat, inde grauis sit superbus. Discernenda ergo semper sunt libertas & superbia, humilitas & timor: ne aut timor humilitatem, aut superbia libertatem fingat. Ezechiel itaque quia non solum populo, sed etiam senioribus loqui mittebatur, ne incautum timorem humilitatem crederet: vt timere non debeat, admonetur, dum dicitur: Ne timeas eos. Ac ne forte derogationis eorum verba pertimescat, adiungitur: Neque sermones eorum metuas. Cur autem linguas derogantium timere non debeat, etiam causa subiungitur, cum protinus subinfertur: Quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hi quibus loqui mittebatur, si in fide & opere deo omnipotenti placuissent. Quia autem increduli & subuersores sunt, in suis sermonibus derogantes, timendi non sunt, quia stultum valde est si illis placere querimus, quos non placere domino scimus. Debent enim haberi in metu & reuerentia iudicia iustorum, quia membra omnipotentis dei sunt, & hoc ipsi in terra reprehendunt quod dominus redarguit ex caelo. Nam peruersorum derogatio, vitae nostrae approbatio est, quia iam ostenditur nos aliquid iustitiae habere, si illis displicere incipimus, qui non placent deo. Nemo etenim potest in vna eademque re, omnipotenti domino, atque eius hostibus gratus existere. Nam deo se amicum denegat, qui eius placet inimico. Inimicis veritatis aduersabitur, qui eidem veritati in mente subiugatur. Vnde sancti viri in voci liberae iniquatione succēsi, eos ad sua odia excitare non metuunt, quos deum non diligere cognoscunt. Quod propheta ardēter exhibens, creatori omnium quasi in munere obtulit, dicens: Nonne qui oderunt te deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Ac si aperte dicat: Pensa quantum te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc iterum dicit: Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam securus sum iustitiam. Bonum valde est quod iustus tribuit, quando male agentibus libera voce contradicit. Sed peruersi mala pro bonis retribuunt, cum iustis derogant, quia contra eos iustitiae defensionem seruant. Non enim iusti humana iudicia, sed aeterni iudicis examen aspiciunt, atque ideo derogantium verba contemnunt. Hinc etenim derogantibus Corinthiis Paulus dicebat: Mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Qui nec in corde suo vnde se reprehendere potuisset inueniens, adiungit: Sed neque me ipsum iudico. Videas autem quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, subdidit: Sed non in hoc iustificatus sum. Cur verò nec sibi metipsum de seipso credidit, causam reddidit, cum subiunxit: Qui autem iudicat me, dominus est. Ac si aperte dicat: Nec meo de me iudicio credendum existimo, quia ille me iudicat, cuius ego iudicium non comprehendo. Hinc beatus Iob cum amicorum derogantium linguas, inter dolores vulnerum pateretur iacula verborum, cogitatione protinus ad conscientiam recurrit, atque vbi mentem solidam haberet aspexit, dicens: Ecce enim in caelo testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui etiam subdidit: Verbofi amici mei, ad deum stillat oculus meus. In omne enim quod de nobis dicitur, semper taciti recurres ad mentem debemus, interiorē testem & iudicem querere. Quid enim prodest si omnes laudent, cum conscientia accuset? Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent, & conscientia sola nos defendat? Beatus ergo Iob inter linguas derogantium inflexa mente persistens, quia in terra se impugnatū falsis sermonibus vidit, in caelo testem quaesivit. Hinc Esaias ait: Popule meus, qui beatificauit te, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Qui videlicet populus ne

verba suae laudis attenderet, & in culpis altius periret, statim ei dicitur, quem aspiciat, cuius iudicium pertimescat, cum subditur: Stat ad iudicandum dominus, stat ad iudicandos populos. Ac si aperte diceretur: iudicia humana cur sequeris, qui stare super te caelestem iudicem scis? Hinc est quod Ioannem baptistam veritas esse arundinem vento agitatam negat, dicens: Quid exillis videre in desertum? arundinem vento agitatam? Quod quia negando dixerat, non affirmando, subiecta verba testantur. Aitenim: Sed quid exillis videre in desertum? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Arundo autem vento agitata modo statibus erigitur, modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus, qui vel derogatione desiccatur, vel laudibus exaltatur, arundo vento agitata est. Quod Ioannes non erat, quia inflexibile mentis verticem inter laudes hominum & derogationes tenebat. Sed magna inquisitione res indiget, cum recti operis viam tenemus, vtum semper despiciere derogantium verba debeamus, an certe aliquando compescere. de qua re sciendum est quia linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsi pereant, ita per suam malitiam excitatas debemus aequanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Aliquando autem etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant: eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Hinc est enim quod iterum obtrectatoris sui linguas redarguit dicens: Is qui amat primatum gerere in eis, Diotrophes non recipit nos, propter hoc si venero, commoneam eius opera quae facit: verbis malignis garruens in nos. Hinc Paulus iterum de detrahentibus Corinthiis loquitur dicens: Epistolarum inquit graues sunt & fortes, praesentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Hoc cogiter qui huiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & praesentes in opere. Hi etenim quorum vita in exemplo imitatoris est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere, ne eorum praedicationem non audiant qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes, bene vivere contemnant. Sed hac in re subtili inquisitione necesse est vt semetipsum animus inuestiget, ne fortasse suae laudis gloriam quærat, & animarum lucra se querere nostra cogitatio simulet. Saepē enim sui nominis laude animus patitur: & quasi sub obtentu lucrorum spiritualium, cum de se bona dici cognouerit letatur. Et saepe suae gloriae defensione contra detrahentes irascitur, & fingit sibi met quod hoc ex eorum zelo faciat, quorum corda a bono itinere detrahentis sermo perturbat. Illi ergo debent magnopere curare, ne contra eorum opinionem detrahentium verba praeualeant, qui suam conscientiam subtiliter discutientes, se in ea inueniunt de amore privatae gloriae nihil habere. Hinc est enim quod iusti atque perfecti aliquando virtutes suas praedicant, bona quae diuinitus acceperunt, narrant: non vt ipsi apud homines suae ostensione proficiant, sed vt eos quibus praedicant, exemplo suo ad vitam trahant. Vnde Paulus Apostolus quotiens iustibus caesus, quotiens lapidatus, quotiens naufragium pertulit, quanta pro veritate sustinuit, quod ad tertium caelum raptus, quod in paradysum ductus sit, Corinthiis narrat, vt eorum sensum a falsis praedicatoribus auertat: vt dum se innotesceret qualis esset, illi eis vilescerent quos ab eis cognouerat inique venerari. Quod perfecti cum faciunt, id est cum virtutes proprias loquuntur, in hoc quoque omnipotentis dei imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquitur, vt ab omnibus cognoscatur. Nam cum scriptura sancta praecipiat, dicens: Laudet te alienus, & non os tuum, quomodo facit ipse quod prohibet? Sed si virtutes suas omnipotens deus taceret, cum nullus agnosceret: si eum nullus agnosceret, nullus amaret: si nullus amaret, nullus ad vitam rediret. Vnde & per Psalmistam de eo dicitur: Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo: vt det illis hereditatem gentium. Virtutes ergo suas annunciat, non vt laudibus suis ipse proficiat, sed vt hi qui hunc ex sua laude cognouerint, ad perpetuam hereditatem veniant. Iusti itaque atque perfecti non solum cum vituperationis suae verba reprehendunt, sed etiam cum virtutes quas habent, iufirmis loquuntur, repre-

D  
Ibidem.  
Matt. 11.  
Luc. 7.  
E  
Epistola  
Ioan. 3.  
2. Cor. 10.  
F  
2. Cor. 11.  
Prou. 37.  
Psal. 128.

Psal. 138.  
Psal. 37.  
1. Cor. 4.  
Iob. 16.  
Ibidem.  
Esa. 3.

**G**hensibiles non sunt, quia per suam vitam quam referunt, aliorum animas ad vitam querunt. De quibus tamē sciendum est: quia nunquam bona sua detegunt, nisi eos, ut dixi, aut proximorum utilitas, aut certē nimia necessitas cogat. Vnde Paulus Apostolus cū virtutes suas Corinthiis enumerasset, adiunxit: Factus sum insipiens, vos me coegistis. Fit verō, aliquando ut necessitate compulsi, in bonis quae de se referunt, non aliorum utilitatem, sed suam requirant, sicut beatus Iob facta sua enumerat dicens: Oculus sui caeco, & pes claudo, pauper eram pauperem, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Et multa alia quae saepe egisse se commemorat. Sed quia in vulnere doloris positus, ab amicis increpantibus ipse impiē egisse, & violentus proximis, atque oppressor pauperum fuisse dicebatur: vir sanctus inter flagella dei, & humanae increpationis verba deprehensus, mentem suam grauer concuti, atque ad desperationis foueam conspexit impelli, qui iam iamque cadere poterat, nisi ad memoriam bene acta reuocasset, ut ad spem animum reduceret, ne oppressus verbis & vulnere in desperationē periret. Quod ergo bona sua enumerat, non innotescere aliis quasi ex laude desiderat, sed ad spem animum reformat. Iusti itaque sicut sine arrogantia loquuntur aliquando bona quae agunt: ita sine zelo priuatae gloriae detrahentium sibi linguas redarguunt, quia noxia loquuntur. Cū verō linguarū derogantium corrigi nequeunt, æquanimiter sunt per omnia tolerandae. Nec obrectationis sermo timendus est, ne dum vituperatio peruerforum metuitur, recti operis via deferatur. Vnde nunc Ezechieli prophetae dicitur. Sermones eorum ne metuas: quia increduli & subuersores sunt tecum. Minus autem mali esset, si hi qui sunt increduli, subuersores minimē fuissent. Quia enim ipsi vel caelestis regni praemia, vel gehennae esse supplicia non credunt: in suis prauitatibus dimissi, à fide & opere etiam alios subuertunt, ut regnū quod ipsi appetere non volunt: nec alter assequatur. Hi namque cū teneriores quosdam bona incipere, mala iam deuitare cognouerint, modo irridendo quod in caelis promittitur, modo despiciendo quod deus omnipotēs de inferni suppliciiis minatur, modo laudando bona temporalia, & delectationes praesentis seculi callida persuasionē pollicendo, delectant mentes innocentium, eorumque itinera peruertunt. Gaudent si quos potuerint à vita reuocare, ad mortem trahere, letantur in prauitatibus suis, exultant & in alienis. His nimirum poena sua non sufficit, qui agunt ne soli moriantur. At si fortasse iustum quempiam tantae iam virtutis inuenerint: ut ei loqui contraria non praesumant, quia subuersores esse non possunt, statim scorpiones fiunt. Scorpio enim palpado incedit, sed cauda serpit. Nec mordet à facie, sed à posterioribus nocet. Scorpiones ergo sunt omnes blandi & malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistunt, sed mox ut recesserint derogant, alios quos valuerint inflammant, quaeque possunt noxia immittunt, mortifera inferre occulte non desinant. Scorpiones ergo sunt qui blandi & innoxij in facie videntur, sed post dorsum portant, vnde venenum fundant. Qui enim in occulto feriunt, quasi morte latenter trahunt. Vnde etiam per Psalmistam dicitur: Circūdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. A pes enim in ore mel habet, in aculeo caudae vulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur, sed latenter ex malitia ferunt, apes sunt: quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occulte feriendo vulnus inferunt. Ista verō facientes exardescunt sicut ignis in spinis: quia per flammam detrahentium non iustorum vita comburitur, sed si quae in eis esse poterant peccatorum spinarū concremantur. Dicatur ergo: Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Increduli scilicet deo, subuersores verō infirmantibus proximis, scorpiones autem etiam fortibus & robustis. Quibus etsi in facie contradicere non praesumunt, ex occulto tamen vulnus derogationis inferunt. Increduli quippe simul & subuersores & scorpiones sunt, quia & audita ea quae dei sunt non credunt, & eos quos praesulent à bonis moribus subuertunt, & quos inflectere non valent, occultis machinationibus feriunt. Quia in re hoc quoque notandum est, quia cū prophetae dicitur: Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, nobis consolationis medicamentum profertur. Quos saepe tædet viuere, dum nolumus cum malis habitare. Que-

rimur etenim cur non omnes boni sunt qui nobiscum viuunt. Mala proximorum ferre nolumus, omnes sanctos iam debere esse decernimus, dum esse nolumus, quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet: dum malos portare renuimus, quā multum adhuc ipsi de bono minus habeamus. Neque enim perfecte bonus est, nisi qui fuerit & cum malis bonus. Hinc beatus Iob de semetipso asserit, dicens: Frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc Paulus Apostolus discipulis dicit: In medio nationis prauae & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Petrus gregis dominici pastor dicit: Iustum Loth oppressum à nephandorum iniuria, conuersatione eripuit. Alpectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Sepe verō cū de vita proximorum querimus, mutare locum conamur, secretum vitae remotioris eligere, videlicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adiuuat locus. Idem enim Loth de quo loquimur, in Sodomis sanctus extitit, in mote peccauit. Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia quae loquimur ex terra. Nam si locus saluare potuisset, Satan de caelo non caderet. Vnde Psalmista vbique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens, quaesuit locum quo fugeret, sed sine deo inuenire non potuit munitum. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit, propter quem locum quaesuit, dicens: Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, ut saluum me facias. Tolerandi ergo vbique sunt proximi, quia Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Vnum verō est pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant. Et cū ipsi à sua malitia non mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertant. Vnde Paulus ait: Corruptum bonos mores colloquia mala. Et sicut per Salomonem dicitur: Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animae tuae. Sicut ergo perfecti viri peruersos proximos non debent fugere, quia & eos saepe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur: ita infirmi quique societatem declinare debent prauorum, ne mala quae frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando atque respirando aërem trahimus corpore. Et sicut malus aër assiduo flatu tractus inficit corpus, ita peruersa locutio assidue audita, infirmantium inficit animū, ut tabescat delectatione prauis operis, assidui iniquitate sermonis. Sequitur: Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Ideo boni timendi sunt, ne offendantur: ne forte per eos ille prouocetur ad iram, qui eorum corda semper inhabitat. Nam sicut superius dictum est, si malos offendimus, timere minimē debemus: quoniam illis nostra actio displicet, quibus nec iustitia creatoris placet. Quid ergo timendum est, si nobis ingrati sunt, qui deo amabiles non sunt? Vnde recte nunc dicitur: Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Ac si aperte diceretur: Timendi essent, nisi me in suis actibus exasperarent. De quibus adhuc subditur: Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant & quiescant, quia irritatores sunt. Omnis qui peccat, quid aliud quā conditoris sui in se iracundiam irritat. Et scimus quia quotiens actu, quotiens verbo, quotiens cogitatione delinquimus, deum contra nos totiens irritamus. Sed tamen sustinet, & clementer expectat per patientiam. Per praedcatores autem suos verbum nobis exhortationis praerogat. Omnis autem qui recta praedicat, si auditur, iram irritati creatoris super prauaricatorem populum placat. Vnde necesse est ut ipse non debeat agere malum, quod solet in populo furorem conditoris sui irritare. Propter quod etiam subditur: Tu autem fili hominis audi quaecunque loquor ad te, & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: id est, mala quae fieri conspicias, ipse non facias: ne hoc quod prohibere niteris, ipse committas. Omnis etenim praedicator intenta semper debet mente peusare, ne qui missus est lapsos erigere, ipse in prauitate operis cum lapsis cadat, & Pauli hunc sententia feriat dicentis: In quo alterum

2. Cor. 12.

Iob. 29.

H

Psalm. 117.



**A** alterum indicas, teipsum condemnas. Vnde Balaam dei spiritu repletus ad loquendum, sed tamē in carnalem vitam suo spiritu detentus, de semetipso loquitur dicens: Dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi: & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Cadens apertos oculos habuit, qui rectum quod diceret vidit, sed recte videre cōtempnit. Cadens videlicet in peruerso opere, & apertos habens oculos in sancta predicatione. Est tamen aliud quod possit intelligi: cur beatus Ezechiel qui ad predicationem mittitur, esse exasperans prohibetur. Nisi enim ad loquenda verba cum mittebatur obediret, omnipotentem dominum sicut populus de peruerso opere, sic propheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali ideo deū exasperant, quia loquuntur vel faciunt mala, ita nonnunquam boni exasperant, quia reticent bona. Illis itaque in culpa est peruersa agere, istis recta reticere. In hoc ergo cum malis etiam boni simul deum exasperant, quia cum peruersa nō increpant, eis per suum silentium proficiendi licentiam præstant. Sequitur: Aperi os tuum, & comede quæcunque do tibi. Aperi os nostrum, cum recta loquimur: & comedimus quæ a deo accipimus: quia & tribuitur & augetur in nostris sensibus cibus vitæ, cum prædicare cœperimus. Vnde propheta alius dicit: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Non enim spiritum attraheret, nisi os aperiret: quia nisi ad prædicandum proximis se impenderet, spiritualis doctrinæ in eo gratia non creuisset. Sequitur: Et vidi: & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber. Et expandit illū corā me, qui erat scriptus intus & foris. Sicut per prophetam prædicatorum ordo: sic per librum quem accepit scripturæ sacræ paginæ designantur. Liber autem inuolutus, est scripturæ sacræ eloquium obscurum: quod profunditate sententiarum inuoluitur, ut non facile sensu omnium penetratur. Sed coram propheta liber expanditur: quia coram prædicatoribus sacri eloquii obscuritas aperitur. Inuolutum librū manus dei porrexit, cum saluator dicebat: Simile factū est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormiret homines, venit inimicus eius: & super seminavit zizania in medio ritici, & abiit. Cū autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania, & reliquæ: quæ charitas vestra etiam me reticente reminiscitur. Sed librum quem inuolutum ostēderat, expandit cum hoc quod per enigmata loquebatur, exposuit dicens: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum verò semē, hi sunt filij regni: zizania autem filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. Messis verò consummatio seculi. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburantur: sic erit in consummatione seculi. Inuolutus itaque liber expanditur, quando hoc quod obscure prolatus fuerat per latitudinem intellectus aperitur. Hunc inuolutum librū veritas expandit: quando in discipulis egit quod scriptum est: Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. De quo adhuc libro subditur: Qui erat scriptus intus & foris. Liber enim sacri eloquii intus scriptus est per allegoriam: foris per historiam. Intus per spiritalem intellectum: foris autem per sensum literæ simplicem, adhuc infirmantibus congruentem. Intus, quia inuisibilia promittit: foris, quia visibilia præceptorum suorum rectitudinē disponit. Intus, quia cœlestia pollicetur: foris autem, quia terrena contempnibilia qualiter sint vel in vſu habenda, vel ex desiderio fugienda, præcepit. Alia namque de secretis cœlestibus loquitur: alia verò in exterioribus actionibus iubet. Et ea quidem quæ foris præcepit, patent: sed illa quæ de internis narrat, plenē apprehendi nequeunt. Vnde scriptum est: Extendens cœlum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Quid enim cœli nomine nisi sacra scriptura signatur? De qua nobis & sol sapientiæ, & luna sciētiae: & ex antiquis patribus stellæ exemplorum atq; virtutum lucent. Quod sicut pellis extenditur: quia per scriptores suos carnis lingua formatū, ante oculos nostros & per verba doctorum exponendo displicatur. Quid vero aquarum nomine, nisi sanctissimi angelorū signantur chori: De quibus scriptum est: Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudēt nomen domini. Huius ergo cœli superiora dominus aquis tegit, quia alta sacri eloquii, id est, ea quæ

de natura diuinitatis vel de æternis gaudiis narrat, nobis adhuc nescientibus, solis angelis in secreto sunt cognita. Cœlum ergo hoc & coram nobis extenditur: & tamen aquis superiora eius conteguntur: quia & quædam sacri eloquii iam nobis per apertionem spiritus patent: & quædam quæ solis angelis possunt esse manifesta: nobis adhuc seruantur occulta. De quibus tamen occultis iam partem per spiritalem intelligentiam sentimus: iam sancti spiritus pignus accepimus: qui hæc & plenē necdum cognouimus, & tamen medullitus amamus: & in multis spiritualibus sensibus quos iam cognouimus, veritatis pabulo pascimur. Dicit ergo: Qui erat scriptus intus & foris. Quia in sacro eloquio & dictis occultioribus atq; sublimioribus satiantur fortes: & præceptis apertioribus nos paruuli nutrimur. Vnde scriptum est: Montes excelsi ceruis: petra refugium herinacilis. Habeant enim montes intelligentiæ qui iam contemplationis saltus date nouerunt. Sed petra sit refugium herinacilis: quia nos paruuli & peccatorum nostrorum spinis cooperti, & si intelligere alta non possumus, in petræ nostræ refugium, id est, in Christi fide saluamur. Vnde & quibusdam dicitur: Nihil me iudicauit scire inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Ac si diceret: Quia vos capere diuinitatis eius mysteria non posse pensavi: solia vobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur: Et scriptæ erant in eo lamentationes, carmen, & vax. Carmen aliquādo in bono, aliquando verò in malo accipi dubium non est, quia & lætum carmen, & lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripturæ sacræ vſum sequentes, quæ penē semper carmen ponere in prosperis solet: hoc in loco pro bona parte dictum carmen accipimus. Nam cū omnipotens deus populum suum de mari rubro liberasset: scriptum est: Tunc Moyses & filij Israël cecinerunt carmen domino. Et cū David victoriam de hostibus fecisset, scriptum est: Locutus est David domino verba carminis huius. Salomon quoq; ait: Acetum in nitro: qui carat carmina corde pessimo. Acetum quippe si mitatur in nitro: seruescit nitrum protinus & ebullit. Et peruersa mens quādo per inreptionem corripitur: aut per prædicationis dulcedinem bona suadentur, de correptione fit deterior. Et inde in murmuratione iniquitate succeditur: vnde debuit ab iniquitate cōpesci. Per Helium quoq; de ingrato ac sese desperante dicitur: Et non dixit: Vbi est qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Carmen quippe in nocte est lætitia in tribulatione: Carmen in nocte accipimus, quando in pressuris præsentibus de futuris gaudiis consolamur. Carmen nobis ostendebat Apostolus, cū dicebat: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen in nocte se David habere indicat dicens: Tu es mihi refugium a pressura, quæ circumdedit me: exultatio mea, redime me a circumdantibus me. Qui enim circumdari se pressuris narrat, & tamen deum sibi esse exultationem nominat, procul dubio carmen in nocte cantat. Quia igitur penē semper in bono carmen ponere scriptura sacra consuevit: ita a nobis etiam in hoc loco debet intelligi. Vt autem in scriptura sacra sapius de æterna luctu, quam præsentis solet intelligi. Vnde scriptum est: Vt impio in malo: retributio enim manuum eius fiet ei. Et beatus Iob loquitur dicens: Si impius fuero, vte mihi est: si autem iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Iustorum enim afflictio temporalis est. Vt ergo quod dixit: a temporali afflictione distinxit, qui & iustum afflictionem, & impium vte habere perhibuit. Per semetipsam quoq; veritas dicit: Vt mundo a scandalis. Et vte vobis qui ridetis, quoniam flebitis. Et vte prægnatibus & nutriendibus in illis diebus. Pensandum ergo nobis est, quomodo hæc tria in sacro volumine scripta sunt, lamentationes, carmen, & vte. Lamentationes videlicet: quia in eo scripta est poenitentia peccatorum. Carmen verò, quia ibi præiudicantur gaudia iustorum. Vt autem, quia illic expressa est damnatio reproborum. Vt ergo peccata punias, lege quæ in hoc volumine scripta sunt lamenta: scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra. Et rursus: Miseri estote, & logete: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in merorem. Vt autem de promissione gaudij sequētis hilarescas: cognosce quæ in hoc volumine scripta sunt carmina laudis æternæ: Beati qui habitant in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te. Et sicut per quendam sapientem de cœlesti Hierusalē dicitur

*Psal. 118.*

*Mat. 13.*

*Luc. 24.*

*Psal. 103.*

*Psal. 149.*

*Psal. 103.*

*1. Corin. 2.*

*Exo. 15.*

*2. Reg. 22.*

*Proverb. 25.*

*Iob. 35.*

*Roma. 12.*

*Psal. 31.*

*Esa. 3.*

*Iob. 1.*

*Mat. 29.*

*Luc. 6.*

*Mat. 23.*

*Iob. 2.*

*Iacobi. 4.*

*Psal. 83.*


**Tob. 13.** **G** dicitur: Ex lapide precioso & mudo omnes platee eius sternentur: & per omnes vicos eius halleluia cantabitur. Hoc nobis carmen celestis patrie nunciare ciues eius venerant, qui concorditer clamabat: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Sed si adhuc praesenti seculo meare in hères, si adhuc terrenis voluptatibus delectaris, amare non potes gaudia aeterna quae audis. Cognosce ergo in hoc volumine ve quod in eo scriptum est: atq; ab animo per timorem expelle quod diligis, vt possis ex iudicio carne amare quod legis. Ibi quippe sub vnus damnati specie, multitudo omnis exprimitur reproborum, cum voce veritatis dicitur: Ligatis pedibus eius ac manibus, mitte eum in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Tunc etenim reprobi in exteriores tenebras cadunt: quia nunc in interioribus sua se sponte desecerunt: vt veritatis lumen nec credeado nec bene operando sequerentur. In quibus ligatis pedibus ac manibus mitti precipiuntur: quia nunc dum tempus operandi atq; currendi est, habere manus & pedes liberos in bona actione noluerunt. Ibi ve reproborum scriptum est: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ibi damnatis ac repulsis dicitur: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. In hoc itaq; volumine cuncta quae edificant, omnia quae erudiunt, scripta continentur. Peccasti enim, & iam te poenitet illicita perpetraste, vt ad agendam poenitentiam docearis: ibi inuenis lamenta. Spe celestium gaudiorum mentem releuare desideras: ibi ad consolationem tuam inuenis carmen. Si vero & mala perpetrasti, & haec te perpetraste non poenitet, sed ceruicem mentis erigis, ad nullas poenitentiae lamentationes inclinaris, nulla celestium gaudiorum expectatione corrigaris, velis nolis, ibi scriptum auditorus es ve: vt quem nec timor ad poenitentiam humiliat, nec spes ad superna praemia exaltat, damnationis suae iam nunc poenam propiciat: & sine excusatione in aeternum supplicium cadat. Quid igitur fratres: quid agendum est miseris nobis: nisi vt euigilemus ad huius verba voluminis: & mala quae nos egisse meminimus, fletibus puniamus: vt per lamenta poenitentiae, perueniamus ad carmen vitae? Ne si affligi modo poenitendo nolamus: ve postmodum sine fine sentiamus. Nec nos nostrorum vulnerum multitudo in desperationem deprimat: quia maior est potentia medici, quam magnitudo languoris nostri. Quid est enim quod reparare ad salutem non possit: qui potuit omnia ex nihilo creare? Vnigenitus quippe est omnipotenti patri coaeternus. Qui cum eo viuit & regnat in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia decima.

**Ezech. 3.** **I**lli hominis, quodcumq; inuenieris, comede. Comede volumen istud: & vadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meum: & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet: & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israel: & loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis & ignote linguae tu mitteris ad domum Israel: neq; ad populos multos profundi sermonis & ignote linguae: quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentio rem facieb; eorum: & frontem tuam durio rem frontibus eorum: & vt adamantem & vt silicem dedi faciem tua. Ne timeas eos: neq; metuas a facie eorum: quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo: & auribus tuis audi: & vade, ingredi ad transmigrationem ad filios populi mei: & loqueris ad eos, & di-

ces eis: Haec dicit dominus deus: si forte audiat & quiescant. Et assumpsit me spiritus: & audiui post me vocem commotionis magna: Benedicta gloria domini de loco suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram: & vocem rotarum sequentium animalia: & vocem commotionis magna. Spiritus quoq; leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum, confortans me.

**S**olent quidam scripturam sacri eloquii legentes, cum sublimiores eius sententias penetrant, minora mandata quae infirmioribus data sunt, tumēti sensu despiciere: & ea velle in alio intellectu permutare. Qui si recte in eo alta intelligerent, mandata quoque minima despectui non haberent: quia diuina praecpta sic in quibusdam loquuntur magnis, vt tamen in quibusdam congruant paruulis: qui per incrementa intelligentiae quasi quibusdam passibus mentis crescant: atque ad maiora intelligenda perueniant. Vnde nunc sancto propheta dicitur: Fili hominis, quodcumque inuenieris, comede. Quicquid enim in sacra scriptura inuenitur, edendum est: quia & eius parua simplicem componunt vitam: & eius magna subtilem edificant intelligentiam. Sequitur: Comede volumen istud: & vadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meum: & cibauit me volumine illo. Scriptura enim sacra cibus & potus est. Vnde etiam dominus per prophetam alium minatur: Mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquae: sed audiendi verbum domini. Qui ergo subtrahito suo eloquio, fame ac siti nos dicit atteri: quia eius verba & cibus noster & potus sint, demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus: aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus quae intelligi nequeunt nisi exponantur, scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponitur vt intelligatur: quasi mandatur vt glutiat. In rebus vero apertioribus potus est. Porum enim non mandendo glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus: quia etiam non exposita intelligere valemus. Pro eo autem quod multa Ezechiel propheta obscura atq; perplexa auditorus erat: nequaquam ei de sacro volumine dicitur, bibe: sed comede. Ac si aperte diceretur: Pertracta & intellige: id est, prius mande, & tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquii iste debet studij nostri ordo seruari: vt haec ideo cognoscamus: quatenus de iniquitate nostra copuncti, cognoscetes mala quae fecimus, vitemus ne alia faciamus. Et cum iam ex magno vsu lachrymarum, de peccatorum remissione coeperit esse fiducia: per verba dei quae intelligimus, ad vitam quoque & alios trahamus. Ad hoc enim intelligenda sunt, vt & nobis profint, & intentione spiritali aliis conferantur. Vnde bene nunc dicitur: Comede volumen istud: & vade loquere ad filios Israel. Ac si ei de sacro cibo diceretur: Comede & pasce: saturare & eructa: accipe & sparge: confortare & labora. Et notandum quod propheta subiungit dicens: Et aperui os meum: & cibauit me volumine illo. Os in corde esse alius propheta testatur, dicens: Labia dolosa in corde & corde locuti sunt mala. Os ergo aperimus, quando sensum ad intelligentiam sacri verbi praeparamus. Itaq; ad vocem domini propheta os aperuit: quia ad spiramētū dominici praecpti cordis nostri desideria inhiant, vt de cibo vitae aliquid sumant. Sed tamen hoc ipsum sumere, nostrarum virium non est: nisi ipse cibauerit qui vt comedatur iussit. Ille etenim cibatur, qui per se edere non potest. Et quia ad capiēda verba celestia idonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibatur qui nobis in tempore mensuram tritici temperat: quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus quod hesternum die nesciebam: cras quoque comprehendimus quod hodie nescimus: per diuinam dispensationis gratiam, quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens etenim deus quasi totiens ad os cordis nostri manū porrigit, quoties nobis intellectum aperit: & cibum sacri eloquii in nostris sensibus mittit. Cibatur ergo nos volumine, cum sensum nobis scripturae suae dispensando aperit: & eius dulcedine nostras cogitationes replet. Vnde & subditur: Et dixit ad me: Fili hominis: venter tuus comedet: & viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi. In translatione veteri



**A** veteri non habetur, venter tuus comedit, & viscera tua replebuntur. Os enim nostrum comedit dum verbum dei legimus: viscera vero nostra complentur, cum intelligimus atque seruiamus ea in quibus legendo laboramus. In posteriori autem translatione quam & veraciorē credimus, scriptum est: Venter tuus comedit, & viscera tua replebuntur. In sacro vero sermone nonnunquam venter pro mente poni consuevit. Vnde & per Hieremiam dicitur: Ventrē meum, ventrē meū doleo. Quod quia de spiritali & non corporeo ventre dixerat, adiunxit: Sensus cordis mei conturbati sunt. Neque enim ad salutem populi pertinebat, si propheta ventrem corporeū se dolere prædicaret. Sed ventrē doluit, qui mentis afflictionem sensit. Sed cur exemplum prophetæ proferimus, cum testimonium domini apertius habeamus? Et necesse est ut cum per semetipsum veritas loquitur, propheta taceat: quia lucer per claritatem non habet in sole. Ait enim: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quia enim de mente fidelium sanctæ prædicationes defluunt, quasi de ventre credentium aquæ viuæ flumina decurrunt. Ventrē autē viscera quid sunt aliud nisi mētis interna, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad deum, pia ad proximum voluntas? Vnde nūc recte dicitur: Venter tuus comedit, & viscera tua replebuntur. Quia cum mens nostra pabulum veritatis acceperit: interna nostra non iam vacua remanent, sed alimento vitæ satiata. Pensemus charissimi fratres mei quā sit pia ista promissio, quā dicitur: Venter tuus comedit, & viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi. Multi etenim legunt, & ab ipsa lectione ieiunium recedunt. Quorum etsi venter comedit, viscera non replebuntur: quia etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt: obliuiscendo & non seruando quæ audierint, hæc in cordis visceribus non reponunt. Hinc est enim quod per prophetā alium quosdam dominus increpat dicens: Ponite corda vestra super vias vestras. Seminauistis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati. Multum cordi suo seminat, sed parum infert, qui de mandatis cælestibus vel legendo, vel etiam audiendo multa cognoscit, sed negligenter operando pauca fructificat. Comedit & non satiatur: qui verba dei audiens, lucra vel gloriā seculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur: quia aliud mandit, & aliud auriit. Bibit & non inebriatur qui ad vocē prædicationis aurem inclinat, sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum dei verbum deuotus est, sed ea quæ sunt huius seculi adipisci desiderat, bibit & inebriatus non est. Si enim inebriatus esset, procul dubio mentem mutasset: ut iam terrena non quæreret: iam vana & transitoria quæ amauerat non amaret. De electis namque per psalmistam dicitur: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Quia tanto omnipotentis dei amore repleti sunt: ut mutata mente sibimetipsis extranei esse videantur: implentes quod scriptum est: Qui vult post me venire, abneget semetipsum. Semetipsum abnegat, qui mutat ad meliora, & incipit esse quod non erat, & desinit esse quod erat. Sæpe autem quosdam vidimus ad vocē prædicationis quasi ex conuersione compunctos, habitum non animum mutasse: ita ut religiosam vestem sumerent, sed antea facta vitia non calcarent: ita stimulis inaniter agitari, malitia doloris in proximi læsione feruere: de ostensis quibusdā bonis ante humanos oculos superbire: præsentis mundi lucra inhianter quærere, & de solo exteriori habitu quem sumplerūt, sanctitatis fiduciam habere. Quibus quid aliud dicendum est: nisi hoc quod doctor egregius quibusdam legis exteriora seruatis loquitur dicens: quia in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura? Non enim magni est meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed magnopere pensandum est quid agatur in mente. Nam præsentem mundum despiciere, transitoria non amare, mentem medullitus in humilitate deo & proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam seruare, & custodita patientia, dolorem malitiæ a corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicam in deo diligere, propter deum & eos qui inimici sunt amare, de afflictione proximi lugere, de morte eius qui inimicus est non

exultare: hæc est noua creatura, quam idem magister gentium apud alios discipulos vigilanti oculo requirit, dicens: Si quis in Christo noua creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Ad veterem quippe hominē pertinet, præsentem mundum quærere: transitoria ex concupiscentia amare: mentem in superbiam erigere: patientiam non habere: ex dolore malitiæ de proximi læsione cogitare: sua indigentibus non dare: atque ad multiplicandum aliena quærere: nullum purē propter deum diligere: inimicitias inimicis reddere: de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc vetusti sunt hominis: quæ videlicet de radice trahimus corruptionis. Sed qui iam ista exuperat, & ad præcepta dominica mentem in benignitatem commutat, de hoc recte dicitur: Quia vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Tunc ergo in nostris mentibus noua fiunt: cum à nobis vetusti hominis vitia transierunt: quando sacri verbi præceptum venter comedit, & viscera medullitus replentur. Sæpe enim quosdam vidimus tota se mente ad sanctæ lectionis studium contulisse: atque inter verba dominica recognoscentes in quantis deliquerint, semetipsos in lachrymis macerare: moerore continuo affligi: in nullis huius mundi prosperitatibus delectari: ita ut eis vita præsens oneri, & lux ipsa fastidio fieret: vix ad colloquendum communia admittere: atque à rigore disciplinæ animū difficile relaxare: per amorem conditoris, luctu solummodo & silentio gaudere. Horum venter sacrum volumen comedit: & viscera repleta sunt: quia præcepta vitæ quæ sensus capere potuit, memoria non amisit: sed hæc collectus in deo animus lugendo semper & recolendo seruabit. Et sit plerumque ut tales quique ex dono cælestis gratiæ, etiam verbum doctrinæ percipiant: atque de veritatis pabulo, quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant, proximos suauiter pascant. De quorum profecto ore prædicatio audientibus dulcis est: quando eorum actio contraria suis prædicationibus non est: quia de propria vita sumunt, quod per linguam proximis conferunt. Vnde recte hic quoque propheta subiungit: Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Liber qui viscera repleuit, dulcis in ore sicut mel factus est: quia ipsi de omnipotenti domino sciunt suauiter loqui: qui hunc didicerint in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est, cuius vitæ viscera mandatis illius replentur: quia ei suavis est ad loquendum, cui interiori impressa ad viuendum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quæ vita reprobæ intra conscientiam remordet. Vnde necesse est, ut qui verbum dei loquitur, prius studeat qualiter viuat: ut post ex vita colligat quæ & qualiter dicat. Ad prædicandum namque plus conscientia sancti amoris ædificat, quam exercitatio sermonis: quia amando cælestia, intra semetipsum prædicator legit quomodo persuadeat ut despici debeat terrena. Qui enim vitam suam interiori pensat, & exemplo suo foris admonendo alios ædificat: quasi in corde linguæ calamū tingit: in eo quod manu verbi proximis exterius scribit. Inde admirabilis prædicator cum multa discipulis exhortando dixit: quia nullam intra semetipsum de conscientia contrarietate pertulit, secutus adiunxit: Si qua virtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis & audistis & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israël: & loqueris verba mea ad eos. In eo quod dominus propheta dicit: loqueris verba mea ad eos: quid aliud quā eius ore frenum moderaminis imponit: ne quæ prius intus non audierit: foris dicere præsumat. Nam propheta falsi sua & non dei verba loquebantur, de quibus scriptum est: Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Et rursus: Non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Quæ ex re quoque colligendum est: quia & quisquis expositor in explanatione sacri eloquii ut fortasse auditoribus placeat, aliquid mentiēdo componit: sua & non domini verba loquitur: si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur. Nam si in verbis dominicis virtutem requirens, ipse aliter quā is per quæ prolata sunt, senserit, etiam si sub intellectu alio ædificationem sollicitus requirat, domini sunt verba quæ narrat: quia ad hoc solum deus per totam nobis sacram scripturam loquitur, ut nos ad suum & proximi amorem trahat. Sequitur: Non enim

2. Corin. 5.

E

F

Phil. 4.

Hiere. 22.

Ibidem.

Non enim



**G** Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris: ad domum Israël: neq; ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteris, ipsi audirent te. Domus autem Israël nolunt audire te, quia nolunt audire me. In ipso iustionis exordio quo propheta ad prædicandum mittitur, aperte & vocatio gentium, & Israëlitarum repulsio designatur: Nam cum dicitur: Non ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ mitteris: quorum non possis audire sermones: atq; statim subditur: Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te: aperte declaratur obedientia gentium: quæ quandoq; prædicatorum voces essent sine tarditate secutura. Et cum subditur: Domus autem Israël nolunt audire te: quia nolunt audire me. Iudææ duritia designatur: quæ verba prædicantium & cognovit, & sequi noluit. Ignota autem lingua gentium ad obediendum moram non fecit: quamvis extranea ab eloquio legis fuit. Bene autem dicitur: Nolunt audire te, quia nolunt audire me: secundum hoc quod scriptum est: qui vos spernit, me spernit. Causa quoq; cur non audiant, subinfertur cum dicitur: Omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde. Cum domus Israël attrita fronte esse perhibetur: quid aliud sentiendum, quidve cogitandum est: nisi quod frontem cordis in impudentiam atterit culpâ frequens: ut quo crebrius committitur, eo de illa committentis animus minus verecundetur? Atq; ideo ad tantam cordis duritiam quandoq; peccator pervenit, ut iam in correptione sensibilis non sit: quia qui vñ peccandi induruit, nullo modo corripietis verbum, id est, manum palpantis sentit: sicut Iudææ quoq; crebrius delinquenti dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluit erubescere. Vel certe attrita frons est in huius mundi actibus assueta: quia sicut sunt nonnulli qui quietem cunctis mundi præmiis atq; honoribus præponunt: ita nonnulli ut in hoc mundo aliquid esse videantur: terrenis laboribus insudant, insistent causis, permiscantur iurgiis. Et quamvis se corpore deficere inter labores sentiant: amore tamē terrenarum rerum deiectioni, delectabiliter fatigantur. Quibus per prophetam dicitur: Esraim vitula docta diligere trituram. Vitula etenim in tritura area assueta, etiam si relaxatur à labore: sponte redit. Sic quibusdam pravis mētibus nihil est laboriosius quam si eis præcipitur, ut in huius mundi actibus non laborent. Nam sæpe quidam repulsi ab actione terrena, deprecantur ut redeant. Rogant ut premantur: graue se incurrisse periculum quietem putant. Attrita ergo fronte sunt, qui non solum labores non fugiunt: sed neq; importuni videntur in laboribus qui sibi negantur erubescunt. Sequitur: Ecce dedi faciem tuam valentorem faciebus eorum: & frontem tuam duriorē frontibus eorum. Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum, sapientiæ est. Bonum vero erubescere, fatuitatis. Vnde scriptum est: Est confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriā. Qui enim erubescit poenitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatem pervenit. Qui vero erubescit bona facere: à statu rectitudinis cadit, atq; ad damnationem tendit, sicut per redemptorē dicitur: Qui me erubuerit & meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Et sunt quidam qui bona sua iam in mente concipiunt: sed necdū malis aperte contradicunt. Hi nimirum quia boni sunt in mente, sed auctoritatem non habent in locutione, apti ad veritatis defensionem non sunt. Ille enim esse veritatis defensor debet: qui quod recte sentit, loqui nec metuit, nec erubescit. Vnde nūc in magno munere prophetae promittitur: Ecce dedi faciem tuam valentiorē faciebus eorum: & frontem tuam duriorē frontibus eorum. Quid est autem peccator, nisi vulneratus: & quid prædicator nisi medicus? Si ergo non erubescit peccator qui iacet in vulnere: cur erubescat medicus qui per medicamenta providet salutem? Sæpe verò contingit ut prædicator reverenter audiat. Nonnunquam verò à peruersis ita despiciatur: ac si eis nihil utilitatis loquatur. Vnde recte nunc dicitur: Ut adamantem & ut silicem dedi faciem tuā. Adamas & silix utraq; dura: sed vñ horum preciosum est, alterum vile. Adamas ad ornamentum sumitur: silix ab itinerantibus calcatur. Et sæpe cōtingit ut hos quos correptionem suam conspiciamus nimis humiliter audire, verecunde-

Luce. 10.

H

Ezech. 3.

Osee. 10.

I  
Ecclesi. 4.

Luce. 9.


mur eis aliqua dicere. Nonnunquam verò euenit, ut eos quos increpationem suam videmus postponere: & despectui habere, trepidemus eis verbum prædicationis inferre. Sed si recte sapimus, & ad eos à quibus nos honorari conspiciamus: & ad eos à quibus nos despici videmus, auctoritatem exhortationis vel increpationis sumimus: ut nec illorum humilitatē debeamus erubescere: nec illorum superbiam formidare. Dicitur ergo: Dedi faciem tuam ut adamantem. id est, si ab auditoribus honoraris. Dedi faciem tuā ut silicem si ab auditoribus conculcaris atq; despiceris: ut nec per illatum honorem refrenetur lingua ex verecundia: nec per despectum taceat ex infirmitate. Sequitur: Ne timeas eos, neq; metuas à facie eorū: quia domus exasperans est. Hoc iam superius dictum est. Sed notandum quam aspera domus habetur: casus asperitas tam crebrò replicatur. Increpandus itaq; peccator est: & nunquā timendus, quia domus exasperans est. Timeri enim homo debuerat, si ipse auctorem omnium ut homo timuisset. Nam qui rationis sensum ad timorem dei non habuit: tanto in nullo timendus est: quanto hoc quod esse debuit, non est. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis: omnes sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo: & auribus tuis audi: & vade ingredi ad transmigracionem. filiorum populi tui. Vigilanter intuendum est quod voce domini ad prophetam dicitur: ut prius sermones eius audiat: & postmodum loquatur. Audimus enim verba dei, si facimus. Et tūc ea proximis recte loquimur, cum prius ipsi fecerimus. Quod bene Marcus euangelista confirmat, cum factum domini miraculum narrat dicens: Adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eū ut imponat illi manū. Cuius ordinē curatiōis insinuat subdēs: Misit digitos suos in auriculas: expuensq; tetigit linguam eius: & suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius: & solutum est vinculū linguæ eius, & loquebatur recte. Quid est enim quod creator omnium deus cum surdum & mutum sanare voluisset, in aures illius digitos misit: & expuens linguam eius tetigit? Quid per digitos redemptoris, nisi dona sancti spiritus designantur? Vnde cum in alio loco eiecisset demonium, dixit: Si in digito dei eiecio demonia: profecto pervenit in vos regnū dei. Qua de re per euangelistam alium dixisse describitur: Si ego in spiritu dei eiecio demones: igitur pervenit in vos regnum dei. Ex quo utroq; loco colligitur: quia digitus spiritus vocatur. Digitos ergo in auriculas mittere, est per dona spiritus sancti mentē surdi ad obediendum aperire. Quid est verò quod expuens linguam eius tetigit? Saliva nobis est ex ore redemptoris: accepta sapiētia in eloquio diuino. Saliva quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia quæ ipse est: dum lingua nostra tangitur: mox ad prædicationis verba formatur. Qui suspiciens in cælum ingemuit: non quod ipse necessarium gemitū haberet qui dabat quod postulabat: sed nos ad eum gemere qui cælo præsidet docuit: ut & aures nostræ per donum spiritus sancti aperiri: & lingua per salivam oris, id est, per sciētiam diuinæ locutionis solui debeat ad verba prædicationis. Cui mox effeta, id est, adaperire dicitur: & statim aperte sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius. Qua in re notandum est: quia propter clausas aures dictum est, adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint: ex subsequenti procul dubio etiam linguæ eius vinculum soluitur: ut bona quæ ipse fecerit, etiam faciendā aliis loquatur. Vbi bene additur, & loquebatur recte. Ille enim recte loquitur, qui prius obediendo fecerit, quæ loquendo admonet esse faciendā. Quod verò ad transmigracionem populi admonendam propheta mittitur: non solum ea transmigratio debet intelligi, quæ eius populi erat in corpore: sed etiam quæ facta fuerat in mente. Ab Hierusalem quippe ad Babyloniam venerat. Et quid Hierusalem nisi visio pacis? quid Babyloniam nisi confusio vocatur? Quisquis verò à rectis operibus in peruersis actibus cadit: quoniam à bono studio ad vitia defluit, quasi ab Hierusalem ad Babyloniam civitatem venit. Culmen enim bonæ contemplationis deseruit: atq; in transmigracione confusionis iacet. Quod illis solet sæpe euenire: qui cum bona agunt, in his de sua virtute gloriantur. Vnde Psalmista ne à visione pacis, id est, à bonis actibus captivus ad Babyloniam emigraret, domino supplicans dicit: Adiutor

R

L

M

Luce



**Psal. 61.** **A**diutor meus non emigrabo. Si enim in se consideret: a iustitiae operibus cadendo migrasset. Sed neq; hi qui a statu rectitudinis in pravam actionem ceciderunt, desperandi sunt: quia ecce propheta ad transmigracionem Babyloniam mittitur. Et per prophetam alium dominus dicit: Et venies vsque Babylonem: & ibi liberaberis. Sape enim quis postquam in confusione ceciderit: erubescens mala quae perpetravit, ad poenitentiam redit: sed a suis lapsibus bene viuendo erigit. Quid ergo iste, nisi vsque ad Babylonem venit, & ibi liberatus est? Qui postquam confusus mente, peruersa perpetravit: haec ipsa erubescens mala quae fecit, se contra se erigit: & bene operando ad statum rectitudinis redit. In Babylonem itaque veniens liberatus est: qui per diuinam gratiam ostenditur etiam de confusione saluatus. Propheta ergo ad transmigracionem loquitur: cum illos increpat, qui a statu rectitudinis ad erroris ad vitia transmigrando ceciderunt. Sequitur: Et loqueris ad eos: & dices: Haec dicit dominus deus: si forte audiat & quiescat. Quod quoties diuinis vocibus difficultas audiendi repetitur: vt dicatur si forte audiant: quid aliud quam transmigrati populi dicitur designatur? In quibus verbis magna est nostra consolatio: quia si omnipotens deus prophetam mittens, a peruerso populo verba sua denunciat difficile audiri: cur nos miseri contristamur, cum saepe a fratribus in nostra admonitione contemnimur? Nam crebro delinquentes alloquimur, frequenter increpamus. Sape cum eis blandis sermonibus agimus: & tamen alter audit, alter audire contemnit. Alter ex parte verbum exhortationis suscipit: & ex parte recipere recusat: ita vt quotidie impleri videamus hoc quod per prophetam alium dominus narrat quae fecerit iratus, cum dicit: Plui super ciuitatem vnam: & super alteram non plui. Pars vna compluta est: & pars quae compluta non est, aruit. Cum enim laetate exhortationis verba alia mens suscipit: alia suscipere recusat: super vnam ciuitatem dominus pluit: & super alteram non pluit. Cum vero & ipse qui proximos audit, ab aliis se vitis corrigit, atq; ab aliis emendare contemnit: vna eademque ciuitas & ex parte compluitur: & ex parte arida remanet: in qua a se praedicationis pluuiam repellit. Sunt etenim quidam, qui exhortationis verba omnino non audiunt, hi penitus suscipere pluuiam nolunt. Et sunt quidam qui audiunt: sed tamen hanc medullitus non sequuntur: quia alia in se vitia reserant: sed in aliis grauius perdurant. Sape enim quosdam videmus quia per praedicationis verbum a semetipsis auaritia estum repellunt: & non solum iam aliena non rapiunt: sed & propria indigentibus largiuntur: nec tamen iras stimulos edomant: nec patientiae moderamina per mentis tranquillitatem seruant. Et saepe alij ad exhortationis verbum in semetipsis tanto carnis immunditiam vincunt: corpus in castitate custodiunt: nec tamen adhuc animum sicut debent proximis inclinant: sed per rigorem superbiae in cogitatione se eleuant. In istis pars vna compluta est, quia fructum fecit: & pars quae compluta non est, aruit: quia exhortationis verbum non plene suscipiens, a bono opere sterilis remansit. Sequitur. Et assumpsit me spiritus: & audiui post me vocem commotionis magnae: Benedicta gloria domini de loco suo. Quid est hoc quod propheta postquam ad transmigracionem filiorum populi mittitur: vocem post se magnae commotionis audit, dicentem: Benedicta gloria domini de loco suo? Conuersus quippe ad peccatores Babyloniam fuerat: & vocem gloriae domini de loco suo post tergum audiebat. Locus est enim dei Hierusalem, id est, visio pacis: quia nimirum illa corda vident ea quae dei sunt: quae ad transmigracionem Babyloniam: hoc est ad confusionem vitia non descendunt. Ibi enim inhabitat deus vbi vera pax quaeritur: internae contemplationis gloria amatur. Nam qui ad peruersitatem defluit, locus dei esse contemnit. Locus ergo gloriae dei est vel sancta quaeque anima: vel vnusquisque in caelestibus permanens angelicus spiritus. Et gloria domini de loco suo benedicitur: cum vel ab electis hominibus, vel a sanctis angelis auctori omnium laus aeterna canatur. In eo ergo quod iusti de conuertendis peccatoribus cogitant: quia eorum vitia considerando ad carnales actus oculum docunt: quasi ad Babyloniam intendunt. Qui tamen pro statu suae rectitudinis, quia in laude dei bona sanctorum considerare nunquam desinunt: quamuis per cogitationem aliud intendunt: quasi post se vocem gloriae do-

mini ab Hierusalem, id est, de loco suo audiunt. Sed cur in istis immoramur, qui haec prophetae verba largiente domino per seculum alterum & subtilius intelligere, & apertius dicere valeamus? Ait enim: Et assumpsit me spiritus. Praedicator spiritus assumit, cum eius mentem in amore dei omnipotentis eleuatam, a terrenis iam desideriis alienam reddat, vt nihil ei agere libeat: nisi ea quibus lucra spiritalia congreget: & ad regna caelestia quotidiani sui operis fructum portet. Vnde & nobis praedicatoribus iubetur: Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam aeternam. Bene autem subditur: Et audiui post me vocem commotionis magnae. Propheta sancto spiritu repletus: quasi transacta narrat, quae facienda prauidet: quia & in praedestinatione iam facta sunt, quae adhuc in opere sequuntur. Vnde & in translatione veteri per Esaiam dicitur: Qui fecit quae futura sunt. Quid est ergo quod post se propheta vocem audiuit commotionis magnae: nisi quod post sermonem praedicationis, qui fit ad corda peccantium, lamenta poenitentiam sequuntur? Peruersi etenim quique dum prava agunt: & a iustis recta non audiunt: nesciunt quam sint graua quae committunt: atque ex ipsa sua ignorantia, in suo stupore securi sunt: & iacentes in culpis, quasi molliter quiescunt: sicut de quodam peccatore & securo populo dicitur: Requieuit in secibus suis, quia securus iacet in peccatis. Cum vero audire peruersi verbum praedicationis ceperint, quae sint supplicia aeterna cognoscere, qui terror iudicii, quae subtilis examinatio de singulis quibusque peccatis, ilico contremiscunt: implentur gemitibus & non se capientibus suspiciis anxiantur: atque magno pauore concussi, in luctu & fletibus erumpunt. Propheta ergo vox magis commotionis sequitur, quia post verbum praedicationis conuersorum atque poenitentium luctus audiuntur. Qui enim prius quiescunt iacebant in vulnere: tacti postmodum manu me dicunt, cum dolore redeunt ad salutem. De hac commotione poenitentium per prophetam alium dicitur: Pedes eius fterunt: & commota est terra, quia cum veritatis vestigia in mente audientium figuntur: ipsa mens in sui consideratione turbata commouetur. Hinc psalmista pro peccatoribus exorat dicens: Qui sedes super cherubin, moueatur terra. Hinc pro afflictis & poenitentibus deprecans ait: Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia mota est. Terra quippe commota & turbata, est peccator de cognitione reatus sui anxius, & ad poenitentiae lamenta perductus. Peccati etenim homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Exoret ergo vt sanetur contritio terrae: quia mota est: quatenus peccator qui de culpis suis affligitur, de caelestis misericordiae gaudio consoletur. Haec est itaque vox commotionis magis quando vnusquisque sua acta diiudicans, in afflictione poenitentiae perturbationatur. Sed quid vox ipsa dicat, audiamus. Benedicta gloria domini de loco suo. Locus enim maligni spiritus fuerant corda peccantium: sed cum subimetipsis irati, per poenitentiam redeunt ad vitam, gloriae domini locus fiunt. Jam enim se contra se erigunt: iam poenitentiae lachrymis insequuntur mala quae commiserunt. Inde ergo auditur benedictio gloriae in laude domini: vnde prius sonabat creatoris iniuria de amore praesentis seculi. Et corda poenitentium sunt iam domino locus suus: quae prius in peccatis posita, fuerant locus alienus. Ipsi autem qui a peccatis suis ad dominum conuertuntur: non solum delent lachrymis peruersa quae fecerunt: sed etiam miris operibus ad alta proficiunt: vt sancta animalia dei omnipotentis fiant: vt signis & virtutibus ad alta euolent: vt terram sanditus deserant: & acceptis donis sese ad caelestia per desiderium suspendant. De quibus adhuc subditur: Et vocem alarum animalium percutientium alterum ad alterum. Audit post se propheta vocem commotionis magnae: quia sicut dictum est: verbum praedicationis, luctus poenitentium sequitur. Audit post se vocem alarum animalium: quia ex ipso luctu poenitentium oritur virtutes sanctorum: vt tanto magis in sancta actione proficiant, quanto se ad cognitionem vitae nequiter egisse meminerunt. Sed est in his verbis magna dubitatio: quia non aperte per prophetam dicitur verum vnusquodque animal alas suas in semetipsis percutiat: an certe haec eadem sancta animalia alis suis se vicissim feriant: vt ala huius alterum: & ala alterius istud animal tangat. Sed quia plerunque in sacro eloquio ideo ali-

Ioan. 6.

Hier. 48.

Zacha. 14.

Psal. 69.


Psal. 59.

Gene. 3.

F

**G** quid obsecrè dicitur: vt dispensante mirabiliter deo multipliciter exponatur: nos charitati vestræ vtræq; exponere largiente domino debemus. Sæpe iam alas animalium virtutes diximus esse sanctorum. Quomodo ergo vnūquodq; animal alas suas excutens, alterā ad alteram percutit: nisi quod aperte datur intelligi: quia si sancta animalia efficiuntur: virtus in nobis virtutem excitat: dum vna alteram ad perfectionem pulsat: Ecce etenim quis habet iam verbi dei scientiā, discat vt viscera etiam misericordiæ habeat. Per scientiā quippe verbi dei discit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Cuiq; iam esse misericors in eleemosynis coepit, verba sanctæ authoritatis legit: & quicquid in eis de misericordia dicitur: vberius per experimentu intelligit. Ibi enim scriptum est: Pater eram pauperum. Quod fortasse antea legebat, & præteribat. Sed cum in eius corde iam misericordiam coepit imitari natura: quod est patrem esse pauperum, legit & recognoscit quia in rorsus redit, in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud namq; est eleemosynam ex præcepto facere, atq; aliud ex charitate. Ex præcepto enim facere bonum, inchoatum est. Ex charitate autem, bonum perfectorum: qui non solum quia iubetur faciunt: sed etiam diligunt faciendo quod iubetur. Hinc est enim quod in magna virtute per psalmistam dicitur: Vide quia mandata tua dilexi domine: in tua misericordia viuifica me. Mandata enim dei pro iussione facere, seruientis & obedientis est: diligendo hæc facere, obedientis & amantis est. Quia ergo & per scientiam charitatis misericordia discitur: & per charitatem misericordiæ in corde compuncto scientia multiplicatur: ala in nobis alam percutit: quia virtus virtutem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore custodit: contra luxuriantes zelo accenditur, vt ab immunditiæ maculis expientur. Et sæpe dum quosdam in lapsibus inuenit, edomat, affligit, atq; ad castitatis munditiā restringit. Cuius si forte mens de immunditiā luxuriæ fuerit tentata, ex ipso zelo quo alios corripit: semetipsum conuenit, & erubescit immunda cogitare, quæ se in aliis recolit correxisse. In hoc ergo ala alam percutit, dum virtus virtutem pulsat: & ab immunditiā custodit. Sin verò, vt præfati sumus, vicissim se alis suis animalia feriunt: & altera ad alteram ala percutitur singulorum: huius quoq; descriptionis largiente domino sensus patet. Quid est ergo quod hæc pennata animalia vicissim alas altera ad alteram feriunt: nisi quod omnes sancti se inuicem suis virtutibus tangunt: & se ad profectum excitant ex cōsideratione virtutis alienæ? Non enim vni dantur omnia: ne in superbiam elatus cadat. Sed huic datur quod tibi non datur: & tibi datur quod illi denegatur: vt dum iste considerat bonum quod habes, & ipse non habet: te sibi in cogitatione præferat. Et rursum dum tu habere illum conspicis quod ipse non habes: te illi in tua cogitatione postponas: & fiat quod scriptū est: Superiores sibi inuicem arbitantes. Vt enim pauca ex multis loquat: isti miræ abstinentiæ virtus tribuitur: & tamen verbum scientiæ non habet. Illi autem datur verbū scientiæ, & tamē virtutem perfectæ abstinentiæ apprehendere conatur, & non valet. Huic libertas vocis tribuitur: vt oppressis quibusq; protectionis solatia impendens, ad defensionem iustitiæ liberè loquatur: sed tamen adhuc multa in hoc mundo possidēs, relinquere omnia vult, & nō valet. Illi verò iam datum est omnia terrena relinquere: & nihil in hoc mundo cupit habere: sed tamen adhuc autoritatem vocis contra peccantes quosq; non præsumit exerere. Et qui ideo plus loqui liberè debuit: quia iam non habet vnde in hoc mundo teneatur: loqui contra alios liberè recusat: ne ipsam vitæ suæ quietem perdat. Isti virtus prophetiæ data est: multa iam quæ vctura sunt præuidet: sed tamen præsentis proximi agri tudinem conspiciens atque compatiens non valet curare. Illi data est curationis gratia, atque à corpore proximi molestiam quæ in præsentis est, orationibus repellit: sed tamen quid seipsum paulopost sequatur, ignorat. Mira itaque dispensatione omnipotens deus sic in electis suis sua dona dispensat: vt & isti det quod illi denegat: & alteri maius, quod alteri minus tribuit: quatenus dum vel iste habere illum cōspicit quod ipse non habet: vel ille hunc maius accepisse cōsiderat, quod sibi minus adesse pensat: dona dei alter in altero, id est, vicissim omnes admirentur: atque ex hac ipsa ad-

miratione humilietur alter alteri: & quæ videt habere quod non habet: eum diuino iudicio sibi prælatum putet. Alis ergo suis vicissim se animalia feriunt: cum sanctæ mentes alteris se virtutibus tangunt, & tangendo excitant, atq; excitata ad profectum volant. Videamus Paulum quomodo Apostolorum alis tactus, atque ad pœnitentiam excitatus fuerat: qui mala præteritæ persecutionis suæ, ad Apostolorum innocentem vitam considerans, dicebat: Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum Ecclesiam dei. Considerauit quippe Apostolorum innocentiam: & propter præcedentem malitiam, vilis in eius oculis facta est omnis quam exhibebat in Ecclesia sollicitudo sua. Et quam multos ex accepto intellectu præcederet, non attendit: quia illorum innocentiam peccans, persecutorem aliquando fuisse se doluit. Sed videamus si quis ex Apostolis eum qui Paulo datus est intellectum miratur. Ipse nobis Apostolorum primus requirendus est: qui discipulos admonens ait: Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficulta intellectu: quæ indocti & instabiles deprauant. Miratur itaque in Apostolis omnibus Paulus innocentiam: miratur Apostolorum primus in Paulo sapientiam. Alis ergo se tangunt qui inde se vicissim ad profectum excitant, vnde volant. Hoc itaque omnipotens deus agit in cordibus hominum: quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque vni cuiuslibet regioni fructus omnes tribuere: sed si vna quælibet regio alterius regionis fructu non indigeret: communionem cū altera non habuisset. Vnde fit vt huic vini, alij vero olei abundantiam tribuat. Hanc multitudinem pecudum, illam verò vbertate abundare fructuum: vt cum illa defert quod ista non habet: & ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiæ, sibi simul etiam diuise terræ coniunctæ sint. Sicut ergo regiones terrarum, ita sunt mētēs sanctorum, quæ dum vicissim sibi conferunt quod acceperunt: quasi fructus suos regiones regionibus impediunt: vt in vna omnes charitate iungantur. Sed inter hæc sciendum est quia sicut electi quique hoc semper in aliis attendunt quod à deo melius acceperunt quam ipsi, vt eos sibi in cogitatione præferant: scq; illis in humilitate substernant, ita reproborū mens nunquam considerat quid alter boni amplius quā ipse: sed quid boni ipse amplius quam alter habeat. Neque enim pensant quæ bona spiritus alter acceperit, & ipsis desint: sed quæ bona ipsi, & quæ mala adsint alteri. Et cum omnipotens deus ad hoc virtutes singulas diuidat, vt alterum alteri in cogitatione humiliet: ad hoc reprobi pertrahunt bonum quod acceperunt: vt ex eo in elatione perdantur: dum semper considerant bona quæ ipsi habent, & alij non habent: & nunquam perpendere student quanta bona alij habeant, & ipsi non habeant. Quod ergo diuina pietas in augmentum disponit humilitatis: hoc mentes reprobae in augmentum vertunt elationis. Et ex diuersitate munerum à bono deficiunt, vnde crescere in humilitatis bono debuerunt. Propter hoc ergo necesse est fratres charissimi: vt in vobis hoc semper debeatis aspiciere quod minus habetis: in proximis verò hoc quod vobis amplius acceperunt: quatenus dum super vosmetipsos eos pro bono quod ipsi habent, & vos non habetis, aspicitis: ad hoc quoque obtinendum etiā vos ex humilitate crescatis. Si enim & vos in illis accepta bona perpenditis: & illi in vobis considerant dona quæ habetis: vicissim vos alis tangitis, vt excitati semper ad cœlestia voletis. Sequitur: Et vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. In rotis sacri eloquij testamenta signari superius diximus. Vox igitur rotarum, est sermo testamentorum. Post vocem itaque alarum animalium auditur etiam vox rotarū, quia prædicantium sermone suscepto, dum virtutes sanctorum ad altiora agenda euolant: scq; vicissim ad prouectum pulsan, sanctæ Ecclesiæ status erigitur: vt per vniuersum mundum sacrorum testamentorum pagine legantur. Vbiq; etenim iam sanctum euangelium: vbiq; Apostolorum dicta: vbiq; lex & prophetæ resonant. Post alarum ergo vocem vox rotarum lequitur: quia post sanctorum miracula, verba sacri eloquij intra sanctam Ecclesiam liberè & licenter audiuntur. Quæ rotæ animalia sequuntur, quia vt superius dictum



**A**ctum est: postquam in honorē venit vita sanctorum, veneranda quoque apparuerunt hominibus eloquia testamentorum. Vel certe rote animalia sequuntur: quia in sanctorum patrū vita cognoscimus, quid in sacra scriptura volumine intelligere debeamus. Illorum quippe actio nobis aperit hoc quod in suis prae-dicationibus pagina testamentorum dicit: Sed quare nobis est cur postquam superius dictum est: Audiuisti post me vocem commotionis magnae: post vocem quoque alarum atque rotarum subditur: Et vocem commotionis magnae? Quod si diligenter aspicitur, inueniri potest quia non octolē repetitur. Duę quippe sunt commotiones magnę, quibus corda nostra commouentur. Vna quippe ex lactu penitentium, alia ex seruire amantium. Post prae-dicationis ergo verbum prima commotio est: cum plāgimus mala quę fecimus. Post vocem verō alarum & rotarum, secunda commotio est: dum magnis fletibus querimus caelestia bona quę audimus. Ecce enim quia intra sanctam Ecclesiam de multis patribus virtutum exempla cognoscimus, quasi alarum sonitū quotidie audimus: quia vbique sacra eloquia personant, quasi rotarū vocibus excitamur. Et quia per eadem sacra eloquia ad amorē nostri conditoris accendimur: magni seruire ignis esse nos longē adhuc ab omnipotentis dei facie plangimus. Post primam ergo vocem cōmotionis magnę, & ad extremum quoque vox magnę commotionis fit: quia qui cognoscendo deū cepimus peccata plangere, iam diligendo quem cognoscimus, non cessamus eum cum fletibus desiderare. Post rotarū itaque vocē vox magnę cōmotionis sequitur: quia cum testamēta dei in ore cordis sonare ceperint, audientium spiritus ex amore cōpunctus ad lamēta cōmouetur. Hinc est enim quod scripturę sacre verba sūt in corde legentium sapida. Hinc est enim quod ab amatibus plerumque in silentiū quasi furtiue & tacite leguntur. Vnde per prophetā quoque aliū dicitur: Præcidisti in alienatione capita potentium: mouebuntur in ea gentes: adaperient ora sua sicut pauper edens in occulto. Omnipotens enim deus in alienatione capita potentium præcidit: quia in dēorum superbiam a semetipso alienando repulit. In qua alienatione gentes motę sunt: quia dū Iudæi a fide caderent, ad cognitionem fidei lectio gentiliū cucurrerunt. Quę videlicet gentes in sacrae lectionis pabulum os cordis aperierunt: & in occulto sicut pauper comedunt: quia cum festinatione & silentio verba vitę legentes sumunt. Sed sciendum est quia quanto auditores in charitate atque intellectu proficiunt: ita tanto sanctis prædicatoribus maior gratia spiritus datur. Vnde cum prius propheta dixisset: Assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnę: post vocē commotionis magnę alarum atque rotarum: atque iterum commotionis magnę, illico subiungit: Spiritus quoque eleuauit me & assumpsit me. Cur qui se assumptum iam a spiritu dixerat: iterum eleuatum & assumptum narrat? Sed ad altiora mens prædicantium proficit: cum per eos sensus audientium ad omnipotentis dei desiderium commouetur. Qui videlicet prædicatores sancti desiderio proficiunt: vt per eorum ministerium dona gratiæ in sancta Ecclesia multiplicentur: sicut de hac eadem sancta Ecclesia dictum est: Riuos eius inebriās multiplicata generationes eius: in stillicidiis suis letabitur cū exorietur. Riuus quippe Ecclesię sancti prædicatores sunt: qui terram nostri cordis infundunt. Sed cum inebriatur riuus, generationes Ecclesię multiplicantur: quia cum vberiorē gratiam spiritus prædicatores accipiunt, fidelium numerus augetur. Quę sancta Ecclesia in suis stillicidiis letatur. In stillicidio etenim aqua de tecto in terram vadit, quę de caelo ceciderat in tectum. Tectum verō Ecclesię sancti prædicatores sunt: qui nos intercedendo & admonitionibus muniendo protegent. Sed quia illorum cor diuinitus in prædicatione infunditur: quasi aqua de caelo venit in tectum. Quia verō nos eorum verbis irrigamur, quasi aqua de tecto defluit in terram. Sancta itaque Ecclesia dum exoritur, in stillicidiis suis letatur: quia cum in fide & bonis operibus nascitur, ea quę accepit dona considerat: & in verbis prædicantium exultat. Quia ergo auditoribus ad meliora surgentibus, eorū quoque prædicatoribus gratia multiplicatur, propheta dicit: Spiritus quoque eleuauit me & assumpsit me. Inde enim prædicator magis ac magis eleuat & assumit, vnde auditor

ad meliorē vitā mutatur. Sed querendum nobis est, cum spiritus mentem non eleuet nisi assumpserit: cur prius eleuauit, & postmodum dicitur assumpsit? Sed hoc loco assumpsit dictum est: cōstanter tenuit. Nam sunt nonnulli quos eleuat spiritus, sed non assumit. Quorum & intellectus ad spiritalia emicat, sed tamen vita in factis carnalibus remanens, intellectui non concordat. Balaam namque per prophetię spiritū eleuatus erat, sed assumptus non erat: quia & veraciter potuit longē post futura prospicere, & tamen a terrenis desideriis mentem noluit separare. Sed quia propheta sanctus scientia eleuatus est, & vita pariter assumptus: iam qualis in prædicationem pergat, audiamus: Et abii amarus in indignatione spiritus mei. Pensate fratres charissimi, is cui dona sancti spiritus creuerant, cur amarus in indignatione? An omne quod idem spiritus assundit, amarus in indignatione sui spiritus facit? Vnde sciendum est, quia cui adhuc præsens vita dulcis est, etiā si verbum dei loqui videatur, eleuatus & assumptus prædicator non est. Mentem enim quam spiritus sanctus replet, in amaritudinem temporalium delectatione æternorū commouet. Dulce enim est esse in rebus humanis: sed ei qui adhuc de caelestibus gaudia nulla gustauit: quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requiescit. At si quis iam cordis ore gustauerit quę sit illa dulcedo caelestium præmiorum: qui illi hymnidici angelorum chori: quę incōprehensibilis visio sanctę trinitatis: huic quāto illud dulce sit quod intus videt: tanto in amaritudine vertitur omne quod foris sustinet. Rixatur secum de his quę male egisse se reperit: & sibi metipso displicet, cum ei ille placere iam ceperit qui omnia creauit. Reprehendit se de cogitationibus, insequitur de verbis, & punit flendo de factis. Superbis inhiat, terrena iam omnia per mentis despectum calcat. Et quando illud quod desiderat, adhuc per speciem non habet, flere dulce habet, seseque continuis lamentis affligere. Et quia necdum se esse in patria ad quam creatus est videt, in huius vitę exilio nil ei plus illud quam sua amaritudo placeat. Deditur itaque subiacere temporalibus, & ardentem suspirat æternis. Vnde recte quoque per Salomonem dicitur: Eo quod in multa sapientia sit indignatio: & qui apponit scientiam, apponit dolorem. Caelestia etenim cognoscentes, terrenis animam subdere dedignamur. Et dum plus sapere incipimus de his quę male egimus, nobis ipsis irascimur: & fit in multa sapientia multa indignatio, quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignamur amplius de peruerso opere. Atque cum scientia dolor crescit: quia quāto magis æterna cognoscimus: tanto magis esse nos in huius exilij miseria dolemus. Vel sicut in translatione alia dicitur: Et qui addit scientiam, addit laborem. Quō enim scire incipimus quę sint caelestia gaudia, eo magis vt errorum nostrorū laqueos possimus euadere, flendo laboramus. In multa ergo sapientia multa est indignatio, quia si æterna iam sapimus, cōcupiscere temporalia dedignamur. Si æterna iam sapimus, noimetros despiciamus egisse hoc quod nos potuit ab æternitatis amore separare. Reprehendit semetipsam conscientia, accusat quod egit, damnat per penitentiam quod accusat, fit rixa in animo, parturiens pacem cum deo. Sic Achab rex Iniquus a propheta reprehensus, cum contra se diuinam sententiam audisset, pertimuit: & magno mœrore deprehensus est, ita vt prophetę suo dominus diceret: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. In quibus domini verbis pensandum est quomodo & in electis suis interor amaritudinis placeat qui amittere timent dominum: si sic ei & reprobis penitentia placuit, qui timebat perdere præsens seculum? Aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent: si hæc ad tempus placuit & in eis qui displicebant? Sed sciendum quia nullus hæc pro amore omnipotentis domini ex toto corde agere præualeat, nisi is cuius animam spiritus sanctus assumpserit. Nam quando homo ex sua virtute sufficiat terrena despiciere, caelestia amare, pacem cum deo querere, secum rixam subire, in cogitatione semetipsum reprehendere, & gemitibus punire? Nullus hæc agere, nisi quem diuina gratia roborauerit, valet. Vnde & subditur: Manus enim domini erat mecum, cōfortans me. Ad bona quippe assurgere perfectē non possumus: nisi nos spiritus

Num. 22.

Ecclesię  
hes. 1.

3. Reg. 21.

Psal. 22.

**G**ritus & praeueniendo eleuet, & subsequendo confortet. Sed quærendum est cum superius de volumine quod acceperit scriptum sit: Et factum est in ore meo sicut mel dulce: qua ratione postmodum dicitur: Abij amarus in indignatione spiritus mei: Mirum quippe valde est: si dulcedo simul & amaritudo conueniant. Sed iuxta superiorem sensum sciendum est, quia cum sermo dei in ore cordis dulcis esse coeperit: huius procul dubio contra semetipsum animus amarescit. Quò enim in illo subtiliter discit qua liter reprehendere se debeat: eo se durius per amaritudinem penitentiae castigat. Qui tanto sibi magis displicet, quanto in sacro volumine amplius de omnipotente deo videt quod amet. Sed quia ad ista proficere sua virtute non valet homo, rectè nunc dicitur: Manus domini erat mecum, confortans me. Manus enim domini in sacro eloquio aliquando etiam vnigenitus filius appellatur: quia omnia per ipsum facta sunt. Et de cuius ascensione per Moysen pater omnipotens loquitur dicens: Tollam in cælum manum meam. Hæc manus quæ electorum suorum corda confortat, discipulis dicebat: Sine me nihil potestis facere. In omni ergo quod cogitamus, semper cogitandum est vt & ipso aspirante cogitemus: & ipso adiuuante faciamus. Qui viuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus in secula seculorum. Amen.

Ioan. 15.


Homilia vndecima.

**H** T veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar: & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus, mœrens in medio eorum. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël: & audies de ore meo verbum: & annuncabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio: & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti. Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit: & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. Ipse morietur: quia non annunciauisti ei. In peccato suo morietur: & non erunt in memoriam iustitiæ eius quas fecit: sanguinem verò eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris iusto vt non peccet iustus: & ille non peccauerit: viuens viuet: quia annunciauisti ei: & tu animam tuam liberasti.

**I**nter cætera prophetiæ miracula hoc quoque mirandum habent libri prophetarum: quod sicut in eis verbis res, ita nonnunquam verba rebus exponuntur: vt eorum non solum dicta, sed etiam res gestæ prophetiæ sint. Vnde nunc dicitur: Veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar. Cum causa exigeret vt indicare debuisset quia ad transmigrationem veniret: quæ dicendi necessitas fuit, vt per fruges locum quoque exprimeret dicens: Ad aceruum nouarum frugum: nisi quod sæpe per res & loca causæ signantur. Multi quippe Ezechiele prophetante iam captiuitatis anni defluerant: atque ex his qui in captiuitatem ducti fuerant, plures iam in morte carnis obierant: ad quorum filios loqui propheta veniebat. Vnde & ei superius dicitur: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israël: ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Patres eorum prauaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc: & filij dura ceruice & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Ex quibus quia multi fuerant credituri: atque per obedientiam ad fertilitatem boni operis peruenturi: acerui frugum vocantur. Quia enim bonæ animæ fruges appellantur dei: propheta alius testatur dicens: Sancti Israël domino primitiæ frugum eius. Fruges etenim domini etiam

Hiere. 2.

conuersæ ad fidem gentes postmodum factæ sunt. Sed quia prius Israël domino credidit: rectè hunc propheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo propheta missus non priori populo, sed filiis eiusdem populi verba intulit: ad aceruum frugum nouarum venit. Quid verò per Chobar fluum designetur, iam diximus. Quæ nequaquam modo repetimus: ne repetendo fastidium generemus. Sequitur: Et sedi ibi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. Notandum, captiuo populo propheta sanctus quanta compassione se copulat: eorumque se mœroribus confedendo & mœrendo coniungit: quia radix verbi, virtus est operis. Et ille sermo ab audiente libenter accipitur: qui à prædicante cum compassione animi profertur. Sic ferrum cum ferro iungitur, liquatur prius, vt postmodum vicissim à semetipso teneatur. Si enim prius nimè mollescit, postmodum tenere se fortiter non sufficit. Sic propheta captiuo populo confedit, & mœrens in medio eorum extitit: vt dum per charitatis gratiam condescendendo se & molliorem redderet, & eum statim per verbi fortitudinem teneret. Sin verò Israëliticus populus, qui domus exasperans vocatur: quia culpas nec inter flagella cognouit, nullo mœrore animum depressit: propheta inter gaudentes mœrens sedere studuit: vt tacendo ostenderet quod loquendo venerat docere. Et priusquam verba faceret: in hoc quod mœrens tacuit, formam verborum sumpsit. Sequitur: Cum autem pertransissent septem dies: factum est verbum domini ad me dicens: In eo quod septem diebus mœrens sedisti: & post diem septimum verba dominicæ iussionis accepisti, vt loqui debuisset: aperte indicat quia eisdem diebus mœrens tacuerat. Missus autem ad prædicandum fuerat: & tamen septem diebus sedens tacebat. Quid est hoc quod nobis propheta sanctus in hoc suo silentio innuit: nisi quia ille loqui veraciter nouit, qui prius bene tacere didicerit? Quasi enim quoddam nutrimentum verbi est censura silentij. Et rectè per excrecentem quoque gratiam sermonem accipit: qui ordinate ante per humilitatem tacet. Hinc enim per Salomonem dicitur: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Non enim ait tempus loquendi, & tempus tacendi: sed prius tacendi præmittit tempus, & postmodum subdit loquendi: quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui discere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat, diu prius tacuit, vt postmodum rectè loqueretur: pensandum nobis est quanta ei culpa sit non tacere, quem nulla cogit necessitas loqui. Sequitur: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël. Notandum quòd eum quem dominus ad prædicandum mittit, speculatorem esse denunciat. Cui enim aliena cura committitur, speculator vocatur: vt in mentis altitudine se deat: atque vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. Nò est enim speculator qui in imo est. Speculator quippe semper in altitudine stat: vt quicquid venturum est, longè prospiciat. Et quisquis populi speculator ponitur, in alio debet stare per vitam: vt possit prodesse per providentiam. Hinc propheta alius speculatorem admonet dicens: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Vt videlicet qui prædicationis locum suscipit: ad altitudinem bonæ ascendat actionis. Ad excelsa trãseat, & eorum qui sibi commissi sunt opera transcendat: quatenus subiectorum vitam tanto subtilius videat, quanto & terrenis rebus quas despiciat, animum non supponit. O quam dura mihi sunt ista quæ loquor: quia memetipsum loquendo seruo: cuius neque lingua vt dignum est prædicationem tenet: neque in quantum tenere sufficit, vita sequitur linguam. Qui ociosis verbis sæpe implicor: & ab exhortatione atque ædificatione proximorum torpens & negligens cesso. Qui in conspectu dei factus sum mutus & verbosus: mutus in necessariis, verbosus in ociosis. Sed ecce sermo dei de speculatoris vita, compellit vt loquar. Tacere non possum, & tamen loquendo me ferire pertimesco. Dicam, dicam, vt verbi dei gladius etiã per meipsum ad cõfigendũ cor proximi transeat. Dicam, dicam, vt etiam cõtra me sermo dei sonet per me. Ego reum me esse non abnego: torporem meum atque negligentiam video. Erit fortasse apud ipsum iudicem impetratio veniæ, ipsa cognitio culpæ. Et quidem in monasterio positus, valebam & ab ociosis linguam restringere, & in intentione orationis penè continuè mentem tenere. At postquam



**A** postquam cordis humerum sarcinae pastoralis supposui: colli-  
 gere se ad semetipsum assidue non potest animus: quia ad  
 multa pertinet. Cogor namque modo Ecclesiarum: modo mo-  
 nasteriorum causas discutere. Saepe singulorum vitas actulque  
 pensare. Modo quaedam civium negotia sustinere: modo de  
 irruentibus Barbarorum gladiis gemere: & commisso gregi  
 infidelium lupos timere. Modo rerum curam sumere: ne de-  
 sint subsidia eis ipsis quibus disciplinae regula tenetur. Mo-  
 do raptores quodam aequanimitate perpeti: modo eis sub stu-  
 dio servatae charitatis obviare. Cum itaque ad tot & tanta  
 cogitanda, scissa ac dilaniata mens ducitur: quando ad semet-  
 ipsam redeat, ut totam se in praedicatione colligat, & a pro-  
 ferendi verbi ministerio non recedat: Quia autem necessitate  
 loci saepe viris secularibus iungor, nonnunquam mihi lin-  
 guae disciplinam relaxo. Nam si in assiduo censurae meae vi-  
 gore me tenco, scio quia ab infirmioribus fugio, eosque ad hoc  
 quod appeto, nunquam traho. Vnde fit ut eorum saepe & ocio-  
 sa patienter audiam. Sed quia ipse quoque infirmus sum, in ocio-  
 sis sermonibus paulisper tractus, libenter ea loqui incipio,  
 quae audire coeperam inuitus. Et ubi tadebat cadere, libet  
 iacere. Quis ergo ego vel qualis speculator sum, qui non in  
 more operis sto, sed adhuc in valle infirmitatis iaceo? Potens  
 vero est humani generis creator & redemptor, indigno mihi  
 & vitae altitudinem, & linguae efficaciam donare, pro cuius  
 amore in eius eloquio nec mihi parco. Esse ergo speculatoris  
 vita & alta debet semper & circumspicere. Ne enim terrena-  
 rum rerum amore succumbat, alta sit: ne occulti hostis iacu-  
 lis feriat, ex omni latere circumspicere. Neque enim specu-  
 latori sufficit ut alte vivat, nisi & loquendo assidue ad alta au-  
 ditores suos pertrahat, eorumque mentes ad amorem caele-  
 stis patriae loquendo succendat. Sed tunc haec recte agit, cum  
 lingua eius vox vita arserit. Nam lucerna quae in semet ipsam  
 non ardet, eam rem cui supponitur non accendit. Hinc enim  
 de Ioanne veritas dicit: Ille erat lucerna ardens & lucens.  
 Ardens videlicet per caeleste desiderium, lucens per verbum.  
 Ut ergo servetur veritas praedicandi, teneatur necesse est al-  
 titudo vivendi. Vnde recte quoque sanctae Ecclesiae sponsi voce  
 in Cantica Canticorum dicitur: Nalus tuus sicut turris Liba-  
 ni. Quae ergo laus est fratres mei, ut sponsi nalus turri com-  
 paretur? Quia per nalam semper odores sanctosque discerni-  
 mus: quid per nalam nisi speculatorum discretio designatur?  
 Qui nimirum nalus & sicut turris esse, & Libani dicitur: quia  
 videlicet praepositorum discretio & munita semper debet  
 esse ex circumspicione, & in altitudine vitae consistere, id est,  
 in valle infirmi operis non iacere. Sicut enim turris in monte  
 idcirco ad speculandum ponitur, ut hostes qui veniunt, lon-  
 gius videantur, sic praedicatoris vita semper in alto debet fixa  
 permanere, ut more narium discernat foetores vitiorum,  
 odoresque virtutum. Iucurus malignorum spirituum longe  
 prospiciat, & commissas sibi animas per suam providentiam  
 cautas reddat. Sequitur: Et audies ex ore meo verbum, &  
 annuntiabis eis ex me. Ecce iterum monetur propheta ne  
 praesumat loqui quod non audierit, sed prius aurem cordis  
 aperiat voci creatoris, & postmodum os sui corporis aperiat  
 auribus plebis. Vnde propheta altus dicit: Inclinabo ad simi-  
 litudinem aurem meam, aperiam in Psalterio propositionem  
 meam. Qui enim recte praedicat, prius, sicut dictum est, an-  
 rem cordis locutioni intime inclinatur, ut postmodum os cor-  
 poris in propositionem admonitionis aperiat. Sequitur: Si  
 dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaveris,  
 neque locutus fueris, ut auertatur a via sua impia & vivat,  
 ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius  
 de manu tua requiram. In quibus verbis quid nobis notan-  
 dum est, quid sollicitate cogitandum, nisi quia nec subiectus ex  
 culpa praepositi moritur, nec praepositus sine culpa est, quan-  
 do verba vitae non audierit, ex sua culpa moritur subiectus?  
 Impio etenim mors debetur. Sed & a speculatore via vitae  
 nuncianda est, & eius impietas increpada. Si vero speculator  
 taceat, ipse impius in iniquitate sua morietur: quia impieta-  
 tis eius meritum fuit, ut dignus non esset ad quem specula-  
 toris sermo fieret. Sed sanguinem eius dominus de manu spe-  
 culatoris requirit: quia ipse hunc occidit, qui eum tacendo  
 morti prodidit. In quibus utriusque pensandum est quantum sibi  
 connexa sunt peccata subditorum atque praepositorum: quia

Ioan. 5.

Cant. 7.

Psal. 47.

ubi subiectus ex sua culpa moritur, sibi is qui praest, quonia  
 tacuit, reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres charissimi,  
 pensate, quia & quod nos digni pastores non sumus, & iam  
 ex vestra culpa est, quibus tales praestati sumus. Et si quando  
 vos ad iniquitatem deflueris, etiam ex nostro hoc reatu est,  
 quod oblitentes atque reclamantes in pravis desideriis non  
 habetis. Vobis ergo & nobis parcitis, si a pravo opere cessa-  
 tis. Vobis & nobis parcimus, quando hoc quod displicet, non  
 tacemus. O quam liber a commissorum sibi sanguine fuerat  
 praedicator egregius, qui dicebat: Mundus sum a sanguine  
 omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciare omne  
 consilium dei vobis. Si enim non annunciasset, mundus a san-  
 guine non esset. Sed quibus omne consilium dei annunciare  
 ituduit, ab eorum sanguine mundus fuit. In qua voce nos con-  
 uenimus, nos constringimur, nos rei esse ostendimur, qui sa-  
 cerdotes vocamur, qui super ea mala quae propria habemus  
 alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot  
 ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. Cum ve-  
 ro dicitur, Sanguinem autem eius de manu tua requiram: si  
 hoc in loco sanguinis nomine mors corporis designatur, val-  
 de nobis de nostro silentio augetur metus: quia si in subiectis  
 suis is qui praestatus ad speculandum est, & de morte corpo-  
 ris quandoque morituri tam graulter reus tenetur, quo reatu  
 de morte animae subiecti constringitur, quae potuisset semper  
 viuere, si verba correctionis audisset? Sed melius possunt san-  
 guinis nomine peccata signari. Vnde quidam cum peccata  
 carnis desleret, dixit: Libera me de sanguinibus deus, deus  
 salutis meae. Sanguis ergo morientis de manu speculatoris  
 requiritur: quia peccatum subditi culpa esse praepositi si ta-  
 cuerit reputatur. Est ergo quod faciat, ut etiam moriete sub-  
 dito se liberum reddat. Surgat, inuigilet, malis actibus con-  
 tradicat, sicut scriptum est: Discurre, festina, suscita amicum  
 tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpe-  
 brae tuae. Vnde hic quoque additur: Si autem tu annuncia-  
 ueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, &  
 a via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu au-  
 tem animam tuam liberaasti. Tunc enim subiectus moritur  
 sine te, quando in causa mortis contradicteorem pertulerit te.  
 Nam morti cui non contradicis, adiungeris. Et notandum quae  
 sunt quae debeant a speculatore praedicari. Nimirum fides &  
 operatio. Nam ait: Si autem tu annunciaueris impio, & il-  
 le non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia.  
 Impietas quippe ad infidelitatem pertinet, via vero impia ad  
 pravam actionem. Et omnis speculator hoc habere debet  
 studij, ut prius ad pietatem fidei, postmodum ad piam viam,  
 sed est, ad bonam actionem trahat. Sed quia de exhortatione  
 sermo se intulit, innotescere breuiter debemus, in ore pasto-  
 ris quantus esse debeat ordo, atque consideratio locutionis.  
 Pensare etenim doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quan-  
 do loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Si enim  
 vnum horum defuerit, locutio apta non erit. Scriptum quip-  
 pe est: Si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti. Re-  
 cte autem offerimus, cum bono studio bonum opus agimus.  
 Sed recte non diuidimus, si habere discretionem in bono opere  
 postponamus. Considerare etenim debemus quid loquamur,  
 ut iuxta Pauli vocem, sermo noster semper in gratia sale sit. co-  
 ditus. Pensandum vero nobis est cui loquamur: quia saepe in-  
 crepationis verbum quod haec admittit persona, altera non  
 admittit. Et saepe ipsa eadem persona secundum factum fit  
 altera. Vnde Natham propheta David post adulterium  
 forti increpationis sententia percussit. Qui cum de rapto-  
 re ouis diceret: Filius mortis est vir qui fecit hoc: ei protin-  
 nus respondit dicens: Tu es ille vir: Cui tamen cum de Sa-  
 lomons regno loqueretur: quia culpa defuit, ei se humiliter  
 in adoratione prostravit. In vna ergo eademque persona quia  
 causa dispar extitit, etiam sermo propheticus dissimilis fuit.  
 Pensandum quoque est quando loqui debeamus, quia saepe  
 etsi differat increpationis, postmodum benigne recipitur. Et  
 nonnunquam languescit, si hoc quod ante proferri debuit,  
 tempus amiserit. Nam & sapiens mulier Nabal ebrim vi-  
 dens, increpare de culpa tenacem noluit, quem digesto vino,  
 increpationis suae verbis vtiliter percussit. Et propheta adu-  
 lantium linguas non esse in subsequenti tempore differen-  
 das annunciat, qui ait: Confundatur statim erubescen-  
 tes, qui

Act. 20.

Psal. 50.

Prov. 6.

Leni. 2.

Col. 5.

2. Reg. 12.

1. Reg. 25.

Psal. 40.

kk tes, qui



G res, qui dicunt mihi, euge euge. Adulatio etenim si vel ad tē-  
pus patienter suscipitur, augetur, & paulisper demulcet  
animum, ut à rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatio-  
ne sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est & sine mora  
ferienda. Pensandum quoque nobis est, qualiter loquamur.  
Nam sæpe verba quæ hunc ad salutem reuocant, alium vul-  
nerant. Vnde Paulus quoque Apostolus qui Titum admonet  
dicens: Argue cum omni imperio: Timotheum exhortatur  
dicens: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia & do-  
ctrina. Quid est quod vni imperiū, & alij patientiā præcepit,  
nisi quod vnum lenioris, alterum verò feruentioris spiritus  
esse cōspexit? Leni per auctoritatem imperij iniungēda erat  
seueritas verbis: autem qui per spiritum feruebat, per pa-  
tientiam tēperandus fuerat, ne si plus iusto inferuisceret, non  
ad salutem vulnerata reduceret, sed sana vulneraret. Curan-  
dum quoque quantum loquamur, ne si ei qui multa ferre nō  
valet, per verbum vel exhortationis vel increpationis longi-  
us trahimus, auditorem nostrum ad fastidium perducamus.  
Vnde idem prædicator egregius Hebræis loquitur dicens:  
Obsecro vos fratres ut sufferatis verbum solatiij. Etenim per-  
pauca scripsi vobis. Hoc tamen infirmis præcipue congruit,  
ut pauca quidem & quæ prævalent capere audiant, sed quæ  
eorum mentem in penitentia dolore compungant. Nam  
si eis vno in tempore exhortationis sermo fuerit multiplici-  
ter dictus: quia multa retinere non valent, simul amittunt  
omnia. Vnde & medici corporum pannos quos infirmanti-  
bus stomachis ponunt, apto quidem medicamine, sed subti-  
liter liniunt, ne si repleti multo medicamine fuerint, infir-  
mitatem stomachi non roborantes adiuent, sed opprimētes  
grauent. Sciendum tamen quia & si quādo modum suum ser-  
mo prolixior transeat, periculosum hoc auditoribus non est.  
Si autem qualiter quid dicatur, & quibus dicatur, non vigilā-  
ter conspiciatur, valde periculosum est. Verecunde etenim  
mentes si quas fortasse culpas admiserint, leniter arguendæ  
sunt: quia si asperius increpentur, franguntur potius quam  
erudiuntur. At contra mentes asperæ atque impudentes si  
increpatæ leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa lenitate  
pronocantur. Quod bene in eodem egregio prædicatore  
discimus, qui cum Corinthios cognosceret pro amore perso-  
narum in schisma diuisos, eorum verecundiæ consulens, lo-  
cutionem suam eis à gratiarum actione & laudibus cepit,  
dicens: Gratias ego deo meo semper pro vobis, in gratia dei  
quæ data est vobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites  
facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testi-  
monium Christi confirmatum est in vobis. Qui adhuc adiu-  
git & dicit: Ita ut nihil desit vobis in vlla gratia, expectanti-  
bus reuelationem domini nostri Iesu Christi. Quælo te Pau-  
le, si iam nihil deest, cur eis scribendo fatigaris: cur in lon-  
gino positus loqueris? Pensemus ergo fratres charissimi  
quātum laudat. Ecce eis gratiam dei datam asserit, factos in  
omnibus diuites dicit, in omni verbo & in omni scientia: Chri-  
sti testimonium, id est, quod de semetipso moriendo & re-  
surgendo testatus est, in eorum vita confirmatum esse per-  
hibet: & nihil eis deesse in vlla gratia testatur. Quis rogo  
credat quia paulo post eos corripit quos ita laudat? Nam  
post cetera subiungit: Obsecro autem vos fratres per nomen  
domini nostri Iesu Christi, ut idiplum dicatis omnes, & non  
sint in vobis schismata. Quod enim potuit tam perfectis  
tamq̃ laudabilibus schisma surrepere? Significatum enim est  
mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia contē-  
tiones inter vos sunt. Hoc autem dico quod vnusquisque ve-  
strum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego  
verò Cephe, ego autem Christi. Ecce quos in omni verbo &  
in omni scientia laudauerat, quibus nihil deesse in vlla gra-  
tia dixerat, paulisper loquens ad increpandum leniter veniēs,  
diuisos erga seiplos reprehendit. Et quorum prius salutem  
narrauerat, postmodum vulnera patefecit. Peritus enim me-  
dicus vulnus secundum videns, sed egrum timidum esse con-  
spiciens, diu palpauit, & subito percussit. Prius blanda manu  
laudes posuit, & postmodum ferrum increpationis fixit. Nisi  
enim verecunde mentes fuerint palpando reprehensæ, ita ut  
ex alijs rebus audiant quod in consolationem sumant, per  
increpationem protinus ad desperationem cadunt. Sed nun-  
quid mentitus est Paulus, ut prius eis nil deesse in omni gra-

tia diceret, quibus postmodum dicturus erat vnitatem de-  
esse? Absit hoc ut quis de illo talia vel desipiens credat. Sed  
quia erant inter Corinthios quidam omni gratia repleti, &  
erant quidam in personarum fauoribus excisi, cepit à lau-  
dibus perfectorum, ut modesta inuentione ad reprehensionē  
pertingeret infirmorum. Et in hoc quoque ad medicinā cor-  
dis, à medicina corporis vsu trahens. Nam cum feriendum  
vulnus medicus aspicit, prius ea membra quæ circa vulnus  
sana sunt palpat, ut post ad ea quæ vulnerata sunt, leniter pal-  
pando perueniat. Cum ergo Paulus perfectos in Corinthiis  
laudauit, sana membra iuxta vulnus tetigit. Cum verò infir-  
mos de diuisione reprehendit, vulnus in corpore percussit.  
Videamus tamen hunc ipsum qui tanta modestia atque man-  
suetudine ad corripēdos Corinthios ducitur, qualiter con-  
tra Galatas, qui à fide discesserant, erigitur. Nulla enim mo-  
destia in exordio inuehendo redarguit. Nam præmissa salu-  
tatione sic cepit: Miror quod sic tam cito transferimini ab  
eo qui vos vocauit in gratia Christi. Quibus etiam in aperta  
increpatione post cetera subiungit: O insensati Galatæ, quis  
vos fascinauit? Mentis etenim duræ nisi aperta essent in-  
crepatione percussæ, nullo modo malum cognoscerent quod  
egissent. Nam sæpe hi qui impudentes sunt, tantum se pec-  
casse non sentiunt, quantum de peccatis quæ fecerunt, non  
increpantur. Minores culpas suas æstimant, quas minor in-  
uectio castigat. Et quas vehementer obiurgari viderint,  
maiores esse deprehendunt. Vnde necesse est ut semper ser-  
mo prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari,  
ne aut verecundis aspera, aut impudentibus lenia loquatur.  
Quid autem mirum si hoc verbi dei erogator faciat, cum &  
agricola qui semina in terram mittit, prius terræ quali-  
tatem præuidet, quibus seminibus apta videatur, & post-  
quam qualitatem terræ viderit, tunc semina aspergit? Sed  
quia de qualitate doctrinæ locutionem longius traximus,  
oportet ut ad eum quem cepimus exponendi ordinem re-  
deamus. Sed etsi conuersus iustus à iustitia sua fecerit  
iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: ipse morietur,  
quia non annuisti ei. In peccato suo morietur, & non  
erunt in memoriam iustitiæ eius quas fecit, sanguinem ve-  
rò eius de manu tua requiram. Quia iusto qui in pecca-  
to cadit, prædicator tacuit, eius sanguine reus tenetur. Et  
qui sollicitus esse nō studuit in prædicatione, factus est par-  
ticeps in damnatione. Sed cum dicitur, In peccato suo mo-  
rietur, & non erunt in memoriam iustitiæ eius quas fecit:  
hoc nobis maxime considerandum est, quia cum mala com-  
mittimus, sine causa ad memoriam bona nostra transacta  
reuocamus: quoniam in perpetracione malorum, nulla de-  
bet esse fiducia bonorum præteritorum. Sed queri potest  
vtrum iusto postquā ceciderit prædicandum sit, an & prius-  
quam cadat? Inuigilare prædicator debet, ne ad casum ve-  
niat procul dubio & priusquam cadat. Nam sequitur: Si  
autem tu annuiciaueris iusto, ut non peccet iustus, & ille  
non peccauerit, viuens viuere, quia annuisti ei: tu autem  
animam tuam liberauisti. Si ergo prædicator ideo animam  
suam liberauit, quia iusto ne peccaret denunciavit, cum ius-  
tus ad peccatum prædicatore tacente ceciderit, prædicator  
quia tacuit, reus tenetur. Sed quis nostrum rogo ad hæc sus-  
ficiat, ut non solum peccatores studiosè corripiat sed etiam  
iustis inuigilet ne cadant? Nos enim infirmitatis nostræ con-  
fisi, cum iustos viros conspiciamus, admonere eos non præsu-  
mimus, ut iustitiæ vlam teneant, quam quia tenent videmus,  
& tamen prædicatoris est debitum etiam iustos admonere.  
Vnde prædicator egregius dicebat: Sapientibus & insipientibus  
debitor sum. In his verò omnibus quæ de iusto ad ini-  
quitatem conuerso dicta sunt, hoc est laboriosum ad loquen-  
dum, hoc valde pertimescendum quod dominus dicit: Ponam  
offendiculum coram eo. Ait enim: Si conuersus iustus à  
iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum co-  
ram eo. Nos enim dicimus, quia si iniquitatem fecerit, offen-  
dit: & verum est omnino quod dicimus. Cur adhuc ei deus  
omnipotens offendiculū ponet, quæ iam impiè egisse, & ceci-  
dissent per iniquitatem quæ perpetrauerat, conspiciat? Sed distri-  
cta sunt omnipotentis dei iudicia. Et qui peccatorē diu expe-  
ctat ut redeat, non redeunt atque contemnent ponit ad-  
huc ubi grauius impingat. Peccatum quippe quod per pen-  
itentiam



**A**ntentiam eius nō deletur, aut peccatum est, aut causa peccati, simul & pena peccati. Omne enim quod prius committitur, peccatum est. Sed si citius penitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens deus obligatam peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere, ut qui seculo & corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod penitentia lamento non diluitur, peccatum simul est & causa peccati: quia ex illo oritur unde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatum verò quod ex peccato sequitur, peccatū simul est & pena peccati: quia ex crescente cecitate, ex retributione prioris culpe generatur, ut quasi iam quædam sunt in peccatore supplicia ipsa incrementa vitiorum. Fit verò nonnunquam ut vñ idemq; peccatum & peccatum sit, & pena peccati, simul & causa peccati. Ponamus enim ante oculos quæpiam rem proximi concupisse, quam quia aperte non valuit, furto diripuit, sed in furti acculatione positus, se hanc diripuisse iururando denegavit. Huic ergo concupiscentia peccatum fuit & causa peccati: quia per eam peruenit ad rapinam. Ipsum verò furtum quo rem concupitam diripuit, & peccatum ei factum est & pena peccati, quia ex retributione iam non represso concupiscentia factum est ut veniret ad furtū, & culpa cordis excreveret in opere & ultione cecitatis. Sed quia furtum periurio tegere curavit, ex peccato rursum peccatum genuit. Furtum ergo quod ex concupiscentia processit, & periurium pertulit, peccatum & pena peccati factum est culpa precedenti: peccatum & causa peccati culpa subsequenti: quia de illa natum, hanc genuit. Quod bene Paulus de quibusdam deum intelligentibus, sed nō honoratibus insinuat dicens: Cum cognouissent deum, nō sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerant, sed euauerunt in cogitationibus suis. Ecce est peccatum & causa peccati. Ex qua causa quid sequatur adiungit: Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, multi facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerum, & quadrupedum, & serpentium. Ecce est peccatum solum modo. Et pena peccati esset, si nō adhuc ex hoc peccato & aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorū subditur: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiā, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Quia igitur cognoscētes deum nō sicut deum glorificauerunt, ex eo peccato & causa peccati ad hoc quoq; perducti sunt, ut ad culū serpentū & volucrium laberentur. Sed quia per hanc etiā cecitate usq; ad immunditiā & carnis contumelias ceciderūt, ipsa infidelitas eorū cecitas præcedēti intellectui & peccatū est & pena peccati: subsequenti verò immunditiā peccatū factū est & causa peccati. Sed quia de his in libris moralibus diu tractatum est, nobis nunc in eis diutius immorandum non est. Hoc autē nobis cum tremore considerandū est, quomodo iustus & omnipotens deus cum præcedētibus peccatis irascitur, permittit ut cæcata mens etiā in aliis labatur. Vnde Moyses ait: Nondum completa sunt peccata Amorrhæorum. David quoque ait: Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, ut nō intrent in iustitia tua. Propheta etiā alius dicit: Maledictum & meo dactylis, & homicidium, & furiū, & adulteriū iunuda uerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguine tangit, quando peccato peccatum additur, ut ante dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus Apostolus ait: Ut impleat peccata sua semper. Ioanni quoq; per angelum dicitur: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vnde nunc etiā dominus dicit: Si cōuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum corā eo. Ac si aperte dicat: Quia videre penitendo noluit ubi iam impingit, iusto eum iudicio deferens, ponā ei ut & alibi impingat. Quod tamen domini ponere, est nequaquam ad peccandū premere, sed nolle à peccato liberare: sicut de Pharaone dicitur: Ego indurabo cor eius. Non enim cor peccantis dominus obdurat: sed obdurare dicitur, cum ab obduratione nō liberat. Misericors enim deus tēpus nobis ad penitentia relaxat, sed cum eius gratia patientia nos ad augmentum vertimus culpa, hoc ipsum tēpus quod ad parcendum piē disposuit, districtius ad feriendum vertit, ut quia reuertī quis etiā spatio tēporis accepto noluerit, per hoc mala sua

ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, si cōuertī uoluisset. Vnde scriptum est: Ignoras quoniā benignitas dei ad penitentia te adducit: secundū duritiā autem tuā & cor impenitens, thesaurizat tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij dei. De benignitate ergo omnipotentis dei iram sibi in die irę reprobis thesaurizat: quia dum ad penitendū tempus accipitur, & ad peccandū exhibetur, ipsum remediū gratia vertit in augmentum culpa. Vnde & omnipotens deus gratia collata remedia conspiciat ad culpa augmentum trahi, ipsam benignitatem quam contulit, in iudicij distinctionem vertit, ut inde post amplius feriat, unde modo amplius expectat. Et quia homo delerere malum non vult ut uiuat, augeat, unde moriatur. Sed siue iustus in culpa, siue peccator in morte corruat, speculatori timendum est ne hunc ex suo silentio reatus peccantium pariter inuoluat. Sed interim dū loquor, auertere à memetipso oculos volo, & ecce iterum sermo diuinus me impingit in memetipsum, ut meam negligentia videam, & mihi dici hæc quæ audio pertimescam. Sicut enim superius dixi, cuius eor in curis innumeris exparsum se ad se colligat? Quando etenim possum & ea quæ circa me sunt sollicitē omnia curare, & memetipsum adnotato sensu conspiciere? Quando possum prauorū nequitias insequendo corrigere, bonorum actus laudando & admonendo custodire, aliis terrorem, atq; aliis dulcedinē demonstrare? Quando valeo & de his quæ sunt necessaria fratribus cogitare, & cōtra hostiles gladios de urbis vigiliis sollicitudinē gerere, ne incursione subita ciues pereant providere, & inter hæc omnia pro animarum custodia plenē atq; efficaciter verbū exhortationis impendere? Loqui etenim de deo, quiete valde & libera mētis est. Tunc namq; bene lingua dirigitur in sermone, cum securē sensus quieuerit in tranquillitate: quia nec cōcussa aqua imaginē respicientis reddit, sed tūc in ea vultus intendentis aspicitur, cum nō mouetur. Quam ergo exhortationem vobis speculator vester fratres charissimi faciat, quæ tot rerum cōsilio perturbat? Certē is de quo loquimur propheta reuelatiōe vltima templū videns, quæ in eodē templo conspexerat, inter cetera narrat dicens: Terra usq; ad fenestras, & fenestra clausa. Paulus quoque Apostolus dicit: Templū enim dei sanctū est, quod estis vos. In hoc autē templo fenestræ sacerdotes & speculatores sunt, qui in populo fidelium lumen sanctæ prædicationis fundūt. Sed cum terra usq; ad fenestras est, fenestræ clausæ sunt: quia cū terrena cogitatio in sacerdotū cordibus excreuit, fenestræ lumen non fundūt: quia sacerdotes ab officio prædicationis obmutescunt. Est & aliud valde in ordine sacerdotū graue: quia non sicut hi qui vitam quietam ac remotam ducunt, fixi valent in sua cogitatione permanere. Hi enim, sicut superius diximus, qui à loco regiminis longē sunt, possunt peccatorum suorū culpas & fletibus lanare, & post fletus in eodem mentis mœnore persistere, sicut de bona quoq; muliere scriptum est, quæ ad tabernaculum orauerat, & ab intentione sua animum post compunctionis gratiam non mutauit, cum dicitur: Vultusq; eius non sunt amplius in diuersa mutati. In qua nobis considerandū est: quia si sic plangit mulier quæ querebat filium, quomodo debet plangere anima quæ quærit deū? Sacerdos verò etiā post compunctionē ac lachrymas cogitur necessaria quoq; filiorū suorū cognoscere, & ea quæ resurgit animo, patienter audire, atq; post suspiria cœlestiū, quorūlibet carnalium hominū onera portare, & sæpe cum superuenientibus cor in diuersa qualitate transfundere. Nam aliquādo de lucris spiritalibus gaudet, sed cum quilibet mœrens superuenit, nisi eius mœnore in se susceperit, tribulationi illius cōpaties nō est. Et aliquādo de damnis animarū luget, & repente superueniunt qui de quibusdā suis prosperitatibus letantur. Quorum si letitia sacerdos nō congaudet, minus letare creditur filios in quorum gaudio nō exultat. Præcipue cum Paulus dicat: Gaudere cū gaudentibus, flere cū flentibus. Nihil ergo tam onerosum in ordine sacerdotū video, quam rigorem mentis compatiendo flectere, & cū personis superuenientibus animum mutare, & tamen hoc valde est necessarium. Nam quando ex prædicatione eius ad boni operis gratiam peccator reducit, si ipse prædicator videtur ingratu? Vnde per hunc quoque eundem prophetam in extrema parte dicitur: Et cum sacerdotes intrinsecus miserrant,

Roma. 1.

Gene. 15.

Psal. 68.

Osec. 5.

1. Tim. 2.

Apoc. ult.

Exod. 5.

Roma. 2.

1. Corin. 3.

1. Reg. 1.

Roma. 12.

Exod. 28.

**G**nistrant, vestibus laneis non utantur. De quibus subditur: **Leuit. 11.** Cumq; egrediatur atrium exterius ad populū, exueat se vestimenta sua in quibus ministrauerant, & reponet ea in gazophylacia sanctuarij. Grossiora quippe vestimenta sunt lanea. Sed cum sacerdos ad sanctū ministerium accedit, id est, cum intus per compunctionem ingreditur, subtiliori intellectu necesse est quod ipse quasi lineo vestimento vestiatur. Sed cum ad populum foras egreditur, oportet ut vestimenta in quibus intrinsecus ministrauerat, reponat, atque populo aliis vestibus indutus appareat. Quia si in compunctionis sue rigore se teneat, si in eo quē orationis tempore habuit errore perduret, exteriorum verba suscipere non admittat. Et quid grex de necessariis faciat, si audire atque perpendere, & hoc quod præsens tempus exigit, pastor recusat? Grossiora ergo vestimenta sacerdos exiens ante populum induat, ut mentis suæ habitum pro utilitate filiorum etiam ad terrena toleranda componat. Pensate ergo fratres charissimi, quantum speculatori labor sit & ad sublimia cor tendere, & hoc repente ad ima reuocare: & in sublimitate cognitionis intimæ extenuare animum, & propter exteriores causas proximorum, ut ita dicam, subito in cogitatione crassescere. Non ergo mihi modo necesse est prophetæ verba exponere, sed meam coram vobis miseriam deslere. Vnde peto ut vestra me oratio talem faciat, qualis & mihi valeam & vobis prodesse. Potens est indigno mihi & infirmo ex vestra intercessionem ista tribuere, qui ex sua pietate pro nobis dignatus est infirmari. Virtus enim dei est atq; sapientia, quæ nostram infirmitatē sumpsit, ut ex sua nos infirmitate roboraret Iesus Christus dominus noster. Qui vivit &c.


Homilia duodecima.



**F**acta est super me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecū. Et surgens egressus sum in campum, & ecce ibi gloria domini stabat, quasi gloria quam vidi iuxta fluuium Chobar, & cecidi in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos, & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum, & linguam tuā adherere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus. Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est. Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Et ordinabis aduersus eā obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem: & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginē ferreā, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem, & obsirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem & circumdabis eam. Signum est domui Israël.

**S**eruata veritate historię, diuina eloquia aliquando ex tempore, aliquando ex loco causas designat, quas aperto sermone non indicant. Ex tempore etenim, sicut prædicante Iudæis domino per Euangelistam dicitur: **Ioan. 10.** Hyems erat. Inter illa enim mytheria quæ veritas loquebatur, quæ causa fuit ut nomen hyemis adderetur, nisi ut per qualitatem temporis ostenderet frigus cordis? quia & cum verba veritatis acciperent, frigida Iudæorum corda remanebant. Aliquando verò ex loco, sicut carnali Israëlítico populo descendente de monte, **Exod. 19.** Moyse lex in caestribus data est, & sanctis Apostolis dominus in monte sedens, summa & spiritalia præcepta locutus est, ut ex locis videlicet monstraretur: quia & illis tanquam carnalibus mandata minima dabantur in valle terrarum: & isti tanquam spirituales & sancti in monte mandata cœlestia audirent: quatenus apertè monstrare-

tur quòd ascendentes corde ad cœlestia, infirma mundi relinquerent, & in mentis culmine starent. Vnde nūc Ezechiel propheta quid iubente deo in locis egerit describit, ut per locorum qualitatem indicet quid in posterum de prophetæ mysteriis sequeretur. Ecce enim ait: Facta est super me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Quid est hoc quòd prius dominus in medio Israëlitarum locutus ad prophetam suum fuerat, & tamen postmodum dicit: Egredere in campum & ibi loquar tecum, nisi quòd prophetæ suæ gratiam & prius Iudæa infundere, & hanc postmodum dignatus est in latitudine gentium demonstrare? Neque enim immeritò per campum gentilitas designatur, quæ longè lateq; id est, in vniuerso mundo distenditur. Vbi & subditur: Et surgens egressus sum in campum, & ecce gloria domini stabat, quasi gloria quam vidi iuxta flumen Chobar. In campo gloriam domini propheta vidit, quam iuxta flumen Chobar in medio Israëlitarum viderat: quia ipsa eius maiestas gentibus apparuit, quæ prius se electis in Iudaico populo reuelante spiritu declarauit. Sequitur: Et cecidi in faciem meam. Vnde gloria domini in faciem suam propheta cadit, quia quantum homo ad intelligenda sublimia eleuetur, ex contemplatione tamen maiestatis dei, infirmitatem suæ conditionis intelligit. Et quasi statum non habet, qui se ante dei oculos esse cinerem & puluerem videt. Sequitur: Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos. Cum nos humiliter deo sternimus, cum esse nos puluerem cineremq; cognoscimus, cum infirmitatem conditionis propriæ pensantes, statum rigiditatis & superbiæ non habemus, omnipotens deus per suum nos spiritum leuat, & super pedes nostros statuit, ut qui humiliter apud nos ex infirmitatis nostræ cogitatione iaculmus & iacemus, in bono post opere quasi super pedes ex rectitudine stemus. Quod cur in campo de propheta agitur, nisi ut specialiter designetur: quia etiam electis gentium spiritus sanctus dandus esset, qui eos quos assumeret, & prius à superbiæ suæ statu deiiceret, & postmodum super pedes suos, id est, super bona opera solidaret: sicut per Paulum dicitur: **Rom. 11.** Remissas manus & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Sequitur: Et locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere & includere in medio domus tuæ. Quid est quòd de medio Israëlítico populi propheta ad campum educitur, atque ad domum postea de campo reuocatur, nisi quòd prædicationis gratia à Iudaico populo ablata, in latitudine gentilitatis aspersa est: sed tamen quia in fine mundi Iudæi ad fidem redeunt, quasi ad domum propheta reducit, ut in suo populo rursus prædicatione inhabitet, quæ modo velut in campo ita diuersis gentibus fulget. Scriptum quippe est: Donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Quia & per prophetam alterum dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquæ salutæ fient. Exeat ergo propheta de medio populi ad campum, de campo redeat ad domum, ut prædicatione quæ Iudæa facta est, egrediatur inter gentes, & repletis fide gentibus, recipiat Iudæa spiritualis doctrinæ dona quæ amisit. Includi autem propheta in medio domus suæ præcipitur: quia antichristi tempora ab eis gentibus quæ in infidelitate remanserint, plebs conuersa Iudæorum, duris persecutionibus coangustatur. Vnde scriptum est: Atrium autem quod est extra templū, eisce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adherescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Quæ videlicet verba si per typicæ expositionis ordinem sequimur, propheta in domo sua vincula suscipit & ligatur: quia in extremis cum Iudæa crediderit, grauissimas antichristi tempore persecutiones sentit, ut prædicationes eius, ministri iniquitatis non recipiant, sed resistendo has vinculis dolorum premant. Et in medio eorum non egreditur: quia ad corda prauorum prædicatione non peruenit, dum lingua bonorum ligata tribulationibus tacet. Erant etenim tunc multi ex Iudæis infidelibus, qui eosdem ipsos qui ex Iudæis crediderint, persequuntur. Vnde & notandum est quòd hic quoq;



**A** hic quoque dicitur: quia in domo sua vincula propheta sustinet, ut videlicet designetur quoniam ex ipso suo genere Iudaea cum fidelis fuerit, tribulationem persecutionis portet. Dum enim vniuersus summi patris incarnatus ac mortuus resurrexisset, & que ad celos ascendisse non creditur, sicut per sacra scripturae paginas praedicatur, nimirum apud eos propheta ligata erit. Quae si ita ut dicta est, in eorum intellectum decurreret, quasi gressus liberos suae praedicationis habuisset. Reprobis ergo tunc praedicatorum scientia tacere compellitur. Vnde & hic subditur: Et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Sed quia Enoch & Helia praedicante, multi ex his qui tunc ex Iudaeis in infidelitate remanserunt, ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodem Helia dicitur: Helias veniet, & ipse restituet omnia: qui vtrique per Zachariam duae olluae, & per Ioannem duo candelabra nominantur, recte hic quoque subiungitur: Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos, Haec dicit dominus deus. Tunc enim velut in exteros prophetas aperitur, cum in praedicatione Enoch & Heliae Iudaeis ad fidem redeuntibus, prophetia sacri eloquii de Christo fuisse cognoscitur. Sed quia haec typice diximus, nunc verba eadem charitati vestrae moraliter differamus. Quid enim est quod exire propheta ad campum iubetur, nisi quod vnusquisque qui praedicat, propter eos quos extra se posuit corrigat, atque ab iniquitate compeccat, loquendo ad campum exit, ibique gloriam domini videt? Quia tanto largius doctrinae gratiam percipit, quanto se in labore praedicationis ex amore proximorum tendit. Foras ergo exeundo in altam visionem ducitur: quia vnde in alienis cordibus ignorantiae caecitate ministerio suae locutionis illuminat, inde eum superna gratia in altiore intelligentiam exaltat. Sed quia semper praedicator debet ad mentem recurrere, humilitatem atque munditiam intrinsecus custodire, post campum necesse est ut ad domum redeat, quatenus in his quae dicit, qualis etiam ipse sit intra conscientiam agnoscat. Si enim aut hoc quod loquitur minime custodit, aut de his quae loquitur, temporalem gloriam requirit, loquendo quidem ad campum exit, sed non cogitando semetipsum, ad domum redire contemnit. Accepto etenim spiritu, in medio domus includimur, quando per eius gratiam ad discutienda mentis nostrae secreta reuocamur, ut apud seipsum in deo animus quiescat, & non iam per exteriores concupiscentias in appetitu laudis & gloriae, cogitationis mobilitate discurrat. De hac domo cordis cuidam sanato per semetipsam veritas dicit: Tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. Per grabbatum quippe, in quo carnis est requies, ipsa caro signatur. Per domum vero conscientia figuratur. Et quia cum mente mortuus in vitis iacemus, in carnis delectatione quiescimus, infirmi portamus in lecto. Cum vero sanati fuerimus mente, ut iam pulsantibus carnis vitis resistamus, necesse est ut & temptationum contumelias de nostra carne toleremus. Aegro itaque ad salutem reducto praecipitur: Tolle grabbatum tuum: id est, porta lectum in quo portatus es: quia necesse est ut sanatus quisque portet contumeliam carnis in qua prius lacebat egrotus. Quid est ergo dicere: Tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam: nisi, porta tentationes carnis in quibus hactenus iacuisisti, ac reuertere ad conscientiam tuam, ut videas quae fecisti? Propheta itaque post campum in domo includi praecipitur, ut praedicator post gratiam doctrinae quam proximis ministrat, ad conscientiam redeat, sequi ipsum subtili examinatione discutiatur, ne de his quae foris praedicat, aliquid ipse apud se intrinsecus transitoriae laudis quaerat. Vnde & per Salomonem dicitur: Bibe aquam de cisterna tua, & fluentia putei tui. Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Valde autem contraria esse videntur quae dicit: Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide: Cum protinus adiungit: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quomodo enim aquam scientiae solus habere poterit, si hanc in plateis diuidit? Quomodo alieni aquae eius participes non sunt, si fontes illius foras diriuantur? Sed cum praedicamus populis, nimirum in plateis aquas diuidimus: quia in auditorum multitudinem scientiae verba dilatamus. Cum vero nos adiuuante

diuina gratia intrinsecus custodimus, & ne maligni spiritus, qui iure a nobis alieni sunt: quia sortem beatitudinis perdidit, nobis in elatione surripiant, sollicitudine cauta circumspicimus, soli habemus aquas quas in plateis diuidimus, ut nobis in eis alieni participes non sint. Hi nimirum, de quibus scriptum est: Alieni insurrexerunt in me, & fortes quaesierunt animam meam. Aquas ergo & in plateis diuidit, & solus habet, qui per hoc quod multis praedicat, se in cogitatione temporalis gloriae non exaltat. Tunc enim possidet homo quod docet, quando se non gaudet innotescere, sed prodesse. Ex campo ergo propheta ad domum reducit, ut is qui ex deo loquitur, postquam pro utilitate proximorum loquendo foras exierit, ex humilitate semper ad discutienda cordis sui secreta reuocetur. Vnde & subditur: Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum. Cum enim praedicator quisque ad conscientiam domus suae reducit, super eo vincula dantur, & ligatur in eis: quia quanto plus se in cogitatione discusserit, tanto amplius agnoscit Iusti animam quantis mortalitatis suae infirmitatibus sit ligata. Nisi enim se ligatum conspiceret Paulus, minime dixisset: Desiderium habes dissolui, & cum Christo esse. Hinc per Psalmistam dicitur: Ut audiret gemitum vinculatorum, & soluat filios interemptorum. Et rursus: Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Saepem autem cum iam anima ad redemptoris sui speciem contemplandam exire desiderat, cum coelestibus gaudiis interesse suspirat, ipsa mortalitatis suae vincula conspiciunt & gemit, quibus adhuc in praesenti mundo ligata retinetur. Hinc est enim quod subtile omnipotentis dei iudicium intuens Hieremias ait: Circumdificauit aduersum me ut non egrediar, aggregauit compedem meam. Habemus enim compedes, ipsam infirmitatem atque corruptionem mortalitatis nostrae, sed cum tribulatio nobis & gemitus additur, ipsae nostrae compedes aggregantur. Et quidem quando in hac vita iustus mores patitur loquendo bona, prodesse aliis festinat, sed cum duras mentes conspiciat, easque considerat contentionibus occupari, praedicationis verbum retinet. Et in medio eorum non egreditur: quia a bonis quae loqui poterat, obmutescit, sicut per Paulum dicitur: Nihil per contentionem. Et rursus: Si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus: Vnde hic quoque apte subiungitur: Et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Aliquando vero etiam contra resistentium linguas praedicatorum corda zelo sui domini accendit ne taceant, sed dicta fallacium verbis veritatis premant. Vnde hic subditur: Cum autem locutus fuero tibi, aperies os tuum, & dices ad eos, Haec dicit dominus deus. Sed haec quae breuiter sub duplici intellectu discussimus, placeat ut iuxta considerationem literae leniter tangendo tralectamus. Quid enim nobis amplius per ipsa verba historiae quam virtus obedientiae commendatur: cum modo ad transmigrationem iuxta fluvium Chobar pergere, modo ad campum egredi, ex campo ad domum redire propheta praecipitur: ut prius ex iussione pergens, & paulo post exiens, atque iterum domum rediens, & semetipsum recludens, semper suae voluntatis arbitrium ad diuini eloquii praecipitum frangat, quatenus in coelesti iussione suspensus, non suam, sed conditoris sui voluntatem impleat. Cui dicitur: Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum. Quia in te notandum est quod aduersa propheta praenoscit, ut contra omnia pareatur. Minus enim mala contra mentem praenolent, quae inopinata non videntur: & tamen dum contraria praenoscuntur, quanta sit in eo obedientiae virtus ostenditur, qui & cognoscit quod aduersa passurus est, & tamen voci dominice inobediens non est. Magna enim consideratione indiget verba quae protinus adduntur: Et lingua tua adhaerescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Discernendum quippe nobis est, vtrum pro solis malis auditoribus, an aliquando etiam pro vitio praedicatoris, praedicatoris sermo subtrahatur. Quatuor enim qualitatibus haec considerata distinguitur. Nam aliquando propter malos auditores bonis tollitur sermo doctoribus. Aliquando vero pro bonis auditoribus datur sermo doctoribus & malis. Aliquando autem propter docentium atque audientium iurificationem,

Mat. 17.  
Zach. 4.  
Apo. 11.

Iod. 5.  
Marc. 2.

Pro. 5.

Psal. 53.

Phil. 1.

Psal. 66.

Psal. 101.

E

Philip. 2.

1. Corin. 11.



**G**stificationem, bonis doctoribus datur, ut & ipsi per meritum crescant, & auditores eorum in intellectu & vita proficiant. Aliquando vero quia nec hi digni sunt accipere quibus doctrina sermo profertur, neque illi doctrinae verbum profertur qui locum docendi tenent, praedicationis sermo tollitur, ut utraque pars distincte iudicetur. Propter malos namque auditores bonis sermo doctoribus tollitur, sicut nunc ad Ezechielem dicitur: Linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Et sicut Paulo dicitur: Festina & exi velociter ex Hierusalem, quoniam non recipiant testimonium tuum de me. Et sicut volentibus Apostolis praedicare in Asia, scriptum est: quia prohibuit eos spiritus Iesu. Propter bonos auditores etiam malis doctoribus sermo datur, sicut de Pharisaeis dominus dicit: Omnia quaecumque dixerint vobis, servate & facite: secundum vero opera eorum nolite facere: dicit enim, & non faciunt. Propter docentium quoque meritum & audientium iustificationem, sermo doctrinae tribuitur, sicut suis Apostolis dicitur: Euntes docete omnes gentes. Propter malos vero auditores & indignam vitam eorum qui docere debuerant, sermo doctrinae subtrahitur, sicut Heli ad corrigendos filios distincte increpationis verbum non habuit, quia & eius negligetia, & filiorum exigebat vita, ut cum eis & populus caderet, & arca domini capta ad Allophylos transiret. Magna enim omnipotentis dei est gratia cum inique agentibus durus a doctoribus sermo increpationis profertur. Quo contra nunc dicitur: Et eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Delinquentes etenim obiurgasset, si digni ipsa obiurgationis gratia fuissent. Sed cum in doctrina atque silentio sit meritorum tanta diversitas, ut sciri facile non possit utrum ex auditoris, an ex eius vitio qui doctrinae locum videtur tenere, docendi sermo subtrahatur: quid aliud nobis quam servari semper in rebus dubiis humilitas iubetur? ut quando loqui possumus, non extollamur, ne fortasse haec ipsa locutionis nostra gratia non nobis sed auditoribus nostris collata sit. Et rursum quando loqui non possumus, hi qui nobis commissi sunt, minimè nos diiudicent: ne fortasse non ex nostro, sed ex peccato audientium loqui minimè possumus. Ad hoc ergo nobis cuicunque de meritis nostris incerta sunt, ut unam certam gratiam teneamus humilitatem, quatenus & nos cum loquimur, ex omnipotentis dei dono hoc esse vestrum meritum putemus. Et quando a locutione doctrinae obmutescimus, quantum nostra culpa sit, vos tamen hanc esse vestram specialiter credatis: ut cum vicissim mala nobis tribuimus, & bona aliis, per ipsam humilitatis gratiam fiat ut doctrinae sermo qui ablati fuerat, redeat. Sequitur: Cum autem locutus fuero tibi, aperies os tuum, & loqueris ad eos. Haec dicit dominus deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est. Saepè quidem verbum dei audire desiderant, sed dum alios conspiciunt aurem auertere, etiam ipsi a salutis auditu deulant, & plerumque multi quiescere appetunt, atque cunctis mundi huius actibus vacare, nullis iam desideriis terrenis succumbere, sed dum vident alios inquietè agendo proficere, atque in hoc mundo divitiis & honoribus extolli: quia necdum in via rectitudinis firmi sunt, ad prava opera ex aliorum exemplo delabuntur. Hinc est enim quod in typo infirmantium Psalmista loquens dicebat: Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelatus sum in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Hinc iterum dicit: Dum superbit impius, incenditur pauper. Hinc ad Hieremiam prophetam voce dominica de Iuda & Israël dicitur: Numquid vidisti quae fecerit auersatrix Israël? Abiit sibi met ipsa super omnem montem excelsum, & sub omne lignum frigidum, & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset haec omnia, ad me convertere, & non est reversa. Vbi statim subditur qualiter ex emulatione eius etiam Iuda cecidit, qui stare videbatur. Ait enim: Et vidit praevaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata esset auersatrix Israël, dimississem eam, & dedissem ei libellum repudij, & non timuit praevaricatrix Iuda soror eius, sed abiit & fornicata est etiam ipsa. Ecce misericors deus contemnitur & vocat, auersantibus se sinum misericordiae aperit: quia peccanti dicit: Ad me convertere, & tamen non est conversa. Sed quia omnipotentem deum plebs Israelitica deseruit, reverti nolens, libel-

lum repudij accepit. Deseruit videlicet peccando, sed libellum repudij accepit in suis iniquitatibus sine flagello remanendo. Anima enim quae peccat, recedit. Sed si ea post peccatum prosperitas sequitur, nulla disciplina, nulla distractionis increpatio, reuocat ad eam indiuisionem quam inter se & dominum fecit. Etiam libellum repudij accipit, ut iam velut aliena derelicta faciat mala quae vult, zeli dei flagella non sentiat, quatenus ad aeterna supplicia profundius descendat. Sed soror eius Iuda quoniam dimissam Israeliticam plebem in suis voluptatibus vidit, ipsa quoque in immunditia fornicationis exarsit. Quia enim aspexit adulteram in sua pueritate florere, etiam ipsa non timuit deterius peccare, atque a coniugio domini quasi a viri legitimi cubili recedere. Unde necesse est ut peccantes quosque tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspiciamus in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc enim per Salomonem dicitur: Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. Qui enim a deo auertitur & prosperatur, tanto perditioni sit proximus, quanto a zelo disciplinae inuenitur alienus. Dicatur ergo:

Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est. Ac si aperte diceretur: Vos qui iam & verba veritatis audire, & a prava coepistis actione quiescere, nolite illos imitari, quorum me exasperari moribus videtis. Quod tamen intelligere & aliter possumus. Quidam enim verbum audientes non audiunt: quoniam aures ad sacrum eloquium ponunt, sed cor a mundi desideriis non euellunt. Et sunt nonnulli qui quiescentes minimè quiescunt: quia a pravis quidem actibus ociosi sunt corpore, sed perversitates operum ex delectatione versant in mente. Hinc est enim quod de Iuda ad captiuitatem perueniente scriptum est: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Hostes quippe sabbata derident, quando maligni spiritus ociose menti pravae cogitationes iniiciunt, ut & si quiescit ob opere, non quiescat a malorum operum delectatione. Rectè ergo nunc dicitur: Qui audit, audiat: quatenus sic fiat sermo in ore coporis, ut sonet in aure cordis. Et qui quiescit, quiescat: ut prauitatis desideria repellantur a cogitatione, cum iam repulsa videntur ab opere. Vbi ne malorum, sicut diximus, exempla sequantur, adiungitur:

Quia domus exasperans est. Mali autem & si diu tolerantur, subito corruunt, & eorum poenas infirmi conspiciunt, ne quorum culpas impunitas existimant, imitentur. Unde hic quoque eiusdem Iudae desolatio subiungitur, quae domus exasperans vocatur, cum protinus prophetae Iudaeus dicit: Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum contra te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & aedificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartagine ferream, & pone eam murum ferreum inter te & ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circumdabis eam, & signum est domui Israël. In quibus videlicet verbis quid aliud iuxta historiam, nisi Hierosolymae urbis obsessio atque destructio designatur, & peccatoris populi afflictio exprimitur? Qui domus exasperans vocatur, cum aperte dicitur: Ordinabis aduersus eam obsidionem, & aedificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Sed quia verba prophetiae sic plerumque narrat historiam, ut per haec etiam mystica describant, oportet ut haec eadem dicta quae protulimus historialiter, etiam spiritualiter differamus, maximè quia in eis interponitur quod teneri posse ad literam non videtur, cum dicitur: Et tu sume tibi sartagine ferream, & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem. Nisi enim rebus historicis mystica miscerentur, quid sartago ferrea necessaria prophetae fuit, ut hanc inter se & ciuitatem poneret, quatenus ab eius obsidione separaret? Cum enim dicitur: Sume tibi sartagine ferream, & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem: aperte declaratur quia per eandem sartagine ferream ab obsidione ciuitatis propheta se liberum reddat. Unde & quod praedixit subiungitur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem. Ex qua re ostenditur quia propheta in eadem obsidione non erit, si sartagine ferream inter se & ciuitatem murum ferreum ponit. Et certè siue in ea captiuitate, siue in ea quae postmodum



A quæ postmodum Israëlito populo contigit, nullus ab eiusdem captiuitatis periculo liber fuit, sed omnes simul calamitas inuoluit. Quid ergo intelligi iuxta literam potest, vt propheta inter se & ciuitatem quæ obsidenda est, sartagine ferream ponat? Sed quamuis omne hoc quod in descriptione lateris sub signo Hierosolymorum ciuitatis legitur, iuxta literam factum sit, nobis tamen sciendum est quia typicum aliquod per sartagine figuratur, & obsessio Hierosolymorum vera describitur. Quare instruimur vt dum aliud completum iuxta historiam scimus, & aliud iuxta allegoriam a ratone vacare cognoscimus, quatenus & obsessionem Hierosolymorum, quæ iuxta literam postmodum facta est, in prophetæ verbis & factis credamus esse figuratam, & tamen per eandem obsidionem, obsidio alia, id est, interior designatur. In qua iure querimus quid per sartagine ferream, quæ murus ferreus dicitur, valeat designari. Illam itaque obsidionem qua Hierosolymorum ciuitas destructa est, iam factam nouimus, sed nunc aliam intrinsecus quæ quotidie agitur requiramus. De qua per significationem dicitur: Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Sed antè nobis inquirendum est cur Ezechiel propheta vel quoties sublimia conspicit, vel quoties agere aliqua mystica iubetur, prius filius hominis appellatur: sæpe enim subleuatur ad cœlestia, & occultis ac inuisibilibus rebus eius mens pascitur. Necesse ergo est vt inter occulta quæ penetrat, filius hominis vocetur, vt semper agnoscat quod est, & nunquam extollatur de his ad quæ ducitur. Quid est enim prophetæ ad spiritalia subleuato semper fili hominis dicere, nisi ei infirmitatis propriæ memoriam facere? vt conscius conditionis infirmæ, eleuari in cogitatione non debeat de magnitudine contemplationis suæ. Quia verò idem propheta, vt supra iam diximus, typum prædicantium vel doctorum tenet, rectè ei nunc dicitur: Sume tibi laterem, & pones eum coram te. Omnis enim doctor cum terrenum quempiam auditorem ad cœlestis verbi doctrinam suscipit, laterem assumit. Cui dum loqui cœperit quæ sit retributio cœlestis patriæ, quæ visio pacis supernæ, ciuitatem Hierusalem describit in latere. Quem coram se ponit, quia intenta mente qualitatem audientis considerat, id est, profectum vel defectum conspicit, & iuxta eiusdem intelligentiam, prædicationis suæ verba moderatur, vt describi in audientis mente ciuitas Hierusalem, id est, visio pacis possit. Dicatur ergo: Sume tibi laterem, videlicet proximi cor terrenum. Pones eum coram te, scilicet vt vitam atque intellectum illius intenta mente custodias. Et describes in eo ciuitatem Hierusalem, vt ei quæ sint superna gaudia de visione pacis innotescas. Quasi enim iam Hierusalē in latere descripta est, cum terrena mēs cœperit quæ sint illa interne pacis gaudia vera cognoscere, & ad cōspiciendā gloriā patriæ cœlestis anhellare. Quasi interna visio pacis describit, quādo mēs quæ prius terrena sapuerat, per amorē iam ad cōtēplandā gloriā regni cœlestis eleuatur. Sed mox vt animus amare cœlestia cœperit, mox vt ad visionē pacis intime tota se intētiōe collegerit, antiquus ille aduersari⁹ qui de cœlo lapsus est invidet, & insidiari ampli⁹ incipit, & actiores quā cōsueuerat tētatiōes admouet, ita vt plerumq; sic resistētē animam tentet, sicut autē nunquam tentauerat quando possidebat. Vnde scriptū est: Fili, accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Vnde & dæmoniacus qui a domino sanatur, ab exeunte dæmone discerpitur, sicut scriptum est: Et clamans & multum discerpens eum, exiit ab eo. Quid est enim quod oblessum hominem antiquus hostis quem possessum non discerpserat, deserens discerpit, nisi quod plerumq; dū de corde expellitur, actiores in eo tentationes generat, quā prius excitauerat quando hoc quietus possidebat? Vnde & Israelitæ quoque ad Moysen & Aaron dicunt: Videat dominus & iudicet quoniam foetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & præbistis ei gladium, vt occideret nos. In Moysē enim & Aaron lex & prophetæ figurati sunt. Et sæpe apud se infirmus animus quasi contra sacra eloquia murmurat: quia postquam verba cœlestia audire & sequi cœperit, regis Aegyptij aduersitas, id est, maligni spiritus

tentatio excreuit. Debet ergo vigilanter doctor proficienti animæ quæ illam tentationes sequantur innotescere, vt cautam se valeat contra maligni spiritus insidias præparare. Vnde bene nunc post descriptam ciuitatem Hierusalem in latere, dicitur propheta: Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem. In qua enim iam pacis visio describitur, et necesse est vt tentationum bella nuncientur. Nam vt valeat ad illa pacis gaudia æterna pertingere, hanc hic procul dubio oportet tribulationum certamina multa sustinere. De qua bene dicitur: Ordinabis aduersus eam obsidionem. Prædicatores quippe contra erudiendam animam obsidionem ordinant, cum præmonendo indicant quibus se modis vitia virtutibus opponant, quomodo luxuria castitatem feriat, qualiter ira tranquillitatem animi perturbet, quantum inepta lætitia vigorem mentis resoluat, qualiter multiloquium munitionem cordis destruat, quomodo inuidia charitatem interficiat, quemadmodum superbia arcem humilitatis effodiat, qualiter fallacia cum veritatem in sermone corruperit, hanc etiam in cogitatione corrumpat, vt qui verum dicere noluit quod intellexit, iam nec intelligat quod dicere valeat. Ordinatur erga prædicatorem obsidio, cum per sanctæ admonitionis verba singulis quibusq; virtutibus, quæ vel quibus modis vitia insidientur ostenditur. Et contra Hierusalem, quam describit in latere, prædicator munitiones ædificat, quando mala quæ quā munita contra mentem veniant, demonstrat: vt sese vitia sub virtutū specie abscondant, quatenus, sicut sæpe iam diximus, immoderata ira iustitia videri appetat: & disciplinæ remissio, māsuetudo videri velit: & tenacia sese parsimoniam nominet, & inordinata rerum effusio se benevolentiam appellet. Quasi enim ædificare contra mentem munitiones sunt, quādo vitia sub virtutum specie excreunt, & in alto se ostendunt per imaginē, quæ in imo iacet semper per actionē. Adhuc quoq; additur: Et comportabis aggerem. Quō enim mens desiderare cœlestia cœperit, eō in illam maligni spiritus tentationibus suis terrenas amplius cogitationes exaggerant. Propheta ergo aggerem cōportat, cum prædicator sanctus bonis mentibus qualiter terrena desideria surrepere solent denunciat. Atq; adhuc additur: Et dabis cōtra eā castra, & pones arbetes in gyro. Quasi dat cōtra animā doctor castra, quādo malignorum spiritū contra eam collectas atque adunatas insidias indicat, vt aliquando non solummodo ex vno, sed ex coniunctis vitiis simul tentent. Nam sunt quædā vitia quasi per quandam sibi cognationem propinqua, sicut dissolutio spiritus, appetitus gulæ, & immunditia luxuriæ: sicut multiloquium, fallacia, atque periurium. Ex dissolutione quippe spiritus mens ad ingluuiem ventris rapitur. Et dum cibis venter extenditur, ad luxuriam caro trahitur superbiendo captiua. Et rursus ex multiloquio fallacia generatur: quia valde difficile est vt qui multa loquitur, non etiam mentiatur. Et sæpe mendacium etiam periurio tegitur: vt ante humana iudicia veletur. Superbia quoque esse sine inuidia atque inani gloria nullatenus potest. Superbus etenim quisq; honorem quem ipse ambit, aliis inuidet. Et cum hunc fortasse obtinuerit, in elationem gloriæ temporalis attollitur, atq; quod alios conspiciat minimè percipere potuisse, hoc se per inanē gloriā gaudet præ cæteris habere. Sciendum quoq; est quia sæpe nonnulla vitia ad mentem non simul veniunt, sed supponuntur, vt vnum alteri in tentatione succedat. Et aliud contra faciem venit, aliud verò in tentatione se ex latere subiicit, quatenus dum alteri resistitur, ab altero mēs decepta capiatur. Ipsa enim quæ superius diximus vitia, plerumque se alia pro aliis furtiue supponūt, sicut nonnunquam dum iram vincere in nobismetipsis conamur, plusquā necesse est lenitas mentem occupat, vt asperitatem peccantibus quam oportet minimè proponat. Sepe verò dum nobis in esse incanta lenitas displicet, zelus se in furorem trahit, atque extra paciētiae limitem animum captiuum rapit. Quia ergo permixta vitia atque adunata contra mentem veniunt, rectè in prædicatoris ore contra descriptā Hierusalē castra proponuntur. Et quia aliquādo singula hinc inde sensum feriūt, in gyro arbetes ordinantur. Pone ego prædicator arbetes in gyro, dū cautè denūciat, q̄ blādè luxuria percutit, q̄ asperè

Ecclesiast. 2.  
Marc. 9.  
Exod. 5.

**G** impatientia occidit, quam laboriose avaritia accendit & interimit, quam tumide superbia extinguit. In gyro itaq; arietes ponere, est predicando ostendere qui vndiq; soleant animam mucrones vitiorum ferire. Sequitur: Et tu sume sartagine ferream, & pones eam murum ferreum inter te & civitatem. Quia ferrum forte metallum est, & in sartagine cibis frigitur, quid per sartagine ferream, nisi spiritualis zeli fortis frixura signatur? Omnis quippe spiritualis zelus doctoris animam frigit: quia valde cruciatur dum infirmos quosq; aeterna deserere, & rebus temporalibus delectari conspiciat. Quam bene Paulus sartagine ferream sumserat, cum zelo animarum cruciatus dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Ipsum suum cor quod animarum zelo succenderat, quid aliud quam sartagine fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quod enim vrebatur, sartago erat. Inardescere enim & coquebat: quia incedebatur amaritudine, sed virtutum alimentum preparabat ex sua afflictione cogitatione. Sed quid est quod eandem sartagine prophetam inter se & civitatem murum ferreum ponit, nisi quod idem fortis zelus qui nunc in mente doctoris agitur, in die extremi iudicii inter eum & animam quam a vitis zelatur, testis est? Ut etiam audire is qui docetur noluerit, doctor tamen pro zelo quem exhibet, de auditoris negligentia reus non sit.

**H** Murum ergo ferreum inter se & civitatem ponit: quia ultionis tempore inde doctor a damnationis periculo munitur, unde nunc per zelum custodiam cordis frixura patitur. Nullum quippe omnipotentis deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum. Hinc enim Psalmista ait: Zelus domus tuae comedit me. Quantum vero frixura cordis quae spirituali zelo agitur, omnipotentem dominum deum placat, aperte ostenditur, cum offerri per legem similia in sacrificium iubetur. De qua scriptum est: In sartagine oleo conspersa frigitur, offereturq; ea calida in odorem suavissimum domino sacerdos qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari. Tunc enim similia in sartagine frigitur, cum munda mens iusti per zelum sancti amoris crematur. Quae conspergi oleo praecipitur, id est, charitati misericordiae misceri, quae in conspectu omnipotentis domini ardet & lucet. Conspergatur ergo oleo mens quae in sartagine frigitur: quia in sancti zeli distinctione necesse est ut ex misericordiae virtute & ardeat & clarescat. Amat enim eundem ipsum quem insequi videtur. Unde & calida in odore suavissimum domino offerri praecipitur: quia si amoris zelus non habet, ea quae de sartagine offertur, calorem similia amisit. Et notandum quis eam offerre praecipitur, videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille enim sacerdos patri iure succedit, qui esse se omnipotentis domini filium demonstrat moribus, atque a nobilitate intima, operum suorum ignobilitate non discrepat. Quae in altari tota cremari praecipitur, ut videlicet holocausta fiat.

**I** Holocaustum enim totum incensum dicimus. Unde & in translatione altera hoc in loco haec eadem similia quae in sartagine frigitur, holocaustum fieri iubetur. Hoc autem inter holocaustum & sacrificium distat: quia omne quidem holocaustum sacrificium est, non omne sacrificium holocaustum. Sunt enim multa bona quae aguntur sacrificia, sed holocaustum non sunt: quia totam mentem in amore spirituali minime incendunt. Qui enim sic operantur ea quae dei sunt, ut tamen & quaedam quae sunt seculi non relinquunt, nimirum sacrificium & non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta quae mundi sunt deserunt, & totam mentem igne divini amoris incendunt, hi nimirum omnipotenti domino sacrificium & holocaustum fiunt. Similia itaque in sartagine, est munda mens iusti in zeli spiritualis afflictione, quae per sollicitudinem animarum frigitur, & non solum sacrificium, sed etiam holocaustum domino esse deputatur. Sumamus ergo sartagine ferream, & ponamus eam murum ferreum inter nos & civitatem: id est, assumamus zelum fortem, ut inter nos & auditoris nostri animam inveniamus hanc postmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inveniri sumus, si nunc eum fortiter tenemus, videlicet docendo, custodiendo, suadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquando leniter, aliquando vero etiam severius agendo. De qua severitate recte subditur: Et obfirmabis faciem tuam ad ea, & erit in obsidione. Quid est obfirmare faciem ab Hierusalem in latere descripta, nisi ut ei animae cui coelestis pacis visionem doctor denunciat, si adhuc ea infirmari in suis actibus conspiciat, remissioem & clementio-

2. Cor. 12.

Psal. 68.

Levit. 6.

Holocaustum quid.

rem se minime ostendat? Unde scriptum est: Filiae tibi sunt: serua corpus illarum, & non ostendas hilaritatem tuam ad illas. Infirmae quippe animae atque appetitui mundi deditae, aliquando melius ex severitate servantur, ut obfirmata facies, id est, per severitatis custodiam ab omni spe frivole remissionis abducta, inconstantem animam terreat, atque a delectatione vitiorum distractionis vigore constringat. Quod cum a doctore agitur, semper necesse est ut dulcedo & humilitas in corde teneat, quatenus & multum amet, & nunquam contra eum per electionem superbiat, cui tamen amoris suum & humilitatem pro utilitate eius proderet recusat. Sequitur: Et circudabis eam. Circudat doctor auditoris animam, cum in omne quod in hac vita agit, tetationum laqueos apponi posse denunciat, ut dum ubique sit mens pauida, ubique circumspicit, quanto timidior, tanto vigilantior vivat. Sequitur: Signum est domui Israel. Si ad historiam obsidionis quae iuxta literam facta est, signum est domui Israel quod propheta fecit: si ad mysterium, quod quotidie erga uniuscuiusque animam a doctore agitur: signum est domui Israel & hoc quod agit, & hoc quod agendum nunciavit: quia sicut domus Israel obsidione corporaliter pertulit: ita unaquaeque anima quae iam servit omnipotenti deo incipit, obsidentes se insidias malignorum spirituum sentit. A quibus si verum eripi appetit, scire debet quia eripi sua virtute non possit: sed eius necesse est ut adiutorium speret, qui nos & in carne corruptibili viventes, per redemptionis suae mysterium potest etiam super spiritus qui sunt sine carne roborare, Iesus Christus dominus noster, qui vivit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Libri primi Homiliarum beati Gregorii papae, super Ezechielem, finis.

## PRAEFA

TIO IN SECVNDVM LIBRVM  
HOMILIARVM BEATI  
Gregorii super Ezechielem.

**Q**uia multis curis prementibus, Ezechielem prophetam librum, coram charitate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit, bonis vestris desideriis placuit petere, ut saltem extrema eius visio, quae et facta est de edificio in monte constituto, quae & cunctis est visionibus eius obscurior, exponi debuisset. Et quidem voluntati vestrae parere necesse est, sed duo sunt quae hac in re perturbant animam meam. Unum quod haec eadem visio tantae obscuritatis nebulis tegitur, ut vix in ea aliquid intellectu interlucente videatur. Aliud quod iam Agilulfum Longobardorum regem ad obsidionem nostram summopere festinantem Padum transisse cognovimus. Unde pensate fratres charissimi, in caliginosis ac mysticis sensibus penetrare quid valeat mens misera, timoris sui perturbationibus occupata. Quanto enim circa terrena plus satagit, tanto in his quae sunt caelestia minus videt, pro eo quod curis suis extra se ducitur, & valde intus minor est, quia scriptum est: Deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quae enim superiora penetrare etiam collecta non sufficit, pensate quid agere poterit divisa. Scimus autem, scimus omnes quia & fluvius qui in multis rivis dividitur, a suo alveo siccat. Sed tamen inter haec adest superna gratia. Et si mentem meam cogitationum mearum pondera deprimunt, vestrorum hanc penam desideriorum levant. Obscurum quidem valde est opus quod aggredimur, sed ponamus in animo, quia nocturnum iter agimus. Restet ergo ut hoc palpando carpamus.

Homilia decimatertia.


**I**n vigesimo quinto anno migrationis nostrae, in exordio annis decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est civitas, ipsa hac die facta est super me manus domini: & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram Israel,

**A** Israél, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem eras quasi ædificiũ civitatis vergentis ad Austrum: & introduxit me illuc. Et ecce vir cuius erat species quasi species aris: & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensurę in manu eius. Stabat autem in porta: & locutus est ad me idem vir.

**I**N vigesimo & quinto anno transmigrations nostrę, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas, ipsa hac die facta est super me manus domini, & adduxit me illuc. (Dicitur mysticam narratione historicam præmittit: vt fiat ex tempore, quod credatur in reuelatione. Notandum vero quod in exordio libri huius quo anno prophetare cęperit, indicauit: sine verò inieruit, quod in extrema visione vidit: ita vt cognosci valeat in quot annis prophetię suę librum dixerit. Tempus nanque quo prophetare cępit, in locutionis suę initio posuit, dicens: Aperti sunt cęli, & vidi visiones domini in quinta mensis: ipse est annus quintus transmigrations regis ioachim. Nũc vero loquitur, dicens: In vigesimo & quinto anno transmigrations nostrę. Idem nanque propheta in captiuitate prima cũ ioachim rege fuerat in Babyloniã transductus. Nam de secundã Hierosolymorũ captiuitate subiungit: Quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas. Undecim quippe annis Sedechias post captiuitatem primam, in qua Ezechiel propheta cum ioachim rege ductus est, in Hierosolymorum vrbe regnauerat. Post captiuitatem verò eiusdem Sedechię, quę etiam secunda erat vrbis captiuitas, quartodecimo anno propheta visionem vltimam vidit. Undecim itaque & quatuordecim simul iuncti, faciunt viginti & quinque. Si igitur visionem primam quinto captiuitatis prioris anno locutus est, atque hęc vltimam vigesimo & quinto anno factã fuisse describit, profecto patet quod in viginti annis locutionis suę moras vsque ad vltima visionis suę verba tetenderit. Nec mouere quępiã debet quod in medio prophetię suę volumine, cum de Babylónico rege loqueretur, vigesimi ac septimi anni memoriam facit. Quo in loco cum nihil de tempore suę captiuitatis interserit, aperte demonstret, quia eius regis tempora describat, de quo vt prophetat accepit. Quod vero ait, in exordio anni, decima mensis, tempus simpliciter exprimit: vt ex ipso quoque tempore in corda audientium iuxta literam verbi radicem figat, ex qua spirituales fructus postmodum profert. Notandum verò quod ait: Quartodecimo anno postquã percussa est ciuitas ipsa hac die. Quid est enim quod per hęc visionem vltimam omnipotens deus ea ipsa die dignatus est promissionis suę misericordiam facere, qua die in percussa ciuitate iram iustitię impleuit: nisi quod illa diuinitas quę vsque in diuersitatis motum & mutabilitatem non ducitur, ipsa luce iustitię afflictos ac poenitentes viuificat, qua superbientes ac rigidos percutit. Præmissa itaque visionis suę tempore, subiungit: Facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram Israél, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificiũ civitatis vergentis ad Austrum.) Cuius videlicet ciuitatis ædificiũ accipi iuxta literam nullatenus potest. Nam paulo post subdit hoc ipsum ædificiũ calamo sex cubitorum & palmo, portam verò eiusdem ciuitatis quatuordecim cubitis mensuratam, cuius portę frontes esse perhibet sexaginta cubitorum. Quę cuncta stare iuxta literã nullatenus valent. Quomodo enim totam simul ædificiũ calamo, id est, sex cubitis & palmo mensuratur: & portę ædificij in quatuordecim cubitis: frontes verò portarum in sexaginta cubitis extenduntur? Porta verò in ciuitate est, frontes verò in portis. Et nulla recipi ratio permittit, quia min⁹ est hoc quod continetur ab eo quod continet. In scriptura autem sacra & ea quę accipi secundum historiam possunt, plerumque spiritualiter accipienda sunt: vt & fides habeatur in veritate historię, & spiritualis intelligentia capiatur de mysterijs allegorię. Sicut illud quoque nouimus quod Psalmista ait: Quoniam videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas quę tu fundasti. Ecce enim exteriori descriptione stat sermo rationis: quia & cęli opera dei sunt, & luna ac stellę ab eo creatę atque fundatę sunt. Sed si hoc Psalmista iuxta sola exteriora opera, & non etiam secundum intellectum mysticum asserit, quia cęlos opera dei esse professus est, dicitur lunam & stellas: cur non etiam Solem quem scimus quia eius opus est, pariter enumerauit? Si enim solum iuxta literã loquebatur, dicitur luminare minus, prius luminare maius dicere debuit, vt ante solem, & post lunam atque stellas fundatas esse perhiberet. Sed quia iuxta intellectum mysticum loquebatur: vt lunam sanctam Ecclesiam, & stellas homines sanctos accipere deberemus, Solem nominare noluit, quia videlicet ipsi æterno Soli loquebatur: De quo scriptum est: Vobis autem qui timetis dominum, orietur Sol iustitię. De quo reprobis in fine dicturi sunt: Sol iustitię non ortus est nobis. Dicendo ergo lunam & stellas quę tu fundasti: & tamen tacendo Solem qui factus est, indicauit quia illi Soli locutus est qui nõ solum Solem & lunam atque stellas corporaliter, sed etiam lunam Ecclesiam atque stellas homines sanctos spiritaliter fecit. Si ergo aliquid de historiã aperta ratione ducimus ad intellectum allegorię, quanto magis illa spiritaliter accipienda sunt, in quibus iuxta rationem literę nihil historicũ sonat. Facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus dei: adduxit me in terram Israél. Quod dixerat, adduxit me illuc: hoc replicans subdidit: adduxit me in terram Israél. Manus quippe in visione, est virtus in contemplatione. Quibus verbis quid aperte indicat, nisi quia nihil de ciuitate quam viderat, iuxta literam dicit: Nam spiritaliter de ea loquitur, quam spiritaliter contempletur. Et dimisit me super montem excelsum nimis.) Quem ergo significat mons excelsum, nisi mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum? Qui de terra quidem, sed vltra terram est: quia caro eiusdem redemptoris nostri de imis habet materiam, sed in summis præminet ex potestate. Quem minus erat vt excelsum diceret, nisi adderet nimis: quia non solum homo, sed eiusdem humanitatis cõceptione quę ab eo assumpta est, deus & homo. Non solum homo vltra homines, sed homo etiam super angelos factus. Hinc enim de illo per Esaiam dicitur: In die illa erit fructus terrę sublimis. Creator etenim noster quia pro nobis incarnatus est, fructus terrę factus est nobis. Sed iam fructus terrę sublimis est, quia qui homo natus est in terra, super angelos regnat in cœlo: quia iuxta Dauid & Pauli vocem, omnia subiecit sub pedibus eius. In eo enim quod ei subiecit omnia, nihil dimisit non subiectum ei. Mons ergo iste est excelsum & nimis, quia etsi de terra est per substantiam humanitatis, incomprehensibilis tamen est ex altitudine diuinitatis. Hinc est enim quod eundem dominum cũ Esaias propheta prospiceret in carne esse venturum, per prophetię spiritum subleuatus, ait: Et erit in nouissimis diebus preparatus mōs domus domini in vertice montium. Dominus enim domini Israëliticus populus fuit. Mons itaque domus domini ille appellatus est, qui in Israëlitico populo incarnari dignatus est. Fuerunt autem in eodem populo sancti viri, qui montes iure vocarentur, quia per vitę meritum ad cęlestia propinquauerunt. Sed incarnatus vnigenitus istis montibus equalis non fuit, quia naturam vitam, merita omnium ex sua diuinitate transcendit. Vnde & recte mons super verticem montium dicitur: quia excelsum est diuinitate sua inuentus est, etiam super cacumina sanctorum: vt hi qui multum in deo profecerat, eius vestigia vix potuissent tangere ex vertice cogitationis. Qui ergo illic mons super verticem montium dicitur: ipse hic mons excelsum nimis esse perhibetur. Sequitur: Super quem erat quasi ciuitatis ædificiũ vergentis ad Austrum.) Notandum est quod non dicitur super quem erat ædificiũ, sed quasi ædificiũ, vt videlicet ostenderetur quod non de corporalis, sed de spiritalis ciuitatis ædificiũ cuncta dicerentur. Qui enim non le ædificiũ, sed quasi ædificiũ vidisse perhibet, cor audientium ad spiritalem fabricam mittit, sicut per Psalmistã dicitur: Hierusalem quę ædificatur vt ciuitas. Quia etenim illa internę pacis visio ex sanctorum ciuium congregatione construitur, Hierusalem cęlestis vt ciuitas ædificatur. Quę tamen in hac peregrinationis terra dum flagellis percutitur, tribulationibus tunditur, eius lapides quotidie quadrantur. Et ipsa est ciuitas, scilicet sancta Ecclesia, quę regnatura in cœlo, adhuc laborat in terra. Cuius ciuibus Petrus dicit: Et vos tanquam lapides vni super ædificamini. Et Paulus ait: Dei agricultura, dei ædificatio estis. Quę videlicet ciuitas habet hic in sanctorum moribus

**D** *Mald. 4.*  
*Sapient. 10.*  
*Esai. 4.*  
*Psal. 8.*  
*Heb. 2.*  
*Esai. 2.*  
*Psal. 121.*  
*1. Pet. 2.*  
*1. Cor. 3.*

*Psal. 8.*





**G** moribus magnum iam ædificium suum. In ædificio quippe lapis lapidem portat, quia lapis super lapidem ponitur. Et qui portat alterum, portatur ab altero. Sic itaque sic in sancta Ecclesia vnusquisque & portat alterum, & portatur ab altero. Nam vicissim se proximi tolerat, vt per eos ædificium charitatis surgat. Hinc em Paulus ad monachos dicens: Inuicem onera vestra portate: & sic adimplebitis legem Christi. Cuius legis virtutem denuncians, ait: Plenitudo legis charitas. Si enim ego vos portare negligo in moribus meis, & vos me tolerare contemnitis in moribus vestris, charitatis ædificium inter nos vnde surgit, quos vicaria dilectio per patientiam non confundit? In ædificio autem, vt prædiximus, lapis qui portat portatur: quia sicut ego iam mores eorum tolero qui adhuc in conuersatione boni operis rudes sunt, ita ego quoque ab illis toleratus sum, qui me in timore domini præcesserunt & portauerunt, vt portatus portare discerem. Sed & ipsi quoque à maioribus suis portati sunt. Lapides verò qui in summitate atque extremitate fabricæ ponuntur, ipsi quidem portantur ab aliis, sed alios nequaquam portant: quia & hi qui in fine Ecclesiæ, id est, in extremitate mundi nascituri sunt, tolerantur quidem à maioribus, vt eorum mores ad bona opera imponantur. Sed cum non eos sequuntur qui per illos proficiant, nullos super se fideles fabricæ lapides portant. Nunc itaque alij portantur à nobis, nos verò portati sumus ab aliis. Omne autem pondus fabricæ fundamentum portat, quia mores simul omnium solus redemptor noster tolerat. De quo Paulus ait: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Portat fundamentum lapides, & à lapidibus non portatur, quia redemptor noster omnia nostra tolerat: sed in ipsum malum non fuit quod tolerari debuisset. Vnde bene nunc dicitur: Dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis. Quia mores & culpas nostras solus ille sustinet, qui totam sanctæ Ecclesiæ fabricam portat. Qui per prophetæ vocem de peruersis adhuc viuentibus dicit: Laboraui sustinens. Non autem sustinendo dominus laborat, cuius diuinitatis potentiam nulla fatigatio contingit, sed verbis humanis loquens, ipsam suam circa nos patientiam, laborem vocat. Et notandum quòd eandem ciuitatem quam propheta cõspexerat, ad Austrum vergentem vidit. Austrum enim vetus, quia in sancti spiritus typo poni solet hi qui in sacro eloquio studiosi sunt, recognoscunt: sicut e contrario per Aquilonem sepe diabolus designatur, quia & ille relaxat in calore, & iste constringit in frigore. Et veritas dicit: Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Propheta quoque de Iudæa asserit, diceas: Sicut frigidã facit cisterna aquã, sic frigidã fecit malitiã suã. Hinc em diabolus propheta eodẽ attestatẽ dixisse perhibetur: Sedebo, inquit, in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Et quia torporẽ mentis sancti spiritus gratia relaxat, hinc Psalmista ait: Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro. Captiuitas enim nostra quæ torporis frigore ad sequendum deum pigra remanserat, per calorem sancti spiritus relaxatur, vt currat in amorem dei. Vnde & nunc dicitur quòd ciuitas quæ in monte constituta est, ad Austrum vergit, quia electorum Ecclesiæ cogitationes suas in afflata sancti spiritus aperit, atque ab omni superbiæ suæ vertice discedens, in deo cui credit, amoris calorem concipit: vt nihil ei libeat nisi eius gratiæ submitti, eius dilectione caleferi, eius afflatus semper munere repleri. Vnde & valido amore succensus contemplator dicebat: Anima mea exultauit in domino, delectabitur super salutare eius. Qui enim Latine salutaris, ipse Hebraicè Iesus dicitur. Propheta igitur quia vias eius atque miracula, redẽptionis quoque nostræ mysterium per prophetiæ spiritum contemplatur, exultare se in domino, & delectari super Iesu perhibet: quia inde gaudium in mente conceperat, vnde per amorem fortiter ardebat. Pensemus itaque si mentes spiritualium patrum in illo delectatæ sunt, qui necdum venerat, sed præuidebatur: cuius reatus sit eius vias, eius exẽpla, eius monita postq̃ venit & redẽptionẽ exhibuit, non amare. Hæc ergo ciuitas ad Austrum vergere dicitur: ac si apertè diceretur quòd prior illa ciuitas, scilicet synagoga, in iudicibus suis ad Aquilonem stetit, quæ in frigore perndiã durauit. Sancta vero Ecclesiæ quia charitatẽ si dei cocepit, per calorem ad Austrum vergit, & quasi calido vëto

innitit: quia nõ in sui fiducia, sed in dono spiritualis gratiæ lætatur. Sequitur: Et introduxit me illic. Cœlestis ciuitatis ædificium ille intrat, qui in sancta Ecclesiæ bonorum viarũ iuitando considerat. Intrare quippe est ædificium super montem, electos sanctæ Ecclesiæ aspiceret. Iste enim vitam coniugio ligatam ducit: propriis rebus cõtentus est: aliena nõ diripit: de suo quicquid præualeat indigentibus largitur: peccata sine quibus quotidiana vita coniugatis duci non potest, flere non negligit. Pro eo enim quod ipsa familiaris cura animum cõturbat, sese ad lachrymas excitat. Ille verò iam cuncta que sunt mundi deseruit, nil eius habere appetit, solius cõtemplationis exercitatione pascitur, spe præmiorum cœlestium cum fletibus lætatur, transcendit præsentia quæ haberi concessa sunt, quotidianam cum domino habere secretũ querit, nulla eius animum prætereuntis mundi cura perturbat, mentem semper in expectatone cœlestium gaudiorum dilatat. Alius verò iam huius mundi cuncta deseruit, eiusque mens in cõtemplatione cœlestium subleuatur: sed tamen pro edificatione multorum, locum regimini tenens, qui rebus prætereuntibus desiderio non succumbit, ad eas aliquãdo propter proximorum compassionem reflectitur, vt ex earum cura indigentibus misereatur, verbum vitæ auditoribus prædicat, animabus simul & corporibus necessaria ministrat. Et qui propter se ad cœlestem desiderium iam per cõtemplationem euolat, adhuc tamen profectu & vtilitate proximorum in rebus tẽporalibus laborat. Quisquis ergo in sancta Ecclesiæ considerare sollicitè studet, vt aut in bonorum coniugatorum vitam, aut in arcem continentium, & omnia quæ sunt huius mundi derelinquentium, aut etiam in predicatorum summitatem proficiat, iam ciuitatis in monte positæ ædificium intrauit. Nam qui considerare meliorum vitam vt proficiat negligit, adhuc extra fabricam stat. Et si honorem quem iam sancta Ecclesiæ in mundo habet admiratur, quasi ædificium foris conspiciat & obstupescit. Et quia exterioribus solis intus est, intus ingressus non est. Sequitur: Et ecce vir cuius erat species quasi species æris. Ipse signatur in viro, qui figuratur ex monte. Vir autem iste metiri ædificium dicitur: Et rectè dominus per virum signatur & montem, quia & ipse omnia intra sanctam Ecclesiæ iudicando disponit, & ipse eandem sanctam Ecclesiæ portat, & portando ad cœlestia subleuat, sicut in sancto quoque Euangelio idem redemptor noster loquitur, dicens: Qui intrat per ostium, pastor est ouium. Et paulo post: Ego sum ostium. Atque iterum post pauca subiungit: Ego sum pastor bonus. Si igitur ipse pastor & ipse ostium, & intrat pastor per ostium: cur non hoc loco & ipse mons, & ipse vir intelligitur, qui ædificium metitur in monte? Sed quærendum nobis est: cur de hoc viro dicitur: cuius species erat quasi species æris? Cuncti autem nouimus fratres metallum æris valde esse durabile atque omnimodo sonorum. Quid ergo quòd aspectus mediatoris dei & hominum speciei comparatur æris, nisi hoc quod aperte nouimus, quia vnigenitus filius formam serui accepit, fragilitatem nostram carnis humanæ per resurrectionis suæ gloriam vertit in æternitatem, quia in eo caro facta est iam sine fine durabilis. Nam surgens à mortuis iam non moritur, mors ei ultra non dominabitur. Quid est autem quòd ipsa eius incarnatio sonoro metallo comparatur, nisi quòd per eandẽ assumptionem humanitatis nostræ, insonuit omnibus gloria maiestatis suæ? Et quasi aspectum æris habet ex corpore, quia deus modo innotuit ex carne. Vnde & per Ioannem dicitur: Habebat in vestimento & in scemore suo scriptum: rex regum, & dominus dominantium. Quid enim vestimentum eius est, nisi corpus quod assumpsit ex virgine? Nec tamen aliud eius vestimentum est, atque aliud ipse. Nam nostrum quoque vestimentum caro dicitur, sed tamen ipsi nos sumus caro qua vestimur. Hoc autem vestimentum illius longè antè Esaias aspiciens per crucem passionis sanguine cruentatum, dixit: Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua quasi calcantium in torculari? Cui ipse respondit: Torcular calcavi in quo calcatus est calcavi, qui sua potentia eam quam pertulit passionem vicit. Nam qui vsque ad mortem crucis passus est, de morte cum gloria surrexit. Bene autem dicitur: Et de gentibus non est vir mecum: quia hi pro quibus pati venerat,

Gal. 6.

Roma. 13.

1. Cor. 3.

Hierc. 6.

Mat. 24.

Hierc. 6.

Esa. 14.

Psal. 125.

Psal. 61. 69.

Esa. 44. 16. 17.



**A** nterat, passionis eius esse participes debuerat: qui p̄ eo quod illo tempore necdum crederant, de ipsis in passione queritur, quoru vita in illa passione querebatur. Per focum enim propagatio carnis est. Quia ergo per propaginem generis humani, sicut generationum ordines Mattheo vel Luca narratibus describuntur, in hoc mundo venit ex virgine, & per incarnationis suae mysterium, quia rex esset & dominus, cunctis gentibus indicavit: in vestimento & formore scriptum habuit: Rex regum, & dominus dominantiu. Vnde enim in mundo innotuit, ubi de se lectionis scientiam infixit. Prædicatio ergo eius ex carne, quasi quidam sonitus ex ære est. Dicatur igitur recte, Cuius species quasi species æris. Sequitur: Et funiculus lineus in manu eius. In septuaginta interpretibus funiculus lineus non habetur, sed funiculus cementariorum. Quorum si in hoc versu translationem ad exponendum tenemus: quid aliud cementarios quam sanctos doctores accipimus, qui loquendo spiritalia, ad coeleste ædificium viuos lapides, id est electorum animas componunt? Quicquid enim antiqui patres, quicquid prophetæ, quicquid Apostoli, quicquid Apostolorum successores locuti sunt, quid aliud fuit quam compositio lapidum in hac quæ quotidie construitur fabrica sanctorum? In funiculo autem cementarii hoc agi solet, ut cognoscatur æqualitas vel rectitudo surgentis parietis debeat: ut si lapis intus est, foras eicitur, si exterius prominet, interiorius reuocatur. Et certe quotidie hoc agit prædicatio doctorum, ut vnaquæque anima cui regiminis onera suscipere fortasse non expedit, etiam si foris apparere appetat, interiorius reuocetur. Et rursum quæ latere vult, & sui tantummodo curam gerere, si sibi ac multis esse utilis potest, etiam cum latere desiderat, exterius producat ut appareat. Sicque fit ut sanctorum lapidum ordo teneatur, dum sepe & volens ad honorem venire, repellitur, & honorem fugiens, in sacri ordinis arce subleuatur. Sed quia ut per interpretem nostrum didicimus, Hebræorum historia non habet cementariorum, sed funiculus lineus in manu eius: hoc quod apud nos certius habetur, exponere debemus. Scimus autem quod funiculus lineus subtilior est quam funiculi fiant aliunde. Et quid in funiculo lineo nisi subtiliorem prædicationem, id est, spiritalem debemus accipere? Censura etenim legis, funiculus fuit, sed lineus non fuit: quia rudem populum non subtili prædicatione coercuit, in quo per pœnæ sententiam non peccata cogitationis, sed operis resecavit. At postquam per semetipsum dominus etiam cogitationes hominū prædicando religauit, & perfectum esse peccatum etiam in corde innotuit, funiculum lineum in manu tenuit. Ait enim: Audistis quia dictum est antiquis, Non moechaberis: ego autē dico vobis, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Funiculus ergo lineus prædicatio est subtilis, quæ mentem audientis ligat, ne se vel in misera cogitatione dissoluat. Et notandum quod dicitur, quia ei funiculus in manu est, id est, prædicatio in operatione. Ipse enim ostendit omne quod docuit, sicut scriptum est: Quæ cepit Iesus facere & docere. Et quia ipsa quæ dixit, etiā scripturæ tradidit, ut posteris mandarentur: recte subiungitur: Et calamus mensuræ in manu eius. De sancta Ecclesia per prophetam alium dominus pollicetur, dicens: Orietur in ea viror calami, & iunci. Quod in loco alio exposuisse me memini: ut per calamum scriptores, per iuncum verò debeant auditores intelligi. Sed quia ad humorem aquæ & iuncus & calamus nasci solet, & ex vna eademque aqua vtraque proficiunt: & calamus quidem ad scribendum assumitur, cui iunco verò scribi non potest, quid in iunco & calamo accipere debemus, nisi quod vna est doctrina veritatis, quæ multos auditores irrigat? Sed irrigati alij ad hoc vsque proficiunt in verbo dei, ut etiam scriptores fiant, videlicet tanquam calami. Alij verò verbum vite audiunt, bonæ spei & rectorum operum viriditatem tenent, sed tamen ad scribendum proficere nullatenus possunt. Hi quid in aqua dei, nisi quidam, ut ita dicam, iunci sunt? Qui quidem viridescendo proficiunt, sed literas exprimere nequaquam possunt. Redemptor noster quia verba quæ dixit, etiam per doctorum studium scribi largitus est, in manu calami tenuit. Qui calamus mensuræ dicitur, quia in ipsa doctorum studia sub quadam occulta iudicii dispensatione detinentur: ut & alijs legentibus proficiat, & alijs legentibus pro-

desse non possint. Vnde sancti Apostoli cum magistrum veritatis sibi apertius loquentem requirerent: cur turbis in parabolis loqueretur, audierunt: Quia vobis datum est nosse mysterium regni caelorum, illis autem non. Vel certe calamus mensuræ est: quia in ipso sacro eius eloquio quod nobis conscriptum est, occultas esse dispensationes eius agnoscimus. Nam per incomprehensibile eius iudicium, & alter intra mensuram electorum mittitur, & alter foras relinquitur: ut nullo modo ad electorum numerum pertinere mereatur. Habet ergo funiculum, habet in manu calamum mensuræ, Qui enim funiculo locum meretur, alibi funiculum trahit, aliunde retrahit: & huc ducit quem aliunde subducit. Sic nimirum sic redemptor noster in collectione hominum facit, dum alios a suis iniquitatibus educit, alios in sua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatus est, occultæ mensuræ funiculum traxit: & ab his quos derelinquendos esse iudicavit, quid aliud nisi funiculum retraxit? Ut & boni intra mensuram coelestis fabricæ teneantur, & mali extra fabricam. In quibus bona quæ æstimantur non sunt: quasi sine mensura remanent. Hunc funiculum & mensuræ calamum in manu sua redemptor noster tenuit: cum Paulum Apostolum per apparentem virum Macedonem admonere dignatus est: ita ut idem Macedo vir diceret: Transiens adiuua nos. Et tamen volentibus Apostolis ad prædicandum ire in Asiam, non permisit spiritus Iesu. Quid est quod sancti Apostoli & ibi vocabatur ire, ubi fortasse pergere non cogitabat, & illuc ubi desiderabat pergere prohibebantur: nisi quia occultus iudicij funiculus & mensuræ calamus tenetur in manu: ut & alij verba vitæ audiant, & alij audire nullatenus mereantur? Funiculus ergo mensuræ est, qui alio tractus est, aliunde retractus. Sancto quoque Evangelio testate didicimus quod venit qui diceret: Magister, sequar te quocūq; ieris. Cui responsum est: Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Venit alter qui diceret: Magister, si ne me primum ire, & sepelire patrem meum. Cui dicitur: Si ne mortuos sepelire mortuos suos, tu autem me sequere, & annuncia regnum dei. Quid est quod ille promittit se ire, & deseritur: iste domum vult redire, & tamen ut sequi debeat iubetur: ille non suscipitur, iste nec ad horæ momentum ab obsequio relaxatur. Interno ergo occultoque iudicio, funiculus & mensuræ calamus ducitur: in quo & iste trahitur, & ille relinquitur: ut coelestis fabrica non sine pio & iusto examine construatur. Potest etiam calamus mensuræ scriptura sacra p̄ eo intelligi, quod quisquis hanc legit, ea semetipsum metitur, vel quantum in spiritali virtute proficit, vel quantum a bonis quæ præcepta sunt longè disunctus remansit: quantum iam assurgat ad bona facienda, quantum adhuc in prauis actibus prostratus iaceat. Sequitur: Stabat autem in porta. Quisquis in porta stat, ex quadam parte intus est, ex quadam verò foris: quia aliud eius foris aspicitur, aliud intus absconditur. Redemptor itaque noster pro bonis misericorditer incarnatus, ante humanos oculos quasi in porta stetit: quia & per humanitatem visibilis apparuit, & sese inuisibilem per diuinitatem seruauit. Hinc enim iudei qui hunc ex prophetarum promissione sustinerant, perfidiæ suæ confusione turbati sunt, quia eum quem ad ereptionem suam venire crediderant, mortalem videbāt. Qui igitur in porta stat, sicut superius dictum est, ex quadam parte foris, ex quadam verò parte intus videtur. Vnde nec ipsa iudeorum perfidia sine diuinæ virtutis ostensione est derelicta. Nam miracula eius videntes trahebantur ut crederent, sed rursum passiones illius perpendentes dedignabantur deum credere, quem carne mortalem videbant: vnde factum est ut de eius cognitione dubitarent. Videbant enim esurientem, sitientem, comedentem, bibentem, lassescētem, dormientem: & purū hūc hominem esse æstimabant. Videbant mortuos suscitantem, leprosos mundantem, cæcos illuminantem, dæmonia eicientem: & esse hunc ultra homines sentiebant. Sed ipsa eius miracula in eorum corde cogitata, humanitas perturbabat. Vnde sancta Ecclesia sub sponsæ voce hunc apertè iam videre desiderans, ait: En ipse stat post parietem nostrum. Qui enim humanis oculis hoc quod de mortali natura assumpsit, ostendit: & in seipso inuisibilis permansit, in aperto se videre querentibus, quasi post parietem stetit, quia videndum se manifesta

Exod. 20.  
Mat. 5.  
Acto. 1.  
Esa. 25.

D  
Mat. 14.  
& Mar. 4  
Acto. 16.  
E  
Mat. 8.  
Ibidem.  
F  
Cant. 2.

**G**esta maiestate non præbuit. Quasi enim post parietem stetit, qui humanitatis naturam quam assumpsit, ostendit: & diuinitatis naturam humanis oculis occultauit. Vnde & illic subditur: Respicens per fenestram, prospiciens per cancellos. Quisquis enim per fenestras vel per cancellos respicit, nec totus latet, nec totus videtur. Sic nimirum redemptor non sterzate dubitantium oculos factus est: quia si miracula faciens nil pertulisset ut homo, plenè eis apparuisset deus: & rursum humana patiens, si nulla fecisset ut deus, purus putaretur homo. Sed quia & diuina fecit, & humana pertulit: quasi per fenestras vel per cancellos ad homines prospexit, ut deus & appareret ex miraculis, & lateret ex passionibus: & homo cerneretur ex passionibus, sed tamen esse ultra hominem ex miraculis agnosceretur. Sed quia vir iste stare in porta dicitur: quærendum nobis est utrum facie interius stetit? Qua in re si ea quæ sunt præmissa & subiuncta conspiciamus, citius qualiter steterit inuenimus. Prius enim dicitur: Erat quasi ædificium ciuitatis vergens ad Austrum, & introduxit me illic. Et paulo post de eodem viro subditur: Stabat autem in porta. Statimque subiungitur: Et locutus est ad me idè vir. Qui eam introducto propheta in ædificiũ, stans in porta locutus est: profecto constat, quia facie interius, & tergo exterius stetit. Sed introductus propheta cui vir stans in porta locutus est, proculdubio faciem ad portam tenebat, vnde verba loquentis audiebat. Quid est ergo quod vir interius aspicit, propheta foris? Quid est quod eiusdem viri facies ad ædificium, propheta verò oculi ad portam sunt: nisi quod vniuersus patris idcirco incarnatus est, ut nos ad spirituale ædificium, id est ad sanctæ Ecclesiæ fidem introduceret? Cuius oculi ædificium suum semper aspiciunt: quia quantum quisque in virtutibus proficiat, indefinenter attendunt. Propheta verò ad portam respicit, quia qui verba dei audit, semper oculos cordis ponere ad exitum debet, & sine cessatione meditari quando à presenti vita exeat, atque ad æterna gaudia pertingat. Propter hoc quippe incarnatus est deus, ut nos introduceret ad fidem, & educat ad speciem visionis suæ. Vnde quoque in sancto Euangelio loquitur, dicens: Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingridietur videlicet ad fidem, egredietur autem ad speciem: pascua verò inueniet in æterna felicitate. Hinc etiam Psalmista ait: Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Custodit enim dominus vniuersiusque animæ introitum quo intrat ad fidem, exitum quoque quo exit ad speciem: ut neque intrans Ecclesiam erroribus supplantetur, neque ab hac temporali ad æternam exiens, ab antiquo hoste rapiatur. Propter hunc verò egressum nostram quem quotidie debemus mente meditari: Apostolus de redemptore nostro loquitur, dicens: Ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes: Non enim hic habemus manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Vir itaque qui apparuit, in porta stetit, atque ita locutus est, quia mediator dei & hominum Christus Iesus in ipso quoque passionis suæ tempore, præcepta vitæ discipulis dedit, ut hi qui in eum credunt, ad portam semper respiciant, & passionem eius sollicita consideratione pensantes, à suo quoque exitu, cordis oculos non auertant. Nos quoque cum iam claustra carnis despiciere, mortalitatis nostræ angustias per immortalitatis desiderium transire, ad supernæ lucis libertatem tendere, ad cœlestis patriæ gaudia anhelare coeperimus, ad portam oculos tenemus, quia dum à sacramentis temporalibus transire ad æterna cupimus: quasi iam præsentis vitæ terga dedimus, & cordis faciè in desiderio nostri exitus habemus. Scriptum quippe est: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sic itaque per contemplationem iam mentem extra carnis angustias tendimus: adhuc tamen in sacramentis quæ cognouimus, ipsa carnali angustia intra portam tenemus. Sæpe tanque animus ita in diuina contemplatione suspenditur, ut iam se percipere de æterna illa libertate quam oculus non vidit, nec auris audiuit, aliquid per quandam imaginem letetur. Sed tamen cum reuerberatus pondere mortalitatis, ad ima relabitur, quibusdã pœnæ suæ vinculis ligatus tenetur. Portæ igitur intendit, qui veræ li-

bertatis suæ gaudia conspicit, iamque exire concupiscit, sed adhuc non valet. Hinc est ergo quod Hebraicus populus de Aegypti seruitute liberatus, cum loquente deo columnam nubis cerneret, vnusquisque in tabernaculi sui foribus stabat & orabat. De quibus paulò superius dicitur: Cum egredere-  
tur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui. Ibi etenim stamus, ubi mentis oculos figimus. Vnde Helias ait: Viuit dominus, in cuius conspectu sto: ibi utique stabat, ubi cor fixerat: Quid est autem populum columnam nubis aspiciere, & in tabernaculi sui foribus stare atque orare: nisi quod humana mens cum superiora illa atque cœlestia utcumque in ænigmate conspicit, iam claustra habitationis corporeæ per subleuatam cogitationem exit, atque illum humiliter adorat, cuius etiam videre substantiam non valet, iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus miratur? Et cum Moyses tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspicit: & in papilionum suorum ostiis consistit, quia cum sanctus quisque prædicator alta de deo loquitur, supernæ habitationis iam utcumque tabernaculum ingreditur. Cuius prædicationis infirmi quique etiam virtutem plenè pensare non possunt: tamen velut terga aspiciunt: quia postrema quæ prævalent, per intellectum sequuntur. Sed in ipsis quoque quæ minus capere sufficiunt, iam de suis papilionibus quasi exeunt, atque in ostiis stant: quia & habitacula carnis relinquere, & ad illa eternæ vitæ gaudia que audiunt, progredi conatur. Hinc est etiam quod Helias cum vocem domini secum loquentis audiret, in speluncæ suæ ostio stetit: & faciem velasse: quia cum per contemplationis gratiam vox supernæ intelligentiæ fit in mente, totus homo iam intra speluncam non est, quia animam carnis cura non possidet, sed stat in ostio: quia mortalitatis angustias exire meditatatur. Sed iam qui in ostio speluncæ consistit, & verba dei in aure cordis percipit, necesse est ut faciem velet: quia dum per supernam gratiam ad altiora intelligenda ducimur, quanto subtilius lenamur, tanto semper ad humilitatem nosmetipsos intellectu nostro premere debemus: ne conemur plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, ne dum nimis inuisibilia discutimus, aberremus, ne in illa natura incorporea corpori luminis aliquid quæramus. Aures enim intendere & faciem operire, est vocem interioris substantiæ audire per mentem, & tamen ab omni specie corporea oculos cordis auertere, ne quid sibi in illa corporale animus fingat, quæ ubique tota, & ubique incircumscripita est. Nos itaque fratres charissimi qui iam per redemptoris nostri mortem ac resurrectionem, atque ad cœlos ascensionem, gaudia æterna didicimus: qui in testimonio diuinitatis eius apparuisse exterius ciues nostros angelos illius scimus: concupiscamus regem, desideremus ciues quos cognouimus, atque in hoc sanctæ Ecclesiæ ædificio stantes, oculos in porta teneamus: demus terga mentis huic corruptioni vitæ temporalis, intendamus cordis faciè ad cœlestis patriæ libertatem. Sed ecce adhuc multa sunt quæ nos de cura vitæ corruptibilis premunt. Quia ergo perfectè exire non possumus: saltem in speluncæ nostræ ostio stemus, exituri quandoque prosperè per gratiam redemptoris nostri: Qui viuit & regnat cum patre in vnitæte spiritus sancti: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia xiiij.

**R**lli hominis: vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia ut ostendantur tibi, adductus es huc. Annuncia omnia quæ tu vides domui Israël. Et ecce murus foris in circuitu domus vndique: & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo. Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno.

**N**e quidam me fortasse tacita cogitatione reprehendant, qui Ezechielis prophetae tam profunda mysteria à magnis expositoribus intentata discutere præsumo, qua mente id faciam agnoscant. Non enim hoc temeritate

Ibidem.

Ioan. 10.

Psal. 120.

Heb. 13.

Ibidem.

Sapient. 9.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Exod. 11.

Ibidem.

3. Reg. 19.

2. Reg. 1.

Rom. 12.



A meritate aggredior, sed humilitate. Scio enim quia plerun- que multa in sacro eloquio quae solus intelligere non potui, coram fratribus meis positus intellexi. Ex quo intellectu & hoc quoque intelligere studui: ut scirem ex quorum mihi merito intellectus daretur. Patet enim quia hoc mihi pro illis datur, quibus mihi presentibus datur. Ex qua re largiente deo agitur ut sensus crescat, & elatio decreseat, dum propter vos dico quod inter vos doceo. Quia verum fateor, plerumque vobiscum audio quod dico. Quicquid ergo in hoc propheta minus intellexero, mea caecitatis est: si quid intelligere aperte potuero, ex diuino munere vestrae venerationis. Saepem enim per omnipotentis domini gratiam in eius eloquio quaedam intelliguntur melius cum sermo dei secretius legitur, atque animus culpae suarum conscius, dum recognoscit quod audierit, doloris se iaculo percutit, & compunctionis gladio transigit, ut nihil ei nisi flere libeat, & fluentes fletuum maculas lauat. Inter quae etiam aliquando ad sublimiora contemplanda rapitur, & in eorum desiderio suauis fletu cruciatur. Dolet sese hic esse anima, ubi adhuc prostrata per infirmitatem iacet, atque illic adhuc non esse, ubi illuminata fortiter vigeat: & iam mentis oculum ad mortalitatis tenebras non reducat. Hinc itaque hic ardor nascitur in mente, luctus oritur ex ardore. Et quia inhaerere caelestibus necdum valet: seruire suo in lachrymis fessa requiescit. Sed aliud est cum de vnus profectu res agitur: aliud cum de aedificatione multorum. Ea itaque doctrinae sermone largiente deo proferenda sunt, quae vitam audientium moresque componant. Nunc ergo quicquid nos ad studium bonae operationis aedificet: in prophetae verbis, sicut cepimus, exequamur. *Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi.* Ad testimonium spiritualium rerum deducto, quid est quod cum dicitur, vide oculis, additur tuis: & cum subditur, audi auribus, adiungitur tuis? Sed sciendum quia oculi atque aures corporis adiunt etiam carnalibus, eisque sunt in usu rerum quae corporaliter videntur. Oculi vero atque aures cordis solummodo spiritualium sunt, qui inuisibilia per intellectum vident, & laudem dei sine sono audiunt. Haec omnipotens dominus aures quaerebat, cum diceret: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quis namque in illo populo esse tunc poterat, qui aures corporis non haberet? Sed cum dicitur: *qui habet aures audiendi, audiat:* aperte monstratur quod illas aures quaereret, quas omnes habere non poterant. Dicatur ergo: *Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi.* In priori autem locutionum nostrarum parte iam diximus cur propheta quotiens ad videnda spiritualia dicitur, filius hominis appellatur. Sed ne hoc mente excefferit, breuiter replicabo: quia in hac appellatione memoratur semper quid est ex infirmitate, ne extollatur de contemplationis magnitudine. Et notandum quia diuersa sunt ut dicatur: *oculis tuis vide, auribus tuis audi, & tamen filius hominis vocetur.* Sed per haec verba quid ei aliud aperte dicitur, nisi spiritualia spiritualiter aspice: & tamen infirmitatis tuae memorare? Hinc est etiam quod plerumque qui plus in contemplationem rapitur, contingit ut amplius in tentatione fatigetur: sicut quibusdam saepe contingere bene proficientibus solet: quorum mentem dum aut compunctio afficit, aut contemplatio super semetipsum rapit, statim etiam tentatio sequitur, ne de his ad quae rapta est, extollatur. Nam compunctione vel contemplatione ad deum erigitur, sed tentationis suae pondere verberatur ad semetipsum: quatenus tentatio aggrauet, ne contemplatio insilet: & item contemplatio eleuet, ne tentatio demergat. Si enim sic contemplatio attolleret, ut tentatio funditus deesset, in superbia animus caderet. Et si sic tentatio premeret, ut contemplatio non leuaret, plene in culpa laberetur. Sed mira dispensatione, in quodam medio anima liberatur, ut neque in bonis superbiat, neque in malis cadat. Vnde & per beatum Iob de domino dicitur: *Et aquas appendit mensura.* Aquas quippe deo mensura appendere, est inter prospera & aduersa, inter dona & tentationes, inter iuncta & infirma animarum sensum humilitate custodire. Sic Helias ignem de caelo deposuerat, aquas caelo ligauerat, & tamen pauore vnus molieris territus, per deserta fugiebat. Apparet fugienti angelus, cibum praebet, quia longum iter reuertat praedicit, & tamen timorem de corde non excutit: quia in corde prophetae, mentis magna erat custodia fortitudinis, illa infirmitas timoris.

moris. Sequitur: *Pone cor tuum in omnia quae ego ostendam tibi: quia ut ostendatur tibi, adductus es huc.* Annuncia omnia quae tu vides domui Israel. *Pone cor tuum.* Ac si dicatur: *Considera, quia ut ostendatur tibi, adductus es huc.* Et annuncia omnia quae vides. Ad hoc ideo es adductus huc, ut videas. Et ideo vides, ut annuncies. Quia quisquis spiritualia videndo proficit, oportet ut haec loquendo etiam aliis propinet. Videt quippe ut annunciet, qui ideo quod in se profecerit, & praedicando de profectu proximi curam gerit. Vnde & alibi scriptum est: *Qui audit, dicat veni: Cui enim iam vox vocatis dei efficitur in corde, necesse est ut proximi per praedicationis officium erumpat in voce: & idcirco alium vocet, quia iam ipse vocatus est.* Vnde & sponsus quoque in Canticis Canticorum loquitur, dicens: *Quae habitas in hortis amica ausculta, fac me audire vocem tuam.* In hortis enim sancta Ecclesia, in hortis vnaquaqueque anima habitat, quae etiam viriditate spei est, & bonorum operum repleta. Sicca quippe spes est huius seculi, quia omnia quae hic amantur, cum festinatione marcescunt. Et Petrus nos Apostolus festinare admonet, dicens: *In hereditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarcescibilem.* Quae ergo in hortis habitat, oportet ut spiritum suum vocem suam audire faciat, id est, canticum bonae praedicationis emittat, in qua ille delectetur quem desiderat: quia amici auscultant, videlicet omnes electi, qui ut ad coelestem patriam reuiuiscant, verba vitae audire desiderant. Sed iam propheta ea nobis quae videt aperiat. Sequitur: *Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndique.* Plerumque in sacro eloquio ex protectionis suae munimine, murus dicitur ipse incarnatus dominus solet, sicut de sancta Ecclesia per prophetam dicitur: *Ponetur in ea murus, & antemurale.* Ipse enim nobis murus est, qui nos vndique custodiendo circumdat. Antemurale autem muri nostri prophetae omnes fuerunt, qui prius quam dominus appareret in carne, ad construendam fidem prophetae missi sunt. In sancta ergo Ecclesia dominus murus nobis, & prophetae eius antemurale sunt positi: quia ad nos quos ipse perfecte protegit, etiam prophetarum verba in fidei constructionem venerunt. Vnde & bene prius murus, & post antemurale ponitur: quia vocati ex gentibus, nisi prius dominum cognosceremus, prophetarum illius dicta minime suscepissemus. Et notandum quod iste murus spiritualis aedificij esse forinsecus dicitur. Murus quippe qui ad munitionem aedificij constituitur, non interius sed exterius poni solet. Quid ergo necessarium fuit ut diceretur forinsecus, dum nunquam poni murus intrinsecus solet: quia necesse est ut exterius positus, ea quae iatus sunt defendat. Sed in hoc verbo quid aperte nisi ipsa dominica incarnatio demonstratur? Murus enim nobis intus est deus: murus vero foris est deus homo. Vnde & per quendam prophetam dicitur: *Existi in salutem populi tui, ut saluos facias Christos tuos.* Iste etenim murus, incarnatus videlicet dominus, murus nobis non esset, si forinsecus non fuisset: quia intus nos non protegeret, si exterius non appareret. Sed neque hoc negligenter pretereundum est, quod idem murus positus dicitur in circuitu domus vndique. Domus quippe dei non solum angeli sancti, de quibus Psalmista ait: *Domine dilexi decorem domus tuae, & locum tabernaculi gloriae tuae: sed etiam nos sumus, quorum mentes inhabitare dignatur. Et murus ille vndique in circuitu domus est: quia vnigenitus patris, qui sursum est firmitas angelorum, ipse deorsum factus est redemptio hominum. Illis fortitudo ne cadant, nobis adiutorium ut surgamus post casum. Si vero per domum dei hoc loco sola redemptorum hominum multitudo signatur: vndique nobis dominus & per circuitum murus est, quia ut nos perfecte custodiret, omnia quae docuit ostendit, sicut scriptum est: *Quae cepit Iesus facere & docere.* Quia enim nos vocare ad caelestem patriam venit, nimirum deipicere nos bona transitoria docuit, & mala temporalia non timere. Vnde & opprobria despexit, iniurias pertulit, mortem non timuit, crucis patibulum non refugit, & cum hunc voluissent rapere, & regem constituere, statim fugit. Quid nobis aliud his exemplis inueniens, nisi ut debeamus huius mundi & aduersa non metuere, & prospera vitare: quia plus plerumque eius bona occupant animum, quam mala perturbant. Ante passionem vero suam contumelias audiuit, nec tamen contumelias reddidit. Traditorum suorum diu tacuit, pertulit,*

Luc. 8.

Iob. 28.

1. Reg. 18.  
2. Reg. 19.  
4. Reg. 1.  
3. Reg. 19.

Apoc. 22.

Cant. 8.

1. Pet. 1.

Esai. 26.

Abac. 3.

Psal. 29.

Acto. 1.




G tulit, & sicte salutati dare osculu no reculauit. Suscepit mor-  
 te, ne mori timerem. Ostendit resurrectione, vt nos resurgere  
 posse crederem. Post passionem quoque sua de his qui se crucifi-  
 xerant, ad fidei gratiam vocauit: donum pro iniquitate reddi-  
 dit. Qui ergo nos exemplo suo de omnibus instruxit, murus  
 nobis per circuitu & vndique factus est. Sequitur: Et in ma-  
 nu viri calamus mensurae sex cubitorum & palmo. Præteri-  
 ta lectione iam diximus, quia per calamum scriptura sacra  
 signatur. Qui calamus mensurae esse dicitur: quia in ipsa o-  
 mnem vite nostrae actionem metimur: vt scilicet videamus  
 vel quantum proficimus, vel quantum longe a profectu di-  
 stamus. Nam saepe aliquid agentes, iam cuiusdam meriti esse  
 nos credimus, sed cum ad verba dei recurrimus, præcepta  
 sublimia audimus: ibi cognoscimus quantum a perfectione  
 minus habeamus. Calamus ergo mensurae est, quia per ma-  
 nus scribebantur vita mensuratur auditorum. Qui calamus in  
 manu viri esse dicitur: siue quia sacrum eloquium in potestate  
 est mediatoris dei & hominum hominis Christi Iesu: seu  
 certe quia hoc quod scribi voluit, operando compleuit. Idem  
 vero calamus sex cubitorum & palmo esse describitur. Duæ  
 etenim vite sunt, in quibus nos omnipotens deus per sacrum  
 eloquium eradit. Actiua videlicet, & contemplatiua. Et per sex  
 cubitos quid aliud quam actiua vita exprimitur, quia sexto die  
 perfecit deus omnia opera sua. Palmus vero qui super sex  
 cubitos esse dicitur, iam de septimo est, sed tamen cubitus  
 non est. Actiua ergo vita signatur per sex cubitos, contem-  
 platiua per palmum: quia illam opere perficimus, de ista ve-  
 ro etiam cum cor tendimus, vix parum aliquid attingere  
 valeamus. Actiua enim vita est, panem esurienti tribuere, ver-  
 bo sapientiae nescientem docere, errantem corrigere, ad hu-  
 militatis viam superbientem proximum reuocare, infirmatis  
 curam gerere, quæ singulis quibusque expediunt dispensa-  
 re, & commissis nobis qualiter subsistere valeant prouidere.  
 Contemplatiua vero vita est, charitatem quidem dei & pro-  
 ximi tota mente retinere, sed ab exteriori actione quiesce-  
 re, soli desiderio conditoris inherere: vt nil iam agere de-  
 beat, sed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui  
 creatoris animus inardescat: ita vt iam nouerit carnis corru-  
 ptibilis pondus cum moerore portare, totisque desideriis ap-  
 petere illis hymnicis angelorum choris interesse, admisce-  
 ri celestibus ciuibus, de aeterna in conspectu dei incorru-  
 ptione gaudere. In palmo itaque manus & digiti tenduntur.  
 Sed parum quid de mensura cubiti per palmum contingitur,  
 quia quantolibet amore animus ardeat, quantolibet virtute  
 se in domino & cogitatione tetenderit, non iam quod amat  
 perfecte videt: sed adhuc inchoat videre quod amat: quia si-  
 cut fortissimus prædicator dicit: Videmus nunc per speculum  
 in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Et nunc cognosco ex  
 parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. De septi-  
 mo ergo cubito palmum tangimus, qui in hac vita positi, con-  
 templationis intimæ sola inchoa degustamus. Actiua autem vi-  
 ta quia perfecte teneri potest, & sexto die homo est conditus:  
 qui bona debet operari: sex cubitos calamus habet. Bene has  
 vtrasque vitas duæ illæ mulieres signauerunt: Martha vide-  
 licet & Maria: quarum vna satagebat circa frequens mini-  
 sterium: alia vero sedebat ad pedes dei, & audiebat verba de  
 ore eius. Cumque contra sororem Martha quæretur quod  
 se adiuuare negligeret, respondit dominus dicens: Martha, oc-  
 cuparis & satagis erga multa. Porro, vnum est necessarium.  
 Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab  
 ea. Ecce, pars Marthæ non reprehenditur, sed Mariæ lauda-  
 tur. Neque enim bonam partem elegisse Mariam dicit, sed  
 optimam, vt etiam pars Marthæ indicaretur bona. Quare au-  
 tem pars Mariæ sit optima, subinfertur cum dicitur: quæ non  
 auferetur ab ea. Actiua etenim vita cum corpore deficit. Quis  
 enim in aeterna patria panem esurienti porriget, vbi nemo e-  
 surit? potum tribuat sitienti, vbi nemo sitit? Quis mortuum  
 sepeliat, vbi nemo moritur? Cum presenti ergo seculo vita  
 auferatur actiua, contemplatiua autem hic incipitur, vt in ce-  
 lesti patria perficiatur: quia amoris ignis qui hic ardere in-  
 choat: cum ipsum quem amat viderit, in amore ipsius ampli-  
 guescit. Contemplatiua ergo vita minime auferitur: quia sub-  
 tracta presentis seculi luce perficitur. Has vtrasque, sicut &  
 ante nos dictum est, duæ beati Iacob mulieres signauerunt:

I. Cor. 13.

Luc. 10.

Lia videlicet & Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa. Gene. 29. K  
 Rachel vero ouis, vel visum principium. Actiua autem vita Ioc. 1.  
 laboriosa est: quia defudat in opere. Contemplatiua vero sim-  
 plex ad solum videndum principium anhelat: videlicet ip-  
 sum qui ait: Ego sum principium: propter quod & loquor vo-  
 bis. Beatus autem Iacob Rachel quidem concupierat, sed in  
 nocte accipit Liam, quia videlicet omnis qui ad deum conuer-  
 titur, contemplatiuam vitam desiderat, quietem aeternæ pa-  
 tris appetit: sed prius necesse est vt in nocte vite presentis  
 operetur bona quæ potest. defudet in labore, id est Liam acci-  
 piat, vt post ad videndum principium in Rachel amplexibus  
 requiescat. Erat autem Rachel pulchra & infocunda. Quia con-  
 templatiua vita speciosa est in animo: sed dum quiescere in  
 silentio appetit, filios non generat ex prædicatione. Videt &  
 non parit: quia quietis suæ studio minus se in aliorum colle-  
 ctione succendit. Et quantum introrsus cõspicit: aperire aliis  
 prædicando non sufficit. Lia vero lippa & fecunda est, quia  
 actiua vita dum occupatur in opere, minus videt: sed dum mo-  
 do per verbum, modo per exemplum ad imitationem suam  
 proximos accendit, multos in bono opere filios generat. Et si  
 in contemplatione mentem tendere non valet: ex eo tamen  
 quod agit exterius, gignere sequaces valet. Recte ergo in me-  
 sura calami prius sex cubiti & postmodum palmus dicitur:  
 quia ante actiua agitur, vt ad contemplatiuam postmodum  
 veniatur. Sed sciendum est quia sicut bonus ordo viuendi est  
 vt ab actiua in contemplatiuam tendatur: ita plerumque uti-  
 liter a contemplatiua animus ad actiuam reflectitur: vt per  
 hoc quod contemplatiua mentem accenderit, perfectius acti-  
 ua teneatur. Debet ergo nos & actiua ad contemplatiuam trã-  
 smittere, & aliquando tamen ex eo quod introrsus mente con-  
 speximus, ad actiuam melius contemplatiuam reuocare. Vnde  
 & idem Iacob post Rachelis amplexus ad Liam rediit, quia &  
 post visum principium, laboriosa vita boni operis nõ est fun-  
 ditus deferenda. Est autem in contemplatiua vita magna men-  
 tis contentio, cum sese ad cœlestia erigit, cum in rebus spiri-  
 talibus animu tēdit, cum transgredi nititur omne quod cor-  
 poraliter videtur, cum sese angustat vt dilatet. Et aliquando  
 quidem vincit, & reluctantes tenebras suæ cœcitatatis exupe-  
 rat, vnde incircũscripto lumine quiddam fortim & tenuiter  
 attingat. Sed tamen ad semetipsam protinus verberata reuer-  
 titur, atque ab ea luce ad quam respirando transit, ad suæ  
 cœcitatatis tenebras suspirando atque lamentando rediit. Quod  
 bene sacra historia designat, quæ beatum Iacob cum angelo  
 luctatum narrat. Cum enim ad parentes proprios rediret, in Gene.  
 via angelum inuenit, cum quo in lucta magnum certamen ha-  
 buit. Is enim qui certat in luctamine, aliquando superiorem  
 se, aliquando verò eum cum quo contenderit, inferiorem in-  
 uenit. Designat autem angelus domini & Iacob qui cum an-  
 gelo contendit, vniuscuique perfecti viri, & in contempla-  
 tione eam positam exprimunt. Quæ videlicet anima cum  
 contemplari deum nititur, velut in quodam certamine posi-  
 ta, modo quasi exoperat, quia intelligendo & sentiendo de  
 incircũscripto lumine aliquid degustat: modo succumbit,  
 quia & degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur ange-  
 lus, quando intellectu intimo apprehenditur deus. Sed nota-  
 dum quod idem victus angelus neruū scemoris Iacob tenuit,  
 eumque marcescere statim fecit, atque ab eo Iacob tempore  
 vno claudicauit pede, quia scilicet omnipotens deus cum iam  
 per desiderium & intellectum cognoscitur, omnem in nobis  
 voluptatem carnis arefacit. Et qui prius quasi duobus pedi-  
 bus innitentes, & deum videbamur quærere, & seculum te-  
 nere, post agnitionem suauitatis dei vnus in nobis pes sanus  
 remanet, atque alius claudicat, quia necesse est vt debilitato  
 amore seculi, conualescat ad amorem dei. Si ergo tenemus  
 angelum, vno claudicamus pede, quia dum crescit in nobis  
 fortitudo amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo  
 carnis. Omnis quippe qui vno pede claudicat, soli illi pedi in-  
 nititur quem sanum habet: quia & cui desiderium terrenum  
 iam arefactum fuerit, in solo pede amoris dei tota virtute se  
 sustinet. Et in ipso stat, quia pedem amoris seculi quem po-  
 nere in terra consueuerat, iam a terra suspensum portat. Et  
 nos ergo si ad parentes proprios, id est, ad spirituales patres re-  
 dimus, teneamus in via angelum, vt suauitate intima apprehendamus  
hendamus



**A**udiendum est. Contemplatiua etenim vita amabilis valde  
 dulcedo est, quia super semetipsam animam rapit, ecclesia a-  
 perit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, spiri-  
 tualia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit. Vnde be-  
 ne Ecclesia in Cantibus Canticorum dicit: Ego dormio, & cor-  
 meum vigilat. Vigilanti etenim corde dormit, quia per hoc  
 quod interiorius contemplando proficit, ab inquieto foris ope-  
 re quiescit. Sed inter hæc sciendum est quia quando in hac  
 mortali carne vivitur, nullus ita in contemplationis virtute  
 proficit, ut in ipso incircumscripso luminis radio mentis o-  
 culos infingat. Neque enim omnipotens deus iam in sua clarita-  
 te conspicitur, sed quiddam sub illa speculatur anima vnde  
 referta proficiat, & post ad visionis eius gloriam pertingat.  
 Sic namq; Elías cum se dominum vidisse fatetur, dicens: An-  
 no quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem su-  
 per solium excelsum & eleuatum: protinus adiunxit: Et ea quæ  
 sub eo erant, implebant templum. Quando Ozias rex super-  
 bus ac presumptor moritur, dominus videtur: quia cum mû-  
 di huius elatio à desiderio mentis occiditur, tunc ipsa mens  
 dei gloriam contemplatur. Et notandum quod dominus su-  
 per solium excelsum & eleuatum sedet. Quid namque est e-  
 ius solium, nisi creatura angelica vel humana, cui per intelle-  
 ctum quem dedit presidet: Quod videlicet solium excelsum  
 & eleuatum dicitur, quia & natura humana ad coelestem glo-  
 riam eleuata proficit, & creatura angelica dum multis spiri-  
 tibus cadentibus iam solidata est in cælo ne cadat: inde & e-  
 leuata est vnde & confirmata. Templum vero eius hoc est quod  
 solium, quia æternus rex ibi habitat vbi sedet. Nos ergo tẽ-  
 plum illius sumus, in quorum mentibus habitare dignatur.  
 Sed ea quæ sub eo erant, implebant templum: quia quicquid  
 de illo modo conspicitur, adhuc non est ipse, sed sub ipso est.  
 Sic iacob angelum vidit, & vidisse deum fatetur: quia cum  
 ministeria eius cõspicimus, iam multum est quod super nos  
 metipsos leuamur. Notandum vero quod dicitur: implebant  
 templum: quoniam etsi angelus apparet, infirmę tamen men-  
 tis desiderio satisfaciunt: ut si adhuc maius non potest, iam ta-  
 men minus quod videt admiretur. Ea ergo quæ sub eo sunt,  
 implent templum: quia sicut dictum est, & cum mens in con-  
 templatione profecerit, non iam quod ipse, sed id quod sub  
 ipso est contemplatur. In qua videlicet contemplatione iam  
 quietis internę gustus contingitur. Cuius quia quedam qua-  
 si pars est, & perfecta esse nõ potest: recte in Apocalypsi scri-  
 ptum est: Factum est silentium in cælo, quasi media hora. Cœ-  
 lum quippe est anima iulli, sicut per prophetam dominus di-  
 cit: Cœlum mihi sedes est. Et cœli enarrant gloriam dei.  
 Cum ergo quies contemplatiuę vitę agit in mente, silen-  
 tium fit in cælo: quia terrenorũ actuum strepitus quiescit à  
 cogitatione, ut ad secretum intimum auris animum appo-  
 nat. Sed quia hæc quies mentis esse in hac vita perfecta non  
 potest, nequaquam hora integra factum in cælo silentium  
 dicitur: sed quasi media hora, ut neque ipsa media hora ple-  
 nę sentiatur, cõm præmittitur quasi, quia mox ut se animus  
 subleuare coeperit, & quietis intimę lumine perfundi, red-  
 cunte citius cogitationum strepitu, de semetipso confundi-  
 tur, & confusus cæcatur. Vita igitur contemplatiua quæ il-  
 lic hora quasi media dicitur: apud Ezechielem prophetam  
 non cubitus, sed palmus appellatur. Ecce fratres charissimi  
 dum vniuscuiusque vitę causas exprimere cupimus, paulo la-  
 tius per excessum locuti sumus. Sed bonis mentibus quibus  
 vtraque eadem vita est ad agendum amabilis, esse non de-  
 bet ad audiendum grauis. Sequitur: Et mensus est latitu-  
 dinem ædificij calamo vno, altitudinẽ quoque calamo vno.)  
 Omnipotens deus qui nec in magnis tenditur, nec in minimis  
 angustatur, sic de tota simul Ecclesia loquitur, ac si de vna a-  
 nima loquatur. Et sepe quod ab eo de vna anima dicitur nil  
 obstat: si de tota simul Ecclesia intelligatur. Latitudo itaque  
 ædificij ad charitatem pertinet, de qua Psalmista dicit: Latũ  
 mandatum tuum nimis. Nil enim latius quam omnes in sinu  
 amoris recipere, & nullas odij angustias sustinere. Sic quip-  
 pe lata est charitas: ut in amplitudine dilectionis suę capere  
 etiam inimicos possit. Vnde & præcipitur: Diligite inimicos  
 vestros, benefacite his qui oderunt vos. Cõsiderandum quo-  
 que nobis est, quia latitudo in æqualitate, altitudo vero in su-  
 blimitate tenditur. Latitudo ergo pertinet ad charitatem

proximi, altitudo ad intelligentiam contemplatoris. Sed la-  
 titudo & altitudo ædificij vno calamo mensuratur, quia vi-  
 delicet vnaquęque anima quãtum lata fuerit in amore pro-  
 ximi, tantum & alta erit in cognitione dei. Dum enim se per  
 amorem iuxta dilatat, per cognitionem superius exultat. Et  
 tantum super semetipsam excelsa fit: quantum se iuxta se in  
 proximi amorem tendit. Et quia ædificium quod inhabitat  
 deus, & angelica simul & humana natura perficitur: per hoc  
 quod angelica creatura sursum est, & humana adhuc deor-  
 sum, potest per latitudinem atque altitudinem ædificij, vtra-  
 que hæc creatura significari, quia ista adhuc in imis degit: il-  
 la vero in sublimibus permanet. Sed vno calamo mensuratur  
 vtraque, quia humilitas hominum quandoque ad æqualita-  
 tem perducitur angelorum. Vnde scriptum est: Neque nubet  
 neque nubentur: sed erunt sicut angeli dei in cælo. Et vnde  
 per iohannem dicitur: Mensura hominis quæ est angeli. Quia  
 vsque ad illam altitudinem glorię homo perducitur, in qua  
 solidatos se angeli lætantur. Latitudo ergo ædificij tanta est,  
 quanta & altitudo, quia electi quique qui modo in imis labo-  
 rant, quandoque illis beatissimis spiritibus non erunt inæqua-  
 les. Sed nos inter hæc redeamus ad mentem, ac totis medul-  
 lis cordis deum diligamus & proximum. Dilatemur in affe-  
 ctu charitatis, ut exaltemur in gloria celsitudinis. Cõpatia-  
 mur per amorem proximo, ut coniungamur per cognitionẽ  
 deo. Condescendamus fratribus minimis in terra, ut coque-  
 mur angelis in cælo: quia vir qui sua imagiẽ redemptorem  
 signat, mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudi-  
 nem quoque calamo vno. Nunc igitur metitur mores, pensat  
 opera, cogitationes considerat: ut sine fine postmodum re-  
 tributionem reddat Iesus Christus vnigenitus patris, qui cõ  
 eo vivit & regnat in vnitate spiritus sancti: per omnia secula  
 seculorum. Amen.

Matt. 22.  
 Mar. 12.  
 Lucæ. 20.  
 Apoc. 21.

Homilia decimaquinta.

**V**enit ad portam quæ respicie-  
 bat viam Orientalem: & ascendit  
 per gradus eius. Et mensus est li-  
 men portę calamo vno latitudi-  
 nem, id est, limen vnum calamo  
 vno in latitudine: & thalamũ vno  
 calamo in longum, & vno calamo  
 in latum: & inter thalamos quinque cubitos, & limen  
 portę iuxta vestibulum portę intrinsecus calamo vno.

**V**le cuius calamus mensurę in manu eius describitur,  
 venit ad portam quæ respiciebat ad viam Orienta-  
 lem.) Quis verò alius portę huius appellatione si-  
 gnatur, nisi ipse dominus ac redemptor noster: qui nobis ian-  
 nua factus est regni cœlestis: sicut ipse ait: Nemo venit ad pa-  
 trem, nisi per me. Sed cum eundem virum lineis indutum si-  
 guram domini tenere dixerimus, quærendum nobis est qua  
 ratione conueniat, ut idem dominus & per virum designari  
 valeat, & per portam: dum vir veniat ad portam? Nunquid nõ  
 ipse venit ad semetipsum? An ita est quia & in Euangelio ip-  
 se testatur dicens: Qui non intrat per ostium in ouile ouium,  
 sed ascendit aliunde: ille fur est & latro? Qui autem intrat per  
 ostium, pastor est ouium. Et paulo post dicit: Ego sum ostiũ.  
 Atque iterum subiungit: Ego sum pastor bonus. Si ergo pa-  
 stor intrat per ostium, ipse est ostiũ, ipse pastor, ipse procul  
 dubio intrat per semetipsum. Ecce dum Ezechielis sensum  
 enodare cupimus, de Euangelio etiam quæstionem ligamus.  
 Quærendum nobis itaque est qualiter & ipse intret, & per  
 semetipsum intret. Dominus enim ac redemptor noster cum  
 sancta Ecclesia quam redemit, secundum carnem vna substã-  
 tia est, Paulo attestãte, qui ait: Adimpleo ea quæ desunt pas-  
 sionum Christi in carne mea: pro corpore eius quod est Ec-  
 clesia. Huius capitis corpus Ecclesia est, & huius corporis ca-  
 put Christus. De quo suo capite exultat corpus, id est sancta  
 Ecclesia, cum per Psalmistam dicit: Nunc autem exultauit ca-  
 put meum super inimicos meos. Quia enim quandoque ipsa  
 etiam exaltãda est, iam nunc caput suum super inimicos suos  
 exaltatum gaudet in cœlis. Cum ergo electi quique ad vitã  
 perueniunt, quia membra eius per eum intrãt ad eum: ipse  
 per se intrat ad se. Ipse enim in suis membris est qui intrat,  
 ipse

Ioan. 14.  
 Ioan. 10.  
 Col. 1.  
 Eph. 1.  
 Col. 1.  
 Psal. 26.

Esa. 6.

Apoc. 8.

Psal. 102.

10. 18.

18.

Psal. 118.

Mat. 5.



Ioan. 18.  
Zach. 6.

Apoc. 21.

Psal. 47.

Iob. 31.

Psal. 63.

Luc. 17.

Mat. 9.

Mar. 4.

**G** ipse caput ad quod intrantia membra perueniunt. Quod Ezechiel propheta multipliciter insinuat, qui virum venisse dicit ad portam: & quæ eadem porta sit ostendit, dicens: Quæ respiciebat ad viam Orientalem. Ipse etenim nobis est via qui dixit: Ego sum via, veritas, & vita. Ipse etiam Orientalis via, de quo scriptum est: Ecce vir, Oriens nomen eius. Porta ergo viam Orientalem respicit, quia illum signat qui nobis iter ad ortum fecit luminis. Potest etiam portæ nomine, vnusquisque predicator intelligi: quia quisquis nobis ianuam regni cælestis ore suo aperit, porta est. Vnde & duodecim portæ vel in Ioannis Apocalypsi, vel in extrema huius prophetæ visione describuntur. Potest etiam portæ nomine, scripturæ sacræ scientia non inconuenienter intelligi. Quæ dum nobis intellectum aperit, cælestis regni ianuam patit. Possimus portæ nomine & fidem accipere, quam primam contingimus, vt ad virtutum ædificia intremus. Vnde hic aperte subiungitur. Et ascendit per gradus eius. Quid enim gradus sunt huius portæ, nisi merita virtutum? Siue enim in cognitione mediatoris dei & hominum hominis Iesu Christi, seu in scientia diuini eloqui, seu in ipsa fide quam de illo accipimus, quibusdam gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repente fit summus, sed in bona cōuersatione à minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. De his gradibus per Psalmistam dicitur: Deus in gradibus eius dignoscetur dū suscipiet eam. Dum enim sanctam Ecclesiam dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta Ecclesia ascendendo profecerit, tantum deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur, dicens: Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Omnipotentem quippe dominum per singulos gradus suos pronuntiat, qui per incrementa virtutum quæ cepit, ei semper laudem suæ pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: Ambulabunt de virtute in virtutem. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquæque virtus quasi quibusdam gradibus agit, & sic per incrementa meritum ad summa perducitur. Alia namque sūt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti Apostoli minimè dixissent: Adauge nobis fidem. Et quidam venit ad Iesum, qui curari voluit filium suum, sed requisitus an crederet, respondit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Pensate ergo quod dicitur: Si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si vero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat. Sed quia per occultam inspirationem gratiæ, meritum suorum gradibus fides creuit, vno eodemque tempore is qui necdum perfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hos nimirum gradus dominus sub messis nomine describit, dicens: Sic est regnum dei quemadmodum si iaciat homo semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet & crescat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Semen homo iaciat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit. Et postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte verò exurgit ac die, quia in aduerbia & prospera proficit. Et semen germinat & crescit, dum nescit ille: quia dum adhuc metiri incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad perfectum ducitur. Et vltro terra fructificat: quia proueniente se gratia, mens hominis spontaneè ad profectum boni operis astringit. Sed hæc eadem terra primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicam verò herba peruenit, cum se virtus animo concepta, ad profectum boni operis pertrahit. Plenum verò frumentum in spica fructificat, quando iam intantum virtus proficit, vt esse robusti & perfecti operis possit. Sed cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim deus producto fructu, falcem mittit, & messem suam desecat, quia cum vnumquemque ad opera perfectæ perduxerit, eius temporalem vitam

per emissam sententiam incidit, vt granum suum ad cœlestia horrea perducatur. Cum igitur desideria bona cœcipimus, semen in terram mittimus. Cum verò operari recta incipimus, herba sumus. Cūque in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat, qui passionis tempore per amorem dominum sequens, hunc confiteri ante ancillæ vocem timebat. Erat enim iam viriditas in mente, quia credebat omnium redemptorem, sed valde adhuc flexibilis pede concubabatur timoris. Iam in spicam surrexerat, quando eum quem morituro confiteri timebat, nunciante angelo in Galilæa viuentem videbat. Sed ad plenum granum in spica peruenerat, quando veniente desuper Spiritu, & suam mentem in illius amore roborante ita solidatam est, vt vires persequentium cæsus despiceret, & redemptorem suum liberè inter flagella predicaret. Nullus itaque qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur: quia frumentum dei in herba incipit, vt granum fiat. Vir ergo vestitus lineis venit ad portam: quia dominus ac redemptor noster membris suis intrantibus perducitur ad se. Et ascendit per gradus eius: quia nobis proficientibus, cō nobis amplius exaltatur, quanto altius & incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium gradibus ipse ascendere dicitur, quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur, quantum noster animus à rebus infimis separatur. Sequitur: Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinem. Cur postquam dictum est limen portæ: statim subiungitur, limen vnum? Nisi quia aperte innuit quod adhuc inferiorius limen aliud dicatur. Porta autem à limine surgit vt porta sit. Si igitur porta dominus, quis huius portæ limen est, nisi illi antiqui patres ex quorum progenie dominus incarnari dignatus est: sicut per Paulum dicitur: Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Notandum nobis est in hæc Pauli sententia, quod dixit & ceteri hominum sunt vocati, sicut Moysi dicitur: Pone te in deum Pharaoni. Et per Psalmistam dicitur: Ego dixi dijs estis. Et rursum: Deus stetit in synagoga deorum. Sed aliud est nuncupatiuè, aliud naturaliter dici deum. Et si Moyses in deum Pharaoni est positus, sed deus intra omnia, non deus super omnia dicitur. Qui verò est in vtero virginis incarnatus: deus super omnia vocatur. Itaque limen portæ, antiqui patres ex quibus ille natus est, qui nobis aditum regni cœlestis aperuit. Limen autem portæ vno calamo mensuratur, quia ipsi antiqui patres qui potuerunt redemptorem nostrum & prophetando & bene viuendo predicare, tanquam sex cubita in perfectione operis, & palmum inchoationis per contemplationem habuerunt. Quia enim eorum vitam in vnitatem fidei & perfectæ operatio, & inchoata contemplatio sublimem reddidit, in vno calamo mensura liminis fuit. Sequitur: Et thalamum vno calamo in longo, & vno calamo in latum. Consideremus quid agi in thalamo solet: atque exinde hoc quod in sancta Ecclesia agitur colligamus. In thalamo quippe sponsus & sponsa fœderantur, sibi que in amore iunguntur. Qui ergo sunt in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum cœda in quibus animæ per amorem sponso inuisibili iunguntur, vt eius desiderio mens ardeat, nulla iam quæ in mundo sunt concupiscat, præsentis vitæ longitudinem pœnam detinet, exire festinet, & amoris amplexu in cœlestis sponsi vultu requiescere? Mens itaque quæ iam talis est, nullam præsentis seculi consolationem recipit, sed ad illam quam diligenter medullitus suspirat, feruet, anhelat, anxiat. Vilis ei fit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est vulnere amoris: vnde & in canticis dicit: Vulnerata charitate ego sum. Mala autem salus est cordis, quæ dolorem huius vulneris nescit. Cum verò anhelare iā in cœlesti desiderio, & sentire vulnus amoris concupiscit, fit anima salubrior ex vulnere, quæ prius egrotabat ex salute. Mentis autem sponsum suum fortiter amat, de amore vitæ præsentis vna solet esse consolatio, si per hoc quod ipsa ab eius visione differtur, aliorum anime eius verbo proficiat, & ad cœlestem sponsum amoris facibus inardescat. Mœret, quia differri se cōspicit. Triste est ei omne quod aspicit, quia illū adhuc non videt quem videre concupiscit. Sed est vt dixi, non parua cōsolatio, si feruens anima differtur, & per eam multæ



**A** multæ colliguntur, vt tardè eum cum multis videat, quem so-  
 la videre citius volebat. Vnde rursus in cantico sponsa dicit.  
 Fulcite me florib<sup>9</sup>, stipate me malis, quia amore læqueo. Quid  
 nanque sunt flores, nisi animæ bonum iam opus inchoantes, &  
 desiderium cœlestis redolentes? Quid mala de floribus, nisi  
 perfecta iam bonorum mentes, quæ ad fructum perueniunt  
 boni operis de initio sanctæ propositionis? Quæ ergo amore  
 læquet, fulciri quærit floribus, stipari malis: quia si illum quæ  
 desiderat, videre adhuc non permittitur, magna est ei conso-  
 latio si aliorum profectibus lætetur. Anima ergo sancta a-  
 more languida, floribus malisque fulciatur, vt requiescat in  
 bono opere proximi, quæ adhuc contemplari non valet vul-  
 tum dei: Penlemus ergo qualis thalamus Pauli mens fuerat,  
 qui dicebat: Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Omni-  
 potenti deo in quantum se amore coniunxerat, qui sibi vitam  
 Christum tantummodo, & mori lucrum esse deputabat? Hinc  
 est quod iterum dicit: Desiderium habens dissolui, & cum  
 Christo esse multo magis melius. Sed ecce qui dissolui desi-  
 derat, quo amore langueat videamus. Quia interim differri  
 te conspicimus, fulciri quæso floribus non requiris? Querit  
 planè, nam sequitur: Permanere autem in carne necessarium  
 propter vos. Et proficientibus discipulis dicit: Quæ est enim  
 nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante  
 dominum nostrum Iesum Christum? Hinc est quod idem tha-  
 lam<sup>9</sup> vno calamo in longo, & vno calamo in lato dicitur mē-  
 sus. Longitudo quippe ad longanimitatem expectationis per-  
 tinet, & latitudo ad amplitudinem charitatis. Tantum ergo  
 vnusquisque thalamus habet in longitudinem, quantum &  
 in latitudinem habere potuerit: quia mens cœlesti desiderio  
 succensa, quantum amorem habuerit ad colligendum pro-  
 ximum, tantum & longanimitatem exhibet ad expectandum  
 deum, & patienter portat moras longitudinis, quia se in pro-  
 fectu proximi dilatat amplitudo charitatis. Potest etiam ip-  
 sa longitudo longanimitatem patientiæ quæ exhibetur pro-  
 ximo, designare. Et quia latitudo charitatem signat, quæ sinu  
 mentis aperit, & amicos simul atque inimicos in amorem re-  
 cipit, tanta est longitudo thalami, quanta latitudo, quia quā-  
 tū lata mens fuerit per amorem, tantum erit & patientia per  
 longanimitatem. Nam tantum quisque portat proximum,  
 quantum amat. Si enim amas, portas: si delistis amare, desistis  
 tolerare. Quem enim minus diligimus, minus etiam tolera-  
 mus: quia irruente fastidio, citius facta proximi addocun-  
 tur in grauedinem ponderis, quæ nobis non leuiat penna cha-  
 ritatis. Sequitur: Et inter thalamos quinque cubitos.)  
 Vnum supra thalamum dixerat, & postmodum quinque cu-  
 bitos esse inter thalamos narrat. Ea videlicet ratione, quia  
 multi thalami vnum faciunt, sicut & multæ Ecclesiæ vna Ec-  
 clesia vocatur. Vnde & in Ioannis apocalypsi septem Ecce-  
 siis scribitur, per quas vna catholica designatur. Hi itaque  
 qui in sancta Ecclesia, sicut diximus, seruenti amore deum vi-  
 dere sciunt, eique iam per desiderium coniunguntur, thalami  
 vocantur. Sed tamen sunt in ea quidam qui penetrare sub-  
 tilia non valentes, & quinque adhuc corporis sensibus de-  
 pressi, tanto minus amant eum qui fecit omnia, quanto am-  
 plius in his quæ facta sunt illigantur. Et iam quidè exercere se  
 in timore domini, & amore proximi tendere student, bona  
 opera corporaliter agere, elemosynis peccata redimere. Sed  
 quia vi amoris intimi ardere ad cœlestis desiderium nesciunt  
 quasi adhuc deuincti corporeis sensibus tenentur. Isti itaque  
 thalami non sunt: sed tamen inter thalamos continentur,  
 quia per eorum ducatum qui visionem dei perfecte dili-  
 gunt, & ipsi ad perfectum mens diliguntur. Inter thalamos  
 ergo quinque sunt cubiti, quia hi qui ab exterioribus quin-  
 que sensibus adhuc ad intellectum mysticum non assurgunt:  
 dum inter eos sunt qui spiritu amoris seruent, velut mauent-  
 tes inter thalamos in fidei constructione proficiunt, & à mē-  
 sura cœlestis ædificij disiuncti non sunt. Nam & paulisper se  
 ab appetitu corporalium sensuum subtrahunt, & dilatato  
 mentis spatio, imitantes charitatem quam conspiciunt, hinc  
 inde ad thalamos extenduntur. Quod ergo non per sex cubi-  
 tos sed per quinque descripti sunt, ipsa adhuc eorum imper-  
 fectio designatur. Sed tamen per bonum desiderium in mē-  
 sura spiritalis ædificij esse memorantur, quia ex voce Ecce-  
 siæ per Psalmistam dicitur: Imperfectum meum viderunt

oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Quis iterum per  
 Psalmistam dicit: Benedixit omnes timentes se dominus, pu-  
 fillos cum maioribus. Hi itaque & imperfecti sunt & pu-  
 filli. In quantum tamen cognoscere prævalent: & deū & pro-  
 ximum diligunt, atque ideo bona quæ possunt, non negligunt  
 operari. Qui etsi necdum ad spiritalia dona proficiunt, vt vel  
 ad perfectam operationem, vel ad successam contemplatio-  
 nem animam exerant, tamen ab amore dei & proximi in quā-  
 tum capere prævalent non recedunt. Vnde sit vt ipsi quoque  
 etsi minori loco, in sancta tamè ædificatione sint positi, quia  
 etsi ad doctrinam, si ad prophetiam, si ad miraculorum  
 gratiam, si ad contemptum mundi plenius exequendum  
 fortasse minores sunt, tamen in timoris & amoris funda-  
 mento sunt, in quo solidantur, quia etsi igne cœlestis de-  
 siderij non ardent, in ipsis exterioribus quæ exercere suffici-  
 unt, vapore charitatis animantur, & inter proximorum præ-  
 cellentium ædificia continentur. Vnde & rectè sponsa in cā-  
 tice canticorum loquitur dicens: Ferculum fecit sibi rex Sa-  
 lomou de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclin-  
 atorium aureum, ascensum purpureum, media charitate cō-  
 strauit, propter filias Hierusalem. Neque enim credendum  
 est Salomouem tantæ magnitudinis regem, qui sic immensis  
 delitiis affluebat, vt pondus auri eius æstimari non posset &  
 argentum in diebus illis precium non haberet, quia ferculum  
 sibi ligneum fecit. Sed est Salomon videlicet pacificus nosser,  
 qui sibi de lignis Libani ferculum fecit. Libani quippe ligna  
 cedrina valde sunt impuribilia. Ferculum itaque regis no-  
 stri sancta Ecclesia est, quæ de fortibus patribus, id est impu-  
 tribilibus mentibus est constructa. Quæ rectè ferculum di-  
 citur, quia ipsa fert quotidie animas ad æternum conuiuium  
 conditoris sui. Cui ferculo columnæ argenteæ factæ sunt:  
 quia prædicatores Ecclesiæ sanctæ, eloquijs luce resplendent.  
 Est autem cum columnis argenteis reclinatorium aureum,  
 quia per hoc quod à sanctis prædicatoribus lucidè dicitur,  
 mentes audientium fulgorem charitatis intimæ in qua reclin-  
 entur inueniunt. Per hoc enim quod luculentè & aperte au-  
 diunt, in illud quod clarescit in corde requiescunt. Colum-  
 næ ergo argenteæ & reclinatorium aureum factum est, quia  
 per lucem sermonis inuenitur apud animam claritas quietis.  
 Illius iam quippe fulgor internus mentem irradiat, vt  
 per intentionem ibi requiescat vbi prædicationis gratia non  
 queratur. De eadem quippe sancta Ecclesia scriptum est.  
 Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in  
 specie auri. Quæ enim hic spiritu mansuetudinis imple-  
 ta, quasi columba pennas deargentatas habet: in poste-  
 riora dorsi eius speciem auri continet: quia hic prædica-  
 tores suos sermonis luce indult: in posteriori autem seculo  
 fulgorem in se claritatis ostendit. Sed ad hoc quod cla-  
 rum intus ostenditur, qualis sit ascensus adiungit, cum de eo-  
 dem ferculo protinus subdit: Ascensum purpureum. Vera  
 quippe purpura quia de sanguine tingitur, non immeritò in co-  
 lore sanguinis videtur, quia maxima multitudo fidelium in  
 exordio nascentis Ecclesiæ per martyrij sanguinem perue-  
 nit ad regnum. Rex nosser ascensum purpureum fecit in fer-  
 culo: quia ad clarum quod intus aspicitur, per tribulatio-  
 nem sanguinis peruenitur. Quid ergo nos miseri atque ab  
 omni fortitudine destituti, quid acturi sumus: Ecce in hoc fer-  
 culo columna esse non possumus, quia in nobis nec fortitudo  
 operis, nec lumen emicat prædicationis. Reclinatorium au-  
 reum non habemus, quia necdum sicut oportet per intelle-  
 ctum spiritalem requiem internæ claritatis aspiciamus. Ascē-  
 sus purpureus non sumus, quia pro redemptore nostro fun-  
 dere sanguinem non valemus. Quid ergo de nobis agendum  
 est? Quæ spes erit, si nullus ad regnum peruenit, nisi qui sum-  
 mis virtutibus præditus fuerit? Sed adest quoque nostra con-  
 solatio. Amemus in quantum possumus deum, diligamus &  
 proximum, & simul quoque nos ad dei ferculum pertinemus:  
 quia sicut illic scriptum est: Media charitate constrauit. Ha-  
 be quippe charitatem, & ibi sine dubio pertines vbi & co-  
 lumna argentea erigitur: & ascensum purpureum tenetur. Nā  
 quia hoc propter nostram infirmitatem dicitur: aperte mō-  
 stratur, cum illic protinus subdidit: Propter filias Hierusa-  
 lē. Sermo etenim dei qui non filios, sed filias dicit, quid aliud  
 per sexum femineum quam mentiu infirma signauit? Quod  
 ergo

Philipp. 1.  
Ibidem.

Apoc. 4.

Psal. 138.

Psal. 133.

Cant. 3.

Psal. 67.

Cant. 3.

Ibidem.

G ergo illic inter columnas argenteas, reclinatorium aurum, & ascensum purpureum, inesse media charitas dicitur propter filias Hierusalem, hoc hic inter thalamos per quinque cubitos designatur, quia & qui in virtutibus infirmantur, si ipsi bona quae possunt facere cum charitate non negligunt, à dei aedificio alieni non sunt. Sequitur: Et limen portae iuxta vestibulum portae intrinsecus calamo vno. Dum limen quod modo describitur, iuxta vestibulum portae intrinsecus esse memoratur, aperte ostenditur, quia limen quod prius scriptum est, extrinsecus fuit. Sed si porta est dominus, quod sit limen portae intrinsecus, extrinsecus requiramus. Per limen etenim portam unusquisque ingreditur. Et quae sunt duo haec limina: nisi patres testamenti veteris, & patres testamenti noui? Non solum quippe hi de quibus dominus incarnari dignatus est, sed omnes testamenti veteris patres portae huius limen fuerunt, quia hi qui eum predicare & in eo sperare meruerunt, cunctis ad eum venientibus aperuerunt aditum fidei, ut omnis qui crediderit dominum, quasi iam portam huius liminis intraret. Sed cur ante limen exterius, & post limen interius dicitur, nisi quia prius testamenti veteris patres, & postmodum noui testamenti doctores fuerunt? Recte autem limen exterius testamenti veteris patres designat, quia per eorum praedicationem opera peruersa punita sunt. Per dicta vero nouorum patrum, vniuersi quique animus etiam ab illicitis cogitationibus coercetur, dum reatus esse perfectus & in deliberatione cordis ostenditur. Illi quippe à flagitiis, à crudelitatibus, à rapinis auditorum animas prohibere curauerunt: isti vero dum non solum peruersa opera, sed etiam illicita cogitationum resecant, quid nobis aliud nisi limen intrinsecus facti sunt? Vnde & ipsa veritas loquitur dicens: Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Recte quoque exterius limen illos patres designat, qui ab ipsa incarnatione redemptoris nostri per interualla temporum longius constituerunt. Et quidem ab Abel sanguine, passio iam coepit Ecclesiae. Et vna est Ecclesia electorum praecedentium atque sequentium. Sed tamen quia discipulis dicitur: Multi reges & prophetae voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt: antiquis patribus quasi foris stetit est, redemptoris nostri praesentiam corporaliter non vidisse. Exterius igitur sed tamen non diuisi à sancta Ecclesia fuerunt, quia mente, opere, praedicatione, ista iam fidei sacramenta tenuerunt, istam sanctae Ecclesiae celsitudinem conspexerunt, quam nos non adhuc praestolando, sed iam habendo conspiciamus. Sicut enim nos in praeterita passione redemptoris nostri, ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus. Vnde & in constructione tabernaculi, ut columnae argenteae interius starent, paxilli aerei figi per circuitum exterius iussi sunt, in quibus religatum tabernaculum teneretur. Columnae itaque argenteae interius, paxilli vero aerei in circuitu figuntur, atque in ipsis funes ligati sunt, ut tabernaculum fixum maneret: quia videlicet ut sancti Apostoli in luce sermonis sui solidi starent, & totum tabernaculum, id est, sancta Ecclesia in fidei integritate consisteret, tanquam paxilli aerei patres testamenti veteris ac prophetae exterius fixi sunt: qui verborum suorum sanibus praedicatorum mentes in soliditate stringerent, atque in hoc dei paxilli sunt, ut habitaculum in statu fidei ligarent. Extra ergo paxilli sunt, qui ante tempus huius sanctae Ecclesiae fuerunt. Sed tamen eos ligant qui in ipsa sunt, quia dum caelestia mysteria ventura praedictant, haec postquam ostensa sunt, credibilia omnibus fecerunt. Vt ergo intus columnae immobiles stent, foris paxilli funes contineant, quia ut sancti Apostoli perfecte incarnationis dominicae mysterium crederent, illorum praedicatione obtinuit, qui hoc priusquam fuerit, & videre & praedicere potuerunt. Vnde recte quoque ipse primus Apostolorum, magna scilicet columna veri tabernaculi, loquitur dicens: Habemus firmiter prophetica sermonem, cui bene facitis intendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco. In quibus verbis indicat quantum ad altiora surrexit ex culmine, vbi religata persistat in fide. Quae tamen lucerna prophetici sermonis iam quidem intelligentibus lucet, sed adhuc non intelligentibus cooper-

ta allego-  
Psalmitam de hisdem dictis prophetarum dicitur: Tenebrosa  
sa aqua in nubibus aeris, quia videlicet occulta est scientia in  
prophetis. Nec immerito columnae argenteae, paxilli vero  
aerei facti sunt: quia quod clare iam apostoli praedictant, hoc  
prophetae sub intellectu mystico obscure locuti sunt. Recte  
ergo per aerei metallum signati sunt, qui clari in suis praedi-  
cationibus non fuerunt. Sancti vero Apostoli qui ad redem-  
ptoris nostri mysterium lucem praedicationis habuerunt,  
argenteis columnis expressi sunt. Et notandum quod argen-  
tum sonat & lucet, aeri vero sonat & non lucet, quia praedica-  
tores noui testamenti aperte locuti sunt quae etiam monstra-  
re potuerunt. Praedicatorum vero testamenti veteris quia  
per allego-  
umbras de caelesti mysterio obscura di-  
cta protulerunt, quasi sine luce sonitum dederunt. Quod  
ergo illic per paxillos & columnas, hoc hic per limen exte-  
rius designatur. Si vero portam scripturam sacram hoc in lo-  
co accipimus, ipsa quoque duo limina habet exterius & in-  
terius, quia in litera diuiditur & allegoria. Limen quippe  
scripturae sacrae exterius litera: limen vero eius interius al-  
legoria. Quia enim per literam ad allegoriam tendimus, quasi  
à limine quod est exterius, ad hoc quod est interius venimus.  
Et sunt in ea per multa quae ita iuxta literam mentem ad-  
ificant, ut per hoc quod exterius agitur, audientis mens ite-  
rius trahatur. Ibi quippe inuenimus praedicae-  
mentum operis & exempla virtutis: ibi iubetur quid agere etiam corporali-  
ter debemus: ibi hoc quod ad operandum praecipitur, in san-  
ctorum virorum ac fortium actione monstratur: ut postquam  
nos aperta praeccepta atque exempla iustorum ad bonam  
operationem instruunt, tunc ad limen interius, id est ad intel-  
lectum mysticum intimae contemplationis tendamus si possu-  
mus pedem mentis. Studete quapropter fratres charissimi dei ver-  
ba meditari, nolite despiciere scripta nostri conditoris, quae  
ad nos missa sunt. Multum valde est quod per ea animus re-  
fricatur ad calorem, ne iniquitatis suae frigore torpescat. Cui  
illa praecedentes iustos fortiter egisse cognoscimus, & ipsi  
ad fortitudinem bonae operationis accingimur, sanctorum  
exemplorum flamma animus legentis incenditur. Videt quae  
fortia ab eis facta sunt, & valde indignatur sibi quia talia non  
imitatur. Vnde recte sponsam voce ad sponsam dicitur: Sicut  
turreis Dauid collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis  
suis. Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortis.  
In collo etenim guttur, in gutture vox est. Quid ergo per  
collum sanctae Ecclesiae, nisi sacra eius eloquia designantur?  
In qua dum mille clypei dependere memorantur, per hunc  
perfectum numerum numerus vniuersus ostenditur, quia vni-  
uersa nostra munus in sacro eloquio continetur. Ibi quippe  
sunt praeccepta dei, ibi exempla iustorum. Si enim torpet anima  
à conditoris sui desiderio, audiat quod dicitur: Diliges dominum  
deum tuum ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Si quis in  
odio fortasse labitur proximi, audiat quod dicitur: Diliges  
proximum tuum sicut teipsum. Res aliena concupiscitur: au-  
diat quod illic scriptum est: Non concupisces rem proximi  
tui. De iniuria quae proximi ore vel facto illata est, ad iram mens  
accenditur: audiat quod dicitur: Non quaeres ultionem, nec  
memor eris iniuriam cuius tuorum. In carnis concupiscentia  
male laucia mens accenditur: ne sequatur oculus mentem, au-  
diat quod paulo superius dictum est: Qui viderit mulierem  
ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde  
suo. Contra inimicum forsitan quisque animum suum relaxare po-  
nit in odio: audiat quod illic scriptum est: Diligite inimicos  
vestros, benefacite his qui vos oderunt. Sed is qui aliena iam  
non rapit, adhuc forsitan sua inordinate retinet: audiat quod  
illic dicitur: Vendite quae possidetis, & date eleemosy-  
nam. Infirmitatis animus perfrui desiderat deo simul & se-  
culo: audiat quod illic scriptum est: Nemo potest duobus  
dominis seruire. Alius non ad necessitatem stipendij, sed  
ad voluntatem desiderij possessa retinet: audiat quod illic  
dicitur: Qui non renunciauerit omnibus quae possidet, non  
potest esse meus discipulus. Quidam enim relinquunt om-  
nia, multi autem possidendo renunciant, qui sic ad usum  
possessa retinent, ut eis desiderio non succumbant. Torpere  
quisque appetit, & laborem subire pro domino etiam cum  
praevaleat refugit. In collo ergo Ecclesiae, id est in sacri eloquij  
praedicatione

Mat. 5.

Luc. 10.

2. Pet. 1.

X

L

Casi

M

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22

Mat. 22



**A** predicacione qua pro sua munitione & altitudine, turri David similis dicitur, mille clypei dependet, quia quot illic precepta sunt, tot etiam pectoris nostri munimina. Ad seruanda itaque innocentiam etiam laici a proximo perdurare in humilitate festinamus? Abel ante oculos veniat, qui & occisus a fratre describitur, & non legitur reluctatus. Mentis munditia etiam cum coniugali copula eligitur? Enoch debet imitari, qui & in coniugio positus ambulauit cum deo, & non inueniebatur, quia translulit illum deus. Precepta dei festinamus presenti nostrae utilitati praepone? Noe ante oculos veniat, qui cura domestica postposita, ex iussione omnipotentis domini, per centum annos ad arcae fabricam vixit occupatus. Subire obedientiae virtutem nitimur? aspicere Abraham debemus: qui relicta domo, cognatione, patria, obediuit exire in locum quem accepturus erat in hereditatem: & exiit nesciens quid iret: qui paratus existit, ut pro aeterna hereditate dilectum quem acceperat occideret heredem. Et quia vnicui domino offerre non distulit, vniuersam multitudinem gentium in semen accepit. Moram simplicitas placet? Isaac ad matrem veniat: quem in omnipotentis dei oculis vitae lux tranquillitas ornauit. Laboriosa fortitudo ut obtinere debeat quaeritur? Iacob ad memoriam deducatur, qui postquam sciuit fortiter seruire homini, ad eam quoque virtutem deductus est, ut non potuisset a lactante angelo superari. Conamur carnis illecebram vincere? Ioseph ad memoriam redeat qui tentante se domina studuit, carnis continentiam etiam cum vitae periculo custodire. Vnde factum est ut quia membra sua bene nouerat regere, regenda quoque omni Aegypto praesesset. Manuetudinem atque patientiam obtinere quaerimus? Moysen ante oculos deducamus, qui exceptis paruulis ac mulieribus, sexcenta milia armatorum regens, mitis fuisse describitur super omnes homines qui habitabant super faciem orbis terrae. Rectitudinis zelo contra vitia accedimus? Phinees ante oculos deducatur, qui coeuntes gladio transficiens, castitati populum reddidit, & iram dei iratus placauit. De spe omnipotentis dei praesumere in dubiis quaerimus? Iosue ad memoriam reuocemus, qui dum dubia certamina certa mente subit, ad victoriam sine dubietate peruenit. Jam mentis inimicitias punire cupimus, in benignitate animum dilatare? Samael in cogitationem deducatur, qui de principatu deiectus a populo, cum idem populus peteret, ut pro eo domino preces effunderet, respondit dicens: Absit a me hoc peccatum in domino, ut cessem orare pro vobis. Culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis quos aduersarios pertulerat vsque ad deiectionem, benignitatem gratiae non reddidisset in prece. Qui rursus cum iubente domino mitteretur ut Dauid vngeret in regem, respondit: Quomodo vadam? inueniet enim me Saul, & occidet me. Et tamen quia iratum deum eidem Sauli cognouerat, in tanto se luctu afflixerat, ut ei per se dominus diceret: Quousque tu Saulem luges, cum ego illum abiecerim? Pensemus ergo eius animum quantum ardor charitatis incenderat, qui & illum flebat a quo timebat occidi. Caute autem volumus quem timemus? sollicita nobis mente pensandum est ne si locum fortasse reperimus, malum pro malo reddamus ipsi quem fugimus. David ergo ad memoriam redeat, qui persequentem se regem & inuenit ut potuisset occidere, & tamen in ipsa feriendi potestate positus, elegit bonum quod ipse deberet facere, non autem malum quod ille merebatur pati, dicens: Absit a me ut mittam manum meam in Christum domini. Et cum idem Saul post ab hostibus fuisset interemptus, eum quem persecutorem dum viueret pertulit, fleuit occisum. Errantibus huius mundi potentibus liberem loqui decernimus? Ioannis auctoritas ad animum reducat, qui Herodis nequitiam reprehendens, pro verbi rectitudine occidi non timuit. Et quia Christus veritas, ipse ideo pro Christo, quia pro veritate animam posuit. Carnem iam nostram pro deo ponere in mortem festinamus? Petrus ad mentem veniat, qui inter flagella gaudet, qui caesus principibus restitit, qui vitam suam pro vita despicit. Cum mortis appetitu disponimus aduersa contemere? Paulus ante oculos deducatur, qui non solum alligari, sed & mori paratus pro Christo, non facit preciosorem animam suam quam se. Succendi cor nostrum igne charitatis quaerimus? Ioannis verba pensemus, cuius omne quod loquitur, charitatis igne vaporatur. Quia

in voce sacri eloquii cuiuslibet quaerimus munimen virtutis, inuenimus: mille clypei pendet ex ea, omnis armatura fortis. Si enim pugnare contra spiritalia nequitiae volumus, in collo Ecclesiae quae nobis sicut David turris erecta est, id est in diuina eloquia protectionis arma requiramus ut ex discretionem praepcepti, contra vitia sumatur virtus adiutorij. Ecce enim contra aeras potestates festinamus fortes existere? in hac turri armaturam nostrae mentis inuenimus, ut inde precepta conditoris, inde sumamus exempla praecedentium, per quae contra aduersarios nostros inexpugnabiliter armemur. Dum enim quamlibet virtutem subire appetis, & hanc illic a patribus iam impletam vides, ibi armaturam tuam inuenis, per quam contra spiritalia bella muniaris. Dependens in ea quippe clypei, si quis pugnare appetit, assumat, & ex ea virtute pectus muniat, & verborum iacula emittat. Et notandum quia aedificata cum propugnaculis suis dicitur. Hoc quippe agunt propugnacula quod clypei, quia vtraque pugnantem muniunt. Sed inter vtraque distat, quia clypeos pro nostro munimine vbicumque volumus mouemus. Propugnaculo autem defendi possumus, sed hoc mouere non possumus. Clypeus in manu tenetur, nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter propugnacula & clypeos distat, nisi quod in sacro eloquio patrum praecedentium & miracula legimus, & virtutes honorum operum audimus? Ibi namque cognoscimus quod alius potuit mare diuidere, alius solem figere, alius mortuum suscitare, alius paralyticum verbo erigere: umbra agros curare, alius per suam sententiam infirmantium febribus obuiare. Qui tamen omnes & patientiae longanimitate mites, & zelo rectitudinis seruantes fuerunt, verbi praedicatione diuites, simul & misericordia largi. Hi itaque quam vera de deo dixerint, testantur miracula, quia talia per illum non facerent, nisi de illo vera narrarent. Et quam pii: quam humiles, quam benigni extiterint, eorum testantur operationes. Si igitur de fide tentamur, quam ex illorum praedicatione concepimus, loquentium miracula conspiciamus, & in fide quam ab eis accepimus, confirmamur. Quid ergo illorum miracula nisi nostra sunt propugnacula? quia & muniti per illa possumus, & tamen haec in manu nostri arbitrij non tenemus: nam talia facere non valeamus. Clypeus vero in manu est, & defendit: quia virtus patientiae, virtus misericordiae, praecedente nos gratia, & in potestate est arbitrij, & a periculo protegit aduersitatis. Turris itaque nostra cum propugnaculis suis aedificata est, in qua mille clypei dependent, quia scriptura sacra sub miraculis patrum a iaculo aduersitatis absconditur, & conuersationis sanctae munimina etiam in manu operis tenemus. Notandum vero quod limen portae vno calamo mensuratur. Calamus autem in sex cubitis & palmo tenditur, quia videlicet in scriptura sacra doctrina perfectae operationis, & initium supernae contemplationis inuenitur. Sin. vero porta hoc loco vnusquisque praedicator accipitur, limen exterius in porta est vita aeterna, limen vero interius vita contemplatiua. Per illam quippe ambulatur in fide, per hanc vero festinatur ad speciem. Illa exterius ducit, ut vnusquisque bene vivere debeat: ista interius perducit, ut ex bona vita ad gaudia aeterna pertingat. Haec nos hodie tractasse sufficiat. Quia enim transeuntes ad alia, diu per excessum locuti sumus, ea quae subiecta sunt, lectioni alteri reseruemus, reparandi per silentiam, sperantes in verbo, quod vivit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti: per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia XVI.



**B** mensus est vestibulum portae octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Vestibulum autem portae erat intrinsecus. Porro thalami portae ad viam orientalem tres hinc & tres inde, mensura vna trium: & mensura vna frontium ex vtraque parte. Et mensus est latitudinem liminis portae decem cubitorum: & longitudinem portae tredecim cubitorum, & marginem ante thalamos cubiti vnus, & cubitus vnus finis vtrunque.

**G** Ir cuius erat species quasi species aeris, mēsus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontē eius duobus cubitis.) Ac ne hoc vestibulum extra portam esse crederemus, subditur: Vestibulū autē portę erat intrinsecus.) Quid ergo per interius vestibulum nisi æternæ vitæ latitudo signatur? quæ modo inter angustias vitæ præsentis iam spē mente concipitur. De qua per Psalmistā dicitur: Intrate portas eius in confessione, atria eius in hymnis confessionum. Cum enim peccata nostra per lachrymas cōfitemur, angustę vitæ portam ingredimur. Sed cum post hæc ad æternam vitam perducimur, portæ nostræ atria in confessionum laudibus intramus, quia ibi iam angustia non erit, cum nos lætitia æternæ solemnitatis assumpserit. Propter confessionis nostræ angustiam veritas dicit: Intrate per angustam portā. Et cū se Psalmista recipere in latitudine gaudia æterna præsumpserat, dicebat: Statuisti in loco spatioso pedes meos. Ad atrium ergo per portā tenditur, quia ad latitudinem solemnitatis pertingitur ab angustia cōfessionis. Illa itaq; gaudia, quæ apud David atria, apud Ezechielem vestibulum intrinsecus vocatur. Vnde & hoc ipsum vestibulū octo cubitis dicitur mēsuratum. Ibi enim omnes recipiēdi sunt, qui nunc in exercitio operis laborant, & ad æterna gaudia per contemplationis gratiam suspirant. Nec immerito mensura vestibuli in octo cubitis ponitur, quia septē dieb<sup>9</sup> vniuersum temp<sup>9</sup> euoluitur. Aeterna etenim dies, quæ expleta septem dierum vicissitudine sequitur scilicet, octaua est. Vnde etiam Psalmista resurrectionis diem considerans, quia de extremi iudicij districtione erat locuturus, præmisit titulum dicens: In fine psalmus David pro octaua. Vt enim quam octauā diceret demonstraret, diem illam tremendi terroris in Psalmi inchoatione secutus est, dicens: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. Modo enim quisquis per flagella corripitur, & correptionibus emendatur, in mansuetudine corripitur, non in ira. In districto autem illo examine omnis argutio atque correptio ira est, quia venia post correptionem nō est. Huius octonarij numeri causa est, quod post sabbatū dominus voluit à morte resurgere. Dies quippe dominicus, qui tertius est à morte dominica, à cōditione dierū numeratur octauus, quia septimū sequitur. Vnde & ipsa vera redemptoris nostri passio & vera resurrectio figurauit aliquid de suo corpore in diebus passionis suæ. Sexta enim feria passus est: sabbato quieuit in sepulchro, dominico die resurrexit à morte. Præsens etenim vita nobis adhuc sexta est feria, quia in doloribus ducitur, & in angustiis cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro quiescimus, quia requiem animæ post corpus inuenimus. Dominico verò die, videlicet à passione tertio, à conditione vt diximus octauo, iam corpore à morte resurgemus, & in gloria animæ etiā cum carne gaudebimus. Quod ergo mirè saluator noster fecit in se, hoc veraciter significauit in nobis, vt nos dolor in sexta, & requies in septima, & gloria excipiat in octaua. Hinc per Salomonem dicitur: Da partes septem, nec non & octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram. Partes etenim septem simul & octo damus, quando sic ea quæ septem diebus euoluuntur disponimus, vt per hæc ad bona æterna veniamus. Vt dummodo cautē agitur, postmodum venientis tremendi iudicij fra deuitetur. Octo itaque cubitis vestibulum mensuratur intrinsecus, quia per lucem quæ post septem dies sequitur, latitudo nobis æternitatis aperitur. Sed nemo ad illam venit, nisi qui hic dilectionem dei ac proximi deuota mente tenuerit. Vnde & subditur: Et frontem eius duobus cubitis.) Frons etenim portæ est boni meritum vitæ præsentis. Sicut enim vestibulum intrinsecus superna requies debet intelligi, ita per frontem portæ necesse est qualitatem visibilis vitæ signari. Frons ergo portæ duobus cubitis mensuratur, quia quisquis hic dilectionem dei ac proximi seruare studuerit, ipse ad æternitatis atrium pertingit. Vita igitur nostra vt duobus cubitis sit mensurata, tendi quotidie per charitatem debet in amorem dei simul & proximi. Non est enim charitas vera, si minus à duobus cubitis habet. Vnde Moyses cum per colores vestium, electorum virtutes exprimeret, in ornamento pontificis bis tinctum coccum iubet adhiberi. Quid nanque per coccum, nisi charitas designatur, quæ semper flamma amoris accenditur? Sed coccus bis tingitur, quando non

solum ex amore dei, sed etiam proximi nostra charitas inflammatur. Nam quisquis sic amat deum, vt commissi sibi proximi curam relinquat, adhuc in eo coccus semel tinctus est. Et quisquis sic amat proximum vt minuat desiderium quo flagrare debet in deum, non est adhuc in eo color tincturæ geminatus. Debemus ergo & amare eos cum quibus vicinamus, & ad illum totis desideriis anhelare, in quo veraciter viuamus. Ecce etenim ad fidem atque ad audiendum verbum omnipotentis domini nos qui religioso induti habitu videmur, ex diuersa mundi qualitate conuenimus, atque ex dissimilibus iniquitatibus in sanctæ Ecclesiæ concordia congregati sumus, ita vt iam patenter factum esse videatur quod de promissione Ecclesiæ per Esaiam dicitur: Habitabit lupus cū agno, & pardus cum hædo accubabit. Nam per sanctæ charitatis viscera lupus cum agno habitat, quia hi qui in seculo raptiores fuerunt, cum mansuetis ac mitibus in pace conuiescunt. Et pardus cum hædo accubabit, quia is qui peccatorum suorum maculis varius fuit, cum eo qui se despicit & peccatorem fatetur, humiliare consentit. Vbi & subditur: Vitulus & leo & ouis simul morabuntur. Quia & is qui per contritum cor ad quotidianum se deo sacrificium præparat, & alius qui tanquam leo ex crudelitate sæuebat, & alter qui velut ouis in innocentia suæ simplicitate perdurat, in caulis sanctæ Ecclesiæ conuenerunt. Ecce qualis est charitas, quæ per diuersitates mentium accenditur, concremat, conflat, & quasi in vna auri speciem reformat. Sed in eo quod se electi sic amant, ad illum necesse est vt festinent, quem æterno gaudio in caelis videre mereantur. Vnus est etenim dominus ac redemptor qui & hic electorum suorum corda ad vnanimitatem ligat, & ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. Vnde & illic subditur: Et puer paruul<sup>9</sup> minabit eos. Quis iste est puer paruulus, nisi de quo scriptum est: Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Qui simul habitantes minat, quia ne in terrenis rebus corda nostra inhæreant, hæc per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum eius minare, est ad suum nos amorem incessanter accendere, ne cum nos vicissim diligimus, mente in hoc exilio remaneamus; ne quies huius vitæ sic placeat, vt ad obliuionem patriæ perducat; ne delectata mens prosperis torpeat. Vnde & donis suis flagella permiscet, vt nobis omne quod nos in seculo delectabat, amarescat, & illud incendium surgat in animo, quod nos semper ad cælestis desiderium in quiete excitet: atque vt ita dicam, delectabiliter mordeat, suauiter cruciet, hilariter conuoluet. Puer ergo nos paruulus minat, quia is qui paulominus quam angeli minoratus est, per charitatem quam nobis tribuit, in hoc mundo mentem figere non permittit. Bis tinctus itaque in nobis coccus est, si & hic proximos nostros sicut nos diligimus, & ad authorem omnium cum ipsis quos diligimus festinamus. Si igitur vita nostra de perfecta charitate bis tingitur, frons in nobis portæ duobus cubitis mensuratur. Sive igitur doctor seu sacrum eloquium, vel certe fides portæ nomine figuetur, in mensura vtriusque cubiti charitas non inconuenienter accipitur: quia & ille vera prædicat, qui dei ac proximi amorem docet, & ipsa est certa scientia quam charitas ædificat, & fides robusta est, quæ se in dilectione dei ac proximi exercet. Sequitur: Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc & tres inde, & mensura vna trium.) Quid thalami, quid via orientalis designet, iam superius diximus, nec replicare latius necessarium putamus. Sed quærendum nobis est, quid est quod dicitur, tres hinc & tres inde? Thalami quippe iuxta viam orientalem sunt corda feruentium in amore dei. Et siue hi qui electi in testamento veteri fuerunt, siue hi qui in testamento nouo secuti sunt, nimirum constat, quia omnes ex amore trinitatis accensi sunt. Neque enim verè deum diligenter, si eiusdem trinitatis, quæ deus est, gratiam non accepissent. Iuxta viam ergo orientalem tres hinc & tres inde sunt thalami, quia dū inter veteres & novos patres dominus incarnari dignatus est, quasi in medio thalamorum via orientalis apparuit, qui thalami ad veram speciem ex trinitatis sunt cognitione decorati. Sin verò ad virtutes electorum eundem numerum referamus, tres sunt virtutes sine quibus is qui aliquid operari potest, saluari nō potest, videlicet fides, spes, charitas. Et quia eadē fides, spes, & charitas in antiquis patribus quæ in



**A** nouis doctoribus fuit, iuxta orientalem viam tres hinc & tres inde thalami describuntur. Vel certe quia tres patrum veterum distinctiones fuerunt, tres quoque nouorum sub gratia sequuntur. Vetus quippe populus habuit patres ante legem, ac deinde in lege, & postmodum prophetas. In nouo autem populo prius Hebræorum primitiæ crediderunt, postmodum plenitudo gentium fidem secuta est, ac deinde in fine seculi Hebræorum reliquiæ saluantur. Quia ergo incarnatio domini & ex superiori parte patres ante legem, patres in lege, atque ad extremum prophetas habuit, & ex posteriore fideles ex Hebræis, fideles ex gentibus, ac postmodum Hebræorum omnes reliquiæ collegit, orientalis via tres hinc & tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc quoque non inconuenienter accipimus, si tres esse fidelium ordines dicamus. Siue namque in veteri, seu in nouo testamento, alius est ordo prædicantium, alius continentium, atque alius bonorum coniugatorum. Vnde & idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit: Noë, Daniel, & Iob, in quibus videlicet tribus prædicatores, continentes, & coniugati signati sunt. Nā Noë arcam in vndis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel in aula regia abstinentiæ deditus fuit, & idcirco vitam continentium signauit. Iob vero in coniugio positus, & curam domus propriæ exercens placuit, per quem dignè bonorum coniugatorum ordo figuratur. Quia ergo etiam ante mediatoris aduentum, & prædicatores, & continentes, ac boni coniugati fuerunt, qui eundem eius aduentum præstolarentur, & magna hunc siti desiderij videre cuperent, & postmodum prædicatores continentes, ac boni coniugati, sicut cernimus, existunt. Qui redemptorem nostrum non iam desideramus incarnatum, sed in maiestatis suæ gloria contemplandum, orientalis via tres hinc, & tres inde thalamos habet, iuxta Psalmistæ vocem, qui de eadem via videlicet redemptore nostro dicit: In circuitu eius tabernaculum eius. Sed præstandum nobis est sollicita intentione quod dicitur, quia mensura vna trium. Cum enim longe sit à continentibus & tacentibus excellentia prædicatorum: & valde à coniugatis distet eminentia continentium: quid est quod vna mensura dicitur trium? Coniugati quippe quantum & bene agant, & omnipotentem deum videre desiderant, domesticis tamen curis occupantur, & necessitate cogente, in vtroque mentem diuidunt. Continentes autem ab huius mundi actione remoti sunt, & voluptatem carnis etiam à licito coniugio restringunt: nulla coniugis, nulla filiorum cura, nullis noxiis ac difficilibus rei familiaris cogitationibus implicantur: Prædicatores vero non solum se à vitis coercant, sed etiam alios peccare prohibent: ad fidem ducunt, in studio bonæ conuersationis instruunt. Quomodo ergo vna eorum mensura est, quorum vitæ æqualitas vna non est? Sed mensura vna trium est, quia et si in eis meritum magna est diuersitas, tamen distantia in fide in qua tenduntur non est. Nam eadem fides quæ istos solidat in maximis, illorum infirmitatem continet in paruis. Vel certe trium vna mensura est, quia in retributione vltima quantum eadem dignitas omnibus non sit, vna tamen erit omnibus vita beatitudinis. Vnde & per semetipsum dominus dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sed tamē qui in ea ducti sunt, quantum diuersis horis venerint, vnum denarium perceperunt. Quæ itaque ratione conueniant mansiones multæ cum vno denario: nisi quia diuersæ quidem beatorum ciuium dignitates erunt, sed tamē vna requies æternæ retributionis? Nā & si dispar erit meritum singulorum, non erit diuersitas gaudiorum: quia et si alter minus atque alius amplius exultat, omnes tamē vnum gaudium de conditoris sui visione lætificat. Hoc quoque est hinc de veteribus, seu de nouis patribus sentiendum, quia orientalis via cum tres hinc, & tres inde thalamos habet, mensura vna trium est, quoniam ipsa fides atque ipsum meritum tenuit corda præcedentium, quæ repleuit corda sequentium sub testamento nouo positorum, sicut & per Paulum dicitur: Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum. Et nos credimus propter quod & loquimur. Spirituales quippe illi patres omnipotentem deum trinitatem ita esse crediderunt, sicut eandem trinitatem noui patres aperte locuti sunt. Etiam namque audiuit angelica agmina in celo clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Vt eam personarum trini-

tas monstraretur, tertio sanctus dicitur. Sed vt vna esse substantia trinitatis appareat, non domini sabaoth, sed dominus sabaoth esse perhibetur. Quod David quoque sentiens ait: Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus. Qui cum tertio dixisset deus, vt vnum esse hunc ostenderet, subdidit: Et metuant eum omnes fines terræ. Paulus quoque loquitur dicens: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso videlicet, ex patre. Per ipsum, per filium. In ipso autem, in spiritu sancto. Quem ergo ipsum cum tertio dixisset, adiunxit. Ipsi gloria in secula seculorum, amen. Qui enim non dixit, ipsis, sed ipsi, dicendo ter ipsum, distinxit per personas & subiungendo ipsi gloria, non diuisit substantiam. Quia itaque vna est veterum ac nouorum patrum fides, rectè thalamos describitur mensura vna trium. Quod verbis aliis replicatur cum subditur: Et mensura vna frontium. Ex vtraque enim parte est mensura frontium, quia patres nostri vel prius à veteri, vel nunc à nouo testamento venientes, in vna mediatoris fide conueniunt. Qui pro eo quod charitate pleni sunt, carnem suam abstinentia edomant, corda audientium prædicationis lumine illustant, signa faciunt, virtutes operantur. Per hoc quod eorum bona nobis foris innotescunt, non immeritò huius ecclesiæ ædificij frontes vocantur. Omne enim quod nunc in aperto ostenditur, fons est: vt illud sit vestibulum ædificij, quod nobis interiori reservatur. Vnde & sanctæ Ecclesiæ in cantico canticorum dicitur: Sicut cortex mali punici genæ tuæ absque occultis tuis. Genæ quippe sunt sanctæ Ecclesiæ spirituales patres: qui nunc in ea miraculis coruscant, & velut in eius facie venerabiles apparent. Cui enim videmus multos mira agere, ventura prophetate, mundum perfectè relinquere, celestibus desideriis ardere, sicut cortex mali punici sanctæ genæ rubent. Sed quid istud est omne quod miramur, in illius rei comparatione de qua scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligentibus se? Bene ergo cum miraretur genas Ecclesiæ, subdidit: Absque occultis tuis. Ac si aperte diceretur: Ea quidem quæ in te non latent, magna sunt, sed illa valde ineffabilia quæ latent. Sequitur: Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum, & longitudinem portæ tredecim cubitorum. Multa superius de portæ significatione iam diximus. Sed vnum tenere aliquid debemus, per quod possit & cætera lectoris prudentia penetrare. Dicitur quippe est, per portam scripturam sacram posse significari. Sed hoc nobis modo laboriosè discutiendum est, cur latitudo liminis portæ decem cubitis, & longitudo portæ tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo portæ altitudo dicitur, sicut nos longæ staturæ dicimus, quem altum videmus. Nam longitudo portæ dici in transversum non potest, cuius latitudo per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis portæ, nisi lex testamenti veteris fuit: & longitudo portæ, nisi gratia testamenti noui? Quia videlicet scriptura sacra dum per testamentum vetus crimina operum compe-scuit, dari decimas præcepit, quasi per madata humilia in liminis latitudine iacuit. Sed dum per testamentum nouum cogitationes prauas coercuit, derelinqui omnia, & pro deo vitam corporis iussit cum præsentis seculo despici, quasi portæ nostra in longitudinis altitudine surrexit. Minora quippe præcepta Israelitico populo per legem data sunt. Vnde & eisdem populo Moyses in campo locutus est. Altiora dominus sanctis apostolis dedit. Vnde & eisdem mandatis vitæ in monte docuit. Dum vero redemptor noster per Euangelium dicit: Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Adimplere enim venerat legem qui legis iustitiæ gratiæ addidit, vt quod illa iubebat in minimis, ipse perfici adiuuaret in summis. Et quod illa coercerebat ab opere ipse rescicaret à corde. Intellecta ergo lex quæ in latitudine iacuit, in altitudine surrexit. Ipsa enim dei cognitio quæ apud illam in spiritualibus patribus fuit, nota omnibus Hebræorum populo non fuit. Nam omnipotentem deum, sanctam videlicet trinitatem cum prophetæ prædicarent, populus ignorabat: solum decalogum tenebat in fide, legem trinitatis nesciens. Mensuretur ergo latitudo liminis portæ decem cubitis, quia durus ille populus subtilitatem fidei ignorans, madata seruebat decalogi. Mensuretur ergo longitudo portæ

Rom. 9.

Eze. 14.

Psal. 17.

Ioan. 14.

2. Cor. 4.

Psal. 115.

Esa. 6.

Psal. 66.

Rom. 12.

Canti. 6.

Esa. 64.

1. Cor. 12.

Exod. 19.

Mat. 5.

**G** tredecim cubitis, quia per testamentum novum in corde fidelis populi super mandata decalogi quem verius custodit, cognitio trinitatis crevit: Et cum mandata legis perficit, trinitatem esse omnipotentem dominum credidit. Vbi & queri rationabiliter potest, cur istam latitudinem liminis portæ, quam superius dixerat vno calamo mensurari, inferius subiunxit quod decem cubitis mensuratur: ac deinde subditur quod longitudo portæ tredecim sit cubitis mensurata? Vnus etenim calamus iam, sicut sæpe dictum est, sex cubitos habet, & palmum: decem verò cubiti iam mensuram suam super calamum tenent: tredecim verò amplius quam decem. Quid est ergo quod prius vno calamo limen portæ: postmodum latitudo eius decem cubitis, ad extremum quoque longitudo portæ tredecim mensuratur, nisi quod sancti patres quos per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus, vnum quidem omnipotentem deum, sanctam videlicet trinitatem esse noverunt, sed eandem trinitatem quam cognoverant, aperte minime prædicaverunt? Qui eius iussionibus obedientes, & vite munditia conservantes, quasi in sex cubitis calami habuerunt perfectionem operis, & sæpe angelos videntes, habuerunt palmum contemplationis. Data autem lege, rudis ille Hebræorum populus mandata decalogi servare conatus est, sed tamen de cognitione sanctæ trinitatis eruditus non est. Et quantum hanc spirituales patres perfecte cognovissent, multitudo tam synagoga nec invenire mysterium trinitatis potuit, nec querere sciuit. Superveniente autem gratia per testamentum novum, omnis fidelis populus vnum deum trinitatem esse cognovit, & virtutem decalogi eius agnitione complevit. Prius ergo limen portæ mensuratur calamo vno, postmodum latitudo eius cubitis decem: atque ad extremum longitudo portæ cubitis tredecim: quia & sanctis patribus ante legem activa & contemplativa vita non fuit: & sub lege decalogi populus divine substantiæ mysterium nesciens, in mandatorum latitudinem servavit. Et nunc sub gratia custoditis verius decalogi præceptis, omnis qui ad fidem venerit, sanctæ trinitatis sacramenta cognoscit. Qua in re hoc quoque nobis sciendum est, quia & per incrementa temporum crevit scientia spiritalium patrum. Plus namque Moyses quam Abraham, plus propheta quam Moyses, plus Apostoli quam propheta in omnipotentis dei scientia eraditi sunt. Fallor si hæc ipsa scriptura non loquitur: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Sed hæc eadem quæ de Abraham, Moysè, prophetis & Apostolis diximus, & eiusdem scripturæ verbis si possumus ostendamus. Quis enim nesciat quia Abraham cum deo locutus est: & tamen ad Moysen dominus dicit: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Jacob, & nomen meum Adonai non indicavi eis. Ecce plus Moysi quam Abraham innotuerat, qui illud de se Moysi indicat, quod se Abraham non indicasse narrabat. Sed videamus si propheta plus quam Moyses divinam scientiam apprehendere potuerunt. Certe Psalmista dicit: Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Atque subiunxit. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Et iterum: Super seniores intellexi. Qui ergo legem meditari se memorat, & super omnes docentes se ac super seniores intellexisse testatur, quia divinam scientiam plusquam Moyses acceperat, manifestat. Quomodo autem ostendatur limus, quia plus sancti Apostoli edocti sunt quam propheta? Certe veritas dicit: Multi reges & prophetae voluerunt videre quæ videtis, & audire quæ auditis, sed non viderunt. Plus ergo quam prophetae de divina scientia noverunt, quia quod illi solo spiritu viderant, ipsi etiam corporaliter videbant. Impleta itaque est ea, quam superius diximus, Danielis sententia, quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Mensura ergo calami qui est sex cubitorum & palmo, ducatur ad cubitos decem: & mensura decem cubitorum ad extremum surgat in tredecim. Quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ aditus largius aperitur. Sequitur: Et marginem ante thalamos cubiti vnus. Sicut sæpe diximus, thalami corda electorum sunt, omnipotentis amore ferventia. Quid per marginem ante thalamos, nisi fides exprimitur: quia nisi prius ipsa teneatur, nullo modo ad spiritalem amorem pertingitur. Non enim charitas fidem, sed fides charitatem præcedit. Nemo enim potest amare quod non crediderit. Margo itaque

est ante thalamos, fides ante ardorem charitatis: quia sicut dictum est, nisi ex quæ audis credideris, ad amorem eorum quæ audieris, nullatenus inflammaberis. Sed margo ante thalamum cubiti vnus est, quia tunc fides corda audientium in amore copulat, quando per errores & schismata diuisa non est, sed in unitate perdurat. Vt videlicet margo vnus cubiti audientis animum ad thalamum perducatur, quia cælestis spiritus speciem quam hic prædicat, postmodum in cælestibus demonstrat. Vbi & bene subditur: Et cubitus vnus, finis vtrunque. Vtrunque autem dicitur, ac si dicatur vtrorumque. Per latitudinem quippe liminis, & longitudo portæ, vetus ac novum testamentum diximus designari. Ad extremum verò additur quod cubitus vnus sit finis vtrorumque, quia videlicet & testamentum vetus vnum nobis mediatorem dei & hominum nunciavit, & testamentum novum eundem nobis nunciat in æterna claritate venturum, quem iam pro nobis cognovimus incarnatum. Cubitus ergo vnus vtrorumque est, quia & quem lex prædixit, in carne apparuit: & ipse quem nunc testamentum novum loquitur, in gloria maiestatis apparebit. Et tunc vtrorumque finis erit, cum visus in divinitatis suæ potentia, omnia quæ sunt prædicta compleverit. Scriptum namque est: Finis legis Christus ad iustitiam credenti. Finis videlicet, non qui consumit, sed qui perficit. Tunc etenim legem perfecit, cum sicut lex prædixerat, incarnatus apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa novum testamentum loquitur, adhuc multa de regno illius narrat, quæ necdum videmus impleta. Ecce quotidie Evangelium legitur, ventura prædicantur. Tunc ergo erit & novi testamenti finis, cum & quæ de se promissit compleverit. Finietur vero testamentum novum, quia perficietur. Nam cum ipse de quo loquitur, visus fuerit, eiusdem testamenti verba cessabunt. Vnde & sanctæ Ecclesiæ veri luminis diem quasi tempus vernalis prætolanti per sponsi vocem dicitur: Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. iam enim hyems transit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra. Siue enim sancta Ecclesia, seu unaquæque electa anima, cælesti sponso est amica per amorem, columba per spiritum, formosa per morum pulchritudinem. Quæ cum iam de corruptione carnis ducitur, et proculdubio hyems transit, quia præsentis vitæ torpor abscedit. Imber quoque abiit & recessit: quia cum ad contemplandum in sua substantia omnipotentem deum educitur, iam verborum guttæ necessariae non erunt, ut pluvia debeat prædicationis infundi. Nam quod minus audire potuit, amplius videbit. Tunc apparent flores in terra, quia cum de æterna beatitudinis vita quadam suavitatis primordia prægustare anima coeperit, quasi iam in floribus odorata exit. Quod postquam egressa fuerit, in fructu vberius habebit. Vnde & illic subditur: Temputationis aduenit. Inputatione quippe sarmenata sterilia reciduntur, ut ea quæ prævalent, vberius fructum ferant. Nostræ itaque putationis tempus tunc aduenit, quando in fructum animæ peruenire valeamus. Qui fructus nobis erit vberimus, visio vnus cubiti. Ergo vnus est finis vtrunque, quia vnus est ille qui dixit: Singulariter sum ego donec transieram. Qui solus cum patre & sancto spiritu præsidet in cælo, sicut passer vnicus in ædificio. Quemadmodum implevit legem per mysterium incarnationis & perfectæ humanitatis suæ, ita testamenti novi promissa impleturus est per ostensam gloriam claritatis suæ. Hunc vnum nobis cubitum mensura quoque arcæ locuta est. Arca enim quæ trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est, sexaginta verò in latitudine, triginta autem in altitudine, in vno est cubito consummata. Quid enim per arcam nisi sancta Ecclesia figuratur, quæ inferius ampla est: superius angusta? Quæ à trecentis & sexaginta ac triginta cubitis ad vnum cubitum colligitur, quia latitudinem quam sancta Ecclesia in membris suis adhuc infirmantibus habet, paulisper angustata & in altum proficiens ad vnum tendit. Ipsa enim ratio exigit ut credamus quod in illa arcæ latitudine omnes bestię, cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerunt, homo verò atque volatilia nimirum in superioribus. Iuxta superiorem etenim partem fenestra fuit in latere, de qua coruum vel columbā dimisit homo, ut si iam diluuij transisset aqua, cognosceret. Et quia arca eadem in vno fuit cubito consummata, homo & volatilia

Dan. 12.

Exo. 6.

Psal. 118.

Ibidem.

Luc. 10.

Dan. 12.

Rom. 10.

Gen. 2.

Ibidem.

Psal. 140.

Gen. 6.

cum patre in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia. XVII.



**H**alami autem sex cubitorum erat hinc & inde. Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem viginti quinque cubitorum, ostium contra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frontem atriū portæ vndique per circuitum, & ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos, & fenestras obliquas in thalamis & in frontibus eorum, quæ erant intra portam vndique per circuitum. Similiter autem erant & in vestibulis fenestree per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum celata.

**M**emoratis superius thalamis, propheta subiungit, quia thalami sex cubitorum erant hinc & inde. Quia in re magna nobis quaestio generatur, cur superius thalamum vno calamo mensuratum dixit, quem videlicet calamum sex cubitos & palmum habere perhibuit: atque inferius thalamos sex solummodo dicit cubitis mensurari? Si enim non calamo, sed sex cubitis mensurantur, palmus deest, qui superius in mensura dicebatur adesse. Sed si thalami sunt mensurati atque cogitationes fidelium, in quibus castæ animæ conditori suo in amore iunguntur, & per sex cubitos perfecta operatio, per palmum vero inchoatio contemplationis exprimitur, sanctæ vniuersalis Ecclesiæ debemus membra conspicere: & citius inuenimus quia sunt in ea thalami vno calamo, & sunt alij sex tantummodo cubitis mensurati. Nam fideles quidam in illa omnipotentem deum ita amant, ut & in opere perfecti sint, & in contemplatione suspensi. Hi profecto calamum in mensura habent, quia & sex cubitos operationis, & palmum contemplationis possident. Quidam vero omnipotentem quidem deum diligunt, & perfecte in bonis operibus exercentur, sed tamen contemplari eius magnitudinem subtiliori intellectu nesciunt. Amant autem, sed inuestigare gaudia eius claritatis ignorant. Hi itaque sex cubitos habent, & palmum non habent, quia ei iam per amorem iuncti sunt, sed ex contemplatione disiuncti. Qui tamen thalami post commemorationem cubiti vnius, hinc & inde esse referuntur, quia videlicet in amore auctoris ac redemptoris nostri fideles animæ & ex iudaico populo & ex gentilitate conuenerunt. Vnde & idem redemptor noster cum a seculum sedens, Hierusalem tenderet, sicut Evangelista testatur, multi vestimenta sua strauerunt in via, alij autem frondes cedebant de arboribus, & sternerant in via, & qui præibant & qui sequebantur, clamabant dicentes: Osanna benedictus qui venit in nomine domini. Saluator etenim noster a seculo sedens, Hierusalem tendit, quando vniuersumque fidelis anima, regens videlicet iumentum suum, ad pacis intimam visionem ducit. Iumentum sedet etiam cum sanctæ Ecclesiæ vniuersaliter præsidet, eamque in supernæ pacis desiderium accendit. Multi autem vestimenta sua in via sternerunt, quia corpora sua per abstinentiam domant, ut ei iter ad mentem parent, & exempla bona sequentibus præbeant. Alij autem ramos vel frondes de arboribus cadunt, & sternerunt in via, quia in doctrina veritatis, verba atque sententias patrum ex eorum eloquio eripunt, & hæc in via dei ad auditoris animum venientes, humili predicatione submitunt. Quod indigne quoque & nos modo facimus. Nam cum patrum sententias in sermone exhortationis assumimus, frondes de arboribus cedimus, & hæc in via dei omnipotentis domini sternimus. Sed qui præibant & qui sequebantur, clamabant: osanna. Precessit quippe iudaicus populus, secutus est gentilis. Et quia omnes electi siue qui in iudæa esse potuerunt, siue qui nunc in Ecclesia existunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt & credunt, qui præeunt & qui sequuntur, osanna clamant: Osanna autem latina lingua, salua nos dicitur: Ab ipso enim salute & priores quaesierunt & presentes quaerunt, & benedictum qui venit in nomine domini confitentur, quoniam vna spes, salua nos.



**A** iuxta cubitum fuerunt. Recte itaque per arcam vniuersa Ecclesia designatur, quæ adhuc in multis suis carnalibus lata est, in paucis spiritalibus angusta. Et quia ad vnum hominem qui est sine peccato colligitur, quasi in vno cubito consummatur. Videmus etenim multos intra eiusdem sanctæ Ecclesiæ sinu in superbia erigi, in carnis voluptate dissolui, acquirendis terrenis rebus inhiare, imperite avaritia mare transire, deseruire iracundie, iurgis vacare, proximos quos praualeat lædere. Sed quia eos adhuc sancta ecclesia tolerat ut conuertat, quasi in arcæ latitudine deorsum bestiarum morantur. Videmus alios iam aliena non querere, illatas iniurias æquanimiter portare, rebus propriis esse contentos, humiliter viuere. Sed quia isti iam pauci sunt, angustatur arca. Alios autem conspicimus etiam possessa relinquere, nullum terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem à cunctis voluptatibus domare, motus omnes sub rationis iudicio premere, per cœlestis desiderium contemplationis pennas subleuare. Sed quia tales quique valde rari sunt, in arca iuxta cubitum ducuntur, vbi homines & volatilia continentur. Queratur tamen si quis in eis esse valeat sine peccato, & nullus inuenitur. Quis itaque homo sine peccato est, nisi ille qui in peccato natus non est? In vno ergo cubito consummatur arca, quia vnus est auctor & redemptor sanctæ Ecclesiæ sine peccato, ad quem omnes proficiunt qui se esse peccatores nouerunt. Dicitur itaque de limine & porta. Et cubitus vnus, finis vtriusque. Quia cum vnus mediator dei & hominum Christus Iesus in maiestate sua apparuerit, omnia vtriusque testamenti quæ prædicta & promissa sunt complebit. Sine vero vtraque hoc loco marginem ac thalamos memorat, neque hoc ab hac sententia abhorret, quia cum maiestas redemptoris nostri nobis fuerit ostensa, finitur fides, cum iam coeperit videre homo quod credidit. Et ad finem suum perueniunt thalami, quia corda fidelium incomparabiliter longè quàm modo sunt in amore illius perficiuntur. Cubitus ergo vnus finis vtriusque est: quia vnus domini & saluatoris vnio in electis suis fidem finit, & charitatem perficit. Considerare libet qui nos sumus qui ista tractamus. Certè ex gentibus venimus, certe parentes nostri lignorum ac lapidum cultores fuerunt. Vnde ergo hoc nobis ut ea que nunc vsque Hebræi nesciunt, Ezechielis propheta tam profunda mysteria rimemur? Agamus ergo gratias toto desiderio vni, qui cuncta quæ de eo in sacro eloquio scripta sunt, opere impleuit, ut quæ intelligi audita non poterant, visa paderentur. Ibi quippe incarnatio, ibi passio, ibi mors, ibi resurrectio, ibi ascensio illius continetur. Sed quis nostrum hæc audita crederet, nisi facta cognouisset? Signatum ergo librum, sicut in Ioannis Apocalypsi legitur, quem aperire & legere nemo poterat, leo de tribu iuda aperuit, quia omnia eius nobis mysteria in sua passione ac resurrectione patefecit. Et per hoc quod infirmitatis nostræ mala pertulit, suæ nobis potentia & claritatis bona monstrauit. Caro enim factus est, ut nos spirituales faceret: benigne inclinatus est, ut leuaret: exiit, ut introduceret: visibilis apparuit, ut invisibilia monstraret: flagella pertulit, ut sanaret: opprobria & irrisiones sustinuit, ut ab opprobrio æternò liberaret: mortuus est, ut viuificaret. Agamus ergo gratias viuificantis & mortuo, & ideo amplius viuificantis, quia mortuo. Vnde bene salutem nostram, & passionem illius Eliaïa contemplatus ait: Ut faciat opus suum, alienum est opus eius: ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus etenim dei est animas quas creauit colligere, ad æternæ lucis gaudia reuocare. Flagellari autem atque spatis illiniri, crucifigi, mori, atque sepeliri, non hoc in sua substantia opus dei est, sed opus hominis peccatoris, qui hæc omnia meruit per peccatum. Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Et qui in natura sua antè semper incomprehensibilis, in natura nostra comprehendidignatus est ac flagellari, nisi ea quæ erant infirmitatis nostræ susciperet, nunquam nos ad suæ fortitudinis potentiam subleuaret. Vnde ergo faciat opus suum? Alienum opus eius, & ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo: quia incarnatus deus ut nos ad suam iustitiam colligeret, dignatus est pro nobis tanquam peccator homo vapulare. Et alienum opus fecit ut faceret proprium, quia per hoc quod infirmitas mala nostra sustinuit, nos qui creatura illius sumus, ad fortitudinis suæ gloriæ perduxit. In qua viuuit & regnat

Apoc. 5.

Esa. 27.

1. Pet. 2.

Eze. 40.

E

F

Mat. 21.  
Luc. 19.

\*uel.

Osanna Latine dicitur salua nos.



**G** vna fides est precedentium atque sequentium populorum. Nam sicut illis peccata passione ac resurrectione eius sanata sunt, ita nos praeterita passione illius ac permanenti in secula resurrectione saluamur. Quae enim priores nostri ex Iudaico populo crediderunt atque amauerunt venturum: hunc nos & venisse credimus & amamus, eiusque desiderio accendimur, ut eum facie ad faciem contempleretur. Thalami ergo eius hinc & inde sunt, quia corda amantium fidem quae in illo est & a priori parte seculi & ab ultima complectuntur. Sequitur: Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius, latitudinem viginti & quinque cubitorum. Saepem iam diximus portam fidem, & per eandem fidem ipsum dominum ac redemptorem nostrum mediatorem dei & hominum Iesum Christum posse signari, quia per fidem quae in eo est, introitus ad fidem patet. Sed etiam scripturam sacram quae nobis eandem ipsam fidem in redemptoris nostri intellectum aperit, non immerito portam accipimus, quia ea ut oportet cognita ad intelligenda visibilia intramus. Si igitur hoc in loco, ut praediximus, porta scriptura accipitur: quaerendum est quid per tectum thalami, quid per tectum portae signetur. Sed habet thalamus tectum, quia operata est mens amantium, & adhuc fervor amoris in occulto est. Habet quoque & porta tectum, quia scriptura tota quidem propter nos scripta est, sed non tota intelligitur a nobis. Multa quippe in illa ita aperta sunt ut pascant paruulos, quaedam vero obsecratoribus lententis ut exerceant fortes: quatenus cum labore intellecta plus grata sint. Nonnulla autem ita in ea clausa sunt, ut dum ea non intelligimus, agnoscimus infirma nostrae excitatis, ad humilitatem magis quam ad intelligentiam proficiamus. Sunt enim quaedam quae ita de caelestibus loquuntur, ut solis illis supernis ciuibus in patria sua persistentibus pateant: nec dumque nobis peregrinantibus referentur. Nam si quis ad urbem incognitam pergens, multa de illa in via audiat: quaedam quidem ex ratione colligit, quaedam vero quia necdum videt nullo modo cognoscit: ipsi vero ciues qui in ea sunt, & quae de illa tacetur vident, & quae de illa dicuntur intelligunt. Nos igitur in via adhuc sumus, multa de illa caelesti patria audimus, alia iam per spiritum & rationem intelligimus, quaedam vero non intellecta veneramus. Unde & de eodem sacro eloquio scriptum est: Extendens caelum sicut pellem, qui regis in aquis superiora eius. Coelum quippe sicut pellis extenditur, quia per ora mortalium scriptura sacra nobis in expositionibus explicatur. Sed sunt aquae in caelo, superiores videlicet multitudines, id est angelorum agmina, in quibus eiusdem caeli teguntur superiora, quia ea quae in sacro eloquio altiora & obscuriora sunt, angelicis solummodo spiritibus patet, & nobis adhuc incognita perdurat. Habet ergo thalamus tectum, quia nescit adhuc proximum quantum amatur a proximo. Porta quoque id est sacrum eloquium habet tectum: quia necdum omnia penetrare intellectu possumus quae de caelestibus audimus. Restat ergo, ut in his quae intelligimus, in profectu quotidie charitatis ambulemus. Et quavis in nobis proximi quoque nostri non videant quantum diligatur a nobis, atque in sacro eloquio ea quae necdum intelligimus humiliter veneramus, in his tamen ad quae intelligendo pervenimus, dilatarum per bonam operationem debemus. Unde & dicitur: Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius latitudinem viginti & quinque cubitorum. Quinque enim carnis sensibus praediti sumus, videlicet visu, gustu, olfactu, auditu, atque tactu. Isdem vero quatuordecim numerus per semetipsum multiplicatus, ad vicissimum & quinquagesimum numerum surgit. Operari autem exteriorum quiddam de mandatis caelestibus, sine istis corporeis quinque sensibus non valeamus. His quippe officiis suis index animus interior praesidet, & quid exterior agere iuste vel misericorditer possit, quasi eiusdem officiis renunciantibus ac deseruentibus agnoscit. Cum ergo timore omnipotentis domini animus impletur, necesse est ut quinque nostri sensus nobis velut subiecta officia in bona operatione deseruiant. Per quos cum aliquid agere misericorditer ceperimus, plus se quotidie ipsa misericordia aperit, & quasi quidam sinus boni operis expandit. Quinque igitur sensus multiplicantur in se, dum hoc quod per ipsos agitur, in bono quotidie opere per profectum multiplicatur. Unde & latitudo esse viginti & quinque cubitorum dicitur, quia timor, tenacia, & pigredo angustia est. Quisquis enim ideo

indigenti dare panem metuit, ne sibi desit: adhuc in angustia timoris est. Quisquis igitur vestimentum argenti non porrigit quia hoc solus habere concupiscit, adhuc tenaciae suae angustia coarctatur. Quisquis ideo bonum non agit, quia tepore animi torpescit, ipse eius torpor angustia est. Respicere autem inopem, exaudire precem, largiri stipem, praebere defensionem, atque pro eiusdem defensione pauperis, adversantis cuiuslibet inimicitias non timere: magna mentis latitudo est. Mensuratur ergo inter thalamum & portam ea quae interest latitudo, cubitis viginti & quinque, quia in exteriorum sensuum operatione probatur & cognoscitur quae intrinsecus largitas operantis habeatur. Nam quid iam de scriptura sacra didiceris & quantum proximum tacitus ames, in latitudine boni operis ostendis. Pateat itaque viginti & quinque cubitis latitudo inter thalamum & portam, quia inter charitatem & scientiam testis est bona operatio. Quae si fortasse defuerit, profecto certum est nec cognovisse te deum, nec diligere proximum: id est nec portam sacri eloquii, nec amoris thalamum habere. Et notandum quod a tecto thalami usque ad tectum portae dicitur mensuratum. Per ea enim quae nobis in sacra scriptura cooperta sunt, nostra humilitas approbatur, quia quicquid in illa non intelligimus, non superbe reprehendere, sed venerari humiliter debemus. Unde & de domino scriptum est: Palpebrae eius interrogant filios hominum. Palpebrae quippe eius interrogant, quando aliquid nobis claudit, & aliquid aperit. Aperiendo nos interrogant, si intelligendo non extollimur. Claudendo nos interrogant, si non despiciamus quae intelligere non valeamus. Per ea autem quae de charitate nostra proximis nostris non loquimur, in conspectu dei verius probamur. In quorundam enim ore charitas ficta est, in quorundam cordibus vera. Et saepe de charitate ostenditur quod non est, & demonstratur quod est. Amorem itaque nostrum erga proximum plus bona operatio loquitur quam lingua: ut in ipso bono opere proximus noster amari se videat. Et cum tantum non possumus quantum volumus operari, omnipotentis deo occulta amoris nostri sufficient. A tecto ergo thalami usque ad tectum portae sit magna latitudo, ut ab occultis nostrae charitatis propter proximum usque ad humilitatem scientiae, & propter deum, in quantum intelligimus & valeamus, bona semper operemur. Potest enim porta ipse iam aditus regni caelestis intelligi. Habet nunc thalamus tectum: habet & porta tectum: quia & quanta sit nostra charitas inter deum & proximum, non cognoscitur: & quando de hoc seculo ad aeternae vitae requiem introducatur, ignoratur. Esse enim nobis conditor noster diem mortis nostrae incognitum voluit: ut dum semper ignoratur, semper esse proximus credatur: & tanto quis ferventior sit in operatione, quanto & incertus est de vocatione. Unde & latitudo viginti & quinque cubitorum a thalamo ad portam tenditur: quia charitatem quam semel in deo & proximo concepimus, usque ad ingressum regni debemus omne quod possumus multipliciter atque incessanter operari. A tecto itaque thalami usque ad tectum portae magna latitudo est: quia ex gratia qua inchoamus deum diligere, usque ad ipsam dilectionem quae nobis aditum regni caelestis aperit, debemus nosmetipsos in magna bonorum operum actione dilatare: adversa patienter perpeti, benigna charitatis obsequia libenter impendere, ipsos etiam quos patimur amare, habita tribuere, non habita non ambire, proximos sicut semetipsos diligere, eorum bona nostra credere, eorum mala quasi propria desistere. In tali ergo mente magna latitudo est, in qua angustia odiorum non est. Quam profecto latitudinem ex dei & proximi amore concipimus, quantum per sacra mandata cognovimus. Nam & ipsos latitudines viginti & quinque cubitos non inconuenienter intelligimus, si eos iuxta sacrum eloquium discutere velimus. Sex enim cubitis mensuratos thalamos dixerat, & sexto die homo est conditus: eo quoque die dominus perfecisse opera sua describitur. Unde etiam pro perfectione poni senarius numerus solet. Et quia omnem operationem bonam per quatuor sancti Evangelii libros agnovimus, si sex quater ducimus, ad viginti & quatuor pervenimus. Cui monas additur, quia in uno semper deo bene omnes operamur. Viginti ergo & quinque cubitis latitudo haec explicari debuit: quia omnis bona operatio per quatuor sancti Evangelii, ut diximus, libros

Psalm. 103.

Psalm. 103.

Genesi. 1.



**A** libros agnoscitur: & in vnus dei cognitione & confessione completur. Sequitur: Et ostium contra ostium. Hoc loco contra non ad aduersitatē ponitur: sed ad rectitudinem. Ostium enim contra ostium est, cum recto itinere ab exteriori ad interiorē aditum peruenitur. In cognitione vero omnipotentis dei primum ostium nostrum fides est, secundū vero species illius, ad quam per fidem ambulando peruenimus. In hac etenim vita hanc ingredimur, vt ad illam postmodum perducamur. Ostium ergo contra ostium est, quia per aditum fidei, aperitur aditus visionis dei. Si quis vero vtraque hæc ostia in hac vita velit accipere, neque hoc à salubri intelligentia abhorret. Nam sæpe volumus omnipotentis dei naturam inuisibilem considerare, sed nequaquam valeamus: atque ipsis difficultatibus fatigata anima ad semetipsam redit, sibi que de seipsa gradus ascensionum facit: vt primum semetipsam, si valet, consideret, & tunc illam naturam quæ super ipsam est, in quantum potuerit, inuestiget. Sed mens nostra si in carnalibus imaginibus fuerit sparsa, nequaquam vel se vel animæ naturam considerare sufficit: quia per quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstacula cæcatur. Primus ergo gradus est vt se ad se colligat. Secundus, vt videat qualis est collecta. Tertius, vt super semetipsam surgat, ac se contemplationi authoris inuisibilis intendendo subiciat. Sed se ad se nullatenus colligit, nisi prius didicerit terrenarum atque celestium imaginum phantasmata ab oculo mentis compescere: quicquid de visu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, quicquid de tactu & gustu corporeo cogitationi eius occurrerit, respicere atque calcare: quatenus talem se querat intus, qualis sine istis est. Nam hæc quando cogitat, quasi quasdam umbras corporum introrsus versat. Abigenda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis: quatenus talem se anima consideret, qualis sub deo super corpus creata est, vt à superiore viuificata, viuificet inferius quod administrat. Quæ & sic insula est corpori vt non per membrorum partes partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutitur, tota dolet. Miro autem modo, vna eademque viuificatione membrorum præsidens, cum ipsa per naturam non diuersa sit, per corpus tamen agit diuersa. Ipsa quippe est quæ per oculos videt, per aures audit, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, & tangendo lenè ab aspero discernit. Et cū tā diuersa per sensus operatur, non hæc diuersa, sed vna illa, in qua creata est, ratione disponit. Cū ergo seipsam sine imaginibus corporis cogitat anima, iam primum ostium intrauit. Sed ab hoc ostio ad illud tenditur, vnde de natura dei omnipotentis aliquid contempletur. Anima itaque in corpore, vita est carnis. Deus vero, qui viuificat omnia, vita est animarum. Si igitur tantæ est magnitudinis vt comprehendi non possit vita viuificata, quis intellectu comprehendere valeat, quantæ maiestatis sit vita viuificans? Sed hoc ipsum considerare atque discernere, iam est aliquatenus intrare: quia ex sua æstimatione anima colligit quid de incircumscripito spiritu sentiat, qui ea incomprehensibiliter regit quæ incomprehensibiliter creauit. Conditor etenim noster longè incomparabiliter creaturæ suæ præsidet: & quædam operatur vt sint, nec tamen viuunt: quædam vero vt sint & viuant, nec tamen discernere aliquid de vita valeant: quædam autem vt sint, viuunt atque discernant.

**C** Et operatur vnus omnia, sed in omnibus non diuisus. Est enim verè summus, & nunquam sibi dissimilis. Anima autem etsi per naturam sibi metipsi diuersa non est: per cogitationem tamen diuersa est. Eo enim momento iste quo de visu cogitat: de auditu cogitare obliuiscitur: & eo momento iste quo de auditu vel gustu cogitat, de odoratu vel tactu cogitare non præualet: quia per contemtionem & obliuionem fit semper sibi metipsi dissimilis: vt nunc hoc, nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem deus, quia sibi metipsi similis est, ea virtute videt qua audit: omnia ea virtute creat, qua iudicat creata. Fines ergo & videre, simul omnia administrare est, & administrata conspiciere. Nec alia cogitatione iustus adiuvat, atque alia iniustus damnat: sed vna eademque viuaturæ singularis, sibi semper indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia creatoris admiremur, qui virtutis eius vestigia & in creatura conspiciamus? Natura quippe lutæ & ceræ diuersa est, solis vero radius non est diuersus, & tamen

cum diuersus non sit, diuersa sunt quæ in luto operatur & ceræ: quia vno eodemque sui ignis calore lutum durat, & ceram liquat. Sed fortasse hoc in natura lutæ vel ceræ est, non in ipsa solis substantia, quæ in naturis diuersis diuersa videtur operari. Omnipotens autem deus in semetipso habet sine immutatione mutabilia disponere: sine diuersitate sui diuersa agere: sine cogitationum vicissitudine dissimilia formare. Longe ergo dissimiliter operatur dissimilia nunquam sibi dissimilis deus, qui & vbique est, & vbique totus est. Ait enim: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Et de ipso scriptum est: Quicælum metitur palmo, & terram pugillo concludit. Ex qua re considerare necesse est: quia is qui cælum velut sedem præsidet, super & intus est. Et qui cælum palmo, & terram pugillo concludit: exterius superius, & inferius est. Vt ergo indicaret omnipotens deus interiorē se esse & superiorē omnibus, cælum ipse sibi sedem esse perhibuit. Vt vero se ostenderet omnia circumdare: cælum metiri palmo, & terram se afferit pugillo concludere. Ipse est interior & exterior: ipse inferior & superior: regendo superior, portando inferior: replendo interior, circumdando exterior. Sicque est intus vt portet, sic circumdat vt penetret: sic præsidet vt portet, sic portat vt præsideat. Cū ergo eleuata ad seipsam anima suum modulum intelligit, & quia corporalia omnia transcendat agnoscit: atque ab intellectu suo se ad authoris intellectum tendit, quid iam hæc, nisi ostium contra ostium aspicit? Vnde & authori omnium propheta dicit: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Quia quantumlibet intenderit: nec semetipsam anima perfecte sufficit penetrare, quātomagis illius magnitudinem qui potuit & animam condere? Cūque in scientia dei intellectu laboraret, lassescens ac deficiens subdidit: Cōfortata est, nec potero ad eam. Sed cū conantes atque tendentes quiddam iam de inuisibili natura conspiciere lassamur, reuertebamur, repellimur: & si interiora penetrare non possumus, tamē iam ab exteriori ostio interioris ostium videmus. Ipse considerationis labor ostium est: quia ostendit aliquid eo quod intus est, & si adhuc ingrediendi potestas non est. Sequitur: Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frontem atrium portæ vndique per circuitum. Sæpe iam diximus senario numero perfectionem boni operis designari: nō illud sequentes quod conati sunt huius seculi sapientes astruere: dicentes idcirco senarium numerum esse perfectum: quia suo ordine numeratus perficitur: vt cū vnus duo tres dicuntur: senarius numerus impletur: vel quia in tribus partibus diuiditur, id est, sexta, tertia, & dimidia: videlicet in vno, duobus, & tribus: sed idcirco senarium numerum esse perfectum: quia sicut paulo ante dictum est: Sexto die perfecit deus omnia opera sua. Quoniam verò peccatori homini legem dedit: quæ in decem præceptis scripta est, & sexdecies ducta in sexagenarium surgant: rectè per sexaginta cubitos, bonorum operum perfectio designatur. Quod apertè etiam dominus in euangelio designat: qui cū parabolam seminantis exponeret, dixit: Aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem & excrescentem, & afferbat vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum. Fructus etenim terræ bonæ triginta afferit: cū mens perfectionem fidei, quæ est in trinitate cōceperit. Sexaginta afferit: cū bonæ vitæ opera perfecte protulerit. Centum vero afferit: cū ad æternæ vitæ contemperationem profecerit. Sinistra enim nostra, est vita præsens: dextera verò, est vita ventura. Et rectè per centenarium numerum æternæ vitæ contempletio designatur: quia cū post triginta ac sexaginta ad centesimum numerum computandum peruenimus: idem centenarius numerus in dexteram transit. Fides atque operatio adhuc in sinistra est: quia hic adhuc positi & credimus quod non videmus, & operamur vt videamus. Cū verò iam se auimus in contemperationem æternæ vitæ suspenderit, quasi ad dexteram manum computus peruenit. Fecit itaq; frontes per sexaginta cubitos. Quia enim per sexagenarium numerum perfectio: quid per frontes ædificij, nisi ipsa opera designantur quæ exterius videntur? Predicationis enim verbū tribuere, alimēta esurientibus, vestimenta algentibus dare, & pro bono opere patienter aduersa tolerare: quid aliud quam frontes sunt ædificij celestis? quia pulchritudo operū exteriorum ornat habitaculum dei, quod

Es. 66.  
Es. 4.

Psal. 138.

Ibidem.

Gene. 1.

Mat. 13.

Mat. 4.

1. Cor. 12.



**G** quod adhuc latet intrinsecus. Sed istae frontes habent atrium vadique per circuitum, quia in hoc magna sunt opera, si haec in mente dilatatur amplitudo charitatis. De charitate quippe scriptum est: Latum mandatum tuum nimis. De hac iterum Psalmista ait: Statuisti in loco spatiofo pedes meos. Sed ecce dum loquor, animo occurrit quomodo lata est charitas. Si per charitatem pertingitur ad deum, & per semetipsam veritas dicit: Intrate per angustam portam: & rursus Psalmistam audio dicentem: Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras: atque in Evangelio dominus dicit: Iugum enim meum suave est, & onus meum leue: quomodo ergo aut lata charitas, si angusta porta: aut quomodo iugum suave est, & onus leue, si in praecipis dei viae durae sunt quae custodiuntur? Sed haec nobis quaestione citius ipsa veritas soluit, quia via dei & inchoantibus angusta est, & perfecte iam viuentibus lata. Et dura sunt quae contra usum spiritualiter animo proponimus, & tamen onus dei leue est postquam hoc ferre coeperimus: ita ut pro amore eius etiam persecutio placeat, & omnis pro eo affectio in mentis dulcedine veniat, sicut sancti quoque Apostoli gaudebant, cum pro domino flagella tolerabant. Ipsa ergo angusta porta amantibus lata fit, ipsae viae durae spiritualiter currentibus molles & planae fiunt, dum scit animus se pro temporalibus doloribus gaudia aeterna recipere, & hoc incipit quod alligitur amare. Atrium ergo ante frontes eius, in perfectione operis est latitudo dilectionis.

**H** Et notandum quod dicitur: Undique per circuitum: ut vide licet homo per omne quod agit, semper se in charitatis amplitudine dilatet, ne hunc aut timor, aut odia angustet. Siquis ergo de verbo dei loquitur, & charitatem quam praedicat, in mente non seruat, aedificij frontem habet, sed atrium ante frontem non habet. Si quis elemosynam indigentibus largitur, & per hanc fortasse in corde extollitur, nec ex charitate proximi inopiae subuenit, sed se elatione tacita extollit: frontem quidem in aedificio ostendit, sed iuxta frontem atrium non fecit. Si quis illatas a proximo contumelias tolerat, & mala obiecta tacitus portat, magna est patientia quam demonstrat, si dolorem in corde non habeat, si lucrari ad tranquillitatem mansuetudinis etiam ipsum qui male excesserat, quaerat. Nam si patientiam exterius adhibeas, intus dolorem tenet, nec amat eum quem sustinet: habet quidem frontem in aedificio, sed ante frontem atrium non habet: quia is qui se angustiae odiorum subdidit, profecto charitatis latitudinem amisit. Nam sicut in superiori parte iam diximus: Patientia enim vera est, quae & ipsum amat quem portat. Nam tolerare, sed odisse non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Et notandum quod hoc ipsum atrium portae dicitur. Porta quippe nostra est aditus ad regnum. Et deum ac proximum perfecte amare, iam ad ingressum regni est tendere. In quantum enim quisque amat, intantum ad ingressum propinquat.

**I** In quantum vero amare negligit, intantum ingredi recusat: quia nec studet videre quod appetit. Tunc ergo habemus atrium portae, quando ex latitudine charitatis ad supernam vitam quam adhuc contingere minimè possumus, iam per desiderium intramus. Itaque cum bonum opus erga proximum agitur, restat ut eiusdem boni operis intentio discernatur, si non praesentis gratiae retributionem quaerit, sed spem suam aeterna, ex terrenis caelestia speret. Spes enim caelestium mentem solidat, ne concutiatur fluctibus tumultuum terrenorum.

**Heb. 6.** De qua & per Paulum dicitur: Quam sicut anchoram habemus animae tutam ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis. De quibus interioribus hic quoque subiungitur: Et ante faciem portae quae pertingebat usque ad faciem vestibuli portae interioris quinquaginta cubitos. Hoc quod hoc loco dicitur, ante faciem portae non exterior, sed interior ante portam locus describitur, dum usque ad faciem vestibuli portae interioris pertingere perhibetur. Unde & idem locus quinquaginta cubitis dicitur mensuratus. Per quinquagenarium enim numerum requies aeterna signatur. Habet enim septenarius numerus perfectionem suam, quia eo die dierum numerus est completus. Et per legem sabbatum in requiem datum est. Ipse autem septenarius per semetipsum multiplicatus, ad quadraginta & novem ducitur. Cui si monas additur ad quinquagenarium pervenitur: quia omnis nostra perfectio

in illius unius contemplatione erit, in cuius nobis visione fam minus aliquid salutis & gaudij non erit. Hinc etiam lubileus id est annus quinquagesimus in requiem datus est, quia quisquis ad omnipotentis dei gaudia pervenerit, laborem & gemitum ulterius non habebit. Notandum vero, quia locus qui describitur per quinquaginta cubitos tendi, ad faciem vestibuli portae interioris pertingere memoratur. Non ergo hoc loco propheta iam ipsum vestibulum portae interioris, sed locum interius qui tendit ad vestibulum portae interioris narrat. Per quem locum utique, sicut diximus, spes nostra signatur, quae dum aeternam requiem quaerit, mentem ad vestibulum portae interioris ducit. Hoc ipsum enim quod desideramus caelestia, quod ad promissa gaudia suspiramus, quod aeternae vitae requiem quaerimus, iam ad interioris vestibuli faciem propinquamus. Signetur ergo per portam fides per atrium charitas, per locum vero qui ad faciem vestibuli portae interioris propinquat, figuretur spes: sine quibus tribus virtutibus quisquis iam uti ratione potest, ingredi ad caeleste aedificium non potest. Habeat ergo fides in porta, quia introducit ad intelligentiam. Charitas in atrio, quia mentem dilatatur in amore. Spes in loco quinquaginta describitur cubitis, quia per desideria atque suspiria introducit animum ad secreta gaudia quietis. De qua quiete etsi adhuc sicut est veritatis lumen non cernimus, iam tamen per rimas intelligentiae aliquid videmus. Unde & hic subditur: Et fenestras obliquas in thalamis. In fenestris obliquis pars illa per quam lumen intrat, angusta est: sed pars interior quae lumen suscipit lata. Quia mentes contemplantium quantum aliquid tenuiter de vero lumine videant, in semetipsis tamen magna amplitudine dilatantur. Quae videlicet & ipsa quae conspiciunt, capere pauca vix possunt. Exiguum valde est, quod de aeternitate contemplantes vident, sed ex ipso exiguo laxatur sinus mentium in augmento fervoris & amoris. Et inde apud se amplae sunt, unde ad feneritatis lumen quasi per angustias admittuntur. Quae magnitudo contemplationis, quia concedi non nisi amantibus potest, in thalamis obliquae fenestrae esse perhibentur: vel in his quae iuxta thalamos non iam extrinsecus, sed esse intrinsecus dicuntur. Nam de eisdem fenestris subditur: Et in frontibus eorum quae erant intra portam vadique per circuitum. Erant enim in thalamis, erant & in frontibus eorum, quae intra portam vadique per circuitum fuerant constructae: quia qui cor intus habet, ipse quoque lumen contemplationis suscipit. Nam qui adhuc exteriora immoderatus cogitant, quae sint de aeterno lumine rimae contemplationis ignorant. Neque enim cum corporearum rerum imaginibus illa se infusio incorporeae lucis capit: quia dum sola visibilia cogitantur, lumen invisibile ad mentem non admittitur. Sed quisquis iam luminis contemplationis intendit, curare magnopere debet, ut mentem semper in humilitate custodiat: nunquam se de gratia qua infunditur extollat, & ipsas quae mentes contemplantium signant, quales sint obliquae fenestras consideret. Per obliquas etenim fenestras lumen intrat, & fur non intrat: quia hi qui vere speculatores sunt, semper sensum in humilitate deprimunt, atque ad eorum mentes intelligentiae contemplationis intrat, sed factantia elationis non intrat. Et patent itaque fenestrae, & munitae sunt: quia & aperta est in metibus eorum gratia qua replentur, & tamen ad se aduersarium ingredi ad superbiam non permittunt. Notandum vero, quod intra portam vadique per circuitum fenestrae obliquae esse memorantur. Non enim contemplationis gratia summis datur, & minimis non datur, sed saepe hanc summis, saepe minimis, saepe remotis, aliquando eam confugati percipiunt. Si ergo nullum est fidelium officium a quo possit gratia contemplationis excludi, quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumine contemplationis potest: quia intra portam vadique per circuitum fenestrae obliquae constructae sunt, ut nemo ex hac gratia quasi de singularitate gloriatur. Nullus se donum veri luminis aestimet habere privatum: quia in eo quod se habere praecipuum putat, saepe alter est ditior, quae habere apud se boni aliquid non putat. Unde hic quoque adhuc apte subiungitur: Similiter autem erant, & in vestibulis fenestrae per gyrum intrinsecus. Postquam dixit fenestras in frontibus: adiungit fenestras in vestibulis per gyrum intrinsecus: quia non solum altae sanctae Ecclesiae membra quae prominent, habent contempla-



tionis gratiam, sed plerunque hoc donum etiam illa mēbra percipiunt, quæ etiam iam per desiderium ad summa emicant, tamen adhuc per officium in imis iacent. Nisi enim his qui despecti videntur, omnipotens deus lumen contemplationis infuderit, fenestræ in vestibulis non fuissent. Videmus itaque alios in summis locis sanctæ Ecclesiæ constitutos, alta de ecclesiis loqui: miro studio in quantum illustrata mens sufficit supernæ patriæ secreta rimari, quia fenestræ sunt in frontibus. Alij vero in sanctæ Ecclesiæ sinu continentur, & despecti hominis oculis videntur, sed apud se sapientiæ studiis vacant, ad cœlestia auhelant, atque in quantum prævalent quæ sint gaudia æterna considerant. Fenestræ itaque obliquæ sunt, sed in vestibulis. Bene autem dicitur per gyrum, quia omnis inquisitio secretarum rerum gyrū habet, dum in cogitatione tua dicit animus, putatne hoc illud est? Quasi circuit, vt inueniat quod querit. Cui cum incircumscriptum lumen erūpere in cogitatione cœperit, quasi per obliquam fenestram radius veritatis venit. Sic quippe in contemplationem nostrā multa cogitationibus circumeūdo proficimus, sicut exēpla bonorum sæpe querimus, vt in moribus proficiamus. Nā cum iam cogitat animus ad meliora transire, quicquid melius de alijs audire possit exquirat: nunc huius, nunc sancti alterius vitam ventilat. Vnde & electus quidam qui in expanso riuo sanctæ Ecclesiæ per vniuersum mundum mentis oculos miserat, bonorum vitam ad imitationem requirentis, dicebat: Circuibō & immolabo in tabernaculo dei hostiam iubilationis. Ecce vt immolaret iubilationis hostiam, circuibat: quia nisi animam huc illucque ad bonorum vitam exquirendam mitteret, ipse vsque ad iubilationis sacrificium non perueniret. Cū vero sancti viri intra Ecclesiā ad loca summa perducuntur, eorum vita quasi in speculo ponitur, vt cuncti videant bona quæ debeant imitari. Vnde & adhuc apte subiungitur: Et ante frontes pictura palmarū. Quid per palmas nisi præmia victoriæ designantur? Ipsæ quippe dari vincens solent. Vnde de his quoque qui in certamine martyrij antiquum hostem vicerant, & iam victores in patria gaudebant, scriptum est: Et palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Palmas quippe in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Cuius operationis palma ibi retribuetur, vbi iam sine certamine gaudebit. Vnde & hic non dicitur: Palmæ ante frontes, sed ante frōtes pictura palmarum. Ibi enim victoriæ palma videbitur, vbi iam sine fine gaudebit. Nam hic plerunque sanctos viros aspiciamus mira agere, virtutes multas facere, leprolos mundare, demonia eiecere, tactu ægritudinis corpora sanare, prophetiæ spiritu ventura predicere. Cuncta itaque hæc necdum palmæ sunt, sed adhuc pictura palmarū. Nam hæc aliquando dantur & reprobis. Vnde & per Euangelium veritas dicit: Multi dicent mihi in die illa: domine, domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine demonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatē. Vnū verò signum electionis est soliditas charitatis, sicut scriptū est: In hoc scietur quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicē. Hæc autem miracula cum electi faciunt, longè dissimiliter à reprobis fiunt: quia quod electi ex charitate, hoc reprobi student agere per elationem. Sed eisdem electis ipsa mira quæ per charitatem faciunt, non iam palmæ sunt, sed adhuc pictura palmarum: quia de eis foris ostenditur, quales apud omnipotentem dominum intus habeantur. Ibi autem eis palma erit, vbi iam mortis contentio non erit. Nam prædicator egregius tunc aspexit palmam veram vincens dari, cū resurrectionē præuidit mortuorum fieri, sicut dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cū autem mortale hoc induerit immortalitatem, tūc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Tūc erit perfecta victoria, cum mors plenè fuerit absorpta. In omnia autē quod modo mirabiliter de signis agi aspiciamus, non iam ipsam victoriā, sed adhuc imagines victoriæ videmus. Quia plerunque sanctis etiam & in locis sublimioribus positis, vt ad bona opera alij prouocentur, virtutes & signa dantur, ante frontes interioris edificij palmarum pi-

Psal. 26.

Apoc. 7.

Mat. 7.

Ioan. 13.

1. Cor. 15.

Ibidem.

ctura ostenditur. Hæc hodierno die tractata sufficiant, vt ad ea quæ subiuncta sunt, valentiores adiuuante domino nostro Iesu Christo veniamus: qui viuus & regnat, &c.

Homilia. XVIII.



**E**duxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pavementum stratum lapide in atrium per circuitū. Triginta gazophylacia in circuitu pavementi, & pavementū in fronte portarū secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrij interioris extrinsecus centum cubitos ad Orientem & Aquilonem.

**P**ostquam de cōtemplationis gratia obliquas fenestras insinuans propheta multa locutus est, eductum se exterius dicit, & gazophylacia vidisse cōmemorat. In quibus gazophylaciis quid aliud quàm doctorum scientiā designatur? Sed rectè hac in re queri potest, cum doctores sancti spiritalia atque interna doceant, cur propheta eductū se exterius dicit, & gazophylacia foris vidisse? Sed sciendū est, quia alia est cōtemplatio quæ tantū videt, quantum dicere non valet: alia vero scientiā atque doctrinā, quæ tantū videt, quantum exprimere per linguam possit. In comparatione quippe illius luminis quod voce exprimi non potest, quasi hoc totum foris est quod exprimi voce potest. Ait itaque: Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia & pavementum stratum lapide in atrium per circuitum. Quia sermone Græco phylactem seruare dicitur, & gaza lingua Persica diuitiæ vocatur, gazophylacium locus appellari solet in quo diuitiæ seruantur. Quid itaque per gazophylacia designatur, nisi, vt prædiximus, corda doctorū sapientiā atque scientiā diuitiis plenā, quia iuxta Pauli vocē: Alij datur per spiritū sermo sapientie, alij sermo scientiæ in eodē spiritu. Sūt enim quidā qui per donū gratiæ, & ipsa intelligūt quæ exponi à doctoribus non audierunt: hi videlicet sermonem sapientiæ perceperunt. Et sunt quidam qui per semetipsos intelligere audita nequeunt, sed ea quæ in expositoribus legerint retinent, atque scienter proferunt quæ lecta didicerunt. Vnde itaque isti, nisi sermone scientiæ pleni sunt? Quamuis hoc intelligi & aliter possit, quia sapientiā ad vitam, scientiā verò pertinet ad doctrinam. Qui igitur bene viuunt & prudenter prædicant, gazophylacium spiritalis edificij rectè nominatur: quia ab eius ore cœlestes diuitiæ dispensantur. His diuitiis abundare discipulos idem magister gentium viderat, cum dicebat: Diuites facti estis in illo, in omni verbo & omni scientiā. Sūt itaque in sanctæ Ecclesiæ edificio constructa gazophylacia, quia abundat diuitiis scientiæ lingua doctorum. Has veras esse diuitias ipsa per se veritas denunciat, cū de transitorijs diuitiis dicit: Fallacia diuitiarum suffocat verbū scientiæ. Sapientiā etenim atque scientiā doctrinā, spirituales veras sunt diuitiæ, in quarū comparatione quæ transire possunt, falsæ nominantur. De his diuitiis per Salomonem dicitur: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Excepto autem eo quod ad æternā patriam diuitiæ spirituales ducunt, est eis à terrenis diuitiis magna distantia: quia spirituales diuitiæ erogate proficiunt: terrenæ autem diuitiæ aut erogantur & deficient, aut retinentur & viles non sunt. Qui ergo has in se veras diuitias continent, rectè gazophylacia nominantur. Et habent ipsa gazophylacia pavementum per circuitū: quia eis adhæret ac iubiacet humilitas auditorum. Quod pavementum rectè stratum lapide in atrium dicitur, quia in latitudinem charitatis vicissim sibi iunctæ sunt animæ fideles. Quæ & lapides appellantur pro fortitudine fidei: & strata in pavimento sunt in compage humilitatis. Has fidelium mentes Petrus apostolus fortes in fide conspexerat, cum dicebat: Et vos tanquam lapides viuus superedificamini domos spirituales. De his lapidibus sanctæ Ecclesiæ dominus per Esaiam dicit: Ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos: vniuersos terminos tuos in lapides desiderabiles,

1. Cor. 13.

1. Cor. 1.

Mat. 13.

Prover. 21.

1. Pet. 2.

Esai. 54.

**G** biles, omnes filios tuos doctos à domino. Omnipotens enim deus sanctæ Ecclesiæ propugnacula lapidem, qui lapis viridis coloris est, posuit: quia prædicatorum illius mentes interne viriditatis amore solidavit, ut transitoria cuncta despiciant: nihil in hoc mundo quod sine clauditur appetant: cuncta eius gaudia velut arida contemnant. Vnde & ipse pastor Ecclesiæ, auditores suos ad pascua æternæ viriditatis vocans, de deo loquitur dicens: Secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam: per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem, conservatam in cælis. Huius sanctæ Ecclesiæ portæ insculptos lapides ponuntur: quia hi per quorum nos vocem ad vitam æternam ingredimur, sancta opera quæ diuinitus præcepta sunt, dum in semetipsis ostenderent, quasi in se sculpta tenuerunt. Portæ etenim non sculptæ, sed puræ essent, si vocem quidem promerent, sed sancta in se opera non demonstrarent. At ubi secundum hoc se ostendunt vivere quod loquuntur: & portæ sunt, quia intus ducunt: & sculptæ, quia viuendo custodiunt quæ aliis loquuntur. Huius sanctæ Ecclesiæ vniuersos terminos in lapides desiderabiles positos videmus, dum in ea fideles quosque fortes in fide & charitate cõspicimus. Qui, ut quos dixerit, lapides demonstraret: adiunxit: Omnes filios tuos doctos à domino. Quod ergo Esaias vniuersos Ecclesiæ terminos desiderabiles vidit: hoc Ezechiel pavementum lapide stratum per circuitum esse perhibuit, qui adhuc de gazophylaciis subdit: Triginta gazophylacia in circuitu pavementi. Denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem præceptis legis custodia continetur. Actiua etenim ac contemplatiua vita simul in decalogi mādatis cõiuncta est, quia in ea & amor dei & amor seruari proximi iubetur. Amor quippe dei ad contemplatiuam, amor verò proximi pertinet ad actiuam. Sed vniuersique doctor, ut in actiuam vitam plenè se dilaret, atque in contemplatiuam vigilanter surgat, in sanctæ trinitatis fide debet esse perfectus. Vnde & eadem gazophylacia triginta esse commemorantur: ut cum denarius ter ducitur, vita & lingua doctoris in trinitate solidetur. Sed hæc in re illud nobis est vigilanter intuendum, quod propheta dum gazophylacia descripsisset, adiunxit: Pavimentum per circuitum. Atque inferius subiunxit: Gazophylacia in circuitu pavementi. Quatenus & gazophylacia in circuitu pavementi, & pavementum in circuitu gazophylaciorum esse videatur. Pavimentum quippe & gazophylacia eo sunt ordine distincta, ut gazophylacia inter pavementum, & pavementum inter gazophylacia fuerit stratum. Non hoc fratres sine magno mysterio est, quod in circuitu gazophylaciorum dicitur esse pavementum, & in circuitu pavementi narrat esse gazophylacia. Habet enim pavementum in circuitu gazophylacia, quia vita audientium erudit quotidie & custodit linguam doctorum. Doctores etenim boni in sanctæ eruditionis verbis modo fomentis dulcedinis, modo asperitate increpationis inuigilant, ut auditorum suorum vitam à vitiis defendant. Sed habent ipsa quoque gazophylacia in circuitu pavementum: quia sæpe etiam doctorum cor, vitiorum tentationibus tangitur, ut modo eleuetur iactationis superbia, modo itæ stimulis inflammetur. Sed cum bonorum auditorum vitam considerant, eamque profecisse suis exhortationibus pensant, erubescunt tales non esse quales auctore deo per se conspiciunt alios factos esse, & tanto se in mente stabiliunt, quanto plenè in culpam labuntur. Nam cum ipsa sua doctoribus verba ad memoriam reducant, erubescunt non seruare quod dicunt. Vnde per Salomonem quoque dicitur: Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. Os enim nostrum nos compellit ad laborem, quando per hoc quod diximus, à vitiis refrenamur: quia turpe nimis est sibi nos negligendo cadere, vnde prædicando conati sumus alios leuare. Habent ergo gazophylacia in circuitu pavementum, quia doctorum magna custodia est vita venerabilis auditorum. Et suis ei sermo fit in adiutorio, quia erubescunt pulsantibus vitiis non resistere, qui contra vitia alios armauerunt. Quia enim quandiu in hac vita viuimus, contra malignos spiritus quid aliud quam in acie stamus? Sicut prædiximus, doctoris animus forsitan aliqua elatione pulsatur. Sed siue ne ipse peccat, se uelut per exemplum suum alios ad perdi-

tionem trahat, vigilanter se & festinè circumspicit, in cogitationibus remordet. Adducta auditorum suorum vita ad memoriam, semetipsum humiliat, & quibus præualet modis agit ne elatio principetur in mente, ne dominetur in opere. Scriptum quippe est: Initium omnis peccati superbia. Quis ergo ante dei oculos fructus boni operis, si ex radice putruit elationis? Sæpe ut prædictum est, eius animus tentatur ex ira: sed citius se ad circumspicendum recolligit, & discipline potestatem deprimeus agit ne motus animi transeat in sermone, ne erumpat in voce. Fitque ut ira perturbati animi, ubi per negligentiam oritur, ibi per iudicium suffocata moriatur. Quia ex re agitur, ut ex cæpta culpa animus virtutem pariat, qui etsi se fortiter custodire noluit ne ad motum surgeret, se tamen in commotione fortiter vicit. Vnde bene per Salomonem dicitur: Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Patiens præfertur: quia in illa actione victoriæ, homo victor est hominum: in hac autem mansuetudine patientiæ, animus victor est suus. Sequitur: Et pavementum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Si portarum longitudinem ad locum referimus in quo portæ fuerant constructæ: secundum longitudinem portarum pavementum erat inferius: quia quantum tenere locus portarum poterat, tantum tenebatur & pavementum quod erat inferius. Longitudo ergo pavementi à portis non erat dissimilis, sed tamen æqualitas pavementi non erat cum portis. Quid est ergo quod pavementum cum portis longum similiter erat, sed æquale non erat, nisi quod longè distat vita populorum à vita doctentium: quia & si ad regna cœlestia tendentes, eandem longanimitatem spei habent, eadem vero viuendi studia non habent. Tendatur ergo pavementum similiter in longum: quia ipsam fidem, ipsam spem in se retinent auditores, quam habere certum est prædicatorum. Sed pavementum inferius iaceat: ut omnes auditores prædicatorum suos longè suis meritis antecedere cognoscant. Si verò longitudinem portarum ipsam, sicut superius diximus earum altitudinem intelligere debemus: dum sicut paulo post scriptum est, ad portas gradibus ascendebatur: tanto pavementum iacet inferius, quanto vnaquæque porta surgit in altitudine. Quia quanto sanctior est vita doctoris, tanto fit humilior sensus audientis. Et semetipsum despiciat, dum prædicatoris sui vitam in magna surgere altitudine perpendit. Imitari etenim bona eius alia forsitan potest, alia non potest. In quibus præualet, proficit, in quibus minime præualet, ad humilitatem crescit. Et hoc ipsum ergo ei in profectu est, quod ei imitabile ad profectum non est. Ecce enim prædicatorum nostrorum ea quæ legimus dicta & facta pensamus, & in quantam altitudinem surrexerint portæ cognoscimus. Ut enim taceamus de ostensione signorum, loquamur de virtutibus cordium. Certè Paulus qui se legi mortuum per legem dicit: quia ut in Christo crederet, ei hoc & lex ipsa prædicauit, magno fidei ardore successus, præcepta legis tenere carnaliter noluit: circumcisionem in gentibus fieri vetuit. Et cum Petrus Apostolus seruari adhuc in circumcisione legis consuetudinem vellet ei in faciem restitit, eumque hac in re fuisse reprehensibilem dicit. Et in hoc eius studium discipulis loquens, non solum culpam, sed quod est magis, hypocrisis, id est, simulationem nominat, dicens: Cum venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat. Et paulo post: Et simulationis eius consenserunt ceteri Iudæi. Idem verò Apostolorum primus cum multa discipulos admoneret, atque à quibusdam detrahi Pauli scriptis agnosceret, dicit: Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficulta intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Ecce Paulus in epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, & ecce Petrus in epistolis suis asserit Paulum in his quæ scripserat admirandum. Certè enim nisi legisset Petrus Pauli epistolas, non laudasset. Si autem legit, quia illic ipse reprehensibilis dicitur inuenit. Amicus ergo veritatis laudauit, etiam quod reprehensus est, atque ei ad hoc ipsum placuit, quia in his non placuerat, quæ aliter quam debuerat sensit. Sequitur etiam minori fratri ad consensum dedit, atque in eadem re factus est sequens

1. Pet. 1.

Esai. 54.

H

I

Prov. 16.

Eccles. 10.

Prov. 15.

L

Rom. 7.

M

Gala. 5.

Gala. 3.

2. Pet. 3.



A sequens honoris sui, etiam ut in hoc præret: quatenus qui primus erat in Apostolatus culmine, esset primus & in humilitate. Pensato ergo fratres clarissimi, in quo mentis vertice stetit qui illas epistolas laudavit, in quibus scriptum se vituperabilem inuenit. Quæ illa mansuetudo tanta esse potuit, quæ quies animi, quæ soliditas, atque imperturbatio cogitationis? Ecce à minore suo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam revocat, quod primus in Apostolatum vocatus est, non quod claves regni coelestis acceperit, non quod peccata quæcunque in terra soluerit, essent soluta & in caelo, non quod in mare pedibus ambulavit, non quod paralyticos in Iesu nomine iubendo erexerat, non quod ægros corporis sui umbra sanauerat, non quod mentes verbis occiderat, non quod mortuos oratione suscitabat. Ne igitur increpationis verba dedignaretur audire, omnia dona quæ acceperat, quasi à memoria repulit, ut vnum fortiter humilitatis donum teneret. Quis ergo nostrum si vel extremum aliquod signum fecisset, à minori fratre increpatum, increpationis verba patienter audiret? Nihil enim signi fecimus: & si quis nos fortasse de actione nostra reprehenderit, statim intumescimus, magnos quosdam nos taciti cogitamus, virtutes nobis ad animum deducimus, etiam quas non habemus. At contra Petrus cum virtutibus humilis in reprehensionibus permansit, sed porta surrexit in altitudinem. Hanc autem tantâ mansuetudinem nos imitari non possumus: sed quia pauimentum sumus, longè inferius iacemus. Sunt verò nonnulli qui non Petrum Apostolorum principem, sed quendam alium eo nomine qui à Paulo est reprehensus accipiunt. Qui si Pauli studiosius verba legissent ista non dicerent. Dicitur etenim Paulus: Cum venisset Petrus Antiochiam, ei in faciem restitit: ut de quo Petro loqueretur, ostenderet: in ipso suæ narrationis initio præmisit, dicens: Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut Petro circumcissionis. Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes. Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quem & Apostolum nominat, & præfuisse Euangelio circumcissionis narrat. Et fuerunt quidam qui secundam Petri epistolam, in qua epistolæ Pauli laudatae sunt, eius dicerent non fuisse. Sed si eiusdem epistolæ verba pensare voluissent, longè aliter pensare poterant. In ea quippe scriptum est: Voce de lapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Atque subiungitur: Et hanc vocem nos audiuimus eum esse cum ipso in monte sancto. Legant itaque Euangelium, & protinus cognoscunt, quia cum vox ista de caelo venit, Petrus Apostolus cum domino stetit. Ipse ergo hanc epistolam scripsit, qui hanc vocem in monte de domino audivit. Sed quia pauca de Petro diximus: nunc si placet ad Pauli mansuetudinem conuertamur, & pensemus si possumus, ille qui tantum ardoris est in zelo prædicationis, ut Apostolorum quoque primo non parceret, quanta sit mansuetudinis in studio longanimitatis. Taceamus autem quod ter virgis cæsus est, quia semel lapidatus est, quia ter naufragium fecit, quia nocte ac dei in profundo maris fuit, quia à Iudæis quinquies quadragenas vna manus accepit. Minus enim animum ad iracundiam commouent ea mala que nobis ab apertis aduersariis irrogantur, hoc plus solet dolere quod à propriis patimur. Vnde & per Psalmistam ipsa veritas contra traditorem suum loquitur, dicens: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, supportassetem utique. Tu vero vnusquis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Pensemus ergo si possumus, Paulus Apostolus qui tantum patiens inter persecutores, quantum mansuetus inter discipulos fuerit. Certè Corinthi veniens, ab Idolorum seruitio Corinthios retraxit, quis esset verus deus innotuit, æternæ eius vitæ gaudia prædicauit. Et cum magnam multitudinem populi in fide collegisset, tantam illic inopiam pertulit, ut victus sui graui necessitate laboraret. Et panem terræ à discipulis non accepit, quibus panem caeli prædicauit. Insistebat verbo pro vita audientium, insistebat labori manuum pro vita corporis sui. De terris quoque aliis stipendia ei à discipulis mittebantur, ut Chorinthiis prædicare sufficeret. Ipse quoque ad eisdem Corinthios post per epistolam loquitur, dicens: Cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui, nã quod mihi deerat,

suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia. Quibus ad magnum quoque improperium præmisit dicens: Alias Ecclesias spoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Pensemus ergo si possumus cuius hoc mansuetudinis fuerit, panem spiritus prædicare, & panem carnis non accipere, corda audientium de diuitiis æternis instruere, & inter eosdem discipulos fideles & abundantes fame laborare, inter satiatos pati inopiam, nec tamen quod patiebatur dicere, nec tamen dolere, videre dura erga se corda audientium tenacium, nec à prædicatione desistere. Nam sicut Apostolorum Acta testantur, anno & sex mensibus continuè in eadem ciuitate prædicauit. Cumque ab eisdem Corinthiis recessisset, ad eos postmodum scribit quod apud eos positus pertulit. Quare autem hoc eis cum inter eos viueret, nunquam dixit? Ne quod erga eum factum ex bona voluntate non fuerat, fieret ex iussione. Et cum innotesceret eorum miseria, remaneret voluntas ignota. Quare autem hoc postmodum longè positus scribit? Ne omnimodo discipuli incorrecti remaneret, & quales magistro in tenacia fuerant, aliis quoque fratribus tales non essent. Verè in hoc Paulus verè magister gentium: sua negligens, aliena coram, impleuit quod prædicauerat: Nemo quod iuratum est, quærat, sed quod alterius. Et non quæ sua sunt linguæ cogitantes, sed ea quæ aliorum. Quanta itaque ista mansuetudinis virtus est? Quanta tranquillitas spiritus? Quis autem nostrum, si vnum huius mundi diuitem ad omnipotentis dei seruitium conuertisset, seque egere conspiceret, & illum sibi vitæ subsidia non præbere, non protinus de eius vita desperasset? Quis non incassum laborasse se diceret? Quis non ab eius exhortatione obmutesceret, quem in semetipsum primum ferre fructum boni operis non videret? Sed Paulus per mansuetudinem in virtutum vertice solidatus perstitit, prædicauit, dilexit, & bonum quod ceperat expleuit, eaque portando & persistendo discipulorum corda ad misericordiam perduxit. Nam eorum profectum postmodum scire se iudicans, in eadem epistola scribit de ministerio quod sit in sanctos: Ex abundantia est enim mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum, pro quo devobis glorior apud Macedonas, quoniam Achaia parata est ab anno priore, & vestra exhortatio prouocauit plurimos. De quibus rursus ait: Qui non solum facere, sed & velle coepistis ab anno priore. In quibus enim non tam opera quam pia vota requirebat, in eis proculdubio plus laudat pia vota quam opera. Notandum nobis est, quia habet improperium hæc ipsa consolatio, cum dicitur: ab anno priore. Bonum quippe, sed tardè fecerant, atque ideo hoc magister non sine reprehensione laudat. Medicus quippe est qui medicamentum vulneri apponit, quod & ea quæ purgata sunt, resouet: & ea quæ putrida inueniuntur, mordet. Sed hæc tolerando atque prædicando, expleuit quod coepit. Et miræ longanimitatis virtus discipulorum duritiã emolliuit ad misericordiam viscera, quia longitudo portæ surrexit in altitudinem. Sed infirmi nos ad imitandum tantæ mansuetudinis longanimitatè idonei non sumus, quia videlicet pauimentum sumus, & despecti in nostris moribus iacemus. Ecce autem dum de duobus ducebus coelestis exercitus loquor, martyr quoque Stephanus memoriæ occurrat, qui tentus pro creatoris sui nomine, & in medium persecutorum deductus: imperterritus stetit, fiducialiter docuit, & ex zelo veritatis persecutores suos fortiter increpauit, dicens: Vos semper spiritui sancto restitistis. Cumque illi ad lapides currerent, flexo genu pro eisdem persecutoribus orauit, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Quæ itaque ista virtus est, sic zelo seruere, ut eis à quibus terrebatur, perfidia improperia fiducialiter diceret, & sic diligere, ut in morte quoque pro eis à quibus moriebatur, oraret? Sic quippe ex zelo inferuuit, ac si mansuetudinis nihil haberet. Et sic mansuetus in eorum dilectione perstitit, ac si contra eos feruoris nihil habuisset. Pensemus inter hæc ubi nostræ conscientie reatus iacet. Quis enim nostrum si saltem verbi contumelia à proximo acceperit, non confunditur, commouetur, non ad odium erumpit, non præceptum dilectionis obliuiscitur? Sed hoc Stephanus ex omnipotentis dei gratia potuit, quia surgens in altitudinem porta fuit. Hoc nos miserè nostræ virtute imitari non possumus, quia longè inferius sicut pauimentum iacemus. Quid autem nos in vita sanctorum

Galat. 2  
Ibidem.  
2. Pet. 1.  
Ibidem.  
2. Cor. 11.  
Psal. 54.  
1. Cor. 4.  
Cor. 12.

D  
Ibidem.  
Acto. 18.  
2. Cor. 11.  
1. Cor. 10.  
E  
2. Cor. 9.  
Ibidem.  
Acto. 7.  
Ibidem.



**G** sanctorum de nostra admiratione dicimus: cum ipsi quoque antiqui patres prædicatorum sanctæ Ecclesiæ vitam considerantes, valde admirati sunt? An non eorum vitam Psalmista admiratus est, cum dicebat: Mihi autem valde honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum? Quod de quibus eius amicis dicat: Evangelium interroga, in quo veritas prædicatoribus dicit: Vos amici mei estis. Elaias quoque eorum vitam intueus, ait: Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Rectè autem prædicatorum sancti nubes appellati sunt: quia verbis pluunt: miraculis coruscant. Qui volare quoque ut nubes dicuntur: quia in terra viuentes, extra terram sunt omne quod egerunt. Unde & per quandam nubem dicitur: In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Priores enim patres coniugii utebantur, filios procreabant, substantias possidebant, curis rei familiaris intendebant. Istos autem prophetiæ iam spiritu prævidens substantias deserere, nihil in terra querere, nil possidere, non eos vel homines per terram ambulantes, sed nubes volantes nominat. Volant enim qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa nil appetunt. Qui & ad fenestras suas quasi columbæ sunt, quia pro mansuetudinis suæ spiritu in hoc mundo per oculos nil concupiscunt. Consideremus ergo quantæ altitudinis istæ spiritualis ædificij portæ sunt, quas & spirituales patres admirantur, quantumque nos in earum admiratione humiliare necesse est, qui pavementum sumus. Sed quia sub longitudinis appellatione altitudinem portarum audiimus, nunc aliquid de earum latitudine cognoscamus. Sequitur: Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris usque ad frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem & ad Aquilonem. In quibus verbis si portam aditum accipimus quo ad cognitionem domini intramus, porta inferior fides est, atrium vero interius contemplatio. Habet autem porta inferior latitudinem in facie, quia videlicet fides per charitatis suæ amplitudinem habet eam quæ videtur à proximis operationem. Quam dum fortiter à perfectioribus agi conspiciamus, nos qui in bonis actibus angustamur, exempla per eos magnæ operationis accipimus. Et unaquæque sancta actio quasi quædam nobis fit latitudo itineris, quæ peris erat angustia difficultatis. Habet quoque atrium interius frontem, quia contemplatiua vita per quædam signa desideriorum & gemituum ostendit quantum intus videat que tantum amat. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit. Unde rectè per centenarium magna perfectio designatur, sicut de electis dicitur: Omnis qui relinquit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Neque etenim sanctus quisque ideo terrena deserit, ut hæc possidere in hoc mundo multipliciter possit: quia quisquis terreno studio terram relinquit, terram non relinquit, sed appetit. Nec qui unam uxorem deserit, centum recepturus est, sed per centenarium numerum perfectio designatur. Quia quisquis pro dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit: ut iam ea non appetat, quæ contemnit, & in sequenti seculo ad æternæ vitæ gloriam pervenit. Centies itaque recipit quod dedit, qui perfectionis spiritum accipiens, terrenis non indiget, etiam si hæc non habet. Ille autem pauper est qui eget eo quod non habet. Nam qui & non habens habere non appetit, dives est. Paupertas quippe in inopia mentis est, non in quantitate possessionis. Nam cui in paupertate bene convenit, non est pauper. Mensus est ergo vitæ latitudinem à facie portæ inferioris, usque ad frontem atrij interioris extrinsecus centum cubitos. Quia redemptor noster quotidie per magistros atque doctores in mensura perfectionis metitur vitam fidelium, vel in specie boni operis per fidem, vel in sanctis desiderijs per contemplationem. Multi etenim videntur in fide positi magna operari, sed in centum cubitis non mesurantur, quia per ipsa quæ faciunt, terrenam gloriam querunt. Et quidam videtur per abstinentiam cruciari, gemitibus insistere, sed eorum mensura ad centum cubitos minime ducitur: quia in his quæ agunt, ab humano iudicio fauores requirunt. Quis ergo est qui per centum cubitos mensuratur, nisi is cuius bona operatio recta intentione vitur: ut in eo quod agit, non ad terrena lucra appetenda,

aut ad laudes transitorias reflectatur? Ecce enim misericordiam proximis exhibere, possessa largiri, cum celeritate indigenti tribuere, latitudo in facie portæ inferioris est. Sed si tua dans, aliena non appetas, si terrenam gloriam de ipso bono opere non requiras: rectè in centenario numero, id est, in perfectione mensuraris. Nam qui videtur dare misericorditer propria, & rapit forsitan violenter aliena: iste adhuc quæ sit via perfectionis ignorat, nec cognovit unde ad perfectionem teditur, quia nec ipsum eius initium invenit. Prius enim appetitum euellere à mente debuit, & post ea quæ iure possidet largiri. Unde scriptum est: Declina à malo, & fac bonum. Quid enim potest esse boni quod fecit, qui necdum à malo declinavit? Et sunt quidam qui, sicut dictum est, ab alimentis abstinent, carnem cruciant, sed ramen si pulsati fuerint cognoscuntur quia ad mundi gloriam anhelant. Isti frontem atrij interioris ostendunt, sed per centum cubitos non mesurantur. Hi ergo in numero perfectionis sunt, de quibus per Paulum dicitur: Qui carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Et notandum, quia non dicitur quod intrinsecus sed extrinsecus ista mensuratur: quia videlicet redemptor noster cum per nos facta hominum, vel approbat, vel iudicat, non intrinsecus metitur. Unde & per Evangelium dicit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quia enim per hoc quod videmus, cognoscimus operantis animum quem non videmus, siue latitudinem quæ in facie portæ est inferioris, siue frontem atrij interioris extrinsecus metimur. Cum enim alios conspiciamus largiri eleemosynam, afflicto occurrere, oppresso subvenire, nihil in hoc mundo gloriæ querere, nullis huius mundi compeidiis inhiare, atque alios videmus carnem domare, lachrymis insistere, verbis cœlestibus occupari, nihil transitorij honoris appetere: quid aliud debemus nisi eos perfectos esse credere, sanctos æstimare? Quia ergo per hoc quod aspiciamus, eos perfectos esse videmus, eorum vitam per centum cubitos extrinsecus metimur. Et quia multi in Iudæa, plerique verò in gentilitate positi, ad hanc perfectionis summam venerunt, rectè subiungitur: Ad Orientem & ad Aquilonem. Judaicus etenim populus Oriens iure dicitur, de cuius carne ille est natus qui Sol iustitiæ vocatur. De quo per Prophetam dicitur: Vobis autem verò gentilitas figuratur, quæ diu perfidiæ suæ frigore torpuit, & in cuius corde ille regnavit, qui attestante Prophetâ apud semetipsum dixit: Ponam sedem meam ad Aquilonem. Quia itaque incarnatus omnipotens deus alios perfectos ex Iudæa, alios ex gentilitate perfectos intra sanctam Ecclesiam fecit: centum cubitos non solum ad Orientem mensus est, sed etiam ad Aquilonem. Sed quia sub Aquilonis nomine de gentilitate sermo se intulit, considerare libet quantum super nos effusa sunt viscera creatoris nostri. Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes nostri lignis & lapidibus serviebant, & dereliquentes deum à quo facti sunt, deos venerati sunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis dei gratiam ad lucem de tenebris venimus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus, & de luce quam accipimus, gratias agamus. Neque enim diuinam misericordiam intelligit, qui suæ misericordiam memor non est. Unde & per Psalmistam deo dicitur: Mirifica misericordias tuas domine, qui saluos facis sperantes in te. Tunc enim nobis dei misericordiam mirificatur, cum nobis ad memoriam misericordiam nostræ reuocatur: quia recolentes quid fuimus, intelligimus cui debemus quod sumus. Cantemus itaque cum gaudio creatori nostro, qui de seruitio creature, colla mentis excussimus. Gaudeamus in nobis impletum esse quod per Elaiam dictum est: Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum, canticum erit vobis sicut vox sanctificationis solennitatis. Frenum quippe erroris maxillas populorum constrinxerat, quando idolorum errore obligata gentilitas, deo vero confessionis laudem dare nesciebat. Sed hoc ipsum erroris frenum iam nobis in canticum versum est, cum gaudentes psallimus atque cantamus: Omnes dii gentium demonia, dominus autem celos fecit. Et rursum: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpa-

Psal. 138.

Ioan. 15.

Esa. 60.

1. Cor. 10.

H

Mat. 19.

I

Psal. 37.

Gal. 5.

Mat. 7.

L

Mal. 4.

Esa. 44.

M

Psal. 136.

Esa. 30.

Psal. 103.

Ibidem.



**A** palpabunt pedes habent & non ambulabunt. Qui itaque hec omnipotenti domino psallendo dicimus: ipsum erroris nostri finem quod a laude dei ora nostra ligauerat, vero domino carum fecimus. Bene autem dicitur, sicut vox sanctificatae solennitatis: quia dum confessionis laudem deo reddimus, in sanctificata solennitate gaudemus. Respondeamus ergo in verbis tantae misericordiae redemptoris nostri: & qui lucem cognouimus, praetorum operum tenebras declinemus. Quid est iam, rogo quod in hoc mundo libeat? Vbi que locustas aspiciamus, vbi que gemitus audimus. Destruatae urbes, euerisa sunt castra, depopulati agri, in solitudine terra redacta est. Nullus in agris incola, penes nullus in urbibus habitator remansit, & tamen ipsae prauae generis humani reliquiae adhuc quotidie & sine cessatione feruntur. Et finem non habent flagella caelestis iustitiae, quia nec inter flagella correctae sunt actionis culprae. Alios in captiuitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac libeat fratres mei? Si & talem adhuc mundum diligimus: non iam gaudia, sed vulnera amamus. Ipsa autem quae aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma conspiciamus. Immensis doloribus multipliciter attrita: desolatione ciuium, impressione hostium, frequentia ruinarum: ita ut in ea completum esse videamus, quod contra urbem Samariam per hunc eundem prophetam longe superius dicitur: Pone ollam, pone in qua & mitte in ea aqua, & coagere frusta eius in ea. Et paulo post: Effebuit coctio eius, & discocta sunt ossa illi in medio eius. Atque iterum: Congere ossa quae igne succendam: conlumetur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescunt. Pone quoque eam super prunas vacua, ut incalcescat & liquefiat res eius. Tunc enim nobis olla posita est, cum haec est ciuitas constituta. Tunc in eam aqua missa est, & frusta eius congesta sunt, quando ad eam undique populi desuebant, qui velut aqua calens actionibus mundi seruescerent, & quasi frusta carnum in ipso suo seruore liquarentur. De qua bene dicitur: Effebuit coctio eius, & discocta sunt ossa eius in medio illius. Quia prius quidem in ea vehementer incaluit actio gloriae secularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes seculi, per carnes vero populi designantur: quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes seculi inuirtitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius seculi potentes ablati sunt, ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt, carnes eius liquefactae sunt. Dicatur itaque: Congere ossa quae igni succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio eius, & ossa tabescunt. Vbi enim senatus? Vbi iam populus? Contabuerunt ossa, consumpta sunt carnes: omnis in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. Excocta est vniuersa compositio eius. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus: adhuc quotidie gladij, adhuc quotidie innumerarum tribulationum premunt. Dicatur ergo: Pone quoque eam super prunas vacuam. Quia enim senatus deest, populus interit: & tamen in paucis qui sunt, dolores & gemitus quotidie multiplicantur, iam vacua ardet Roma. Quid autem ista de hominibus dicimus, cum ruinis crebrescentibus, ipsa quoque destrui aedificia videmus? Vnde apte de ciuitate iam vacua subditur: Incalcescat & liquefiat res eius. Iam enim & ipsa olla consumitur, in qua prius & carnes & ossa consumebantur: quia postquam defecerunt homines, etiam parietes cadunt. Vbi autem sunt qui in eius aliquando gloria letabantur? Vbi eorum pompa? Vbi superbia? Vbi fretus & immoderatum gaudium? Impletum est in ea quod contra destructam Niniuem per prophetam dicitur: Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? An eius duces ac principes leones non erant, qui per diuersas mundi prouincias discurrerent, praedam faciendo & interficiendo rapiabant? Hic leonum catuli inueniebant pascua: quia pueri, adolescentes, iuuenes, seculares, & secularium filij huc undique concurrebant, cum proficere in hoc mundo voluissent. Sed iam ecce desolata, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Iam nemo ad eam currit, ut in hoc mundo proficiat: iam nullus potens & violentus remansit, qui opprimendo praedam diripiat. Dicamus ergo. Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? Contigit ei quod de Iudaea nouimus per prophetam dictum: Dilata caluitium tuum sicut aquila. Caluitium quippe hominis in solo capite fieri solet, calui-

tium vero aquile in toto corpore: quia cum valde senuerit, D plumae eius ac penae ex omnibus membris illius cadunt. Caluitium ergo suum sicut aquila dilatat, quia plumas perdidit, quae populum amittit. Alarum quoque pennae ceciderunt, cum quibus volare ad praedam conueuerat: quia omnes potentes extincti sunt, per quos aliena rapiebat. Haec autem quae de Romanae urbis contritione dicimus, in cunctis facta mundi ciuitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt, alia gladio consumpta, alia fame cruciata, alia terrae hiatibus absorpta. Despiciamus ergo ex toto animo hoc praesens seculum vel extinctum, Finiamus mundi desideria saltem cum mundi fine. Imitemur bonorum facta quae possumus. Apud Orientem & Aquilonem multi sunt, qui pro perfectione vitae centum cubitis mensurantur. Ex Iudaea etenim & gentilitate, sicut dictum est, ad sanctitatis culmen excreuerunt. Quannus intelligi per Orientem & Aquilonem, etiam iusti & peccatores possunt. Oriens quippe non immerito iusti nominantur, qui sicut in luce fidei nati sunt, in innocentia perfluerunt. Per Aquilonem vero recte peccatores accipimus, qui mentis frigore dilapsi sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotentis dei misericordia etiam tales ad poenitentiam reuocat, compunctione & lachrymis lauat, virtutibus difat, usque ad perfectionis gloriam subleuat, non centum cubitis solum ad Orientem, sed etiam ad Aquilonem ducuntur, dum cum iustis etiam peccatores per dona & poenitentiam ad perfectionem veniunt. E

Homilia XIX.



**P**ortam vero quae respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, mensus est tam in longitudine quam in latitudine: & thalamos eius tres hinc & tres inde, & frontem eius & vestibulum eius secundum mensuram portae prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Fenestrae autem eius, & vestibulum, & sculpturae secundum mensuram portae quae respiciebat ad Orientem, & septem graduum erat ascensus eius. Et vestibulum ante eam, & porta atrij interioris contra portam Aquilonis & Orientalem. Et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam Australem, & ecce porta quae respiciebat ad Austrum. Et mensus est frontem eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores, & fenestras eius, & vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras, quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum, & in gradibus septem ascendebatur ad eam. Et vestibulum ante fores eius, & calatae palmae erant: vna hinc, & altera inde in fronte eius.

**M**agna legentium debet esse discretio, ut in sacro eloquio cum quilibet vnus sermo dicitur, non semper vnam eademque rem significare credatur: sicut aliquando Sol in bono, aliquando vero accipitur in malo. Solis etenim nomine aliquando signatur dominus, aliquando persecutio. Attestante autem libro Sapientiae, in inferno Impij dicitur: Et rauimus a via veritatis, & Sol iustitiae non luxit nobis. Et de factis seminibus dominus dicit: Orto sole aruerunt: quia videlicet facta persecutione, in reproborum cordibus praedicationis verba siccantur. Sic leo dominum signat. Vnde scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda. Sic leonis nomine diaboli similitudo exprimitur, sicut per primum pastorem dicitur: Aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit quaerens quem deuoret. Sic bovis nomine sapiens designatur. Vnde scriptum est: Non iunges bouem & asinum: id est, sapientem cum stulto in praedicatione non socias. Sic per bonem fatuus figuratur, sicut de eo qui in turpitudine amoris captus est, dicitur: Statimque eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam: id est, sicut fatuus trahitur ad mortem. Haec igitur dixi, ne quia portam significare dominum, vel praedicatorum, vel

Eze. 34.

B

C

Num. 2.

Mich. 1.

Sapient. 5.

Mar. 4.

Apo. 5.

1. Pet. 5.

Deut. 22.

Prover. 7.

**G** vel scripturam sacram, vel fidem exposui, ubicunque iam in hoc propheta porta legitur, signare aliud non credatur. Cum enim de vna porta propheta loqueretur, recte fides intellecta est, quia vna est omnium electorum fides. Cum vero alia portae nominantur, intelligi ora praedicatorum possunt, per quae vera vita cognoscitur, & per quae ascenditur ad sacramentorum spiritualium cognitionem. Nam porta per quam significati fidem diximus, notandum nobis est, quia inferior appellatur. In hac enim vita dum sumus, quasi in imo positi adhuc inferior tenemur. Et recte inferior porta fides est, quia nobis in terra positus aperit cognitionem dei. Itaque nunc dicitur:


Portam quoque quae respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, mensus est tam in longitudine quam in latitudine: & thalamos eius tres hinc, & tres inde. Et frontes eius, & vestibulum eius secundum mensuram portae prioris quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti & quinque cubitorum. Fenestrae autem eius, & vestibulum, & sculpturae secundum mensuram portae quae respiciebat ad Orientem: & septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam. De porta quoque respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris ea ipsa replicantur quae iam de porta alia superiori dicta sunt, atque alia subiunguntur quae de praedicta porta propheta tacerat. Ut ergo de his latius differamus, quae necdum discussa sunt: debemus ea quae dicta sunt, sub brevitate replicare. Porta enim viam Aquilonis respicit, cum praedicator quisque viam peccatoris agnoscit, eique interiora vitae per verbum praedicationis aperit. Quae porta atrij exterioris dicitur: Exterioris quippe est atrium vitae praesens, in qua omne quod corporaliter agitur, corporaliter etiam videtur. Quae tam in longitudine quam in latitudine mensuratur: quia cum ad fidem peccator ducitur, necesse est ut eius doctor consideret, vel quantum in longitudinem spei, vel quantum in latitudinem charitatis ex eius admonitione proficiat. Qui enim ad deum convertitur, si adhuc bona vitae praesentis sperat, longitudinem non habet, quia brevis est vita in qua spem posuit. Si per terrenorum concupiscentiam, & adhuc proximi odio coangustatur, latitudinem non habet: quia nescit vel transitoria contemnere, vel se in proximi amore dilatare. Cum vero conuersus quisque aeternae vitae gaudia longanimitate sperat, proximorum molestias cum charitate tolerat, & ea quae non habet concupiscere contemnit, longitudinem & latitudinem porta habet, quia gloria praedicatoris est profectus auditoris. Vnde quibusdam per magnum praedicatorem dicitur: Gaudium meum & corona mea. Et rursum: Ecce nunc vivo, si vos statis in domino. Atque iterum: Quae est nostra spes aut gaudium, nonne vos ante dominum? Longitudo ergo & latitudo portae est quae ad Aquilonem respicit: quia cum infidelem quem plene in peccati sui frigore torpentem praedicator ad fidem conuerterit, per hoc quod eum in longitudinem spei tendit, & in amplitudinem charitatis dilatat, eius gloria facit. Et quia in cognitione sanctae trinitatis ex verbo praedicationis auditores quique in eiusdem trinitatis amore proficiunt: habet haec eadem porta thalamos tres hinc, & tres inde: quia omne quod per testamentum novum de trinitate conditor loquitur, hoc etiam de testamento veteri ostendit. Et cor audientium in amore caelestis patriae perficit, ut anima inherens deo, quasi sponsa cum sponso in quodam iam thalamo sedeat, atque se a terrenis desideriis funditus auertat. Vel certe, ut longe superius dictum est, quia tres sunt ordines bene viventium: bonorum scilicet conjugatorum, continentium, atque praedicatorum: & quia alij etiam in conjugis positi, amore caelestis patriae anhiant: alij autem spe aeterni gaudij etiam carnem macerant, omnesque actus terrenos relinunt, & in cura huius seculi implicari contemnunt: alij vero & terrena bona despiciunt, & caelestia gaudia praedicant quae cognouerunt: quid isti nisi in spiritali edificio thalami sunt, in quorum cogitatione & meditatione anima caelesti sponso sociatur? Quos tres bonorum ordines, quia non solum Ecclesia ex gentibus habet, sed aliquando etiam synagoga habuit, dum magna multitudo spiritalium, redemptoris gratiam ardentem expectauit: porta aedificij caelestis tres hinc, & tres inde thalamos habet, quia praedicator quisque cum ad supernam patriam auditorem pronocat, & novos patres & veteres anhelaesse caelesti desiderio demonstrat, plus enim plerumque exemplum, quam ratiocina-

Philip. 4.  
1. Tim. 3.  
1. The. 2.

**H** tioneis verba conpungunt: & cum praedicator dicit quales alij in coniugio, vel in continentia, vel in praedicatione erga omnipotentis dei amorem in nouo testamento fuerint, vel alij quales in veteri: porta quae loquitur, ternos ex utroque latere habere thalamos ostenditur. Quae porta habet & frontem, quia sunt in praedicatoris vita aperta opera quae videntur. Habet & ante frontem vestibulum: quia priusquam bona opera insinuet, praedicat fidem, per quam anima humiliter veniens, ad bonorum actuum altitudinem subleuetur. Quae cuncta secundum mensuram portae prioris sunt, iuxta hoc quod subditur: Quia mensus est quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Haec iam superius latius me dixisse meministis. Per quinquagenarium enim numerum requiem diximus figurari: quia & quinquagesimus veteri populo in requie datur, appellatus est subleues, & septenarius numerus, per quem hoc omne tempus euoluitur, septies multiplicatus, ad quadraginta & nouem ducitur. Cui monas additur: quia in vnus contemplatione requies aeterna perficitur. Idem ergo quinquagenarius numerus nobis in longitudinem est: quia peruenire ad illam requiem non potest, nisi qui ad eam spem suam modo tendere longanimitate potest. Quia enim per quinquagenarium numerum ad aeternam requiem prouocamur: etiam hoc nos omnino instruit, quod in tabernaculo decem cortinae iussu sunt fieri, quae haberent an-

ulus quinquagenas, & circulos aureos quinquagenos a latere & summitate. Cortinae tabernaculi sancti omnes sunt, qui ex diuersis virtutum coloribus in sanctae Ecclesiae ornamento proficiunt. Qui & interiora velant, & exteriora omnimodo exornant: quia eorum vita in quantum videtur, ornamento est: & eorum intellectus intus absconditus, dum caelestia que in mente seruant, edicere non possunt, in eis aliquo modo velantur. Recte autem decem cortinae sunt: quia per decalogi studium, ipsa sanctorum corda profecerunt. Hyacinthinae vero ansulae cortinarum fieri quinquaginta praecipit sunt. Hyacinthus caeli speciem habet. Ansulae ergo cortinarum sunt praecipit caelestia, in quibus ligantur anime: ut ab inferioribus subleuatae, superius pendeant. Quae videlicet ansulae habent & circulos aureos, intellectum scilicet vera sapientia fulgentem. Qui intellectus, quia esse debet per omnia circumspicere, & caute sollicitudinis vigilantia munitus, recte per circulos designatur. Et notandum quod a latere & summitate subentur ansulae vel circuli in cortinis fieri: quia praecipit caelestia & intellectus spiritualis, non solum debet nos sursum in dei amorem suspendere, sed etiam proximo in charitate sociare. In eo enim quod conditorem nostrum diligimus, quasi per superiores ansulas in aere pendemus. In eo vero quod sicut nosmetipsos proximos amamus, ansulas & circulos a latere habemus: ut cortinae tabernaculi, id est, fidelium anime per charitatem coniunctae sint, & non per discordiam diuisae. Vnde & hic post longitudinem quinquaginta cubitorum, protinus latitudo subiungitur viginti & quinque cubitorum, quae videlicet latitudo ad charitatem proximi pertinet. Ipsa enim in fratrum amore se dilatat, atque erga eos omne quod potest boni operis, exercet. Cuncta autem bona opera quae corporaliter sunt, per quinque corporeos sensus exhibentur, videlicet per visum, auditum, tactum, gustum, odoratum. Quinarius vero numerus per semetipsum ductus ad viciesimum & quintum peruenit: quia bona opera cum agi coeperint, per feruorem animi ad augmentum excitant, & per semetipsa multiplicantur. Vnde & latitudinem menti factum, ut non sit angusta per teporem, sed expansa in bonis actibus per charitatem. Omnis enim tepor teporis angustia est, omnis vero benignitas charitatis magna latitudo. Nam etsi res desunt, quae fortasse indigent proximo praebentur, ampla est substantia voluntatis bonae, quae sufficit ad regni retributionem, sicut scriptum est: In terra pax hominibus bonae voluntatis. Sequitur: Fenestrae autem eius, vestibulum & sculpturae, secundum mensuram portae quae respiciebat ad Orientem. Cuncta haec iam superius latius dicta sunt, & idcirco sermo non debet morosa expositione tardare. Hoc tamen magnopere notandum est, quod porta ad Aquilonem ea omnia habere perhibetur, quae porta ad Orientem: fenestras scilicet contemplationis, vestibulum humilitatis, sculpturam bonae operationis. Omnes enim qui per hoc quod in conuersatione nati sunt, in innocentia persisterunt, portam

Exo. 27.  
L  
M  
Luc. 2.



**A** portam ad Orientem habent, quia eis cœlestis regni aditus patet ex lumine quod acceperunt. Et omnes qui in peccatis postmodum lapsi, corporis sui frigore sunt depressi, sed per penitentiam redeunt ad amorem cœlestis patrię & recalcant portam ad Aquilonem habent: quia eis etiam post peccati sui frigus, regni aditus per misericordiam patet. Ea ergo habere dicitur ad Aquilonem, quia & conuersi peccatores sic ditantur virtutibus, sicut illi sunt diuites qui cadere in peccati penitentiam vitauerunt. Vnde & Psalmista voce per dominum dicitur: Cinerem sicut panem manducabam. Quia sic penitentes recipit vt iustos. Scriptum quippe est de peccatoribus: Olim in cilicio & cinere penitentiam egissent. Cinis ergo sicut panis comeditur, quando auctori suo peccator per penitentiam, sicut innocens reuocatur. Porta igitur ad Aquilonem habet fenestras, habet vestibulum, habet sculpturas: quia cum peccator ad vitam post culpas reducit, saepe lumen contemplationis accipit, atque de ipsa memoria iniquitatis suę gratiã magnę humilitatis: bonę quoque operationis efficaciam, vt omne quod fieri præcipitur, in vita eius quasi sculptum esse videatur: Septem verò graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam. Septem gradibus ad portam ascenditur, quia per sancti spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni cœlestis aperitur. Quam septiformem gratiam Elaias in ipso nostro capite, vel in eius corpore quod sumus, enumerans dicit: Requiescet super eum spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & veritatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Quos gradus de cœlestibus loquens, descendendo magis quàm ascendendo numeravit: videlicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem. Et cum scriptum sit: Initium sapientię timor domini: constat proculdubio, quia à timore ad sapientiam ascenditur: non autem à sapientia ad timorem reditur, quia nimirum perfectam habet sapientia charitatem. Et scriptum est: Perfecta charitas foras mittit timorem. Propheta ergo, quia de cœlestibus ad ima loquebatur, cepit magis à sapientia, & descendit ad timorem. Sed nos qui à terrenis ad cœlestia tendimus, eisdem gradus ascendendo enumeremus, vt à timore ad sapientiam peruenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus est timor domini: secundus, pietas: tertius, scientia: quartus, fortitudo: quintus, consilium: sextus, intellectus: septimus, sapientia. Est enim timor domini in mente. Sed qualis est iste timor, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationibus dissimulat: huius timor ante omnipotentis dei oculos nullus est, quia non subleuatur ad pietatem. Sed saepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si fortasse pepercerit quę parcenda non sunt. Peccata etenim quę feriri gehennę ignibus possunt, disciplinę verbera sunt corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat, ad æternum supplicium pertrahit. Vt ergo vera & ordinata sit pietas, ad gradum est alium subleuanda, id est, ad scientiam, vt sciat vel quid ex misericordia puniat, vel quid ex pietate dimittat. Sed quid si sciat quid agere quis debeat, virtutem verò agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem: vt cum videt quid agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepidet, & pauore collapsa, non valeat bona defendere quę sentit. Sed saepe fortitudo si improvida fuerit, & minus contra vitia circumspicita, ipsa sui præsumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, vt providendo præmuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest, si intellectus deest: quia qui non intelligit malum quod agentem grauat, quomodo potest bonum solidare quod adiuvat? Itaque à consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid si intellectus magno acuminis vigilet, & moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam: vt hoc quod acutè intellectus inuenit, sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem, per pietatem ad scientiam ducimur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium intellectu proficimus, per intellectum ad maturitatem sapientię peruenimus: septem gradibus ad portam ascendimus,

per quam nobis aditus vitę spiritualis aperitur. Bene autem dicitur, quia vestibulum erat ante eam: quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit, sicut scriptum est: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? De quo per Psalmistam dicitur: Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarum. Conualis quippe humilis locus est, & peccator quisque dum se in lachrymis humiliter affligit in corde, per ascensum virtutum proficit. Qui rursus ait: Emitit fontes in conuallibus: Quia omnipotens deus dona spiritualis gratiã humilibus præstat. Potest quoque per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus & portam: quia prius ad fidem venimus, vt postmodum per spiritualium donorum gradus, cœlestis vitę aditum intremus. Non enim virtutibus venit ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim Centurio cuius elemosynę ante baptismum angelo testante laudatę sunt: non operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera. Nam & ei per angelum dicitur: Orationes tuę & elemosynę ascenderunt in conspectum dei. Si enim deum verè & ante baptismum non crederat, quid orabat? vel quomodo hunc omnipotens deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici petebat? Sciebat igitur creatorem omnium deum: sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset, ignorabat. Neque enim poterat bona agere, nisi ante credidisset. Scriptum nanque est: Sine fide impossibile est placere deo. Fidem ergo habuit, cuius operationes & elemosynę placere potuerunt. Bona autem actione promeruit, vt deum perfectè cognosceret, & incarnationis eius mysterium crederet, quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Vestibulum itaque ante gradus est: quia qui prius credidit, ipse post virtutum gradibus ad portam aditum ascendit. Sequitur: Et porta atrij interioris contra portam Aquilonis & Orientalem. Hoc loco contra non pro aduersitate ponitur, sed pro reſtitutione: ita enim porta interioris atrij posita monstrabatur, vt porta Aquilonis & Orientis perfectò ad eam aditu tederet. Quid est ergo quod porta interior recto itinere posita contra portam Orientis & Aquilonis ostenditur, nisi hoc quod aperte datur intelligi: quia sine Iudaico & gentili populo, seu iustis & peccatoribus, sed post peccata conuersis, quę aditus regni cœlestis aperitur? Larga est enim misericordia creatoris nostri. Et porta interior non solum portam Orientis respicit, sed etiam Aquilonis: quia non solum his qui in innocencia permanent, sed etiam peccatoribus peccata sua penitendo damnantibus aperiantur interioris atrij gaudia: vt ineffabilia mysteria patrię cœlestis agnoscant, agnoscendo sitiant, sitiendo currant, currendo perueniant. Hęc æterni gaudij secreta cognouerat, qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Prædicator gentium ad hunc aditum regni cœlestis anhelabat, cum dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Hęc exultationis occultata secreta cognouerat sponsa, quę dicebat: Dilectus meus misit manum suam per foramē, & venter meus intremuit ad tactum eius. Dilectus etenim manum per foramen mittit, quando virtute sua dominus nostrum animum per subtilem intellectum pullat. Et venter in tactu illius contremiscit, quia infirmitas nostra per hoc quod cœlestis gaudij intellectu tangitur, ipsa sua exultatione turbatur, & fit in mente pauor cum lætitia: quia etsi iam sentit quid de cœlesti gaudio diligit, adhuc metuit, ne non pereat quod vix tenet sentit. Quid igitur restat, nisi vt se ad perfectioris vitę cursum dirigant omnes qui illa gaudia patrię cœlestis agnoscunt? Vnde & hic aptè subiungitur: Et mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos. Centenarium numerum, quia decies per denarium ducitur, iam superius diximus esse perfectum. Is itaque qui aditum atrij interioris videt: profectò necesse est vt per vitam perfectionis currat, & à porta inchoationis vsque ad consummationis ingressum perueniat. Mensuretur ergo atrium interius, quod à portis exterioribus vsque ad portam interiorem tenditur centum cubitis: vt qui intrare amando cœpit, latitudinem perfectionis habeat in mente: quatenus in eo quem diligit, hunc

Esa. 66.

Psal. 83.

Psal. 103.

Acto. 10.

Acto. 10.

Heb. 11.

Psal. 61.

Philip. 1. Cant. 5.



G nec aduersa coangustent, sed transitoria cuncta despiciens, quousque ad gaudia secreta perueniat, per atrium perfectionis currat. Sicut etenim multi qui iam in septem gradibus aditum portæ exterioris intrauerunt, iuxta quendam supernæ dispensationis modum: per timorem dei humiles, per pietatis studium misericordes, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per cõsiliũ cauti, per intellectum prouidi, per sapientiam maturi: sed adhuc quibusdam necessitatibus obligati, huius mundi curis inseruiunt. Et vnde iam ex magna parte excusserunt animum, ibi adhuc tenentur inuicti. Cumque superimposita terrene occupationis portant onera, minus in præceptis cœlestibus exercentur. Et dum anhelare medullitus ad æternam patriam non vacat: ipsa in eis sua aliquo modo desideria languescunt: quia animo curis temporalibus præpediti, vera gaudia quæ cognouerunt, amare non tantum licet quantum libet. Hi plerunque à iugo mundi colla mentis excutunt, omnia deserunt, terrenæ curæ pondera deponunt, atque ut ad cœlestis desiderium latius animi sinum laxent, vitam remotam petunt, & in ea sanctis precibus intenti, sacris meditationibus dediti, quotidiano se fletu afficiunt, & vetustatem cordis, igne amoris conflant, atque ad cœlestis gaudium accendendo se ianouant. Hi plerunque in ipso suo desiderio accensi, exire iam de carne concupiscunt, atque ad vitam præsentem redire post fletum nolunt. Sed tamen differuntur, ut dilatus amor ex ipsa sua dilatione proficiat, & ardenti desiderio quasi quod negatur, crescat. Sic in regione Gerasenorum qui liberatus à legione dæmonum fuerat, iam cum domino ire volebat, sed tamẽ ei dicitur: Reuertere in domum tuam, & narra quanta fecerit tibi dominus. Sic sponsa in Canticis canticorum sanctis desideriis anxiosa loquitur dicens: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. In lectulo enim dilectum quærit, quando in ipso suo ocio & vacatione quam appetit, iam videre animam dominum concupiscit, iam ad eum exire desiderat, iam carere præsentis vitæ tenebris anhelat. Sed quærit illum, & non inuenit: quia quantum magno amore desiderat, adhuc tamen ei non conceditur videre quem amat. Tales itaque sanctorum mentes quid aliud in hoc desiderio faciunt, nisi quod iam à portis exterioribus per atrium interioris ad portam currunt? Quibus sæpe euenit, ut cum se viderint magno cœlestis gratiæ munere compunctos, iam se perfectos exultiment, & obedientes putent, sed quia nullus est qui dura præcipiat: patientes esse se credant, sed quia nemo eos per contumelias & aduersitates pullat. Et plerunque contingit, ut spiritale ministerium vel inuicti suscipiant, atque ad gubernationem fidelium deducantur. Qui cum magnis tribulationibus fuerint hinc inde pulsati, turbati mente, sese imperfectos inueniunt, qui non pulsati perfectos se esse crediderunt. Qua ex re agitur, ut se ad semetipsos colligant, & apud se opprobrium suæ infirmitatis erubescant, atque ex ipsa sua confusione roborati, contra aduersa patientiam opponant, & ex tribulatione proficiant, qui prius in ocio ex ipsa sua securitate torpebant. Et veraciter esse tales incipiunt, quales se esse prius inaniter putauerunt. Hi itaque cum à portis exterioribus vsque ad interiorem portam per boni studij atrium deferuntur: hoc ipsum in eis atrium centum cubitis mensuratur, quia dilectione & exercitio in sancta quotidie perfectione proficiunt. Per quotidiana enim desideria in mente perfici, quasi centum est cubitis interius atrium mensurari. Idcirco ergo à portis vsque ad portam centum sunt cubiti, ut quasi quedam more: vnde sit ipsa dilatio viuendi, per quam quotidie in virtutibus crescit, ut ad interiorem aditum perfectius perueniatur. Sequitur: Et eduxit me ad viam Australem, & ecce porta quæ respiciebat ad Austrum. Et mensus est frontem eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores, & fenestras eius, & vestibula in circuitu, sicut fenestras cæteras, quinquaginta cubitorum longitudinem, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Et in gradibus septem ascendebatur ad eam, & vestibulum ante fores eius.) Cuncta hæc in Orientis & Aquilonis porta iam dicta sunt, & congruum non est, ut ea quæ semel ac secundo exponentes diximus, sæpius replicemus. Notandum tamen nobis est, quia in spirituali ædificio alter aditus ad Orientem, alius ad

Luc. 8.  
Cant. 3.

Aquilonem, atque alius ad Austrum patet. Sicut enim Aquilonis frigore peccatores, ita per Australem viam feruentis spiritu defigantur. Qui calore sancti spiritus accensi, velut in meridiana luce virtutibus excreverunt. Pateat itaque porta ad Orientem: ut hi qui sacramenta fidei bene inchoauerunt, & in nulla postmodum virtutum profunditate demersi sunt, ad gaudia secreta perueniant. Pateat porta ad Aquilonem, ut hi qui post inchoationem caloris & luminis in peccatorum suorum frigore & obscuritate dilapsi sunt: per commotionem penitentiam ad veniam redeant, & quæ sit interitæ retributionis vera lætitia cognoscant. Pateat porta ad Meridiem, ut hi qui sanctis desideriis in virtutibus feruent, spirituali intellectu quotidie interni gaudij mysteria penetrent. Inter hæc autem queri potest, cum quatuor huius mundi partes sint: cur in hoc ædificio hæc exteriores non quatuor, sed tres portæ esse memorantur? Quod recte quærendum fuerat, si propheta non spiritale, sed corporale ædificium vidisset. Sancta enim Ecclesia, id est, spiritale ædificium, ut ad secreta gaudia pertingat: tres solummodo portas habet, videlicet fidem, spem, atque charitatem. Vnam ad Orientem, aliam ad Aquilonem, tertiam ad Meridiem. Porta quippe in Oriente est fides, quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad Aquilonem spes, quia vnusquisque in peccatis positus: si de venia desperauerit, funditus perit. Vnde necesse est, ut qui per suam iniquitatem extinctus est, per spem misericordiæ reuiuiscat. Porta ad Meridiem charitas, quia igne amoris ardet. In meridiana etenim parte Sol in altum ducitur, & quia per charitatem lumen fidei in dei & proximi dilectione subleuatur. Tribus igitur portis ad interius atrium tenditur, quia per fidem, spem, atque charitatem ad gaudia secreta peruenitur. Alia quoque quæstio oritur, cur porta atrij interioris posita contra portam Orientis & Aquilonis dicitur, & an ad Australem portam pateat, taceatur. Sed quia per Orientem inchoantes, per Aquilonem lapsos diximus designari: dignum fuit, ut vel de inchoantibus quibus adhuc Sol in tepore est: vel etiam de lapsis, sed per conuersionem redeuntibus aperte diceretur, quod eis porta atrij interioris pateat, quatenus ex ipsis nos certos faceret, de quibus dubitari poterat. Hoc autem de porta Australi dicendum non erat: quia eos ad gaudia interna pertingere qui seruore spiritus in virtutibus permanent, nullus ignorat. Sequitur: Et cælatæ palmæ erant: vna hinc, & altera inde in fronte eius.) Quid est hoc quod prius in frontibus pictura palmarum, nunc autem cælatæ palmæ in fronte esse memorantur? Sed sicut iam superius diximus, pictura palmarum est ostensio signorum. Nunc verò cælatura palmarum dicitur, ut honorum operum demonstratio designetur. Ipsi enim summis prædicatoribus dicitur: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Qui igitur in vita sua impressa esse sancta opera demonstrant, palmas in fronte cælatas habent, quia quanta illos in posterum victoria sequatur: iam nunc in sanctis suis operibus ostendunt. Vel certe quia fidem per Orientis, spem per Aquilonis, charitatem verò per Australem portam diximus designari. Notandum verò nobis est, quia in Orientis porta pictura palmarum, in Aquilone verò & Meridie cælatura esse perhibetur: quia contingit sæpe, ut hi qui adhuc inchoantes sunt, necdum se in operibus solidis ac magnis exercent: hi verò qui post iniquitates ad virtutem redeunt, plerunque ut culpas suas ante omnipotentis dei oculos tegere valeant, in magnis operibus exercentur. Et quia iam seruore spiritus actibus & virtutibus excreuerunt, quasi meridies in sanctis actibus inardescunt. In Orientis ergo porta pictura est, in Aquilonis verò & Meridiei cælatura: quia signum victoriæ quod inchoantibus ostenditur, hoc in reuertentibus atque feruentibus iam solidius & robustius tenetur. Notandum quoque magnopere est, quod dicitur hinc & inde. Omnes enim qui ad vitam aditum tendimus, & ex dextro & sinistro latere habere palmam debemus. Quod enim hinc & inde dicitur, latus vtriusque signatur. A dextro igitur palmam habet is, quem prospera non extollunt. A sinistro palmam habet is, quem aduersa non deiciunt. Quasi ex vtraque parte portabat Paulus palmam cum diceret: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem: per infamiam, & bonam famam: 2. Cor. 6.



**A** mam: vt seductores, & veraces. Non hunc aduersa frange-  
bant, non prospera in mentis tumorem subleuabant. Hincin-  
de ergo gestabat palmam, quia & in aduersitate fortis, & in  
prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prospe-  
ris extollitur, habere in dexteram partem palmam nescit.  
Quisquis in aduersitatibus frangitur, portare palmam a fini-  
mo latere ignorat. Vt ergo hinc & inde palma gestetur in  
fronte, adesse semper nostris mentibus debet & in aduersis  
fiducia, & in prosperis timor: ne aut aduersa in desperatione  
pertrahant, aut prospera animum in sui fiduciam extollant.  
Hinc est quod idē egregius praeicator dicebat: Scio & hu-  
miliari, scio & abundare: vbique & in omnibus institutus sum.  
Et satiari, & esurire: & abundare, & penuriam pati: omnia pos-  
sum in eo qui me confortat. Nunquid nam fratres ars est ali-  
qua, humiliari & abundare: satiari & esurire: abundare & pe-  
nuriam pati: vt pro magno se ista scire ratus praeicator in-  
sinuet? Ars omnino, & mira disciplinae scientia, quae toto no-  
bis cordis est adniti discenda. Quem enim penuria sua non  
frangit, a gratiarum actione non retrahit, in rerum tempo-  
ralium desiderium non accendit, scit humiliari. Hoc enim  
loco apostolum humiliari, dicit penuriam perpeti. Nam statim  
econtrario subiungit: scio & abundare. Qui enim accep-  
tis rebus non extollitur, qui eas ad vsum vanae gloriae non in-  
torquet, qui solus non possidet quod accepit: sed hoc cum indi-  
gentibus misericorditer dimidit, scit abundare. Qui accepta  
B. alimenta non ad ingurgitationem ventris vtitur, sed ad repa-  
rationem virtutis, nec plus carni tribuit, quam necessitas pe-  
tit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratio-  
ne tolerat, nec pro necessitate virtutis agit aliquid vnde ani-  
ma peccati laqueum incurrat, scit esurire. Quem ergo nec  
abundantia in superbiam eleuat, nec in necessitate cupiditas  
irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati. Qui cum statim  
subdiderit, omnia possum: ne elationis esse verba credideri-  
mus, adiunxit: in eo qui me confortat. Ecce in altum ramus  
prodit, sed quia in radice se tenuit, in viriditate permansit.  
In altum enim surgens aresceret, si se a radice diuisisset. Sibi  
enim nihil tribuit, quia omnia se posse non in se, sed in eo qui  
se confortat fatetur. Hinc & inde ergo praeicator egre-  
gus palmam habet, quem nec abundantia in superbiam,  
nec inopia ad auaritiam pertrahit. Discamus itaque fra-  
tres non solum in prosperis, sed in aduersis quoque gratias  
agere. Pater enim nobis ex pietate sua factus est conditor  
noster, nosque adoptiuos filios ad hereditatem regni coe-  
lestis nutrit. Et non solum donis reficit, sed etiam flagellis  
erudit. Discamus igitur abundare: vt cuncta quae ab eo ac-  
cepimus, cum indigentibus partiamur, vt mentem abundan-  
tia non eleuet, ne fortasse gaudeat: quia hoc adesse sibi quod  
deest alteri, & non iam communi bono, sed proprio late-  
tur. A priuato gaudia veritas ad commune discipulos reuo-  
cat, cum eos de praedicatione redeuntes, & de subiectione  
C. demonum letantes admonet, dicens: Nolite gaudere super  
hoc, sed potius gaudere & exultate, quia nomina vestra scri-  
pta sunt in caelo. Non enim omnes electi demonia elici-  
unt, sed tamen electorum omnium nomina caelo tenentur  
adscripta. Admonentur ergo discipuli priuatam laetitiam  
deponere, de communi autem & perpetua felicitate gau-  
dere. Quisquis itaque in eo gaudet quod alter non habet:  
ex ipsa sua abundantia deterior factus, gaudium priuatum  
habet. Contra huius nos appetitum abundantiae iohannes  
admonet, dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quae in  
mundo sunt. Qui mox rationem subdidit, quare: Si quis  
diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nemo enim  
potest duobus dominis seruire, quia non valet simul transi-  
toria & aeterna diligere. Si enim aeternitatem diligimus,  
cuncta temporalia in viu non in affectu possidemus. Qui ean-  
dem rationem protinus subdidit, dicens: Quia omne quod  
in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia o-  
culorum, & superbia vitae. Ideo enim habere aliquid homi-  
nes, & ultra quam necesse est, concupiscunt, vt habendo su-  
perbiant: & quia hoc alius non habet, se in cogitationibus ex-  
tollant. Quisquis itaque talis est, adhuc ad portandam abun-  
dantiam ductus non est. Saepē autē quod auaritia ex appetitu  
suggerit necessitatem putat. Et cum minora sufficiant, dolet  
maiora deesse, atque incautus animus quaedam quasi necessi-

Philip. 4.

Luc. 10.

1. Ioan. 1.  
Ibidem.

Ibidem.

tatem patitur quam parit. Et cum in huiusmodi sunt quae defi-  
derat, tuam sibi auaritiam aliquo modo excusat. Abundantia  
itaque superbiae vicina est. Quam si quando etiam cupidi-  
tas interceptit, hanc, vt ita diximus, quasi peregrina captiuitas  
inuasit. Si igitur abundandi artem scire volumus, necesse est,  
vt non solum ea quae vicina sunt, sed ea etiam quae de lon-  
ginq̄o veniunt, vitia fugiamus. Discamus penuriam pati,  
ne ea quae non habemus, habere etiam cum culpa requira-  
mus, ne felices putemus, quos rebus onustos cernimus. Ni-  
mia valde sunt ea quae sibi quasi in sumptus vitae praesentis  
praeparant. Multa portant, sed in via breui. Magna est no-  
bis in hoc itinere locia paupertas, quae animum non angu-  
stat, cum deest terrena substantia, de qua aeterno iudici ra-  
tiones ponamus. Liberius ad patriam tendimus, quia qua-  
si in via pondere caremus. Discamus satiari, ne in sumendis  
alimentis corporis, gulae magis quam necessitati seruiamus.  
Plus enim concupiscentia, quam necessitas petit: Et saepe  
dum carnis inopiae satisfacere curamus, voluptas surrepit,  
modum refectionis excedit. Vnde fit vt culpa transeat ad  
culpam: quia plerumque inde alia tentatio carnis nascitur,  
dum carni immoderata refectione seruitur. Ex peccato ete-  
nim primi hominis, infirmante natura, in hoc mundo cum  
nostris tentationibus nascimur. Et caro nobis aliquando  
adiutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in ma-  
lum. Si igitur ei plusquam debemus tribuimus, hostem nu-  
trimus. Et si necessitati eius quae debemus, non reddimus, ci-  
uem necamus. Satianda itaque est caro, sed ad hoc vsque, vt  
in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis ei tan-  
tum tribuit vt superbiat, satiari penitus ignorat. Ars ita-  
que magna est satiari, ne vnusquisque per satietatem car-  
nis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. Discamus esu-  
rire, vt nobis propter abundantiam sequentem nostra hic in-  
opia placeat. Nec nos ventris necessitas ad culpam trahat,  
nec peccatum menti ipsa indigentia suggerat: & dum ca-  
ro fame afficitur, ad cupiditatem animus irritetur, & quaer-  
rat cum culpa prouidere vnde carni valeat in necessitate sa-  
tisfacere, ne cor in indignationem profiliat, & linguam in  
murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in car-  
nis suae inopia se hincinde circumspectat, atque a peccati la-  
queo custodit, nouit esurire. Nos itaque fratres charissimi  
scam atque auaritiam in aduersitate fugientes, & elationem  
& immoderata gaudia in prosperitate declinantes: quia per  
fidem, spem, atque charitatem, interioris vitae atrium tribus  
portis intrare concupiscimus, palmas hinc & inde teneamus.  
Libet adhuc alterum ciuem caelestis patriae ad mentem re-  
ducere, & qualiter hincinde palmam teneat, demonstrare.  
Beatus etenim Iob cum esset viris Orientalibus ditior, & ei  
prospera cuncta suppeterent, filiis polleret, familia cresce-  
ret, greges exuberarent, in tanto omnipotentis dei timore  
perterritus: vt inter custodiam disciplinae, inter acta iustitiae,  
inter multa humilitatis obsequia: misericordiae operibus in-  
tentus, sacrificiis offerendis deditus, hosocausta domino pro  
singulis filiis immolaret, ne quis eorum saltem in corde pec-  
casset. Pensemus ergo quanta erat custodia boni operis, qui  
in filiis suis expiabat sacrificiis culpas cordis. Sed quam ius-  
tus esset in prosperitate innotuerat. Valde autem ignotum  
erat, si perseuerare iustus & inter flagella potuisset. Tangen-  
dus ergo erat verberare. Vir ille sanctus in prosperis, inter-  
rogatur aduersis: vt qui notus erat omnipotenti domino, no-  
tus per flagella fieret nobis & sibi metipso. Disponente ita-  
que domino, consumpti sunt greges, interfecti custodes, e-  
uersa domus, extincti filii, percussa caro a planta pedis vs-  
que ad verticem. Remansit vxor incolumis, quae verborum  
iaculis vulnera augeret. Sed hanc vir sanctus in tentatione,  
sanus in vulnere prudenter docet, eique respondet dicens: Si  
bona accepimus de manu domini, mala quare non suscipia-  
mus? Amici quoque ad consolandum veniunt, ad contume-  
lias prorumpunt: & in dolore vulnerum, addunt adhuc vul-  
nera verborum. Immisericordem dicunt, raptorem nomi-  
nant, violentum denunciant, oppressorem pauperum faten-  
tur. Quid igitur miles dei faceret inter dolentia vulnera &  
amara verba depressus? Ecce flagella dei & verba hominum  
simul afflicti animum ad desperationem premunt, sed virtu-  
te spiritus plenus, carnis vulneribus iacens, mentis robore  
mm ij stans

\* inuid.

D

F

F

Iob. 2.



**G**stans, contra desperationis impulsu rediit ad memoriam bona quae egerat. Quia misericors fuerat, dicit: Oculi sui caeco, & pes claudus. Et rursum: Pater eram pauperum. Quia disciplinae custos & benignus, dicit: Cumque sederem quasi rex circumspiciente me exercitu, eram tamen incoerentium consolator. Quia humilis fuerat, dicit: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quia hospitalis fuerat, fatetur: Si despexi praetercuntem, eo quod non habuerit indumentum. Quia largus in donis, dicit: Si non benedixerunt mihi latera eius, & de vellerebus ouium mearum calefactus est. Quia violentus non fuerat, testatur dicens: Si leuaui super pupillum manum meam, cum viderem me in porta superiorem. Quia de inimici periculo nunquam exultauerat, dicit: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. Quia patiens fuit, & etiam suorum malitiam aequanimiter pertulit, dicit: Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur? Quid est hoc quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est quod ore suo opera quae fecerat, laudat: nisi quia inter vulnera & verba quae hunc ad desperationem trahere poterant, ad spem animum reformat? Et qui in prosperitate humilis fuit, reuocatis bonis suis ad memoriam, infractus in aduersitate permansit. Cuius enim animus inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent, nisi sibi ad memoriam bona quae fecerat reuocasset? Vidit igitur sanctus vir mentem suam auditis tot malis ad desperationem conculsi, & mirabiliter studuit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Si enim cum bona habemus, malorum reminiscimur, quae aut iam passi sumus, aut adhuc pati possumus: accepta bona mentem non eleuant, quia eorum gaudium timor memoriae malorum premit. Et si cum mala habemus, bonorum reminiscimur, quae aut iam accepimus, aut adhuc nos posse accipere speramus, malorum pondus animum ad desperationem non premit, quia hunc ad spem memoria bonorum leuat. Si itaque fratres charissimi, & per praecipua dominica, & per sanctorum exempla gradimur, ut nos nec prosperitas eleuet, nec aduersitas frangat, habere nos ante omnipotentis dei oculos palmas hinc & inde monstramus. Cui est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

## Homilia. XX.

**I**n porta atrij interioris in via Australi. Et mensus est a porta usque ad portam in via Australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris, & fenestras, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos, & vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte, & octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam Orientalem: & mensus est portam secundum mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius sicut supra, & fenestras eius, & vestibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum: & vestibulum eius, id est, atrij exterioris, & palmae celatae in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Et introduxit me ad portam quae respiciebat ad Aquilonem. Et mensus est secundum mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum longitudine quinquaginta cubitorum, & latitu-

dine viginti quinque cubitorum. Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius, & celatura palmarum in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius, & per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum. Ibi lauabunt holocaustum.

**P**rophetae verba, quae largiente domino hodie charitati vestrae loquenda sunt, lectione magis indigent quam expositione. Ea enim in tribus portis interioribus replicantur, quae secundo iam vel tertio de exterioribus dicta sunt. Pauca vero in earum descriptione permutantur. Unde necesse est ea nos quae iam dicta sunt, replicare: ut ea quae dicenda sunt, licentius possimus enodare. Itaque nunc dicitur:

Et porta atrij interioris in via Australi: & mensus est a porta usque ad portam in via Australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem, & mensus est portam iuxta mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris. Et fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos, & vestibulum per gyrum. Cuncta haec superius dicta atque exposita esse meministis. Necdum vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur: Longitudine viginti & quinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum, & vestibulum eius ad atrium exterius. Atque iterum hoc quod iam superius dictum fuerat, replicatur cum dicitur: Et palmas eius in fronte: & statim quod adhuc dictum non fuerat, subditur: Et octo gradus erant in quibus ascendebatur ad eam. Hoc quoque quod de Australi porta scriptum est, de Orientali quoque porta in eodem ordine narratur. Nam protinus subinfertur: Et introduxit me in atrium interius per portam Orientalem, & mensus est portam secundum mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius sicut supra: & fenestras eius, & vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, latitudine viginti quinque cubitorum. Et vestibulum eius, id est, atrij interioris, & palmae celatae in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Ea quoque quae de Australi porta & Orientali dicta sunt, in eisdem verbis etiam de porta quae ad Aquilonem respicit, replicantur. Nam subditur: Et introduxit me ad portam quae respiciebat ad Aquilonem, & mensus est secundum mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, longitudinem quinquaginta cubitorum, latitudinem viginti quinque cubitorum: & vestibulum eius respiciebat in atrium exterius, & celatura palmarum in fronte illius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Quid itaque interiori atrio, quid thalamo, quid frontibus, quid vestibulo, quid fenestris, quid longitudine & latitudine, quid palmarum celatura signetur, late iam superius diximus. Nec oportet ut in eisdem iterum, sed in his solummodo quae necdum dicta sunt, occupemur. Nunc ergo quaerendum nobis est quae istae tres portae interiores sint: vel quid est quod earundem portarum vestibula viginti quinque cubitis longitudine, & quinque cubitis latitudine metiuntur: vel cur ad eas non septem sicut de portis exterioribus dictum fuerat, sed octo gradibus ascenditur. Porta enim atrij interioris quae superius dicta est, de his tribus portis interioribus non est: quia illa contra Orientis & Aquilonis portam respicere dicitur: istae autem singulae interius ad Austrum vel Orientem & Aquilonem positae esse memorantur. Unde recte per illam aditus interior designatur, quia sicut praecedenti locutione iam dictum est, vel Iudaeae & gentilitati, vel Inchoantibus atque in bono perseverantibus, vel a bono cadentibus, sed post culpas per poenitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam singulae in Oriente & Aquilone & Austro portae descriptae sunt: cur interioris atrij rursum portae singulae in Austro & Oriente atque Aquilone describantur? Aspirante domino, magna intentione opus est sinum tantae profunditatis indagare. Si enim portarum nomine sanctos praedatores accipimus: sciendum nobis est, quia una est Ecclesia in praedicatoribus testamenti veteris ac novi. Portae autem septem vel octo gradus habent, quia sancti spiritus septiformem gratiam concorditer praedicant. Octavo vero gradu annunciant praemium

**A** mimum retributionis aeternae. Vnde scriptum est: Da partes septem, necnon & octo. Quid itaque dicere possumus exteriores portas, nisi antiquos patres fuisse, qui per praecepta legis nouerant opera populi magis quam corda custodire? ut interiores portas praedicatorum sanctae Ecclesiae debeamus accipere, qui spiritualibus monitis discipulorum suorum cor da custodiunt, ne malis quae non faciunt, vel in cogitationibus delectentur. Per illas enim septem gradibus ascendi dicitur: istarum vero octo graduum ascensus esse perhibetur: quia & in ueneratione legis dies septimus fuit, & in nouo testamento octauus dies in sacramento est: is uidelicet qui dominicus appellatur, qui tertius a passione, sed octauus a conditione est, quia & septimum sequitur. Sin uero portarum nomine solos intelligimus sanctos a postolos designari, qui uidelicet primi nobis sunt sanctae Ecclesiae praedicatorum, & nos fidem, spem, atque charitatem summopere tenere docuerunt. Ipsi itaque nobis in his uirtutibus portae sunt, qui nos per eadem uirtutes ad interiorum intellectum aeternae sapientiae perducunt. Sed si ipsi exteriores portae sunt, quos accipimus interiores? Si uero ipsi interiores sunt, quos intelligimus exteriores? Qua in re intelligi uiliter potest, quia ipsi nobis & exteriores simul & interiores portae sunt. Cum enim adhuc inchoantibus non alta & mystica, sed quaedam quae ca pi praeualeant praedicant, portae exteriores sunt. Cum uero perfectis profunda & mystica loquuntur, portae interiores. Videamus qualiter porta exterior pateat: Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Videamus qualiter porta interior pateat: Sapientiam loquimur inter perfectos. Videamus utrum ipsa eadem sit porta interior & exterior: Sapientibus & insipientibus debitor sum. Qui rursum dicit: Sine mente excedimus, deo: siue sobrius sumus, uobis. In hoc enim quod contemplando & loquendo sapientibus mente excedit, porta interior est. In hoc uero quod paruulis sobrius in praedicatione se temperat, & quanta ebrietate spiritus infundatur in mente cum praedicat, non ostendit, exteriorum portam se esse manifestat. Ipsi itaque & exteriores portae nobis sunt & interiores, qui nos & in primo aditu fidei, spei, atque charitatis instituunt: & cum iam proficientibus caelestis regni mysteria praedicant, per subtiliorem sensum nos ad interiora perducunt. Vnde & per septem gradus prius ascensus earum describitur, & postmodum per octo. Per octauum etenim gradum illius uita mysteria signantur, quam in secretis suis perfecti intelligunt, qui iam cuncta temporalia mente transcendere nouerunt: qui praesentem uitam quae septem dierum curriculo euoluitur, plene despiciunt: qui de intima contemplatione pascuntur. Habent igitur portae spiritualis aedificij septem gradus: quia timorem domini, pietatem & scientiam, fortitudinem & consilium, intellectum & sapientiam suis auditoribus praedicant. Sed cum iam omnia dimitti praecipiant, cum nihil in hoc mundo diligi admoent, nil per affectum teneri, vim contemplationis caelestis patriae intendi, atque in eius suadent mysterijs delectari, gradum addunt, & ad interiora transiunt. Iste gradus docente ueritate cuiusdam ostensus est, cui cum legis praecepta dicerentur, respondit: Haec omnia custodiui a iuuentute mea. Quasi enim iam in septem gradibus stabat, cum a iuuentute sua omnia custodisse se diceret. Sed ei mox dicitur: Adhuc unum tibi deest: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me. In quibus uerbis octauum quidem gradum uidit, sed ascendere noluit, quia tristis abscessit. Quisquis itaque contemptis rebus temporalibus, aeternitatis contemplatione pascitur, caelestis regni gaudia rimatur. Post septem gradus quos timendo & operando atque intellectu sapientiae suae crescendo tenuit, octauo gradu interioris portae aditum intrauit. Per octauum uero numerum & dies aeterni iudicij, & carnis resurrectio designatur. Vnde & Psalmus qui pro octaua scribitur, a pauore iudicij est inchoatus, cum dicitur: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. Nunc enim tempus est misericordiae, in illo autem iudicio dies irae. In quo uidelicet die omne hoc tempus finitur, quod septem diebus euoluitur. Et quia post septem dies sequitur, iure octauus ap-

pellatur. In quo & caro nostra resurgit ex puluere: ut siue bona siue mala quae egit, recipiat a ueritate. Vnde & per legem quoque octauo die fieri circuncisio iubetur. Nam per membrum quod circunciditur, mortalis propagatio generatur, decedentium quoque & succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum, nec carnis iam propagatio agitur, & decessio atque successio nulla erit, quia sicut scriptum est: Neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli in caelo: octaua die praecipitur praepitum incidi. Ibi enim locum iam carnis propagatio non tenet, ubi resurgens caro perseverantiam aeternitatis habet. Per hoc uerbum mater uirgo descendit, quae deum in uero sine uirilium carnis admixtione concepit, qui primus nobis aeternae patriae gloria in sua resurrectione monstrauit. Qui resurgens a mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Nobisque exemplum dedit, ut ea fieri in die ultimo de nostra carne credamus, quae facta de carne illius in die resurrectionis agnouimus. Sed quia de carnis resurrectione nobis sermo se intulit, triste nimis & ualde logubre est, quod quidam in Ecclesia stare, & de carnis resurrectione dubitare cognoscimus. Hanc autem antiqui patres uenturam esse certissime crediderunt, etiam cum nullum adhuc eiusdem resurrectionis exemplum tenuerunt. Qua igitur damnatione digni sunt, qui & exemplum iam dominicae resurrectionis acceperunt, & tamen adhuc de sua resurrectione dissidunt. Pignus tenent, & fidem non habent. Ecclesias replent, sed quia de resurrectione sua dubitant, mente uacua stant. De hac quippe resurrectione per beatum Iob dicitur: Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum. Quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius. Hinc etiam per Psalmistam dicitur: In conspectu eius prociidunt uniuersi qui descendunt in terram. In terram enim mortui non spiritu, sed corpore descendunt. In conspectu ergo domini prociidunt qui in terram descendunt: quia resurgendo ad iudicium ueniunt, qui nunc in puluere putrescunt. Hinc iterum dicit: Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: Sitiuit anima mea ad deum. Videat caro quid sitit, nisi ut resurgat. Hinc rursum ait: Aufer spiritum eorum: & deficient: & in puluerem suum reuertentur. Moxque de carnis resurrectione subiungit: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Hinc iterum dicit: Exurge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Exurrexit enim dominus in requiem suam, cum carnem suam de sepulchro suscitauit. Post hunc quoque exurgit & arca, quia resurgit Ecclesia. Hinc per eundem prophetam de quo loquimur scriptum est: Ossa arida, audite uerbum domini. Haec dicit dominus deus ossibus his: Ecce ego intromittam in uos spiritum, & uiuetis. Et dabo super uos ueruos, & succrescere faciam super uos carnes, & superextendam in uos cutem, & dabo uobis spiritum, & uiuetis. Hinc est quod propheta alius per resurrectionem domini humanum genus uidit in finem suscitari, atque ait: Uiuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius. Hinc est quod cum de semetipso dominus loqueretur, adiunxit: Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hinc Paulus ait: Vnde etiam saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Hinc iterum dicit: Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. Qui rursum ait: Primitiae dormientium Christus. Si enim nos a mortis somno non surgimus, quomodo resurrectionem dominicam primitias habemus? Ecce ueteres ac noui patres uero sibi spiritu de carnis resurrectione concordant. Ecce ipsa per se ueritas prius uoce docuit, quod de resurrectione carnis postmodum opere demonstrauit: & tamen adhuc quorundam infirmitas fidem non habet in domo fidei stans. Sed mirari solent qualiter caro reuiuiscere possit ex puluere. Mirantur igitur altitudinem caeli, molem terrae, abyssum iij Ios

De haec  
Mat. 22.  
Mar.  
12. & Luc.  
ca. 20.  
Roma. 6.  
E  
1ob. 19.  
Psal. 21.  
Psal. 52.  
Psal. 103.  
Psal. 31.  
Eze. 37.  
F  
Osee. 6.  
Ioan. 5.  
Phillip. 3.  
1. Tes. 4.  
1. Cor. 15.



## DIVI GREGORII LIBRI SECUNDI

**G**los aquarum : omnia quæ in mundo sunt , ipsos quoque angelos creatos ex nihilo . Minus est valde aliquid ex aliquo facere , quàm omnia ex nihilo fecisse . Ipsa nobis elementa , ipsæ rerum species , resurrectionis imaginem prædicant . Sol enim quotidie nostris oculis moritur , quotidie resurgit . Stellæ matutinis horis nobis occidunt , vespere resurgunt . Arbusta æstivis temporibus plena foliis & frugibus videmus , quæ hyemali tempore nuda foliis , floribus , ac fructibus , & quasi arida remanent , sed vernali sole redeunte , cum a radice humor surrexerit , suo iterum decore vestiuntur . Cur ergo de hominibus diffiditur quod fieri in lignis videtur ? Sed læpe in pulverem putrescentes carnes aspiciunt , & dicunt : Unde ossa & medullæ , unde caro vel capilli poterunt in resurrectione reparari ? Hæc itaque requirentes , parva semina ingentium arborum videant , atque si possunt dicant : Vbi in eis latet tanta moles roboris , tanta diversitas ramorum , tanta multitudo & viriditas foliorum , tanta species florum , tanta vbertas , læpor , atque odor fructuum ? Nunquidnam semina arborum odorem vel saporem habent , quem ipse post arbores in suis fructibus proferunt ? Si ergo ex semine arborum quod videri non potest , produci potest , cur de pulvere carnis humanæ diffiditur , quia ex eo reparari forma valeat quæ non videtur ? Sæpe autem obiicere inanem quæstiunculam solent , quæ dicunt : Carnem hominis lupus comedit , lupum leo deuorauit , leo moriens ad pulverem rediit , cum puluis ille suscitatur : quomodo caro hominis à lupi & leonis carne diuiditur ? Quibus quid respondere aliud debemus , nisi vt prius cogitent qualiter in hoc mundo venerint , & tunc inuenient qualiter resurgant ? Certè tu homo qui loqueris , aliquando in matris utero spuma sanguinis fuisti : ibi quippe ex patris semine , & matris sanguine paruus ac liquidus globus eras . Dic rogo , si nosti qualiter ille humor seminis in ossibus duruit , qualiter in medullis liquidus remansit , qualiter in nervis solidatus est , qualiter in carne creuit , qualiter in cute extensus est , qualiter in capillis atque unguibus distinctus : ita vt capilli molliores carnibus , & ungues essent teneriores ossibus , carnibus duriores . Si igitur tot & tanta ex vno semine per species distincta sunt , & tamen in forma remanent coniuncta : quid mirum si possit omnipotens deus in illa resurrectione mortuorum , carnem hominis distinguere à carne bestiarum , vt vnus idemque puluis & non surgat in quantum puluis lupi & leonis est , & tamen resurgat in quantum puluis est hominis ? Vide itaque homo qualiter ad vitam venisti , & nequaquam dubites ad vitam qualiter redeas . Cur autem ratione vis comprehendere quomodo redeas , qui ignoras quomodo venisti ? Da potèti creatoris tui quod comprehendere non vales de temetipso . Certè enim quia tu ex terra factus es , terra verò ex nihilo , tu es creatus ex nihilo . Ne ergo de carnis tuæ resurrectione desperes , perpende prudenter , quia minus est deo reparare quod erat , quàm fecisse quod non erat . Si non potes resurrectionis effectum ratione comprehendere , perpende quàm multa sunt quæ non intelligis qualiter sint , & tamen esse non dubitas . Dic rogo si nosti , gyrus cæli , terræ cardines , aquarum abyssus , vbi finiuntur , vbi suspensi sunt ? Scimus autem , quia quod ex nihilo factum est , pendet in nihilo . Sed si est aliquid quod dicitur nihilum , iam nihilum non est . Si autem nihil est nihilum , nusquam mundi moles dependet , nec est vbi sit quod creatum est vt sit . Quomodo ergo nusquam est quod nouimus quia est ? Sed hæc fortasse ad te multa sunt : Ad temetipsum homo reuertere . Certè ex spiritu es creatus & limo . Vno inuisibili , altero visibili : vno sensibili , & altero insensibili . Quomodo ergo permisceri in te potuit spiritus & limus , atque ex diuerso fieri res non diuersa , ita vt in tanta convenientia misceretur spiritus & limus : vt cum caro atteritur , spiritus marceat : & cum spiritus affligitur , caro contabescat ? Sed forsitan necdum præuales discutere temetipsum , perpende rogo si vales : quomodo petreæ duritiæ percussione virgæ nudas emanauit : quomodo Aaron virgæ sicca floruit , quomodo ex eius genere veniens virgo concepit , quomodo & in partu virgo permansit : quomodo quadriduanus mortuus iussione suscitatus , ligatus manibus ac pedibus de sepulchro exiit , quæ postmodum solui dominus per discipulos iussit : quomodo idem

Exod. 14.

Numc. 20.

Numc. 17.

Ioan. 6.

redemptor noster in vera carne atque ossibus resurgens , clavis ostius ad discipulos intravit . Ecce hæc inuestigare non vales , & tamen credis . Cur ergo de resurrectionis gloria dubitando & discutiendo dubitas , qui tam multa mysteria sine discussione credidisti ? Qui tamen si resurrectionem carnis non credis : omnia sine causa credidisti : quia in hoc angelorū spectaculo videris quidem velociter currere , sed postquam cursum peregeris : ne brauium accipias auersaris . Unde per Paulum dicitur : Sic currite , vt comprehendatis . Qui rursus ait : Si in hac vita in Christo tantum sperantes sumus , miserabiliores sumus omnibus hominibus . Diuinæ autem virtutis mysteria quæ comprehendere non possunt , non intellectu discutienda sunt , sed fide veneranda . Sciendum itaque nobis est : quia quicquid ratione hominis comprehendere potest , mirum esse iam non potest . Sed sola est in miraculis ratio , potentia facientis . Ecce dum de resurrectione carnis loquimur , ab expositionis ordine paululum digressi sumus . Ad ea ergo quæ cœpimus redeamus . Habent autem interiores portæ vestibula : quæ viginti & quinque cubitis in longitudinem metiuntur . Si enim octo ter ducimus : ad viginti & quatuor pertuenimus . Cui vnus additur : vt viginti & quinque teneamus . Auditores etenim boni qui quasi quadam vestibula sunt portarum , æternæ spei longanimitatem tenent : octauum diem in trinitatis fide sustinent . Quæ trinitas quia vnus est deus , octo quidem per tria ducunt , sed in vnus dei confessione solidantur . Plana sunt vestibula : quia humilia sunt corda bonorum auditorum . Habent longitudinem : quia in spei perseverant longanimitatem . Viginti & quinque cubitis earum longitudo mensuratur : quia resurrectionem carnis in octaua per trinitatem credunt , & eandem sanctam trinitatem vnum esse deum fateantur . Habent quoque quinque cubitos latitudinem : quia per vitam simplicem quæ quinque sensibus ducitur : circa amorem proximi dilatantur . Et notandum quia postquam portarum vestibula superius alia dicta sunt : postmodum vestibulum quod quinque cubitis habet latitudinem , exterius respicere dicitur : quia nimirum sunt auditores alij qui intellectum interioris vitæ magnis virtutibus proficiendo penetrant , & sunt quidam simplices qui bene quidem , sed iuxta sensus corporeos viuunt . Unde & exterius respicere dicuntur . Quali enim extra respiciunt : quia iuxta sensus corporeos viuunt . Sed tamen & exterius respicientes intus sunt , quia & si sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt : fidem tamen atque charitatem & humilitatem tenent . Et intus ergo sunt in spiritali edificio per amorem , & quasi foris respiciunt per simplicitatem . Potest per vestibulum quod exterius respicit , fides inchoantum designari , & per vestibulum quod est interius , fides perfectorum : qui iam per eam in virtutibus emicant . Possunt etiam per vestibulum interius præcepta altiora : per vestibulum verò quod respicit exterius , præcepta adhuc minima figurari . Per vestibulum quippe itur ad gradus & ad portam : quia per præcepta prædicationis pertingitur ad virtutes atque aditum gratiæ cœlestis . Cum verò iubet aliis in cogitatione sua æterna meditari : cœlestia sapere : eisque dicitur in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus viuere : quasi interius vestibulum ostenditur : quod quinquaginta cubitis longitudine , & viginti quinque latitudine mensuratur . De quibus numeris nunc tacemus : quia ex his iam multa superius diximus . Cum verò aliis præcipitur : vxori vir debitum reddat : similiter autem & vxor viro : quasi vestibulum quod exterius respicit , designatur . Quod quantum extra respiciat : tamen intus est : quia rudis auditor & adhuc agit quod carnis est , & tamen à bonorum numero alienus non est . Potest autem & per Orientis portam dominus , & per Australem Iudæa : per Aquilonis verò conuersa gentilitas designari . Sed hac in re quæstio animum pulsât : cur in superiori narratione prophetæ prius Orientalis : postmodum Aquilonis : ac deinde Austri porta descripta est : Cumque eandem portas interiori atrio narraret : prius portam Austri , deinde Orientalis , & tertio in loco descriptis Aquilonis . Cur autem non eundem ordinem quem cœperat tenuit : sed hunc in portarum descriptione permutauit : vt & prius diceret Orientalis portam , Aquilonis , & Austri , & postmodum austri , Orientalis & Aquilonis ? Sed si Aquilonis

Ioan. 20.

1. Cor. 9.

1. Cor. 10.

L

M

1. Cor. 7.



A Ionis nomine gentilitas designatur: cunctis studiosè legentibus liquet, quia ante synagogam gentilitas fuit. Nam & vir ipse à quo Hebræi appellati sunt, ex gentibus est electus. Dicatur ergo porta Orientalis ante portam Aquilonis & Austri: quia in diuinitate sua dominus ante gentilitatem & Iudæos natus est: quia & ante omnia secula. Dicatur verò narratione subsequenti porta Austri, Orientis & Aquilonis: quia redemptor noster in humana natura inter Iudæam & gentilitatem nasci dignatus est: quia & in fide synagogæ venit, & ante initium Ecclesiæ quam ex gentibus collegit. In prima ergo descriptione sit Orientalis porta ante portam Aquilonis, & Austri: in secunda autè inter portam Austri & Aquilonis, Orientis porta nominetur: quia ex diuinitate antecessit omnia, & ex humanitate venit inter omnia: quia & decedentis Iudææ finis factus est, & subsequenti gentilitatis initium. Igitur quia ea quæ necdum dicta fuerant, vt domino largiente potuimus, rimati sumus, & ea quæ sæpius sunt replicata, trāscurrimus: nunc ad ea veniamus quæ sic iam per ordinē dicuntur: vt in eis penè nihil de his quæ dicta sunt replicetur. Et per singula gazophilacia ostium in frontibus portarū. Gazophilacia superius diximus corda doctorum: quæ scientiæ diuitias seruant. Frontes autem portarum sunt verba atque opera prædicatorum: in quibus eos foris agnoscimus, quales apud se intrinsecus viuunt. Est autem ostium per gazophilacia singula in frontibus portarum: quia vnusquisque doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis & operibus patrum. Cùm enim Petri Apostoli prædicationem discutimus, cùm Pauli verba perscrutamur, cùm Ioannis Euangelium inuestigamus: atque ex eorum verbis auditores nostros ad interiorem intellectum trahimus: quid aliud agimus, nisi ostium in portarū frontibus aperimus? Dicatur ergo: Per singula gazophilacia ostiū in frontibus portarū: quia si doctor hoc quod loquitur, Apostolorum dictis minime confirmat, in frontibus portarum ostium non habet. Et si ostium non habet: dici iam gazophilacium spiritalis ædificij non potest: quia si intellectum non aperit, doctor non est. Cùm verò auditores boni per ora doceantur, Apostolorum dicta & opera cognoscunt: culpas suas apud semetipsos tacite reprehendunt, & lachrymis insequuntur omne quod se egisse iniquè meminerunt. Vnde hic quoque de ostio quod est in frontibus portarum, subditur: Ibi lauabunt holocaustum. Qui enim se per fidem in conuersatione sancta domino deuouerunt: holocaustum domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur: quia adhuc in eis cordis munditia sordidis cogitationibus inquinatur: quotidie ad lachrymas redeunt: assiduis fletibus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta & facta considerant, & cùm se indignos pensant, in portarum ostio holocaustum lauant. Ecce etenim quis pro timore omnipotentis domini esse patiens deuouit, nulli conuictum pro conuictio reddere, omnia æquanimitè tolerare, & tamen cùm hunc contumelia ab ore proximi illata subito percusserit, turbatur: forte aliquid loquitur quod loqui non debuit. Certè iste iam holocaustum est, sed adhuc inquinatum. Fortasse contra illatas contumelias patientiam exhibuit, tacitus permansit: sed tamen contra eandem contumelias quas portat, dolore tangitur: eiusque animus in charitate lauciatur. Patientia enim vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tolerare, sed odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Hic itaque sæpe in cogitatione sua se iudicat: reprehendit semetipsum quia dolet: nec tamen apud se præualeat obtinere ne doleat. Iam ergo per bonam deuotionem holocaustum est: sed tamen per dolorem quo tangitur, adhuc inquinatum. Alius ea quæ possidet, apud semetipsum decreuit indigentibus cuncta tribuere, nil sibi reseruare, vitam suam soli superne gubernationi committere: sed dum præbet pauperibus quæ habet: fortasse cogitatio mentem subrepat quæ dicit, vnde visis, si cuncta dederis? Nec tamen desistit tribuere. Sed quod lætas dare ceperat, postmodum tristis præbet. Quid huius meos nisi misericordiæ holocaustum est? sed tamen per tristitiam cogitationis inquinatum. Aut enim deliberare summa non debuit: aut post deliberationem nullo modo dubitare. Alius contempta mundi superbia, honores atque dignitates huius seculi decreuit vitare.

Ultimum appetit inter homines locum tenere, vt tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria, quanto humilior aspicitur in transeunte vita. Is fortasse cùm subito se à proximo despici agnoscat, dedignatur cur despicitur. Vult quidem in loco humili, sed tamen attendi contemptibilis non vult. Hunc iam deuotio eleuat, sed adhuc infirmitas grauat. Iam ergo per deuotionem holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaque qui in eis quæ optime deuouerunt, aliqua infirmitate sui culpa tanguntur, cùm per verba doctorum dicta patrum intelligunt, & in quanta culpa faceant, agnoscunt: sequè ipsos penitentia lamentis afficiunt, holocaustum in ostio portarum lauant. Sciendum verò est, quia hoc inter sacrificium atque holocaustum distat, quod omne holocaustum sacrificium est: sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio etenim pars pecudis, in holocausto verò totum pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificium, quid holocaustum. Cùm enim quis suum aliquid deo vouet, & aliquid non vouet, sacrificium est. Cùm verò omne quod habet, omne quod viuunt, omne quod sapit, omnipotenti deo vouerit, holocaustum est. Nam sunt quidam qui adhuc mente in hoc mundo retinentur, & tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt: quia & aliquid de actione sua deo immolant, & aliquid sibi metipsis reseruant. Et sunt quidam qui nihil sibi metipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam quam perceperunt, omnipotenti domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offerunt, immò magis holocaustum sunt? Israeliticus etenim populus primum sacrificium in Aegypto obtulit, secundum verò in eremo. Qui itaque adhuc mentem habet in seculo: sed boni iam aliquid operatur, deo sacrificium obtulit in Aegypto. Qui verò præsens seculum deserit, & agit bona quæ valet, quasi iam Aegypto derelicta sacrificium præbet in eremo: quia repulso itreptu desideriorum carnalium, in mentis sue quiete atque solitudine deo immolat quicquid operatur. Quauis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam holocaustum, maius tamen est holocaustum sacrificio: quia mente quæ huius mundi delectatione non premitur, totum in omnipotentis dei sacrificio incenditur quod habetur. Sed sciendum nobis est, quia sunt quidam qui etiam seculum relinquentes, totum quidem quod habent, offerunt: sed tamen in bonis quæ agunt, minime compunguntur: & bonum quod agunt, holocaustum est: sed quia flere ac semetipsos diiudicare nesciunt, sequè ex amore ad lachrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustum non est. Hinc per Psalmistam dicitur: Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Holocaustum quippe siccum, est bonum opus quod orationis lachrymæ non infundunt. Holocaustum verò pingue est, quando hoc quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur. Vnde rursus dicitur: Holocausta medullata offeram tibi. Quisquis enim bonum opus agit, sed omnipotentis dei amore atque desiderio flere nescit: holocaustum habet, sed medullam in holocausto non habet. Qui verò bona operatur, & visioni iam creatoris sui inhiat, atque ad æterna contemplationis gaudia peruenire festinat, sequè ipsum ex amore quo accenditur, in fletibus macerat, holocausta domino medullata dedit. Studendum verò nobis est & mala funditus relinquere, & bona quæ sufficimus operari, atque in ipsis bonis quæ agimus, amore æterni luminis compungi. Ipse enim cordis tenebras discutit amor lucis, vt subtilius videre valeamus, ne qua in bonis quæ agimus, praua misceantur. Considerandum nobis quippe est opus nostrum quale sit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. Et cùm nostro bono operi admixtum aliquid malitiæ vel prauæ delectationis agnoscimus, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Sunt autem quidam qui semetipsos in magnis actionibus domino deuouerunt, atque ad tantam perfectionem perueniunt, vt ab eis nulla vnquam difficultate flectantur: quatenus à deliberatione castitatis nequaquam caro in prauæ cogitationis delectatione animum sternat. Nam et si quando per suggestionem pulsatur, surgere non permittitur: quia vigore iudicij calcatur. In deliberationem iiii ne quoque

D

E

Exod. 12.  
Exod. 13.

Psal. 19.

Psal. 65.

**G**ne quoque patientiæ nec sermo inordinatus ab ore prodeat, nec dolor tacitus animum premat: ut in largitate elemosynæ nulla inopiæ suspitio tristitiam generet, ut in deliberatione humilitatis nullus despectus animum mordeat. Sed cum iam in his quæ rectè deuouerunt, sese fortiter exhibent, priora tamè peccata quæ ab ipsis ante bonam deliberatione perpetrata sunt, ad memoriam deducunt, & plangunt quicquid illicitè se egisse meminerunt. Hi itaque per vitam quam tenent, holocaustum sunt, sed per vitam quam antè tenuerunt, inquinatum. Lauant ergo holocaustum in ostio portarum: quia intellectu quem percipiunt de dictis patrum, lamentis se quotidianis afficiunt, & mundant vitam lachrymis quam prauis aliquando actibus inquinauerunt. Nos itaque inter hæc ad vitam præteritam mentis oculos reducimus, reminiscamur qui fuimus, cum mundi huius concupiscentias sequeremur. Et si iam domino toto corde seruimus: quia nos peccasse meminimus, desuamus in fletibus, lauemus holocaustum. Ecce omnipotenti deo deuouimus castitatem nostram. Sed si adhuc immunda cogitatio mentem inquinat, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Ecce patientiam nos seruare decreuimus. Si adhuc ira perturbat, si mentem tacitus dolor excruciat: redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Ecce iam nouimus possessa tribuere, atque in hoc mundo humilem locum tenere. Si qua adhuc animum inopiæ suspitio deprimit, si despectus proximi in aliqua nos indignatione confundit: redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Magnus est etenim creatori nostro ad recipiendos fletus humilium, misericordiæ sinus. Vbi enim innumerabilium hominum fletus suscepti sunt, ibi locum suum inuenturæ sunt & lachrymæ nostræ. Pensemus quid per alium prophetam dicitur: Et erit qui offenderit ex eis in illa die quasi David, & domus David quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eius. Hæc dies misericordiæ, quæ nobis de aduentu redemptoris nostri promissa est. Qui itaque offenderit, erit quasi David: quia peccator ad pœnitentiam redit. Domus autem David, quasi dei: quia reuersus quisque ad iustitiam, habitatio efficitur creatoris sui: ut sit sicut angelus in conspectu eius: quia misericordiæ viscera quæ in se expertus est, annunciando & aliis propinat. Hinc etiam paulo post illic dicitur: In die illa erit fons patens domus David habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruata. Fons quippe occultus est unigenitus patris inuisibilis deus. Fons verò patens est idem deus incarnatus. Qui fons patens rectè domus David dicitur: quia ex David genere nolter ad nos redemptor processit. Hierusalem verò visio pacis interpretatur. Hi autem Hierusalem habitant, qui in visione pacis intimæ mentem figunt. Peccator verò & menstruata est vel is qui delinquit in opere, vel mens quæ labitur in praua cogitatione. Menstruata nanque ista pollutio est: quia & aliena carne non tangitur, & sua carne inquinatur. Sic itaque, sic est omnis anima, quæ etsi malum opus non agit, polluta tamen cogitatione sordescit. Vnde etiam per prophetam alium sub Iudææ specie de anima immundis desiderijs occupata dicitur: Omnes qui quærent eam, non deficient, in mensuris eius inuenient eam. Maligni quippe spiritus quærentes non deficient, cum inferre perditionem cupiunt, & nulla bonæ cogitationis rectitudine repelluntur. Atque in mensuris suis animam inueniunt, quando in pollutis cogitationibus positam faciliè ad peruersam operationem trahunt. Dicatur ergo: In die illa erit fons patens domus David habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruata: quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor nolter, qui in domo David incarnari dignatus est: ut peccatorem lauet à peruerso opere, & menstruata mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum lachrymis, lauemus hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoque David lotus est, cum rediit ad lamenta pœnitentiæ post maculas grauis culpæ. Ipsum quippe inuenire fontem quærebat, cum diceret: Redde mihi lætitiâ salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Iesus enim Hebraicè, Latinè salutaris dicitur: Et quid est quod sibi lætitiâ Iesu reddi postulabat, nisi quod hunc ante culpam contemplari consueuerat, eiusque contemplationis gaudia in culpa perdidit? Vnde rectè post pœnitentiam, visionis

Zach. 12.

Zach. 13.

Hier. 2.

Psal. 50.

eius lætitiâ sibi reddi quærebat. In hoc fonte misericordiæ K lota est Maria Magdalene, quæ prius famosa peccatrix, postmodum lauit maculas lachrymis, deterfit maculas corrigendo mores. In hoc fonte misericordiæ omnibus aperto lauit Petrus quod negauerat: quia fleuit amarè. In hoc fonte misericordiæ in fine suo lotus est Iatro, qui semetipsum in morte reprehendens, à culpa sua ablutus est cõfessione veritatis. Cur igitur pigri sumus? cur torpentes & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos iam se lauisse cognouimus? Ergone in mundatione nostra desperabimus? & cessamus veniam quætere, atque cum lachrymis fiduciam habere, qui tantorû iam emundationem spei nostræ pignus accepimus? Quætere enim misericordiæ fontem debuimus, etiam si clausus esset. Patet, & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundum vniuersum, consideremus quanti peccatores diebus ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordiæ lauantur: quanti post tenebras ad lucem, quanti post maculas ad munditiâ redeunt. Curramus cum talibus post mortis tenebras ad aquam vitæ: consideremus quantum peccauimus, quantum quotidie peccamus, atque ut appareamus mundi post culpas, lauemus holocaustum.

Homilia. xxj.



**B**T in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde. Per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ, longitudine cubiti vnus & dimidij, & latitudine cubiti vnus & dimidij, & altitudine cubiti vnus, super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum & victima. Et labia earum palmi vnus, reflexa intrinsecus per circuitum. Super mensas autem carnes oblationis.

**Q**uid sumus de mysticis sensibus Ezechielis prophete locuturi, qui ipsa eius historiæ verba vix capimus? Ecce etenim dicit: Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde, ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde, per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabant. In quibus videlicet verbis magna caligo dubietatis oritur, vtrum hæc de vna porta qualibet, an de duabus, aut de singulis portis dicantur. Sed dum quaternæ mensæ per latera describuntur, ac postmodum in summa conclusione dicitur: Octo mensæ erant super quas immolabant. patet quia hoc spiritus non de singulis portis quas superius descripserat dicat, quia si portæ lex superius enarratæ quaternas mensas per latera haberent, simul omnes non octo sed quadraginta & octo dicerentur. Rursum si hoc de vna dicitur, magno obstaculo nostra intelligentia reuerberatur, quod post descriprum portæ vestibulum, vbi duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde esse narratæ sunt, adhuc ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pertingit ad Aquilonem, duæ mensæ esse memorantur: atque subiungitur: Et ad latus alterum ante vestibulum duæ mensæ. Si enim intra vestibulum portæ binæ per latera mensæ erant, cum subditur: Et ad latus exterius duæ mensæ, atque ad latus alterum ante vestibulum duæ mensæ, inter quas etiam porta quæ respicit viam Aquilonis, esse memoratur, profecto patet aliud vestibulum intrinsecus, atque aliud extrinsecus fuisse: quia & prius porta interior, & postmodum hoc in loco exterior Aquilonis porta describitur. Nam cum tres portas superius descripsisset, tres quoque alias interioris atrij esse memorauit, quarum extremam



**A** extremam Aquilonis portam narrauerat: sed ut prædictum est, atrij interioris. Nunc ergo cum duæ mensæ hinc in portæ vestibulo & duæ mensæ inde describuntur, adhuc de eadem interiori portæ sermo cõtextitur. Quippe cum protinus subinfertur: quia ad latus exterius, quod ascendit ad ostiũ portæ, pertingit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ. Porta ergo interior binas per latera in vestibulo mensas habere descripta est, & porta exterior similiter binas. Quatuor autem hinc, & quatuor inde mensæ pariter sunt, dum per latera singula binæ in vestibulo portæ interioris, & binæ hinc & inde exterius in Aquilonis portæ describuntur: quæ simul omnes octo sunt, in quibus immolatur. His itaque de exteriori narratione discussis, ad spiritalem intellectum sermo redeat: quia tãto iam nobis interioris esse largiẽte domino facilius debet, quanto nos exterioris descriptionis ignorantia nõ angustat. Possunt etenim portarum nomine, sicut superius dictum est, sancti prædicatores intelligi, ut vestibulum portæ sit populus. Qui dum mente humili verba prædicationis suscipit, in eo mensæ ad sacrificium ex virtute construantur. Rursum nihil obstat si portam accipimus hoc quod nobis per ora prædicantium sacri eloquij intellectus aperitur, ut vestibulum portæ eiusdem nobis prædicationis verba sint, quæ prius humiliter accipimus, ut post ad sacri eloquij intelligentiam veniamus. **Sic itaque nobis porta interior testamentum nouum, porta verò exterior testamentum vetus: quia & hoc spiritalem intellectum aperit, & illud rudibus adhuc mentibus in historia sacri eloquij literam custodit. Habet autem porta interior in magna iam multitudine fidelium populorum duo latera: videlicet dilectionem dei & dilectionem proximi. Binæ autem mensæ sunt hinc & inde, quia in dilectione dei necessario tenenda est fides & vita: in dilectione autem proximi debet summopere patientia & benignitas custodiri. Est enim in dilectione dei necessaria fides & vita: quia videlicet scriptũ est: Sine fide impossibile est placere deo. Et rursus scriptum est: Fides sine operibus mortua est. Est autem in dilectione proximi nobis patientia & benignitas conseruanda: quia de eadem dilectione scriptum est: Caritas patiens est, benigna est. Patiens scilicet, ut illata à proximis mala æquanimiter portet. Benigna autem, ut sua bona proximis desiderabiliter impendat. Habet quoque porta exterior, videlicet lex, duo latera: spiritales patres & carnalem populũ. In quibus singulis binæ mensæ sunt: quia habet in spiritualibus patribus doctrinam & prophetiam, habet in carnali populo circumcisionem & sacrificium. In his itaque octo mensis immolatur: quia quicquid fides credit, quicquid vita in exemplo boni operis ostendit, quicquid patientia humiliter tolerat, quicquid benignitas largiter ministrat, quicquid doctrina salubriter docet, quicquid propheta in posterum præmonet, quicquid circumcisio ad mādatum exterius ligauit, quicquid sacrificium ex deuotione offerentis egit, in omnipotentis dei oculis hoc esse victimam ostendit. In lege enim etiã per carnale sacrificium quid aliud populus, nisi deuotionẽ sui cordis immolabat? Notandum verò quod quatuor mensæ solũmodo ad holocaustum fuisse memoratur, quas videlicet vestibuli portæ interioris accipimus, ut de reliquis quatuor sentiamus, quæ ad sacrificium constructæ fuerant, non ad holocaustum. Holocaustum enim, sicut præcedenti iam locutione professus sum, totum incensum dicitur: Et lex quidem deum ac proximum diligere, diuina mandata custodiri præcipit: ab alienarum rerum concupiscentia compescit, non tamẽ omnia dimitti iubet. In testamento autem nouo nos veritas contestatur, dicens: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Atque iterum dicit: Qui vult post me venire, abneget semetipsum. Mensæ ergo interioris portæ holocaustum habent: quia in virtutibus testamenti noui quasi per holocaustũ omnia incendimus, quãdo omnibus quæ huius mundi sunt renunciamus. Mensæ verò portæ exterioris sacrificium habent, sed holocaustum nõ habent: quia præcepta legalia decimas offerri iubent, sed dimitti omnia nõ iubent. De interioris autem vestibuli quatuor mensis dicitur: Ut imoletur super eas holocaustum & pro peccato & pro delicto. Hoc etenim inter peccatum & delictum distat, quod peccatum est mala facere: delictum verò**

est bona derelinquere: quæ summopere sunt tenenda. Vel certe peccatum in opere, est delictum in cogitatione. Recte ergo in interioris portæ quatuor mensis immolatur holocaustum & pro peccato, & pro delicto: quia quicumque potuerit hoc præuens seculum pleniter contemnere, & derelinquens omnia, semetipsum domino holocaustum dare, ipse iam perfectè nouit & peccata operis plangere, & peccata cogitationis, vel quod malum fecit, vel quod debuit facere bonum quod non fecit. Qui etenim totum dimisit, culpas suas in fletibus iam liberius conspicit. Cumq̃, eius mentem terrena cura non præpedit, pro opere simul & cogitatione plangendo, mentem suam omnipotenti domino quid aliud quam holocaustum dedit: Neq̃ hoc à ratione videtur extraneum, quod propheta cum latus exterius diceret, & ostium portæ nominaret, addidit: Quæ pergat ad Aquilonem. In exteriori enim custodia literæ lex data tenebatur. Ostium verò portæ est ipse historicus intellectus legis, qui ad domini timorem ducit. Quæ porta ad Aquilonem pergere dicitur: quia lex eadẽ sub timore mortis frigida Iudaici populi corda constrinxit. Quasi enim per calorem ille populus curreret, si præcepta dominica ex amore seruasset. Sed quia sub timore mortis proposita literam custodiuit, quasi in torpore frigoris remansit. Vnde nouis populis æterna præmia amantibus, nõ autem temporalia tormenta timentibus atque iam calentibus dicitur: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater. Dicitur autem: Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde per latera portæ. Dum enim fides & vita, doctrina & prophetia in bonorum mentibus custoditur, porta nostra, id est, intellectus sacri eloquij, quatuor ex latere mensas habet. Cumq̃, in proficientibus populis sancta prædicatio patientiam & benignitatem seruat, quæ prius in carnalibus circumcisionem & sacrificium custodiunt, mensæ quoque quatuor quasi ex alio latere monstrantur. Quæ simul omnes octo ad immolandum sunt, quatuor videlicet interiores ad holocaustum, quatuor verò exteriores ad sacrificiũ. Quia & hi qui in sancta Ecclesia fidem, vitam, patientiam atque benignitatem custodiunt, summis iam procul dubio virtutibus pollent. Et hi qui in synagoga doctrinam & prophetiam, circumcisionem & sacrificium cognouerunt, alia offerendo, atque sibimetipsis alia retinendo, deuotionis victimam omnipotenti domino dederunt. Sed quia superius dictum est idcirco mensas quatuor interioris vestibuli constructas, ut imoletur super eas holocaustum & pro peccato & pro delicto, vnde mensæ ipsæ constructæ sint, inferius aperitur, cum subditur: Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extractæ. Quos enim hoc loco lapides quadros accipimus, nisi quoslibet sanctos quorũ vita in prosperitate atq̃ aduersitate nouit fortiter stare? Lapis etenim quadrus æque stat, in quocunq̃ latere fuerit versus. Quisquis ergo in prosperitate non extollitur, in aduersitate non frangitur, suasionibus ad malum non trahitur, vituperationibus à bono opere non reuocatur, lapis quadrus est. Et quasi ex omni latere statum habet, qui casum in qualibet permutatione non habet. Certè cum Iudeorum populũ propheta à fide perire cognosceret, & sanctos Apostolos surgere in Ecclesia prævideret, per quos multi sunt ex gentibus in fidei & vitæ fortitudine solidati, in magna consolatione locutus est, dicens: Lapidibus ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Videns quippe in sancta Ecclesia Apostolos, martyres atque doctores surgere, de lapidum casu, id est, de Iudeorum perditione minus doluit: quia omnipotentis dei ædificium, id est, sanctam Ecclesiam de quadris lapidibus ædificari conspexit. Mensæ ergo quatuor de quadris lapidibus construuntur: quia fides & vita, patientia & benignitas de vita sanctorum in exemplum datæ sunt sequentibus populis, ut iam vestibulum mensas habeat, id est, virtutes vitæ populus teneat, in quibus omnipotenti deo orationis sacrificium in ara sui cordis incendat. Quicquid enim boni fideles sanctæ Ecclesiæ populi vel fecerunt vel faciunt, hoc in exemplo de prædicatorum suorum vita susceperunt. Vnde enim mensas hoc vestibulum haberet, nisi quadros lapides inuenisset? Ut enim vnum de quadris lapidibus breuiter ad medium deducamus, vultis fratres charissimi fidem videre? Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Vultis vitam cognoſcere?

Heb. 11.  
Iaco. 2.  
1. Corin. 13.

Luc. 14.  
Luc. 9.

Roma. 8.


Esai. 6.

Phil. 1.



Gal. 6. G cognoscere? Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vultis patientiam audire? Usque in hanc horam & esurimus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Vultis benignitatem cognoscere? Ego autem libentissime impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris. Ac ne forsitan credamus quia eorum pro quibus impendi desiderat, debitor fuerit, mox ad eosdem discipulos subiungit, dicens: Licet plus vos diligens, minus diligar. Cum ergo a populo fideli ad imitandas virtutes sanctorum praedicatorum vita cognoscitur, profecto in vestibulo de quadris lapidibus mensurae construuntur. Habuit vero & synagoga spirituales patres in doctrina atque prophetia, ex quibus exemplum vitae in virtutibus traheret. Sed rudis eius populus magis per timorem seruiens, quam per amorem sequens, vitas patrum noluit imitari quas vidit, atque ideo porta exterior, quae ad Aquilonem pergit, mensas non habet ad holocaustum. Sed quia haec moraliter diximus, restat adhuc ut easdem mensas per intelligentiam typicam perferretur. Porta etenim nostra in interiori vestibulo quatuor mensas habet: quia sancta Ecclesia ad eruditionem fidelium populorum, quatuor regentium ordines accipit, quos Paulus ex dono omnipotentis dei enumerat, dicens: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores & doctores. Pastores vero & doctores unum regentium ordinem nominat: quia gregem dei ipse veraciter pascit, qui docet. Habuit quoque & porta exterior mensas quatuor: quia videlicet synagoga, obsequij exterioris observantiam per principes sacerdotum & seniores populi, per scribas atque Phariseos tenuit. Qui scilicet Pharisei, etiam legis doctores vocati sunt. Siue autem exteriori, seu interiori portae duae mensae hinc sunt, & duae inde: quia in exordiis suis sancta Ecclesia Apostolos & prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo fuerant, sed eos qui in sancta Ecclesia post Apostolos sunt exorti. Posteriori quoque tempore quod nunc est, habet Evangelistas atque doctores. Quia vero Evangelium bonum nuncium dicitur, Evangelistas utique appellamus, qui rudibus populis bona patriae caelestis annunciant. Qui videlicet Evangelistae atque doctores & priori quidem tempore fuerunt, sed & nunc usque domino largiente permanent: quia adhuc quotidie & infideles populos ad fidem trahi, & fideles quosque in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus. Apostoli vero & prophetae ab hoc tempore praesentibus sublatis sunt: atque ideo dicimus quia mensae hae portae nostrae, id est, sanctae Ecclesiae quasi in alio latere fuerunt. Habet & porta quae pergit ad Aquilonem, duas mensas hinc, & duas inde: eosdem quos diximus principes sacerdotum & seniores populi in maiori auctoritate regimini: Scribas quoque & Phariseos qui rudi illi populo minori loco praesuerunt. Sed haec mensae iuxta portam sunt quae ad Aquilonem pergit: quia cum quatuor isti ordines populo praesent, synagoga in persecutione redemptoris nostri saeviens, ad torporem peritiae prorupit. Quae tamen mensae habuerunt sacrificium, quod iuxta solam literam tenuerunt, unde & ad torporem frigoris lapsi sunt: quia flamma spiritus succenti non sunt. Interiores autem mensae holocaustum non habent, quia siue in cordibus Apostolorum atque prophetarum, seu in mente Evangelistarum atque doctorum, ignis spiritus & arsit & ardet. Qui pro eo quod omnem eorum cogitationem in bono opere assumit, flamma amoris dei quasi holocaustum simul quod invenit incendit. Holocaustum enim offerunt, qui siue in bono opere, seu in sancta cogitatione medullitus accenduntur. Mensae vero hae ex quadris lapidibus factae sunt, quia dum quotidie sacri eloquij in suis cordibus verba meditantur, ad offerendum domino orationis holocaustum quasi ex quadris lapidibus construuntur. Verba etenim scripturae sacrae lapides quadri sunt, qui ubique stant: quia ex nullo latere reprehensibilia inveniuntur. Nam in omne quod praeteritum narrant, in omne quod venturum annunciant, in omne quod moraliter praedicant, in omne quod spiritualiter sonant, quasi in diverso latere statum habent: quia reprehensionem non habent. Corda itaque sanctorum mensae dei sunt ad holocaustum ex quadris lapidibus con-

structae: quia qui dei verba semper cogitant, semetipsos domino a carnali vita in cogitatione mactant. Unde scriptum est: Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Et unde rursum dicitur: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Sed quia mensae hae unde sint constructae cognovimus, etiam cuius mensurae sint audiamus. Sequitur: Longitudinem unius cubiti & dimidij, & latitudinem cubiti unius & dimidij, & altitudinem cubiti unius. Hunc locum quidam exposuit, dicens: Longitudinem & latitudinem habet mensa, unum cubitum & dimidium, id est, per quadrum: quae simul iunctae tres cubitos faciunt. Qui tres cubiti habent in altitudinem cubitum unum, ut mysteria trinitatis unius cubiti, hoc est divinae maiestatis mensura conferret. Qui videlicet sensus expositionis idcirco non potest stare, quia in illa summa trinitate quae omnia creavit, omnia continet, dimidium nihil est, nec ex duobus dimidiis aliquid unum. Neque enim quicquam immutationis ac decisionis habet illa substantia: quae semper incommutabilis manens, nec detrimentum recipit nec augmentum. Saepem autem diximus longitudinem ad longanimitatem spei, latitudinem vero ad charitatis amplitudinem pertinere. Mensae ergo quae ad holocaustum constructae sunt, longitudine cubiti unius & dimidij metiuntur: quia sancti patres atque doctores, qui se longanimitate ad secreta spei intima extendunt, per hoc quod in virtutibus vivunt, quantum ad humanam quidem mensuram pertinet, valde perfecti sunt, quantum vero ad divina mysteria, quae plene ab homine capi non possunt quam diu in hac mortali carne subsistit, perfecti non sunt. In semetipsis ergo iam cubitum habent, in deo autem adhuc cubitum non habent: quia iam quidem in virtutibus plene proficiunt, sed tamen aliquid de deo adhuc ex parte cognoscunt. Ecce iterum in mensura mensae ad testimonium Paulus occurrit. Videamus an eius vita cubito integro mensuretur. Dicit enim: Quotquot perfecti sumus, hoc lapsum. Videamus si in his quae de deo sentit, iam se ad percipienda mysteria perfecte tetenderit. Ego me non arbitror comprehendisse. Qui rursum ait: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Qui iterum dicit: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo perfectus est, & ex parte cognoscit, cubitum habet quantum ad se, sed tamen dimidium super se. Tendantur ergo in longanimitate spei corda sanctorum, tendantur in perfectione quam habent, cubito uno. Sed quia adhuc plene videre non possunt ubi spei oculum mittunt, hoc quod super unum cubitum habent, in dimidio cubito recidatur, quatenus in hac vita semper se imperfectos aspiciant, & ardentius ad perfectionem currant. Habent quoque mensae latitudinem cubiti unius & dimidij: quia sanctorum corda in charitatis amplitudine dilatata, iuxta proximum quem diligunt & vident, habent cubitum. Possunt enim perfecte diligere, quos perfecte valent iuxta aliquid scire. Omnipotentem vero deum medullitus diligunt, medullitus sequuntur, sed tamen tantum diligere non possunt quantum debent: quia adhuc non valent videre quem diligunt, & mensura amoris minor est, ubi adhuc mensura minor est cognitionis. Super unum ergo cubitum habent & dimidium: quia hoc eis iam in amore integrum est, quod valde minus est in charitate cum proximo, atque illud quod eis valde minus est adhuc in amore dei quem non vident, integrum non est. De hoc amore qui hic incipit, ut ex visione domini in aeterna patria perficiatur, recte Esaias loquitur, dicens: Vivit dominus cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Plus est autem caminum esse quam ignem: quia esse ignis & parvus potest, in camino autem vastior flamma succenditur: Sion vero speculatio, Hierusalem visio pacis dicitur: Pacem vero nostram hic interim specularum, ut illic postmodum plene videamus. Ex amore ergo domini in Sion ignis, in Hierusalem caminus: quia hae amoris eius flammis aliquatenus ardemus, ubi de illo aliquid contemplamur. Sed ibi plene ardebimus, ubi de illo plene videbimus quem amamus. Altitudo vero mensurarum est cubiti unius. Quae est enim altitudo sanctorum nisi fides invisibilium? Per fidem enim creditur quod non videtur, atque ideo per hanc iustorum mensura ad altitudinem ducitur, ut



A tur, vt cuncta visibilia despiciat in terra, & ea quæ audit inui-  
sibilia sequatur in celo. Sed vnum cubitum habet altitudo  
mensæ: quia vnitas est fidei in corde omnium sanctorum. Vnū  
deum esse trinitatem & patres testamenti veteris, & prædi-  
catores professi sunt testamenti noui. Altitudo itaque men-  
sæ mensuratur: nil vno cubito amplius, nil minus habet: quia in  
magna sibi vultate concordat omnium fides patrum. Sed hi  
qui iam in longanimitate spei summis virtutibus profici-  
entes, vnum & dimidium cubitum habent, atque in latitudi-  
ne charitatis vno ac dimidio cubito metiuntur, in altitudi-  
nem verò fidei vno cubito excresecunt, magni sunt, & summa  
admiratione venerandi. Debent ergo paruulorum animas in  
sinu suæ conuersationis suscipere, atque eas in conspectu do-  
mini velut quoddam holocaustum ac sacrificiū offerre. Vn-  
de aperte sequitur: Super quas ponunt vasa in quibus im-  
molatur holocaustum & victima. Quid enim sunt animæ si  
deliom, nisi vasa sancta, quæ verba pietatis capiunt, vt ex eo-  
rum mentibus holocaustum vitæ atque orationis immole-  
tur? Hinc est enim quod Paulus enim adhuc rudis esset in fi-  
dei vocatione: quia iam domini verba perceperat, & celesti  
gratia plenus erat, vas appellatur, cum dicitur: Vas electio-  
nis mihi est. Hinc pastores atque doctores propheta admo-  
net, dicens: Mundamini qui fertis vasa domini. Ipsi etenim  
quasi mensæ domini vasa portant, qui vitam fidelium eru-  
diendo tolerant, vt quandoque hanc domino ad holocaustū  
& sacrificium perducant. Sed neque hoc negligenter intuen-  
dum est, quod in eisdem vasis holocaustum & victima dicitur  
immolari. Holocaustum enim sicut & superius diximus,  
victima est, non tamen victima holocaustum: quia cum quid  
ex parte offertur, & ex parte retinetur, sacrificium quidem est  
sed holocaustum non est. Sunt verò in multitudine magna si-  
deliū alij, qui quæ mundi sunt omnia relinquunt, cuncta quæ  
possident tribuunt, nihil sibi metipsis reseruant, ad æternam  
patriam medullitis anhelant, seq; ex toto corde in lachry-  
mis maectant. Hi videlicet vasa super mensam sunt, in quibus  
immolatur holocaustum. Et sunt alij qui curam propriæ do-  
mus gerunt, de filiis cogitant, eisdem hæreditatem seruant.  
Qui tamen æterni iudicij memores, misericordiam paupe-  
ribus impendunt, alimenta ac vestimenta eis ex parte qua de-  
creuerint tribuunt. Hi vniuersim vasa super mensam sunt, in  
quibus victima immolata est, non holocaustum. Quia enim  
patientia & doctrina sanctorum admonendo & sustinendo,  
laudando atque terrendo aliorum corda vsque ad hoc eru-  
diunt, vt omnia deserant, & totos se in amore domini accen-  
dant, aliorum verò ad hoc vsque instruunt, vt quia omnia re-  
linquere non valent, vel ex parte qua prævalent, misericor-  
des fiant, & carnis curam cum animæ cura partiatur, mensæ  
domini de quadris lapidibus instructæ vasa portant, in qui-  
bus immolatur holocaustum & victima: quia & perfecti, si-  
cut dictum est, cum omnia deserunt, totum cor in amore do-  
mini accendunt, & imperfecti sacrificium offerunt, quod ex  
parte deuouerunt. Sequitur: Et labia eorum palmi vnus,  
reflexa intrinsecus per circuitum. Quid est hoc, quod men-  
sarum labia palmo metiuntur, nisi quod in palmo manus tē-  
ditur, & sancti patres atque doctores ea prædicant, in qui-  
bus auditorum opera tenduntur? Quasi enim manum exten-  
dimus, cum opera nostra dilatamus. Loquatur ergo vnus-  
quisque doctor, cor audientis exercent, ociosorum torporem  
excutiat. Quos dum ad bona opera tetenderit, palmum se ha-  
bere in labiis ostendit. Pensandum quoque quia in palmo di-  
gitus maior ac minimus tēditur. Quid verò in maiori ac mi-  
nimo digito, nisi magna & extrema actio designatur? Palmū  
ergo mensæ in labiis habeat, quatenus in doctorum suorum  
prædicatione auditor euigilet, & sic ex eorum admonitione  
magna opera faciat, vt agere & minima non omitat. Sic mi-  
nimis intentus sit, vt piger in agendis maioribus non sit. Vn-  
de per Euangelium veritas dicit: Vg vobis Scribæ & Pharisei  
hypocritæ: quia decimatis mentam & anetum & cyminum,  
& relinquitis quæ grauiora sunt legis: iudicium & miseri-  
cordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.  
Per iudicium quippe & misericordiam & fidem, maior digi-  
tus operationis ostenditur. Per mentam verò & anetum &  
cyminum, digitus procul dubio minimus figuratur. Hæc er-  
go oportuit facere, & illa non omittere: quia si opus nostrum

palmo metiri volumus, sic necesse est vt tendatur minimus, D  
quatenus maior digitus non attrahatur. Bene autem cum me-  
sarū labia metiuntur, & mensura palmi dicitur, additur vnus,  
vt ex doctorum prædicatione sicut vnitas tenetur in fide, ita  
quoque vnitas mentium seruetur in opere, ne per opus bonū  
quod alter agit, alter ad discordiæ malum prorumpat. Ita  
etenim bona facere opera debemus, vt per hæc quoque cum  
his cum quibus viuimus vnanimitem recte vt possumus co-  
seruemus: id est, non deserendo quod agimus, sed præueniē-  
do bonis persuasionibus malum discordiæ quod timemus.  
Sic in suis operibus vnitatem palmi custodiēs Paulus discor-  
diam generari prohibebat, cum quendam lapsum atque ab  
Ecclesia abiectum iam velle recipere Corinthios videret, di-  
cens: Si cui aliquid donastis, & ego. Nam & ego si quid dona-  
ui, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à  
satanā. Qui videlicet solet de bonis mala generare, & hoc  
quod per charitatem agitur, ad discordiam trahit. Vnde &  
mox de ipso subiicit, dicens: Nō enim ignoramus cogitatio-  
nes eius. Doctor autem qui per bona quæ prædicat, in suis au-  
ditoribus rectam operationem format, si mentes operantiū  
ad vnanimitem non ligat, in labiis palmum habet, sed eam  
quæ dicta est, palmi vnitatem nō habet. Pensandum verò est  
valde quod dicitur: quia earundem mensarum labia interius  
sunt reflexa. Tunc enim mensarum labia intrinsecus reflectū-  
tur, quando doctores ad conscientiam reuocant tacita cogi-  
tatione quod dicunt, quando semetipsos subtiliter perscrui-  
tantur si faciunt quod loquuntur. Recte autem cum reflexa  
intrinsecus mensarū labia dicuntur, additur quoque per cir-  
cuitum, vt non in vna qualibet se parte considerent, atq; ex  
alia semetipsos perpendere prætermittant, sed vbiq; semet-  
ipsos inspiciant, & in quantum prævalent studeant singula  
opere implere quæ docent, ne si prædicantes facere bona dis-  
simulat, sui vastatores sint, cultores alieni. O doctor, ecce iam  
mensa es, iam vasa portas, iam in vasis fidelibus pondus holo-  
causti & victimæ sustines, sed intus reflecte labium, id est, ad  
cor reuoca sermonem. Audi quod dicis, operare quod prædi-  
cas. Si enim negligis implere quod doces, aliis messem semi-  
nas, & ipse à frumenti participatione ieiunas. Vnde scriptum  
est: Cuius messem famelicus comedit. Messem quippe docto-  
ris qui bona loquitur sed non operatur, famelicus comedit:  
quia is qui panem iustitiæ esurit, operatur mandata quæ au-  
dit, & ipse fructum non habet qui seminando laborauit. Hinc  
Salomon ait: Abscondit piger manum suam sub axella, nec  
ad os suum porriget eam. Nemo ita piger est, vt ad os manū  
comedendo reducere laborem putet. Sed piger nec ad os ma-  
num suā porrigit, qui nec hoc vult operari quod dicit: Hinc  
Iterum de bene docentibus & malè operantibus dicitur: Filij  
Esraim intendentes arcū, & mittentes sagittas, conuersi sunt  
in die belli. Intendunt arcum, atq; sagittas mittunt, qui scri-  
pturæ sacræ sententias proponunt, & verbis rectis auditorū  
vitia feriunt. Sed conuertuntur in die belli: quia post semet-  
ipsos redeunt in tentatione vitiorum, & pectus opponere nō  
volunt: quia in tentationum certamine non resistunt. Hinc  
sterū dicitur: Auertisti adiutoriū gladij eius, & nō es auxilia-  
terū ei in bello. Gladius quippe doctoris, est sermo dei. Vnde  
per Paulum dicitur: Et gladium spiritus, quod est verbū dei.  
Omnipotens itaque deus cum doctorem respicit nolle ope-  
rari quæ dicit, in die belli adiutorij eius gladiū auertit: quia  
in intentionum certamine non permittit ei esse in adiutoriū  
doctrinæ verba quæ dedit. Habet igitur gladium, sed hunc  
in bello non adiuvat: quia cum aduersitas ceterationis erupe-  
rit, verbi obliuiscitur quod dicebat: Ecce enim de patientia  
forsitan sermo doctori est, doctrinæ suæ magisterio docere  
cogitur qualiter contra illata damna, contra auditas contu-  
melias patientia seruetur. Sed cum ipse vel damno vel con-  
tumelia fuerit lacessitus, oblitus quod docuerit, vel in læsione  
proximi, vel in reddendo grauius contumeliam excedit.  
Inter hæc itaque cogitet: quia mensa dei est, labium intus re-  
flectat, seruet quod prædicat. Scriptum quippe est: In patien-  
tia vestra possidebitis animas vestras. Et rursus scriptū est:  
Doctrina viri per patientiam noscitur. Si itaque index doctri-  
næ patientia est, tanto quisque doctus ostenditur, quanto pa-  
tiens fuerit. Hinc est enim quod bonus ille discipulus qui ma-  
gistrum tolli in aëra videbat, per magnæ charitatis affectum  
clamabat,

Act. 9.

Es. 52.

B

C

Mat. 23.

2. Corin. 2.

Ibidem.

E

Tob. 5.

Proou. 19.

Psal. 77.

Psal. 88.

Eph. 6.


Luc. 21.

Proou. 19.



4. Reg. 2. clamabat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius. Quid est fratres charissimi quod Helias currus Israël & auriga dicitur, nisi quia auriga agit, currus portat? Doctor ergo qui mores populi & per patientiam sustinet, & sacri eloqui verbis docet, & currus dicitur & auriga. Currus, quia tolerando portat: auriga, quia exhortando agit. Currus, quia mala sustinet: auriga, quia populum bonis admonitionibus exercet. Fortasse autem contra vanam gloriam sermo doctori est, & mirè insinuans qualiter debeat declinari, eisdem ipsis sermonibus vanam gloriam querit, quibus contra eandem vanam gloriam disputat. Si igitur hoc appetit adipisci quod prohibet, mensa intus labium non reflectit. Tunc autem mensa domini ex quadris lapidibus extracta habebit intus labium reflexum, si studuerit audire quod docet. Scriptum quippe est: Ne quid per contentionem, neque per inanem gloriam. Atque eisdem rursus egregius prædicator dicit: Nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis neque ab aliis. De prædicationis etenim labore laudem transitoriam querere, quid est aliud quam rem magnam vili precio vendicare? Sed est in doctrina verbis graue periculum: quia sepe sermonem docentium fauores audientium sequuntur: & cum doctores ab eo quod bene inuenerint, apparere iam minores in dictis nolunt, doctrinae verbum quod pro acquirendis animabus auditores ex omnipotentis dei amore inchoauerunt, in hoc postmodum pro acquirendis laudibus laborant. Et qui in verbis dei querebant prius lucra spiritalia, temporales postmodum fauores sequuntur. Vnde fit ut siue recta qualibet opera, seu sancta doctrinae verba, in omnipotentis dei iudicio pereant, cum per hæc quisque transitoriis fauoribus anhelat. Hinc etenim per prophetam Iudæ dicitur, quod in seipsam incauta mens inuenit, si saltem post culpam suas cautè cogitationes rimetur. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum. Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Oliuam quippe vberem & pulchram, fructiferam & speciosam dominus vocat, cuius vel efficaciam in operatione, vel sancta studia in verbis scientiæ approbat. Sed ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea: quia cum laudari quis cœperit, erubescit forsitan minor videri quam dicitur, & studet esse quod dicatur. Vox enim grãdis loquelæ est, fauor adulantis. Vnde scriptum est: Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte confurgens, similis est maledicenti. Ad vocem ergo loquelæ grandis exarsit ignis in ea: quia in magnitudine fauoris, flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia oliuæ fruteta comburuntur: quia ante omnipotentis dei oculos vel quæ bene gesta, vel quæ scienter sunt dicta depereunt, cum iam non amore domini, sed intentione transitorie laudis fiunt. Sic enim cogitationi bonæ cogitatio sinistra subiungitur, ut vir ipse qui easdem cogitationes generat animus cognoscat. Vnde prædicator egregius cum loquens subtiliter diceret: Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & perstringens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus: ilico subiunxit, Compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Distinguit enim dei sermo compages & medullas: quia discernit cogitationes & intentiones cordis. Per compages quoque ossibus ossa iunguntur. Et sæpe dum quid recta cogitatione agimus, sed subito in laudis amore declinamus, atque hoc pro laude facimus quod prius facere pro veritate cœperamus: quia cogitationes cogitationibus adiunguntur, quasi quædam compages fiunt. Sed habent ossa quæ in compage iuncta sunt, etiam medullas. Quod prædicator sanctus aperius intulit, cum subiunxit: Discretor cogitationum & intentionum cordis. Compages enim nostræ, cogitationes sunt: medullæ autem intentiones. Et sæpe aliud cogitamus, atque aliud est quod per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito nummorum præmio, pupilli vel viduæ causam defendat, & fortasse Ecclesiã ingrediens, in suis precibus deo dicat: Tu vides quia causam pupilli & viduæ defendo, iste procul dubio quod cogitat fecit, sed quò intendit. Non enim defensionem pupilli vel viduæ, sed mercedem nummorum querit. Nam tollere temporale præmiũ, & non pupillum ac viduam defendere intendit. Sermo itaq;

dei discretor est cogitationum & intentionum cordis: quia non aspicit quid apud temetipsum cogitas, sed per medullam compagis, id est, per intentionem cogitationis quæ accipere requiris. Restat ergo ut doctor cum loquitur, quasi mensa dei semper intus labium reflectat, ne aut mala intentione loqui iachoer, aut cum bene cœperit, seductus fauoribus, in appetitum alium declinet. Fortasse autem de custodia disciplinæ sermo doctori est. Et sæpe etiam contingit ut disciplinæ regulam quam scit dicere, nesciat tenere: qui aut nimio zelo motus, minus se per mansuetudinem temperat, aut nimia mansuetudine placidus, minus se contra vitia in zeli stimulo inflammatur. Magna enim cõsideratione debemus pensare quod scriptum est: Quia in vasis templi inter coronas & plectas, boues & leones & Cherubin exculpta sunt, & subter boues & leones lora dependentia. Coronæ quippe signum victoriæ, plectæ autem cõcordiæ vnanimitem signant. Cherubin verò plenitudo scientiæ dicuntur. Sacerdotes enim atque doctores inter coronas & plectas, id est, inter fortitudinẽ boni operis quo ad victoriam currunt, & charitatis concordiam quo à se vicissim non discrepant, per boues & leones atque Cherubin designati sunt: quia in plenitudine scientiæ quam habent necesse est ut & bouum mansuetudinem teneant, & feruorem leonum, quatenus in disciplinam quam prædicant, & ex sancto zelo accensi sint, & ex paterna dulcedine tranquillii. Quibus subter se lora dependeant, ut disciplinæ suæ retinacula quibus ipsi ligati sunt, etiam subiectis suis sollicitè impendant. Super eos enim lora dependere, est custodia vincula subditis tenere. Quæ tunc rectè seruatur, cum nec bouum mansuetudo in zeli feruore amittitur, nec leonum terror in mansuetudine declinatur. Tanta quippe debet esse discretio ut nec disciplina nimia, nec ipsa quoque misericordia sit remissa, ne si inordinate culpa dimittitur, is qui est culpabilis, in reatu grauius adstringatur. Et rursus, si culpa immoderate retinetur, tanto qui corrigitur deterior fit, quanto erga se nil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaq; prauis est asperitas in ostensione, charitas in mente, ut & dura ostensio delinquentem cõerceat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non omittat. Ecce dum loquor, Ioseph animum pulsat, ut ad ostendenda quæ dico, ipse testis veniat. Certe omnium quod de profectu suo viderat, fratribus narrans, per hoc quod innocenter retulit, malitiæ contra se stimulos excitauit. Ab eisdem fratribus, Hirmaelit is est venditus, in Aegyptum ductus, mira omnipotentis domini dispenatione eidẽ Aegypto prælatus est. Cumq; in terra Chanaan famis exurgeret, fratres ad Aegyptum venerunt, Ioseph prælatum Aegypto repererunt, eumq; submissis ad terram ceruicibus adorauerunt. Et quia mutari dei consilium nõ valeret, quem ideo vendiderant ne adorarent, adorauerunt quia vendiderunt. Tunc ipse vir dei spiritu discretionis plenus, cognouit fratres, non cognitus. Sed memor culpæ, & remissior iniuriæ, mala fratrum nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare. Nam suspecta voce protinus dixit: Exploratores estis vos, ut videatis infirmiora terræ, venistis, iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis nõ egredimini hinc. O iaculum in corde. Peregrini venerant, famis periculum fugiebant, frumenta quæ querebant non acceperant, & feriri se insuper iactatione criminis videbant. Inter hæc ducuntur ad carcerem, & post triduum adhuc in eadem asperitate terrentur. Iam reditur ad cor, iam culpe memoria pulsat animum, atq; inter se inuicem loquuntur. Merito hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam anime illius, cum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. In his autem cor Ioseph amore vincitur, secessum petit, soluit flendo quod pietati debuit. Seuerus ad fratres reuertitur: ut cruciatas eorum animas à culpa liberaret. Post hæc vnus religatur. In vinculis, dimittuntur cæteri cum frumentis, ut vnus frater veniat, quem minimum habere se dixerant. Venit postmodum frater. Vincebat mentem pietas, cum frater innocens videretur, sed permanebat in ostensione asperitas, ut fratres noxij purgarentur. Frumenta dantur, cyphus in sacco iunioris fratris absconditur, furti post eos questio mouetur. Mittitur ut reducantur additi in seruitutem, decernitur apud quem cyphus fuisset inuentus. In sacco vltimi fratris inuenitur. Tunc Benjamin



**A** Beniamin reducitur, afflicti omnes fratres sequuntur. O tormenta misericordiae. Cruciat & amat. Reuersu igitur, in terra cum lachrymis prostrati, veniam postulant. Memores enim quid de illo patri promiserat, mœore intolerabili tabescebant. Tunc se ultra cohibere nō valens pietas clausa prorupit ad medium, & excussit charitatis lachrymas de vultu seueritatis. Detera est ira quæ apparebat, & non erat ostensa misericordia quæ erat & non apparebat. Sic vir sanctus facinus fratrum & dimisit, & vindicauit. Sic in vigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus nec sine vltione pius existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisteriu disciplinæ, vt culpis & discretè nouerit parcere, & piè resecare. Qui autem discretionis spiritum non habent: aut sic dimittunt peccata vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt vt non dimittant. Doctor ergo cui de disciplina moderamine loqui necesse est, mensam dei esse se sciat, atque intus labrū reflectat, vt quod docedo loquitur, hoc sub discretionis spiritu vigilanter operetur. Nec si quedam sibi deesse considerat, oportet vt ab eorum prædicatione conticescat. Locus quippe eius exigit vt loquatur. Verbis ergo suis semetipsum conueniat: & si non ideo loquitur quia operatur, ideo operetur quia loqui compellitur. Vbi itaque se conspicit opere implere quod dicit, ibi auditores admonet, eorumq; animos ad studium bonæ operationis accingat. Vbi autem necdum se videt implese quod loquitur, ad bona de quibus auditores admonet, se quoque pariter inflammet, vt ipse etiam simul discat in opere, quod per eum loquitur veritas in prædicatione. Sæpe enim quod viuendo nescimus, compulsi loqui doctrinam, loquendo discimus, vt dum de cogitationis nostræ pigritia reatus nascitur in mente, eandem mentem compunctio subito oborta transfuerberet, & sua voce excitata euigilet in opere, quæ prius torpebat in ocio sine voce. Ecce autem cum mens labium palmo tenditur, id est cum per doctoris os contra vitia dispuratur, atque ad bona opera cor auditorum accenditur, multi qui eius verba audiunt, quanta vel qualia mala perpetrauerint, recognoscunt, atque ad eum confitentes veniunt, eumq; pro peccatis suis intercessorem fieri cum sletibus petunt, vt ipse orado deleat culpas, quas prædicando manifestat. Vnde & subditur: Super mensas autem carnes oblationis. Doctores etenim sancti cum pro compunctis peccatoribus atque confitentibus omnipotenti domino preces fundunt, per hoc quod ad veniam pro carnali eorum vita postulant, mensam domini carnes oblationis portant. Vt ergo sint pro quibus conuersis & sletibus rogent, oportet vt eisdem prius in peccato positis prædicent, & cum iam coeperint peccata relinquere, atq; ad innocentiam festinare, necesse est vt erga eos in ore doctoris incrementa prædicationis excrescant, & quibusdam doctrinæ suæ verbo tanto vehementius insistat, quanto eos grauius cecidisse considerat, videlicet sciens quod ipse tato mercedem magnæ remunerationis accipiat, quanto verbis suis alios de profundioribus peccatis leuat. Libet inter hæc sancti Evangelij ad medium verba deducere, cuius sacra historia per hoc quod factum est miraculum narrat, mira quæ quotidie aguntur denunciat. Nam confessi atque ieiuni ad dominum populi cum venissent, discipulis dominus dixit: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quid māducant: & si dimisero eos ieiunos in domos suas, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt. Turba triduo dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata quæ perpetravit, per penitentiam declinans, ad deum se in opere, locutione atque in cogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam dominus noluit, ne deficient in via: quia videlicet conuersi peccatores in præsentis vitæ via deficient, si in sua conscientia sine doctrinæ sanctæ pabulo dimittantur. Ne ergo lassemur in huius peregrinationis itinere, pascendi sumus sacra admonitione. Valde autē pensanda est pia sententia quæ processit ex ore veritatis, qua dicitur: Quidam enim ex eis de longè venerunt. Est autem qui nihil fraudis & nihil carnalis corruptiōis expertus, ad omnipotentis dei seruitium festinauit. Ille de longinquo non venit: quia per incorruptionem & innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitiis inquinatur, solo autem coniugio expertus, ad ministerium spirituale conuersus

est. Neque iste venit de longinquo: quia vsus conjunctione cōcessa, per illicita nō errauit. Alij verò post carnis flagitia, alij post falsa testimonia, alij post facta furta, alij post illatas violentias, alij post perpetrata homicidia ad penitentiam redeunt, atque ad omnipotentis dei seruitium conuertuntur, hi videlicet ad dominum de longinquo veniunt. Quanto enim quisque plus in prauo opere errauit, tanto ab omnipotente domino longius recessit. Nam & prodigus filius qui patrem deseruit, abiit in regionem longinquam, in qua porcos pavit: quia vitia nutriuit. Dentur igitur alimenta eis etiam qui de longinquo veniunt: quia conuersis peccatoribus doctrinæ sanctæ cibi præbendi sunt, vt in deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. Qui sæpe à doctoribus tanto necesse est vt largioribus cibis doctrinæ satientur, quanto festi maioribus vitis venerunt. Et cum iam cōfiteri coeperint mala quæ commiserunt, atque confitendo relinquere & sletibus punire, necesse est vt doctores sancti pro eorum peccatis sollicitè exorēt, quatenus mensam domini carnes oblationis portent. Quod quoties agunt, & in hoc pro alienis peccatis interueniunt, sua ante dei oculos amplius detergant: quia ea ipsa charitate se iustificat, quæ mira pietate pro alienis iniquitatibus se in lamentis maciant. Nec laboriosum debet esse doctori pro conuersis peccatoribus lachrymas fundere, quando & ipse qui omnia creauit, homo factus, pro nostris iniquitatibus in cruce sanguinem fudit. Qui viuit & regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti deus in secula seculorum. Amen.

Homilia. xxij. & vltima.



**E** extra portam interiorem gazophylacia cantorū in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem, & facies eorum contra viam Australem vnā ex latere portæ Orientalis, quæ respiciebat ad viam Aquilonis. Et dixit ad me: Hoc gazophylacium quod respicit viā Meridianam, sacerdotum est qui excubant in custodiis templi. Porro gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum, vt ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciē templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde, longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinē vndecim cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eam, & columnæ erant in frontibus vna hinc, & altera inde.

Finis textus Ezechielis.

**S**acri eloqui mysticos sensus propheta per aspirationē sancti spiritus prudenter intelligens, dicit: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Qui rursus ait: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Qui enim necdū occulta de apertis intelligit, oculos velatos habet. Qui verò iam intelligit, reuelatos. Et mirabilia de lege dei considerat, qui spiritualiter literæ verba discutiens, quæ interius magnitudo lateat pensat. An non est mirabile quando aliud auribus sonat, atque aliud exit ad intelligentiam quod nō sonabat? Cui ergo verba sacri eloqui, nisi lapidi similia dixerim, in quo ignis latet? Qui manu quidem frigidus tenetur, sed percussus ferro, per scintillas necat, atque hoc emittit ignem qui post ardeat, quod prius manus frigidū tenebat. Sic etenim, sic verba sunt sacri eloqui, quæ quidem per narrationem literæ frigida tenentur, sed si quis hæc aspirante domino intento intellectu pulsauerit, de mysticis eius sensibus ignem producit, vt in eius verbis post animas

Mat. 8.

Mat. 8.

psal. 118. ibidem.



**G** animus spiritaliter ardeat, quæ prius per litteram ipse quoque frigidus audiebat. Ecce etenim propheta dicit: Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem, & facies eorum contra viam Australem unam, ex latere portæ Orientalis quæ respiciebat ad viam Aquilonis. In his itaque verbis litteræ, ad amorem dei cuius animus inferuiscat, quin potius quis non ex ipsa eorum lectione tepescat? Si autem latens in littera spiritalis medulla discutitur, per hoc scintillæ intellectus exeunt, & incendunt quod prius cordis auribus frigidum sonabat. Nobis tamen ut se aspirante domino interior intellectus aperiat, ipsa prius narratio iuxta litteram patefiat. Ait enim quia porta erat interior, atque extra hanc atrium quod appellatur laterius, ac deinde aliæ, id est, Aquilonis, Austri atque Orientis portæ describuntur, ut ipsum atrium quod esse extra portam interiorem dixerat, à portis exterioribus esse interius ostendat. Atrium ergo hoc & foris & intus est. Foris, quia extra portam interiorem: intus autem, quia intra portas exteriores. Gazophylacia quoque cantorum esse in hoc eodem atrio narratur, quæ à latere portæ posita dicuntur respicientis ad Aquilonem. Sed ipsa eadem gazophylacia ad Australem viam respiciunt. Et subditur: Ex latere portæ Orientalis, quæ respiciebat ad viam Aquilonis. In quibus verbis aperte intelligitur quia cantorum gazophylacia inter latus portæ respicientis ad Aquilonem, & latus portæ Orientalis fuerant posita: quæ porta videlicet respiciebat ad viam Aquilonis. Facies itaque gazophylaciorum contra viam Australem, sed positio inter portam erat Orientis & Aquilonis. Porta ergo interior habebat ex latere portam Aquilonis, ex alio quoque latere portam Australem. In fronte verò vestibuli Orientalis porta surrexerat, atque sic atrium quod erat extra portam interiorem, ut hoc quoque esset interius, portæ exterius ambiebant. Hæc de verbis litteræ sub breuitate transcurramus, ut in eis sensus mysticos non breuiter exquiramus. In parte autem superiori tres portæ descriptæ sunt, id est, Orientis, Aquilonis & Austri: moxque interioris atrij tres aliæ narratæ, id est, Austri, Orientis, & Aquilonis, ac deinde porta atrij interioris dicta est, in qua mensæ de quadris lapidibus extractæ memorantur: & porta quæ respiciebat ad Aquilonem, in qua mensæ essent ad sacrificium, non ad holocaustum. Vnde in interiori diximus significari Ecclesiam, in exteriori synagogam. Sed his expletis, rursum propheta incipit interiorem portam, atque tres alias, id est, Aquilonis, Austri, & Orientis describere, & in earum atrio interiori quod erat extra portam interiorem, esse gazophylacia, cantores, sacerdotes, templum, altare, sacrificia perhibet. In quibus verbis quia de sanctæ Ecclesiæ institutione narrare alia ab eis quæ superius dixerat cœpit, patet quod interioris portæ intellectum mutauit. Si enim sub vno intellectu omnia diceret, nouo ordine ipsa atque alia non replicaret. Nam quomodo possumus extra portam interiorem atrium, gazophylacia, cantores, sacerdotes, templum, altare, sacrificia dicere, si per eandem prophetiam interior hoc loco sancta Ecclesia designatur? Cùm enim cuncta hæc intra ipsam sint, quomodo extra portam interiorem sunt, si extra Ecclesiam non sunt? Intelligi ergo porta interior potest ea de qua iam longè superius locuti sumus, quæ contra portam Aquilonis & Orientalem dicitur posita, per quam figurari diximus aditum qui nobis ad interiora gaudia patriæ cœlestis aperitur, ut hic quoque per portas quæ circa vestibulum narrantur, sancta Ecclesia: per portam verò interiorem, cœlestis regni aditus figurentur. Sed ne quis me verba sancti spiritus aestimet ad intellectum meum violenter inflectere, & dicat quia de porta interiori significatione sanctæ Ecclesiæ quæ semel dixi, mutare non debui, in fulgente dei omnipotentis gratia quæ cœpimus ipsa teneamus, ut & porta interior signet Ecclesiam, quæ nos ad interiora gaudia perducet, & gazophylacia, cantores, sacerdotes, templum, altare, sacrificia sint in atrio quod est extra portam, & tamē extra Ecclesiam non sint. Si enim subtili investigatione perquirimus, nil obstat intelligi ut interiorem portam sicut dictum est, sanctam Ecclesiam lentiamus. De qua nunc dicitur: Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori. Duo sunt etenim quæ dicuntur: Porta interior, atque extra hanc atrium interius, quatenus hæc

ipsum atrium & exterius sit & interius. A porta exterius, interior autem, sicut prædiximus, portis quas narratio subiunxit. Sancta enim Ecclesia duas vitas habet. Vnam quam temporaliter ducit, aliam quam in æternum recipit. Vnam qua laborat in terra, aliam qua remuneratur in celo. Vnam qua mercedem colligit, aliam verò in qua iam de receptis mercedibus gaudet, atque in vtraque vita offert sacrificium. Hic videlicet sacrificium compunctionis, & illic sacrificium laudis. De hoc sacrificio dicitur: Sacrificium deo spiritus contribulatus. De illo autem scriptum est: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. De quo rursus ait: Ut cantem tibi gloria mea, & non compungar. In vtroque autem sacrificio carnes offeruntur: quia hic oblatio carnis est maceratio corporis, ibi oblatio carnis est in laude dei gloria resurrectionis. Tunc quippe illic quasi in holocaustum offertur caro: quando in æterna incorruptione permutata, nil contradictionis, nil mortalitatis habuerit: quia tota simul amoris eius ignibus accensa, in laude sine fine permanebit. Porta ergo hæc interior, id est, sancta Ecclesia habeat interiora sua, illam videlicet vitam quæ adhuc oculis nostris occulta est. Habeat extra eam atrium exterius, id est, vitam præsentem, in qua omne bonum agitur, ut ad bonum sine fine perueniatur. Sint ergo in interiori atrio, quod tamen extra portam est, gazophylacia cantorum: quia electi quique atque perfecti quia adhuc in carne mortali subsistunt, & intra suum sunt sanctæ Ecclesiæ, & adhuc extra secreta gaudia interioris vitæ. Sint gazophylacia cantorum interius & exterius: quia corda sanctorum quæ omnipotenti deo desiderium suum per magni ardoris amorem cantant, & iam intus sunt, & adhuc intus non sunt: quia in sanctæ Ecclesiæ sinu posita, & iam vident per spiritum quod intus fortiter ament, & tamen adhuc non vident perfectè quod amant. Sint itaque in interiori atrio gazophylacia, sed extra portam, ut iam & intus sint per desiderium, & adhuc intus non sint per plenarium effectum. Quid sunt autem gazophylacia cantorum, nisi sancta desideria amantium? Qui præcepta diuina quasi quasdam diuitias custodiunt in mente, quas cantando seruant: quia mandata dei non ex timore sed ex amore perficiunt, eisque ipse sacri eloquij præceptiones cantabiles sunt, quas non ex tristitia, sed ex desiderio semper operantur. Vultis cor iusti quasi cutusdam cantoris gazophylacium audire? Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco incolatus mei. Iustificationes dei dicimus præcepta diuina, quæ nos iustos faciunt, si impleantur. Quæ tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles sunt, quando in hac peregrinatione vitæ præsentis ipsa eadem mandata diligimus, & ex desiderio implemus. Hinc est quod idem Psalmista iterum ex cantorum gazophylacio se esse insinuat, qui ait: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Misericordiam domini qua peccata laxantur, cantare etiam peccator debet: id est, hanc cum gaudio dicere atque sperare. Sed quis ita iustus est, ut eius tibi æternum iudicium ante mentis oculos reuocet, & non contremiscat? An potius venire ad illud examē tanti iudicis præsumat, festinet & gaudeat? Quisquis ille est, magnus est: quia iam misericordiam domini & iudicium cantat. Cantat quippe iudicium, ad quod intrare non trepidat. Sit ergo mens illius gazophylacium cantorum, ut per diuitias misericordiarum quas accipit, lætus pergat ad iudicium quod iam non pertimescit. Videamus si placeat fratres charissimi, aliud quoque gazophylacium cantoris. Forsitan & ipse iudicium cantat. Quid etenim dicit? Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Qui laborum suorum conscius, memor certaminis quod egit, memor fidei quam seruaui, esse sibi in iudicio repositam coronam dicit, eamque sibi in illa die reddi sperat potius quam donari. Profecto patet quia iudicium cantat, quod venire desiderat. Vnde etiam subdit: Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Nemo enim aduentum iudicis diligit, nisi qui se habere causam in iudicio bonam nouit. Foris ergo corda qui aduentum iusti iudicis diligunt, gazophylacia cantorum sunt: quia per præsumptionem gratiæ & vite per virtutes sancti desiderij cantant iusti iudicium, quod omnes

A omnes iniusti pertimescunt. Meminit autem charitas vestra: quia superiori locutione per portam Orientis fidem, per Aquilonis spem, per Austri autem charitatem diximus designari. Hæc itaque gazophylacia inter portam Orientis & Aquilonis esse memorantur, atque ad viam Australem respicere: quia eorum inter fidem & spem posita, Australem viam respiciunt, quoniam sanctæ charitatis ignibus inardescunt. Ipsa quoque Orientalis porta respicere dicitur ad viam Aquilonis: quia nobis per fidem quidem omnia in baptisate peccata laxantur, sed tamen dum adhuc hic vivimus, etiam post fidem sæpius ad peccata declinamus. Et quasi Orientalis porta viam Aquilonis respicit, cum vita nostra post perceptam fidem, adhuc aliquatenus in frigore culpæ torpescit. Quis enim in hac vita valeat post fidem sine culpa vivere, cum Ioannes dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est? Cuius verbis Iacobus concordans ait: In multis enim offendimus omnes. Si autem peccata præterita in fidei perceptione dimissa sunt, & adhuc post fidem ad peccata declinatur, quæ nobis erit præsumptio iustitiæ, quæ spes vitæ permanentis, nisi ut dum adhuc inter portam Orientis & Aquilonis sumus, ad viam Austri mentis oculos levemus, quatenus ex sancta charitate feruentes calor nos amoris liberet à culpa teporis & frigiditatis. Sint ergo gazophylacia inter portam Orientis & Aquilonis, sed sicut dictum est, ad Australem viam facies intendant, ut inter hoc quod nati in fide sumus, & quod post ad peccata delapsi, de spe pietatis præsumimus, exerceamus nosmetipsos in ardore charitatis, & ibi tēdamus oculos cordis, ubi accēdamur ignibus amoris. Potest autem per Aquilonis portam gentilitas, per Austri viam Iudæa, per Orientis autem portam ipse dominus designari. Per Aquilonem quippe non immerito gentilitas figuratur quam ille in torporis frigore possidet qui dixit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Per Australem quoque portam recte Iudæa accipitur, in qua spirituales patres cælesti amore ferbuerunt. Quorum vnus loquitur dicens: Conuertere domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro. Quæ etsi carnalem populum habuit, in quo velut Aquilonis frigora portauit, in sanctis tamē suis doctoribus ac prophetis ad deum ac proximum calore charitatis arsit. Orientalis autem porta non immerito ipsum signat, de quo scriptum est: Ecce vir, Oriens nomen eius. Et de quo Zacharias ait: Visitauit nos Oriēs ex alto. Sint ergo gazophylacia cantorum ex latere portæ Aquilonis: quia non solum in Iudæa fuerunt corda sanctorum spiritualiter accensa, sed etiam in gentilitatis multitudine ad sanctæ fidei sacramenta conuersa, ardent corda sanctorum amore cælestis patriæ, inhiāt gaudia æterna, suspirant ad societate sanctorum ciuium in cælo, sed tamē exēpla huius ardoris quæ dono sancti spiritus acceperunt, à spiritualibus patribus synagogæ capiunt. Vnde ipsa quoque gazophylacia & in Aquilonis latere posita, oculos ad viam Australem tendunt. Ecce enim ex gentibus venimus, sed in hoc quoque pro sancti spiritus amore calemus. Iudææ patres aspiciamus, qui nobis in suis dictis quotidie sancti desiderij exempla præbent. An nõ quasi calore Meridiani feruoris ardebat, qui æstuabat dicens: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sititit anima mea ad deum viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei? Qui rursus ait: Psallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Hoc quoque ardore succensus fuerat qui dicebat: Nunc dimittis domine seruum tuum secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quia ergo ex gentilitate venimus, sed sanctos Iudææ patres nobis in diuini amoris imitatione proponimus, quasi quædam cantorum gazophylacia ex latere portæ quæ viam Aquilonis respicit, sumus: sed ad viam Austri facies tenemus. Et notandum quod hæc eadē gazophylacia inter portam Aquilonis & Orientis esse perhibentur: quia videlicet post incarnationem dominicam, multitudo gentium ad fidem venit, atque inter ipsos fideles populos & sacramenta dominicæ incarnationis quæ medullitus diligunt, corda amantium surgunt. Habeant ergo sancti gazophylacia, hinc Oriētis portam, & inde Aquilonis: quia inter ipsa redemptionis suæ mysteria quæ sequuntur, & carnales quosdā quos & intra sanctam Ecclesiam tolerant, mul-

ti in deum forti amore proficiunt, virtutibus excrefcunt, æterni iudicis aduentum quærunt, & inter ea quæ amant atque illa quæ tolerant, quasi quædam gazophylacia, diuitias spiritus in mente seruant. Nec inter sacramenta quæ diligunt, & quæ iam contraria portant, deficiunt: quia ad Australem viam facies intendunt. Quid enim patimur quod patres nostri pro amore domini antea non pertulerunt? Notandum verò quod inter portam Austri & Aquilonis, Orientalis porta esse describitur, quia dominus ac redemptor noster de Iudæa est natus, moxq; in fide sua Ecclesiā ex gentibus traxit. Quasi enim inter Meridianam portam & Aquilonis apparuit: quia ex illa venit, & istam in suo seruitio conuertit. Vnde & bene dicitur quod porta eadem Orientalis ad viam respicit Aquilonis: quia natus dominus synagogam deseruit, & multitudinem gentium collegit. Notandum quoque est quod dum de gazophylaciis diceretur: Et facies eorum ad viam Australem, additū est, vnam, ut videlicet aperte sentiamus: quia non alia est via ad cælestem patriam nobis qui ex gentilitate venimus, atque alia illis patribus qui fuerunt in Iudæa, sed hæc eadem vna via est nobis & illis, quæ nos ad æterna gaudia perducit, quæ nobis per Euangelium dicit: Ego sum via, veritas, & vita. De qua Psalmista ait: Ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Quod enim hebraicè Iesus, hoc latinè dicitur salutaris. In terra ergo via cognoscitur: quia Iesus, deus ante secula, & homo factus in fine seculorum, gentibus est manifestatus. Vna ergo est via & illis qui ab Austro sunt, & his qui ab Aquilonis porta respiciunt: quia electis Iudæis & gentibus dominus ac redemptor noster expulsa pena formidialis, ad patrem factus est iter amoris, atque adiutorium peruentionis. Sequitur: Et dixit ad me: Hoc gazophylacium quod respicit vñ Meridianam, sacerdotum est qui excubant in custodiis templi. Atque mox subditur: Porro gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. Quibus prophætæ verbis prius nobis quærendum est, qui sint maioris ordinis sacerdotes, utrum hi qui in custodiis excubant tēpli, an qui in ministerio altaris? Sed quia paulo post subditur: Altare erat ante faciem templi: aperte ostenditur illos esse maioris ordinis sacerdotes qui in custodiis templi excubant, quia profectò in altari quod est interius ministrant. Hi autem qui ad altare quod intra faciem templi est excubant, tanto inferiores sunt, quanto exterioribus ministrant. Quærendum ergo nobis est, qui sacerdotes sint qui templum custodiunt, & qui ad ministerium altaris excubare perhibentur. Magister gentium fidelibus scribens ait: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Qui itaque sacerdotes sunt qui templum dei custodiunt, nisi hi qui orando, prædicando, spiritualibus actibus vigilando, sanctam Ecclesiam à malignorum spirituū immissionibus, à prauorum suasionibus, ab hæreticorum erroribus defendunt? An non custos templi fuerat qui labores suæ passionis enumerans dicit: In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in seuiis multis, in frigore & nuditate? Atque statim subdit: Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Pensate quæso, custos templi quanta sollicitudine vigilet. Ecce enim in seipso inestimabilia patitur, & cordis sui sollicitudinem aliis impartitur. Cuius rogo virtutis est, plus de vilitate proximorum quam de sua afflictione cogitare? Quis hoc dignè æstimet: quis dignè penset? Laborat, luget, esurit, sitit, alget, ieiunat, vigilat, & tamen vigilando de Ecclesiarum omnium sollicitudine cogitat. Ecce enim est solertissimus custos tēpli æterni in exemplo propositus. Imitetur: quia valet aduersa pro veritate pati, bona proximis impendere, circa animarum sollicitudine vigilare. Ne quis in perfidiam, ne quis in superbiam, ne quis in rapinam vel immunditiam labatur, exquirere atque compescere: hoc est templum dei, id est, sanctam Ecclesiam custodire. Sunt autem minoris ordinis sacerdotes, qui ad ministerium altaris excubant, qui videlicet in adiutorio maiorum, peccata delinquentium subtiliter inuestigant, & vitam carnalium corrigunt, atque ad hoc vsque perducunt, ut per laementa penitentiae quasi incendant carnem in sacrificio, quæ prius viuere permiserant in peccato. Non enim hi qui sanctis Ecclesiis præsent, per semetipsos cuncta agere prævalent.

Sed

1. Ioan. 1.  
Iacob. 3.

Esa. 14.

Psal. 125.

Zacha. 6.  
Luc. 1.

Psal. 61.


Psal. 100.

Luc. 2.

Ioan. 14.  
Psal. 56.

1. Corin. 3.

F  
2. Corin. 11.




**G** Sed dum ipsi causis spiritalibus occupantur, si qua prava ac carnalia perpetrantur, hæc aliis discutienda atque corrigenda committunt. Per quos dum carnalis vita corrigitur, & vsque ad abstinentiæ atque orationis studium à proficientibus peruenitur, quasi in altari iam caro incenditur, vt in conspectu omnipotentis domini inde sacrificiū redolet, vnde prius culpa displicebat. Sed hæc in re quæstio oritur, cum superius dictum sit, quòd gazophylacia ad Australem viam facies haberent, qua ratione nunc dicatur, quia gazophylacium quod respicit viam Meridianam, sacerdotum est qui excubant in custodiis templi: & gazophylacium quod respicit viam Aquilonis, sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris? Si enim vtraque facies ad Australem viam tenebant, quomodo nunc vnum ad Meridianam, atque aliud ad Aquilonis viam respicere dicitur? Sed in his verbis agnoscimus quòd gazophylacium sacerdotum qui excubant in custodiis templi, ita positum fuerat, vt solam Meridianam viam respiceret: gazophylacium verò sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris, ita erat in atrio, vt ad Australem viam & Aquilonis faciem intenderet, quatenus & cum gazophylacio sacerdotum qui excubant in custodiis templi, Meridianam viam respiceret, & tamen sine gazophylacio eorundem sacerdotum Aquilonis viam videret. Sed quid est hoc fratres charissimi? quid in his verbis mysticum possumus intueri, nisi hoc quòd secundum ea quæ præmissa sunt, iam spiritalis auditor intelligit: quia sacerdotes maioris ordinis, qui excubant in custodiis templi, solam Meridianam viam respiciunt, quoniam solis studiis spiritalibus occupati, semper his quæ amoris dei sunt, sollicitè intendunt: sacerdotes autem minoris ordinis, qui discutendis peccatis delinquentium præsumunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reflectunt, vt in mentibus peccantium quæ sunt operis frigora videant, & hæc verbis correptionis vsque ad poenitentiam gemitus perducentes, quasi carnes in altari domini succendant? Respiciant etiam cum magnis sacerdotibus ad Meridianam viam: quia quantum ad semetipsos est, feruent igne charitatis, & succens sunt flammis amoris dei. Sed quia peccata delinquentium crebro corrigunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reducunt. De vtriusque autem sacerdotum ordinibus subditur: Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filiis Levi ad dominum vt ministrèt ei. Sadoch latine dicitur iustus. Quis autem iustus est nisi ipse cui dicitur: iustus es domine, & rectum iudiciū tuum? Qui verò sunt filij iusti, nisi hi de quibus scriptum est: Quotquot autem erederunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri? Levi autem interpretatur assumptus. Quis autem assumptus est, nisi populus fidelis, qui per sacramenta fidei est à perfidis segregatus? Omnes ergo qui perseueratè spiritalibus actibus intendunt, filij sunt iusti. Et de filiis populi assumpti accedunt ad dominum, vt ministrent ei: quia de ipsis quoque fidelibus eliguntur qui ad omnipotentis dei ministerium veniant, & celestibus studiis pro eruditione populi intendant. Sed nobis solerter inquirendum est, qui sunt qui domino ministrat. Neque enim omnes qui legunt, omnes qui prædicant, omnes qui propria tribuunt, omnes qui per carnis abstinentiam corpus castigant, domino ministrant. Qui enim legendo atque prædicando gloriam propriam quærunt, largiendo quæ habent, & corpus in abstinentia macerando, laudes recipere ab hominibus appetunt: sibi, non domino ministrant. Quo contra per Psalmistam dominus dicit: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Habet enim maculam in via, qui in bono opere quod agit, terrene gloriæ sibi præmium proponit: quia qui in hoc mundo recipere mercedem quærunt, fœdat in conspectu dei speciem boni operis per maculam prauæ intentionis. Fortasse etenim quis disciplinæ studio intentus seruet: culpas delinquentium resecat. Qui tamen ad hæc agenda si non ex omnipotentis dei amore, sed zelo proprio ducit: sibi in his & non domino ministrat. Alius ne aliter esse videatur: multa leniter tolerat quæ prauè perpetrantur. Iste itaque quia videri pro domino districtus non vult, per lenitatis suæ studium sibi & non domino ministrat. Restat ergo vt siue in verbis ministerio fatigemur: seu indigentibus nostra largiamur: siue per abstinentiam carnem domemus: seu zelo moueamur: siue per patientiam aliquando leniter praua toleremus: vt nos summopere debeamus intentionem no-

Psal. 118.  
104. 1.

Psal. 100.

stram discutere: quatenus omne quod facimus, non nostro sed domini zelo faciamus: ne in his quæ agimus, nobis potius quam domino ministremus. Non enim domino sed sibi ministrauerant: de quibus Paulus dicebat: Omnes quæ sunt sua quærunt: non quæ sunt Christi Iesu. Idem verò Paulus cum coelectis fratribus non sibi ministrare, sed domino, & viuendo & moriendo festinabat, dicens: Nemo nostrum sibi viuuit: & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: siue morimur, domini sumus. Sibi enim sancti nec viuunt, nec moriuntur. Sibi non viuunt, quia per omne quod agunt, ad lucra spiritalia anhelant: atque orando, prædicando, sanctis operibus insistendo, celestis patriæ ciues multiplicare desiderant. Sibi minimè moriuntur, quia in conspectu hominum deum sua morte glorificant: ad quem peruenire etiam moriendo festinant. Pensemus itaque, in morte sanctorum quantum eorum opprobrium ab infidelibus fuit: sed quanta laus domini in corde fidelium excreuit. Qui si suam laudem quærerent: profectò patet quia opprobria in morte timuissent. Sed nemo illorum sibi viuuit, & nemo sibi moritur: quia suam gloriam nec viuendo nec moriendo quæsierunt. Videamus si ipse primus pastor Ecclesiæ qui sibi non viuuit: sibi sit mortuus. Ioannes eius socius requiratur: & de verbis domini ex morte pastoris eiusdem dicat: Hoc autem dixit significans quia morte clarificaturus esset deum. Non ergo sibi est mortuus, qui deum clarificauit in morte. Discamus igitur fratres mei intentionem nostram in omne quod agimus, sollicitè inquisitione discutere: & nostra non quærere, si omnipotentis deo volumus ministrare. Sed quia ex fidei populo filios Sadoch ad omnipotentis dei ministerium diximus assumptos: nunquid in eodem populo non sunt multi qui inueniantur in mandatis dei viuere perfecti? Sunt omnino. Nam subditur: Et mensus est atrium longitudinem centum cubitorum: & latitudinem centum cubitorum per quadrum. Saepe iam per longitudinem, longanimitatem spei: per latitudinem verò, charitatis amplitudinem diximus signari. Centenarius autè numerus, in quo denarius decies ducitur, quod summam perfectionis signet: plenè superius dictum est. Quid est igitur atrium spiritualis ædificij: nisi amplitudo fidelium populorum? Ipsa autem longanimitas spei & latitudo charitatis vacua in cordibus fidelium non est. Nam per fidem quicquid valet operatur. Vnde & per Paulum dicitur: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium iuxta quandam modum per singulos perfecta est longanimitas spei, perfecta latitudo charitatis, perfecta certitudo fidei, perfectum studium operationis: atrium templi per quadrum centum cubitos habet. In mensura autem quadri non aliud latus maius est, atque aliud minus: sed cuncta simul quatuor latera æquali spatio tenduntur: quia & ipsas easdem virtutes quas diximus, fidem scilicet, spem, charitatem atque operationem, quandiu in hac vita viuimus: æquales sibi esse apud nosmetipsos inuenimus. Ideirco autem maior spe & fide charitas dicitur: quia postquam ad authoris nostri speciem peruenitur, spes quidem & fides transit, sed charitas permanet. Nam nunc & quantum credimus, tantum amamus, & quantum amamus, tantum de spe præsumimus. De fide quoque & operatione Ioannes Apostolus fatetur dicens: Qui se dicit nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Notitia quippe dei ad fidem pertinet: mandatorum custodia ad operationem. Cum ergo virtus, tempus, & locus operandi superpetit, tanto quis operatur: quanto deum nouerat. Et tantum se nosse deum indicat: quantum pro deo bona operatur. Metiantur ergo fidelis populi virtutes in quadrum: quia vnusquisque qui in hoc vitæ exercitio veritatur, tantum credit, quantum sperat & amat: & tantum operatur, quantum credit, amat & sperat. Quia itaque sanctæ Ecclesiæ populi multi sunt & robusti per fidem, & longanimes per spem, & amplii per charitatem, & efficaces per operationem: atrium templi centum cubitis in quadro mēsuretur. Nam vt aliquod quocumque de eorum virtutibus loquamur: saepe ex eis quosdam videmus prudentes per intelligentiam, fortes in aduersitate, iustos in operatione, temperates à voluptatibus, atque in omni zelo discretionis se mensura moderantes. Qui dum prudentiam, fortitudinem, iustitiam, atque temperantiam, vel sicut

cas enumerare



**A** eas enumerare quibusdam placet, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque iustitiam tenent: mensuram spiritualis atriij in quadro habent. Ecce enim ipsae virtutes quas habere bonos ac fideles diximus, ita in quadro sunt: ut vna aliam non excedat. Magna quippe est prudentia: sed si minus est a voluntatibus temperans: minus in periculis fortis: minus in operibus iusta: profecto minus est prudens. Magna est temperantia, sed si minus intelligit unde se temperat: si aduersa sustinere per fortitudinem minus valet: atque in timore animi deicit: si per praecceptionem suam aliquando ad iniustitiae opera prorumpit, minus est temperans. Magna est fortitudo, sed si minus intelligit quae bona custodiat: quibus malis resistat: si minus a voluptatis appetitu se temperat: sed vincitur delectatione: si iustitiae opera minus tenet, atque aliquando ad iniustitiae opera dominatione superatur: minus est fortis. Magna est iustitia, sed si minus quam debet inter iusta & iniusta opera discernit: si minus cor a mundi delectatione temperat: si minus se contra aduersa confortat, minus est iusta. Mensuretur ergo perfectorum fidelium vita per quadrum: & tantum habeat spiritualis atriij latus vnum: quantum latera singula: quia vnusquisque tantum prudens est, quantum temperans: & iustus tantum: quantum prudens, temperans, & fortis fuerit. Sunt tamen inter eos plurimi, qui adhuc carnaliter viuunt. **B** Qui & si fortasse literas ignorant, & praeccepta dei legere non valent: certe in multorum fidelium conuersione, bona quae imitentur vident. Ecce in Ecclesia voces sancti Euangelij atque Apostolorum sonant: ecce exempla bene viuentium quotidie omnium oculis opponuntur. Nec in excusatione dicere poterunt, non vidimus quod imitari deberemus. Unde & subditur: *Et altare ante faciem templi.* Quid est templum nisi fidelis populus? Sicut per Paulum Apostolum discipulis dicitur: Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Et quid est altare dei nisi mens bene viuentium? Qui peccatorum suorum memores, lachrymis se lauant: carnem per abstinentiam macerant: nullis se mundi huius actionibus miscant: quae habent, indigentibus tribuunt: & habere quae non habent, non concupiscunt. Recte igitur horum cor altare dei dicitur, ubi ex marore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur. Et nunquid non tales, fratres charissimi, quotidie in sancto hoc fidei populo quasi in templi atrio videmus? Nunquid non eorum vitam nobis ad exemplum propositam indefinenter aspiciamus? Altare ergo ante faciem templi est: cum multi in sanctae Ecclesiae conspectu sunt propositi: qui aeterni iudicij memores, semetipsos quotidie deo sacrificium in lamento compunctionis macerant. Qui ut praedictum est, corpora castigant: quatenus hoc quod per magistrum gentium dicitur, impleant: *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem.* Hostia quippe occiditur, ut offeratur: sed hostia viuens, est corpus domino afflictum. **C** Quod & hostia dicitur, & viuens: quia viuunt in virtutibus, & est a vitiis occisum. Hostia videlicet, quia iam huic mundo est a prauis actibus mortuum. Viuens autem, quia cuncta quae praualet bona operatur. Sed quia sub altaris nomine, de compunctionis flamma sermo se intulit: necessarium puto quae sit diuersitas eiusdem compunctionis ostendere. Alia quippe compunctio est quae per timorem nascitur: alia quae per amorem: quia aliud est supplicia fugere, aliud praemia desiderare. Unde etiam in tabernaculo per legem duo altaria fieri iubentur. Vnum videlicet exterius, aliud vero interius. Vnum in atrio, aliud ante arcam. Vnum quod aere cooperitum est, aliud quod auro vestitur. Atque in altari aereo cremantur carnes: in altari vero aereo incenduntur aromata. Quid est hoc fratres charissimi quod foris concremantur carnes, inus aromata: nisi hoc quod quotidie videmus? quia duo sunt compunctionis genera? Quia alij adhuc per timorem plangunt: alij vero iam se per amorem in lamento afficiunt. Multi namque peccatorum suorum memores: dum supplicia aeterna pertimescunt: quotidianis se lachrymis affligunt. Plangunt mala quae fecerunt: & incenduntur vitia igne compunctionis: quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur. Quid isti nisi altare sunt aereum: in quo carnes ardent: quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alij vero a carnalibus vitiis liberi, aut longis iam stetitibus securi: amoris flamma in compunctionis lachrymis inardescunt: ecclestis pa-

triae praemia cordis oculis aspiciunt supernis iam ciuisibus interesse concupiscunt. Dura eis apparet seruitus, longitudo peregrinationis suae. Regem in decore suo videre desiderant: & flere quotidie ex eius amore non cessant. Quid isti, nisi altare sunt aereum: in quorum corde aromata incensa sunt: quia virtutes ardeant. Bene autem de eodem altari dicitur quod ante velum arca sit positum in sancta sanctorum. Arca quippe testamenti ipse nobis factus est, de quo scriptum esse nouimus: *In quo sunt omnes thesauri sapientiae absconditi.* Arca intra velum est redemptor noster in caelo. Altare vero aereum in quo thymiamata incenduntur ante velum: quia sanctorum corda quae cum magnis virtutibus in dei amore succensa sunt, per sanctum desiderium in illo ardent, quem adhuc reuelata facie videre non possunt. Inrer arcam quippe & altare velum est: quia hoc quod nos adhuc a visione dei separat: corruptionis nostrae obstaculum remotum non est. Sed quousque ante velum sumus, oportet ut quasi thymiamata incensum flamma amoris ardeamus. Per compunctionis autem lachrymas nil terrenum, nil transitorium quaerere debemus. Solus nobis desiderium perficit, qui fecit omnia. Transcedamus per desiderium omnia: ut mete colligamur in vno. Non iam timore poenarum, non memoria vitiorum, sed amoris flamma succensa, ardeamus in lachrymis cum odore virtutum. Ista electorum oratio mea prospiciebatur, cum in sponsae laude diceretur: *Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae & thuris: & vniversi pulueris pigmentarij?* Sancta quippe electorum Ecclesia cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum quod deserit ascendit. Qualiter vero ascendat adiungit. Sicut virgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur, sicut per psalmistam dicitur: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus excutere lachrymas solet.* Itaque fumus est ex aromatibus, compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Quae tamen oratio fumi virgula dicitur: quia dum sola caelestia postulat, secreta progreditur: ut ad terrena atque temporalia petenda minimè respiciatur. Et notandum quod non virga, sed virgula nuncupatur: quia interdum in compunctionis ardore tantae subtilitatis est vis amoris: ut hanc nec ipse animus possit comprehendere qui illuminatus meruit habere. Bene autem dicitur, myrrhae & thuris. Thus enim ex lege domino in sacrificium inceditur. Per myrrham vero corpora mortua condantur, ne vermibus corrumpantur. Myrrha ergo & thuris sacrificium offerunt, qui & carnem afficiunt, ne eis corruptionis vitia dominantur: & redolentem in conspectu domini amoris sui hostiam incendunt: seque ipsos deo in sanctis virtutibus exhibent. Unde & illic subditur: *Et vniversi pulueris pigmentarij.* Puluis est pigmentarij, virtus bene operantis. Et notandum quod virtutes bene operantium non pigmenta, sed pulueres dicuntur: cum enim quaelibet bona agimus: pigmenta offerimus. Cum vero ipsa etiam bona quae agimus, retractamus, & nequid in his sinistrum sit, iudicio retractationis attendimus, quasi ex pigmentis puluerem facimus: ut orationem nostram domino per discretionem & amorem subtilius incendamus. Ecce haec ut deo largiente potuimus, coram vobis fratres charissimi rimati sumus. Nemo autem me reprehendat, si post hanc locutionem cessauero: quia sicut omnes cernitis, nostrae tribulationes excreuerunt: vndique gladiis circumfusi sumus, vndique imminens mortis periculum timemus. Alij detruncatis ad nos manibus redeunt, alij captiui, alij interempti nunciantur. Iam cogor linguam ab expositione retinere: quia tetet animam meam vita meae. Iam nullus in me faceri eloquij studium requirat: quia versa est in lectum cithara mea: & organum meum in vocem silentium. Iam cordis oculus in mysteriorum discussione non vigilat: quia dormitauit anima mea praeter tedium. Iam minus lectio animo dulcis est: quia oblitus sum manducare panem meum: a voce gemitus mei. Cui autem viuere non licet, de scripturae sacrae sensibus loqui mystica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere, quando possum dulcia propinare? Quid igitur restat nisi ut inter flagella quae ex nostris iniquitatibus patimur: cum lachrymis gratias agamus? Ipse etenim qui nos creauit, etiam pater nobis factus est per adoptionis spiritum quem dedit. Et aliquando filios pane nutrit: aliquando flagello corrigit: quia per dolores & munera ad hereditatem perpetuam erudit.

1. Corin. 3.

Rom. 12.

Exo. 27. & 30.

Col. 2.

Cant. 3.

E

Psal. 140.

F

Iob. 10.

Iob. 30.

Psal. 118.

Psal. 101.

DIVI GREGORII PAPAE IN EVANGELIA

Sit itaque gloria omnipotenti domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.  
Homiliarum beati Gregorij papae super Ezechielem libri duo finiunt feliciter.

Homilia, si Tortellio creditur, cum aspiratione principij & unico I atque I latino secundum veram orthographiam scribitur: indicatque apud nos sermonem: & descendit ab ὁμιλία, quod est sermocinor. Calepinus autem dicit homiliam esse colloquium vel sermonem ad populum. Et habet penultimam correptam.

LIBER XL.

HOMILIARVM BEATI GREGORII PAPAE: de diuersis lectionibus Euangelij: ad Secundinum Laurimitanum episcopum: Prologus.

**R**

EVERENDISSIMO & sanctissimo fratri Secundino episcopo Gregorius seruus seruorum dei. Inter sacra missarum solennia, ex his quae diebus certis in hac ecclesia legi ex more solent: sancti Euangelij quadraginta lectiones exposui. Et quarundam quidem dictata expositio assistenti plebi

H

Famelico =  
rū natura.  
Mat. 4.

Homiliarum  
liber diuisus  
est in  
duas partes.

Homilia  
xl. Gregorii  
quae recto ordine  
non sunt  
positae.

est per notarium recitata: quarundam uero explanationem coram populo ipse locutus sum: atque ita ut loquebar, ita excepta est. Sed quidam fratres sacri uerbi studio seruantes: antequam ad propositum modum ea quae dixeram, subtili emendatione perducerem, transtulerunt. Quos recte ego quibusdam famelicis similes dixerim: qui prius escas edere appetunt, quam cibi plenus excoquantur. Hoc uero ubi scriptum est: Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo: prius quidem quasi sub quadam ambiguitate exposui: sed eandem dubitationem postmodum certa notatione correxi. Easdem quoque homilias eo quo dictae sunt ordine, in duobus codicibus ponere curauit: ut & priores viginti quae dictae sunt: & posteriores totidem, quae sub oculis dictae: in singulis essent distinctae corporibus. Quod uero quaedam antepositae sunt quae in Euangelio post leguntur: quaedam uero postpositae, quae ante per Euangelista scriptae sunt, inueniuntur: nequaquam mouere tuam fraternitatem debet: quia sicut a me diuersis temporibus dictatae sunt: ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus affixae. Tu istaque fraternitas sacris semper lectionibus intenta, si praedictum locum Euangelij inuenit sub dubietate prolatum: uel easdem homilias repererit ita ut praedixi non esse dispositas: has in emendatas remansisse cognoscat: & iuxta easdem quas per praesentem portitorem mittere studui, corrigat: nullo modo illas sine emendatione remanere permittat. Editae autem in scriptorio sanctae Ecclesiae nostrae retinentur: ut si quis forte a tua fraternitate longe sunt: hic inueniant uade in his quae emendatae sunt, certiores fiant.  
Finit prologus.

LIBER XL.

HOMILIARVM BEATI GREGORII PAPAE.

Lectione sancti euangelij secundum Lucam.

Luce. 21.

**I**

N illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium: praefusione sonitus maris & fluctuum: crescentibus hominibus praetimore & expectatione: quae superuenient uniuerso orbi. Nam vir-

tutes caelorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quonia appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores: cum producant iam ex se fructum: scitis quoniam prope est aestas. Ita & vos cum uideritis haec fieri, scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico uobis: quia non praeteribit generatio haec donec omnia fiant. Caelum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt.

Homilia beati Gregorij papae in basilica beati Petri Apostoli ad populum habita: Dominica secunda aduentus domini.

Homilia prima.

**D**

ominus ac redemptor noster, fratres charissimi, paratos nos inuenire desiderans, senescentem mundum quae mala sequantur denunciat: uos ab eius amore compulcat. Appropinquantem eius terminum quanta percussiones praue-niant inueniunt: scit: ut si deum metuere in tranquillitate non uolumus: sed in timore eius iudicium uel percussionebus at terrorem. Hinc etenim lectioni sancti Euangelij quam modo uestra fraternitas audiuit, paulo superius dominus praemissa dicens: Exurget gens contra gentem: & regnum aduersus regnum: & erunt terremotus magni per loca, pestilentiae, & fames: & quibusdam interpositis, hoc quod modo audistis adiunxit: Erunt signa in Sole & Luna, & stellis: & in terris pressura gentium, praefusione sonitus maris & fluctuum. Ex quibus praefusio omnibus alia iam facta cernimus: alia est proximo uentura formidamus. Nam gentem contra gentem exurgere, earumque pressuram terris insistere, plus iam in nostris temporibus cernimus, quam in codicibus legimus. Quod terremotus urbes innumerabiles obruat: ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audiimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa uero in Sole & Luna & stellis adhuc aperte minime uisimus. Sed quia & haec non longe sint, ex ipsa iam aeris immutatione colligimus: quanuis priusquam Italia gentili gladio feruente traderetur: igneas in caelo acies uidimus: ipsasque qui postea humani generis fuisse sanguine conuulsas. Confusio uero maris & fluctuum necdum noua exorta est. Sed cum multa praenunciata iam completa sunt: dubium non est quin sequatur etiam pauca quae restant: quia sequentium rerum certitudo est praeteritarum exhibitio. Haec nos fratres charissimi idcirco dicimus: ut ad cautelam studium uestrae mentes euigilent: ne securitate torpeant, ne ignorantia languescant: sed temper eas & timor sollicitet: & in bono opere sollicitudo confirmet, pensantes hoc quod redemptoris nostri uoce iungitur: Crescentibus hominibus praetimore & expectatione quae superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes caelorum mouebuntur. Quid etenim dominus uirtutes caelorum nisi angelos, archangelos, thronos, dominationes, principatus & potestates appellat: quae in aduentu districti iudicis nostris tunc oculis uisibiliter apparebunt: ut districte tunc a nobis exigant hoc quod modo inuisibilis conditor aequanimiter porrat. Vbi & subditur: Et tunc videbunt filium hominis uenientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. At si aperte diceretur, in potestate magna & maiestate uisuri sunt: quem in humilitate positum audire noluerunt, ut uirtutem eius tanto tunc districtius sentiant: quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant. Sed quia haec contra reprobos dicta sunt: mox ad electorum consolationem uerba uertuntur. Nam & subditur: His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio uestra. Ac si aperte ueritas electos suos aduocet dicens: Cum plagae mundi crebescunt: cum terror iudicij uirtutibus commotis ostenditur: leuate capita, id est, exultate corda: quia dum finitur mundus: cuius amici non estis: prope sit redemptio quam quaesistis. In scriptura

**A** In scriptura etiam sacra saepe caput pro mēte ponitur: quia sicut capite reguntur membra: ita & cogitationes mente disponuntur. Leuare itaque capita, est mentes nostras ad gaudia patriæ celestis erigere. Qui ergo deum diligunt, ex mundi sine gaudere atque hilarescere iubentur: quia videlicet eum quem amant, mox inueniunt: dum transit is quem non amauerunt. Absit enim ut fidelis quisque qui deum videre desiderat: de mundi percussionibus lugeat: quem finiri eisdem suis percussionibus non ignorat. Scriptum namque est: Qui-cunque voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituitur. Qui ergo appropinquante mundi sine non gaudet: amicum se illius esse testatur: atque per hoc inimicus dei esse conuincitur. Sed absit hoc à fidelium cordibus: absit ab his qui & esse aliam vitam per fidem credunt: & eam per operationem diligunt. Ex mundi enim destructione lugere, eorum est: qui radices cordis in eius amore plantauerunt: qui sequentem vitam non quaerunt: qui illam neque esse suspicantur.

Iaco. 4.

Vita mortalis uia est.

Mundi fructus ruina est.

Sententia Christi sunt manentes.

1. Ioan. 2.

Mundum diligere periculosum est.

Nos autem qui celestis patriæ gaudia aeterna cognouimus: festinare ad ea quanto citius debemus. Optandum nobis est citius pergere: atque ad illam breuiore via peruenire. Quibus enim malis mundus non vrgetur? Quæ nos tristitia, quæ aduersitas non angustat? Quid est vita mortalis nisi uia? Et quale sit fratres mei perpendite: in labore uia lassescere: & tandem eandem uiam nolle finiri? Quod autem calcari mundus ac despici debeat: redemptor noster prouida comparatione manifestat: cum protinus adiunxit: Videte ficulneam & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum: scitis quia prope est æstas. Ita & vos cum uideritis hæc fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Ac si aperte dicat: quia sicut ex fructu arborum uicina æstas cognoscitur: ita ex ruina mundi prope esse agnoscitur regnum dei. Quibus profecto uerbis ostenditur: quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim crescit, ut cadat. Ad hoc cadit, ut germinet. Ad hoc germinat, ut quæcunque germinauerit, cladibus consumat. Bene autem regnum dei ætati comparatur: quia tunc mœroris nostri nubila transeunt: cum uita dies aeterni Solis claritate fulgescunt. Quæ omnia sub magna certitudine confirmantur: cum sententia subiungitur: qua dicitur: Amen dico uobis: quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Nihil enim in rerum corporalium natura cœlo & terra durabilius: & nihil in rerum natura, tam velociter quam sermo transit. Verba enim quousque imperfecta sunt, uerba non sunt: cum uero perfecta fuerint, omnino iam non sunt: quia nec perfici nisi transeundo possunt. Ait ergo: Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Ac si aperte dicat: Omne quod apud uos durabile est, sine mutatione durabile ad aeternitatem non est: & omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur: quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meus sermo qui transit. Ecce fratres mei iam cernimus quod audiebamus. Nouis quotidie & crebrescentibus malis mundus vrgetur. Ex illa plebe innumerabili quanti remanseritis, aspicietis: & tamen adhuc quotidie flagella uirgent. Repentini casus opprimunt: nouæ nos & improuise elades affligunt. Sicut enim in iuuentute uiget corpus: forte & incolume manet pectus: torosa ceruix: plena sunt brachia: in annis autem senilibus statura curuatur: ceruix exiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus vrgetur, uirtus deficit, loquentis uerba anhelitus intercidit: nam & si languor deficit, plerumque senibus ipsa sua salus ægritudo est, ita mundus in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit: ad propagandam humani generis prolem robustus fuit: salute corporum uiridis, opulenta rerum pinguis. At nunc ipsa sua senectute deprimitur: & quasi ad uicinam mortem molestus crebrescentibus crebrius uirget. Nolite ergo fratres mei diligere quem uidetis diu stare non posse: Præcepta apostolica in animo ponite, quibus nos admonet dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: quia si quis fratres agnouerit quod subito turbine annofa arbuta eruta, destructæ domus, atque Ecclesiæ à fundamentis euersæ sunt. Quanti ad uesperum sani atque incolumes, acturos se in crastinum aliquid putabant: & tamen nocte eadem repentina morte defuncti sunt: in laqueo ruinae deprehensi: Sed con-

fiderandum nobis est dilectissimi, quod ad hæc agenda inuisibilis iudex uenti tenuissimi spiritum mouit: uentus procellam nobis excitauit: & terram subruit, casura tot ædificiorum fundamenta concussit. Quid ergo iudex ipse facturus est, cum per semetipsum uenerit: & in ultione peccatorum, ira eius exarserit: si portari non potest, cum nos per tenuissimam nubem ferit? In ira eius præsentia quæ caro subsistet: si uentum mouit, & terram subruit: concitantur aëra, & tot ædificia strauit? Hanc distinctionem uenturi iudicis Paulus considerans ait: Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Hanc psalmista exprimit dicens: Deus manifeste ueniet, deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit: & in circuitu eius tempestas ualida. Distinctionem quippe tanti iudicis, tempestas ignisque comitabuntur: quia tempestas examinat quos ignis exurit. Illum ergo diem, fratres charissimi, ante oculos ponite: & quicquid modo graue creditur: in eius comparatione leuigatur. De illo etenim die per prophetam dicitur: Iuxta est dies domini magnus: iuxta & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ, dies illa: dies tribulationis & angustia, dies calamitatis & miseræ: dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbini, dies tubæ & clangoris. De hac die dominus iterum per prophetam dicit: Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed etiam cœlum. Ecce, ut prædiximus, aëra mouit, & terra non subsistet. Quis ergo ferat, cum cœlum mouerit? Quid autem terrores quos cernimus: nisi sequentis iræ præcones dixerimus? Unde & considerare necesse est: quia ab illa tribulatione ultima tanto sunt istæ tribulationes dissimiles: quantum à potentia iudicis persona præconis distat. Illum ergo diem fratres charissimi tota intentione cogitate, uitam corrigite, mores mutate, mala tentantia resistendo uincite, perpetrata autem sceleribus punite. Aduentum namque aeterni iudicis tanto securiores quandoque uidebitis: quanto nunc distinctionem illius timendo præuenitis, præstante domino &c.

Heb. 10. Psal. 49.

Iudicii dies semper ante oculos ponendus est. Sopho. 1.

Præcones iræ sequentis sunt terrores quos cernimus.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.



**I**n illo tempore. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos: & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam: & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem uerbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Hiericho: cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei: quod Iesus Nazarenus transiret. Et exclamauit dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: domine ut uideam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et cõ festim uidit: & sequebatur illum, magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

Luc. 18.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Petri Apostoli: Dominica in quinquagesima.

Homilia secunda.

**R**edemptor noster præuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longè antè & eiusdem passionis poenam, & resurrectionis suæ gloriam prædixit: ut cum eum morientem, sicut prædictum est, cernerent: etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo

non ualebant



**G** valebant capere verba mysterij: venit ad miraculum. Ante eorum oculos cæcus lumen recipit: ut qui cælestis mysterij verba non caperent: eos ad fidem cælestia facta solidarent. Sed miracula domini & saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres charissimi: ut & in veritate credantur facta: & tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud ostendunt: & per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cæcus iste fuerit, ignoramus: sed tamen quid per mysterium significet, novimus. Cæcum quippe est genus humanum: quod in parente primo à paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur: sed tamen per redemptoris sui præsentiam illuminatur: ut internæ lucis gaudia iam per desiderium videat: atque in via vitæ boni operis gressus ponat. Notandum verò est quòd cum Iesus Hiericho appropinquare dicitur: cæcus illuminatur. Hiericho quippe luna interpretatur: luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dum mensuris momentis decrevit: defectum nostræ mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Hiericho: cæcus ad lumen redit: quia dum divinitas defectum nostræ carnis suscepit: humanum genus lumen quod amiserat recepit. Vnde enim deus humana patitur: inde homo ad divina subleuatur. Qui videlicet cæcus rectè & iuxta viam sedere, & mendicans esse describitur. Ipsa enim veritas dicit: Ego sum via. Qui ergo æternæ lucis claritatem nescit, cæcus est. Sed si iam in redemptorem credit, iuxta viam sedet: si autem iam credit, sed ut æternam lucem recipiat, rogare dissimulat: atque à precibus cessat, cæcus quidem iuxta viam sedet: sed minimè mendicat. Si verò & crediderit, & cæcitatem cordis sui cognoverit: sed ut lumen veritatis recipiat postulat: iuxta viam cæcus sedet & mendicat. Quisquis ergo cæcitatis suæ tenebras agnoscit: quisquis hoc quod sibi deest lumen æternitatis intelligit: clamet medullis cordis: clamet & vocibus mentis, dicens: Iesu fili David miserere mei. Sed quid clamante cæco subiungitur: audiamus. Et qui præbant, increpabant eum ut taceret. Quid autem designant isti qui Iesum venientem precedunt: nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum? Qui prius quàm Iesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant. Sæpe namque dum converti ad dominum post perpetrata vitia volumus: dum contra hæc eadem exorare vitia quæ perpetravimus conamur: occurrunt cordi phantasmata peccatorum quæ fecimus: mentis nostræ aciem reuerberant: confundunt animum, & vocem nostræ deprecationis premunt. Qui præbant ergo, increpabant eum ut taceret: quia priusquam Iesus ad cor veniat: mala quæ fecimus, cogitationi nostræ suis imaginibus illisa, in ipsa nos nostra oratione perturbant. Sed quid adhuc illuminandus iste cæcus fecit, audiamus. Sequitur: Ipse verò multo magis clamabat: Fili David miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat: quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur: tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus: quia peccatorum nostrorum phantasmata plerumque & in oratione patimur. Sed nimirum necesse est ut vox cordis nostri quòd durius repellitur: eo valentius insistat: quatenus cogitationis illicitæ tumultum superet: atque ad piæ aures domini similitudine suæ importunitatis erumpat. In se, ut suspicor, recognoscit unusquisque quod dicimus: quia dum ab hoc mundo animum ad deum mutamus: dum ad orationis opus convertimur: ipsa quæ prius delectabiliter gessimus, importuna postea atque gravia in oratione nostra toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abicitur. Vix eorum phantasmata per poenitentiae lamenta superantur. Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus: transeunt Iesum menti figimus. Vnde illic subditur: Stans autem Iesus iussit eum adduci ad se. Ecce stat, qui antè transibat: quia dum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum verò orationi vehementer insistimus: stat Iesus ut lucem restituat, quia deus in corde figuratur, & lux amissa reparatur. Qua tamen in re & aliud

Miracula Christi ultra ipsam veritatem aliquid innuunt.

Hiericho luna interpretatur.

Genus humanum quando recepit lumen quod amiserat. Ioan. 14.

Conversio peccatorum ad dominum per quid impeditur.

Temporibus dediti nix spiritalia amplectuntur.

aliquid nobis dominus innotuit: quod intelligi de humanitate ac divinitate illius vtiliter possit. Clamante etenim cæcum Iesus transiens audiuit: sed stans miraculum illuminationis exhibuit. Transire namque humanitatis est, stare divinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci, crescere, mori, resurgere, de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est: atque hoc ipsum mutari transire est: profecto iste transitus ex carne est, non ex divinitate. Per divinitatem verò ei semper stare est: quia ubique præsens nec per motum recedit, sicut nec per motum venit. Cæcum igitur clamantem dominus transiens audiuit: sed stans illuminavit: quia per humanitatem suam vocibus nostræ cæcitatatis compatiedo misertus est: sed lumen nobis gratiæ per divinitatis potentiam infudit. Et notandum quid cæco venienti dicat: Quid tibi vis faciam? Nunquid qui lumen reddere poterat, quid vellet cæcus ignorabat? Sed peti vult hoc quod & nos petere, & se concedere prænoscat. Importunè namque ad orationem nos admonet, & tamen dicit: Scit namque pater vester cælestis quid opus sit vobis: antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Vnde & cæcus protinus adiunxit: Domine ut videam. Ecce cæcus à domino non aurum sed lucem querit: parui pendès extra lucem aliquid querere: quia etsi habere cæcus quodlibet potest: sine luce videre non potest quod habet. Imitemur ergo fratres charissimi eum quem & corpore & audivimus & mente illuminatum. Non falsas divitias, non terrena dona, non fugitivos honores à domino, sed lucem queramus: nec lucem quæ loco clauditur: quæ tempore finitur: quæ noctium interruptione variatur: quæ à nobis communis cum pecoribus cernitur: sed lucem queramus quam videre cum solis angelis possimus: quam nec initium, incoat, nec finis angustat. Ad quam profectò lucem, via fides est. Vnde rectè & illuminando cæco protinus respondetur: Respice, fides tua te saluum fecit. Sed ad hoc cogitatio carnalis dicit: Quomodo possum lucem spiritalem querere, quam videre non possum? Vnde mihi certum est si sit: quæ corporeis oculis non insulget? Cui scilicet cogitationi est quod breviter quisque respondeat: quia & hæc ipsa quæ sentit: non per corpus sed par animam cogitat. Et nemo suam animam videt: nec tamen dubitat se animam habere: quam non videt. Ex invisibili namque anima, visibile regitur corpus. Si autem auferatur quod est invisibile: protinus corrumpitur hoc quod visibile stare videbatur. Ex invisibili ergo substantia in hac vita visibili vivitur: & esse vita invisibilis dubitatur? Sed iam petenti cæco quid factum sit: vel quid ipse fecerit, audiamus. Sequitur: Confestim vidit, & sequebatur eum. Videt & sequitur qui bonum quod intelligit operatur. Videt autem, sed non sequitur: qui bonum quidem intelligit: sed bene operari contemnit. Si ergo fratres charissimi cæcitatem iam nostræ peregrinationis agnoscimus: si credendo in redemptoris nostri mysterium, iuxta viam sedemus: si exorando quotidie ab orthore nostro vitæ lumen petimus: si eadem luce iam per intellectum videndo illuminati post cæcitatem sumus: Iesum quem mente cernimus, opere sequamur. Aspicimus quæ graditur: & eius vestigia imitando tenemus. Iesum etiam sequitur qui imitatur. Hinc namque dicit: Sequere me, & dimitte mortuos sepellere mortuos suos. Sequere enim dicitur, imitare. Hinc rursus admonet dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Consideremus ergo quæ graditur: ut sequi mereamur. Ecce cum sit dominus & creator angelorum: suscepturus naturam nostram quæ condidit: in uterum virginis venit. Nasci tamen in hoc mundo per divites noluit: parentes pauperes elegit. Vnde & cum agnus qui pro illo offerretur defuit: columbarum pullos & par turturum ad sacrificium mater invenit. Prosperari in mundo noluit, opprobria, irrisionesque toleravit: spina, flagella, alapas, spineam coronam, crucemque sustinuit. Et quia rerum corporalium delectatione à gaudio interno cecidimus: cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet: si tanta deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in Christum iam credidit: sed adhuc avaritiæ lucra sectatur: in superbia honoris extollitur: invidia facibus inardescit: libidinis se immunditia polluit: prosperari ad ea quæ in mundo sunt concupiscit, Iesum in quem credidit, sequi contemnit. Diverso

Marginal notes in small script on the right edge of the page.

**A** Diverso quippe itinere ambulat, si gaudia delectationesque appetit: cui dux iustus viam amaritudinis ostendit. Reuocemus ergo ante oculos peccata quae fecimus: consideremus quam terribilis iudex haec puniturus adueniat. Mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in poenitentia: ne eternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad eterna gaudia docimur: veritate pollicente, quae ait: *Mat. 5.* Beati qui loquentur: quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia peruenitur: hac eadem veritate attestante, quae ait: *Luc. 6.* Vae vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis & flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruenitione quaerimus: poenitentiae amaritudinem in via teneamus. Sicque fit ut non solum vita nostra in deum proficiat: sed haec ipsa nostra conuersatio ad laudem dei & alios accendat. Unde illic subditur: Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem deo.)

LECTIO sancti euangelij secundum Mattheum.

**Cap. 12.** **N**illo tempore. Loquente Iesu ad turbas: ecce mater eius & fratres stabant foris, quarentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quarentes te: At ille respondens dicenti sibi ait: Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei: Et extendens manus in discipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est: ipse meus frater, soror, & mater est.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in basilica sanctae Felicitatis die natalis eius.

Homilia tertia.

**S**ancti Euangelij fratres charissimi breuis est lectio recitata: sed magnis mysteriorum ponderibus grauida. Iesus etenim conditor & redemptor noster matrem se nosse dissimulat: & quae ei mater sit, & qui propinqui: non per cognationem carnis, sed per coniunctionem spiritus designat, dicens: Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est: ipse meus frater, & soror, & mater est. Quibus nobis verbis quid aliud inuuit, nisi quod obsequentes iussionibus suis multos ex gentilitate colligit: & iudaeam, ex cuius carne est genitus, non agnoscit? Unde & mater eius cum quasi non agnosceretur, foris stare perhibetur: quia videlicet synagoga idcirco ab authore suo non recognoscitur: quia legis observationes tenens, spiritalem intellectum perdidit, & sese ad custodiam literae foris fixit. Sed cum is qui voluntatem patris fecerit, soror & frater domini dicitur: propter utrumque sexum qui ad fidem colligitur, mirum non est: mirandum vero valde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles enim discipulos fratres vocare dignatus est, dicens: *Mat. 28.* Ite nunciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem veniendo potuerit: quaerendum est quomodo etiam & mater esse possit. Sed sciendum nobis est, quia qui Christi soror & frater est credendo, mater efficitur praedicando. Quasi enim parit dominum, quem cordi audientis infuderit. Et mater eius praedicando efficitur: si per eius vocem amor domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis idonee confirmanda adest beata Felicitas: cuius hodie natalitia celebramus: quae credendo extitit ancilla Christi: & praedicando facta est mater Christi. Septem quippe filios, sicut in gestis eius emendationibus legitur, sic post se timuit viuos in carne relinquere: sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos praemittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernae patriae praedicando roborauit. Et parturiuit spiritu quos carne pepererat: ut praedicatione pareret deo: quos carne pepererat mundo. Considerate fratres charissimi in femineo corpore virile pectus. Ad mortem fletit imperterrita. Amittere se in filii lumen veritatis timuit: si non fuisset orbata. Nunquid ergo hanc feminam martyrem dixerim? sed plusquam martyrem. Certum dominum cum de iohanne loqueretur dixit: Quid existis in desertum videre? prophetam: utique dico vobis & plusquam prophetam. Et iohannes ipse requisitus, respondit dicens: Non sum propheta. Qui enim se plusquam prophetam nouerat: esse se prophetam negabat. Qui idcirco plusquam propheta dicitur: quia prophetae est officium venturae praenunciare: non etiam ostendere. Iohannes vero plusquam propheta est, quia quem verbo dixit, digito ostendit. Non ergo hanc foeminam martyrem, sed plusquam martyrem dixerim: quae septem pignoribus ad regnum praemissis, tot ante se mortuos transiit. Ad poenam prima venit: sed peruenit octaua. Aspexit mater & cruciata & imperterrita filiorum mortem: spei gaudio adhibuit dolorem naturae. Timuit viventibus gaudia est morientibus. Oprauit nullum post se relinquere: ne si quem haberet superstitem, non posset habere consortem. Nemo ergo ex vobis fratres charissimi existimet quod eius cor morientibus filiis, etiam carnalis affectus minimè pulsarit. Neque enim filios quos carnem suam esse nouerat, sine dolore poterat morientes videre: sed erat vis amoris interior, quae dolorem vinceret carnis. Unde & passuro Petro dicitur: Cum senueris, extendes manus tuas, & alius te cingat: & ducet quo tu non vis. Neque enim si plenissime Petrus nollet: pro Christo pati potuisset. Sed martyrium quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem spiritus amauit. Qui dum per carnem ad poenas trepidat: per spiritum ad gloriam exultat. Ac summi est ut cruciatum martyrij nolendo voluisset. Sic nos quoque cum gaudium quaerimus salutis, amarum poculum sumimus purificationis. Amaritudo quidem in poculo displicet: sed restituta per amaritudinem salus placet. Amavit ergo iuxta carnem Felicitas filios suos: sed pro amore caelestis patrie mori etiam coram se voluit, quos amauit. Ipsa eorum vulnera accepit: sed ipsa in eisdem ad regnum praenicientibus excreuit. Recte ergo hanc foeminam ultra martyrem dixerim: quae toties in filiis est desiderabiliter extincta. Dum multiplex martyrium sustinuit, ipsam quoque martyrij palmam vicit. Fertur apud veteres mos fuisse: ut quisquis consul existeret, iuxta ordinem temporum honoris sui locum teneret. Et si quis posterius ad consulatum veniens, consul non semel sed bis fortasse aut tertio fieret: etiam illos laude & honore transcendere, qui non plus quam semel consules extitissent. Vicit ergo beata Felicitas martyres: quae tot ante se morientibus filiis, pro Christo frequenter occubuit: quia ad illius amorem, sola sua mors ei minimè sufficit. Consideremus fratres hanc foeminam, consideremus nos qui membris corporis viri sumus: in eius comparatione quid existimabimur. Saepenumero agenda aliqua bona proponimus: sed si vicus contra nos vel leuissimus sermo ab ore irridetis eruperit: ab intentione actionis nostrae fracti protinus & confusi resiliimus. Ecce nos plerumque a bono opere verba reuocant: Felicitatem vero a sancta intentione frangere, nec tormenta potuerunt. Nos iniuriam maledictionis in aure maledictoris impingimus: haec ad regnum etiam per ferrum exit, nihilque esse quod obsisteret aestimauit. Nos ad praeccepta dominica largiri nostram saltem superflua nolumus: haec non solum deo suam substantiam contulit: sed pro illo etiam propria carnem dedit. Nos cum ex diuina iussione filios amittimus: sine consolatione lugemus. Haec eos velut mortuos plangeret: si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districtus iudex venerit: quid nos viri dicemus, cum huius foeminae gloriam viderimus? De debilitate mentis suae quae tunc erit vis excusatio, quando haec ostendetur, quae cum seculo & sexum vicit? Sequamur ergo fratres charissimi districtam & asperam redemptoris viam. Visu quippe virtutum ita iam plana facta est: ut per eam feminis libeat ambulare. Despiciamus ergo cuncta praesentia. Nulla sunt etenim in hoc mundo: quae transire possunt. Turpe sit diligere quod constat citius perire: Non nos terrenarum rerum amor superet: non superbia inflat: non ira dilaniet: non luxuria polluat, non inuidia consumat. Amore nostri fratres charissimi redemptor noster occubuit: & nos amore eius discamus vincere nosmetipsos. Quod si perfecte agimus: non solum imminentes poenas euademus: sed vna cum martyribus gloria remunerabimur. Nam quauis occasio persecutionis desit: habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro non subdimus: spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus, ipso adiuuante &c.

*Ioh. 1.*  
D

*Amor interior vincit quondamque dolor carnis.*

*Salutem ut recuperare = mus, amara potamus.*

*Viros esse feminis remissiores turpe est.*

*Viam redemptoris asperam se qui debemus.*



Cap. 10.

Lectio sancti evangelij secundum Mattheum.



In illo tempore. Misit dominus Iesus duodecim discipulos suos: precipiens eis, & dicens: In viam gentium ne abieritis: & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israel. Euntes autem praedicante dicentes: quia appropinquabit regnum caelorum. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eiicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via: neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Stephani: de Apostolis. Homilia quarta.

**C**um constet omnibus fratres charissimi: quia redemptor noster in mundum pro redemptione gentium venit: cum Samaritanos quotidie ad fidem vocari conspiciamus: quid est quod in praedicationem discipulos mittens dicit: In viam gentium ne abieritis: & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israel: nisi hoc quod ex facti sine colligimus: quia prius solum Iudaeae voluit, & postmodum cunctis gentibus praedicari: ut dum illa converti vocata renueret: praedicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent: quatenus redemptoris nostri praedicatione a propriis repulsa, gentiles populos quasi extraneos quaereret. Et quod Iudaeis fiebat in testimonium: hoc gentibus gratiae esset incrementum. Erant enim tunc qui de Iudaea vocandi essent: & de gentibus vocandi non essent. Nam & in Apostolorum actibus praedicante petro legitur: & prius Hebraeorum tria milia, & postea quinque milia credidisse. Et cum praedicare Apostoli gentibus in Asia voluissent: per spiritum prohibiti esse memoratur: & tamen ipse spiritus qui prius praedicationem prohibuit, hanc Asianorum cordibus postmodum infudit. Nam diu est quod Asia euncta iam credidit. Idcirco ergo prius prohibuit, quod postmodum fecit: quia tunc in illa erant qui salvandi non erant. Tunc in illa erant, qui necdum ad vitam reparari merebantur: nec tamen gravius de contempta praedicatione iudicari. Subtili ergo occultoque iudicio, a quorundam auribus praedicatione sancta subtrahitur: quia suscitari per gratiam non merentur. Unde necesse est fratres charissimi, ut in omni quod agimus, omnipotentis dei super nos consilia occulta timeamus: ne dum mens nostra exterius fusa, a sua se voluptate non revocat: intus contra eam iudex terribiliter adversa disponat. Quod bene psalmista intus ait: Venite & videte opera domini: quam terribilis in consiliis super filios hominum. Vidit namque quod alius misericorditer vocatur: alius iustitia exigente repellitur. Et quia alia parcendo dominus, alia irascendo disponit: expavit quod penetrare non potuit. Et quem non solum inuestigabilem in quibusdam suis sententiis, sed etiam inflexibilem vidit: terribilem in consiliis esse memoravit. Missis autem praedicatoribus quid praecipiat audiamus. Euntes praedicare dicentes: quia appropinquavit regnum caelorum. Hoc iam fratres charissimi: etiam si Evangelium taceat, mundus clamat. Ruinae namque illius voces eius sunt. Qui enim tot attritus percussionibus a gloria sua cecidit: quasi iam nobis est proximo regnum aliud quod sequitur ostendit. Ipsi iam & a quibus amatur, amarus est. Ipse ruinae eius praedicant quod amandus non est. Si enim ruinae sui domus quassata minaretur: quisquis in illa habitaret, fugeret. Et qui stantem dilexerat: recedere quanto citius a cadente festinaret. Si igitur mundus cadit: & nos eum amando amplectimur, opprimi volumus potius quam habitare: quia nulla nos ratio a ruina illius separat, quos eius passionibus amor ligat. Facile est ergo nunc iam cum destructa omnia cernimus: animum nostrum ab eius dilectione disjungere. Sed hoc illo in tempore difficillimum fuit, quo praedicare caelorum regnum invisibile mitte-

Discipuli Christi quare prohibiti fuerunt praedicare gentibus et Samaritanis.

Act. 3.

Act. 4.

Praedicatione a quibusdam subtrahitur.

Psal. 45.

Mundus non est amandus.

batur: cum longe lateque omnes cererent florere regna terrarum. Unde & adiuncta sunt praedicatoribus sanctis miracula: ut fidem verbis daret virtus ostensa: & nova facerent qui nova praedicarent: sicut in hac eadem lectione subiungitur: Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eiicite. Florente mundo, crescente humano genere, diu in hac vita subsistente carne, exuberante rerum opulencia: quis cum audiret vitam esse aliam, crederet: quis invisibilia visibilibus praeferebat? Sed ad salutem redeuntibus infirmis, ad vitam resurgentibus mortuis, carnis munditiam recipiuntibus leprosis, creptis a iure immundorum spirituum demoniacis, tot visibilibus miraculis exactis, quis non crederet quod de invisibilibus audiret? Ad hoc quippe visibilia miracula coruscant: ut corda videtur ad fidem invisibilium pertrahant: ut per hoc quod mirum foris agitur: hoc quod intus est: longe mirabilius esse sentiat. Unde nunc quoque cum fidelium numerositas excrevit, intra sanctam Ecclesiam multi sunt qui viam virtutum teneant, sed signa virtutum non habent: quia frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentium vocem: Linguae in signum sunt: non fidelibus, sed infidelibus. Unde & idem praedicator egregius inter praedicationis verba dormientem, cadentemque de fenestra Eutychem: atque a vita funditus extinctum, coram cunctis infidelibus orando suscitavit. Meliten veniens, & plenam infidelibus insulam sciebat, patrem Publij dysenteria febrilibusque vexatum, oratio sanavit. Peregrinationis vero suae comitem, & sanctae praedicationis adiutorem Timotheum ex infirmitate stomachi lassescens non verbo curavit, sed medicinali arte reparavit dicens: Modico vino utere, propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Qui ergo infirmum infidelis: & ut credimus, mortuum una prece sanat, cur & aegrotum socium prece non roborat? Quia nimirum ille foris per miraculum sanandus erat, qui adhuc interiorius vivus non erat: ut per hoc quod exterior potestas ostenderet, hunc ad vitam interior virtus animare. Aegrotanti autem fidei socio exhibenda foris signa non fuerant: qui salubriter intus vivebat. Sed concessa potestate praedicationis, concessis virtutum miraculis: quid redemptor noster subiungat audiamus: Gratis accepistis, gratis date. Praesciebat namque nonnullos hoc ipsum donum accepti spiritus in usum negotiationis inflectere: & miraculorum signa ad avaritiae obsequium declinare. Hinc est enim quod Simon magus per impositionem manus edita miracula conspicens, percipere donum spiritus sancti pecunia voluit: scilicet ut deterius venderet quod male comparasset. Hinc de templo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas eiecit, cathedras vendentium columbas evertit. Columbas quippe vendere, est impositionem manus qua spiritus sanctus accipitur, non ad vitam meritum, sed ad praemium dare. Sed sunt nonnulli qui quidem numerorum praemia ex ordinatione non accipiunt: & tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur: atque de largitate eadem, laudis solummodo retributionem quaerunt. Hi nimirum quod gratis acceptum est: gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis, nummum expetunt favoris. Unde bene cum iustum virum describeret propheta ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Neque enim dicit: Qui excutit manus suas a munere: sed adiunxit, ab omni: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebitae impensa. Munus a manu, pecunia est. Munus a lingua, favor. Qui ergo sacros ordines tribuit: tunc ab omni munere manus excutit: quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam: sed etiam humanam gratiam non requirit. Sed vos fratres charissimi, quos secularis habitus tenet: cum quae sint nostra cognoscitis: mentis oculos ad vestra revocate. Cuncta erga vos vicissim gratis agite. Nolite operis vestri in hoc mundo retributionem quaerere, quem cum tanta iam ceratis velocitate defecisse. Sicut male acta abscondi vultis ne alij videant: ita bona ne ad humanam laudem appareant caute. Neque mala quoquomodo, nec bona pro temporali retributione faciatis. Ipsum vestri operis telum quaerite: quem iudicem sustinetis. Occulta nunc bona vestra esse videat: ut ea retributionis suae tempore in publico ostendat. Sicut carni vestrae ne deficiat, cibos quotidie praebetis:

Miracula facere quare permittit sum fuit factis praedicatoribus.

Miraculorum effectus.

1. Cor. 13. Act. 20. Act. 28.

1. Timo. 4.

Act. 8.

10. 2.

Columbas vendere quid est.

gloria

Esai. 33.

Munus est triplex.

gloriam.

Acta mala et bona sunt abscondenda.

Carni & menti quod die prae- bnda sunt alimenta.

Bona terre na seruan- do totaliter amittuntur.

Mat. 4.

Aberis sic medii vestra quotidiana alimenta bona sint ope- ra. Cibo corpus pascitur: pio opere spiritus nutriatur. Quod morituræ carni tribuitis, victoræ in perpetuum animæ non negatis. Si quando enim repentinus ignis habitaculum absumit: quisquis eius possessor extiterit: rapit quod valuerit, & fugit: lucrum deputat, si quid secum ex ignibus tollat. Ecce in speciosa videbantur, finis iam proximus velut ignis deua- stat. Lucrum ergo fratres charissimi maximum credite: si vo- biscum aliquid de illo rapiatis: si quid fugientes tollitis: si hoc quod perire remanendo poterat: ad retributionem vobis per- petuum largiendo seruatis. Terrena quippe omnia seruando amittimus: sed bene largiendo seruamus. Cum velocitate tem- pora fugiunt. Ad videndum ergo citius iudicem nostrum quia cum magna importunitate impellimur: ei bonis adibus cum festinatione præparemur: donante domino nostro Iesu Chri- sto. &c.

Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tempore. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus: & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim pisca- tores. Et ait illis: Venite post me: & faciam vos fieri pisces hominum. At illi continuo relictiis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde vidit duos alios fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in nauis, cum Zebedæo patre eorum: reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relictiis retibus & patre: secuti sunt eum.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beati Andree Apostoli, in natali eius.

Homilia quinta.

Audistis fratres charissimi: quia ad vniuersum suffragium vo- cem Petrus & Andreas relictiis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla verò hinc facere adhuc mira- cula viderant: nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant: & tamen ad vnum domini præceptum, hoc quod possidere videbantur, obliuisci sunt. Quanta nos eius miracula videmus: quod flagellis affligimur: quantis minarum asper- titibus deterre. nunc: & tamen vocantem sequi contemnimus? In cælo iam sedet, qui de cõuersione nos admonet, iam iugo fidei colla gentium subdidit, iam mundi gloriam strauit: iam ruinis eius crebrescentibus districti sui iudicij diem propinquantem denunciat, & tamen superba mens nostra ad- huc non vult hoc sponte delerere, quod quotidie perdit inu- ita. Quid ergo fratres charissimi, quid in eius iudicio dicturi sumus, qui ab amore præsentis seculi, nec præceptis flectimur, nec verberibus emendamur? Sed fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat: Ad vocem dominicam uterque iste piscator quid aut quantum dimisit, qui penè nihil habuit? Sed hæc in re fratres charissimi, affectum debemus potius pensa- re quam censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit: mul- tum reliquit, qui quantumlibet parum totam deseruit. Certe nos & habita cum amore possidemus, & ea quæ minimè habemus, ex desiderio querimus. Multum ergo Petrus & Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit. Mul- tum dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt: quanta à non sequentibus concupiscenti potuerunt. Nemo igitur etiam cum quosdam conspicit multa reliquisse, apud semetipsum dicat: Imitari mundi huius cõceptores volo: sed quod relinquam, non habeo. Multa fratres relinquitis, si desideris terrenis renunciatis. Exteriora et- enim nostra domino qualibet parua sufficiunt: cor namque & non substantia periat. Nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorè substantiam perperdamus, ecce sancti negotiatores nostri perpetuam angelorum vitam da- tis retibus & nauis, mercati sunt. Aestimationem quippe præ- cij rectè non habet: sed tamen regnum dei tantum valet quã- tum habes. Valuit namque Zacchæo dimidium substantiæ: quia

Multum pro- pter deum relinquit: qui sibi ni- hil retinet. Petrus & Andreas pisces multum pro Christo dimiserunt.

Luc. 19.

dimidium aliud ad hoc quod iniuste abstulit, restituendum in quadruplum reseruauit. Valuit Petro & Andree dimissis re- tibus & nauis. Valuit viduæ duobus minutis. Valuit alteri ca- lice aquæ frigidæ. Regnum itaque dei, ut diximus tantum valet quantum habes. Pensate igitur fratres quid vilius cum emi- tur: quid carius cum possidetur? Sed fortasse nec calix aquæ frigidæ suppetit qui indigenti præbeatur: etiam tunc securi- tatem nobis promittit sermo diuinus. Redemptore etenim nato, cæli ciues ostensi sunt, qui clamarent: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ante dei namque oculos nunquam est vacua manus à munere: si fuerit arca cor- dis repleta bonæ voluntate. Hinc etenim psalmista dicit: In me sunt deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi. Ac si aper- tè dicat: Et si exterius munera offerenda non habeo: intra me- metipsum tamen inuenio quod in ara tuæ laudis impono: quia qui nostra datione non pascitur, oblatione cordis melius pla- caris. Nihil quippe offertur deo ditius voluntate bona. Volun- tas autem bona est, sic aduersa alterius sicut nostra pertime- scere: sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari. Aliena damna, nostra credere: aliena lucra, nostra putare. Amicum non propter mundum: sed propter deum di- ligere. Inimicum etiã amando tolerare. Nulli quod pati non vis, facere nulli quod tibi iuste impendi desideras, denegare. Necessitati proximi non solum iuxta vires succurrere: sed prodesse etiam ultra vires velle. Quid ergo isto holocausto locupletius: quando per hoc quod deo immolat in ara cor- dis, anima semetipsam maculat? Sed hoc bonæ voluntatis sa- crificium deo nunquam plenè persoluitur: nisi mundi huius cupiditas perfectè deseratur. Nam quicquid in eo concupiscenti- bus: hoc procul dubio proximis inuidemus. Videtur etenim quia nobis desit: quod alter assequitur: Et quia semper inui- dia à bona voluntate discordat: mox ut hæc mentem exceperit, illa discedit. Vnde prædicatores sancti ut possent proximos perfectè diligere: studuerunt in hoc seculo nihil amare, nihil vaquam appetere, nihil etiam cum appetitu possidere. Quos bene Esaias inueniens ait: Qui sunt isti qui ut nubes volant: & quasi columbæ ad fenestras suas? Vidit quippe terre- na eos despiciere: mente cælestibus propinquare, verbis plue- re, miraculis coruscare. Et quos à terrenis contagiis sancta prædicatio & sublimis vita suspenderat: hos volantes pariter & nubes appellat. Fenestræ autem nostri sunt oculi: quia per ipsos anima respicit quod exterius concupiscit. Columba ve- rò simplex est animal: atque à malitia fellis alienum. Quasi co- lumbæ ergo ad fenestras suas sunt: qui nihil in hoc mundo con- cupiscunt, qui omnia simpliciter aspiciunt: & in hæc quæ vi- dent, rapacitatis studio non trahuntur. At contra miluus & non columba ad fenestras suas est: qui ad ea quæ oculis cõsiderat, rapinæ desiderio anhelat. Quia ergo fratres charissimi, beati Andree Apostoli natalitia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat nostræ obsequium deuotionis, immu- tata solennitas mentis: despiciamus quæ terrena sunt: relictiis temporalibus mercemur æterna. Si autem necdum possumus relin- quere propria, saltè non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra acceditur igne charitatis, in ambitione sua habeat fre- num timoris: ut profectus sui passibus vegetata, dum ab alieno- rum appetitu compescitur, quandoque ad propria cõtemnenda perducatur: adiuuante domino nostro Iesu Christo.

Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tempore. Cum audisset Iohannes in vinculis opera Chri- sti: mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es: an aliud expectamus? Et respon- des Iesus, ait illis: Euntes renun- ciate Iohanni quæ audistis & vidi- stis. Cæci videt: claudi ambulat: leprosi mundantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus: cœ- pit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? n n Iij Ecce

D Luc. 21. Mat. 9.

Luc. 2.

Psal. 55.

Voluntas bona, quam deus appetit, in quo consistat.

E

aliam, nihil vel sine appetitu. Esa. 60.

Oculi sunt fenestra anime.

F

Mar. 11.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te.

Mal. 3.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in basilica sanctorum Marcellini & Petri: die natalis eorum: Dominica tertia aduentus domini.

Homilia sexta.

Ioan. 1.

Verendum nobis est fratres charissimi: Ioanes propheta & plusquam propheta: qui venientem ad Iordanis baptismum dominum ostendit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: Qui & humilitatem suam, & diuinitatis eius potentiam considerans dicit: Qui de terra est, de terra loquitur: qui autem de caelo venit, super omnes est: cur in carcere positus: mittens discipulos suos requirit: Tu es qui venturus es: an alium expectamus: tanquam si ignoret quem ostenderit: & an ipse sit nesciat: quem ipsum esse prophetando, baptizando, & ostendendo clamauerat. Sed haec citius quaestio soluitur: si gestae rei tempus & ordo pensetur. Ad Iordanis enim sicuta positus: quia ipse redemptor mundi esset, asseruit. Missus vero in carcerem, an ipse veniat requirit: non quia ipsum esse mundi redemptorem dubitat: sed querit ut sciat si is qui per se in mundum venerat: per se etiam ad inferni claustra descendat. Quae enim praecurrens mundo nunciauerat, hunc moriendo & ad inferos descendendo praecurrebat. Ait ergo: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori, & ad inferos descendere digneris insinua, ut qui natiuitatis tuae praecursor extiteris, descensionis etiam praecursor fiam, & venturum in inferno te nunciem, quem iam venisse mundo enunciaui. Vnde & inquisitus dominus enumeratis potentiae suae miraculis, de mortis suae protinus humilitate respondit dicens: Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, sordi audiunt mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Visis tot signis tantisque virtutibus non scandalizari quisque potuit sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, cum eum post tot miracula morientem vidit. Vnde & Paulus dicit: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est, ut pro hominibus auctor vitae moreretur: & inde contra eum homo scandalum sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit. Quid est ergo dicere: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me: nisi aperta voce abiectionem mortis suae humilitatemque signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem factio, sed abiectionem perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cauendum valde est hominibus ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur. Sed dimissis Ioannis discipulis, quid de eodem Ioanne turbis dicat, audiamus: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitata? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore vel detractione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit, hilaris fit & extollitur, torumque se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis eruperit vnde laudis aura veniebat, mox eum quasi in partem alteram ad vim furoris inclinatur. Sed arundo vento agitata Ioannes non erat, quia hunc nec blandum gratia, nec consulibet detractionis ira asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerant inclinare. Arundo ergo vento agitata Ioannes non erat, quae a statibus sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus ergo fratres charissimi arundo vento agitata non esse, solidemus animum inter auras linguarum positum, stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detrahitio ad iram prouocet, atque ad remissionem inutilis gratiae nullus fauor inclinet. Non nos prospera eleuent, non aduersa perturbent, ut

Ioan. 3.

qui in soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc autem de eius sanctitate subiungitur: Sed quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Camelorum etenim pilis contextis, ut scitis, vellitus Ioannes fuisse describitur. Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: nisi aperta sententia demonstrare, quia non caelesti sed terreno regi militant: hi qui pro deo perpeti aspera fugiunt, & solis exterioribus dediti, praesentis vitae molliem & delectationem quaerunt. Nemo ergo existimet in fluxu atque studio preciosarum vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, nequaquam Paulus Apostolus per epistolam foeminas a preciosarum vestium appetitu compeiceret, dicens: Non in veste preciosa. Pensate ergo quae culpa sit, hoc etiam viros appetere, a quo curauit pastor Ecclesiae & foeminas prohibere. Quauis hoc quod Ioannes non esse vestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi & aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fouit, sed vigore asperae inuectionis increpauit, dicens: Genimina viperarum quis vobis demonstrauit fugere a ventura ira? Vnde & per Salomonem dicitur: Verba sapientum quasi stimuli, & sicut clauis in altum defixi. Clauis quippe atque stimuli, sapientum verba comparantur, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere. Sed quid existis videre in desertum? Prophetam? Etiam dico vobis & plusquam prophetam. Prophetam quippe ministerium est, vetera praedicere, non etiam demonstrare. Ioannes ergo plusquam propheta est, quia eum quem praecurrendo prophetauerat, etiam ostendendo monstrabat. Sed quia arundo vento agitata esse denegatur, quia non esse vestitus mollibus dicitur, quia propheta nomen huic impar esse perhibetur, iam quid dignum dici possit, audiamus. Sequitur: Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Quod enim Graece angelus, hoc Latine nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum iudicium mittitur, angelus vocatur, ut dignitatem seruet in nomine, quam explet in operatione. Altum quidem nomen est, si vita nomine inferior non est. Utinam fratres charissimi, non ad iudicium nostrum dicamus, quia omnes qui sacerdotij nomine censentur, angeli vocantur: Prophetam attestante, qui ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Sed huius altitudinis nominis etiam vos si vultis potestis mereri. Nam vnusquisque vestrum in quantum sufficit, in quantum gratiam supernae aspirationis accepit, si a prauitate proximum reuocat, si exhortari ad bene operandum curat, si aeternum regnum vel supplicium erranti denunciat, cum sanctae denunciationis verba impendit, profectio angelus existit. Et nemo dicat, admonere non sufficio, exhortari idoneus non sum. Quantum potes exhibe, ne male seruatum talentum quod acceperas, in tormentis pendere exigaris. Neque enim plus quam vnum talentum acceperat, qui hoc abscondere magis studuit, quam erogare. Et scimus quod in tabernaculo non solum phialae, sed praecipiente domino etiam cyathi facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberans: per cyathos vero parua atque angusta designatur scientia. Alius doctrina veritatis plenus, audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit, profectio phialam porrigit. Alius explere quod sentit non valet, sed quia hoc velle denunciat, profectio per cyathum gustum praebet. In deserto ergo tabernaculo: id est, in sancta Ecclesia positi, si per doctrinam sapientiae ministrare phialas minime potestis, in quantum pro diuina largitate sufficitis, proximis vestris boni verbi cyathos date. In quantum vos profecisse pensatis, etiam vobiscum alios trahite, in vias domini socios habere desiderate. Si quis vestrum fratres ad forum aut fortasse ad balneum pergat, quem ociosum esse considerat, ut secum veniat inuitat. Ipsa ergo terrena actio vestra vos conueniat, & si ad deum tenditis, curate ne ad eum soli veniatis. Hinc etenim scriptum est: Qui audit, dicat: Veni, ut qui iam in corde vocem superni amoris acceperit, foras etiam proximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panem ut indigenti elemosynam

H

Ioanes Baptistam dicitur ad inferos descendit.

1. Corin. 1.

Arundo carnalem animum designat.

Arundo uento agitata esse non debemus.

Vestibus preciosis uti peccatum est.

1. Tim. 2.

Mat. 23.

Pro. 22.

L

Angeli Graeci, cum est Latine.

Mal. 2.

Sacerdos quilibet angelus dicitur.

M

Talentum erogare quisque pro sua utilitate netur.

Apoc. 22.



**A**ti eleemosynam porrigit non habet, sed maius est quod tribuere valeat, qui linguam habet. Plus enim est verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quam ventrem mortuam carnem terreno pane satiare. Nolite ergo fratres proximis vestram eleemosynam verbi subtrahere. Mecum vos admonere, ut ab ocioso sermone parcamus, inutiliter loqui declinemus. In quantum reniti linguæ præuelemus, in ventum verbum non desuauit, cum iudex dicat: Omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii. Ociosum quippe verbum est quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iuste necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad ædificationis studium vertite. Quam celeritè huius vitæ tempora fugiant, considerate. Quam districtus veniat iudex attendite. Hunc ante oculos vestri cordis ponite. Hunc proximorum vestrorum mentibus intimate, ut in quantum vires suppetunt, si annunciare eum non negligitis, vocari ab eo angeli cum Ioanne valeatis, adiuuante domino, &c.


Lectio sancti Evangelij secundum Ioannem.

**I**n illo tempore. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, ut interrogarent eum, tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo Helias es tu? qui dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerat, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Respondit ei Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus ut soluiam eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli: Dominica quarta in aduentu domini. Homilia. VII.

**E**x huius nobis lectionis verbis fratres charissimi, Ioannis humilitas commendatur, qui cum tantæ virtutis esset ut Christus credi potuisset, elegit solidè subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Sed qui dixit non sum, negauit planè quod non erat, sed non negauit quod erat: ut veritatem loquens, eius membrum fieret, cuius sibi nomen fallaciter non usurparer. Cui ergo non vult appetere nomè Christi, factus est membrum Christi, quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex huius lectionis verbis nobis quæstio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus à discipulis dominus de Helia aduentu, respondit: Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunque voluerunt. Et si vultis scire: Ioannes ipse est Helias. Requisitus autem Ioannes dicit: Non sum Helias. Quid est hoc fratres charissimi, quia quod veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat? Valde nanque inter se diuersa sunt, ipse est, & non sum. Quomodo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat quomodo contrarium non sit, inuenitur. Ad Zachariam nanque de Ioanne angelus dicit: Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Helia. Qui idcirco venturus in spiritu & virtute Helia dicitur, quia sicut Helias secundum dominum aduentum præueniet, ita Ioannes præuenit primum. Sicut ille præcursor venturus est iudicis, ita iste præcursor est factus redemptoris. Ioannes

ergo in spiritu Helias erat, in persona Helias non erat. Quod ergo dominus fatetur de spiritu: hoc Ioannes denegat de persona: quia & iustum sic erat, ut & discipulis dominus spiritalem de Ioanne sententiam diceret: & Ioannes istem turbis carnalibus non de spiritu, sed de corpore responderet. Contrarium ergo veritati videtur esse quod Ioannes sonuit, sed tamen à veritatis tramite non recessit. Qui cum se etiam prophetam negat, quia videlicet non solum poterat redemptorem prædicare, sed etiam demonstrare, quisnam sit, continuo exprimit, dum subiungit: Ego vox clamantis in deserto. Scitis fratres charissimi, quia vnigenitus filius verbum patris vocatur, Ioanne attestante qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis, quia prius vox sonat, ut verbum postmodum possit audiri. Ioannes ergo vocem se esse asserit, quia verbum præcedit. Aduentum itaque dominicum præcurrens vox dicitur, quia per eius ministerium patris verbum ab hominibus auditur. Qui etiam in deserto clamauit, quia derelictæ desolaturæ Iudæe solatium sui redemptoris annunciat. Quid autem clamat insinuat, cum subiungit: Dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta. Via domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur, cum ad præceptum illius vita præparatur. Vnde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbiam mentem eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisquis se luxuriæ iniquationibus polluit, cordis ostium contra veritatem claudit, & ne ad se dominus veniat, claustra animi se vitiorum damnat. Sed adhuc qui missi sunt, percontantur: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Quod quia non studio cognoscendæ veritatis, sed malitia exercendæ æmulationis dicitur, Euangelista tacite sanotuit, qui subiungit dicens: Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Ac si aperte dicat: Illi Ioannem de suis actibus requirunt, qui doctrinam nesciunt quærere, sed inuidere. Sed sanctus quisque etiam cum peruersa mente requiritur, à bonitatis suæ studio non mutatur. Vnde Ioannes quoque ad verba inuidiæ, prædicamenta respondit vitæ. Nam protinus adiungit: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ioannes non in spiritu sed in aqua baptizat, quia peccata soluere non valens, baptizatorum corpora per aquam lauat, sed tamen mentem per veniam non sanat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptismum non relaxat, nisi ut præcuratoris suæ ordinem seruans, qui nasciturum nascendo præueniret, baptizaturum quoque dominum baptizando præueniret? Et qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiã præcursor eius fieret imitatione sacramenti. Qui inter hæc mysterium nostri redemptoris annuncians, hunc in medio hominum & stetit ille asserit, & nesciri, quia per carnem dominus apparens, & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. De quo etiam subdit: Qui post me venit, ante me factus est. Sic nanque dicitur ante me factus: ac si dicatur, Ante me positus. Post me ergo venit, quia postmodum natus. Ante me autem factus est, quia mihi prælatus. Sed hæc paulò superius dicens, etiam prælationis eius causas aperuit, cum subiunxit: Quia prior me erat. Ac si aperte dicat: Inde me etiam post natus superat, quo eum natiuitatis suæ tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine matre ante tempora est à patre generatus. Cui quantæ reuerentiæ humilitatem debeat, subdendo manifestat: Cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti. Mos apud veteres fuit, ut si quis eam quæ sibi competeret, accipere uxorem nollet, ille ei corrigiam solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo & idem Ioannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannem homines Christum esse putauerunt, quod idem Ioannes negat, rectè se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calciamenti denunciat. Ac si aperte dicat: Ego redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia sponsi nomen mihi immeritò non usurpo. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat quod calciamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus verò dominus



Doctrina est alimento corporali preferenda. Mat. 12. Verbum ociosum quale est.

Ioan. 1.

Esai. 40.

\* al. Bethabara.

Mat. 17.

Luc. 2. Ioannes baptista in quibus est imitatus Heliam.

Ioan. 1.

Ioannes baptista quare dicitur est vox.

Ioan. 14. E

Cordis ostium multum contra ueritatem claudit.

Baptismus Ioannis erat in aqua. Lauat.

Baptizando & prædicando fuit Ioannes Christi præcursor.

Corrigiam calciamenti soluere quid signat Ioan. 3.



**G** minus veniens, quasi calcclatus apparuit, quia in diuinitate sua, morticina nostrae corruptio assumpsit. Vnde etiam per prophetam dicit: In Idumam extendam calciamentum meum. Per Idumam quippe gentilitas, per calciamentum vero assumpta mortalitas designatur. In Idumam ergo dominus calciamentum suum se extendere asserit, quia dum per carnem gentibus innotuit, quasi calcclata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari etenim nullatenus potest quomodo incarnatur verbum: quomodo summus & viuificator spiritus, intra vterum matris animatur: quomodo is qui initium non habet, & existit & concipitur. Corrigia ergo calciamenti, est ligatura mysterij. Ioannes itaque soluere corrigiam calciamenti eius non valet, quia incarnationis eius mysterium nec ipse inuestigare sufficit, qui hoc per prophetiae spiritum agnouit. Quid est ergo dicere, non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius: nisi aperte & humiliter suam ignorantiam profiteri? Ac si patenter dicat: Quid mirum si ille mihi prelatum est, quem post me quidem natum considero, sed natiuitatis eius mysterium non apprehendo? Ecce Ioannes prophetie spiritu impletus, mira scientia emicat, & tamen illud de se insinuat, quod ignorat. Qua in re pensandum nobis est fratres charissimi, & tota intentione cogitandum, quomodo sancti viri ut humilitatis in se virtutem custodiant, cum quaedam mirabiliter sciunt, illud ante mentis oculos student reuocare quod nesciunt, ut dum ex parte alia infirmitatem suam considerant: ex ea parte qua perfecti sunt, eorum se animus non excolat. Scientia etenim virtus est, humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo ut in omne quod scit, sese mens deprimat, ne quod virtus scientie congregat, ventus elationis spargat. Cum bona fratres agitis, semper ad memoriam male acta reuocate, ut dum caute culpa conspicitur, nunquam de bono opere incaute animus laetetur. Superiores inuicem in via dei eos maxime qui vobis commissi non sunt, proximos vestros attendite, quia & quos agere aliqua praua conspicitis, que in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo vnusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. intus quod erat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet ipsis prudentes. Hinc Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc contra superbentem Saul dicitur: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Ac si aperte diceretur: Cum tu te paruulum conspiceres, ego te praeter ceteris magnum feci. Quia vero tu te magnum conspicis: a me paruus estimaris. Quo contra cum David regni sui potentiam coram archa foederis domini saltando despiceret, dixit: Ludam & villior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quem enim non extolleret, ora leonum frangere, vsorū brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobatorege ad regni tabernacula vagi, timendum cunctis vno lapide Goliath sternere, a rege proposita extinctis allophyliis numerosa praepria reportare, regnum ex promissione percipere, cunctumque Israeliticum populum sine vlla postmodum contradictione possidere? & tamen in cunctis se despiciat, qui in suis oculis se esse humilem confiteatur. Si ergo sancti viri etiam cum agunt fortia, de semetipsis vilia seu: iunt, quid in sua excusatione dicuntur, qui sine operatione virtutis intumescunt? Sed & si quolibet bona assint opera: nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non elevat, sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius caecatur. In cunctis ergo quae agitis fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete, nec quibus iam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspiciat: ut dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

**H**umilitas est custos virtutis. Restat ergo ut in omne quod scit, sese mens deprimat, ne quod virtus scientie congregat, ventus elationis spargat. Cum bona fratres agitis, semper ad memoriam male acta reuocate, ut dum caute culpa conspicitur, nunquam de bono opere incaute animus laetetur.

**Esa. 5.** Noli te prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc contra superbentem Saul dicitur: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Ac si aperte diceretur: Cum tu te paruulum conspiceres, ego te praeter ceteris magnum feci.

**Roma. 12.** Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc contra superbentem Saul dicitur: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Ac si aperte diceretur: Cum tu te paruulum conspiceres, ego te praeter ceteris magnum feci. Quia vero tu te magnum conspicis: a me paruus estimaris. Quo contra cum David regni sui potentiam coram archa foederis domini saltando despiceret, dixit: Ludam & villior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quem enim non extolleret, ora leonum frangere, vsorū brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobatorege ad regni tabernacula vagi, timendum cunctis vno lapide Goliath sternere, a rege proposita extinctis allophyliis numerosa praepria reportare, regnum ex promissione percipere, cunctumque Israeliticum populum sine vlla postmodum contradictione possidere? & tamen in cunctis se despiciat, qui in suis oculis se esse humilem confiteatur. Si ergo sancti viri etiam cum agunt fortia, de semetipsis vilia seu: iunt, quid in sua excusatione dicuntur, qui sine operatione virtutis intumescunt? Sed & si quolibet bona assint opera: nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non elevat, sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius caecatur. In cunctis ergo quae agitis fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete, nec quibus iam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspiciat: ut dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

**Cap. 2.** Lectio sancti euangelij secundum Lucam. In illo tempore. Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur vniversus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilza de ciuitate Nazareth in Iudzam ciuitatem David quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Et panis eum inuoluit & reclinauit eum in praeseptio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos: Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praeseptio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis exercitus, laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

**Cap. 2.** Lectio sancti euangelij secundum Lucam. In illo tempore. Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur vniversus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilza de ciuitate Nazareth in Iudzam ciuitatem David quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Et panis eum inuoluit & reclinauit eum in praeseptio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos: Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praeseptio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis exercitus, laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

te Nazareth in Iudzam ciuitatem David quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Et panis eum inuoluit & reclinauit eum in praeseptio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos: Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praeseptio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis exercitus, laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in Basilica beatae Mariae, in die natalis domini.

Homilia. VIII.

**Q**uia largiente domino, missarum solennia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de euangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breuiter dicere, redemptoris nostri natiuitas ipsa compellit. Quid est enim quod nascituro domino mundus describitur, nisi hoc quod aperte monstratur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in aeternitate? Quo contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro viuificantium, & cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in Bethlehem nascitur. Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego lum panis viuus, qui de caelo descendendi. Locus ergo in quo dominus nascitur, domus panis ante vocatus est, quia futurum profecto erat ut ille vbi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur, ut profecto ostenderet, quia per humanitatem suam quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur. Alienum videlicet non secundum potestatem dico, sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est: In propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Qui ergo aeternus permanens, temporalis apparuit, alienum est vbi descendit. Et quia per Prophetam dicitur: Omnis caro scenu: factus homo, tenem nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Vnde & natus in praeseptio reclinauit, ut fideles omnes: videlicet sancta animalia, carnis suae frumento reficeret, ne ab aeternae intelligentiae pabulo scitina remanerent. Quid autem est quod vigilantibus pastoribus angelus apparet, eosque dei claritas circumfulget, nisi quod illi praeter ceteris videre sublimia merentur, qui fidelibus gregibus praesse solliciti sciunt? Dumque ipsi pie super gregem vigilat, diuina super eos gratia largius coruscet. Regem vero natum angelus nunciat, eiusque voci angelorum chori concinunt, & congaudentes clamant: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Prius quospe quam redemptor noster nasceretur per carnem, discordiam cum angelis habuimus, a quorum claritate atque munditia per primae culpae meritum, per quotidiana delicta longè distabamus. Quia enim peccando extranei eramus a deo, extraneos nos a suo consortio deputabant angeli, ciues dei. Sed quia nos cognouimus regem nostrum, recognouerunt nos angeli ciues suos. Quia enim caeli rex terram nostrae carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordiae postponunt, & quos prius infirmos, ab seculisque despexerant, iam socios venerantur. Hinc est enim quod Loth & Iosue angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur: Ioannes vero in Apocalypsi sua adorare angelum voluit, sed tamen idem hunc angelus ne se debeat adorare compescuit,

**Cap. 2.** Lectio sancti euangelij secundum Lucam. In illo tempore. Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur vniversus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilza de ciuitate Nazareth in Iudzam ciuitatem David quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Et panis eum inuoluit & reclinauit eum in praeseptio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos: Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praeseptio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis exercitus, laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Mundus que de scribitur domino nascitur. Psa. 104. Iosue. 1. Iosue. 12. M Pastores magis sublimia videre merentur.

**Apos. 22.** **A**postolus dicit: Vide ne feceris, cōseruus enim tuus sum & fratrū tuorū. Quid est quod ante redēptoris aduentū angelī ab hominibus adorantur, & tacent, postmodum verō adorant: nisi quod naturam nostram quam prius despexerant: postquam hanc super se assumptam contpiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt? Nec iam sub se velut infirmitate contempnere auli sunt, quam super se videlicet in cœli rege venerantur. Nec habere dedignatur hominem socium, qui super se adorant hominem deum. Curemus ergo fratres charissimi ne qua nos immūditia polluat, qui in æterna præscientia & dei ciues, & angelis eius æquales sumus. Vendicemus moribus dignitatem nostram, nulla nos luxuria inquinat, nulla nos turpis cogitatio accuset, non malitia mentem mordeat, non inuidiæ rubigo consumat, non elatio inflat, non ambitio per terrena oblectamenta dilaniet, non ira inflammet. **Psal. 81.** Deus etenim vocati sunt homines. Defende ergo tibi o homo contra vitia honorem dei, quia propter te factus est deus homo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

**Cap. 25.** **L**ectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

**N**illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregrinē proficiscēs vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verō vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verō temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: Intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: Intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & cōgregas vbi non sparsisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Respōdens autem dominus eius dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi? Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & venies ego recepissem utique quod meū est, cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in Basilica sancti Siluestri Episcopi, die natalis eius.

Homilia IX.

**L**ectio sancti Euangelij, fratres charissimi, sollicitē considerate nos admonet, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cū enim augeatur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior, atque ad seruiendum promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspiciat in reddenda ratione. Ecce homo qui peregrinē proficiscitur, seruos suos vocat, eisque ad negociū talēta partitur. Post multū verō tēporis positurus ratio-

nem reuertitur. Bene operantes pro apportato lucro remunerat, seruum verō a bono opere torpentem damnat. Quis itaque iste homo est qui peregrinē proficiscitur, nisi redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cœlū? Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrinā ducitur, dum per redemptorem nostrum in cœlo collocatur. Sed homo iste peregrinē proficiscens, seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verō cōmiserit vnum. Quinque etenim sunt corporis sensus: videlicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum: id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus verō, intellectus & operatio designatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talēta acceperat, alia quinque lucratus est, quia sunt nonnulli qui est interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernæ patris docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus quæ acceperūt, duplum talentum portant. Dumque se a carnis petulantia, & a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilibus voluptate custodiūt, ab his etiam alios admonendo compescūt. Et sunt nonnulli qui quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationē percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur. Cūque & intelligendo & operando aliis prædicant, quasi duplicatum de negocio lucrum reportant. Bene autem alia quinque vel alia duo in lucrum venisse referuntur, quia dum vtrique sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talenta geminantur. Sed is qui vnum talentum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Talentum in terra abscondere, est acceptum ingenium terrenis actibus implicare, lucrum spiritale non querere, cor a terrenis cogitationibus nunquam leuare. Sunt nanque nonnulli qui donum intelligentiæ perceperunt, sed tamen sola quæ carnis sunt sapiunt, de quibus per prophetam dicitur: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sed dominus qui talenta contulit, rationem positurus redit: quia is qui nūc piæ spiritalia dona tribuit, districte in iudicio merita exquirat. Quid quisque accepit, considerat: & quod lucrum de acceptis reportet, pensat. Seruus qui geminata talenta retulit, a domino laudatur, atque ad æternam remunerationem intronititur, cū ei voce dominica dicitur: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Pauca quisque bona sunt omnia præsentis vitæ, quanlibet multa esse videantur, comparatione retributionis æternæ. Sed tunc fidelis seruus super multa constituitur, quando deuicta omni corruptionis molestia, de æternis gaudiis in illa cœlesti sede gloriatur. Tunc ad domini sui gaudium perfectè intronititur, quando in æterna illa patria assumptus, atque angelorum cœtibus admixtus, sic interiorius gaudet de munere, ut non sit iam quod exteriorius doleat de corruptione. Seruus autem qui operari de talento noluit, ad dominum cum verbis exultationis redit, dicens: Domine, scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. No tandum quod inutilem seruum durum dominum vocat, cui tamen ad lucrum deseruire dissimulat, & timuisse se dicit in lucrum talentum expendere, qui hoc solum timere debuerat, ne hoc sine lucro ad dominum reportaret. Sunt enim plerique intra sanctam Ecclesiam, quorum iste seruus imaginem tenet, qui melioris vitæ vias aggredi metuunt, & tamen iacere in sui torporis ignavia non pertimescunt. Cūque se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidāt, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Quorum vno Petrus adhuc in infirmitate positus speciem tenet, cūm viso miraculo piscium dixit: Exi a me domine, quia homo peccator sum. Immo si te peccatorem consideras, oportet ut a te dominum nō repellas. Sed qui idcirco melioris habitus vias, & rectoris vitæ apprehendere arcem nolunt, quia infirmos se esse conspiciunt, quasi & peccatores se fateantur, & dominū repellunt, eumque in quo sanctificari debuerāt, fugiunt: & velut in perturbatione consilium non habent dum moriuntur, & vitam timent. Vnde & huic seruo protinus respondetur: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego

Talenta quinque, duo, & unum, quid signant.

Hier. 4.

Ecclesia multos intra se habet qui melioris vitæ vias aggredi metuunt. Luca. 5.

Donis crescentibus rationes crescunt donorum.

**G**regorio ubi non spargo? Oportuit ergo te dare pecuniam meam numulariis, & ego veniens recepissim vtiq; quod meū est, cum vsura. Ex verbis suis seruus piger constringitur, cum dominus dicit: Meto ubi non semino, & congreco ubi non sparsi. Ac si aperte dicat: Si iuxta tuam sententiam & illud exquiro quod non dedi, quanto magis à te exigo quod ad erogandum dedi. Pecuniam verò dare numulariis, est eis scientiam prædicationis impendere, qui hanc valeant & dictis & operibus exercere. Sed sicut nostrum periculum aspicitis, si dominicam pecuniam teneamus, ita vestrum fratres charissimi sollicitè pensate, quia à vobis cum vsura exigitur, quod auditis. In vsura quippe pecunia etiam non data recipitur. Cum enim hoc redditur quod acceptum fuerat, illud etiam superimpenditur quod acceptum non est. Pensate ergo fratres charissimi, quia de accepta hac verbi pecunia vsuras soluetis, & curate vt ex eo quod auditis, etiam alia studeatis intelligere quæ non auditis, quatenus alia ex aliis colligentes, etià illa discatis ex vobismetipsis agere, quæ necdum ex prædicatoris ore didicistis. Pigrum verò seruum qua sententia feriat, audiamus. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Opportunum valde videbatur, vt cum à malo seruo vnum talentum tollitur, ei potius qui duo, quam qui quinque talenta acceperat daretur. Illi enim magis dari debuit, qui minus quam qui plus habuit. Sed, sicut superius diximus, per quinque talenta, quinque videlicet sensus, id est exteriorum scientia designatur. Per duo autem, intellectus & operatio exprimitur. Plus ergo habuit qui duo, quam qui quinque talenta perceperat, quia qui per quinque talenta, exteriorum administrationem meruit, ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit. Vnum ergo talentum quod intellectum significare diximus, illi dari debuit, qui bene exteriora quæ acceperat, ministravit. Quod quotidie in sancta ceruimus ecclesia, quia plerique dum bene ministrant exteriora quæ accipiunt, per adiunctam gratiam, ad intellectum quoque mysticum perducuntur, vt etiam de interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter administrant. Generalis etià mox sententia subditur, qua dicitur: Omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Habenti nanque dabitur, & abundabit, quia quisquis charitatè habet, etiam dona alia percipit. Qui quis charitatem non habet, etiam dona quæ percipisse videbatur, amittit. Vnde necesse est fratres mei vt per omne quod agitis, erga charitatis custodiam vigiletis. Charitas autem vera est, & amicum diligere in deum, & inimicum diligere propter deum. Quam quisquis non habet, omne bonum amittit quod habet, talento quod acceperat priuatur, & iuxta dominicam sententiam, in exteriores tenebras mittitur. Per penam quippe in exteriores tenebras cadit, qui per culpam suam sponte in interiores tenebras cecidit, & ille coactus patitur tenebras ultionis, qui hic libenter sustinuit tenebras voluptatis. Sciendum verò est quòd nullus piger ab hac talenti acceptione securus est. Nullus nanque est qui veraciter dicat: Talentum minime accepi, non est vnde rationes ponere cogar. Talenti enim nomine, cuiuslibet pauperis etiam hoc ipsum reputabitur, quod vel minimum accepit. Alius nanque accepit intelligentiam prædicationis, ministerium debet ex talento. Alius terrenam substantiam accepit, erogationem talenti debet ex rebus. Alius nec interiorum intelligentiam, nec rerum affluentiam accepit, sed tamen didicit artem qua pascitur, ipsa ars ei in talenti acceptionem reputatur. Alius nihil horum assecutus est, sed tamen fortasse familiaritatis locum apud diuitem meruit, talentum profectò familiaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnatur. Habens ergo intellectum, curet omnino ne taceat: habes rerum affluentiam, vigilet ne à misericordie largitate torpescat. Habens artem qua regitur, magnopere studeat vt vsum atque utilitatem illius cum proximo partiat. Habens loquendi locum apud diuitem, damnationem pro retento talento timeat, si cum valet, non apud eum pro pauperibus intercedit. Talentum quippe ab vnoquoque nostrum venturus iudex exigit, quantum dedit. Vt ergo de talenti sui rationibus redeunte domino quisque securus sit, cum tremore penset quotidie quid accepit. Ecce nanque iam iuxta est, vt ille qui peregrè profectus

est, redeat. Quasi quippe peregrè abiit, qui scilicet de hac terra in qua natus est, longè discessit, sed profectò reuertitur vt de talentis rationes ponat, quia si à bona actione torpescimus, de ipsis donis quæ contulit, nos districtius iudicat. Consideremus ergo quæ accepimus, atque in eorum erogatione vigilemus. Nulla nos à spiritali opere terrena cura impediatur, ne si in terra talentum absconditur, talenti dominus ad iracundiam pronocetur. Piger etenim seruus, cum iam culpas iudex examinat, talentum de terra leuat, quia sunt plerique qui tunc se à terrenis desideriis vel operibus subtrahunt, quando iam per animaduersionem iudicis ad æternum supplicium trahuntur. Antè ergo de talenti nostri ponenda ratione vigilemus, vt cum iam iudex ad ferendum imminet, lacrum nos quod fecimus excuset. Quod præstet nobis deus qui vult, &c.

LECTIO sancti euangelij secundum Mattheum.



**C**um natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequam minima es in principibus Iudæ. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stelle quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt: Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisii sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et proidentes, adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in Basilica sancti Petri Apostoli, in die Epiphaniæ.  
Homilia. X.

**S**icut in lectione Euangelica fratres charissimi audistis, cæli rege nato, rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperitur. Sed querendum nobis est quid nam sit quòd redemptore nato, pastoribus in Iudæa angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab Oriente magos non angelus sed stella perduxit? Quia videlicet Iudæis tanquam ratione ventibus, rationale animal, id est angelus, prædicare debuit, Gentiles verò quia vti ratione nesciebant ad cognoscendum dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur. Vnde etiam per Paulum dicitur: Prophetiæ fidelibus data sunt, non infidelibus. Signa autè infidelibus, non fidelibus. Quia & illis prophetiæ tanquam fidelibus non infidelibus, & istis signa tanquam infidelibus non fidelibus data sunt. Et notandum quòd redemptorem nostrum cum iam perfectæ esset ætatis, eiusdem gentilibus Apostoli prædicant, eumque parvulum & necdum per humani corporis officium loquentem, stella gentibus denunciatur: quia nimirum rationis ordo poscebat, vt & loquentem iam dominum loquentes nobis prædicatores innotescerent, & necdum loquentem elementa muta prædicaret. Sed in omnibus signis, quæ vel nascente domino, vel moriente eo monstrata sunt, considerandum nobis est quanta fuerit in quorundam Iudæorum corde duritia, quæ huc nec per prophetiæ

Pecuniam numulariis dare quid significat.

Talenta duo qui accipit plus habuit quàm ille qui habuerat quinque.

Charitas vera à duobus consistit.

Talentum cuiuslibet à deo accepit.

Diuites debent esse liberales.


Cep

L

Mich

M

Gentiles à cognitione domini per signa sunt perducti.



**A** prophetia donum, nec per miracula cognouit. Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. Vt enim de eis quiddam vltimo humano loquar, deum hunc cœli esse cognouerunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit. Terra cognouit, quia ab eorum calcibus contremuit. Sol cognouit, quia lucis suæ radios ad eum adiecit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamen hunc quem deum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudæorum corda deum esse minimè cognoscunt, & duriora saxis, scindi ad prænitendum nolunt, eumque confiteri abnegant, quem elementa, vt diximus, aut signis, aut scissionibus deum clamant. Qui etiam ad damnationis suæ cumulum eum quem natum despiciunt, nasciturum longè antè præsciuerunt. Et non solum quia nasceretur nouerant, sed etiam vbi nasceretur. Nam ab Herode requisiti, locum natiuitatis eius exprimitur, quem scripturæ autoritate didicerunt. Et testimoniū proferunt, quod Bethlehē honorari natiuitate noui ducis ostēdit, vt ipsa eorū gemina sciētia & illis fieret ad testimoniū dānationis, & nobis ad adiutoriū credulitatis. Quos p̄fectō bene Isaac cū Iacob filiū suū benediceret, designauit: qui & caligās oculis, & prophetās, in præsentī filiū non vidit, cui tñ multa in posterū præuidit. Quia nimirū Iudæi<sup>9</sup> populus prophetiæ spiritu plenus & cæcus, eum de quo sed in futuro prædixit, in præsentī positum non agnouit. Sed natiuitate regis nostri cogitata, Herodes ad callida argumenta conuertitur: & ne terrore regno priuaretur, renunciarī sibi vbi puer inueniatur postulat. Adorare eum velle se simulat, vt hunc si inuenire possit, extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium diuinitatis? Scriptum quippe est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Nam ea quæ apparuit stella, magos perducit. Natum regem reperiūt, muna deferunt. Et ne redire ad Herodem debeant, in somnis admonentur. Sicque fit vt Iesum quem quærit Herodes, inuenire non possit. Cuius persona qui alij quàm hypocritæ designantur, qui dum fide quærunt inuenire dominum, nūquam merentur. Sed inter hæc sciendum quod Priscillianistæ heretici nasci vauit quæque hominem sub constitutionibus stellarum putant: & hoc in adiutoriū sui erroris assumunt, quod noua stella exiit eum dominus in carne apparuit. Cuius fuisse fatum eandem quæ apparuit stellam, putant. Sed si Euangelij verba pensamus, quibus de eadem stella dicitur: Vique dū veniens staret supra vbi erat puer. Dum nō puer ad stellam sed stella ad puerum cucurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit puer fuit. Sed à fidelīū cordibus absit vt aliquid esse fatum dicāt. Vitam quippe hominum solus haec conditor qui creauit administrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter hominem factæ sunt. Et si stella fatum hominis dicitur, ipsis suis ministris subesse homo perhibetur. Certè cū Iacob de vtero egrediens, prioris fratris plantam teneret manu, prior perfectè nequaquam egredi potuit, nisi subsequens inchoasset: & tamen eum vno tempore, eodemque momento vtrunque mater fuderit, non vna vtriusque vitæ qualitas fuit. Sed ad hoc solent mathematici respondere, quia virtus constellationis in scitu puncti est. Quibus è diuerso nos dicimus, quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in scitu puncti constellatio permuat, necesse iam erit, vt tot dicant fata quot sunt membra nascentium. Fateri etiam Mathematici solent, quod quisquis signo aquarij nascitur, in hac vita piscatoris ministerium sortitur. Piscatores verò, vt fertur, Getulia non habet. Quis ergo dicat quia nemo illic in stella aquarij nascitur, vbi piscator omnino non habetur? Rursum quos nasci signo libræ asserunt, trapezitas futuros dicunt, & trapezitas multarum gentium prouinciæ ignorant. Fateantur ergo necesse est, aut hoc in eis signum deesse, aut effectum fatalem nullo modo habere. In Periarum quoque, Francorumque terra reges ex genere prodeunt, quibus p̄fectō nascentibus quis estmet quāti eisdem momentis horarum ac temporum ex seruuili conditione nascuntur? & tamen regum filij vno eodemque sidere eum seruis nati, ad regnum proficiunt, cū serui qui secum fuerant geniti, in seruitute moriantur. Hæc de stella breuiter diximus, ne mathematicorum stultitiam indiscussam præ-

terisse videamur. Magi verò aurum, thus, & myrrham deferunt. Aurum quippe regi congruit. Thus verò in dei sacrificium ponitur. Myrrha autem mortuorū corpora condiuntur. Eum ergo Magi quem adorant, etiam mysticis muneribus prædicant, auro regem, thure deum, myrrham mortalem. Sunt verò nonnulli hæretici qui hunc deū credunt, sed vbiq; regnare nequaquam credunt. Hi p̄fectō ei thus offerunt, sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc regem existimant, sed deū negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc & deum & regem fatentur, sed assumpsisse carnem mortalem negant. Hi nimirum ei aurū & thus offerunt sed offerre myrrham assumptræ mortalitatis nolunt. Nos itaque nato domino offeramus aurum, & hunc vbiq; regnare fateamur. Offeramus thus, vt credamus quod is qui in tēpore apparuit, deus autē tempora existit. Offeramus myrrham, vt eum quem credimus in sua diuinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortale. Quamuis in auro, thure, & myrrha intelligi & aliud potest. Auro namque sapientia designatur: Salomone attestante, qui ait: Thesaurus desiderabilis requisit in ore sapientis. Thure autem quod deo incenditur, virtus orationis exprimitur: Psalmista testante, qui dicit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrhā verò carnis nostræ mortificatio figuratur. Vnde sancta Ecclesia de suis operarijs vsque ad mortem pro deo certantibus dicit: Manus meæ distillauerunt myrrhā. Nato ergo regi aurum offerimus, si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus, vt suauē aliquid deo per cœlestē desiderium redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiā mortificamus. Per myrrham namque, vt diximus, agitur ne mortua caro putrescat. Mortuam verò carnem putrescere, est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire: sicut de quibusdam per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere, est carnales homines in furore luxuriæ vitam finire. Myrrham ergo deo offerimus, quando hoc mortale corpus à luxuriæ putredine per continentiam custodimus. Magnū verò nobis aliquid magi innuunt, quod in regionem suam per aliam viam reuertuntur. In eo namque quod admoniti faciunt, nobis p̄fectō insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra paradisi est. Ad quam Iesu cognito, redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitū gustando, discessimus: sed ad eam necesse est, vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenando, redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostrā regredimur: quoniam qui à paradisi gaudijs per delectamenta discessimus, ad hæc per lamenta renouamur. Vnde necesse est fratres charissimi, vt semper pauidi semperq; suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas operis, illinc iudicium extremæ distinctionis. Pensemus quā districtus iudex ventat, qui iudicium minatur & latet. Terrores peccatoribus intentat, & tamen adhuc sustinet. Et idcirco venire citius disert, vt minus inueniat quod condemnet. Puniamus sletibus culpas, & cum Psalmistæ voce præueniamus faciem eius in confessione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana lætitia seducat, in proximo namque est iudex qui dixit: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Hinc enim Salomon ait: Risus dolori miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum deputauit errorem: & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Pertimescamus ergo præcepta dei, si celebamus veraciter solennitatē diei. Gratum namque deo sacrificium est afflictio contra peccatum, Psalmista testante, qui ait: Sacrificiū deo spiritus con-

**D** Regū muna  
nera Christi  
oblatā  
quid signifi-  
cant.

**Aurum** sapientiam  
significat.  
Prouer. 21.  
Thus orationem.  
Psal. 140.  
Cant. 5.  
E.

**Ioel. 1.**  
Iumenta in  
stercore  
putrescere  
quid est.  
Regionem  
nostrā paradisi  
licet per uiam  
quæramus  
debemus.

**Psal. 94.**  
**Luca. 6.**  
**Prou. 14.**  
**Eccles. 2.**  
**Eccles. 7.**

**Psal. 50.**

Lectio

Gene. 27.

Prouer. 21.

Vita humana neque à stellis neque à fato administratur, sed à solo creatore.

Gene. 25.

Piscatores Getulia non habet.



G Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.

Mat. 13.



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & pra gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quae habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negociatori quarenti bonas margaritas. Inuenta autem preciosa margarita, abiit & vendidit vniuersa quae habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum caelorum saganæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hac omnia? Dicunt ei, etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

H Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica sanctæ Agnetis, in die natalis eius.

Homilia. XI.

Caelorum regnum fratres charissimi idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quae animus nouit surgat ad incognita quae non nouit: quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, & per ea quae visu didicit, quasi confricatus incalcescat: vt per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim caelorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur, quem qui inuenit homo abscondit, & pra gaudio illius vadit & vendit vniuersa quae habet, & emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est quod inuentus thesaurus absconditur vt seruetur: quia studium caelestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depraedari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non vt proximi opera nostra bona non videant: cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est: sed vt per hoc quod agimus, laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis praebemus exemplum, & tamen per intentionem, qua deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum. Thesaurus autem caeleste est desiderium: ager vero in quo thesaurus absconditur, disciplina studij caelestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuncians, cuncta sua terrena desideria per disciplinam caelestis custodiam calcat: vt nihil iam quod caro blanditur libeat, nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat. Rursum caeleste regnum negociatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quaerit, sed vnam preciosam inuenit, quam videlicet inuentam, omnia vendens emit: quia qui caelestis vitae dulcedinem in quantum possibilitas admittit, perfecte cognouerit, ea quae in terrenis amauerat, libenter cuncta derelinquit: in comparatione eius vilescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit, inardescit in caelestibus animus, nihil in terrenis libet, deior me conspicietur quicquid de terrene rei placebat specie, quia sola preciosa margaritæ claritas fulget in mente. De cuius dilectione recte per Salomonem dicitur: Fortis est vt mors dilectio: quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium aeternae vitae charitas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibile reddit. Nec enim sancta haec cuius hodie natalitia celebramus, mori pro domino potuisset in corpore, si prius à terrenis desideris mortua non fuisset in mente. Erectus na-

que in virtutis culmine animus tormenta despexit, praemia K calcavit. Ante armatos reges & praesides inuicta stetit, seriente robustior, iudicante sublimior. Quid inter haec nos barbari & debiles dicimur, qui ire ad regna caelestia puellas per ferum videmus? Quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat. Qui si adipisci regna caelorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit quod deum nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc tempore dicit deus, Pro me morere: sed illicita tantummodo in te desideria occide. Qui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quando in bello pro domino ipsam carnem daremus? Rursum simile esse regnum caelorum saganæ in mare missæ dicitur, ex omni genere piscium congreganti, quae impleta ad litus educitur, & in vasis boni pisces eliguntur, mali autem prosciuntur foras. Sancta Ecclesia saganæ comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad aeternum regnum à praesentis seculi fluctibus trahitur, ne in aeternae mortis profunda mergatur. Quae ex omni genere piscium congregat: quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, diuites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Vnde per Psalmistam deo dicitur: Ad te omnis caro venet. Quae saganæ scilicet Ecclesia tunc vniuersaliter repletur, cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt, & secus litus ledent: quia sicut mare seculum, ita seculi finem significat litus maris. In quo scilicet sine boni pisces in vasis eliguntur, mali autem prosciuntur foras: quia & electi quisque in tabernacula aeterna recipiuntur, & interni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Nunc enim bonos matthei, communiter quasi permixtos pisces fidelis saganæ nos continet, sed litus indicat sanctae Ecclesiae saganæ quid traheret. Et quidem pisces qui capti fuerint, mutari non possunt: nos autem mali capimur, sed in bonitate permutamur. Cogitemus igitur in captione, ne diuidamur in littore. Ecce quam grata est nobis hodierna solennitas, ita vt se non modicum addicat, si cui ex hoc conuentu nostro deesse contingat. Quid ergo in die illa acturus est, qui à conspectu iudicis rapitur, ab electorum societate separatur, qui tenebescit à lumine, cruciatur aeterna combustione? Vnde & hanc eandem comparationem dominus sub breuitate aperit, cum subiungit: Sic erit in consummatione seculi. Exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Hoc iam fratres charissimi timendum est potius quam exponendum. Aperta etenim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantiae suae excusationem recurreret, si quid de aeterno supplicio obscure diceretur. Vnde & subditur: Intellexistis haec omnia? Dicunt ei: Vtique domine. Atque in conclusione subiungitur: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamiliâs proferenti de thesauro suo noua & vetera. Si per nouum & vetus quod dicitur, vt trunq; testamentum accipimus, Abraham doctum fuisse denegamus, qui noui & veteris testamenti etsi facta nouit, minime verba nauclauit. Moysen quoque docto patrifamiliâs comparare non possumus, qui etsi testamentum vetus edocuit, noui tamen dicta non protulit. Dum ergo ab hoc intellectu excludimur, ad alium vocamur. Sed in eo quod veritas dicit: Omnis scriba doctus in regno caelorum similis est patrifamiliâs: intelligi valet quia non de his qui fuerant, sed de his qui esse in Ecclesia poterant loquebatur. Qui tunc noua & vetera proferunt, cum vtriusque testamenti praedica menta vocibus & moribus loquuntur. Quod tamen intelligi & aliter potest. Vetustum quippe humani generis fuit, ad inferni claustra descendere, pro peccatis suis supplicia aeterna tolerare. Cui per mediatoris aduentum, nouum aliquid accessit, vt si hic recte studeat viuere, caelorum regna valeat penetrare. Et homo in terra editus, à corruptibili vita moriatur, in caelo collocandus. Et vetus itaque est, vt pro culpa humanum genus in aeterna poena intereat: & nouum, vt conuersus in regno viuat. Quod ergo in conclusione locutionis suae dominus subdidit, hoc est vti- que quod praemisit. Prius enim de regni similitudine thesaurum inuentum, ac bonam margaritam protulit, postmodum vero inferni poenas de malorum combustionem narrauit, atque in conclusione subiunxit: Ideo omnis scriba doctus in regno

Thesaurum publicè in uia portans depraedari desiderat.

Vita caelestis cupidè cuncta terrena facile derelinquit

Cant. 8.

Dent querit quod pro eo mori mur. Ecclesiæ graue peccat. pfalli. Marii in tu, seculi finem significat. Tormenta peccantium. Regni caelorum penetrare ualebit, qui hic recte uere studeat.

Universidad de Deusto

**P**raedicator quando dicitur doctus. **A**gno caelorum... **Lamenta sequuntur gaudia.**

Mat. 25.



**N** illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum caelorum decem virginibus...

Bona agēs nō querat fauorē huius manus.

Regnū caelorum dicitur quādo Ecclesia. Mat. 13. Mat. 5.

**S**aepe vos fratres charissimi admoneo praua opera fugere... **Homilia XII.**

cuert, hic magnus vocabitur in regno caelorum. Mandatum quippe soluit & docet, quando hoc quisque voce praedicat... **D**octor malus uocatur minimus. **2. Cor. 1.** **Psal. 44.** **Dormire mori est.** **1. Thef. 5.** **Adulator res dicitur olei uenditores. Psal. 140.**

Doctor malus uocatur minimus.

2. Cor. 1.

Psal. 44.

Dormire mori est.

1. Thef. 5.

Adulator res dicitur olei uenditores. Psal. 140.

**G**itis. Sed dum frent emere, venit spōsus. Quia cū vitæ suæ testimonium à proximis quærunt, iudex venit, qui nō solum operum, sed & cordum testis est: Quæ autem paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. O si sapere in cordis palato possit, quid admirationis habet quod dicitur, venit sponsus: Quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias? Quid amaritudinis, & clausa est ianua? Venit quippe ille qui aduentu suo elementa concutit, in cuius conspectu cœlum & terra contremiscit. Vnde etiam per prophetā dicit: Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed etiā cœlum. Ad cuius examen omne humanum genus deducitur. Cui ad vindictam malorum remunerationemq; bonorum, archangeli, throni, principatus, & dominationes obsequuntur. **Iudicii dies** Penſate fratres charissimi, ante conspectum tanti iudicis, qui in illo die terror erit, quādo iam in pœna remedium nō erit. **terribilis erit.** Quæ illa confusio, cui reatu suo exigente continget in conuētu omnium angelorum hominumq; erubescere? Qui pavor, eum quem & tranquillum mens humana capere non valet, etiam iratum videre? Quem diem bene propheta intuens ait: **Sopho. 1.** Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamitatis & miseria, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbis, dies tubæ & clangoris. Penſate ergo fratres charissimi, extremi diem iudicij super corda reproborum qua asperitate propheta vidit amareciscere, quem tot appellationibus non valet explicare. Quanta verò tunc erit electorum lætitia, qui de eius merentur visione gaudere, de cuius conspectu vident & elementa omnia contremiscere, cum eo simul ad nuptias intrare: qui & in sponsi nuptiis gaudent, & tamen ipsi sunt sponsa, quia in illo æterni regis thalamo visioni nostræ deus coniungitur. Quæ scilicet visio nunquam iam in perpetuum ab amoris sui amplexibus euellitur. Tunc regni ianua lugentibus claudetur, quæ modo quotidie pœnitentibus aperitur. Erit namque & tunc pœnitentia, sed fructuosa iam non erit: quia nequaquam tunc veniam inuenit, qui modo aptum veniæ tempus perdit. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc propheta ait: **Paradisus** Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dū propè est. Vnde & easdem virgines fatuas inuocantes dominus non audit, quia interclusa regni ianua, is qui nunc per exauditionem propè esse poterat, propè iam non erit. Nam subditur: Nonissimè veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Ibi iam à deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit, quia qui tempus congruæ pœnitentiæ perdidit, frustra ante regni ianuam cum precibus venit. Hinc est enim quod per Salomonē dominus dicit: Vocauit, & remissis: extendi manum meā, & nō fuit qui aspiceret. Despexistis omne cōsiliū meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & sublannabo, cū vobis quod timebatis aduenerit: cū irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quādo venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudia, manē consurgēt, & non inuenient me. Ecce aperiri clamant, & repulsionis suæ dolore cōpulsæ, appellationē dominantis ingeminant dicentes: Domine dñe aperi nobis. Preces offerunt, sed nesciuntur, quia tunc velut incognitos dominus deserit, quos modo suos per vitæ meritū non agnoscit. Vbi aptè quoq; generalis ad discipulos exhortatio subinfertur, cū dicitur. **Pœnitenti** Vigilate itaq; quia nescitis diē neq; horā. Quia post peccata deus pœnitentiam suscipit, si sciret quisq; de præſenti seculo quo tempore exiret, aliud tēpus voluptatibus, atq; aliud pœnitentiæ aptare potuisset. Sed qui pœnitenti veniā sponndit, peccanti diē crastinū non promissit. Semper ergo extremū diem debemus metuere, quæ nunq; possumus præuidere. Ecce hunc ipsū diē de quo loquimur, ad inducias cōuersionis accepimus, & tamen mala quæ fecimus, hære recusamus. Non solū cōmissa non plāgim, sed etiam quæ desinantur augemus. At si aliqua nos egritudo corripiat, si signa egritudinis vicinā mortē denuncient, inducias viuēdi quærimus, vt peccata nostra desineamus, & eas cū magno x̄stu desiderij petim, quas acceptas modo pro nihilo habemus. Rem fratres charissimi refero, quā si latentē audire vult charitas vestra, ex cōsideratione illius vehemēter instruitur. **Quidā vir nobilis in Valeria** prouincia nomine Chri-

stianus fuit, quem lingua rustica populus Chrsforiū vocabat, & vir valde idoneus, sed tantū plenus vitis quantū rebus: superbia tumidus, carnis suæ voluptatibus subditus, in acquirendis rebus auaritiæ facibus accēsus. Sed cū tot malis dominus sine ponere decreuisset, sicut à religioso viro quodā qui nunc superest, propinquo illius didici, corporis languore percussus est. Qui ad extremū veniēs, eadem hora qua iam de corpore erat exitus, apertis oculis vidit tetros & nigerrimos spiritus coram se assistere, & vehemēter imminere, vt ad inferni claustra se raperēt. Cœpit tremere, palleſcere, sudare, & magnis vocibus inducias petere, filiūq; suum nomine Maximum, quē ipse iam monachus monachū vidi, nimis & turbatis clamoribus vocare, dicens: Maxime curre: Maxime curre, nunquam tibi aliquid mali feci, in fidem tuā me suscipe. Turbatus mox Maximum affuit, lugens & perstrepsēs familia cōuenit. Eos autē quos ille insistentes sibi grauitē tolerabat, ipsi malignos spiritus videre non poterāt, sed eorū præſentiam in cōfusione, in pallore ac tremore illius qui trahebatur, videbāt. Pauore autem tetre eorū imaginis, huc illucq; vertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere, aspectū eorum ferre nō poterat: vertebatur ad parietē, ibi aderant. Cūq; cōſtrictus nimis relaxari se iam posse desperaret, cœpit magnis vocibus clamare dicens: Inducias vel vīq; manē, inducias vel vīq; manē. Sed cū hæc clamaret, in ipsis suis vocibus de habitaculo suæ carnis euulsus est. De quo nimirū constat, quia pro nobis ista nō pro se viderit, vt eius visio nobis proficiat, quos ad hoc diuina patientia lōganimiter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortē vidisse, & inducias petisse, quid profuit, qui easde inducias quas petiit non accepit? Nos ergo fratres charissimi nunc sollicitē ista cogitemus, ne nobis in vacuū tēpora peccant, & tunc quæramus ad bene agendū viuere, cū iam compellimur de corpore exire. Mementote quid veritas dicat: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Per legis quippe mādātū, ambulare longius sabbato nō licet: hyems quoq; ad ambulandū impedimento est, quia gressus ambulantiū torpor frigoris astringit. Ait ergo: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Ac si apertē dicat: Videte ne tunc quærat peccata vestra fugere, quando iam non licet ambulare. Illud ergo tempus quo fugere nō licet, modo debet cogitari dum licet. Illa hora nostri exitus est semper intuēda, ista redēptoris nostri admonitio ante mētis oculos semper ponenda, qui ait: Vigilate itaq; quia nescitis diem neque horam.)

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.



**L**N illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, vt cum venerit & pulsauerit, cōfestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Amē dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias quā hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia quā hora non putatis, filius hominis veniet.

Homilia lectionis eiusdem, habita in Basilica beati Felicis, die natalis eius.

Homilia XIII.

**S**ancti Euangelij fratres charissimi aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa eius plantities alta fortasse videatur, eā sub breuitate transcurramus, quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita, vt tamen scientibus nō sit onerosa. Quia vitis luxuria in lumbis sit, formis in umbilico, testatur dominus, quia de diabolo ad beatū Iob loquitur dicens: Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius in umbilico ventris eius. A principali igitur sexu lumborum

Aggei. 2.

Iudicii dies  
terribilis  
erit.

Sopho. 1.

Paradisus  
quotidie  
pœnitenti-  
bus  
aperitur.  
2. Cor. 6.  
Esa. 55.

Prouer. 1.  
Pœnitenti-  
æ  
tēpus per-  
dentes mi-  
rabilia uer-  
ba audient  
à domino.

Pœnitenti-  
uam, sed  
nō peccati  
crastinum  
promittit  
deus.

Christi  
in exte-  
rem  
dem  
uidit,  
inducias  
pœnitenti-  
æ  
obtinere  
poterat.

Lucas  
est in  
lumbis  
formis  
umbilico

Luxuria  
est in  
lumbis  
formis  
umbilico  
Iob. 40



**A** lumborum nomine, luxuria designatur, cum dominus dicit: Sicut lumbi vestri praecincti. Lumbos enim praecingimus: cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat, & bonis operibus insudare, protinus addit: Et lucernae ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Duo autem sunt, quae subeantur, & lumbos restringere, & lucernas tenere, ut & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si autem is qui bona agit, adhuc luxuriae inquinamenta non deserit, aut is qui castitate praeminet, nec dum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquid sine castitate. Sed & si utrunque agitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se a vitis mundi huius honestate contineat. Qui etsi quaedam bona aliquando pro honestate inchoat, in eius tamen intentione non debet permanere, nec per bona opera praesentis mundi gloriam quaerere, sed totam spem in redemptoris sui adventum constituat. Unde & protinus subditur: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. Ad nuptias quippe dominus abiit, quia resurgens a mortuis, ascendens in caelum, supernam sibi multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis iam per iudicium manifestatur. Bene autem de servis expectantibus subditur: Ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit quippe dominus cum ad iudicium properat: pulsat verò, cum iam per aegritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudicium pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum quem contempserit se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia letus iudicem sustinet. Et cum tempus propinqua mortis advennerit, de gloria retributionis hilarescit. Unde & protinus subditur: Beati sunt servi illi quos cum venerit dominus inveniit vigilantes. Vigilat, qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui servat operando quod credit. Vigilat, qui a se corporis & negligentiae tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: Evigilate iusti, & nolite peccare. Hinc rursus ait: Hora est iam nos de somno surgere. Sed veniens dominus quid servis vigilantibus exhibeat, audiamus: Amen dico vobis quod praecinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis. Praecinget se, id est, ad retributionem preparabit. Et faciet illos discumbere, id est, aeterna quiete refoueri. Discumbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursus dominus dicit: Venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob. Transiens autem dominus ministrat, quia lucis suae illustratione nos satiat. Transire vero dictum est, cum de iudicio ad regnum redit. Vel certe dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma, in divinitatis suae contemplationem nos elevat. Et transire eius est in claritatis suae speculationem nos ducere, cum eam quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in divinitate post iudicium videmus. Ad iudicium quippe veniens, in forma servi omnibus apparet, quia scriptum est: Videbunt in quem transfugerunt. Sed cum reprobi in supplicium corruunt, iusti ad claritatis eius gloriam pertrahuntur, sicut scriptum est: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Sed quid si servi in prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia, primae aetatis negligentia est. Sed neque sic desperandum est, & a bono opere cessandum. Nam longanimitatis suae patientiam insinuas dominus subdit: Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inveniit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia, primae aetatis tempus est, id est, pueritia. Secunda adolescentia vel iuventus, quae auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicente Salomone: Laetare iuuenis in adolescentia tua. Tertia autem senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, custodiat vel secundam, ut qui converti a pravitatibus suis in pueritia ne-

glexit, ad vias vitae saltem in tempore iuventutis evigilet. **D** Et qui evigilare in secunda vigilia noluit, tertiae vigiliae remedia non amittat, ut qui in iuventute ad vias vitae non evigilat, saltem in senectute respiciat. Peccate fratres charissimi, quia conclusit dei pietas duritiam nostram. Non est iam quid homo excusationis inveniatur. Deus despiciatur, & expectat: contemni se videt, & revocat. Iniuriam de contemptu suo suscipit, & tamen quandoque revertentibus etiam praemia promittit. Sed nemo hanc eius longanimitatem negligat: quia tanto districtiore iustitia in iudicio exigit, quanto longiore patientiam ante iudicium praerogavit. Hinc etenim Paulus dicit: Ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die irae & revelationis iusti iudicii dei. Hinc Psalmista ait: Deus iudex iustus, fortis & longanimis. Diciturus quippe longanimum, praemisit iustum, ut quem vides peccata delinquentium diu patienter ferre, scias hunc etiam quandoque districtè iudicare. Hinc per quendam sapientem dicitur: Altissimus enim est patiens redditor. Patiens enim redditor dicitur, quia peccata hominum & patitur & reddit. Nam quos diu ut convertantur tolerat, non convertos durius damnat. Ad excutiendam verò meritis nostrae desidiam, etiam exteriora damna per similitudinem ad medium deducuntur, ut per haec animus ad sui custodiam suscitetur. Nam dicitur: Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias quia hora fur veniret, vigilaret utique, & non suerit perfodi domum suam. Ex qua praemissa similitudine etiam exhortatio subinfertur, cum dicitur: Et vos estote parati, quia quia hora non putatis, filii hominis veniet. Nesciente enim paterfamilias, fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, improvise mors veniens, carnis nostrae habitaculum strumpit, & eum quem dominum domus inveniit dormientem, necat: quia cum ventura damna spiritus minime praevidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resisteret, si vigilaret: quia adventum iudicis qui occidit animam rapit praevidens, ei poenitendo occurreret, ne impeniteos periret. Hora verò ultimam dominus noster idcirco voluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspecta: ut dum illam praevidere non possumus, ad illam sine intermissione preparemur: Proinde fratres mei in conditione mortalitatis vestre mentis oculos figite, venienti vos iudici per fletus quotidie, & lamenta preparate. Et cum certa mors maneat omnes, nolite de temporalis vitae providentia incerta cogitare. Terrenarum rerum vos cura non aggravet. Quantislibet enim auri & argenti molibus circumdetur, quibuslibet preciosis vestibus induatur caro, quid est aliud quam caro? Nolite ergo attendere quid habetis, sed quid estis. Vultis audire quid estis? Propheta indicat dicens: Verè foenum est populus. Si enim foenum populus non est, ubi sunt illi qui ea quae hodie colimus, nobiscum transacto anno beati Felicis natalitia celebraverunt? O quanta & qualia de praesentis vitae provisione cogitabant, sed surrepente mortis articulo repente in his quae providere volebant, inveniuntur. Et cuncta simul temporalia quae congregata quasi stabiliter tenere videbantur, amiserunt. Si ergo transacta multitudo generis humani quae per natiuitatem viruit in carne, post mortem aruit in pulvere, velut foenum fuit. Quia igitur momentis suis horae fugiunt, agite fratres charissimi ut in boni operis mercede teneantur. Audite quid sapiens Salomon dicat: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quò tu properas. Quia ergo & venturae mortis tempus ignoramus, & post mortem operari non possumus, superciscit, ut ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cum venerit, vincetur: si priusquam veniat, semper timeatur.

Lectio sancti Evangelij secundum Ioannem.

oo In illo

Mala non agere non sufficit, nisi etiam fiant bona. Matt. 5.

Dominus quando ad nuptias abiit.

Dominus quando dicitur pulsare.

agnoverit.

1. Cor. 15. Rom. 13.

Mat. 8.

Ioan. 19.

Esai. 26.

Vigiliae tres sunt. Eccles. 11.

Rom. 2.

Psal. 7.

Eccles. 5.

E

Fur domus perfodit paterfamilias nesciente.

Horam ultimam quare dominus voluit nobis esse incognitam.

F

Esai. 40. Populus est foenum.

Eccles. 9.



Ioan. 10.

G



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meae. Sicut novit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet unum ovile, & unus pastor.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli, Dominica prima post octavas Pascha.

Homilia. XIII.

H

Avdistis fratres charissimi ex lectione evangelica eruditionem vestram; audistis ex lectione evangelica periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus. Atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur, adiungit dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis suae alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposta est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere. Postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum malus. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua vivimus, quam terrena substantia qua exterius possidemus, qui non dat, pro ouibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli qui dum plus terrenam substantiam quam oues diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus proterius subditur: Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Non pastor sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quaerit. Terrenis commodis inhiat, honore praelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia laetatur. Iste sunt etenim mercedes mercenarii, ut pro eo ipso, quod in regimine laborat, hic quod quaerit inveniat, & ab hereditate regis in posterum alienus existat. Vtrum vero pastor sit an mercenarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore, plerumque ad gregis custodiam, sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat: sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oues venit, cum quilibet iniustus & raptor, fideles quotque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur & non erat, relinquit oues & fugit: quia dum sibi ab eo periculum ingeri metuit, resistere eius iniustitiae non praesumat. Fugit autem non mutando locum sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur: Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die domini. Ex adverso quippe ascendere, est quibuslibet potestati- bus prave agentibus, rationis libera voce contrarie. Et in die domini pro domo Israel in prelio stamus, ac murum opponimus: si fideles innocentes contra perverforum iniustitiam ex iustitiae autoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum venientem lupum viderit, fugit. Sed est alius lupus qui sine cessatione quotidie non corpora sed mentes

Pastor bonus duo pro ouibus impendere debet.

Oves pascens pro temporali mercede, non est pastor.

Lupus quando dicitur super oues venire.

Ezech. 13.

Diabolus est lupus

dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium infidians circuit, & mortes animarum quaerit. De quo lupo mox subditur: Et lupus rapit & dispergit oues. Lupus venit, & mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in tatione dilaniat, & is qui locum pastoris tenet, curam sollicitudinis non habet. Animae percunt, & ipse de terrenis commodis laetatur. Lupus rapit & dispergit oues, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad avaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam dividit, huc invidia stimulat, illum fallacia supplantat. Quasi ergo lupus gregem dissipat, cum fidelium populum diabolus per tationes necat. Sed contra haec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo seruire dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora comoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Unde & mox adiungitur: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Sola enim causa est ut mercenarius fugiat, quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur: Stare in periculo ovium non potest, qui in eo quod ouibus praestit, non oues diligit, sed lucrum terrenum quaerit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis laetatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amittat. Sed quia redemptor noster culpas fidei pastoris innotuit, iterum formam cui debeamus imprimi ostendit dicens: Ego sum pastor bonus. Atque subiungit: Et cognosco oues meas. Hoc est diligo: Et cognoscunt me meae. Ac si patenter dicat, diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit, adhuc minimè cognovit. Quia ergo audistis fratres charissimi periculum nostrum, pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Videte si oues eius estis, videte si eum cognoscitis, videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico, non per fidem, sed per amorem. Scitis dico, non ex credulitate, sed ex operatione. Nam idem ipse qui hoc loquitur Ioannes evangelista testatur dicens: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Unde & in hoc loco dominus proterius subdit: Sicut novit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Ac si aperte dicat: In hoc constat quia & ego agnosco patrem, & cognoscor a patre, quia animam meam pono pro ouibus meis, id est, ea charitate qua pro ouibus morior, quantum patrem diligam ostendo. Quia vero non solum Iudaeam, sed etiam Gentilitatem redimere venerat, adiungit: Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor. Redemptionem nostram, qui ex Gentili populo venimus, dominus aspexerat, cum se adducere & alias oues dicebat: Hoc quotidie fieri fratres aspiciatis, hoc reconciliatis gentibus factum hodie videtis. Hodie quasi ex duobus gregibus unum ovile efficit, quia Iudaicum & Gentilem populum in sua fide coniungit: Paulo attestante, qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Dum enim ad aeternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium oues deducit. De quibus profecto ouibus rursum dicit: Oves meae vocem meam audiant, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis. De quibus & paulo superius dicit: Per me si quis introierit, salvabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. Ingreddietur quippe ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem, pascua autem inveniet in aeterna refectione. Oves ergo eius pascua invenient, quia quisquis illum corde simplici sequitur, aeternae viriditatis pabulo nutritur. Quae autem sunt istarum ovium pascua, nisi interna gaudia semper viventis paradisi? Pascua, namque electorum sunt, vultus praesens dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vitae cibo satiatur. In istis pascuis de aeternitatis satietate letati sunt, qui iam laqueos voluptuosae temporalitatis evaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori. Ibi societas supernorum civium. Ibi dulcis solennitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium. Ibi prouidi prophetarum chori. Ibi iudex Apostolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, tanto illic laetior, quanto hic durius afflictus. Ibi confessorum constantia, praemij sui perceptione consolata. Ibi fideles viri, quos a virilitatis suae robore voluptas seculi emollire non potuit.

mentes & laniam.

Mercenarius in periculo ovium stare non potest.

Uita.

Iudaeam et Gentilitatem unum rat deus redimere.

Ephes. 2.

M

Pascua ovium Christi quae sunt

Universidad de Deusto

Populus ad mundinas & solennitates liberter pergit.

Viatoris stulti conditio.

Luc. 8.

**A** non potuit. Ibi sancte mulieres, quae cum seculo & sexum viderat. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcendunt. Ibi senes, quos hic & aetas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit. Queramus ergo fratres charissimi haec paucula, in quibus cum tantorum civium solennitate gaudeamus. Ipsa nos latantium festiuitas inuitet. Certè sicubi populus nuntiata solennitate concurreret, festinarem omnes simul inueniri, & inter se unusquisque satageret. Graui se damno afflictum crederet, si solennitate cõmunis lætitiæ non videret. Ecce in caelestibus electõrum ciuium lætitiæ agitur, vicissim de se omnes in suo cõueto gratulatur, & tamẽ nos ab amore eternitatis tepidi, nullo desiderio ardemus, interesse tantæ solennitati non querimus, priuamur gaudiis, & læti sumus. Accedamus ergo animus fratres, recalciscat fides in id quod credidit, inardescant ad superna, nostra desideria: & sic amare iam ire est. Ab internæ solennitatis gaudio nulla nos aduersitas reuocet, quia & si quis ad locum propositum ire desiderat, eius desiderium quælibet viæ asperitas nõ immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat, quia stultus viator est, qui in itinere amœna prata conspiciens, obliuiscitur ire quò tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet, nil in hoc mundo appetat, quod constat quia citius reliquat, vt si caelestis pastoris veraciter oues sumus, quia in viæ delectatione non figimur, æternis pascuis in peruentione satiemur, præstante domino nostro Iesu Christo qui viuunt & regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.



**N**illo tempore. Cum turba plurima conueniret ad Iesum, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminatur seminare semen suum. Et dum seminatur, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola: Semen est verbum dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli in sexagesima.  
Homilia. XV.

**L**ectio sancti Euangelij, quam modo fratres charissimi audistis, expositione non indiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas nõ præsumit. Sed est quod sollicitè in hac ipsa expositione dominica pensare debeamus, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmoniarum, spinas

diuitias significare diceremus, ad credendum nobis mēs forsitan vestra dubitaret. Vnde & idẽ dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, vt sciatis rerum significationes querere in his etiam quæ per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figuratè se loqui innotuit, quatenus certos nos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vquam crederet, si spinas diuitias interpretari voluissem? Maxime cum illæ pungant, istæ delectent. Et tamen spinæ sunt, quæ cogitationum suarum punctationibus mentem lacerant, & cũ vsq; ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere truentur. Quas bene hoc in loco, alio Euangelista attestante, nequaquam dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere nõ possunt. Fallaces sunt quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. Solæ autem diuitiæ veræ sunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo fratres charissimi esse diuites cupitis, veras diuitias amate. Si culmen veri honoris queritis, ad caeleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia adscribi festinate, verba domini quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languente reicitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profectò vita desperatur. Acternæ igitur mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ, id est, alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis, & ad extremum iudicium sine vlla momentis interpositione quotidie volentes nolētisq; properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur? Cur illud negligitur quo peruenitur? Memoretote quod dicit: Si quis habet aures audiendi, audiat. Omnes enim qui illic aderant, aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus, si quis habet aures audiendi, dicit: aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo, vt acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semel iuxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat, & a memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat, & fructum boni operis sine perseverantiæ radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt, sed mox vt fatigari aduersitatibus ceperint, inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, quia hoc quod germinauerat, ad fructum perseverantiæ non perduxit. Multi itaque cum verbum contra auaritiã audiunt, eandem auaritiã detestantur, rerum omnium contemptum laudant, sed mox vt viderit animus quod concupiscat, obliuiscitur quod laudabat. Multi cum verbum contra luxuriã audiunt, pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam perpetratas erubescunt, sed mox vt carnis species eorum oculis apparet, sic mens ad desideria rapitur, ac si adhuc ab ea nihil sit contra hæc eadem desideria deliberatum, & damnanda agit, qui quicquid egisse se meminit, iam & ipse dænavit. Saepe etiam contra culpas compungimur, & tamen post fletum, ad easdem culpas redimus. Sic Balaam Israelitici populi tabernacula contemplantus fleuit, eisq; se similem fieri in morte depoposcit, dicens: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Sed mox vt hora compunctionis transit, in auaritiæ nequitiam exarsit. Nã propter promissa munera, in eius populi mortem consilium dedit, cuius morti se fieri simile optauit. Et oblitus est quod planxerat, cum extinguere noluit, quod per auaritiã ardebat. Notandum verò est quod exponens dominus dicit, quia sollicitudines & voluptates & diuitiæ suffocant verbum. Suffocant enim, quia importunis cogitationibus suis, guttur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cor nõ sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt quæ diuitiis iungit, sollicitudines videlicet & voluptates, quia profectò & per curam mentem opprimunt, & per affluentiam resoluunt. Re enim contraria possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia voluptas conuenire non potest cum afflictione, alio quidem tempore per custodiã suæ sollicitudinem affligunt, atque alio per abundantiam ad voluptates emolliunt. Terra autem bona fructum per patientiam reddit, quia videlicet nulla sunt bona quæ aguntur, si non æquanimitè etiam proximorum mala toleramus.

Mat. 13. Diuitia dicitur fallaces.

Iudicium ad extremum sine intermissione properamus.

Num. 23. Balaam propter auaritiã in populo nec cõsensit.

**G** Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet, quia cum a presenti seculo mentis nostrae dilectio deficit, eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim quod plerisque cernimus & bona agere, & tamen sub graui tribulationum falce desudare. Terrena namque iam desideria fugiunt, & tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem domini, fructu per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uua calcibus tunditur, & in uini sapore liquat. Sic oliua contusionibus expressa, amurcam suam deserit, & in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram aree, a paleis grana separantur, & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plenè uitae uiuere, ita deat humiliter purgationis suae flagella tolerare, ut tãto post ad iudicem mundior ueniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. In ea porticu quae euntibus ad Ecclesiam beati Clementis est peruia, fuit quidam Seruolus nomine, quem multi uestrum mecum nouerunt, rebus pauper, meritis diues, quem longa ægrotudo dissoluerat. Nam a primæua ætate usque ad finem uitæ paralyticus iacebat. Quid dicam quia stare non potuerat, qui nunquam in lecto suo surgere uel ad sedendum ualebat: nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex elemosyna potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam literas nouerat, sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat, & religiosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Fatumque est ut quantum ad mensuram propriam attinet, plenè sacram scripturam disceret: cum, sicut dixi, literas funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis deo & laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad uitalia rediit. Cumque se iam morti proximum agnouit, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgent, & cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis & ipse moriens psalleret, voces psallentium repente cõpescuit, cum terrore maligni clamoris dicens: Tacete. Nunquid nõ auditis quantæ resonat laudes in celo? Cumque ad easdem laudes quas intus audierat, aurè cordis intederet, facta illa anima à carne soluta est. Sed exequite illa, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes illi qui aderant, inestimabili suauitate repleverunt, ita ut per hoc patèter agnoscerent, quod eam laudes quas audierat, in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usque uiuit, & cum magno fetu attestari solet, quia quouisque corpus eius sepulture traderet, ab eorum naribus odoris illius fragrantia nõ recessit. Ecce quo sine ex hac uita migravit, qui in hac uita æquanimiter flagella tolerauit. Iuxta uocem ergo dominicam, bona terra fructu per patientiam reddidit, quæ exarata discipline vomere, ad remuneratiouis segetem peruenit. Sed uos rogo fratres charissimi attendite, quod excusationis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos, qui à bono opere torpètes, & res & manus accipimus, si præcepta dominica e genus & sine manibus potuit implere? Non cõtra nos dominus tunc Apostolos ostendat, qui ad regnũ secũ turbas fidelium prædicando traxerunt. Non cõtra nos martyres exhibeat, qui ad cœlestè patriam sanguinem fundendo peruenerant. Quid tunc dicturi sumus, cum hunc de quo locuti sumus, Seruolum uiderimus, cui lógus languor brachia tenuit, sed tamen hæc à bono opere nou ligauit. Hæc uobiscum fratres agite, sic uos ad studium boni operis instigate, ut cum bonos uobis modo ad imitandum proponitis, eorum consortes tunc esse ualeatis, præstante domino nostro Iesu Christo, &c.

Lectio sancti Euangelij secundum Mattheum.

Mat. 4.




**I**n illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respõ-

dens dixit: Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo Deut. 8. sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum. Scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade Satana. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Ibidem.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Ioannis, quæ dicitur Constantiana: Dominica prima in quadragesima. Homilia. XVI.

**D** ubitari à quibusdam solet, à quo spiritu sit Iesus ductus in desertum, propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et rursum: Assumpsit eum in montem excelsum valde. Sed uerè & absque ulla quæstione conuenienter accipitur, ut à sancto spiritu in desertum ductus credatur, ut illic eum suus spiritus duceret, ubi hunc ad tentandum malignus spiritus inueniret. Sed ecce cum dicitur deus homo uel in excelsum montem, uel in sanctam ciuitatem à diabolo assumptus, mens refugit credere, humanæ hoc audire aures expauescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certè iniquorum omnium caput diabolus est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membra fuit Pilatus? An non diaboli membra, Iudæi persequentes, & milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in mortem duci, qui se pertulit etiã à membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro quod tentari uoluit, qui uenerat occidit. Iustum quippe erat ut sic tentationes nostras suis tentationibus uinceret, sicut mortem nostram uenerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, & consensu. Et nos cum tentamur, plerumque in delectationem aut etiam in consensum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobis ipsis etiam gerimus, unde certamina toleramus. Deus uero qui in utero uirginis incarnatus, in mundum sine peccato uenerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit. At quid eo omnis diabolica illa tentatio foris non intus fuit. Sed si ipsum ordinem tentationis eius aspiciamus, pensemus quanta magnitudine nos à tentatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se tentationibus erexit, quia hunc uidelicet gula, uana gloria, & auaritia tentauit, sed tentando superauit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit, cum cibum ligati uetiti ostendit, atque ad comedendum suauit. Ex uana autem gloria tentauit, cum diceret: Eritis sicut dii. Et ex prouectu auaritia tentauit, cum diceret: Scientes bonum & malum, Auaritia enim non solum pecunie est, sed etiam altitudinis. Rectè enim auaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auaritiam, honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito dei filio diceret: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo. In hoc autem diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quo eum ad auaritiã sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit eisdem modis secundo homini tentator succubuit. Per gulam quippe tentat, cum dicit: Dic ut lapides isti panes fiant. Per uanam gloriam tentat, cum dicit: Si filius dei es, mitte te deorsum. Per sublimitatis auaritiã tentat, cum regna omnia mundi ostendit, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Sed eisdem modis à secundo



**A** secundo homine vincitur, quibus primum hominem se vicif se gloriabatur, ut a nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos aditu intro missus tenebat. Sed est aliud fratres charissimi, quod in hac tentatione dominica considerare debemus, quia tentatus a diabolo dominus sacri eloquii precepta respondit, & qui eo verbo quod erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suae potentiae non ostendit, sola divinae scripturae precepta edidit, quatenus suae nobis patientiae praeberet exemplum: ut quotiens a pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia dei, & quanta impatience nostra. Nos si iniuriis aut aliqua laesione provocamur, furore permoti, aut quantum possumus, nosmet ipsos vlciscimur, aut quod non possumus, facere minamur. Ecce adversitatem diaboli dominus pertulit, & nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quae punire poterat, ut hoc in laudem eius altius cresceret, si hostem suum non extinguendo, sed interim patiendo superaret. Notandum vero quod subditur, quia recedente diabolo, angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud, quam unius personae utraque natura ostenditur? Quia & homo est quem diabolus tentat, & idem ipse deus est, cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram, quia nisi hunc diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veneremur in illo divinitatem suam, quia nisi super omnia deus existeret, ei nullo modo angeli ministrarent. Sed quia his diebus lectio congruit, nam quadragesima dierum abstinentiam nostri redemptoris audivimus, quia quadragesimae tempus inchoamus, discutendum nobis est, cur haec ipsa abstinentia per quadragesima dierum numerum custoditur. Moyses enim ut legem acciperet, secundo diebus quadragesima ieiunavit. Helias in deserto quadragesima diebus abstinuit. Ipse author hominum ad homines veniens, in quadragesima diebus nullum omnimodo cibum sumpsit. Nos quoque in quantum possumus, annuo quadragesimae tempore carnem nostram per abstinentiam affligere conemur. Cur ergo in abstinentia quadragenarius numerus custoditur, nisi quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Evangelii impletur? Denarius etenim quater ductus, in quadragenarium surgit, quia tunc decalogi mandata perficimus, cum profecto quatuor libros sancti Evangelii custodimus. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per voluptates eiusdem corporis, praecipue dominicis contrahimus. Praecepta autem dominica per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria, decalogi mandata contempnimus, dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Quamvis ergo de quadragesimali tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A praesenti etenim die usque ad paschalis solennitatis gaudia sex hebdomadae veniunt. Quarum videlicet quadragesimae duo sunt. Ex quibus dum sex dies dominici abstinentiae subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta & sex dies remanent. Dum vero per trecentos & sexagintaquinque dies annus ducitur, nos autem per triginta & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas deo damus, ut qui nobismet ipsis per acceptum annum viximus, auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Unde fratres charissimi sicut offerre in lege iubentur decimas rerum, ita ei offerre contendite & decimas dierum. Vniquisque in quantum virtus suppetit, carnem maceret, eiusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, ut iuxta Pauli vocem, hostia viva fiat. Hostia quippe & immolatur, & viva est, quando ab hac vita homo deficit, & tamen se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos lepra trahit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Author etenim mortis nostrae, per fructum ligni vitae, vitae praecipua transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum cecidimus, ad haec in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinentiam solam credat posse sufficere, cum per prophetam dominus dicat: Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Subsiciens: Frange esurienti panem tuum & egenos, vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiunium deus approbat, quod ad eius oculos manus elemosinarum levat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate couditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largi-

Homines ut plurimum sunt impatientes.

**B** Quadragesima quare est in abstinentia xl. dierum. Exo. 34. 3. Reg. 19.

Levit. 27. Decimas rerum & dierum debemus offerre. Rom. 12.

Esa. 58.

re, ut vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam dominus dicit: Cum ieiunaretis & plangeretis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis & bibitis, nunquid non vobis comeditis, & vobismet ipsis bibitis? Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quae sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat, si ea quae sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed veteri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohannem dicitur: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare, est adiunctis bonis aliis, dignam deo abstinentiam carnis ostendere. Cesset ira, sopiantur iurgia. In cassum enim caro atteritur, si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur, cum per prophetam dominus dicat: Ecce in die ieiunij vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impietatis, & omnes debitores vestros repetitis. Neque enim qui a debitore suo hoc quod dedit repetit, aliquid iniustum facit: sed dignum est ut quisque se in poenitentia macerat, etiam hoc quod sibi iuste competit, interdum eat. Sic sic nobis afflicti & poenitentibus a deo dimittitur quod iniuste egimus, si pro amore illius & hoc quod nobis iuste competit relaxemus.

**D** Zacha. 7.  
**Iohel. i.**  
**Esa. 58.**

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.



**I**n illo tempore. Designavit dominus Iesus & alios septuaginta duos & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum quod erat ipse venturus, & dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum mellis, ut mittat operarios in messem suam. Ite: Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta: & neminem per viam salutaveritis. In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edetes & bibentes, quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis. Et curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit in vos regnum dei.

**E** Luca. 10.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica Lateranensi De Apostolis.

Homilia XVII.

**D**ominus & salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim facta eius praecipua sunt, quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innouat. Ecce enim binos in predicationem discipulos mittit: quia duo sunt praecipua charitatis, dei videlicet amor, & proximi: & minus quam inter duos, charitas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectione se in alterum tendit, ut charitas esse possit. Ecce enim binos ad praedicandum discipulos dominus mittit quatenus hoc nobis tacitus innouat, quia qui charitatem erga alterum non habet, praedicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem & locum quod erat ipse venturus. Praedicatorum enim suos dominus sequitur, quia praedicationis praenit, & tunc ad materiam nostrae habitaculum dominus venit, quando verba exhortationis praecurrunt, atque per hoc veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem praedicatoribus Esaias dicit: Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Hinc si illis Psalmista ait: Ite facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum namque dominus ascendit, quia vnde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit, quia morte quam pertulit,

**F** Domini dixerunt sunt admonitiones.

**Esa. 40.**  
**Psal. 67.**  
Dominus ascendit super occasum



**G** pertulit, resurgendo calcavit. Et ergo qui ascendit super occasum: iter facimus: cum nos eius gloriam vestris mentibus predicamus: ut eas & ipse post veniens per amoris sui presentiam illustret. Missis autem predicatoribus quid dicat audiamus: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ad messem multam, operarii pauci sunt, quod sine gravi errore loqui non possumus, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt tamen qui dicant: Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe dei rarus valde invenitur operator: quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus. Sed pensate fratres charissimi, pensate quod dicitur: Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite, ut digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat: ne postquam predicationis locum suscipimus, apud iustum iudicem nostra nos taciturnitas addicat. Saepe enim pro sua nequitia, predicantium lingua restringitur. Saepe vero ex subiectorum culpa agitur, ut eis qui praesunt, predicationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequitia predicantium lingua restringitur, sicut Psalmista ait: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Et rursum ex vitio subiectorum, vox predicantium subtrahitur, sicut ad Ezechielem dominus dicit: Linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Ac si aperte dicat: Idcirco tibi predicationis sermo tollitur, quia dum me in suis actibus plebs exasperat, non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cuius ergo vitio predicatori sermo subtrahatur, non facile cognoscitur. Quia vero pastoris taciturnitas aliquando sibi, semper autem subiectis noceat, certissime scitur. Sed utinam si ad predicationis virtutem non sufficimus, loci nostri officium in innocentia vitae teneamus. Nam subditur: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regiminis iura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt. Terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia charitatis viscera non habent, domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant. Et si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus seuiunt. De quibus alias veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra quae omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur, ut sensum servantes innocentiae, morsum malitiae non habeamus. Qui enim locum predicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine iram seuientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem & si quando zelus rectitudinis exigit, ut erga subiectos seuiat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus & iura disciplinae foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat quos foris quasi insequendo castigat. Quod tunc bene rector exhibet, cum seipsum diligere per amorem privatum nescit, cum nulla quae mundi sunt appetit, cum terrenae cupiditatis operibus nequaquam mentis colla supponit. Unde & subditur: Nolite portare sacculum, neque peram neque calceamenta, & neminem per viam salvaveritis. Predicatori etenim tanta debet in deo esse fiducia, ut praesentis vitae sumptus quavis non provideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat, ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus aliis provideat aeterna. Cui etiam per viam neminem salutare conceditur, ut sub quarta festinatione in iter predicationis pergere debeat, ostendatur. Quae si quis verba etiam per allegoriam velit intelligi, in sacculo pecunia clausa est: pecunia vero clausa, est sapientia occulta. Qui igitur sapientiae verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Unde scriptum est: Sapientia abscondita & thesaurus occultus, quae utilitas in vtilis? Quid vero per peram, nisi onera seculi: & quid hoc loco per calciameta, nisi mortuorum operum exempla signantur? Qui ergo officium predicationis suscipit, dignum non est ut onus secularium negotiorum portet: ne dum hoc eius colla deprimat, ad praedicanda coelestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspiciere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui pravitate suam, ex alienis pravitatibus tuentur. Quia enim alios talia

Mundus sacerdotibus plenus est.

Psal. 49.

\*prohibetur.

Exec. 3.

H

Mat. 10.

Mat. 7.

Praelatus non sit crudelis in subditos.

I \*al. quatenus & foris erga eos rigorem disciplinae exhibeat, etc.

Eccli. 41.

fecisse considerant, se haec facere licenter putant. Hi quid aliud faciunt nisi pedes suos ex mortuorum animalium muniere pellibus conantur? Omnis vero qui salutat in via, ex occasione salutis itineris, non ex studio optandae eiusdem salutis. Qui igitur non amore aeternae patriae, sed praemiorum ambitu salutem audientibus praedicat, quasi in itinere salutat: quia ex occasione, & non ex intentione, salutem audientibus exoptat. Sequitur: In quancumque domum intraveritis, primum dicitis: Pax huic domui, & si tibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra: si autem, ad vos revertetur. Pax quoque ab ore predicatoris offertur, aut requiescit in domo, si in ea filius pacis fuerit, aut ad eundem praedictorem revertitur: quia aut erit quisque predestinatus ad vitam, & coeleste verbum sequitur quod audit: aut si nullus audire voluerit, ipse praedicator sine fructu non erit: quia ad eum pax revertitur: quoniam ei a domino pro labore sui operis merces recompensatur. Ecce autem qui peram & sacculum portare prohibuit, sumptus & alimenta ex eadem predicatione concedit. Nam subditur: In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneamus, edentes & bibentes quae apud illos sunt, ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus praemia patriae coelestis offerimus. Unde etiam Paulus haec ipsa pro minimo suscipiens dicit: Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus: Et notandum quod subditur: Dignus est operarius mercede sua. Quia iam de mercede operis, sicut ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore predicationis inchoetur, quae illic de veritatis visione perficitur. Quae in re considerandum est quod vni nostro operi duae mercedes debentur: una in via, altera in patria: una quae nos in labore sustentat, alia quae nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quae in praesenti accipitur, hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque predicator non ideo praedicare debet, ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, ut praedicare subsistat. Quisquis namque ideo praedicat, ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, aeterna proculdubio mercede se privat. Quisquis vero vel ea quae dicit, ideo placere hominibus appetit, ut dum placet quod dicitur, per eadem dicta non ipse sed dominus ametur: vel idcirco terrena stipendia in predicatione consequitur, ne a predicationis voce per indigentiam lassetur: huic proculdubio ad recipiendam mercedem nihil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via. Sed quid nos, quod tamen sine dolore dicere non possumus, quid nos o pastores agimus, qui & mercedem consequimur, & tamen operarii nequaquam sumus? Fructus quippe sanctae Ecclesiae in stipendio quotidiano percipimus, sed tamen pro aeterna Ecclesia minime in predicatione laboramus. Penitemus cuius damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium vivimus, sed nunquid pro animabus fidelium laboramus? Illa in stipendium nostrum sumimus, quae pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis studio, vel predicationis, ut dignum est, insudamus. Vix pro culpa sua veniam aperta voce reprehendimus. Et adhuc, quod est gravius, aliquando si persona in hoc mundo potens sit eius forsitan errata laudamus, ne si adverteatur per iracundiam, munus subtrahat quod impendebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibusdam in Osee scriptum est: Peccata populi mei comedent. Cur autem peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentium fovent, ne temporalia stipendia amittant? Sed & nos qui ex oblationibus fidelium vivimus, quas illi pro peccatis suis obtulerunt, si comedimus & tacemus, & eorum proculdubio peccata manducamus: Penitemus ergo, cuius sit apud deum criminis peccatorum precium manducare, & nihil contra peccata praedicando agere. Audiamus quid beati Iob voce dicitur: Si aduersum me terra mea clamaret, & cum ipsa sulci eius desent, si fructus eius comedi absque pecunia. Terra etenim contra possessorem suum clamat, quando contra pastorem suum iuste Ecclesia murmurat. Cuius etiam sulci desent, si corda audientium quae a praecedentibus sunt patribus predicationis voce & vigore inuentionis exarata, vident aliquid quod loquantur de vita pastoris. Cuius videlicet

K Salutare in itinere quis dicitur.

Praedicator potest petere sumptus & alimenta.

1. Cor. 9. L

Merces duplex debetur vni nostro operi.

Pastorum gravis error.

M

Osee. 4.

Iob. 31.

Terra quando dicitur clamare contra suum possessorem.



**A** videlicet terræ fructus possessor bonus sine pecunia non mā-  
ducet, quia discretus pastor prærogat talentum verbi, ne ad  
damnationem suam de Ecclesia stipendium sumat alimenti.  
Tūc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus,  
quando lumentes ecclesiastica subsidia, in prædicatione labo-  
ramus. Præcones namque venturi iudicis sumus. Quis ergo  
venturum iudicem nunciet, si præco tacet? Proinde conside-  
randum nobis est, ut in quantum valet quisque vel in quantum  
sufficit, & terrorem venturi iudicij, & dulcedinem regni, su-  
sceptæ Ecclesiæ insinuare contendant. Et quia vna eadem-  
que exhortationis voce non sufficit, simul cunctos admonere  
debet, singulos in quantum valet instruere, priuatis locutioni-  
bus edificare, exhortatione simplici fructum in filiorū suorū  
cordibus querere. Debemus namque pensare continuo quod  
sanctis apostolis dicitur, & per Apostolos nobis: Vos estis  
sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debe-  
mus: Vos igitur qui pastores estis, pensate quia dei animalia  
pascitis. De quibus profectō animalibus deo per Psalmistam  
dicitur: Animalia tua habitabūt in ea. Et sepe videmus quod  
petra salis brutis animalibus ponitur, ut ex eadem salis pe-  
tra libere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta ani-  
malia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare nau-  
que sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, vnumquemq;  
qualiter admoneat, ut quisquis sacerdoti iungitur, quasi ex la-  
lis tactu, æternæ vitæ sapore conditur. Sal etenim terræ non  
sumus, si corda audientium non condimus. Quod profectō  
condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prædica-  
tionis verbum non subtrahit. Sed tunc verè aliis recta prædi-  
camus, si dicta rebus ostendimus, si nos ipsi diuino amore cō-  
pungimur, & humanæ vitæ, quæ sine culpa transiri nequaquā  
potest, quotidianas lachrymis maculas lauamus. Tūc autem  
de nobis verè compungimur, si studiose patrum præcedentiū  
facta penamus, ut ex conspecta illorum gloria, in nostris no-  
bis oculis nostra vita sordescat. Tunc verè compungimur, cū  
præcepta domini studiose persequamur, & per hæc profi-  
cere ipsi contendimus, per quæ iam profecisse nouimus quos  
veneramus. Hinc est enim quod de Moysē scriptum est: Pos-  
uit & labrum æneum in quo laurentur Aaron & filij eius,  
cū ingrederentur in sancta sanctorum, quod fecit de specu-  
lis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Labrum  
quippe æneum Moyses ponit in quo sacerdotes lauari debe-  
ant, & sancta sanctorum ingredi, quia lex dei prius nos lauari  
per compunctionem præcipit, ut nostra immūditia ad pene-  
trandum secretorum dei munditiam non sit indigna. Quod  
bene labrum de speculis mulierum perhibet factum, quæ ad  
tabernaculi ostium indefinenter excubabant. Specula quippe  
mulierum sunt præcepta dei, in quibus se sanctæ animæ sem-  
per aspiciunt, & si quæ in eis sunt foeditatis maculæ, deprehē-  
dunt. Cogitationum vitia corrigunt, & quasi renitentes vul-  
tus velut ex reddita imagine componunt, quia dum præcep-  
tis dominicis soletter intendūt, in eis proculdubio vel quid  
in se celesti viro placeat, vel quid displiceat, agnoscūt. Quæ  
quā diu in hac vita sunt, æternum tabernaculum ingredi  
nequaquam possunt. Sed tamen ad ostium tabernaculi mu-  
lieres excubant, quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate  
adhuc carnis grauantur, amore tamen continuo ingressum  
æterni introitus observant. Moyses ergo labrum sacerdoti-  
bus de speculis mulierum fecit, quia lex dei lauacrum com-  
punctionis, peccatorum nostrorū maculis exhibet, dum ea per  
quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt, intuenda nobis  
coelestia præcepta præbet. Quibus si diligenter intendimus,  
interne nostræ imaginis maculas videmus. Videntes autem  
maculas, in penitentia dolore compungimur. Compun-  
cti verò quasi in labro de speculis mulierum lauamur. Est au-  
tem valde necessarium, ut cū de nobis compunctione affi-  
cimur, etiam cōmissorum nobis vitam zelemus. Sed ergo nos  
amaritudo compunctionis afficiat, ut tamen à proximorum  
custodia non auertat. Quid enim prodest si amantes nos-  
metipsos, relinquamus proximos? Vel quid rursum prodest  
si amantes vel zelantes proximos, relinquamus nosmetip-  
sos? In ornamento quippe tabernaculi, bis tingitur coctus of-  
ferri præcipit, ut ante dei oculos charitas nostra, dei & pro-  
ximi amore coloretur. Ille autē verè se diligit, qui purè dili-  
git auctorem. Tūc ergo coctus bis tingitur, quādo erga se &

proximum ex amore veritatis animus inflātur. Sed inter  
hæc sciendū nobis est, ut sic exerceatur zelus rectitudinis cō-  
tra praua acta proximorum, quatenus in seruore distinctionis  
nullo modo relinquatur virtus mansuetudinis. Ira etenim sa-  
cerdotis nequaquā debet esse præceps & perturbata, sed magis  
ex cōsiliij granitate metuēda. Et portare ergo debemus quos  
corrigimus, & corrigere quos portamus: ne si ex viroq; vñ  
defuerit, vel in seruore vel in maſuetudine, actio sacerdotalis  
non sit. Hinc namq; est quod in templi ministerio, in basibus  
templi sculptorio opere leones & boues & cherubin expres-  
sa sunt. Cherubin quippe est plenitudo scientiæ. Sed quid est  
quod in basibus nec leones sine bobus, nec boues sine leonib;  
sūt? Quid enim aliud designant bases in templo, nisi sacerdo-  
tes in Ecclesia? Qui dū sollicitudinē regiminis tolerāt, qua-  
si more basium superimpositū onus portant. In basibus ergo  
cherubin exprimentur, quia decet nimirum ut sacerdotū pec-  
tora plenitudine scientiæ sint referta. Per leones autē terror  
seueritatis, per boues verò patētia maſuetudinis figuratur.  
Itaque in basibus nec leones sine bobus, nec boues sine leo-  
nibus exprimentur, quia semper in sacerdotali pectore cum  
terrore seueritatis custodiri debet virtus mansuetudinis: ut  
& iram mansuetudo cōdiat, & eandem mansuetudinem, ne  
fortasse dissoluta sit, zelus distinctionis accēdat. Sed ista cur  
loquimur, cū adhuc plerisque grauari factis atrocioribus  
videamus? Vobis enim sacerdotibus lugens loquor, quia nō-  
nullos vestrum cū præmiis facere ordinationes agnouim-  
us, spiritalem gratiam vendere, & de alienis iniquitatibus  
cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergo  
ad memoriam vestram non redit quod vox dominica præci-  
pieas dicit: *Gratis accepistis, gratis date.* Cur non ante mē-  
tris oculos reuocatis, quod templum redēptor noster ingres-  
sus, cathedras vendentium colubas euertit, & numulariorum  
effudit? Qui namque sunt in templo dei hodie qui colubas  
vendūt, nisi qui in Ecclesia precij de impositione manus ac-  
cipiunt? per quā videlicet impositionē spiritus sanctus coelitus  
datur. Columba ergo venditur, quia manus impositio, per  
quā spiritus sanctus accipitur, ad precij præbetur. Sed redē-  
ptor noster cathedras vendentium colubas euertit: quia  
talium negociatorum sacerdotium destruit. Hinc est enim  
quod sacri canones simoniacam hæresim damnant, & eos  
priuari sacerdotij præcipiunt, qui de largiendis ordinibus  
precium querunt. Cathedra ergo vendentium colubas  
euertitur, quando hi qui spiritalem gratiam venundant: vel  
ante humanos vel ante dei oculos sacerdotij priuantur. Et  
quidem multa sunt alia præpositorum mala quæ humanos  
modo oculos latent. Et plerumque se pastores sanctos ho-  
minibus exhibent, atque in occultis suis videri turpes ante  
interni arbitri oculos non erubescunt. Veniet, veniet profe-  
ctō ille dies, nec longè est, in quo pastorum pastor appareat,  
& vniuscuiusque facta in publicum deducat. Et qui modo  
subditorum culpas per præpositos vlciscitur, tunc præposi-  
torum mala per semetipsum lauens damnat. Vnde & in-  
gressus in templum, per semetipsum quasi flagellū de fonicu-  
lis fecit, & de domo dei prauos negociatores eiciens, cathe-  
dras vendentium colubas euertit, quia subditorum quidē  
culpas per pastores percutit, sed pastorum vitia per semet-  
ipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest, quod latē-  
ter agitur. Ille certè iudex venturus est, cui tacendo quisque  
se non potest celare, quem negando non potest fallere. Est &  
aliud fratres charissimi, quod me de vita pastorum vehemē-  
ter affligit: sed ne cui hoc iniuriosum videatur fortasse quod  
asserō, me quoque pariter accuso, quāuis barbarici tēporis  
necessitate compulsus, valde in his iaceo inuitus. Ad exte-  
riora enim negotia delapsi sumus, & aliud ex honore susci-  
pinus, atque aliud ex officio actionis exhibemus. Ministeriū  
prædicationis relinquimus, & ad pœnam nostram, ut video,  
episcopi vocamur, qui honoris nomen, nō virtutis tenemus.  
Relinquunt nauque deum hi qui nobis commissi sunt, & ta-  
cemus. In prauis actibus iacent, & correptionis manum non  
tendimus. Quotidie per multas nequitias pereunt, & eos ad  
vitam corrigere valeamus alienam, qui negligimus nostram.  
Cur enim iecularibus intenti, tanto insensibiliores in eis ef-  
ficimur, quanto ad ea quæ foris sunt studiosiores videmur.

*Ira sacer-  
dotis qualis  
esse debet.*

*Sacerdos  
sit seuerus  
& mansue-  
tus.*

*Mat. 10.  
Ioh. 2.*

*Simonis  
damnatur  
per causas  
sas.*

*Prælatos  
deus punit  
per seipsum.*

*\* timoria.*

Mat. 5.

Psal. 67.

*Sacerdos  
debet esse  
petra salis  
in populis.*

B

Exo. 38.

*Præcepta  
dei com-  
parantur  
speculis  
mulierum.*

C

*Amemus  
nos &  
proximos.*



DIVI GREGORII PAPAE IN EVANGELIA

**G** Vsu quippe curæ terrenæ, à cœlesti desiderio obdurefcit animus, & dom ipso suo vsu durus efficitur per actionem seculi, ad ea emolliri non valet quæ pertinent ad charitatem dei. Vnde benè sancta Ecclesia de membris suis infirmantibus dicit: Poluerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Vineæ quippe nostræ actiones sunt, quas vsu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi, nostrâ vineam minimè custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur: ministerium actionis nostræ negligimus. Nullû, puto, fratres charissimi ab aliis maius præiudicium, quam à sacerdotibus tolerat deus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plerûque, quod est grauius, sacerdotes qui propria dare debuerat, etiam aliena diripiunt. Plerumque si quos humiliter, si quos continenter viuere conspiciunt, irident. Considerate ergo quid de gregibus agatur, quando pastores lupi fiunt. Hi enim custodiam gregis suscipiunt, qui insidiari gregi dominico nõ metuunt, contra quos, dei greges custodiri debuerant. Nulla animarum lucra querimus: ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet maiorem licentiam habemus: susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus. Locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.

**H** Impletum est in nobis profecto quod scriptum est: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sacerdos enim non distat à populo quando nullo merito vitæ suæ vulgi transceudit actionem. Imploremus Hieremiæ lachrymas, consideret mortem nostram, & deplorans dicat: Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Aurum quippe obscuratum est, quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones inimas ostenditur reprobata. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus, per terrena & abiecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapidem vero sanctuarij intrinsecus habebantur, nec lumbantur in summi sacerdotis corpore: nisi cum sancta sanctorum ingrediens, in secreto sui conditoris apparebat. Nos ergo fratres charissimi, nos sumus lapides sanctuarij, qui apparere semper debemus in secreto dei, quos nunquam necesse est foris conspici, id est nunquam in extraneis actionibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: quia hi qui per vitam reprobâ & orationem intus semper esse debeuerant, per vitam foris vacant. Ecce iam penè nulla est seculi actio, quam non sacerdotes administrant. Dum ergo in sancto habitu constituti, exteriora sunt quæ exhibent, quasi sanctuarij lapides foris iacent. Quia enim Græca voce platea à latitudine vocatur: sanctuarij lapides in plateis sunt, cum religiosi quique lata mundi itinera sectantur. Nec solum in plateis, sed & in capite platearum dispersi sunt, quia & per desiderium huius mundi opera peragunt, & tamè de religioso habitu culmè honoris querunt. In capite ergo platearum dispersi sunt: quia & iacent per ministerium operis, & honorari volunt de imagine sanctitatis. Quanto autem mundus gladio feriatur, aspiciatis: quibus quotidie percussio intereat populus, videtis. Cuius hoc nisi nostro præcipue peccato agitur: Ecce depopulate vrbes, eueria castra, Ecclesie ac monasteria destructa, in solitudinem agri redacti sunt. Sed nos percuncti populo authores mortis existimus, qui esse debuius duces ad vitam. Ex nostro etenim peccato populi turba prostrata est, quia nostra faciente negligentia, ad vitam erudita non est. Quid autem animas hominum, nisi cibum domini dixerimus, quæ ad hoc sunt conditæ, vt in eius corpore traiciantur, id est vt in æternæ Ecclesie augmentum tendant? Sed huius cibi condimentum nos esse debuimus. Sicut enim paulo superius præfati sumus, missis prædicatoribus dicitur: Vos estis sal terræ. Si igitur cibus dei est populus, condimentum cibi sacerdotes esse debuerunt. Sed quia dum nos ab orationis & eruditionis sanctæ vsu cessamus, sal infatuatum est, condiri non valet cibus dei, atque idcirco ab authore non sumitur, quia exigente fatuitate nostra, minimè conditur. Pensamus ergo qui vnquam per linguam nostram conuersi, qui

Cant. 1.

Sacerdotes nitiosi plus præiudicant quàm quicumque alii.

Pastores lupi positi periculosum est gregibus.

Osee. 4.

Thren. 4.

Aurum obscuratum est.

Sacerdotes ferme omnes actiones seculi administrant.

Mundus multat ex sacerdotum culpis calamitates patitur.

Mat. 5.

de peruerso suo opere nostra increpatione correpti, penitentiam egerunt, quis luxuriam ex nostra eruditione deseruit, quis auaritiam, quis superbiam declinauit? Pensamus quod lucrum deo fecimus nos qui accepto talento, ab eo ad negotium missi sumus. Etenim dicit: Negotiamini dum venio. Ecce iam venit, ecce de nostro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra negociatione monstrabimus? Quot eius conspectui animarum manipulos de prædicationis nostræ segete illaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illum tantæ districtiõis diem quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis quibus talenta credidit, ponet. Ecce in maiestate terribili, inter angelorum atque archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine, electorum omnium & reprobatorum multitudo deducetur, & vnusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Iudæa conuersa, quâ post se traxit apparebit. Ibi Paulus conuersum, vt ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achaïam, ibi Ioannes Asiam, Thomas Indiam, in conspectum sui iudicis conuersam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes, cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis suis prædicationibus deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni pastoris oculos venerint, nos miseri quid ducturi sumus, qui ad dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, & oues quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus? Hic pastores vocati sumus, & ibi gregem non ducimus. Sed nunquid si nos negligimus, omnipotens deus deseret oues suas? Nullo modo. Nam ipse eas, sicut per prophetam pollicitus est, per semetipsum pascet. Omnesque quos præordinauit ad vitam, flagellorum stimulis, compunctionis spiritu erudit. Et per nos quidem fideles ad sanctum baptismum veniunt, nostris precibus benedicuntur, & per impositionem nostrarum manuum à deo spiritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum cœlorum pertingunt: & ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendimus. Ingressiuntur electi, sacerdotum manibus expiati, cœlestem patriam: & sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœlestem mitit, & ipsa postea in cloacas descendit? Timeamus hæc fratres conueniat actioni nostræ ipsum ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum relaxatione quotidie cogitemus, ne nostra vita peccato obligata remaneat, per quam omnipotens deus quotidie alios soluit. Consideremus sine cessatione quid sumus, pensamus negotium nostrum, pensamus pondus quod suscepimus. Faciamus quotidie nobiscum rationes quas cum nostro iudice habebimus. Et sic debemus agere curam nostri, vt non negligamus curam proximi: vt qui quis ad nos lungitur, ex linguæ nostræ sale conditur. Cum lasciuientem quempiam & lubricum videmus, admonendus est vt coniugio frenare studeat iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet, discat superare quod non licet. Cum coningatum videmus, admonendus est vt sic exerceat curam seculi, ne postponat amorem dei: sic placeat voluntati coniugis, vt non displiceat conditori. Cum clericum videmus, admonendus est quatenus sic viuat, vt exemplum vitæ secularibus præbeat: ne si quid in illo iuste reprehenditur, ex eius vitio ipsa religionis nostræ aestimatio grauetur. Cum monachum videmus, admonendus est vt reuerentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione sua semper circumspectat: vt ea quæ mundi sunt, perfecte deserat: & quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante dei oculos moribus prætendat. Ille itaque iam sanctus est, admoneatur vt crescat. Ille verò qui adhuc iniquus est, admoneatur vt se corrigat. Quatenus quisquis se ad sacerdotem iunxerit, sale sermonis illius conditus recedat. Hæc fratres vobiscum sollicite cogitate, hæc & proximis vestris impendite, omnipotenti deo fructum vos reddere de negotio quod accepistis parate. Sed ista quæ dicimus, melius apud eum orando quàm loquendo obtinebimus.

Luc. 19.

Iudicium exitremi horror mirabilis erit omnibus, præsertim pastoribus.

regis

L

Eze. 34.

Sacerdotes mali sunt similes aquæ baptismatis.

M uacantem Peccatores cuiuslibet status per sacerdotes sunt admonendi.

Oremus.

**D** eas qui nos pastores in populo vocare voluisti: presta quæsumus vt hoc quod humano ore dicimus, in tuis oculis esse valeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Lectio



Lectione sancti Evangelij secundum Ioannem.

Ioan. 8. Bibl.



In illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudaeorum & principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi? Qui ex deo est verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me: Ego autem non quero gloriam meam. Est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudaei: Nunc cognouimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est & propheta: & tu dicis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis, quia deus vester est, & non cognouistis eum. Ego autem non eum. Et si dixerero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum, vidit, & gaudius est. Dixerunt ergo Iudaei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides Iudaei, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli: Dominica in passione.

Homilia XVIII.

**P**ensate fratres charissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non indignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde, quod subditur:

Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Si enim ipse verba dei audit qui ex deo est, & audire verba eius non potest quisquis ex illo non est, interroget se unusquisque si verba dei in aure cordis percipit, & intelligit unde sit. Coelestem patriam desiderare veritas iubet carnis desideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque velleum si hæc vox dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex deo sit, agnoscat. Nam sunt nonnulli qui præcepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hæc quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt, ita ut etiam in fluctibus cõpungantur, sed post lachrymarum tempus, ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba dei non audiunt, qui hæc exercere in opere contemnunt. Vitam ergo vestram fratres charissimi ante mentis oculos reuocate, & alta consideratione pertimescite hoc quod ex ore veritatis sonat: Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt. Nam sequitur: Responderunt igitur Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Accepta autem tanta contumelia, quid dominus respondeat, audiamus: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Quia enim Samaritanus interpretatur custos, & ipse veraciter custos est, de quo Psalmista ait: Nisi dominus custodierit ciuitatem, inuaniunt uigilantes qui custodiunt eam. Et cui per Esaiam dicitur:

Verborum domini auditores sunt in multipli ei differentia.

Samaritanus custos interpretatur. Psal. 126.

tur: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? respondere noluit dominus: Samaritanus non sum: sed, Ego demonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt, unum negauit: aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat, & si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit quod recognouit, & patienter repulit quod dictum fallaciter audiuit, dicens: Ego demonium non habeo. In quibus verbis quid aliud nisi iuperbia nostra confunditur: quæ si exagitata vel leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit quam acceperit: facit mala quæ potest, minatur & quæ facere non potest. Ecce iniuriam suscipiens dominus non irascitur, non contumeliosa verba respondet. Qui si eisdem ista dicentibus respondere voluisset, demonium vos habetis: verum profecto diceret: quia nisi impleti essent demonio, tam peruersa de deo loqui non possent. Sed accepta iniuria, etiam quod verum erat, dicere veritas noluit, ne non dixisse veritatem, sed prouocatus, contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur, nisi ut eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium iustæ correctionis, in arma vertamus furoris? Sed quia quisquis dei zelo vitur, sæpe a prauis hominibus deonestatur, in semetipso nobis dominus patientiæ præbuit exemplum, qui ait: Sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Sed quid nobis ad ista faciendum sit, adhuc exemplo nos admonet, cum subiungit:

Ego autem non quero gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Scimus certum quod scriptum est, quia pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce idem filius solurias accipiens, gloriam suam non quarit. Illatas contumelias patris iudicio reseruat, ut nobis profecto insinuet, quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc vlcisci non vult & ipse qui iudicat. Cum verò malorum peruersitas crescit, non solum prædicatio non debet minui, sed etiam augeri. Quod suo dominus exemplo nos admonet, qui postquam habere de monium dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impendit, dicens: Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Sed sicut bonis necesse est ut meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta prædicatione, iterum dicunt: Nunc cognouimus quia demonium habes. Quia enim æternæ morti inhaeserant, & eadem mortem cui inhaeserant, non videbant, dum solâ mortem carnis aspicerent, in veritatis sermone caligabant, dicentes: Abraham mortuus est, & prophetae mortui sunt: & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum? Unde & ipsi veritati eundem Abraham & prophetas quasi venerantes præferunt. Sed aperta nobis ratione ostenditur, quia qui deum nesciunt, dei quoque famulos falso venerantur. Et notandum quod vidit eos dominus aperta sibi impugnatione resistere, & tamen eis se iterata non desinit voce prædicare, dicens: Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: vidit, & gaudius est. Tunc quippe diem domini Abraham vidit, cum in figura summæ trinitatis, tres angelos hospitio recepit: quibus profecto susceptis, sic tribus, quasi vni locutus est, quia & si in persona numerus trinitatis est, in natura vnitas diuinitatis est. Sed carnales mentes audientium, oculos a carne non subleuant, dum in eo solam carnis ætatem pensant, dicentes: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Quos benignè redemptor noster a carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis contemplationem trahit, dicens: Amen amen dico vobis, antequam fieret Abraham, ego sum. Ante enim, præteriti temporis est, sum, præsentis. Et quia præteritum & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum. Unde & ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum: & dices filiis Israël, qui est, misit me ad vos. Ante ergo & post, Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentis, & recedere per cursum vite. Veritas verò semper esse habet quia ei quicquam nec priori tempore incipitur, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt, & quem intelligere non poterant, obruere quærebant. Quid autem contra irorem lapidantium dominus fecerit, ostenditur cum protinus subinse-

Esai. 22. D Patientia Christi ineffabilis nos ad patientiam exhortari debet.

Ioan. 5. Frangi.

Dei nescientes, dei famulos falso venerantur.

Gene. 8.

Exo. 3.

Exo. 3. Quos benignè redemptor noster a carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis contemplationem trahit, dicens: Amen amen dico vobis, antequam fieret Abraham, ego sum. Ante enim, præteriti temporis est, sum, præsentis. Et quia præteritum & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum. Unde & ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum: & dices filiis Israël, qui est, misit me ad vos. Ante ergo & post, Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentis, & recedere per cursum vite. Veritas verò semper esse habet quia ei quicquam nec priori tempore incipitur, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt, & quem intelligere non poterant, obruere quærebant. Quid autem contra irorem lapidantium dominus fecerit, ostenditur cum protinus subinse-

**G** nus subinfertur: Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Mirū valde est fratres charissimi, cur persecutores suos dominus se abscondendo declinauerit, qui si diuinitatis suae potentia exercere voluisset, tacto nutu mentis in suis eos scilicet ligaret, aut in poena subite mortis obrueret. Sed quia patiens venerat, exercere iudicium nolebat. Certē sub ipso passionis tempore & quantum poterat ostendit, & tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum persecutoribus suis se querentibus diceret: Ego sum, sola hac voce eorum superbiam perculit, & omnes in terram strauit. Qui ergo & hoc in loco poruit manus lapidantium non se abscondendo euadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines factus redemptor noster alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Vnde & per Paulum dicitur: Date locum irae. Quāta humilitate iram proximi ferre debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se, declinauit deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conuictis conuictum reddat. Imitatione etenim dei: gloriosius est iniuriā tacendo fugere, quam respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est, ut accepta iniuria taceas. Quisquis conspicit quia contumeliam accipis, & taces: non putat quia patientiā exhibes, sed crimina agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogitationē fiximus, & dum in terra gloriam quaerimus, placere ei qui nos de caelo conspicit, non curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem dei: Ego non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet. Hoc autem quod de domino scriptum est: Abscondit se, intelligi & aliter potest. Multa quippe Iudaeis praedicaerat, sed praedicationis eius verba deridebat. Deteriores quoque ex praedicatione facti sunt, qui vsque ad iaciēdos lapides peruenierunt. Et quid abscondendo se dominus significat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba lequi contemnunt? Eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodie qui Iudaeorum duritiam detestantur, quia praedicationem domini audire noluerunt, & tamen quales illos arguit fuisse ad fidē, tales ipsi sunt ad operationem. Praecepta domini audiunt, miracula cognoscunt, sed conuerti a suis prauitatibus renuunt. Ecce vocat, & redire nolumus. Ecce sustinet, & eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus habemus fratres, prauitatem suā vnusquisque deserat, dei patientiam pertimescat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam euadere possit.

Christus si uoluisse, facile suos persecutores exterminasset.  
Ioh. 12.

Rom. 12.

Veritas ipsa abscondita fuit uideis.

Lectio sancti Evangelij secundum Mattheum.

Mat. 20.

**I**n illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro otiosos, & illis dixit: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit: dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. Circa undecimam vero horam exiit, & inuenit alios stantes: & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset: dixit dominus vineae procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem-


familias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & aestus? At ille respondens vni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Laurentij martyris, in septuagesima.  
Homilia. XIX.

**I**n explanatione sua, multa ad loquendum sancti Evangelij lectio postulat, quam volo, si possum, sub breuitate perstringere, ne vos & extensa processio, & prolixa expositio videatur onerare. Regnum caelorum homini patrifamilias simile dicitur, qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis vero patrifamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster, qui regit quos condidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo? Qui habet vineam, vniuersalem scilicet Ecclesiam, quae ab Abel iusto vsque ad vltimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quod sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaque patrifamilias ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, & undecima operarios conducit, quia a mundi huius initio vsque in finem ad erudiendam plebem fidelium praedicatorum congregare non desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vsque ad Noe. Hora vero tertia, a Noe vsque ad Abraham. Sexta quoque ab Abraham vsque ad Moysen. Nona autem a Moysen vsque ad aduentum domini. Undecima vero ab aduentu domini vsque ad finem mundi. In qua praedicatorum sancti Apostoli missi sunt, qui mercedem plenam & tardē venientes acceperunt. Ad erudiendum ergo dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit operarios mittere, quia & prius per patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad extremum vero per Apostolos, dum plebis suae mores excoluit, quasi per operarios in vineae cultura laborauit. Quamuis in quolibet modulo vel mensura, quisquis cum fide recta, bonae actionis extitit, huius vineae operarius fuit. Operator ergo mane, hora tertia, sexta & nona, antiquus ille & Hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide deum studuit colere, quasi non destitit in vineae cultura laborare. Ad undecimam vero gentiles vocantur, quibus & dicitur: Quid hic statis tota die otiosi? Qui enim transacto tam longo mundi tempore, pro vita sua laborare neglexerat, quasi tota die otiosi stabant. Sed p̄sate fratres quid inquisitis respondeant. Dicunt enim, quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere, ad laborem nos nemo conduxit: nisi, quia vitae nobis vias nullus praedicauit? Quid ergo nos a bono opere cessantes, in exultatione nostra dicturi sumus, qui penē a matris utero ad fidem venimus: qui verba vitae ab ipsis conuulibus audiuimus, qui ab vberibus sanctae Ecclesiae potum supernae praedicationis suximus cum lacte carnis? Possumus vero & easdem diuersitates horarum, etiam ad vnum quemque hominem per aetatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri, pueritia est. Hora autem tertia, adolecentia intelligi potest: quia quasi iam sol in altum proficit, dum calor etatis crescit. Sexta vero iuuentus est: quia velut in centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto axe descendit: quia ea aetate a calore iuuentutis deficit. Undecima vero hora ea est aetas quae decrepita vel veterata dicitur. Vnde & Graeci valde seniores, non γέροντες, sed πρεσβυτέρους appellant, ut plus quam senes esse insinuet, quos prouectiores vocant. Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolecentia, alius in iuuentute, alius in senectute, alius in decrepitate aetate perducitur, quasi diuersis horis operarij ad vineam vocantur. Mores ergo vestros fratres charissimi aspiciate, & si iam dei operarij estis, videte. Peulet vnusquisque quid agat & confide-

Vineam Ecclesia ab Abel inchoat. L. Mundus uarias habet aetates.

Christiani a bono opere cessantes uix se excusabunt apud dominum.



**A** & consideret si in domini vinea laboret. Qui enim in hac vinea do-  
 vita ea quae sua sunt querit, adhuc ad dominicam vineam  
 non venit. Illi namque domino laborant, qui non sua sed lucra  
 dominica cogitant, qui zelo charitatis, studio pietatis inter-  
 uent, animabus lucratis innigilant, perducere & alios secū  
 ad vitam festinant. Nam qui sibi vult, qui carnis suae volupta-  
 tibus palcitur, recte oculus redarguitur, quia fructū diuini  
 operis nō sectatur. Qui verō & vsque ad aetatem vltimā deo  
 viuere neglexerit, quasi vsque ad vndecimam oculus stetit.  
 Vnde recte vsque ad vndecimam torpētibus dicitur: Quid  
 hic stas tota die otiosus? Ac si aperte dicatur: Et si deo vine-  
 re in pueritia & iuuentute noluitis: saltem in vltima aetate  
 respicite, & ad vitā. Vias cum iam laboraturi multum non  
 estis, vel sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat, &  
 plerumque ante remunerantur, quia prius ad regnū de cor-  
 pore exeunt, quam hi qui iam a pueritia vocati esse videban-  
 tur. Au non ad vndecimam horam venit latro, qui etsi non ha-  
 buit per aetatem, habuit tamen sero per poenam, qui deum in  
 cruce confessus est, & penē cum voce sententiae, spiritum ex-  
 halauit vitae? A nouissimo autem reddere denarium paterfa-  
 millas cepit, quia ad paradisi requiem prius latronē quam  
 Petrum perduxit. Quanti patres ante legem, quanti sub lege  
 fuerunt, & tamen hi qui in domini aduentu vocati sunt, ad coe-  
 lorum regnum sine aliqua tarditate peruenerunt. Eundem er-  
 go denarium accipiunt qui laborauerunt ad vndecimam,  
 quem expectauerunt toto desiderio qui laborauerunt ad pri-  
 mam, quia aequalem vitae aeternae retributionem sortiti sunt,  
 cum his qui a mundi initio vocati fuerant, hi qui in mundi  
 termino ad dominum venerunt. Vnde & hi qui in labore  
 praecesserant, murmurantes dicunt: Hi nouissimi vna ho-  
 ra fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pon-  
 dus diei & aestus? Pondus enim diei & aestus portauerunt  
 hi quos a mundi initio, quia diu hic contigit viuere, necesse  
 fuit etiam longiora carnis tentamenta tolerare. Vnicuique  
 enim pondus diei & aestus tentamenta, sed per longioris vitae tem-  
 pora, carnis suae calore fatigari. Sed quare potest quomodo  
 murmurasse dicti sunt, qui saltem sero ad regnū vocati sunt  
 Caelorum etenim regnum nullus murmurās accipit: nullus  
 qui accipit, murmurare potest. Sed quia antiqui patres vs-  
 que ad aduentum domini quantumlibet iuste vixerint, ducti ad  
 regnum non sunt, nisi ille deiceret qui paradisi claustra  
 hominibus interpositione suae mortis aperiret, eorū hoc ip-  
 sum murmurasse est, quod & recte pro percipiendo regno vi-  
 xerunt, & tamen diu ad percipiendum regnum dilati sunt.  
 Quos enim post peractam iustitiam inferni loca quamvis tra-  
 quilla susceperunt, eis profectio & laborasse fuit in vinea, &  
 murmurasse. Quali ergo post murmurationem denarium ac-  
 ciptant, qui post longa inferni tempora, ad gaudia regni per-  
 uenerunt. Nos autem qui ad vndecimam venimus, post labo-  
 rem non murmuramus, & denariū accipimus, quia post me-  
 diatoris aduentum, in hoc mundo venientes, ad regnum duci-  
 mur, mox vt de corpore eximus, & illud sine mora percipi-  
 mus, quod antiqui patres cum magna percipere dilatione me-  
 ruerunt. Vnde & idem paterfamilias dicit: Volo & huic  
 nouissimo dare sicut & tibi. Et quia ipsa regni perceptio ei  
 est bonitas voluntatis: recte subiungit: An non licet mihi  
 quod volo facere? Stulta enim questio est hominis contra  
 benignitatem dei. Conquerendum quippe esset, non si nō da-  
 ret quod non deberet, sed si non daret quod deberet. Vnde  
 apte subditur: An oculus tuus nequam est: quia ego bonus  
 sum? Nemo autem se de opere, nemo de tempore extollat,  
 cum hac expleta sententia, subsequenter veritas clamat: Sic  
 erant nouissimi primi, & primi nouissimi. Ecce enim & si iā  
 scimus quae vel quanta bona egimus, adhuc supernus iudex  
 dum subtilitate haec examinet, ignoramus. Et quidem gaudē-  
 dum cuique summo opere est in regno dei esse vel vltimum.  
 Sed post haec terribile est valde quod sequitur: Multi enim  
 sunt vocati, pauci verō electi. Quia & ad fidem plures veni-  
 unt, & ad caeleste regnum pauci perducuntur. Ecce enim  
 ad hodiernam festiuitatem quam multi convenimus. Eccle-  
 siae parietes implemus, sed tamen quis sciat quam pauci sunt  
 qui in illo electorum dei grege numerantur? Ecce enim vox  
 omnium Christum clamat, sed vita omnium nō clamat. Pler-  
 que deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt. Hinc etiam

Paulus dicit: Qui confitentur se nosse deum, factis autem ne-  
 gant. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc  
 per Psalmistam dominus dicit: Annunciaui & locurus sum,  
 multiplicati sunt super numerum. Vocante enim domino, su-  
 per numerum multiplicantur fideles: quia nonūquam etiam  
 hi ad fidem veniunt, qui ad electorum numerum non perti-  
 gunt. Hic enim fidelibus per confessionem admixti sunt, sed  
 propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium nō  
 merentur. Hoc ostile sanctae Ecclesiae haecdos cum agnis reci-  
 pit, sed attestante Euangelio, cum iudex venerit, bonos a ma-  
 lis separar, sicut pastor segregat oves ab haedis. Neque etenim  
 possunt qui hic carnis suae voluptatibus seruiunt, illic in ouīū  
 grege numerari. Illic eos a sorte humilium iudex, illic separar, qui  
 se hic in superbiae cornibus exaltant. Regnum caelorum  
 percipere nequeunt, qui hic & in caelesti fide positi: toto de-  
 siderio terrena quaerunt. Et multos tales intra Ecclesiam fra-  
 tres charissimi cernitis, sed eos nec imitari, nec despiciere  
 debetis. Quid enim sit hodie aspicimus, sed quid cras futurus  
 sit vnusquisque, nescimus. Plerumque & qui post nos venire  
 cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix cum  
 cras sequimur, quem hodie praere videbamus. Ecce cum Ste-  
 phanus pro fide moretur, Saulus lapidantium vestimenta  
 seruabat. Omnium ergo lapidantium manibus ipse lapidauit, qui  
 ad lapidandum omnes expeditos reddidit, & tamen eundem ip-  
 sum in sancta Ecclesia laboribus antecessit, quē persequendo  
 martyrem fecit. Duo ergo sunt quae sollicitē penitare debe-  
 mus. Quia enim multi vocati, sed pauci electi sunt, primum  
 est vt de se quisque minimē presumat, quia etsi iam ad fidem  
 vocatus est, vtrū perenni regno dignus sit, nescit. Secundum  
 vero est, vt vnusquisque proximum quem fortasse iacere in  
 vitis conspicit, desperare non audeat, quia diuinae misericor-  
 diae diuitias ignorat. Rem fratres quae nuper contigit refero,  
 vt si vos peccatores ex corde esse conspicitis, omnipotentis  
 dei misericordiam amplius ametis. Praesenti anno in mona-  
 sterio meo, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pau-  
 li Ecclesiam situm est, frater quidam ad conuersionem venit,  
 deuotē susceptus est, sed ipse deuotius est conuersatus. Hunc  
 ad monasterium frater suus corpore, non corde secutus est.  
 Nam valde conuersionis vitam & habitum detestans, in  
 monasterio vt hospes habitabat, & monachorum vitam mo-  
 ribus fugiens, recedere a monasterij habitatione nō poterat,  
 quia vel quid ageret, vel vnde viueret, non habebat. Erat eius  
 prauitas cunctis onerosa, sed hunc omnes aequanimiter pro  
 fratris eius amore tolerabant. Nam superbus & lubricus, si  
 qua post hoc seculū sequeretur vita, nesciebat. Irridebat ve-  
 rō si quis illi hanc praedicare voluisset. Itaque cum habitu  
 seculari viuere in monasterio, verbis leuis, nutibus instabi-  
 lis, mente tumidus, veste incompositus, actione dissipatus.  
 Menie autem Julio nuper elapso, huius quam noctis peccilen-  
 tia: clade percussus est, qui ad extremum veniens, vrgeri coe-  
 pit vt animam redderet. Et vltima iam corporis parte praemortua,  
 vitalis virtus in solo pectore & lingua remanserat.  
 Fratres aderant, eiusque exitum, in quantum deo largiente  
 poterat, oratione tuebantur. At ille subito ad deuorandum se  
 draconem venire conspiciens, magnis vocibus cepit cla-  
 mare, dicens: Ecce draconi ad deuorandum datus sum, qui  
 propter vestram praesentiam deuorare me non potest. Quid  
 mihi moram facitis, date locum, vt ei deuorare me liceat.  
 Cumque hunc fratres vt signum sibi crucis imprimeret ad-  
 monerent, respondebat virtute qua poterat, dicens: Volo me  
 signare, sed non possum, quia a dracone premor. Spumae oris  
 eius faciem meam liniunt, guttur meum eius ore suffocatur.  
 Ecce ab eo brachia mea comprimuntur, qui iam & caput meū  
 in suo ore absorbit. Cumque hoc ille palleus & tremēs & mo-  
 riens diceret, ceperunt fratres vehementius orationibus insi-  
 stere, & oppressum draconis praesentia suis precibus adiuua-  
 re. Tūc repente liberatus, magnis cepit vocibus clamare, di-  
 cens: Deo gratias. Ecce discessit, ecce exiit, ante orationes ves-  
 tras fugit draco, qui me acceperat. Mox autem seruaturū se  
 deo, & esse monachum deuotus, atque a tempore illo nunc vs-  
 que febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem sub-  
 tractus est, sed adhuc plenius vitae reuicturus nō est. Quia em  
 longis & diuturnis iniquitatibus pressus est, longo languore  
 fatigatur, & durum cor ignis purgationis durior concremat,  
 quia

Iuuentus  
 quisine fru-  
 ctu praeter-  
 iit: saltem in  
 senectute  
 nitatur be-  
 ne uiuere.

Regnum  
 caelorum an  
 possit dari  
 murmuranti-  
 bus.

D  
 ad Tit. 1.  
 Iacob. 2.  
 Psal. 39.

Mat. 25.

Regnū coe-  
 lorū qui-  
 bus denon-  
 gabitur.  
 \*desperate

Acto. 7.

Exemplum  
 cuiusdam  
 peruersi  
 qui tandem  
 bonus esse  
 claus est.

F

**G** quia diuina dispensatione agitur, ut prolixiora vitia aegritudo prolixior exurat. Quis illum unquam seruari ad conversionem crederet? Quis tantam dei misericordiam considerare sufficiat? Ecce iuuenis prauus draconem vidit in morte, cui seruauit in vita: nec vidit ut vitam funditus perderet, sed ut cui seruauerat sciret, sciendo resisteret, ipsumque resistendo superaret, & eum a quo prius non videns tenebatur, vidit ne postea teneretur. Quae ergo lingua narrare viscera diuinæ misericordiae sufficiat? Quis spiritus tantæ pietatis diuitias non obstupescat? Has diuinæ pietatis diuitias considerauit Psalmista, cum diceret: Aduitor meus tibi psallam, quia tu deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea. Ecce perpendens in quibus laboribus humana sit vita constituta, deum appellauit adiutorem, & quia a tribulatione presenti in requiem æternam nos suscipit, appellat etiam susceptorem. Sed confideraus quod mala nostra aspicit & portat, culpas nostras tolerat, & tamen nos per penitentiam ad præmia referuat: noluit deum misericordem dicere, sed hunc ipsam misericordiam vocauit, dicens: Deus meus misericordia mea. Reuocemus ergo ante oculos mala quæ fecimus. Pensemus ex quanta dei benignitate toleramur, consideremus quæ sunt pietatis eius viscera, ut non solum culpas indulgeat, sed cælestis regnum penitentibus etiam post culpas promittat. Atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omnes: Deus meus misericordia mea, qui uiuis & regnas trinus in unitate, & unus in trinitate, per infinita secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 3.



**A**nno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha: sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est uerbum domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum penitentiae: in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ propheta: Vox clamantis in deserto: parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Et uidebit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exiebant ut baptizarentur ab ipso: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos penitentiae: & ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis: quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

Esai. 40.

I

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Ioannis Baptistæ, Sabbato quatuor temporum ante natalem Christi. Homilia. XX.

\*uerbum

**R**edemptoris nostri præcursor quo tempore prædicationis officium acceperit, memorato Romanæ reipublicæ principe & Iudææ regibus, designatur, cum dicitur: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uerbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Quia enim illum præ-

dicare ueniebat, qui & ex Iudæa quosdam, & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium & principes Iudæorum prædicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidiæ dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam & in Romana republica unus præfuisse describitur, & in Iudææ regno per quartam partem plurimi principabatur. Voce etenim nostri redemptoris dicitur: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Liqueat ergo quod ad finem regni Iudæa peruenerat, quæ tot regibus diuisa subiacebat. Aptè quoque non solum quibus regibus, sed etiam quibus sacerdotibus actum sit, demonstratur, & quia illum Ioannes baptista prædicaret, qui simul rex & sacerdos existeret: Lucas Euangelista prædicationis eius tempora per regnum & sacerdotium designauit. Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum penitentiae, in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia Ioannes non solum baptismum penitentiae prædicauit, uerum etiam quibusdam dedit, sed tamè baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, prædicans baptismum penitentiae, in remissionem peccatorum: quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat, prædicabat, ut sicut incarnatum uerbum patris præcurrerat uerbo prædicationis, ita baptismum penitentiae quo peccata soluuntur, præcurreret suo baptismo, quo peccata solui non possunt, ut quia eius sermo præcurrerat presentiam redemptoris, ipsam quoque eius baptismum præcedendo fieret umbra ueritatis. Sequitur: Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ propheta: Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Idem uero Ioannes Baptista requisitus quis esset, respondit dicens: Ego uox clamantis in deserto. Qui, sicut ante per nos dictum est, ideo uox a propheta uocatus est, quia uerbum præibat. Quid autem clamaret: aperitur, cum subditur: Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam & bona opera prædicat, quid aliud quam uenienti domino ad corda audientium uiam parat? ut hæc uis gratiæ penetret, lumè ueritatis illustret, ut rectas deo semitas faciat, dum mudas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco uallium nomine, nisi humiles? quid montium & collium, nisi superbi homines designantur? In aduentu ergo redemptoris, ualles impletae, montes uero & colles humiliati sunt, quia iuxta eius uocem: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit, mons autem & collis humiliatus decrescit, quia nimirum in fide mediatoris dei & hominum hominis Christi Iesu, & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, & Iudæa per errorem perfidiæ hoc uide tumebat perdidit. Omnis enim uallis implebitur, quia corda humillimum sacræ doctrinæ eloquio uirtutum gratia replebuntur, iuxta hoc quod scriptum est: Qui emittit fontes in conuallibus. Et uide rursum dicitur: Et conualles abundabunt frumento. A moribus namque aqua dilabitur, quia superbas mentes ueritatis doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgunt, quia mentes humillimum uerbum prædicationis accipiunt. Iam uideamus, iam conualles frumento abundare conspiciamus, quia illorum ora pabulo ueritatis impleta sunt, qui mites ac simplices huic mundo despicibiles esse uidebantur. Ipsum quoque Ioannem Baptistam quia misera sanctitate præditum populus uiderat, illum hunc esse singulariter cellum ac solidum montem credebat, de quo scriptum est: In nouissimo dierum erit mons domus domini præparatus in uertice montium. Nam hunc esse Christum putabat, sicut per Euangelium dicitur: Aestimante autem populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne: ne forte ipse esset Christus, quæ & requirebant dicentes: Non quid Christus es tu? Sed nisi idem Ioannes apud se uallis esset, repletus gratiæ spiritu non fuisset. Qui ut hoc quod erat ostenderet, dixit: Venit fortior me post me uisus non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Et rursum ait: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi: hoc autem gaudium meum impletum est. illum oportet crescere, me autem minui. Ecce cum pro mira operatione uirtutum

\* al. sacerdotum.

Luce. 11.

Christus fuit rex & sacerdos.

L

Ioan. 1.

Ioannis baptiste clamor.

Luce. 18.


M Psal. 103. Psal. 64.

Mich. 4.

Mat. 3. Ioan. 1.

Mat. 3.

Ioan. 3.



**A** virtutum talis esset vt Christus esse crederetur, non solum Christum non esse se respondit, sed etiam corrigia calciamenti eius soluere, id est incarnationis eius mysterium perseruari non se dignum esse perhibuit. Eius esse sponsam Ecclesiam credebant, qui hunc Christum esse existimabant. Sed ait: Qui habet sponsam, sponsus est. Ac si diceret: Ego sponsus non sum sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam, sed in voce sponsi se gaudere perhibebat, quia non ideo letabatur in corde, quoniam a populis humiliter audiebatur loquens: sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus, vt loqueretur foris. Quod bene gaudium impletur dicit, quia quisquis de sua voce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo & subditur: Illum oportet crescere, me autem minui. Qua in re querendum est in quo creuit Christus, in quo imminutus est Ioannes, nisi quod populus Ioannis abstinentiam videns, remotum hunc ab hominibus esse conspiciens, eum esse Christum putabat: Christum vero cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuens, eum non Christum, sed esse prophetam credebatur. Sed dum per accessum temporis & Christus qui propheta esse putabatur, Christus est agnitus: & Ioannes qui Christus esse credebatur: propheta esse innotuit: impletum est quod de Christo suus precursor predixit. Illum oportet crescere, me autem minui. In estimatione quippe populi & Christus creuit, quia agnitus est quod erat: & Ioannes decreuit, quia cessauit dici quod non erat. Igitur quoniam & idem Ioannes ideo in sanctitate perdidit, quia in cordis humilitate perdurauit: & multi idcirco ceciderunt, quia apud semetipsos elata cogitatione tumuerunt, dicatur recte: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: quia donum humiles accipiunt, quod a se corda superbientium repellunt. Sequitur: Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Prava directa fiunt, cum malorum corda per inuersionem detorta, ad iustitiae regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutantur, cum inimicitiae atque iracundiae mentes, per infusionem supernae gratiae ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam correptionis vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam praedicator inuenit, vbi prius praeserperitas itineris pergere, id est praedicationis gressum ponere non valebat. Sequitur: Et videbit omnis caro salutare dei. Vbi quia ad hoc ista sententia tendit, quod in extremo examine ab omni carne videbitur, recte subiungitur: Dicebat autem ad turbas quae exhibant vt baptizarentur ab eo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Vtura enim ira est animaduersio vltionum aeternae. Quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta poenitentiae non recurrit. Et notandum quod male soboles malorum parentum actionem imitantes, genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis inuident, eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quod lesiones proximis exquirunt, quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus, quia vltio male consuetudinis inuoluti sumus, dicat quid nobis faciendum sit: vt fugere a ventura ira valeamus. Sequitur: Facite ergo fructus dignos poenitentiae. In quibus verbis notandum est, quod amicus sponsi non solum fructus poenitentiae, sed dignos poenitentiae admonet esse faciendos. Aliud namque est fructum facere, aliud dignum poenitentiae fructum facere. Vt enim secundum dignos poenitentiae fructus loquamur, sciendum est quia quisquis illicita nulla commisit: huic iure conceditur, vt licitis vtatur: sicque pietatis opera faciat, vt tamen si voluerit, ea quae mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse, quod est grauius, in adulterium lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto se memi-

nit & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet, eius qui minus, & eius qui amplius deliquit, aut eius qui nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite dignos fructus poenitentiae, vniuersi cuiusque conscientia conuenitur: vt tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per poenitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Sed Iudaei de generis nobilitate gloriautes, idcirco se agnoscere peccatores nolebant, quia de Abrahama stirpe descendebant. Quibus recte dicitur: Et ne ceperitis dicere, patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Quid enim lapides, nisi corda gentiliu fuerunt, ad intellectum dei omnipotentis insensibilia? sicut etiam quibusdam ex Iudaeis dicitur: Auferam cor lapideum de carne vestra. Nec immerito lapidum nomine gentes significatae sunt, quia lapides coluerunt. Vnde scriptum est: Similes illis sicut qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirum lapidibus filij Abraham suscitati sunt, quia dum dura corda gentiliu in Abraham semine: id est in Christo crediderunt, eius filij facti sunt, cuius semini sunt vniuersi. Vnde & eisdem gentibus per egregium praedcatorem dicitur: Si autem vos Christi, ergo Abraham semen estis. Si igitur nos per fidem Christi, Abraham iam semen existimus, Iudaei propter perfidiam Abraham filij esse desierunt. Quia vero in illo tremendi examinis die, parentes boni malis filiis prodesse non possunt: testatur propheta qui dicit: Noe, Daniel & Iob si fuerint in medio eorum, viuus ego dicam iustus deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Et rursum, quia boni filij nihil malis parentibus prosint, sed ad reatum potius malorum parentum proficiat bonitas filiorum, ipsa per se veritas malorum parentum Iudaeis dicit: Si ego in Beelzebub eiicio demonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi Iudaei vestri erunt. Sequitur: Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Arbor huius mundi est vniuersum genus humanum. Securis vero est redemptor noster, qui velut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate. Quae videlicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia etiam per patientiam expectat, videtur tamen quid factura est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, quia vniuersumque peruersus paratam citius gehennae concremationem inuenit, qui hic fructum boni operis facere contemnit. Et notandum quod securis non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit: Cum enim malorum filij tolluntur, quid aliud quam rami infructuosae arboris abscinduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosae arbor a radice abscissa est, ne iam remaneat, vnde prauae iterum soboles succrescant. In quibus Ioannis Baptistae verbis constat quod audientium corda turbata sunt, cum protinus subinfertur: Et interrogabant eum turbae, dicentes: Quid ergo faciemus? Percussae enim terrore fuerant, quae conuersum quaeerebant. Sequitur: Respondens autem dicebat illis: Quis habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Per hoc quod tunicam plus est necessariae vltio nostro quam pallium, ad fructum dignum poenitentiae pertinet, vt non solum exteriora quaeque & minus necessaria: sed ipsa valde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus, scilicet vel escam quae carnaliter viuimus, vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum: minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiam ea quae sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur praecipuum, quia hoc de vna dici non potuit, quoniam si vna diuidatur, nemo vestitur. In dimidia quippe tunica & nudus remanet qui accipit, & nudus qui dedit. Inter hoc autem sciendum est quantum misericordiae opera valeant, cum ad fructus dignos poenitentiae ipsa praeter ceteris praecipiantur. Hinc etiam per semetipsam veritas dicit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hinc rursus ait: Date & dabitur vobis. Hinc scriptum est: Ignem ardentem dicitur aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Hinc iterum dicitur: Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & haec pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentem filium admonet, dicens:

Christus creuit & Ioannes minuitur est.

Ioan. 3.

Esa. 40.

salutare dei videbit omnis caro qualiter intelligitur.

Viperarum genimina vocatur malorum parentum male soboles.

Fructum facere, & dignum poenitentiae fructum facere, sunt diuersa.

Ezech. 11.

Psal. 113.

Gala. 3.

E

Eze. 14.

Luc. 11.

Redemptor noster dicitur securis.

Arbor non faciens fructum in ignem mittitur.

F

Mat. 22.

Leuit. 19.

Luc. 11.

Luc. 6.

Eccli. 3.

Eccli. 19.

Eccli. 29.



**Tob. 4.** G dicens: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter stude impartiri. Vt autem quanta esset virtus in continentia & susceptione indigentium, redemptor noiter ostenderet, dicit: Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. In quibus verbis notandum est: quia non ait mercedem de propheta, vel mercedem de iusto, sed mercedem prophetae, atque mercedem iusti accipiet. Aliud est enim merces de propheta, aliud merces iusti. Quid est enim dicere, mercedem prophetae accipiet: nisi quia is qui prophetam sua largitate sustentat, quamvis ipse prophetiam non habeat, apud omnipotentem tamen dominum prophetiae premia habebit? Iste enim fortasse iustus est, & quanto in hoc mundo nihil possidet, tanto loquendi pro iustitia fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille sustentat, qui in hoc mundo aliquid possidet, & fortasse adhuc pro iustitia loqui liberè non praesumat, iustitiae illius libertate sibi participem facit, ut cum eo pariter iustitiae premia recipiat, quae sustentando adiuit, quatenus eandem iustitiam liberè loqui potuisset. Ille enim prophetiae spiritu plenus est, sed tamen corporeo eget alimento. Et si corpus non reficitur, certum est quod vox ipsa subtrahatur. Qui ergo alimentum prophetae propter hoc quod propheta est tribuit, prophetiae illius vires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetae recipiet: qui etsi spiritu prophetiae plenus non fuit, hoc tamen ante dei oculos exhibuit, quod adiuit. Hinc est quod de quibusdam peregrinantibus fratribus Caio per Ioannem dicitur: Pro nomine enim Christi profecti sunt, nihil accipientes à gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus veritatis. Qui enim spiritualia dona habentibus, temporalia subsidia tribuit, in ipsis donis spiritualibus cooperatores existit. Nam cum pauci sint, qui spiritualia dona percipiunt, & multi qui rebus temporalibus abundarunt, per hoc se diuites virtutibus pauperum inserunt: quo eisdem sanctis pauperibus de suis diuitiis solatiuntur. Vnde cum per Esaiam vocem derelictae domus gentilitatis, id est sanctae Ecclesiae spiritualium virtutum merita, tanquam deserto arbusta promitteret, vltimum quoque pariter promittit, dicens: Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum: dabo in solitudine cedrum, & spinam: myrtum, & lignum oliuae: ponam in deserto abietem, vltimum & buxum simul, ut videant & sciant & recogitent & intelligant pariter. Desertum quippe dominus in stagna aquarum posuit, & terram inuiam in riuos aquarum, quia gentilitati quae prius per ariditatem mentis, nullos honorum operum fructus ferebat, fluentia sanctae praedicationis dedit: & ipsa ad quam prius pro asperitate suae siccitatis, via praedicatoribus non patebat, doctrinae postmodum riuos emanauit. Cui adhuc ex magno munere promittitur, Dabo in solitudine cedrum & spinam. Cedrum, quia magni odoris est, atque imputribilis naturae, iure accipimus in promissione. De spina vero cum peccanti homini dictum sit: Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi, quid mirum si sanctae Ecclesiae illud promittitur, quod peccanti homini pro poena multiplicatur? Sed cedri signantur nomine, hi qui virtutes & signa exhibent in sua operatione: qui dicere cum Paulo valent: Christi bonus odor sumus deo. Quorum corda ita in aeterno amore solidata sunt, ut eadem iam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signati sunt doctrinae spiritualis viri, qui dum de peccatis ac virtutibus disserunt, & modo aeterna supplicia minantur, modo celestis regni gaudia promittunt, corda audientium pungunt, sicque mentem dolore compunctionis perforant, ut ab eorum oculis quasi quidam sanguis animae, lachrymae decurrant. Myrtus vero temperantiae virtutis est, ita ut dissoluta membra temperando constringat. Qui itaque per myrtum, nisi hi signati sunt, qui afflictionibus proximorum compati sciunt, eorumque tribulationem per compassionem temperant? iuxta hoc quod scriptum est: Gratias autem deo, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt. Qui dum afflictis proximis verbum vel opem consolationis ferunt, eos proculdubio ad statum rectitudinis restringunt, ne immoderata tribulatione in desperationem soluantur. Quos autem per oliuam, nisi miser-

cordes accipimus? Quia & Graece oleos misericordia vocatur, & quasi oliuae liquor, ante omnipotentis dei oculos, misericordiae fructus lucet. Cui adhuc in promissione subiungitur: Ponam in deserto abietem, vltimum & buxum simul. Qui per abietem, quae valde crescendo ad aeris alra sustollitur, nisi hi designati sunt, qui intra sanctam Ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi, iam caelestia contemplantur? Et quantum nascendo de terra exierunt: contemplanando tamen iam iuxta aethera verticem mentis extollunt. Et quid per vltimum nisi secularium mentes expresse sunt? Quae dum terrenis adhuc curis inseruiunt, nullum virtutum spiritualium fructum ferunt? Sed etsi fructum proprium vltimus non habet, portare tamen vitam cum fructu solet, quia & seculares viri intra sanctam Ecclesiam quantum spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamen sanctos viros donis spiritualibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quam vitam cum botris portant? Buxus autem quos alios designat, quae in altum non proficit, & quantum fructum non habeat, viriditatem tamen habet, nisi eos qui intra sanctam Ecclesiam adhuc ex aetatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed tamen parentum fidelium credulitatem sequentes, fidem perpetuae viriditatis tenent? Post quae omnia apte subiungitur. Vt videant & sciant & recogitent & intelligant pariter. Ad hoc enim cedrus in Ecclesia ponitur, ut quisquis à proximo odorem virtutum spiritualium trahit, ipse quoque in terrenae vitae dilectione non torpeat, sed ad bonorum caelestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur, ut qui praedicationis eius verbo compunctus fuerit, ipse quoque exemplo illius discat corda sequentium praedicationis verbo compungere. Ad hoc myrtus ponitur, ut qui in ardore tribulationis ab ore vel opere proximi patientis, temperamentum consolationis acceperit, ipse etiam discat quemadmodum afflictis proximis suae consolationis temperamentum proferat. Ad hoc oliua ponitur, ut qui alienae misericordiae opera cognoscit, discat quemadmodum debeat indigenti proximo & ipse misereri. Ad hoc abies ponitur, ut quisquis vim contemplationis eius agnouerit, ipse quoque ad contemplananda aeterna premia succendatur. Ad hoc vltimus ponitur, ut quisquis intuetur eum qui habere virtutum fructum spiritualium non valet, sed tamen eos qui spiritualibus donis pleni sunt sustentat, ipse quoque sanctorum vitae, quanta valet largitate inferuat, & caelestium bonorum botros quos gignendo non valet, sustinendo ferat. Ad hoc buxus ponitur, ut qui habere multos adhuc in infirmitate positos verae fidei viriditatem considerat, etiam esse ipse infidelis erubescat. Bene ergo descriptis prius arboribus, dicitur: Vt videant & sciant, & recogitent, & intelligant. Vbi & apte subiungitur, pariter, quia cum intra sanctam Ecclesiam diuersi hominum mores, diuersi sunt ordines, necesse est ut omnes simul discant, dum in ea spirituales viri diuersae qualitatis, aetatis, & ordinis ad imitandum simul videtur. Sed ecce nos dum monstrare vltimum quaerimus, per multa arbusta longius euagati sumus. Ad hoc itaque propter quod prophetae testimonium protulimus, reuertamur. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet, quia etsi fructum vltimus non habet, vitam tamen cum fructibus portans, haec ipsa sua efficit, quae bene sustentat aliena. Quia vero ad magna nos opera Ioannes admonet, dicens: Facite fructus dignos poenitentiae. & rursus: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat: ita patenter datur intelligi quid est quod veritas dicit: A diebus Ioannis Baptistae usque nunc regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quae supernae verba sententiae nobis sunt magnopere perscrutanda. Nam quaerendum est, quomodo vim perpetui regnum caelorum possit. Quis enim caelo violentiam irrogat? Et rursus quaerendum est, si pati vim regnum caelorum potest, & violenti rapiunt illud, cur eadem vim a diebus Ioannis Baptistae, & non etiam ante pertulerit? Sed cum lex dicat: Si quis haec vel illa fecerit, morte moriatur, cunctis legentibus liquet, quia peccatores quosque poena suae seueritatis percussit, non autem poenitentiam ad vitam reduxit. Cum vero Ioannes Baptista, redemptoris gratiam praecurrens, poenitentiam praedicat, ut peccator qui ex culpa mortuus est, per conuersionem uiuat, profecto à diebus Ioannis Baptistae regnum caelorum vim patitur. Quid est autem regnum caelorum

**Mat. 10.**  
**Mercedem prophetae & mercedem de propheta recipere differunt.**  
**Corpus si non reficitur, uox ipsa subtrahitur.**  
**Epistola. Ioan. 3.**  
**Esai. 41.**  
**Desertum dominus in stagna aquarum posuit.**  
**Gen. 3.**  
**Cedrus quos signat.**  
**2. Cor. 2.**  
**Praedicatorum posunt spinam dici.**  
**2. Cor. 1.**  
**Oliua mi-**

**K** sericordes denotat. **Esai. 41.** Abies quos representat.  
**Vltimus** quos designat.  
**Buxus** quos designat.  
**\*interne.**  
**L**  
**M**  
**Mat. 10.**  
**Mat. 11.** Regnum caelorum vim patitur.  
**Regnum caelorum**

excitat, & quasi quadam manu sollicitudinis vt euigillet, pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video, led tamen vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio nanque qui dixit: Aperi os tuum: & ego adimplebo illud. Bonum ergo opus nobis in voluntate sit. Nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum ipsa etiam resurrectionis dominicæ tanta solennitas, quia & indignum valde est vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo videlicet die caro resurrexit authoris. Audistis fratres charissimi quod sanctæ mulieres quæ dominum fuerant secutæ, cū aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta, aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est vt auctoris facta sunt, quatenus cogitemus etiam quæ nobis sunt ex eorum imitatione faciendæ. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Illæ autem mulieres angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt: quia videlicet illæ mentes superuos ciues aspiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad dominum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum verò nobis est quidnam sit quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistra, nisi vita præsens, quid verò per dextram, nisi perpetua vita designatur? Vnde in Canticis Canticorum scriptum est: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me,* quia ergo redemptor noster iam præsentis vite corruptione transferat, recte angelus qui nunciare perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatem nostræ gaudia nunciavit. Candor etenim vestis, splendorem nostræ gaudiat nunciavit. Nostræ dicamus, an suæ? Sed vt fateamur verius, & suæ dicamus & nostræ. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, & angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocando ad cœlestia, eorum numerum impleuit. In sua ergo ac nostra festiuitate angelus in albis vestibus apparuit: quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur, cœlestis patriæ damna reparantur. Sed quid aduenientes feminas astatur, audiamus: *Nolite expauescere.* Ac si aperte dicat: *Paveant illi qui non amant aduentum supernorum ciuim.* Pertimescant qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societate pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros conciuies videtis? Vnde & Matthæus angelum apparuisse describens, ait: *Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.* In fulgure etenim terror timoris est, in niue autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens deus & terribilis peccatoribus, & blandus est iustis: recte testis resurrectionis eius angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus demonstratur, vt de ipsa sua specie & terret reprobos, & mulceret pios. Vnde recte quoque populum per deserta gradientem, columna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne enim terror est, in nube autem visionis lenè blandimentum: *dies vero vita iusti: & nox accipitur vita peccatoris.* Vnde & conuersis peccatoribus Paulus dicit: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.* In die ergo per nubem columna monstrata est, & in nocte per ignem: quia omnipotens deus & blandus iustis, & terribilis apparebit iniustis. Istos in iudicio veniens per lenitatem mansuetudinem demulcet: illos vero per iustitiæ distinctionem terret. Sed iam quid angelus subiungat, audiamus. *Iesum quæritis Nazarenum.* Iesum Latino eloquio salutaris, id est, saluator interpretatur. At verò multi tunc Iesus dici poterant: non inter substantialiter, sed nuncupatiue. Ideo & locus subiungitur, vt de quo Iesu dictum sit manifestetur: *Nazarenum.* Et causam protinus subdidit: *Crucifixum.* Atque addidit: *Surrexit: non est hic.* Non est hic dicitur, per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præsentiam maiestatis. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam. Querendum nobis est cur nominatis discipulis, Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauerat: venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Qua in re confiderandum

*D* *Vox plus excitat quam lectio.* *Psal. 80.*  
*Mulieres dominum uiderunt, quæ cum aromatibus uenerunt.* *E Cant. 2.*  
*Resurrectio redemptoris fuit festiuitas Christianorum & angelorum.*  
*Mat. 28.*  
*Exo. 13. Colūna ignis & nubis quare populum Israeliticum præibat.* *Ephe. 5.*  
*Deus est ubique per præsentiam maiestatis.*

*Violenti rapiunt cœlum.*  
*Latro bonus magnam præstat peccatoribus ueniam fiduciam.* *Luc. 23.*  
*Deus quæ doque suos electos latro permittit.* *uiam pietatis.*

*Mar. 16.*




**C** In illo tempore. Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Et valde manè vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis, *Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum.* Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beata Mariæ die sancto Paschæ.

Homilia XXI.

**M** Vltis vobis lectionibus fratres charissimi, per dictatum loqui confueui, sed quia lassescere stomacho, ea quæ dictaueram, legere ipse non possum, & quosdam vestrum minus libenter audiētes intueor: vnde nunc a memetipso exigere contra morem volo, vt inter sacra missarum solennia, lectionem sancti Euangelij non dictando, sed colloquendo edisseram. Sicque excipiat vt loquimur, quia colloquutionis vox corda torpentia plusquam sermo lectionis





**G**randum nobis est, cur omnipotēs deus eum quem cunctę Ec-  
 clesię pręferre disposuerat, ancillę vocem pertimescere, &  
 seipsum negare permisit. Quod nimirum magnę actum esse  
 psetatis dispensatione cognoscimus, ut is qui toturus erat pa-  
 stor Ecclesię: in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri de-  
 buisset. Prius itaque eum ostendit sibi: & tunc pręposuit cę-  
 teris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer  
 aliena infirma toleraret. Bene autem de redēptore nostro di-  
 citur: Pręcedet vos in Galilęam, sibi eum videbitis, sicut  
 dixit vobis. Galilęa nanque transmigratio facta interpre-  
 tatur. Iam quippe redemptor noster a passione ad resurre-  
 ctionem, a morte ad vitam, a pœna ad gloriam, a corruptione  
 ad incorruptionem transmigraverat. Et prius post resurre-  
 ctionem in Galilęa bene a discipulis videtur: quia resurre-  
 ctionis eius gloriam post læti videbimus, si modo a vitilis ad  
 virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepul-  
 chro nunciatur, in transmigratioe ostenditur: quia is qui  
 in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratioe men-  
 tis videtur. Hęc fratres charissimi pro tanta diei solennitate,  
 de lectionis Evangelicę expositione transcurramus, sed  
 libet ut de hac eadem solennitate aliquid subtilius loquamur.  
 Dux etenim vitę erant, quarum vnam novimus, alteram ne-  
 sciebamus. Vna quippe mortalis est, altera immortalis. Vna  
 corruptionis, altera incorruptionis. Vna mortis, altera re-  
 surrectionis. Sed venit mediator dei & hominũ homo Chris-  
 tus Iesus: suscepit vnam, & ostendit alteram. Vnam pertulit  
 moriendo, & ostendit alteram resurgendo. Si ergo nobis  
 mortalem vitam scientibus, resurrectionem promitteret car-  
 nis, & tamen hanc visibiliter non exhiberet: quis eius promissio-  
 nibus crederet? Factus itaque homo apparuit in carne, mo-  
 ri dignatus est ex voluntate: sed resurrexit ex potestate, &  
 ostendit exemplo quod nobis promisit in premio. Sed fortasse  
 aliquis dicat: Iure ille surrexit, qui cum deus esset, teneri a  
 morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram,  
 ad roborandam infirmitatem nostram, suę tantum resurre-  
 ctionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus in illo  
 tempore mortuus est: & tamē solus minimē resurrexit. Nam  
 scriptum est: Multa corpora sanctorum qui dormierant, sur-  
 rexerunt. Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidię. Ne  
 quis enim dicat, sperare de se non debet homo quod in carne  
 sua exhibuit deus homo: ecce cum deo homines resurrexissent  
 cognoscimus, & quos puros homines fuisse non dubitamus.  
 Si ergo membra nostri redemptoris sumus, pręsumamus in  
 nobis, quod gestum constat in capite. Si multum nos abici-  
 mus: sperare in nobis debemus nos membra vltima, quod de  
 membris eius superioribus audimus. Ecce verò ad memo-  
 riam redit quod crucifixo dei filio Iudęi insultantes dice-  
 bant: Si rex Israël est, descendat de cruce: & credimus ei,  
 qui si de cruce tunc descenderet, nimirum insultantibus ce-  
 dens, virtutem nobis patientię non demonstraret. Sed expe-  
 ctavit paululum, toleravit opprobria, irrisiones sustinuit, ser-  
 vavit patientiam, distulit admirationem. Et qui de cruce de-  
 scendere noluit, de sepulchro surrexit. Plus igitur fuit de se-  
 pulchro surgere, quàm de cruce descendere. Plus fuit mor-  
 tem resurgendo destruere, quàm vitam descendendo servare.  
 Sed cum Iudęi hunc ad insultationes suas de cruce descen-  
 dere minimē cernerent, cum morientem viderent: eum se vi-  
 cisse crediderunt, nomen illius se quasi extinxisse gausi sunt.  
 Sed ecce clarificatum de morte nomen eius per mundum ere-  
 uit, ex qua hoc infidelis turba extinxisse se credidit. Et quem  
 gaudebat occisum, dolet mortuum: quia hunc ad suam glo-  
 riam cognoscit pervenisse per pœnam. Quod bene in libro  
 Iudicum Sampson illius facta significant, qui cum Gazam ci-  
 vilitatem Philistinorum fuisset ingressus: Philistinorum ingressum  
 eius protinus cognoscentes, civitatem repente obsidionibus  
 circumdederunt, custodes deputaverunt, & Sampson fortissi-  
 mum se iam comprehendisse gausi sunt. Sed quid Sampson  
 fecit agnovimus. Media nocte portas civitatis abstulit, & mō-  
 tis verticem ascendit. Quem fratres charissimi hoc in facto,  
 quem nisi redemptorem nostrum Sampson ille significat? Quid  
 Gaza civitas, nisi infernum designat? Quid per Philisti-  
 nos, nisi Iudęorum perfidia demonstratur? Qui cum mor-  
 tuum dominum viderent: eiusque corpus in sepulchro iam  
 positum, custodes slico deputaverunt, & eum qui author

Petrus quare permisit  
suis est dominum negare.

Galilęa transmigratio facta interpretatur.

1. Tim. 2. H

Matt. 27.

Ibidem.

I Surgere de sepulchro plus fuit, quàm de cruce descendere.

Iudic. 16

Sampson Christi resurrectionem figuravit. Gazacivitas inferni designat.

vitę claruerat, in inferni claustris retentum, quasi Sampsonem in Gaza se deprehendisse legati sunt. Sampson verò media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit, quia videlicet redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, & montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo celorum regna penetrauit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam fratres charissimi quę & prius demonstrabatur ex signo, & post patuit ex facto, tota mente diligamus, pro eius amore moriamur. Ecce enim in resurrectione authoris nostri ministros eius angelos concives nostros agnovimus. Ad horam ergo civitatem illam frequentem solennitatem festinemus. His, cum necdum visione possumus, desiderio & mente iungamur. Transigremus ad virtutes de vitilis: ut in Galilęa redemptorem nostrum videre mereamur. Adiuvet omnipotens deus ad vitam desiderium nostrum, qui pro nobis in mortem dedit vulcum filium suum dominum nostrum Iesum Christum: qui cum eo vivit & regnat in unitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum, Amen.

Lectione sancti Evangelij secundum Ioannem.



**I**n illo tempore. Vna sabbati Maria Magdalene venit manẽ, cum adhuc tenebrę essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem diligebat Iesus: & dixit eis: Tulerunt dominum de monumento & nescimus vbi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus: & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus pręcucurrit citius Petro: & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita: non tamen introiit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum: & introiit in monumentum. Et vidit linteamina posita: & sudarium quod fuerat super caput eius: non cum linteaminibus positum: sed separatim involutum in vnum locum. Tunc ergo introiit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit: & credidit. Nondum enim sciebant scripturas: quia oportebat eum a mortuis resurgere.


L. Ioan. 20.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Ioannis, quę appellatur Constantiana, sabbato Pasche.

Homilia. XXII.

**F**ractus longa molestia stomachus, dñe me charitati vestrę de lectionis Evangelicę expositione loqui prohibuit. Vox nanque ipsa a clamoris virtute succubuit: & quia a multis audiri non valeo, loqui fateor, inter multos erubescō. Sed hanc in me verecundiam & ipse reprehendo. Quid enim? Nunquid si multis prodesse nequeo, nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum, nunquidnam debeo ad aream vacuus redire? Quavis enim quantos debeo ferre non valeo, certę vel paucos, certę vel duos, certę vel vnum feram. Habet nanque ipsa infirmitatis intentio mercedis suę certitudinem: quia superius arbiter noster et si pondus considerat in retributione, tamen vires pensat in pondere. Lectio sancti Evangelij quam modo fratres audistis, valde in superficie historica est aperta, sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalene cum adhuc tenebrę essent, venit ad monumentum. Iuxta historiam notatur: hora iuxta intellectum verò mysticum requirentis signatur intelligentia, Maria etenim authorem omnium, quem in carne viderat mortuum, querebat in mo-

Vtilitatem etiam paucorum procurare debemus.



**A** In monumento: & quia hunc minime inuenit, furatum credit. Adhuc ergo erant tenebrae, cum venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipulis nunciauit. Sed illi praeter ceteris cucurrerunt, qui praeter ceteris amauerunt: videlicet Petrus & Ioannes. Curtebant autem duo simul: sed Ioannes praecurrit citius Petro. Venit prior ad monumentum, & ingredi non praesumpit. Venit ergo posterior Petrus, & intrauit. Quid fratres, quid cursus significat? Nunquid nam haec tam subtilis Euangelistae descriptio, a mysteriis vacare credenda est? Minime. Neque enim se Ioannes & praesisse & non intrasse diceret: si in ipsa sui trepidatione mysterium defuisse credidisset. Quid ergo per Ioannem nisi synagoga, quid per Petrum nisi Ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur quod per iuniorem synagoga, per seniore[m] vero Ecclesia signari perhibetur: quia etsi ad dei cultum prior est synagoga, quam Ecclesia gentium: ad usum tamen saeculi, prior est multitudo gentium, quam synagoga: Paulo attestante, qui ait: Quia non prius quod spirituale est, sed quod animale. Per seniore[m] ergo Petrum significatur Ecclesia gentium, per iuniorem vero Ioannem synagoga Iudaeorum. Currunt ambo simul, quia ab ortu sui tempore, usque ad occasum, pari & communi via, etsi non pari & communi sensu, gentilitas cum synagoga cucurrit. Venit synagoga prior ad monumentum, sed minime intrauit: quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac passione dominica audiuit, sed credere in mortuum noluit. Vidit enim Ioannes posita linteamina, non tamen intrauit: quia videlicet synagoga & scripturae sacrae sacramenta cognouit: & tamen ad fidem passionis dominicae credendo intrare distulit. Quem diu longe lateque prophetauit, praesentem vidit, & recipere renuit. Hominem esse despicit: deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo est, nisi quia & citius cucurrit, & tamen ante monumentum vacua stetit? Venit autem Simon Petrus sequens eum: & intrauit in monumentum: quia secuta posterior Ecclesia gentium, mediatorum dei & hominum hominem Iesum Christum, & cognouit carne mortuum: & viuentem credidit deum. Vidit linteamina posita: & sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Quid esse fratres credimus: quod sudarium capitis domini cum linteaminibus non inuenitur in monumento: nisi quia Paulus attestante, caput Christi deus, & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostrae cognitione disiuncta sunt, eiusque potentia creaturae transcendit naturam? Et notandum quod non solum separatim, sed & inuolutum inueniri dicitur in vnum locum: Linteam quippe quod inuoluitur, eius nec initium nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium capitis inuolutum inuentum est: quia celsitudo diuinitatis nec cepit esse, nec desinit: nec per initium nascitur, nec termino coangustatur. Bene autem additur: In vnum locum: quia in scissura mentium deus non est. Deus quippe in unitate est, & illi eius habere gratiam merentur, qui se ab inuicem per sectarum scandala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium, laborantium sudor detergi: potest etiam sudarii nomine exprimi labor dei, qui in se quidem semper quietus atque incommutabilis permanet, sed tamen laborare se denunciat, cum duras hominum prauitates portat. Vnde & per prophetam dicit: Laboraui sustinens. Deus autem apparuit in carne, laborauit ex nostra infirmitate. Quem laborem passionis eius dum increduli viderunt, eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem, dignati sunt credere immortalem esse diuinitate. Vnde etiam Hieremias ait: Reddes eis vicem domine, iuxta opera manuum suarum: dabis eis scutum cordis laborem tuum. Ne enim predicationis spicula eorum corda penetrarent, dum passionis eius labore designati sunt: quasi eundem laborem illius pro scuto tenuerunt: ut eo ad se transire eius verba non permitterent, quo eum laborare usque ad mortem viderunt. Quid autem nos nisi nostri capitis id est, dei membra sumus? Per linteamina itaque corporis, laborum ligamenta signantur, quae nunc electos omnes: id est, eius membra costringunt. Sudarium ergo quod super caput eius fuerat, seorsum inuenitur: quia ipsa redemptionis nostri passio longe a nostra passione disiuncta est: quoniam ipse sine culpa pertulit, quod nos cum culpa toleramus.

Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quam nos venimus intrauit. Sequitur: Tunc ergo intrauit & ille discipulus qui venerat prior ad monumentum. Postquam intrauit Petrus, ingressus est & Ioannes. Posterior intrauit: qui prior venerat. Notandum est fratres est quod in fine mundi ad redemptionis fidem etiam Iudaea colligetur, Paulo attestante, qui ait: Donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret. Et vidit, & credidit. Quid fratres, quid aestimandum est credidisse? Nunquid quia dominus resurrexerat, quem quaerebant? Non utique: quia adhuc tenebrae erant ad monumentum, & subiuncta quoque verba contradicunt, cum dicitur: Nondum enim sciebant scripturas, quia oporteret eum a mortuis resurgere. Quid ergo vidit, & quid credidit? Vidit linteamina posita, & credidit quod mulier dixerat, de monumento dominum fuisse sublatum. Qua in re diuinae dispensationis magnitudo pensanda est: quod discipulorum corda & accenduntur ut quaerant, & differuntur ne inueniant, quatenus infirmitas animi ipso suo merore cruciata, & purgator ad inueniendum fiat: & tanto validius teneat cum inuenerit, quanto tardius inuenit quod quaerebat. Haec sub breuitate fratres charissimi de Euangelica lectione transcurramus: nunc restat ut de ipsa tanta solennitatis nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim recte nobilitatem solennitatis dicam: quia solennitates ceteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio, sancta sanctorum, vel Cantica canticorum, pro sui magnitudine dicuntur: ita haec festiuitas recte dici potest solennitas solennitatum. Ex hac quippe solennitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes caelestis patriae aperta: & facta superni regni iam iam praesumptibilis gloria. Per hanc electi, qui quamuis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amena reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua dominus adimpleuit: Si exaltatus fuero, inquit, a terra: omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa. Neque etenim infideles quosque & pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos, ad veniam dominus resurgendo reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actibus recognouit. Vnde recte etiam per Osee dicit: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Id namque quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo etenim quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partem abstulit, & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua o mors. Ac si aperte dicat: Quia in electis meis te funditus perimmo: ero mors tua. Ero morsus tuus inferne, quia sublati es, te ex parte transigo. Quae est ergo ista solennitas, quae inferni claustra destruxit: & ianuas nobis regni caelestis aperuit? Inquiramus subtilius nomen eius. Requiritur egregius praedicator. Videamus quid de eius aestimatione denunciet. Ait enim: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Si ergo pascha Christus: pensandum nobis est quid de pascha, lex loquitur: ut indagemus subtilius an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait: Sument de sanguine agni, ac ponent super vtranque postem, & in superliminariibus domorum in quibus comedent illum: & edent carnes non esse illa alias agni: & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabit: nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Vbi & additur: Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Quae videlicet cuncta magnam nobis aedificationem pariant, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quid namque sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtranque postem ponitur: quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poste sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptionis sui pp sanguinem

Apostolo riu cursus ad monumentum non uacat a mysterio.

1. Cor. 15.

1. Cor. 1.

Hiere. 6.

Thren. 3.

Passio Christi longe distat a nostra.

Notum.

Rom. II.

Paschalis solennitas dicitur solennitas solennitatum.

Ioan. 12.

Osee 13. Christus fuit mors mortis, & morsus inferni.

1. Cor. 5.

Exo. 12. Agni paschalis coestio.

**G** sanguinem accipit: ut imitari passionem illius necdum velit, in vno posse sanguinem posuit, qui etiam in superliminari- bus domorum ponendus est. Quid enim spiritualiter domus, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitatione in- habitamus: Cuius domus superliminare est ipsa intentio, quae praeminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suae ad imitationem dominicae passionis dirigit in superliminari domus, agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostrae, ipsa sunt corpora, in quibus quousque vivimus habitamus. Et in su- perliminari domus agni sanguinem ponimus: quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno sub- ditur: Et edent carnes nocte illa assas igitur. In nocte quippe agnum comedimus, quia in sacramento modo dominicum corpus accipimus: quando adhuc adiuicem nostras consci- entias non videmus. Quae tamen carnes igni assandae sunt: quia nimirum dissolvit ignis carnes quas aquas coxerit, quas vero ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque agni no- stri ignis excoxit, quia cum ipsa vis passionis illius ad resur- rectionem valentior reddidit, atque ad incorruptionem ro- boravit. Qui enim ex morte conualuit, videlicet carnes illi<sup>9</sup> ab igne duruerunt. Vnde etiam per Psalmistam dicit: Exaruit velut testa virtus mea. Quid namque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur, ut solidetur. Virtus ergo humanitatis ei<sup>9</sup> velut testa exaruit: quia ab igne passionis, ad virtutem incorruptionis crevit, sed sola redemptoris nostri per- cepta sacramenta ad veram solennitatem mentis non suffi- ciunt, nisi eis quoque & bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus & sanguinem illius ore percipere, & ei per- ueris moribus contraire? Vnde bene adhuc ad comedendum subditur: Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Panes quip- pe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanae gloriae exercet: qui mandata misericordiae sine admi- xione peccati exhibet: ne peruersum diripiat, quod quasi re- cte dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonae suae actio- ni miscuerant, quibus prophetae voce per increpationem do- minus dicebat: Venite ad Bethel, & impietate agite. Atque post pauca: Et sacrificiate de fermentato laudem. De fermentato namque laudem immolat, qui deo sacrificium de rapina parat. Lactucae vero agrestes valde amarae sunt. Carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edende, ut cum corpus redem- ptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affli- gamus, quatenus ipsa amaritudo poenitentiae abstergat a me- tis stomacho peruersae humorem vite. Vbi & subditur: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua. Ecce iam nos ipsa verba historiae ab intellectu historico repellunt. Num- quid fratres charissimi, Israelitic<sup>9</sup> ille populus in Aegypto constitutus, comedere agnum crudum consueverat: ut ei lex di- cat: Non comedetis ex eo crudum quid? Vbi & additur: Nec coctum aqua. Sed quid aqua, nisi humanam scientiam desi- gnat: iuxta hoc quod per Salomonem sub haereticorum vo- ce dicitur: Aquae furtivae, dulciores sunt. Quid cruda: agni carnes, nisi inconsiderata ac sine reverentia cogitationis relicta illius humanitatem significat? Omne enim quod sub- tiliter cogitamus, quasi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta: quia redemptor noster nec purus homo aestimandus est, neque per humanam sapientiam, qualiter incarnari deus potuit, cogitandus. Omnis enim qui redemptorem nostrum purum hominem credit: quid iste aliud quam agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligentiam noluit? Omnis vero qui in- carnationis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discu- tere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensa- tionis eius mysterium per dissolutam vult scientiam penetra- re. Qui ergo paschalis gaudij solennitate celebrare deside- rat, agnum nec aqua coquat, nec crudum comedat: ut neque per humanam sapientiam, profunditate illius incarnationis penetrare appetat: neque in eum tanquam in hominem purum credat, sed assas igni carnes comedat, ut dispensari omnia per sancti spiritus potentiam sciat. De quo adhuc recte subiungit- tur: Caput cum pedibus & intestinis vorabit. Sicut iam pre- diximus fratres. Paulo attestare didicimus, quod caput Chri- sti deus est: qui redemptor noster est & deus: deus videlicet ante secula: & homo in fine seculorum. Caput ergo agni vo-

rare, est diuinitate illius fide percipere. Pedes vero agni vo- rare, est vestigia humanitatis eius amando & imitando per- quirere. Quid vero sunt intestina, nisi verborum illius occul- ta & mystica mandata? Quae tunc voramus, cum verba vitae cum auditate sumimus. In quo deuotionis verbo quid aliud quam pigritiae nostrae torpor reprehenditur? qui eius verba ac mysteria, & per nosmetipsos non requirimus, & di- cta ab aliis audimus inuiti. Non remanebit ex eo quicquam vsque manere, quia eius dicta magna sunt sollicitudine discutienda, quatenus prius quam dies resurrectionis appareat, in hac praesentis vitae nocte, omnia illius mandata intelligendo & ope- rando penetrentur. Sed quia valde difficile est ut omne sacrum eloquium possit intelligi, & omne eius mysterium penetrari, recte subiungitur: Si quid autem remanserit, igne comburetis. Quod ex agno remanet, igne comburimus: quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere & penetrare non possumus, potestati sancti spiritus humiliter reseruamus: ut non superbe quis audeat vel continere vel denunciare quod non intelligit: sed hoc igni tradit, cum sancto spiritui reser- uat. Quia qualiter edendum sit pascha cognouimus, nunc a qualibus edi debeat, agnoscamus. Sequitur. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis. Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, di- cens: Vre renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vri minime petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam preualuit, de illo voce dominica dicitur: Potestas eius in lumbis eius. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, ut qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, cor- ruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet, carnem a luxuria restringat. Neque enim cognouit quae sit so- lennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corrup- tionem subiacet. Haec quibusdam dura sunt, sed angusta por- ta est quae ducit ad vitam. Et habemus iam multa exempla continentium. Vnde bene adhuc subditur: Calciamenta ha- bebitis in pedibus. Qui sunt etenim pedes nostri, nisi ope- ra? quid vero calciamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calciamenta autem pedes muniunt. Quae vero sunt mortua animalia, ex quorum pellibus nostri muniuntur pedes, nisi anti- qui patres, qui nos ad aeternam patriam praecesserunt? Quo- rum dum exempla cospicimus, nostri operis pedes munim<sup>9</sup>. Calciamenta ergo in pedibus habere, est mortuorum vitam conspiciere, & nostra vestigia a peccati vulnere custodire. Tenentes baculos in manibus. Quid lex per baculum, nisi pa- storalem custodiam designat? Et notandum quod prius praecipi- mur renes accingere, postmodum baculos tenere: quia il- li debent curam pastorem suscipere, qui iam in suo cor- pore sciunt fluxa luxuriae domare: ut cum aliis fortia praedi- cant, ipsi desideris mollibus eneruiter non succumbant. Be- ne autem subditur: Et comedetis festinantes. Notate charis- simi fratres, notate quod dicitur festinantes. Mandata dei, my- steria redemptoris, caelestis patriae gaudia, cum festinatione cognoscite, & praeccepta vitae cum festinatione implere cura- te. Quia enim adhuc hodie licet bene agere, scimus: vtrum cras liceat, ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite, ad est ad solennitatem patriae caelestis anhelate. Nemo in huius vitae itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo mo- ras ad appetenda studia innectat, sed cepta perficiat, ne minimè liceat implere quod inchoat. Si ad amorem dei pi- gri non sumus, adiuuat ipse quem amamus Iesus Christus do- minus noster: qui viuit & regnat cum patre in unitate spiri- tus sancti deus, Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore. Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusa- lem, nomine Emaus: & ipsi loque- bantur adiuicem de omnibus his quae acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quarent, ipse Iesus appropinquas: ibat cum illis.

ambrosius in lucam 24. v. 13. Ipsi fuerunt amarus & elongatus

Domus no-  
stra quid  
spiritualiter  
representant.

Agnum pas-  
chalem com-  
edimus in  
nocte.

Psal. 21.

Panes azy-  
mos quis  
comedere  
dicitur.

Amos. 4.

Prover. 9.

Agnum nec  
aqua co-  
quamus nec  
crudum com-  
edamus.

1. Cor. 11.

Agni inte-  
stina vorare  
quid est?

Eloquium  
omne sacrum  
intelligere  
difficillimum  
est.

Psal. 12.

Iob. 40.

Mat. 7.

Calciamen-  
ta habebitis  
in pedibus, quia  
do agnum  
paschalem  
comedimus.

M  
Celeritas  
seu festi-  
natio com-  
mendatur.

\* al. expe-  
ctanda.

Luc. 24.

**A** illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne etiam agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confer-  
tis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondes  
vni cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus  
es in Hierusalem: & non cognouisti ea quae facta sunt in  
illa his diebus? Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt ei:  
De Iesu Nazareno: qui fuit propheta, potens in opere &  
sermone, coram deo & omni populo. Et quomodo tra-  
diderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in  
damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Nos au-  
tem sperabamus: quia ipse esset redempturus Israel. Et  
nunc super haec omnia tertia dies est hodie, quod haec  
facta sunt. Sed & mulieres quaedam ex nostris terrue-  
runt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum: &  
non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam  
visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et  
abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita  
inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non in-  
uenerunt. Et ipse dixit ad illos: O stulti & tardi corde  
ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae.  
Nonne haec oportuit pati Christum: & ita intrare in glo-  
riam suam? Et incipiens a Moysse & omnibus prophe-  
tis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de  
ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et  
ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes:  
Mane nobiscum domine: quoniam aduersa fecit, & in-  
clinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est  
dum recumberet cum eis: accepit panem & benedixit  
ac fregit, & porrigebat illis: & statim aperti sunt oculi  
eorum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ab oculis  
eorum. Et dixerunt adinuicem: Nonne cor nostrum ar-  
dens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via:  
& aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora  
regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos  
vndecim, & eos qui cum ipsis erant: dicentes quod sur-  
rexit dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narra-  
bant quae gesta erant in via: & quomodo cognouerunt  
eum in fractione panis.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in  
Basilica beati Petri Apostoli: in crastino Paschae.

Homilia. XXIII.

**I**n quotidiana nobis solennitate laborantibus pauca lo-  
quenda sunt: & fortasse haec vtilius proderunt, quia sepe  
& alimenta quae minus sufficiunt, auidius sumuntur. Le-  
ctionis ergo Euangelicae summam sensum statui non per  
singula verba discutere: ne dilectionem vestram valeat ser-  
mo proluxior expositionis onerare. Ecce audistis fratres cha-  
rissimi: quia duobus discipulis ambulantis in via, non qui-  
dem credentibus, sed tamen de se loquentibus dominus ap-  
paruit, sed eis speciem quam recognoscerent, non ostendit.  
Hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis, quod apud  
ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semeti-  
psos intus, & amabant & dubitabant. Eis autem dominus fo-  
ris & praesens aderat: & quis esset, non ostendebat. De se er-  
go loquentibus praesentiam exhibuit, sed de se dubitantibus  
cognitionis suae speciem abscondit. Verba quidem contulit,  
duritiam intellectus increpauit. Sacrae scripturae mysteria  
quae de seipso erant, aperuit: & tamen quia adhuc in eorum  
cordibus peregrinus erat a fide, se ire longius finxit. Finge-  
re namque componere dicimus, vnde & compositores luti, fi-  
gulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicitate  
fecit: sed tale se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos er-  
rat in mente. Probandi autem erant, si hi qui eum etiam necdum  
ut deum diligere, saltim ut peregrinum amare potuissent. Sed  
quia esse extranei a charitate non poterat hi cum quibus ve-  
ritas gradiebatur: eum ad hospitium quasi peregrinum vo-  
cant. Cur autem dicimus vocant, cum illic scriptum sit: Et


coegerunt eum? Ex quo uimur exemplo colligitur, quia  
peregrini ad hospitium non solum inuitati sunt, sed etiam  
trahendi. Mensam igitur ponunt, panes cibosque offerunt, &  
deum quem in scripturae sacrae expositione non cognoue-  
rant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo prae-  
cepta dei, illuminati non sunt: facièdo illuminati sunt, quia scri-  
ptum est: Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed fa-  
ctores legis iustificabuntur. Quisquis ergo vult sed in-  
telligere, festinet ea quae iam audire potuit, opere imple-  
re. Ecce dominus non est cognitus dum loqueretur, & digna-  
tus est cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo fratres  
charissimi diligite, charitatis opera amate. Hinc enim per  
Paulum dicitur: Charitas fraternitatis maneat in vobis, &  
hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt qui-  
dam, angelis hospitio receptis. Hinc Petrus ait: Hospitales  
inuicem sine murmuratione. Hinc ipsa veritas dicit: Hospes  
fui, & suscepisti me. Opinata res est valde, & seniorum no-  
strorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum  
tota domo sua magno hospitalitatis studio seruiebat. Cum-  
que quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet, quo-  
dam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad mensam  
ductus est. Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetu-  
dine aquam vellet in eius manibus fundere: conversus vr-  
ceum accepit: sed repente eum in cuius manibus aquam fun-  
dere voluerat, non inuenit. Cumque hoc factum secum ip-  
se miraretur: eadem nocte ei dominus per visionem dixit:  
Caeteris diebus me in membris meis, hesternum autem die me  
in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniens, dicit: Quod  
vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce ante iudicium  
cum per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per  
semetipsum requirit, & tamen nos ad hospitalitatis gratiam  
pigri sumus. Pensate fratres quanta hospitalitatis virtus sit.  
Ad mensas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi  
ad conuiuium aeterna valeatis. Praebere modo peregrino Chri-  
sto hospitium: ut vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat,  
sed ut proprios recipiat ad regnum: ipso adiuuante qui vi-  
uit & regnat deus in secula.

lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.



**I**n illo tempore. Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad  
mare Tiberiadis. Manifestauit  
autem sic: Erant autem simul  
Simon Petrus, & Thomas qui  
dicitur Didymus: & Nathanael  
qui erat in Chana Galilaeae: & fi-  
lij Zebedaei: & alij ex discipulis  
eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt  
ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt  
in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane au-  
tem iam facta, stetit Iesus in littore: non tamen cogno-  
uerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pue-  
ri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei:  
Non. Et dixit eis: Mittite in dexteram nauigij rete: &  
inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebat illud tra-  
here praeter multitudinem piscium. Dicit ergo discipulus il-  
le quem diligebat Iesus Petro: Dominus est. Simon er-  
go Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succin-  
xit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autem  
discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant a  
terra: sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium.  
Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas posi-  
tas: & piscem superpositum & panem. Dixit eis Iesus:  
Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit  
Simon Petrus: & traxit rete in terram: plenum magnis  
piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti es-  
sent, non est scissum rete. Dixit eis Iesus: Venite,  
prandete. Et nemo audebat discumbentium interro-  
gare eum: tu quis es? scientes quia dominus est. Et  
pp ij venit

Fingere  
quid si-  
gnificat.





DIVI GREGORII PAPAE IN EVANGELIA

**G** venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis: & piscem similitur. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum, in Basilica beati Laurentij: Feria quarta Paschae.  
Homilia. XXIII.

**L**ectio sancti Evangelij quae modo in auribus vestris lecta est, fratres mei, quaestione animum pulsata, sed pulsatione sua vim discretionis indicat. Queri etenim potest, cur Petrus qui piscator ante conversionem fuit, post conversionem ad piscationem rediit. Et cum veritas dicat: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno dei, cur repetiit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur, cito videtur: quia nimirum negocium quod ante conversionem sine peccato exitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Nam piscatore Petrum, Matthaeum vero telonearium scimus. Et post conversionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthaeus vero ad telonei negocium non resedit; quia aliud est victum per piscationem quaerere, aliud autem telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia quae sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicat, ad haec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Quare etiam potest, cur discipulis in mari laborantibus, post resurrectionem suam dominus in littore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulavit. Cuius rei ratio festine cognoscitur, si ipsa quae tunc incrat causa perscrutetur. Quid enim mare nisi praesens seculum signat, quod se casuum tumultibus, & vadis vitae corruptibilis illidit? Quid per soliditatem littoris, nisi illa perpetuitas quietis aeternae figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis vitae incrant, in mari laborabant. Quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis exceperat, post resurrectionem suam in littore stabat. Ac si ipsum resurrectionis suae mysterium rebus discipulis loqueretur, dicens: iam vobis in mari non appareo: quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: Haec sunt verba quae locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum. Neque enim cum ipsis non erat, quibus praesens corporaliter apparebat, sed tamen iam se esse cum ipsis denegat: a quorum mortali corpore, carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus, factetur non se esse cum ipsis: hoc quoque hic situ corporis indicat: cum adhuc eis navigantibus, esse se iam in littore demonstrat. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dixit. Mittite in dexteram navigij rete, & inuenietis. Bis in sancto Evangelio legitur quia dominus iussit ut ad piscandum retia mitterentur: ante passionem videlicet, & post resurrectionem. Sed prius quam redemptor noster pateretur & resurgeret: mitti quidem rete ad piscandum iubet, sed utrum in dexteram an in sinistram mitti debuisset, non iubet. Post resurrectionem vero discipulis apparatus, mitti rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt, ut retia ruperentur. In ista autem & multi capti sunt, & retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextera, & malos sinistram figurari? Illa ergo piscatio in qua specialiter in qua partem mitti rete debeat non iubetur, praesentem Ecclesiam designat, quae bonos simul ac malos colligit: nec eligit quos trahat, quia & quos eligere possit, ignorat. Haec autem piscatio post domini resurrectionem facta, in sola dextera missa est: quia ad videndam claritatis eius gloriam, sola electorum Ecclesia pertingit, quae de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione praeter multitudinem piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobis tanti intrant, qui ipsam quoque Ecclesiam haeresibus incendant. In ista vero piscatione & multi pisces & magni capiuntur, & rete non rumpitur, quia sancta electorum Ecclesia in continua authoris sui pace requiescens, nullis iam dissentionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus, ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram. Iam credo quod vestra charitas advertat: quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa. Ipsi specialiter dicitur: Simon Ioannis amas me, parce oves meas. Quod et

Luc. 9.

Petrus quare post conversionem suam ad piscationem rediit, Matthaeus autem ad officium suum non est reuersus.

Mat. 13.

\*causarum

H

Luc. 24.

Piscari seu ad piscandum retia mitti, bis dominus legitur iussisse.

I

Ioan. 21.

go postmodum aperitur in voce, hoc nunc signatur in opere. Quia ergo praedicator Ecclesiae nos a mundi huius fluctibus separat, nimirum necesse est ut rete plenum piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit: quia sancta praedicationis voce stabilitatem aeternae patriae fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Quotiens per eum ad amorem quietis aeternae convertimur: quotiens a terrenarum rerum tumultibus separamur, quid aliud quam missi intra rete fidei, ut pisces, ad littus trahimur? Sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur, additur & quantitas, scilicet centum quinquaginta tribus. A magno mysterio numerus non vacat, sed intentos vos tanti mysterii profunditas expectat. Neque enim quantitati summam solenter euangelista exprimeret, nisi hanc sacramento plenam esse iudicasset. Scitis namque quod in veteri testamento omnis operatio per decalogi mandata praecipitur: in nouo autem eiusdem operationis virtus per septiformem gratiam sancti spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quem propheta denunciatus dicit. Spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritu timoris domini. Sed ille in hoc spiritu operationem percipit, qui fidem trinitatis agnoscit, ut & patrem & filium & eundem spiritum sanctum vnius virtutis credat, vnius substantiae esse fateatur. Quia ergo septem quae superius diximus, per nouum testamentum latius data sunt, decem vero per vetus praecipua, omnis nostra virtus & operatio per decem & septem potest plene comprehendi. Ducamus ergo per trigonum decem & septem, & veniunt ad quinquaginta unum. Qui profecto numerus a magno mysterio non vacat, quia in testamento veteri legimus, quod annus quinquagesimus iubilaeus vocari iussus est. In quo videlicet cunctus populus ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies in unitate est. Diuidi quippe vnum non potest. Vbi enim scissura diuisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta & vnum, & sunt centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis nostra operatio in fide trinitatis exhibita, ad requiem tendit, decem & septem ter ducimus ut ad quinquaginta & vnum venire debeamus. Et quia vera nostra requies tunc est, cum ipsam iam claritatem trinitatis agnoscimus, quam in unitate diuinitatis esse certum tenemus: quinquaginta & vnum ter ducimus, & electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem ergo domini missum rete dignum fuit ut tot pisces caperet, quot solummodo electos cines supernae patriae designarent. Inter haec vero, ut hesternum sancti Evangelij lectio, & hodie nos admonet, ut vigilanter debeamus inspicere, cur dominus & redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim vacat a mysterio, quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem & assum piscem: in illa vero quae hesternum die lecta est, cum asse pisce etiam fauum mellis comedit. Quid autem figurare piscem assum credimus, nisi ipsum mediatorum dei & hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis nostrae, & quasi tribulatione affatus est tempore passionis suae. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione, fauum mellis nobis extitit in resurrectione. Nam qui in pisce asse figurari voluit tribulationem passionis suae, in fauo mellis vtriusque naturam exprimi voluit personae suae. Fauus quippe mel in cera est. Mel vero in cera est diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discrepat: nam piscem comedit & panem. Qui enim assari ut piscis potuit ex humanitate, pane nos reficit ex diuinitate, qui ait: Ego sum panis viuus qui de caelo descendi. Assum ergo piscem comedit & panem: ut ipso suo cibo nobis ostenderet, quia & passionem ex nostra humanitate pertulit, & resurrectionem nostram ex sua diuinitate procurauit. Quod si vigilanter inspicimus, nobis quoque qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim sua facta redemptor indicat, ut imitationis viam nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo dominus noster pisci asse coniungere fauum voluit, quia videlicet illos in suo corpore ad aeternam quietem suscipit, qui cum hic tribulationes pro domino sentiunt, ab amore interne dulcedinis non

Rete Petri plenum fuit ceteris piscibus, quare hoc?

Esai. 11.

I

Leui. 25.

Ioan. 21.

M  
Luc. 24.

Ioan. 6.

Pisces asse quare dominus fauum coniunxit.

Universitas de Deuss  
Coniuiuū  
domini ul-  
timū fuit  
cum septē  
discipulis.

**A** nō recedunt. Cū alio pisce fauus sumitur, quia qui hic affli-  
ctionē pro veritate suscipiunt, illic dulcedine vera satiatur.  
Notandū quoq; quod vltimum coniuuiū dominus cū septem  
discipulis habuisse describitur. Petrus nāq; & Thomas, Na-  
thanael, filij Zebedei, & alij ex discipulis eius duo, in eo fuis-  
se memoratur. Cur cum septē discipulis vltimū coniuuiū ce-  
lebratū quod eos tātūmodo qui septiformi gratia sancti  
spiritus pleni sunt, futuros secū in aeterna refectione denun-  
ciat? Septem quoq; diebus omne hoc tempus euoluitur, & sē-  
pe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo  
coniuuiū de præsentiā veritatis epulantur, qui nūc perfec-  
tionis studio terrena transcendunt, quos mundi huius amo-  
r nō ligat, quibus etsi vteunq; per tentamenta obstreperit,  
coepta tamen eorū desideria nō retūdit. De hoc extremo cō-  
uiuio aliās per Ioannem dicitur: Beati qui ad coenā nuptiarū  
agni vocati sunt. Idcirco enim nō ad prandiū, sed ad cœ-  
nam vocatos narrat, quia nimirū in fine diei coniuuium cœ-  
na est. Qui ergo finito præsentiā vitæ tēpore, ad refectionē  
supernæ contemplationis veniunt, non ad agni prandium, sed  
ad coenā vocantur. Quæ videlicet cœna hoc vltimo cōiuuiū  
exprimitur, cui septem discipuli adesse memorantur, quia il-  
los vt diximus, tunc interna refectione reparat, qui pleni nunc  
septiformi gratia in amore spiritus anhelant. Hæc ergo vo-  
biscū fratres agite, huius spiritus repleri præsentiā deside-  
rate. Quid vos sequi in futurū possit, ex præsenti perpendi-  
te. Penſate si hoc spiritu pleni estis, & noſtis si ad illud coniuuium  
peruenire valeatis. Quisquis nāque ille est quē nunc  
spiritus iste non reparat, profectō ab illa aeterni coniuuij re-  
fectione ieiunat. Mementote quid de eodem spiritu Paulus  
dicat: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Apo. 19.

Roma. 8.

Spiritus  
Christi in  
quibus non  
est.

Roma. 8.

Psal. 138.

**B** Quasi quidam titulus diuinæ possessionis est iste spiritus amo-  
ris. Nūquid nā spiritū Christi habet is cuius mentē odia  
dissipant, elatio inflat, ira vsq; ad diuisionē mentis exasperat,  
auaricia cruciat, luxuria eneruat? Penſate quis sit spiri-  
tus Christi. Profectō ille qui facit amicos & inimicos dili-  
gi, terrena despici, pro cœlestibus aſtuari, carnem propter  
vicia conteri, mentē à concupiscentiis frenari. Si ergo vultis  
vos cognoscere possessiones dei, personam perpendite pos-  
sessoris vestri. Ecce enim quod diximus, voce veridica Paulus  
clamat: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est  
eius. Ac si aperte dicat: Qui nunc deo inhabitante non regi-  
tur, de diuinæ claritatis specie postmodum non lætatur. Sed  
nos tamen qui ad hæc quæ dicta sunt infirmamur, necdum  
culmen perfectionis attingimus, in via dei quotidie sancti  
desiderij gressus ponamus. Consolatur nos veritas, quæ per  
Pſalmistā dicit: Imperfectū meum viderunt oculi tui, & in li-  
bro tuo omnes scribentur. Non omnino erit nobis noxia no-  
stra imperfectio, si in dei itinere cōstituti, & ad transacta nō  
respicimus, & ad ea quæ restant trāsire festinamus. Nam qui  
imperfectorum desideria dignanter inflammat: hæc quan-  
doque ad perfectionem roborat. Per dominum nostrum Ie-  
sum Christum, qui cum eo viuūt & regnat in vnitāte spiri-  
tus sancti deus, Per omnia secula seculorum, Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Ioannem.

Ioan. 20.



**M** illo tempore. Maria stabat ad mo-  
numētum foris plorās. Dum ergo fle-  
ret, inclinavit se: & prospexit in monu-  
mentū. Et vidit duos angelos in albis  
sedentes: vnū ad caput, & vnum ad pe-  
des, vbi positum fuerat corpus Iesu. Di-  
cunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt  
dominum meū, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum  
dixisset, cōuersa est retrorsum: & vidit Iesum stantem: &  
nesciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier quid plo-  
ras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset,  
dicit ei: Domine, si sustulisti eū, dicito mihi vbi posuisti  
eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa  
illa, dixit ei: Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Ie-  
sus: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem  
meū. Vade autē ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad  
patrem meū & patrem vestrum: deum meum, & deum

vestrum. Venit ergo Maria Magdalene annuncians di-  
scipulis, quia vidi dominum: & hæc dixit mihi:

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in  
Basilica sancti Ioannis, quæ appellatur Constantiniana:  
Feria quinta Paschæ. Homilia. XXV.

**M**aria Magdalene quæ fuerat in ciuitate peccatrix,  
amando veritatem, lauit lachrymis maculas crimi-  
nis. Et vox veritatis impletur, qua dicitur: Dimissa  
sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. Quæ enim prius  
frigida peccādo remanserat, postmodū amando fortiter ar-  
debat. Nam postq̄ venit ad monumentū, ibiq; corpus domi-  
nicum non inuenit: sublatum credidit, atq; discipulis nuncia-  
uit. Qui venientes viderūt, atq; ita esse vt mulier dixerat, cre-  
diderunt. Et de eis protinus scriptum est: Abierunt ergo di-  
scipuli ad semetipsos. Ac deinde subiungitur: Maria autē  
stabat ad monumentū foris, plorans. Quæ in re penſandum  
est, huius mulieris mentē quanta vis amoris accenderat, quæ  
à monumento domini etiā discipulis recedentibus non rece-  
debat. Exquirebat quem non inuenerat, sebat inquirendo, &  
amoris sui igne succensa, eius quæ ablatū credidit, ardebat  
desiderio. Vnde contigit vt eū sola tunc videret, quæ reman-  
serat vt quæreret: quia nimirū virtus boni operis, perseverā-  
tia est. Et voce veritatis dicitur: Qui autē perseverauerit vs-  
que in finē, hic saluus erit. Et præcepto legis cauda hostiæ in  
sacrificio iubetur offerri. In cauda quippe finis est corpo-  
ris: & ille bene immolat, qui sacrificiū boni operis vsq; ad fi-  
nem debite perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fra-  
tres talarē tunicā habuisse describitur. Tunica quippe vsq;  
ad talum, est opus bonum vsq; ad consummationē. Maria er-  
go cum fleret, inclinavit se: & prospexit in monumentū. Cer-  
tē iam monumentū vacuum viderat, iā sublatum dominum  
nunciauerat. Quid est quod se iterum inclinat, iterū videre  
desiderat? Sed amāti semel aspexisse nō sufficit, quia vis amo-  
ris intentionē multiplicat inquisitionis. Quæsiuit ergo prius,  
& minime inuenit: perseveravit vt quæreret, vnde & contig-  
it vt inueniret. Actūq; est vt desideria dilata crescerent, &  
crescentia caperent quod inuenissent. Hinc est enim quod de  
eodē sponsa Ecclesia in Canticis Canticorū dicit: In lectulo  
meo per noctes quæsiui quē diligit anima mea: quæsiui illū,  
& nō inueni. Surgā, & circuibo ciuitatē, per vicos & plateas,  
quæram quē diligit anima mea. Quæ defectū quoq; inuēti-  
onis ingeminar, dicens: Quæsiui illū, & nō inueni. Sed quia diu-  
inuentio se nō elongat, si inquisitio nō desistat, adiungit: In-  
uenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatē. Num quæ dili-  
git anima mea vidistis? Paululū cum pertrāsisset eos, inueni  
quem diligit anima mea. Dilectum nanque in lectulo quæri-  
mus, quādo in præsentiā vitæ aliquantula requie redeptoris  
nostri desiderio suspiramus. Per noctē quærimus: quia etsi  
iam in illo mens vigilat, tamē adhuc oculus caligat. Sed qui  
dilectū suum nō inuenit: restat vt surgat, ciuitate circueat, id  
est, sanctā electorum Ecclesiā mente & inquisitione percur-  
rat: per vicos eum & plateas quærat, id est per angustia & la-  
ta gradiētes aspiciat vt si qua inuenire in eis valeat, eius ve-  
stigia exquirat, quia sunt nonnulli etiā vitæ secularis: qui imi-  
randū aliquid habeāt de actione virtutis. Quærentes autem  
nos vigiles inueniunt qui custodiunt ciuitatē, quia sancti pa-  
tres qui Ecclesiæ statū custodiunt, bonis nostris studiis oc-  
currunt, vt suo vel verbo vel scripto nos doceant. Quos cum  
paululum pertransimus, inuenimus quē diligimus, quia re-  
demptor noster etsi humilitate homo inter homines, diuini-  
tate tamen super homines fuit. Cū ergo transeuntur vige-  
les, dilectus inuenitur: quia cū prophetas & Apostolos in-  
fra ipsum esse conspiciamus, illum qui natura deus est, esse su-  
pra homines consideramus. Prius ergo nō inueniendus quæ-  
ritur, vt post inuentus strictius teneatur. Sancta enim deside-  
ria, vt prædiximus, dilatione crescunt. Si autem dilatione  
deficiunt, desideria non fuerunt. Hoc amore arsit, quisquis  
ad veritatem pertingere potuit. Hinc nanque David ait: Si-  
tiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & appare-  
bo ante faciem dei? Hinc nos admonet, dicens: Quærite fa-  
ciem eius semper. Hinc propheta ait: Anima mea desidera-  
uit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de-

Luc. 7.

Ioan. 6.

Magdale-  
nā maxi-  
ma vis am-  
oris accen-  
dit.

Mat. 10.  
C 24.  
Leui. 3.  
Exod. 20.  
Gen. 37.

Amor mul-  
tiplicat in-  
quisitionē.

Cant. 3.

Ibidem.

Dilectum  
quādo dim-  
camur in la-  
ctulo quæ-  
rere.

Patres san-  
cti Eccle-  
siæ statum  
custodiunt.

Psal. 41.

Psal. 104.  
Esa. 26.



**G** mane vigilabo ad te. Hinc iterum Ecclesia in Canticis Cantorum dicit: Vulnerata charitate ego sum. Iustum quippe est, ut ex visione medici pertingat ad salutem, quae per aetum eius desiderii vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Mens namque hominis, conditoris sui speciem non quaerentis, male dura est: quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere iam ex desiderio coeperit ad sequendum quem diligit: liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia, vilescunt in seculo cuncta quae placebant: nihil est quod extra conditorem libeat, & quae prius delectabant animum, fiunt postmodum vehementer onerosa. Nihil eius moestitiam consolatur, quousque adhuc qui desideratur non aspicitur. Meret mens, lux ipsa fastidio est. Taliq; igne in mente decoquitur rubigo culpa: & succensus animus quasi auri more: quia per usum speciem perdidit, per incendiū clarescit. Ista itaq; quae sic amat: quae se ad monumentum quod perspexerat, iterū inclinatur: ut deamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: Vidit duos angelos in albis sedentes, unū ad caput, & unum ad pedes, ubi positū fuerat corpus Iesu.) Quid est quod in loco dominici corporis duo angeli videntur, unus ad caput, atq; alius ad pedes sedēs, nisi quia Latina lingua angelus nunciū dicitur: & ille ex passione sua nunciandus erat, qui & deus est ante secula, & homo in fine seculorum? Quasi ad caput sedet angelus, cum per Apostolū Ioannem praedicatur: quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Et quasi ad pedes sedet angelus, cum dicit: Verbum caro factum est: & habitavit in nobis. Possimus etiam per duos angelos duo testamenta cognoscere: unum prius, & aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibi sunt coniuncti: quia nimirum utraque testamenta dum pari sensu incarnatum & mortuum, ac resurrexisset dominum denūciant, quasi testamentum prius ad caput, & testamentum posterius ad pedes sedet. Unde & duo cherubin quae propiciatorium tegit sese inuicem aspiciunt versis vultibus in propiciatorium. Cherubin quippe plenitudo scientiae dicitur: Et quid per duo cherubin, nisi utraque testamenta signantur? Quid verò per propiciatorium, nisi incarnatus dominus figuratur? De quo Ioannes ait: Ipse est enim propiciatio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc faciendum denūciat, quod testamentum novum de domino factum clamat, quasi utraq; cherubin se inuicem aspiciunt, dum vultus in propiciatorium vertunt, quia dum inter se positum incarnatum dominum vident, a suo aspectu non discrepant, quae dispensationis eius mysterium concorditer narrant. Requiritur Mariam angeli, dicentes: Mulier quid ploras? Et dicit eis: Quia tulerunt dominum meū, & nescio ubi posuerunt eum. Ipsa namque sacra eloquia quae in nobis lachrymas amoris excitant, eandē lachrymas consolantur, dum nobis redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum iuxta historiam est, quod mulier non ait: Tulerunt corpus domini mei: sed tulerunt dominum meum. Vfus namque sacri eloquii est: ut aliquando ex parte totū, aliquando verò ex toto partem significet. Ex parte etenim totū signat: sicut de Iacob filius scriptum est: quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta. Neque enim in Aegyptum animae sine corporibus descenderunt, sed per solam animam totus homo significatur, quia ex parte totum exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento iacuerat, & Maria non corpus domini, sed subiatum dominum quaerebat, videlicet ex toto significans partem.

**H** Haec cum dixisset, conuersa retrorsum vidit Iesum stantem: & nesciebat quia Iesus esset. Notandum quod Maria quae adhuc de domini resurrectione dubitabat, retrorsum conuersa est ut videret Iesum: quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in domini faciem miserat, quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat & dubitabat: videbat, & non agnoscebat, eūq; illi & amor ostendebat, & dubietas abscondebatur. Cuius adhuc ignorantia exprimitur, cum infertur: Et nesciebat quia Iesus esset. Qui dixit ei: Mulier, quid ploras? Quem quaeris? Interrogatur doloris causa, ut augeatur desiderium, quatenus cum nominaret quem quaereret, in amore eius ardentius aestuaret. Illa

existimans quia hortulanus esset, dixit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Forſitan nec errando haec mulier errauit, quae Iesum hortulanum credidit. An non ei ſpiritualiter hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris ſui ſemina, virtutum virentia plantabat? Sed quid eſt quod viſo eo quem hortulanum credidit, cui necdū dixerat quem quaerebat, ait: Domine, ſi tu ſuſtulisti eum? Quasi enim iam dixiſſet, ex cuius deſiderio plangeret, eum dixit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere ſollet in animo, ut quem ipſe ſemper cogitat, nullū alium ignorare credat. Recte & haec mulier quae quaerit, non dicit: & tamen dicit. Si tu ſuſtulisti eum: quia alteri non putat incognitum, quem ſic ipſa continuo plangit deſiderio. Dicit ei Ieſus: Maria. Poſtquam eam communi vocabulo appellauit ex ſexu, & agnitus nō eſt, vocat eam ex nomine. Ac ſi aperte dicit: Reſpondeſce eum a quo reſpondeſceris. Perſecto quoque viro dicitur: Noui te ex nomine: quia homo cōmune omnium noſtrum vocabulum eſt, Moyses verò proprium, cui recte dicitur: quia ex nomine ſcitur. Ac ſi ei aperte dominus dicit: Nō te generaliter ut ceteros, ſed ſpecialiter ſcicio. Maria ergo quia vocatur ex nomine, reſpondeſcit authorē: atq; eum proſtinuū rabboni, id eſt, magiſtrum vocat, quia & ipſe erat qui quaerebat exterioris, & ipſe qui eā interioris ut quaereret, docebat. Iam verò ab Euangelista non ſubditur quid mulier ſcit, ſed ex eo innuitur quod audivit. Cui dicitur: Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. In his namque verbis oſtēditur quod Maria amplecti voluit eius veſtigia, quae reſpondeſcit. Sed ei magiſter dicit: Noli me tangere. Non quia poſt reſurrectionem dominus tactum renuit ſeminariū, cum de duabus ad ſepulchrū eius venientibus ſcriptum ſit: Acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius. Sed cur tangi non debeat, ratio quoque additur, cum ſubinfertur. Nōdum enim aſcendi ad patrem meum. In corde etenim noſtro tunc Ieſus ad patrem aſcendit, cum aequalis creditur patri. Nam quiſquis eum aequalem patri non credit, adhuc in eius pectore ad patrem dominus non aſcendit. Ille ergo Ieſum veraciter tangit, qui patri filium coaeternum credit. In corde etenim Pauli iam ad patrem Ieſus aſcenderat, cum idem Paulus dicebat: Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe aequalem deo. Unde Ioannes quoque redemptorem noſtrum manu fidei tetigit, qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum: omnia per ipſum facta ſunt. Tangit ergo dominum, qui eum patri aeternitate ſubſtantiae aequalem credit. Sed fortaſſe aliquis tacita quaerſtione pulſatur, quomodo filius patri eſſe aequalis poſſit. Quia in re humana natura quod admirando comprehendere non valet, reſtat ut hoc ſibi eſſe credibile ex admiratiōe alia ſciat. Habet namque quod ad haec ſibi ſub breuitate reſpondeat. Conſtat enim quia ipſe creauit matrem, in cuius virgineo utero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum ſi aequalis eſt patri, qui prior eſt matre? Paulo quoque atteſtante didicimus Chriſtum dei virtutem, & dei ſapientiam. Qui ergo filium minorem putat, patri ſpecialiter derogat, cuius ſapientiam eſſe ei inaequalem fatetur. Quis etenim homo potens aequanimiter ferret, ſi quis ei diceret: Magnus quidem es, ſed tamen ſapientia tua te minor eſt? Ipſe quoque dominus dicit: Ego & pater vnus ſum. Et rursus ait: Pater maior me eſt. De quo etiam ſcriptum eſt, quia ſubditus erat parentibus ſuis. Quid ergo mirum ſi ex humanitate ſua minorem ſe patre aſſerit in caelo, ex qua ſubiectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Mariae dicitur: Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum: deum meum, & deum veſtrum. Cum meum dicat & veſtrum, cur non communiter dicit noſtrum? Sed diſtincte loquens indicat, quia eundem patrem & deum diſſimiliter habeat ipſe quam nos. Aſcendo ad patrem meum, videlicet per naturam: & patrem veſtrum, per gratiam. Ad deum meum, quia deſcendi: ad deum veſtrum, quia aſcenditis. Quia enim & ego homo, deus mihi eſt. Quia vos ab errore liberati, deus eſt vobis. Diſtincte ergo mihi pater & deus eſt, quia quae ante ſecula deum genuit, hominē in fine ſeculorum me mecum creauit. Venit Maria Magdalena annūcians diſcipulis,

Can. 4.

Can. 5.

Angelus dicitur nuncius.

Ioan. 1.

Ibidem.

Exo. 25. Cherubin plenitudo scientiae dicitur.

1. Ioan. 2.

Scriptura sacra alia quando ex parte totū, aliquando ex toto partē significat. Gen. 46.

K Magdalena putat Christum hortulanum, non errabat.

Exo. 33.

Rabboni interpretatur magister.

Mat. 28.

ad Phi. 2.

Ioan. 1.


M Redemptor creauit matrem in qua crearetur.

1. Cor. 1.

Ioan. 10.

14.

Luc. 2.



A discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi.) Ecce hu-

Mulier in paradiso mulier viro propinauit mortem, a sepulchro mu-

liet vixit annuat vitam. Et dicta sui viuificatoris narrat, quæ mortiferi serpentis verba narrauerat. Ac si humano ge-

neri non verba dominus, sed rebus dicat. De qua manu vobis potus mortis, de ipsa iuscipite poculum vitæ. Hæc de expositione lectionis Euangelicæ iucincte trāscurrimus:

nunc opitulante eodem de quo loquimur domino, & resur-

rectionis eius gloriam, & pietatis eius viscera consideremus. Citius enim a morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in

infidelitatis morte remaneret. Vnde bene quoque per Psal-

mistam dicitur: De torrente in via bibet, propterea exalta-

bit caput. In humano quippe genere, ab ipso mudi initio tor-

Psal. 109.

Dominus de torrente in via bibit.

Iob. 40. cæcus.

Leuiathan hamo cepit pater omnipotens.

Reuertimur quotidie ad vitam post culpam.

Iob. 40. Armilla qd signat.

Mat. 26. 1. Reg. 2.

Redemptori multa debemus.

Lucæ. 7.

terigit.

Misericordia conditoris nostri estimēsa.

E

Mat. 26.

Homines uari uari inuoluntur uitis.

1. Petr. 2.

10. ds. 20.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.



In illo tempore. Cum esset sero die illa vna sabbatorum: & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum ludæorum: venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gausi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos: Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum: & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus iannis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc: & vide manus meas: & affer ma-

pp lllj num



num tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus: & deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum: quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est filius dei: & ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica beati Ioannis quae dicitur Constantiniana: in octavis pascha.

Homilia. XXVI.

*Fides non habet meritum cui humana ratio praebet experimentum. Sed haec ipsa nostri redemptoris opera, quae ex semetipsis comprehendere nequaquam possunt: ex alia eius operatione pensanda sunt: ut rebus mirabilibus fidem praebent facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis: quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exiit vtero virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in aeternum iam videtur intrauit: qui moriturus veniens, non aperto vtero virginis exiit? Sed quia ad illud corpus quod videri poterat, fides intuitum dubitabat: ostendit eis protinus manus & latus: palpandam carnem praebuit, quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira, & iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit: dum post resurrectionem suam corpus suum incorruptibile, & tamen palpabile demonstravit. Nam & corruptibile necesse est quod palpatur: & palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inestimabili, redemptor noster & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit: ut monstrando incorruptibile, inuiteret ad praemium: & praebendo palpabile, formaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo & palpabilem demonstravit: ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum & eiusdem naturae, & alterius gloriae. Dixit eis: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos: id est, sicut misit me pater deus deum: & ego mitto vos homo homines. Pater filium misit: qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit: sed tamen amavit filium quem ad passionem misit. Electos vero Apostolos dominus non ad mundi gaudia: sed, sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo & filius amatur a patre: & tamen ad passionem mittitur: ita & discipuli a domino amantur, qui tamen ad passionem mittuntur in mundum. Itaque recte dicitur: Sicut misit me pater: & ego mitto vos: id est, ea vos charitate diligo, cum inter scandala persecutorum mitto: qua me charitate pater diligit: quem venire ad tolerandas passiones fecit. Quamuis mitti etiam iuxta naturam diuinitatis possit intelligi. Eo enim ipso a patre filius mitti dicitur: quo a patre generatur. Nam sanctum quoque spiritum, qui cum sit coequalis patri & filio, non tamen incarnatus est, eiusdem se filius mittere perhibet dicens: Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre. Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi: sanctus proculdubio spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est, qua de patre procedit & filio. Sicut itaque spiritus mitti dicitur, quia procedit: ita & filius non incongrue mitti dicitur, quia generatur. Haec autem cum dixisset: insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Querendum nobis est, quid est quod spiritum sanctum dominus noster & semel dedit in terra consistens, & semel caelo praesidens? Neque enim alio in loco datus spiritus sanctus aperte monstratur, nisi nunc cum per insufflationem percipitur: & postmodum cum de caelo veniens, in linguis variis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur: postmodum de caelo mittitur, nisi*

*Mitto vos sicut misit me pater: qualiter intelligatur.*

*Ioan. 15.*

*Spiritum sanctum quare dedit dominus semel in terram, & semel in caelo praesidens.*

quod duo sunt praeccepta charitatis: dilectio videlicet dei, & K proximi: in terra datur spiritus, ut diligatur proximus. E caelo datur spiritus ut diligatur deus. Sicut ergo una est charitas & duo praeccepta: ita unus spiritus & duo data. Prius a consistente domino in terra, postmodum e caelo: quia in proximi amore discitur, qualiter perueniri debeat ad amorem dei. Vnde & idem Ioannes dicit: Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et ante quidem discipulorum mentibus idem spiritus sanctus inerat ad fidem: sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Vnde & scriptum est: Nondum erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Vnde etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel de petra & oleum de firma petra. Neque enim quicquam tale iuxta historiam legitur: si tota testamenti veteris series recensatur. Nusquam de petra mel: nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem: Petra erat Christus: mel de petra suxerunt, qui eiusdem redemptoris nostri facta & miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt: quia effusione sancti spiritus post resurrectionem eius vngi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit: quando adhuc mortalis dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit: quia post resurrectionem suam factus iam impassibilis, per afflationem spiritus donum sanctae vntionis emanauit. De hoc oleo per prophetam dicitur: Computrescet iugum a facie olei. Sub iugo quippe tenebamur daemoniace dominationis: sed vncti sumus oleo spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis vnxit, dominationis daemoniace iugum putruit: Paulo attestante, qui ait: Vbi spiritus domini: ibi libertas. Sciendum vero est quod hi qui prius spiritum sanctum habuerunt: ut & ipsi innocenter viuerent: & in predicatione quibusdam prodesse: idcirco hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt: ut prodesse non paucis, sed pluribus possent. Vnde & in hac ipsa datione spiritus dicitur: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Libet intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriae sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienae obligationis potestatem relaxationis accipiunt: principatumque superni iudicii sortiuntur: ut vice dei, quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos a deo decebat erigi: qui tantum pro deo consenserant humilari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt: & alios damnant vel liberant: qui semetipsos damnari metuebant. Horum profecto nunc in Ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque soluendi auctoritatem suscipiunt: qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vitae suae: iudex vitae fiat alienae. Et plerumque contingit ut hic iudicij locum teneat: cui ad locum vitae minime concordat. Ac proinde saepe agitur ut vel damnet immeritos: vel alios ipse ligatus soluat. Saepem in soluendis ac ligandis subditis suae voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Vnde fit ut ipsa hac ligandi & soluendi potestate se priuet: qui hanc pro suis voluntatibus & non pro subditorum moribus exercet. Saepem fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem de subditis dignè nequeant: qui in subditorum causis suae vel odia vel gratiam sequuntur. Vnde recte per prophetam dicitur: Mortificabant animas quae non moriuntur: & viuificabant animas quae non viuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat. Et non victurum viuificare nititur: qui reum a supplicio absoluere conatur. Causae ergo per sanctae sunt: & tunc ligandi atque soluendi potestas exercenda. Videndum est quae culpa, aut quae sit poenitentia secuta post culpam: ut quos omnipotens deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio praesidentis: cum aeterni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatruiduani mortui resuscitatio illa significat: quae videlicet demonstrat: quia prius mortuum dominus vocauit & viuificauit dicens: Lazare veni foras: & postmodum is qui viuens egressus fuerat, a discipulis est solutus, sicut scriptum est: Cuius egressus esset qui fuerat ligatus institis: tunc dixit discipulis: Soluite eum, & sinite abire. Kccc

*1. Ioan. 4.*

*Ioan. 7.*

*Deut. 32.*

*1. Cor. 10.*

*Esai. 1.*

*2. Cor. 3.*

*Discipulorum Christi mirabilis dignitas*

*Episcopo rui grandis est honor: sed graue est pondus huius honoris.*

*Exec. 13.*

*Absolutio quando dicitur vera.*

*Ioan. II.*

**A** Ecce illum discipuli iam viventem solvant: quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent: factorem magis ostenderent quam virtutē. Ex qua consideratione intucendum est: quod illos nos debemus per pastoralom autoritatem solvere quos authorem nostrum cognovimus per suscitantem gratiam vivificare. Quia nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis, in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde & huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur, Revivisce: sed veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit: in rostrum latet, in suis penetrabilibus occultatur. Sed mortuus venit foras: cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur, veni foras: ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere: qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque foras mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Veniente vero foras solvant discipuli: ut pastores Ecclesie ei poenam debeant amovere quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Hæc de solutionis ordine breviter dixerim: ut sub magno moderamine pastores Ecclesie vel solvere studeant vel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor: pastoris tamen sententia gregi timenda est: ne is qui iubet, & cum iniuste forsitan ligatur: ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscretè timeat vel iniuste: nec pastoris sui iudicium temere reprehendat: ne & si iniuste ligatus est, ex ipsa tumida reprehensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat. Sed quia hæc breviter per excessum diximus: ad expositionis ordinem redeamus. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Ille unus discipulus defuit: reuerfus quod gestum est, audiuit: audita credere renuit. Venit iterum dominus: & non credenti discipulo latus palpandum præbuit: manus ostendit: & ostensa suorum cicatrice vulnorum, infidelitatis illius vulnus sanavit. Quid fratres charissimi, quid inter hæc animadvertitis? Nunquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc deesset: post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed diuina dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna elementa, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Sic quippe discipulum dominus post resurrectionem suam dubitare permisit: nec tamen in dubitatione deservit, sicut ante natiuitatem suam habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad eius nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans & palpans, testis veræ resurrectionis: sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis. Palpavit autem, & exclamavit: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti. Cùm Paulus Apostolus dicat: Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium: profectò liquet, quia fides illarum rerum argumentum est quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent, iam fidem non habent: sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine diuinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, & deum confessus est dicens: Dominus meus, & deus meus. Videndo ergo credidit: qui considerando verum hominem, hunc deum quem videre non poterat, exclamavit. Latificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus: qui eum quæ carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus: sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim verè credit, qui exercet operando quod credit. Quo contra, de his qui fidem nomine tenus retinent, Paulus dicit: Confitentur se nosse deum: factis autem negant. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc ad beatum Iob de antiquo hoste generis humani dominus dicit: Absorbebit fluvium, & non mirabitur: & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.

Quis etenim per fluvium designatur, nisi humani generis fluvius? Quod videlicet genus ab ortu ad finem defluit: & quasi aquæ more, usque ad competentem terminum ex carnis liquore percurrit. Quid per Iordanem, nisi baptizatorum forma signatur? Quia enim in Iordanis flumine ipse author redemptionis nostræ baptizari dignatus est, rectè Iordanis nomine, eorum multitudo exprimitur: qui intra sacramentum baptismatis continentur. Antiquus ergo hostis generis humani fluvium absorbit: quia à mundi origine usque ad redemptionis adventum, vix paucis electis evadentibus, in ventrem suæ malitiæ genus humanum traxit. De quo rectè dicitur: Absorbebit fluvium, & non mirabitur: quia pro magno non habet, cum infideles rapit. Sed grane est valde quod subditur: Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius: quia postquam infideles quosque à mundi origine rapuit: adhuc se posse decipere etiam fideles præsumit. Nam ore pestiferæ persuasionis eos quotidie denorat: in quibus à confessione fidei reproba vita discordat. Hoc ergo fratres charissimi tota intentione pertimescite. Hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce paschalia solennia agimus: sed ita vivendum est nobis, ut pervenire ad æterna festa mereamur. Transcunt cuncta quæ temporaliter festiva celebrantur. Curate qui his solennitatibus interestis: ne ab æterna solennitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum: si deesse contingat festis angelorum? Umbra venturæ solennitatis est solennitas præsens. Idcirco hanc annuè agimus, ut ad illam quæ non est annua sed continua perducamur. Cùm hæc statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra refricatur. Frequentatione ergo gaudij temporalis, ad æterna gaudia mens incalcescat & ferueat: ut ex veritate lætitia perfruatur in patria: quod de umbra gaudij meditatur in via. Vitæ ergo vestram fratres morelique componite. Is qui mitis resurrexit ex morte: quàm districtus in iudicio veniat, prævidete. Certè in die tremendi examinis sui, cum angelis, cum archangelis, cum thronis, cum dominationibus, cum principatibus & potestatibus apparebit: cælis ac terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui obsequij terrore commotis. Hunc ergo tanti pavoris iudicem ante oculos ponite. Hunc venturum timeate: ut hunc cum venerit, non timidi, sed securi videatis. Timendus ergo est, ne timeatur. Terror eius nos ad usum bonæ operationis exercent: metus illius vitam nostram à pravitate secum compescat. Mihi fratres credite, quia tanto tunc erimus securi de eius præsentia: quanto nunc esse satagimus suspecti de culpa. Certè si aliquis vestrum cum suo adversario causam dicitur in meo iudicio, die crastino esset exhibendus: totam fortasse noctem insomnem duceret: quid sibi dici posset: quid oblectationibus responderet: secum sollicita & æstuante mente verlarer: ne me inveniret asperum, vehementer muerer: ne apud me appareret noxius, formidaret. Et quis aut quid ego? nimirum non longè post futurus post hominè vermis: atque post vermem pulvis. Si ergo tanta cura pertimescitur iudicium pulveris: qua intentione cogitandum est, qua formidine providendum, tanta iudicium maiestatis? Sed quia sunt nonnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt: & hæc tunc rectius docemus, si etiam cordium vestrorum questionibus occultis occurrimus: pauca nobis de ipsa resurrectione fide loquenda sunt. Multi etenim de resurrectione dubitantes, sicut & nos aliquando fuimus, dum carnem in putredinem, ossaque in pulverem redigi per sepulchra conspiciunt: reparari ex pulvere carnem & ossa distidunt. Sicque apud se quasi ratiocinantes dicunt: Quando ex pulvere homo reducitur: quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus: quia longè minus est deo reparare quod fuit: quàm creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit: qui simul omnia ex nihilo creavit? Mirabilius namque est cælum & terram ex nullis existentibus condidisse: quàm ipsam hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur, & in carnem redire posse desperatur: & diuinæ operationis virtus comprehendendi quasi ex ratione queritur. Qui scilicet hæc idcirco in suis cogitationibus dicunt: quia eis quotidiana dei miracula ex assiduitate viluerunt. Nam ecce in vno grano parvissimi seminis latet tota quæ nascitura est arboris moles. Constituamus namque ante oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinem. Cogitemus unde oriendo

Diabolus dicitur fluvium absorbebit.

Festa hominum ita celebrantur ut festa angelorum non perdantur.

Christus mitis resurgendo, districtus eris iudicando.

Iudicium humanum si tantopere timeatur: longe magis timendum est divinum.

Resurrectionis possibilitas multis ostenditur modis.

Miracula ex assiduitate vilescunt.

cepit



Coepit: quae ad tantam molem crescendo peruenit. Inuenimus procul dubio eius originem, parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo paruo grano seminis latet fortitudo...

Lectio sancti euangelij secundum Ioannem.

Ioan. 15.



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem: sicut dilexi vos. Maiore hac dilectionem nemo habet...

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sancti Pancratij: die eius natiuitatis.


Homilia. xxvij.

Mandatum omne est de sola dilectione.

Cum cuncta sacra eloquia dominicis plena sint praeceptis: quid est quod de dilectione, quasi de singulari mandato dominus dicit: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem...

Spiritualiter, sed carnaliter impendunt. Profunde cum dominus & diceret: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem: protinus addidit, Sicut dilexi vos. Ac si aperte dicat: Ad hoc amate, ad quod amari vos. Quia in re fratres charissimi...

Ioan. 15. \*delectatio nem. Charitate in nobis fruire querit hostis aut quas. Luc. 21. Amici post sunt qui persequuntur. I. Ioan. 3. Luc. 3. Hominum dignitas magna est, qui amici dei uocantur. Mat. 20. Dulcia non meruit qui non gustauit amara. \*cofectio nis. Psal. 138. Amicus animi custos uocatur.



**A** sunt amici tui deus. Et tanquam si ab eo protinus causas honoris tanti nobis insinuari quæreremus, ilico adiunxit: Nimis confortatus est principatus eorum. Ecce electi dei carnem domant, spiritum roborant, demonibus imperant, virtutibus coruscant, præsentia despiciunt, æternam patriam **B** cum voce & moribus prædicant: eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta pertingunt. Occidi possunt, & hæc nequeunt. Nimis ei go confortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione qua ceciderunt in morte carnis, videte quantum fuerit culmen mentis. Vnde hoc, nisi quia confortatus est principatus eorum? Sed ne putes quod sic magis forsitan pauci sunt, subiunxit: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Totum mundum fratres aspiciate. Martyribus plenus est. Iam penè tot qui videamur non sumus, quot veritatis testes habemus. Deo ergo numerabiles, nobis super arenam multiplicati sunt, quia quanti sint, à nobis comprehendi non possunt. Sed quisquis ad hanc peruenit dignitatem, vt amicus vocetur dei: Iesè in se conspiciat: dona autem que percipit, super se nihil suis meritis tribuat, ne ad inimicitias erumpat. Vnde & subditur: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis & fructum afferatis. Polui ad gratiam: plantaui vt eatis volendo: fructum afferatis operando. Eatis enim volendo dixi: quia velle aliquid facere, iam mente ire est. Qualem verò fructum afferre debeant, subditur: Et fructus vester maneat. Omne quod secundum præsens seculum laboramus: vix vsque ad mortem sufficit. Mors nanque interueniens, fructum nostri laboris abscindit. Quod verò pro æterna vita agitur, etiam post mortem seruetur: & tunc apparere incipit: cum laborum carnalium fructus cœperit non videri. Ibi ergo illa retributio inchoat, vbi ista terminatur. Quisquis ergo iam æterna cognouit: apud eum animum temporales fructus vilescant. Tales ergo fructus operemur, qui maneant: tales fructus operemur, qui cum mors cuncta interimat, ipsi exordium à morte lumant. Nam quod à morte incipiat fructus dei, testatur propheta, qui dicit: Cum dederit dilectis suis somnum: hæc est hæreditas domini. Omnis qui dormit in morte, perdidit hæreditatem: sed cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas domini: quia electi dei postquam peruenerint ad mortem: tunc inueniunt hæreditatem. Sequitur: Vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Ecce hic dicit: Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Rursum alibi per eundem euangelistam dicit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vtque modo non petistis quicquam in nomine meo. Si omne quod petimus in nomine filij, dat nobis pater: quid ergo est quod Paulus ter dominum rogauit, & exaudiri non meruit, sed dictum est illi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur? Nunquid ille tam egregius prædicator in filij nomine non petiit? Quare autè non accepit quod petiit? Quomodo ergo verum est quia quicquid petierimus patrem in nomine filij, dat nobis pater: si aufertur à se angelum satanæ petiit Apostolus in nomine filij: & tamen quod petiit non accepit? Sed quia nomen filij Iesù est: Iesù autem saluator vel etiam salutaris dicitur: ille ergo in nomine saluatoris petiit, qui illud petiit quod ad veram salutem pertinet. Nam si id quod non expedit petitur: non in nomine Iesù petitur pater. Vnde & eisdem Apostolis adhuc infirmantibus dominus dicit: Vtque modo non petistis quicquam in nomine meo. Ac si aperte diceretur: Non petistis in nomine saluatoris: qui nescitis quærerere æternam salutem. Hinc est quod & Paulus non exauditur: quia si liberaretur à tentatione, ei non prodesset ad salutem. Ecce vidimus fratres charissimi quam multi ad solennitatem martyris conuenistis, genua flectitis, pectus tunditis, voces orationis ac confessionis emittitis, faciem lacrymis rigatis. Sed pensate quæso petitiones vestras: videte si in nomine Iesù petitis: id est, si gaudia salutis æternæ postulatis. In domo enim Iesù, Iesum non queritis, si in æternitatis templo importune pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit vxorè, alius petat villam, alius postulat vestè, alius dari sibi deprecatur alimentum. Et quidè cum hæc desunt: ab omnipotenti deo petenda sunt. Sed

meminisse continuo debemus quod ex mandato eiusdem nostri redemptoris accepimus: Querite primum regnum dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adicietur vobis. Et hæc itaque à Iesù petere, non est errare: si tamen non nimis petantur. Sed adhuc, quod est grauius, alius postulat mortem inimici: eumque quem gladio non potest persequi: persequitur oratione. Et vixit adhuc qui maledicitur: & tamè is qui maledicit, iam de morte illius reus tenetur. Iubet autem deus vt diligatur inimicus: & tamen rogatur deus vt occidat inimicum. Quisquis itaque sic orat: in ipsis suis precibus contra conditorem pugnat. Vnde & sub Iudæ specie dicitur: Fiat oratio eius in peccatum. oratio autem in peccatum est, illa petere que prohibet ipse qui petitur. Hinc veritas dicit: Cum stas ad orandum: remitte si quid habetis in cordibus vestris. Quam virtutem remissionis apertius ostendimus: si vnum testimonium testamenti veteris proferamus. Certè cum Iudæa conditoris sui iustitiam culpis exigentibus offendisset: prophetam suum ab oratione dominus prohibet dicens: Non assumes laudem & orationem pro eis. Si Moyses & Samuel steterint coram me: non est anima mea ad populum istum. Quid est quod intermissis, relictisque tor patribus, soli Moyses & Samuel ad medium deducuntur: quorum mira obtinendi virtus ostenditur: dum nec ipsi posse intercedere dicuntur? Ac si aperte dominus dicat: Nec illos audio quos propter magnum petitionis suæ meritum minime contemno. Quid ergo est quod Moyses & Samuel cæteris patribus in postulatione præferantur: nisi quod hi duo tantummodo in cuncta testamenti veteris serie etiam pro inimicis suis leguntur exorasse: Vnus à populo lapidibus impetitur: & tamen pro lapidatoribus suis dominum deprecatur. Alter ex principatu eiicitur: & tamen petitus vt exoraret, fatetur dicens: Absit à me hoc peccatum in domino, quo minus cessem orare pro vobis. Si Moyses & Samuel steterint coram me: non est anima mea ad populum istum. Ac si aperte dicat: Nec illos modo pro inimicis scio. Virtus ergo vere orationis est celsitudo charitatis. Et tunc quisque quod rectè petit, adipiscitur: cum eius animus in petitione nec inimici odio luscatur. Sed plerunque reluctanter animum vincimus: si etiam pro inimicis oramus. Effundit os pro aduersariis precem: sed vtinam cor teneat amorem. Nam sæpe & orationem pro inimicis nostri impendimus: sed hanc ex preceptione potius fundimus quam ex charitate. Nam & vitam inimicorum petimus, & tamen ne exaudiamur, timemus. Sed quia internus iudex mentem potius quam verba considerat: pro inimico nil postulat: qui pro eo ex charitate non orat. Sed ecce in nos grauius inimicus deliquit, damna intulit, iniurantes læsit, amantes persecutus est. Retinenda hæc essent: si remittenda nobis delicta non essent. Aduocatus etenim noster precem nobis in causa nostra composuit: & ipse eiusdem causæ iudex est, qui aduocatus. Preci autem quam composuit, conditionem inseruit, dicens: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia ergo ipse iudex venit, qui aduocatus extitit: ipse precem exaudit, qui fecit. Aut ergo non facientes dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & nosmetipsos hoc dicendo amplius ligamus. Aut fortasse conditionem hanc in oratione intermittimus: & aduocatus noster precem quam composuit, non recognoscit, atque apud se protinus dicit: Scio quid monui, non est ipsa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendum est fratres: nisi vt veræ charitatis affectum impendamus fratribus: nulla in corde malitia maneat: vt consideret omnipotens deus erga proximum charitatem nostram: & nostris impendat iniquitatibus pietatem suam. Mementote quod monemur: Dimittite, & dimittetur vobis. Ecce debetur nobis, & debemus. Dimittamus ergo quod debetur nobis: vt dimittatur quod debetur à nobis. Sed ad hæc mens renittitur: & vult implere quod audit, & tamen reluctatur. Ad martyris tumbam consistimus: qui ad cœleste regnum ex qua morte peruenierit, scimus. Nos si pro Christo corpus non ponimus: salutem animum vincamus. Placatur deus isto sacrificio: & probat in iudicio pietatis suæ victoriam pacis nostræ. Certamen enim nostri cordis aspiciat: & qui post vincentes remunerat: nunc

Psal. 138.

Morte non eripitur quod pro æterna vita agitur.

Psal. 126.

Ioan. 16.

2. Cor. 12.

Iesus saluator vel salutaris dicitur.

Ioan. 26.

2. Cor. 12.

Mat. 6.

Mat. 5.

Psal. 108.

Mat. 11.

Hier. 8.

E

Exo. 17.

1. Reg. 12.

Iudex internus mentem potius considerat quam verba.

Mat. 6.

F

Charitatis vere affectum fratribus impendere debemus. Luca. 6.

¶ nunc decertantes iuuat Iesus Christus dominus noster: qui uiuit & regnat in uitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Ioannem.

Ioan. 4.



**I**n illo tempore. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, Capharnaum. Hic cum audisset quia Iesus ueniret a Iudaea in Galileam: abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet & sanaret filium eius. incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis: non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade: filius tuus uiuit. Credit homo sermone quem dixit ei Iesus: & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei & nuntiauerunt dicentes: quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixerat ei Iesus: filius tuus uiuit. Et credidit ipse & domus eius tota.

**H** ergo pater quia illa hora erat in qua dixerat ei Iesus: filius tuus uiuit. Et credidit ipse & domus eius tota.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sanctorum Nerati & Achillae, die natalis eorum.

Homilia. xxviiij.

**L**ectio sancti euangelij quam modo fratres audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti praeterisse videamur, exhortando potius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione uideo esse requirendum: cur is qui ad salutem filio petendam uenerat, audiuit: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Qui enim salutem filio quaerebat, procul dubio credebat. Neque enim ab eo quaereret salutem, quem non crederet saluatorem. Quare ergo dicitur: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis: qui ante credidit quam signa uideret? Sed memento quid petuit: & aperte cognoscetis quia in fide dubitauit. Poposcit namque ut descenderet, & sanaret filium eius. Corporalem ergo praesentiam domini quaerebat: qui per spiritum nunquam deerat. Minus itaque in illum credidit: quem non putauit posse salutem dare, nisi praesens esset & corpore. Si enim perfecte credidisset: procul dubio sciret, quia non esset locus, ubi non esset deus. Ex magna ergo parte diffusus est: quia uirtutem non dedit maiestati, sed praesentiae corporali. Salutem itaque filio petuit, & tamen in fide dubitauit: quia eum ad quem uenerat, & potentem ad curandum credidit: & tamen morienti filio esse absentem putauit. Sed dominus qui rogatur ut uadat: quia non desit ubi inuitatur, indicat. Solo iussu salutem reddidit, qui uoluntate omnia creauit. Qua in re hoc est nobis solerter inueniendum, quod sicut Euangelista alio testante didicimus, centurio ad dominum uenit, dicens: Domine puer meus iacet paralyticus in domo mea, & male torquetur. Cui a Iesu protinus respondetur: Ego ueniam & curabo eum. Quid est quod regulus rogat ut ad eius filium ueniat: & tamen ire corporaliter recusat: ad seruum uero centurionis non inuitatur: & tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse: centurionis seruo non dedignatur occurrere. Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retunditur: qui in hominibus non naturam qua ad imaginem dei facti sunt, sed honores & diuitias ueneramus? Cumque pensamus quae circa eos sunt, negligimus pensare ipsos, eo profecto quod interiora minime prouidemus, dum ea consideramus quae in corporibus despecta sunt: negligimus pensare quod sunt. Redemptor uero noster ut ostenderet quia quae alta sunt hominum, despicienda sunt: & quae despecta sunt hominum, despicienda non sunt: ad filium reguli ire noluit: ad seruum centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra: quae nescit pensare homines propter homines. Sola, ut diximus, quae circumstant hominibus pensat: naturam non aspiciit: honorem

Deus est ubique.

Mat. 8.

Honores & diuitias ueneramus potius quam homines ipsos.

Superbia nostra in-

dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non uult filius dei ad filium reguli: & tamen uenire paratus est ad salutem serui. Certè si nos cuiuspiam seruus rogaret, ut ad eum ire deberemus: protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet, dicens: Non eas, quia temetipsum degeneras: honor tuus despicitur, locus uilescit. Ecce de caelo uenit: qui seruo in terra occurrere non despicit: & tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra sumus. Quid uero apud deum uilius, quid despectius esse potest: quam seruare honorem apud homines: & interni testis oculos non timere? Unde & in sacro Euangelio ad Phariseos dominus ait: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus: deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est, abominabile est apud deum. Notate fratres, notate quod dicitur: Si enim quod hominibus altum est, abominabile est apud deum: cordis nostri cogitatio tanto apud deum in imo est, quanto hominibus in alto. Et humilitas cordis nostri tanto apud deum in alto est, quanto hominibus in imo. Despicimus ergo si quid boni gerimus: nulla nos nostra inflat operatio: non rerum abundantia, non gloria extollat. Si quibuslibet ex bonis affluentibus intus tumescimus, deo despecti sumus. Quo contra Psalmista de humilibus dicit: Custodiens paruulos dominus. Qui quia paruulos humiles appellat, postquam sententiam protulit, consilium subiungit: Nam quasi quaereremus quid ipse ad haec faceret, adiunxit: Humiliatus sum, & liberauit me. Haec ergo cogitate fratres. Haec tota intentione pensate. Nolite in proximis uestris mundi huius bona uenerari. Hoc propter deum honorate in hominibus, quibus tamen commissi non estis, quod facti sunt ad imaginem dei. Quod tunc proximis uere seruatis: si apud uosmetipsos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitorijs extollit, nescit in proximo uenerari quod maneat. Nolite ergo intra uosmetipsos pensare quod habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur, fugit. Sancti isti ad quorum tumbam consistimus: florentem mundum mentis despectu calcauerunt. Erat tunc uita longa, salus continua, opulentia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace: & tamen cum in seipso floretet, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam mundus in seipso aruit: & adhuc in cordibus nostris floret. Vbiq; mors, ubiq; luctus, ubiq; desolatio, vdiq; percutimur, vdiq; amaritudinibus replemur: & tamen caeca mente carnalis concupiscentiae, ipsas eius amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhaeremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus delectatione retraxit a deo: nunc tantis plagis plenus est, ut ipse nos iam mundus mittat ad deum. Pensate ergo quia nulla sunt, quae temporaliter currunt. Finis temporalium ostendit: quam nihil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat, quia res transiens & tunc propè nihil fuit, cum stare uideretur. Haec ergo fratres charissimi sollicita consideratione pensate: in aeternitatis amore cor figite, ut dum terrena culmina adipisci contemnitis: perueniatis ad gloriam quam per fidem tenetis: per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c.

K crepatur per hoc quod redemptor seruum centurionis personaliter sit. uuit.

Luca. 17.

Psal. 14.

Psal. 14.

L.

Homines quare honorare deo uentus.

\* delectatione sibi tenet: nunc &c.

\* terrenam laudem.


Lectio sancti euangelij secundum Marcum.

Mar. ult.



**I**n illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderant. Et dixit eis: Euntes in uniuersum mundum, praedicate Euangelium omni creaturae. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo daemones eicient: linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum: & sedet a dextris dei. Illi

Euangelium omni creaturae. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo daemones eicient: linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum: & sedet a dextris dei. Illi



A dei illi autem profecti pradicauerunt vbiq; domino cooperante: & sermonem confirmante sequentibus signis.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beati Petri in ascensione domini.

Homilia.xxix.

QVOD resurrectionem dominicam discipuli tarde crediderunt: non tam illorum infirmitas, quam nostra, vt ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namq; resurrectio illis dubitantibus per multa argumeta monstrata est. Quae dum nos legentes agnoscimus: quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene praestitit quae citius credidit: quam Thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando, vulnerum cicatrices tetigit: & de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Ad insinuandam quoque veritatem dominicae resurrectionis, notandum nobis est quid Lucam referat dicens: Conuulsus praecipit eis, ab Hierosolymis ne discederent. Et post pauca: Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate mysteria. Conuulsus eleuatus est. Comedit & ascendit, vt videlicet, per effectum comestionis, veritas patesceret carnis. Marcus vero priusquam caelum dominus ascendat: eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Quia in re quid considerandum est: nisi quod idcirco dominus tunc discipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit, vt verba quae recedens diceret: in corde audientium ardua impressa remanerent? Increpata igitur eorum duritia, quid admonendo dicat, audiamus. Euntes in mundum vniuersum, praedicate Euangelium omni creaturae. Nunquid fratres mei, sanctum Euangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat praedicandum: vt de eo discipulis dicatur: Praedicate omni creaturae: Sed omnis creatura nominata, signatur homo. Sunt namque lapides: fed non viuunt, nec sentiunt. Sunt herbae & arbuta: viuunt quidem, sed non sentiunt. Viuunt dico, non per animam, sed per viriditatem: quia & Paulus dicit: Inspiciens, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Viuit ergo quod moritur, vt viuificetur. Lapides itaque sunt, sed non viuunt. Arbuta etiam sunt, & viuunt: sed non sentiunt. Bruta autem animalia sunt, viuunt, sentiunt: sed non discernunt. Angeli etenim sunt: viuunt, sentiunt, & discernunt. Omnis autem creaturae aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis.

Magdalena citò credēs minus nobis praestitit quam Thomas diu dubitans. Act. 1. Ibidem.

B

Euangelium qualiter potest praedicari omni creaturae. 1. Corin. 15.

+

Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo: iuxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creaturae praedicatur Euangelium: cum soli homini praedicatur: quia ille videlicet docetur, propter quem in terra cuncta creata sunt: & a quo omnia per quandam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creatura nominata, omnis natio gentium designari. Ante etenim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur, Praedicate omni creaturae: vt scilicet prius a Iudaea Apostolorum repulsa praedicatione, tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suae testimonium, superba repulisset. Sed cum discipulos ad praedicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, vt multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neque enim in vniuerso mundo tanta fidelium messis exurgeret: si de manu domini super rationalem terram illa electa grana praedicationis non venissent. Sequitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse vniuersusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui consentunt se nosse deum, factis autem negant. Hinc Ioannes ait: Qui dicit se nosse deum: & mandata eius non custodit, mendax est. Quod cum ita sit, fidei nostrae veritatem in vitae nostrae consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus: si quod verbis promittimus, operi-

Homo potest dici omnis creatura.

Mat. 10.

Ad Tit. 1. 1. Ioan. 2.

Fideles ueraciter fideles sumus: si quod verbis promittimus, operi-

X ad ro. v. in u. sibi. n. ipis. a creatura. v. ab hoc. n. n. n. creatura. n. n. n. excellen. tian. g. alius excedit

bus complemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antequam hostis operibus, atque omnibus pompis abrenunciare promissimus. Itaque vniuersusquisque vestrum ad considerationem suam mentis oculos reducat: & si seruat post baptismum quod ante baptismum spondidit: certus iam quia fidelis est, gaudeat. Sed ecce si quod promisit, minime seruauit: si ad exercenda praua opera, ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est: videamus si iam scit plangere mundi errantem. Apud misericordem namque iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur, etiam postquam metitur: quia omnipotens deus dum libenter nostram poenitentiam suscipit: ipse suo iudicio hoc quod errauimus, abscondit. Sequitur: Signa autem eos qui credituri sunt: haec sequentur. In nomine meo daemones eiciunt, linguis loquuntur nouis: serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent, & bene habebunt. Nunquid nam fratres mei, quia ista signa non facitis: minime creditis? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt. Vt enim ad fidei cresceret multitudo: miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbuta plantamus, tam diu eis aquam infundimus: quousque ea in terra iam coaluisse videamus, & si femel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguae in signum sunt, non fidelibus: sed infidelibus. Habemus de his linguis atque virtutibus quae adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt: & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt: quid aliud faciunt, nisi daemones eiciunt? Et fideles quique qui iam vitae veteris secularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant: conditoris sui laudes & potentiam quantum praueulent, narrat: quid aliud faciunt, nisi nouis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus malitia de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt: sed tamen ad operationem prauam minime pertrahuntur: mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocent. Qui quoties proximis suos in bono opere infirmari conspiciunt: dum eis tota virtute concurrunt: & exemplo suae operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant: quid aliud faciunt, nisi super egros manus imponunt vt bene habeant? Quae nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto spiritalia: tanto maiora sunt, quanto per haec non corpora, sed anima suscitantur. Haec itaque signa fratres charissimi auctore deo si vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus signis obtineri vita ab haec operantibus non valet. Nam corporalia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt. Haec vero spiritalia quae aguntur in mente, virtutem vitae non ostendunt, sed faciunt. Illa habere & mali possunt: istis autem perfrui nisi boni non possunt. Vnde de quibusdam veritas dicit: Multi mihi dicent in die illa: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo daemones eiecimus: & in nomine tuo virtutes fecimus: Et tunc confitebor illis, quia non noui vos: discite de me: omnes qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres charissimi amare signa quae possunt cum reprobis haberi communia: sed haec quae modo diximus, charitatis atque pietatis miracula amate: quae tanto securiora sunt, quanto & occulta: & de quibus apud dominum eo maior sit retributio: quo apud homines minor est gloria. Sequitur: Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet a dextris dei. In veteri testamento cognouimus: quod Helias sit raptus in caelum. Sed aliud est caelum aereum, aliud aethereum. Coelum quippe aereum terrae est proximum. Vnde & aues coeli dicimus: quia eas volitare in aere videmus. In caelum itaque aereum Helias subleuatus est: vt in secretam quandam terrae regionem repente duceretur: vbi in magna iam carnis & spiritus quiete viueret: quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat. Ille etenim mortem distulit, non euasit. Redemptor autem noster quae non distulit, superauit: eamque, resurgendo consumpsit: & resurrectionis suae gloriam ascendendo declarauit. Notandum quoque est quod Helias in curru legitur

D raciter fut, qui qd uerbis promittit, operibus compleat.

Miracula fuerunt in exordio Ecclesiae necessaria. 1. Cor. 14.

E Sacerdotes etiam hodie daemones possunt eicere.

F Miracula sanctitatem ostendunt, sed non faciunt. Mat. 7. Psal. 6.

4. Reg. 2. Coelum est aethereum, & aereum. Helias in caelum aereum subleuatus est. 4. Reg. 2. legitur



igitur ascendisse: ut videlicet aperte demonstraretur: quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa & ostensa sunt adiumenta: quia nec in caelum quidem aereum per se ascendere poterat: quem naturae suae infirmitas grauabat. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia is qui fecerat omnia nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illo etenim reuertebatur, ubi erat: & inde redibat, ubi remanebat: quia cum per humanitatem ascenderet in caelum, per diuinitatem suam & terram pariter continebat, & caelum. Sicut autem Ioseph a fratribus venditus, venditionem redemptoris nostri figurauit: sic Enoch translatus, atque ad caelum aereum Helias subleuatus, ascensionem dominicam vterque designauit. Ascensionis ergo suae dominus praenuncios & testes habuit, vnum ante legem, alium sub lege, ut quandoque veniret ipse qui veraciter caelos penetrare potuisset. Vnde & ipse ordo in eorum quoque vtrorumque subleuatione per quaedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus, Helias vero ad caelum subuectus esse memoratur ut veniret postmodum qui nec translatus, subuectus, caelum aethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se creditibus: quia carnis suae quoque munditiam largiretur, & sub eo per incrementa temporum, virtus castitatis exerceceret, in ipsa quoque eorum translatione, qui ascensionem dominicam ut videlicet famuli designauerunt, & in seipso qui ad caelum ascendit, dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxorem & filios habuit. Helias vero neque uxorem, neque filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo per incrementa temporum creuerit munditia sanctitatis: quod & per translatos famulos, & per ascendentes domini personam patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch & per coitum genitus, & per coitum generans. Raptus est Helias per coitum genitus: sed non iam per coitum generans. Assumptus vero est dominus, neque per coitum generans, neque per coitum generatus. Considerandum vero nobis est, quid est quod Marcus ait: Sedit a dextris dei, & Stephanus dicit: Video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris dei. Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus vero stantem se videre testatur? Sed scitis fratres quia sedere iudicantis est: stare vero pugnantis vel adiuentis. Quia ergo redemptor noster assumptus in caelum, & nunc omnia iudicat: & ad extremum iudex omnium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit: quia post ascensionis suae gloriam, iudex in fine videbitur. Stephanus vero hunc in labore certaminis positus, stantem vidit, quem adiutorem habuit: quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de caelo illius gratia pugnavit. Sequitur: Illi autem profecti praedicauerunt ubique domino cooperante: & sermonem confirmante sequentibus signis. Quid in his considerandum est: quid memoriae commendandum, nisi quod praecipuum obedientia, obedientiam vero signa secuta sunt? Sed quia auctore deo breuiter lectionem euangelicam exponendo transeurimus: restat ut aliquid de ipsa tanta consideratione solennitatis dicamus. Hoc autem nobis primum querendum est: quidnam sit quod nato domino apparuerunt angeli: & tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse: ascendente autem domino, missi angeli in albis leguntur vestibus apparuisse. Sic etenim scriptum est: Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab ocalis eorum. Cumque intuerentur in caelum euntem illum: ecce duo viri steterunt iuxta illos in vestibus albis. In albis autem vestibus gaudium & solennitas mentis ostenditur. Quid est ergo quod nato domino, non in albis vestibus: ascendente autem domino, in albis vestibus angeli apparent: nisi quod tunc magna solennitas angelis facta est: cum caelum deus homo penetrauit: quia nascete domino, videbatur diuinitas humiliata: ascendente vero domino, est humanitas exaltata. Albæ etenim vestes exaltationi magis congruunt quam humiliationi. In ascensione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt: quia qui in natiuitate sua apparuit deus humilis: in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere fratres charissimi in hac solennitate pensandum est, quia delatum est hodierna die chirographum damnationis nostrae: mutata est sententia corruptionis nostrae. Illa enim natura

**Gene. 37.** **Gene. 5.** **Ascensio nis suae dominus praenuncios habuit.** **Gene. 5.** **H Enoch in caelum translatus uxorem & filios habuit.** **Mar. 16.** **Act. 7.** **Redemptor quare describitur sedens a dextris a Marco: quem tamen stantem Stephanus testatus est.** **Act. 1.** **Domino ascendente quare apparent angeli in albis vestibus: non autem eo nascente.** **Gene. 3.**


dictum est, Terra es, & in terram ibis, hodie in caelum iuit. Pro hac ipsa namque carnis nostrae subleuatione per figuram beatus Iob dominum aeuum vocat. Quia enim ascensionis eius mysterium Iudaeam non intelligere conspexit: de infidelitate eius per figuram beatus Iob leuetiam protulit, dicens: Semitam ignorauit auis. Auis enim recte appellatus est dominus: quia corpus carneum ad aethera librauit. Cuius auis semitam ignorauit quisquis eum ad caelum ascendisse non credit. De hac solennitate per psalmistam dicitur: Eleuata est magnificentia tua super caelos. De hac rursus ait: Ascendit deus in iubilatione: & dominus in voce tubae. De hac iterum dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ascendens quippe in altum, captiuam duxit captiuitatem: quia corruptionem nostram virtute suae incorruptionis absorbit. Dedit vero dona hominibus: quia misso desuper spiritu, alij sermone sapientiae, alij sermonem scientiae, alij gratiam virtutum, alij gratiam curationum, alij genera linguarum, alij interpretationem tribuit sermonum. Dedit ergo dona hominibus, dum per huius gratiam eorum virtus in mundum excreuit. De hac ascensionis eius gloria etiam Abacuch ait: Eleuatus est Sol, & luna stetit in ordine suo. Quis enim Solis nomine nisi dominus, & quae lunae nomine nisi Ecclesia designatur? Quousque enim dominus ascendit ad caelos: sancta eius Ecclesia aduersa mundi omnimodo formidauit. At postquam eius ascensione roborata est: aperte praedicauit, quod occulte credidit. Eleuatus est ergo Sol, & luna stetit in ordine suo: quia cum dominus caelum petiit: sancta eius Ecclesia in autoritate praedicationis excreuit. Hinc eiusdem Ecclesiae voce per Salomonem dicitur: Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles. Considerauit namque tantorum operum culmina, & ait: Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostram, quosdam, ut ita dicam, saltus dedit. Vultis fratres charissimi ipsos eius saltus agnoscere? De caelo venit in vterum, de vtero venit in praesepe: de praesepe venit in crucem: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro rediit in caelum. Ecce ut nos post se currere faceret: quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit: quia exultauit ut gigas ad currendam viam suam: ut nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te: curremus in odore vnguentorum tuorum. Vnde fratres charissimi oportet ut illuc sequamur corde: ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus: nihil nos iam delectet in infimis: qui patrem habemus in caelis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum: quia is qui placidus ascendit, terribilis rediit: & quicquid nobis cum mansuetudine praecipit: hoc a nobis cum districtione exigit. Nemo ergo indulta praesentiae tempora parumpendat: nemo curam sui dum valet agere, negligat: quia redemptor noster tanto tunc in iudicium districtior veniet: quanto nobis ante iudicium magnam patientiam praerogauit. Haec itaque vobiscum fratres agite: haec in mente sedula cogitatione versate. Quauis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet: iam tamen spei vestrae anchoram in aeternam patriam figite: intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad caelum ascendisse dominum audiimus. Hoc ergo seruemus in meditatione: quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis: sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit Iesus Christus dominus noster: qui viuit & regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

**Iob. 28.** **Psal. 8.** **Psal. 46.** **Psal. 67.** **I. Corin. 12.** **Abacuch. 2.** **Sol deus tuus est: et luna stetit in ordine suo.** **Canti. 2.** **Psal. 18.** **Canti. 1.** **M** **Redemptorem sequamur passibus amoris.**

lectio sancti euangelij secundum iohannem.

**I**n illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermo nem meum seruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem spiritus sanctus

**Iohan. 14.**



**A** Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia quaecunque dixerit vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligereis me, gauderetis utique: quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sancti Petri, die sancto pentecostes.  
Homilia. xxx.

**L**ibet fratres charissimi Evangelicæ verba lectionis sub breuitate transcurrere: ut post diutius liceat in contemplatione tantæ solennitatis immorari. Hodie namque spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia: quia dum deum in ignis visione susceperunt, per amorem suauiter arserunt. Ipse namque spiritus sanctus amor est.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

Domus mentis preparat, qui domum diuine recipere uolet.

Amor dei nunquam est ociosus.

Mat. 28.

Vnde & Ioannes dicit: Deus charitas est. Qui ergo mente integra deum desiderat, profecto iam habet quem amat. Nec enim quisquam posset deum diligere, si eum quem diligit, non haberet. Sed ecce si vnusquisque vestrum requiratur, an diligat deum: tota fiducia & secura mente respondet, diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas dicit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Ioannes dicit: Qui dicit, diligo deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Verè diligimus, si ad mandata eius à nostris nos voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diluit, profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. Et pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Pensate fratres charissimi, quanta sit ista dignitas, habere in cordis hospitio aduentum dei. Certè si domum nostram quisquam diues aut præpotens amicus intraret, omni festiuitate domus tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordos prauis operis, qui deo preparat domum mentis. Sed videte quid veritas dicat: Veniemus, & mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit, & mansionem non facit: quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerat, obliuiscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc minime planxissent. Qui ergo deum verè diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde dominus & venit, & mansionem facit: quia sic eum diuinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore, tentationis tempore non recedat. Ille ergo verè amat, cuius videlicet mentem delectatio praua ex consensu non superat. Nam tanto quisque à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Vnde & adhuc subditur: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Ad vosmetipsos ergo fratres charissimi introrsus redite, si deum verè amatis, exquirite. Nec tamè sibi aliquis credat, quicquid sibi animus sine operis attestacione responderit. De dilectione conditoris, lingua, mens, & vita requirantur. Nunquàm est dei amor ociosus. Operatur etenim magna, si est: si verò operari renuit, amor non est. Et sermonem meum quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Scitis fratres charissimi quia ipse qui loquitur vnigenitus filius, verbum patris est, & ideo sermo quem loquitur filius, non est filij, sed patris: quia ipse filius verbum est patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Quando non maneret apud eos, qui ascensus cælum, promittit dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi: Sed verbum incarnatum & manet & recedit. Recedit corpore, manet diuinitate. Apud eos ergo tunc se mansisse perhibet:

quia qui inuisibili semper potestate præsens erat, corporali iam visione recedebat. Paracletus autè spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecunque dixerit vobis. Nostis plurimi fratres mei, quod Græca locutione paracletus, Latina aduocatus dicitur, vel consolator. Qui idcirco aduocatus dicitur: quia pro errore delinquentium apud iustitiam patris interuenit. Qui vnus substantiæ cum patre & filio, exorare pro delinquentibus perhibet, quia eos quos repleuerit, exorantes facit. Vnde & Paulus dicit: Ipse enim spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Sed diceret quis: Minor est qui postulat quam qui postulatur, quomodo ergo spiritus postulare dicit, qui minor non est? Sed ipse spiritus postulat: quia ad postulandum eos quos repleuerit, inflammat. Consolator autem idem spiritus vocatur: quia de peccati

Roma. 8.

Spiritus sanctus uocatur consolator.

Doctores lingua in uacuum laborat nisi intus sit qui doccat.

1. Ioan. 2.

Gene. 4.

Act. 2.

Gene. 11.

Spiritus sanctus quare sub diuersis figuris apparuisse legitur.

Heb. 12.

Luce. 12.

Ipse vos docebit omnia, quia nisi idem spiritus cordi assit audientis, ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo doctenti homini tribuat, quod ex ore doctentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce vnã loquentis vocem, omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum auditæ vocis percipitis. Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia, nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister interior, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet? De hac vnctione spiritus rursus per Ioannem dicitur: Sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non instruitur, quando mens per spiritum non uagitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, quando & ipse conditor nos ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per vnctionem spiritus non loquatur? Certè Cain priusquam fratricidium opere perpetraret, audiuit: Peccasti, quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus, uoce est admonitus, non vnctione spiritus, audire uerba dei potuit, sed seruare contempsit. Requirendum uerò nobis est, cur de eodem spiritu dicatur: Suggesterit vobis omnia, cum suggerere soleat esse minoris? Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, inuisibilis spiritus suggerere dicitur, non quod nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hic relinquo, illic do. Sequentibus relinquo, peruenientibus do. Ecce fratres charissimi, uerba sacre lectionis sub breuitate discussimus: nunc in contemplationem tantæ festiuitatis animam transferamus. Sed quia cum lectione Evangelica uobis est etiam actuum Apostolorum lectio recitata, ex ea ergo aliquid in usum nostræ contemplationis trahamus. Audistis etenim quia spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, omniumque linguarum scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designans, nisi quod sancta Ecclesia eodem spiritu repleta, omnium gentium erat uocelocutura? Qui uerò contra deum turrim ædificare conati sunt, communionem uuius linguæ perdidit. In his autem qui deum humiliter metuebant, linguæ omnes vnitæ sunt. Hic ergo humilitas uirtutem meruit, illic superbia confusionem. Sed querendum est nobis fratres dilectissimi, cur spiritus sanctus patri & filio coæternus, in igne apparuit, cur in igne simul & linguis, cur aliquando in columba, aliquando uerò in igne monstratur, cur super vnigenitum filium apparuit in columbæ specie, & super discipulos in igne, ita ut neque super dominum ueniret in igne, neque super discipulos monstraretur in columba. Per quatuor itaque hæc quæ proposuimus, soluendo redeamus, patri namque & filio coæternus spiritus in igne monstratur: quia incorporeus, ineffabilis, atque inuisibilis ignis est deus, attestante Paulo: Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicitur: quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne ueritas dicit: Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo nisi ut ardeat? Terra enim uocata sunt corda terrena, quæ dum semper infimas in se cogitationes congerunt, à malignis spiritibus conculantur. Sed ignem dominus in terram mittit, cum afflatu sancti spiritus corda carnalium incendit. Et terra ardet, cum cor carnale in suis prauis uoluptatibus frigidum, relinquit concupiscentias



**G** concupiscentias presentis seculi, & incenditur ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus: quia ab omni corde quod replet, torporem frigoris excutit, & hoc in desiderium suae aeternitatis accendit. In igneis autem linguis monstratus est: quia idem spiritus coaeternus est filio, & habet cognationem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe patris est filius. Et quia una est spiritus & verbi substantia, idem spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certe quia per linguam procedit verbum, in lingua apparuit spiritus: quia quilibet sancto spiritu tangitur, dei verbum, id est, unigenitum dei filium confitetur, & negare dei verbum non valet: quia iam sancti spiritus linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit spiritus: quia omnes quos repleverit, ardentes pariter & loquentes facit. Linguae igneae doctores habent: quia dum deum amandum praedicant, corda audientium inflammant. Nam & octosus est sermo doctoris, si praebere non valet incendium amoris. Hoc doctrinae incendium ab ipso veritatis ore coeperant, qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigoris recedit, sit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc repleverit, fleatibus cruciat, sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet praecipua caelestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur, & quae torpebat prius per desideria, ardet post modum per verba. Unde bene per Moysen dicitur: In dextera eius ignea lex. In sinistra quippe reprobi, qui & ad sinistrae ponendi sunt. Dextera autem dei appellatur electi. In dextera ergo dei, ignea lex est: quia electi mandata caelestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad haec amoris intimi facibus inardescunt. Sermo ad aures ducitur, & mens eorum sibi met irata, ex interna dulcedinis flamma concrematur. In columba vero spiritus sanctus & in igne monstratus est: quia omnes quos replet, simplices & ardentes facit. Simples puritate, ardentes emulatione. Neque enim placere deo aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate potest. Hinc ipsa veritas dicit: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Quae in re notandum est quod discipulos suos nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit dominus admonere: quatenus & columbae simplicitate astutia serpentis accederet, & serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudentiam serpentis audiuimus, nunc de simplicitate colubae moneamur. Sed malitia parvuli estote. Hinc de beato Iob dicitur: Erat vir simplex & rectus. Quae est autem rectitudo sine simplicitate, aut quae simplicitas sine rectitudine? Quia ergo & rectitudine docet iste spiritus, & simplicitatem, & in igne monstrari debuit, & in coluba, quatenus omne cor quod eius gratia tangitur, & mansuetudinis lenitate tranquillum, & zelo iustitiae accessum fiat. Ad extremum vero querendum est, cur in ipso redemptore nostro, mediatore dei & hominum, per columbam apparuit, in discipulis vero per ignem? Certe unigenitus dei filius, iudex est generis humani. Sed quis eius iustitiam ferret, si priusquam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? Homo ergo pro hominibus factus, mitis se hominibus prebuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuetum corripere, ut haberet quos postmodum in iudicio saluaret. In columba ergo super eum apparere debuit spiritus, qui non veniebat ut peccata iam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contra super discipulos in igne debuit spiritus sanctus demonstrari, ut hi qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritualis feruor accenderet, & peccata quibus deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per poenitentiam puniret. Nec ipsi quippe esse poterat sine peccato, qui adhaerebant caelesti magisterio. Ioanne attestante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. In igne ergo venit in hominibus, in columba vero apparuit in domino: quia peccata nostra quae pie dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus caute conspiciere, & ardore semper poenitentiae

cremare. Igitur per columbam spiritus in redemptore monstratus est, per ignem vero in hominibus: quia quanto nobis nostri iudicis facta est severitas temperata, tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accelsa. Quatuor itaque propositionum expleta ratione, ad dona eiusdem spiritus contemplananda transiamus. De isto quippe spiritu scriptum est: Spiritus eius ornauit caelos. Ornamenta enim caelorum, sunt virtutes praedicantium. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: Alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanctorum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Quot ergo sunt bona praedicantium, tot sunt ornamenta caelorum. Hinc rursus scriptum est: Verbo domini caeli firmati sunt, &c. Verbum enim domini, filius est patris. Sed eosdem caelos, videlicet sanctos Apostolos, ut tota simul sancta trinitas ostendatur operata, repetit de sancti spiritus diuinitate adiungitur: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Caelorum ergo virtus de spiritu sumpta est: quia mundi huius potestati bus contraire non praesumeret, nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sanctae Ecclesiae, ante aduentum huius spiritus fuerint, scimus: & post aduentum illius, cuius fortitudinis facti sunt, conspiciamus. Certe iste ipse pastor Ecclesiae, ad cuius sacratissimum corpus sedemus, quantum debilitatis, quantumque formidinis ante aduentum spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Vna enim mulieris voce percussus, dum mori timuit, vitam negauit. Et pensandum quia eum comprehensum Petrus negauit in terra, quae suspensum latro confessus est in cruce. Sed vir ille tunc formidinosus, qualis post aduentum spiritus existat, audiamus. Fit conuentus magistratus atque seniorum, caelis denunciatur Apostolis, ne in nomine Iesu loqui debeant. Petrus magna autoritate respondet: Obedire oportet deo, magis quam hominibus. Et rursus: Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quam deum, iudicate. Non enim possumus quae vidimus & audiuimus, non loqui. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce gaudet Petrus in verberibus, qui ante in verberibus timebat. Et qui prius ancillae vocem requisitus timuit, post aduentum spiritus sancti, vires principum caelus premit. Libet oculos fidei in virtute operis huius attollere, atque sparsim patres testamenti noui ac veteris considerare. Ecce apertis eis de oculis fidei, David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Mattheum intueor, & sanctus iste spiritus qualis sit artifex, considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharam puerum, & psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sycomoros vellicantem, & prophetam facit. Implet abstinentem puerum, & iudicem senum facit. Implet piscatorem, & praedicatorum facit. Implet persecutorem, & doctorem gentium facit. Implet publicanum, & Evangelistam facit. O qualis est artifex iste spiritus, nulla ad discendum mora agitur in omne quod voluerit: Mox enim ut tetigerit, mentem docet: solumque tetigisse, docuisse est. Nam humanum animum subito ut illustrat, immutat: abnegat hoc repente quod erat, exhibet repente quod non erat. Peccemus, sanctos praedictores nostros quales hodierna die reperit, quales fecit. Certe qui in vno conuclau pro Iudaeorum metu residebant, mansuetudinis suae singularem linguam nouerant, & tamen nec ea ipsa lingua quam nouerant, aperte Christum loqui praesumebant. Venit spiritus, & in ore eos per diuersitatem linguarum docuit, in mente autem ex autoritate roborauit. Coeperunt & in aliena Christum eloqui, qui de illo prius & in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor despexit tormenta corporis, quae ante metuebant. Vicit vim carnalis formidinis praesens amor conditoris. Et qui prius suis aduersariis succumbebant formidine, eis iam praerant autoritate. Qui ergo in tante eos celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi quod mentes terrenorum hominum caelos fecit? Pensate fratres charissimi, post incarnationem unigeniti filii dei qualis sit hodierna solennitas de aduentu spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque & haec est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem, in ista vero homines veniente desuper susceperunt deum. In illa

Spiritus sanctus in igne apparuit, & in linguis igneis.

Luce. 11.

Deut. 33.

Spiritus sanctus quos replet, simplices facit, & ardentes. Mat. 10.

1. Cor. 14.

Iob. 1.

Spiritus sanctus quare apparuit super redemptorem in coluba, & super discipulos in igne.

1. Ioan. 1.

Iob. 26.

1. Cor. 12. Spiritus sancti dona uaria sunt.

Psal. 32.

Ibidem.

Mat. 26. Luce. 24.

Act. 5.

\* Spreuit. Petrus spiritu sancto recepto gaudebat in uerberibus, qui prius timebat in uerberibus.

1. Reg. 16. Amos. 7. Daniel. 13. Mat. 4. Act. 9. Luce. 5.

Poenitentia solennitas est ualde honorabilis.



**A** In illa deus naturaliter factus est homo, in ista homines facti sunt per adoptionem dei. Si ergo remanere carnales in morte volumus, hunc fratres charissimi viuificantem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo, quem non visum habeo? & nos concedimus: quia mens visibilibus intenta, videre nescit inuisibilem. Nulla enim nisi visibilia cogitat, ea que & cum non agit, eorum imagines introrsus trahit, dumque in imaginibus corporis iacet, surgere ad incorporea non valet. Vnde fit, vt tanto deterius creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corpoream creaturam portat. Sed cum deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus vade iter fiat, quod ad eum nostrae intelligentie oculis veniat. Certe quem in se videre nullo modo valeamus, hunc in seruis suis videre iam possumus. Quos dum mira cospicimus agere, certum nobis fit, in eorum mentibus deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus vsum trahamus. In re autem incorporea a rebus corporalibus vsum trahamus. In re autem incorporea a rebus corporalibus vsum trahamus. In re autem incorporea a rebus corporalibus vsum trahamus.

**B** ritate illius videam, sanctos videlicet Apostolos, qui virtutibus emicant: miraculis coruscant, quos nati solis claritas perfudit, & cum in seipso sit inuisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem praebeat. Virtus enim diuinitatis in se, quasi sol in caelo est. Virtus diuinitatis in hominibus, sol in terra. Solem ergo iustitiae intueamur in terra, quem videre non possumus in caelo, vt dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos & in caelum leuamus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si deus ac proximus integra mente diligatur. Nec enim deus vere sine proximo, nec proximus vere diligitur sine deo. Hinc est, quod sicut in alio sermone iam diximus, idem spiritus secundo legitur discipulis datus, prius a domino in terra degente, postmodum a domino caelo praesidente. In terra quippe datur, vt diligatur proximus, e caelo vero vt diligatur deus. Sed cur prius in terra, postmodum e caelo, nisi quod pateat datur intelligi: quia iuxta Ioannem vocem, qui fratrem suum non diligit quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum fratres, amemus eum qui iuxta nos est, vt peruenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat deo, vt perfecte mereamur in deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernae frequentiae lenitiam peruenimus, de qua nunc sancti spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamur, in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum ciuium societas sancta.

**C** Ibi solennitas certa. Ibi requies secunda. Ibi pax vera, qua nobis iam non relinquitur, sed datur per dominum Iesum Christum.

Solem recte inspicere nemo valet.

1. Ioan. 4. Proximus est amandus, si ad deum peruenire uelimus.

Luce. 13.

Lectione sancti Euangelij secundum Lucam.



In illo tempore. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem ficus habebat quidam plantata in vinea sua, & venit quaerens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat? At ille respondens dixit illi: Domine, dimitte illam, & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam: Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi

manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbis: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Iesus dixit: Hypocrita, vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a praesepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abrahamae quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, nonne oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum haec diceret, erubescerant omnes aduersarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuersis quae gloriose fiebant ab eo.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sancti Laurentij martyris, Sabbato quatuor temporum.

Homilia xxxj.

**D**ominus ac redemptor noster per Euangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur: aliquando aliud verbis, atque aliud rebus: aliquando autem hoc verbis, quod rebus. Duas etenim res ex Euangelio fratres audistis, ficulneam infructuosam, & mulierem curuam, & vtri que rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficulnea infructuosa, quod mulier inclinata, & hoc ficulnea reserua ta, quod mulier erecta. Dominus vineae tertio venit ad ficulneam, & mulierem minimam inuenit: quae erecta est, decem & octo annis fuerat curua. Hoc autem decem & octo annorum numero signatur, quod tertio dominus vineae ad ficulneam infructuosam venisse perhibetur. Quia ergo praemittendo summam totum perstrinximus, iam per lectionis ordinem singula disseramus. Arborem ficus habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quaerens fructum in illa, & non inuenit. Quid arbor ficus, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata, nisi eandam naturam significando denunciat? Quae & bene plantata est sicut ficus, & bene creata sicut mulier, sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum seruat operationis, neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens: quia fructum obedientiae ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Quae ad dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non persistit, quod plantata vel creata fuerat, seruari contempsit. Tertio dominus vineae ad ficulneam venit: quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, visitando requisitum. Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio fructum quaerens in ficulnea hac, & non inuenio. Venit ante legem: quia per naturalem intellectum quid vnusquisque exemplo sui, qualiter erga proximum agere debuisset, innotuit. Venit in lege: quia praecipiendo docuit. Venit post legem per gratiam, quia pietatis suae praesentiam exhibendo monstrauit. Sed tamen in tribus annis fructum se non inuenisse conqueritur: quia quorundam prauiorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec praecpta erudiunt, nec incarnationis eius miracula conuertunt. Quid vero per cultorem vineae, nisi praepositorum ordo exprimitur? Qui dum praesunt Ecclesiae, iumentum dominicae vineae curam gerunt. Huius enim vineae primus cultor Petrus Apostolus extitit. Hunc nos indigni sequimur, inquantum pro eruditione vestra, docendo, praedicando, increpando laboramus. Sed cum magno iam timore audiendum est, quod cultori vineae de infructuosa arbore dicitur: Succide eam, vt quid etiam terra occupat? Vnusquisque iuxta modum suum, inquantum locum vitae praesentis tenet, si fructum bonae operationis non exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat: quia in eo loco in quo ipse est, & alius operandi occasione negat. Sed in hoc seculo potens quilibet si fructum non habet operationis bonae, etiam impedimentum praestat ceteris: quia quicunque sub ipso sunt, exemplo prauiitatis illius, quasi umbra pueritatis eius premuntur.

inquit de vobis dicitur E hoc 3o

Ficulnea mulier curua humana natura repraesentant. erecta.

F Dominus venit ante legem, in lege, & post legem.

\* deprecando. Arbori infructuose, comparatur qui bonae operationis fructum non exhibet.

**G** muntur. Stat desuper arbor infructuosa, & subter terra sterilis iacet. Infructuose arboris desuper umbra densatur, & Solis radius ad terram descendere nequaquam permittitur: quia dum subiecti quilibet, patroni peruerii perueria exempla conspiciunt, ipsi quoque infructuosi remanentes, veritatis lumine priuantur. Et pressi umbra, calorem Solis non accipiunt: quia inde remanent a deo frigidi, unde in hoc seculo male protegentur. Sed de hoc peruerso quolibet & potestate, penes iam requisitio deo non est. Postquam enim se perdidit, querendum solummodo est, cur & alios premat. Unde bene eiusdem vinea dominus dicit: *Ut quid etiam terram occupat? Terram quippe occupat, qui mentes alienas grauat. Terram occupat, qui locum quem tenet, in bonis operibus non exercet. Sed tamen nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor vinea quid dicat, audiamus. Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam.* Quid est circa ficulnea fodere, nisi infructuosas mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquem de peccato suo corripimus, quasi ex cultura debito circa infructuosam arborem fodimus. Post fassionem vero quid dicatur, audiamus. Et mittam cophinum stercoris. Quid est cophinum stercoris, nisi memoria peccatorum? Peccata etenim carnis, stercora vocantur. Unde & per prophetam dicitur: *Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales quosque in faetore luxurie vitam finire. Nos itaque quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriam vitia antea redueimus, quasi infructuose arbori cophinum stercoris versamus: ut malorum quae egit, memoriam recolat, & ad compunctionis gratiam quasi de faetore pinguescat. Mittitur ergo cophinum stercoris ad radicem arboris, quando prauitatis suae conscientia tangitur memoria cogitationis. Cumque se per penitentiam ad lamenta mens excitat, & ad bonae operationis gratiam reformat, quasi per tactum stercoris redit ad fecunditatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse se meminit. Displicet sibi qualem fuisse se recolat. In reuersione contra se dirigit, atque ad meliora animam accedit. Ex faetore ergo ad fructum reuiuiscit arbor: quia de consideratione peccati ad bona se opera reuiuiscit animus. Et sunt plerique qui increpationes audiunt, & tamen ad penitentiam redire contemnunt, & infructuosi deo, in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid ficulnea cultor adiungat. Si quidem fecerit fructum: sicut in futurum succides eam, quia profecto qui hic non vult ad fecunditatem pinguescere per increpationem, illic cadet unde iam resurgere per penitentiam non valet: & in futurum succidetur, quauis hic sine fructu viridis stare videatur. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo. Paulo ante iam diximus, quia hoc erat trinus aduentus domini ad infructuosam ficulneam, quod decem & octo annorum numerus ad curuam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est, atque eodem sexto die opera domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum ductus, decem & octo facit. Quia ergo homo qui sexta die factus est, perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratiae infirmus extitit, decem & octo annis curua mulier fuit. Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Omnis peccator terrena cogitans, caelestia non requirens, sursum respicere non valet: quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis suae rectitudine curuatur: & hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra fratres charissimi redite, quid horis omnibus in cogitationibus vestris voluatis, semper aspiciate. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de praediorum ambitu cogitat. Haec cuncta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine deflectitur. Et quia ad caeleste desiderium non assurgit, quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sequitur. Hanc cum vidisset Iesus, vocauit ad se, & ait illi: *Mulier, dimissa es ab infirmitate tua, & impositus illi manus, & confestim erecta est.* Vocauit & erexit: quia illuminauit ipsam mulierem, & adiuuit. Vocat, sed non erigit, quando per eius gratiam illuminamur, sed exigentibus*

*Praelatorum peruersa exempla subditas corrumpunt.*

*Iohel. 1. Iumenta in stercore putrescere quid est.*

*Arbor reuiuiscit ad fructum ex faetore.*

*Homo sexto die factus est.*

*Terrena efficiunt curuatas.*

nostris meritis adiuuari non possumus. Plurimum enim videmus quae agenda sunt, sed opere non implemus. Nitimur & infirmamur. Mentis iudicium rectitudinem conspiciunt, sed ad haec operis fortitudo succumbit: quia nimirum iam de poena peccati est, ut ex dono quidem possit bonum conspici, sed tamen ab eo quod aspicitur, contingat per meritum repellere. Vitata etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur: quia ubi sponte diu persistit, ibi & cum noluerit, coacta cadit. Bene de hac nostra incuruatione ex typo humani generis per Psalmistam dicitur: *Incuruatus sum, & humiliatus sum usquequaque.* Contemplatus namque quod ad supernam lucem intuendam homo conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suae tenebras secum portat, superna non appetit, infimis intendit, caelestia nequaquam desiderat, terrena semper in animo versat: hoc quod de suo genere doluit, in seipso exclamauit, dicens: *Incuruatus sum, & humiliatus sum usquequaque.* Contemplationem namque caelestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incuruatus & humiliatus esset, sed tamen usquequaque non esset. Quae ergo a superius cogitationibus non solum necessitas deicit, sed etiam voluptas illicita sterat, non solum incuruatus, sed usquequaque incuruatus est. Hinc alius propheta de immundis spiritibus dicit: *Qui dixerunt animae tuae, incuruare, ut transeamus. Recta quippe stat anima, cum superna desiderat, & nequaquam deflectitur ad ima. Sed maligni spiritus cum hanc in sua rectitudine stare conspiciunt, per eam transire non possunt. Transire namque eorum, est immunda illi desideria spargere. Dicunt ergo, incuruare ut transeamus: quia si ipsa se ad ima appetenda non deicit, contra hanc illorum peruersitas nullatenus conualescit. Et transire per eam nequeat, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescunt.* Nos ergo fratres charissimi, nos viam malignis in nobis spiritibus damus, cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda curuamur. Pudeat ergo terrena concupiscere, & dorsa mentium ascendentibus aduersariis prebere. Terra semper intuetur qui curuus est, & quo praemio sit redemptus, non meminit, qui ima quaerit. Hinc etiam per Moysen dicitur ut qui gibbo premitur, nequaquam ad sacerdotium prouehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra eiusdem summi sacerdotis efficiuntur. Unde & nobis per Petrum dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium: sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur.* A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est, quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non habent, ab esu fidelis populi prohibentur. Pisces quippe qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo penatis piscibus nisi electae animae figurantur? Quae profecto solae in caelestis Ecclesiae corpus transeunt. Quae modo virtutum pennulis sulte, saltus dare per caeleste desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quauis in seipsis iterum ex mortali carne relabantur. Si ergo iam bona caelestis patrie agnouimus, displiceat nobis fratres charissimi quod curui sumus. Ponatur ante oculos mulier curua, & arbor infructuosa. Reminiscamur malorum quae fecimus, mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris, ut tunc in retributionis fructu pinguescat quod nobis hic per penitentiam scetebat. Et si virtutum summa operari non possumus, ipse deus nostro gaudeat lameto. Ex ipsa enim ei iustitiae inchoatione placebimus, qui iniusta quae fecimus punimus. Nec mora erit in fletibus: quia tergent citius transeunt lachrymas mansura gaudia. Per dominum nostrum &c. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.



**I**n illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit eam, propter me inueniet eam.* Quid enim prodest homini, si

*Psalm. 118.*

*Esa. 51. Aia quandoque dicitur esse recta, quandoque curua.*


*Curuus semper terram intuetur. Leuit. 21.*

*1. Petr. 2.*

*Leuit. 11.*

*signa.*

*Mat. 16. Luc. 9.*



Ani, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis vêturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vniuique secundum opera sua. Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus qui nō gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sanctorum Processi & Martiniani.

Vnius martyris Homilia. xxxij.

Precepta noua dedit redemptor nouus hō.

Q Via dominus ac redemptor noster nouus homo venit in mundum, noua precepta dedit mundo. Vt etenim nostræ veteri in vitis enutritæ, contrarietatem opposuit nouitatis suæ. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si nō posset? Sed celestis medicus lingulis quibusq; vitis obuiata adhibet medicamēta. Nā si cut arte medicinx calida frigidis, frigida calidis curantē ita dñs noster cōtraria opposuit medicamēta peccatis, vt lubricis cōtinentiæ, tenacibus largitatē, iracūdis māfuetudinē, elatis præciperet humilitatem. Certē cū se sequentibus noua mandata proponeret, dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nō pot̄ meus esse discipulus. Ac si apertē dicat: Qui per vitam veterem aliena concupiscitis, per nouæ conuersationis studium & vestra largimini. Quid verō in hac lectione dicat, audiamus. Qui vult post me venire, abneget semetipsum. Vbi dicitur vt abnegemus nostra, hic dicitur vt abnegemus nos. Et fortasse laboriosum nō est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multū est, abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dominus præcepit, vt renunciemus nostris: quia quicunq; ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisq; cum nudo luctatur, citius ad terram deiicitur, qui habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quedam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abiciat, ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentiu delectationes requirat, ne vnde ad votum tegitur, ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus & nos. Quid est quod dicimus, relinquamus & nos? Si enim nosmetipsos relinquimus, quō ibimus extra nos? vel quis est qui vadit, si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi, aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus, & maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce etenim qui superbus fuit, si conuersus ad Christū humilis factus est, semetipsum relinquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitā mutauit, abnegauit vitæ quod iuit. Si auarus quisq; ambire iam desit, & largiri didicit propria, qui prius aliena rapiebat, proculdubio semetipsum relinquit. Ipse quidem est per naturā, sed nō est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: Verte impios, & non erunt. Conuersi nanque impii non erunt, non quia nō erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus, cū vitam quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nunc quod per nouitatem vocamur. Pensemus quomodo se Paulus abnegauerat, qui dicebat: Vivo autem iam non ego. Extinctus quippe fuerat saeuus ille persecutor, & viuere coeperat pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profectō nō esset, sed qui se viuere denegat, dicat vnde est quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat. Protinus subdit: Vivo verō in me Christus. Ac si apertē dicat: Ego quidē à memetipso extinctus sum: quia carnaliter nō vivo, sed tamen essentialiter mortuus non sum: quia in Christo spiritaliter vivo. Dicat ergo veritas, dicat: Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eam qui super ipsum est, nō appropinquat: nec va-

Luce. 14.

Christum sequi volēs abneget se metipsum.

Reliquere nosmet ipsos qualiter potest hoc fieri.

Prou. 12.

Gal. 2.

let apprehendere, quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sic olerum planta: transponuntur, vt proficiant, atque, vt ita dixerim, eradicantur vt crescant. Sic rerum semina in terræ admixtione deficiunt: vt in reparatione sui generis vberius affurgant. Vnde enim videntur perdidisse quod erant, inde accipiunt hoc apparere quod non erant. Sed qui iam se à vitis abnegat, exquirenda ei virtutes sunt in quibus crescat. Nam cum dictum est: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, protinus additur: Et tollat crucē suam quotidie, & sequatur me. Duobus etenim modis crux tollitur, cū aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus qualiter vtroque modo Paulus crucem suā tulerat, qui dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis, audiamus nūc in compassionem proximi crucem mentis. Ait enim: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō vror? Perfectus quippe prædicator vt exemplum daret abstinentiæ, crucem portabat in corpore. Et quia in se trahebat damna infirmitatis alienæ, crucem portabat in corde. Sed quia ipsis virtutibus quedam vitia mixta sunt, dicendum nobis est quod vitium abstinentiæ carnis, & quod obfideat compassionem mentis. E vicino nanque abstinentiam carnis nonnunquam vana gloria obfideat: quia dū tenuitas in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur: & tanto se celerius foras fundit, quanto ad humanos oculos per ostensum pallorem exit. Et plerunq; fit, vt hoc quod causa dei agi creditur, pro solis humanis fauoribus agatur. Quod bene Simon ille significat, qui inuentus in itinere, crucem dominicam in angaria portat. Aliena quippe onera in angaria portantur, quando per vanitatis studium aliquid geritur. Qui ergo per Simonem designatur, nisi abstinentes & arrogantes? qui per abstinentiam quidem carni afficiunt, sed fructum abstinentiæ interiorius non requirunt. Crucem ergo domini in angaria Simon portat: quia cū ad opus bonum ex bona voluntate non ducitur, rem iusti sine fructu peccator operatur. Vnde idem Simon crucem portat, sed non moritur: quia abstinentes & arrogantes, per abstinentiam quidē corpus afficiunt, sed per desiderium vane gloriæ mundo viuunt. Compassionem verō animi plerunq; latenter obfideat pietas falsa, vt hanc nonnunquam vique ad condescendendum vitis pertrahat, cū ad culpas quisque non debeat compassionem exercere, sed zelum. Compassio quippe homini, & rectitudo vitis debetur, vt in vno eodemque homine & diligamus bonum quod factus est, & persequamur mala quæ fecit: ne dum culpas incaute remittimus, non iam per charitatem compati, sed per negligentiam concidisse videamur. Sequitur: Qui enim voluerit animā suā saluā facere, perdet eam: & qui perdiderit animā suam propter me, saluam eam faciet. Sic dicitur fideli: Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, saluam eam faciet. Ac si agricolæ dicatur: Frumentum si seruas, perdis: si seminas, renouas. Quis enim nesciat quod frumentum cū in semine mittitur, perit ab oculis, in terra deficit? Sed vnde putrescit in puluere, inde virefcit in renouatione. Quia verō sancta Ecclesia aliud tempus habet persecutionis, atque aliud pacis, redemptor noster ipsa eius tempora distinguit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima: pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena. Vnde & nunc dicitur: Quid enim proficit homo, si lucretur totum mundum, se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Cū persecutio ab aduersariis deest, valde vigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet viuere, libet etiam ambire. Quæ profectō auaritia bene compescitur, si ipse status ambientis sollicitē consideretur. Nam cur instet ad colligendum, quando stare non potest ipse qui colligit? Cur sum ergo suum quisque consideret, & agnoscit sibi posse sufficere parua quæ habet. Sed fortasse metuit ne in huius vitæ itinere sumptus desit. Longa nostra desideria increpat via breuis. Iaculum multa portantur, cū iuxta q q ij est quo

Homo non ualet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est.

1. Cor. 9.

2. Cor. 11.

E iuxta.

Mat. 27.

Crucem domini portauit Simon in angaria.

\* factum.

F concessissimē.

Frumentū perditur seruando, sed renouatur seminādo.

Mundū totū lucrari & se perdere nihil proficit. Bona temporalia timere ne do sint, unus est timor.

**G** est quod pergitur. Plarunq; autem & auaritiā vincimus, sed adhuc obstat quod vias rectitudinis minori tenemus custodia perfectionis. Nam saepe labentia cuncta despiciamus, sed tamen adhuc humanae verecundiae vlu prapeditur, vt rectitudinem quam seruamus in mente, nondum exprimere valeamus in voce. Et tanto dei faciem ad iustitiae defensionem negligimus, quanto humanas facies contra iustitiam veremur. Sed huic quoque vulnere congruum sublingitur medicamentum, cum dominus dicit: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Sed ecce nunc apud se homines dicunt, nos iam dominum & sermones eius non erubescimus: quia aperta eum voce profitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli qui Christum ideo confitentur: quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Nam si nomen Christi in tanta hodie gloria non esset, tot professores Christi sancta Ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis, quam defendit a verecundia professio generalitatis. Est tamen vbi se quisque interroget, vt in confessione Christi se veraciter probet, si non iam nomen eius erubescit, si plena virtute mentis humanum pudorem subdit. Certē enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles subditatis nudari, de dignitatibus deici, verberibus affligi. Pacis autem tempore quia haec a nostris persecutionibus desunt, est aliud vbi ostendamus nobis. Veremur saepe a proximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Si contingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus peiores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vitae gloriā quaerit, humilitatem respuit. Et plarunq; ipse homo qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit. Pensemus facta veritatis, vt videamus quo iaceant nostrae prauitatis actiones. Si enim membra summi capitis sumus, imitari eum cui conecdimur, debemus. Quid nanque ad nostrae eruditionis exemplum

Luce. 9.

2. Corin. 5.

Paulus egregius praedicator dicit: Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Ecce inter nos & deum discordiam peccando fecimus, & tamen ad nos deus suos legatos prior misit, vt nos ipsi qui peccauimus, ad pacem dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat deus. Sequitur:

Dico autem vobis. Verē sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum dei. Regnum dei frater charissimi non semper in sacro eloquio venturū regnum dicitur, sed nonnunquam praesens Ecclesia vocatur. Vnde scriptum est: Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. In illo quippe regno scandala non erunt, vbi profecto reprobi non admittuntur.

Mat. 13.

Ecclesia praesens vocatur regnum dei.

Quo videlicet exemplo colligitur: quod hoc loco regnum dei praesens Ecclesia vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis vsque adeo in corpore victuri erant, vt Ecclesiam dei constructam conspicerent, & contra mundi huius gloriam erectam, consolatoria promissione nunc dicitur: Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum dei. Sed cum tanta dominus subeunde mortis praecipua dederet, quid necessarium fuit vt ad hanc subito promissionem veniret? Quod si subtiliter attendamus, quanta dispensatione pietatis agatur, agnoscimus. Discipulis enim rudibus etiam de praesenti vita aliquid promittendum fuit, vt possent robustius in futura solidari. Sic Israelitico populo ex Aegypti terra liberando, repromissionis terra promittitur, & cum vocandus esset ad dona caelestia, terrenis promissionibus suadetur. Cur hoc? vt dum esset aliquid quod de vicino perciperet, illud iam fidelius crederet, quod de longinquo audire potuisset. Carnalis etenim populus si parua non acciperet, magna non crederet. Omnipotens ergo deus largiendo terrena, suadet ad caelestia, vt percipiens quod videret, sperare disceret quod minimē videbat. Et tanto solidior de inuisibilibus fieret, quanto eum ad spei certitudinem visibilia promissa fulciret. Vnde recte quoque per

Populo Israelitico promittitur terra repromissionis, quae hoc

psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Sic ergo hoc loco rudibus discipulis veritas loquens videndum regnum caelorum promittit in terra, vt hoc ab eis fidelius in caelo praesumatur. Ex ipso itaque regno quod iam videmus in mundo esse sublimatum, speremus regnum quod in caelo credimus percipiendum. Nam sunt nonnulli qui Christianitatis nomine censentur, sed Christianitatis non habent fidem. Sola esse visibilia aestimant, inuisibilia non appetunt: quia nec esse suspicantur. Ad sanctorum martyrum corpora consistimus fratres mei. Nunquid illi carnem suam in mortem dareat, nisi eis certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuissent? Ecce qui ita crediderunt, miraculis coruscant. Ad extincta nanque eorum corpora, viuentes aegri veniunt, & sanantur. Periculi veniunt, & a daemone vexantur. Daemones veniunt, & liberantur. Quomodo ergo viuunt illic, vbi viuunt, si in tot miraculis viuunt, hic vbi mortui sunt? Rem fratres dico breuem verbo, sed non paruam merito, qua religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnouit. Gothorum tempore matrona quaedam fuit valde religiosa, quae ad horum martyrum Ecclesiam crebro veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, aegrediens duos stantes sub peregrino habitu monachos inuenit, peregrinos credidit, dari eis aliquid elemosynae praecipit. Sed priusquam eius erogator eis ad largiendum elemosynam propinquasset, astiterunt illi vicini, & dixerunt: Tu nos modo visitas, nos te in die iudicij requiremus, & quicquid possumus, praestabimus tibi. Quo dicto, ab oculis eius ablati sunt. Territa illa ad orandum rediit, seseque in lachrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tanto instantior in prece, quanto certior de promissione. Si autem iuxta Pauli vocem, Est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: nequaquam iam dicimus vt venturam vitam credatis: quia ecce ipsi qui in illa viuunt, humanis obtutibus visibiliter praesentantur. Quod enim videri potest, melius dicitur sciri quam credi. Veturam ergo vitam nos dominus magis, voluit scire quam credere, qui eos quos inuisibiliter recipit, apud se viuere nobis etiam visibiliter ostendit. Hos ergo fratres charissimi in causa vestri examinis quam districto iudice habebitis, patronos facite. Hos in die tati terroris illius defensores adhibere. Certē si apud quendam magnum iudicem causa quaelibet vestra esset die crastino ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, patronum vestra fraternitas quaereret, magnis precibus ageret, vt apud tantum iudicem sibi defensor veniret. Ecce districtus iudex Iesus venturus est, tanti illius angelorum archangelorumque concilij terror adhibetur. In illo conuentu causa nostra discutitur, & tamen nos patronos modo non requirimus, quos tunc defensores habeamus. Assunt defensores nostri sancti martyres, rogari volunt, atque, vt ita dixerim, quaerunt, vt quaerantur. Hos ergo adiutores vestris orationibus quaerite. Hos protectores vestri reatus inuenite; quia ne punire peccatores debeat, rogari vult & ipse qui iudicat. Vnde etiam longo tempore comminatur iram, & tamen misericorditer expectat. Sic autem nos & misericordia eius resoueat, vt nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, vt mens in desperationem non proruat: quia et si praesumentes metuimus, & metuentes speramus, aeternum regnum citius adepturi sumus, per eum qui viuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.



In illo tempore, Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro

Christiani multi sunt nomine, sed non fide.

Exemplum.

Hebr. 11.

Iudicem adiutus patronum non conquire re debet.

M

Luce. 7.

**A** eius, & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem Pharisaeus qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quae & qualis est mulier quae tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Et respondens Iesus dixit: Duo debitores erant cuidam foeneratori, vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriusque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, haec autem unguento unxit pedes meos.

**B** Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem Iesus ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbabant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sancti Clementis, feria sexta quatuor temporum Septembris.

Homilia. xxxiiij.


**C**ogitanti mihi de Mariae Magdalena: poenitentia, flere magis libet, quam aliquid dicere. Cuius enim vel laxum peccus ille huius peccatricis lachrymae, ad exemplum poenitendi non emolliant? Considerauit nanque quid fecit, & noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quae flere & inter epulas non erubescit. Hanc vero quam Lucas peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominat, illam esse Mariam credimus, de qua Marcus septem daemonia eiecita fuisse testatur. Et quid per septem daemonia, nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo daemonia Maria habuit, quae vniuersis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis suae maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordiae cucurrit, conuiuantes non erubuit. Nam quia semetipsam grauius erubescere intus, nihil esse credidit quod ve recundaretur foris. Quid ergo miramur fratres, Mariam venientem, an dominum suscipientem? Suscipientem dicam, an trahentem: Sed melius trahentem dicam & suscipientem: quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed iam textum sancti Evangelij percurrentes, ipsum quoque ordinem quo venerit sananda, videamus. Attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes Iesu, lachrymis coepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius & unguento ungebat. Liquet fratres quod illicitis actibus prius mulier intenta, unguentum sibi pro odore suae carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per poenitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, ut totum seruiret deo in poenitentia, quicquid ex se deum contempserat in culpa. Sed

hoc Pharisaeus intuens despicit, & non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam suscipientem dominum reprehendit, dicens intra se: Hic si esset propheta, sciret utique quae & qualis esset mulier quae tangit eum: quia peccatrix est. Ecce Pharisaeus veraciter apud se superbus, & fallaciter intus, agram reprehendit de aegritudine, medicum de subuentione, qui ipse quoque de elationis vulnere aegrotabat, & ignorabat. Inter duos autem aegros medicus aderat, sed vnus aeger in febre integrum sensum tenebat, alter vero in febre carnis & sensum perdidit mentis. Illa quippe fiebat quod fecerat, Pharisaeus autem de falsa iustitia elatus, vim suae inualitudinis exaggerabat. In aegritudine ergo & sensum perdidit, qui hoc ipsum quoque, quod a salute longe esset, ignorabat. Sed inter haec nos gemitus cogit, quodam nostri ordinis viros intueri, qui sacerdotali officio praediti, si quid fortasse iuste exterius vel tenuiter egerint, protinus subiectos despiciunt, & peccatores quosque in plebe positos dedignantur, eisque compati culpam suam contentibus nolunt, ac velut Pharisaei more, a peccatrice muliere tangi despiciunt. Quae profecto mulier si ad Pharisaei pedes venisset, nimirum calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera sua iustitia non replebat, de alieno vulnere aegrotabat. Vnde semper necesse est ut cum peccatores quosque conspiciamus, nosmet ipsos prius in illorum calamitate desleamus: quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus si lapsi non sumus. Et si censura magisteri debet semper virtute disciplinae vitia persequi, oportet tamen ut sollicito discernamus: quia distinctionem debemus vitii, compassionem naturae. Si enim feriendus est peccator, nutriendus est proximus. Cum vero iam per poenitentiam percutit ipse quod fecit, iam nosler proximus peccator non est: quia cum dei iustitiam contra se dirigit, & hoc in se punit quod iustitia diuina reprehendit. Sed iam iste superbus & arrogans qua sententia conuincatur, audiamus. De duobus quippe ei debitoribus paradigma opponitur, quorum vnus minus, & alius amplius debet, vtrorumque debito dimisso, quis amplius largitorem debiti diligit, interrogatur. Quibus verbis protinus ille respondit. Ille plus diligit, cui plus dimittitur. Qua in re notandum est quia dum sua sententia Pharisaeus conuincitur, quasi phreneticus funem portat vnde ligetur. Enumerantur ei a domino bona peccatricis mulieris, & enumerantur mala falsi iusti, cum dicitur: Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, haec autem unguento unxit pedes meos. Post enumerationem vero subinfertur sententia: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid fratres mei esse dilectionem credimus, nisi ignem? & quid culpam, nisi rubiginem? Vnde nunc dicitur: Remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur: Incendit plene peccati rubiginem: quia ardet valide per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ecce ea quae ad medicum venerat agra, sanata est, sed de salute eius adhuc alij aegrotant. Nam simul discumbentes conquesti sunt intra se, dicentes: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Sed caelestis medicus egros non despicit, quos etiam de medicamento fieri deteriores videt. Eam autem quam sanauerat, per pietatis suae sententiam confirmat, dicens: Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Fides etenim eius saluam eam fecit: quia hoc quod petiit, posse se accipere non dubitauit. Sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat, a quo per spem etiam salutem querebat. In pace autem ire praecipitur, ut a veritatis itinere in viam scandali ulterius non diriuetur. Vnde & per Zachariam dicitur: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Tunc enim gressus nostros in viam pacis dirigimus, quando per illud actionum iter pergimus, in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus. Haec itaque fratres charissimi historica expositione transcurramus, nunc vero si placet, ea quae dicta sunt, my-

**Sacerdotes etiam iusti subiectos non despiciant.**  
**E** Peccatores dum conspiciunt, nosmet ipsos desleamus.

**Dilectio est ignis & culpa rubigo.**

**Luce. 1.**



**Magdalena habuit septem daemonia.**

**Magdalena poenitentia fuit perfecta.**



DIVI GREGORII PAPAE IN EVANGELIA

**G**ifico intellectu differamus. Quem nanq; Phariseus de falsa iustitia præsumens, nisi Iudaicum populum, quem peccatrix mulier sed ad vestigia domini veniens & plorans, nisi conuersam gentilitatem designat? Quæ cum alabaistro venit, yn-  
**2. Corin. 2.** guentū fudit, tetro secus pedes domini stetit, lachrymis pedes rigauit, capillis terfit, eosdemque quos infundebat & tergebat, pedes osculari non desit. Nos ergo nos illam mulier expressit, si toto corde ad dominum post peccata redeamus, si eius penitentia luctus imitemur. Quid nanque vnguento, nisi bonæ odor opinionis exprimitur? vnde & Paulus dicit: Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Si ergo recta opera agimus, quibus opinionibus boni odoris Ecclesiæ respargamus, quid in domini corpore nisi vnguentum fundimus? Sed secus pedes Iesu mulier stetit. Contra pedes enim domini stetimus, cum in peccatis positi, eius itineribus retinebamur. Sed si ad veram penitentiam post peccata conuertimur, iam retro secus pedes stamus: quia eius vestigia sequimur, quem impugnabamus. Lachrymis mulier pedes eius rigat. Quod nos quoque veraciter agimus, si quibuslibet vltimis membris domini per cōpassionis affectum inclinamur, si sanctis eius in tribulatione compatimur, si eorum tristitiā nostrā putamus. Capillis mulier pedes quos rigauerat, terfit. Capilli quippe superfluunt corpori. Et quid abundas terrena substantia, nisi capillorum speciem tenet? Quæ dum ad vsum necessitatis superfluit, etiā abscissa non sentitur. Capillis ergo pedes domini tergitur, quando sanctis eius quibus ex charitate compatimur, etiā ex his que nobis superfluit, miseremur: quatenus sic mens per cōpassionem doleat, vt etiam larga manus affectum doloris ostendat. Rigat nāque lachrymis redemptoris pedes, sed capillis suis nō tergit, qui vtunque proximorū dolori compatitur, sed tamē eis ex his que sibi superfluit, non miseretur. Plorat & non tergit, qui verba quidem doloris tribuit, sed non ministrando quæ desunt, vim doloris minimē abscindit. Osculatur mulier pedes quos tergit. Quod nos quoque plene agimus, si studiose diligimus quos ex largitate cōtinemus, ne grauis nobis sit necessitas proximi, ne ipsa nobis eius indigetia quæ sustētat, fiat onerosa: & cum manus necessaria tribuit, animus à dilectione torpescat. Potest quoque per pedes ipsū mysteriū incarnationis eius intelligi, per quod diuinitas terrā tetigit: quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Osculamur ergo redemptoris pedes, cum mysteriū incarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes vngimus, cum ipsam humanitatis eius potentiam sacri eloqui bona opinione prædicamus. Sed hoc Phariseus videt, & inuidet: quia cum Iudaicus populus gentilitatem deū prædicare cōspicit, sua apud se malitia tabescit. Sed redemptor noster facta eiusdem mulieris, quasi bona gentilitatis enumerat, vt in quo malo Iudaicus populus iaceat, agnoscat. Nam sic Phariseus retunditur, vt per eum, sicut diximus, perfidus ille populus ostendatur. Intraui in domū tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos. Aqua quippe extra nos est, lachrymarum humor intra nos: quia videlicet infidelis ille populus, nec ea quæ extra se erant, vnquam pro domino tribuit, conuersa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiam dedit, sed etiam sanguinem fudit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Osculum quippe, dilectionis est signum. Et infidelis ille populus deo osculum non dedit: quia ex charitate eum amare noluit, cui ex timore seruauit. Vocata autem gentilitas, redemptoris sui vestigia osculari non cessat: quia in eius amore continuo suspirat. Vnde & sponsæ voce de eodem redemptore suo in Canticis canticorū dicitur: Osculetur me osculo oris sui. Osculum recte conditoris sui desiderat, que se ei obsequi per amorem parat. Oleo caput meum non unxisti. Si pedes domini, mysterium incarnationis eius accipimus, congruè per caput illius ipsa diuinitas designatur. Vnde & per Paulum dicitur: Caput Christi, deus. In deo quippe, & non in se, quasi in homine credere Iudaicus populus fatebatur. Sed Phariseo dicitur: Oleo caput meum non unxisti: quia ipsam quoque diuinitatis eius potentiam, in qua se Iudaicus populus credere sponndit, digna laude prædicare neglexit. Hæc autem

vnguento unxit pedes meos, quia dum incarnationis eius mysterium gentilitas credidit, summa laude etiam eius im prædicauit. Sed iam redemptor noster enumerata bona concludit, cum per sententiam subdit: Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ac si aperte dicat: Et si durum est valde quod coquitur, abundat tamen amoris ignis quo etiam dura consumantur. Libet inter hæc considerationem tantæ pietatis intueri. Peccatricis mulieris opera, sed penitentis, qua æstimatione veritas apud se seruat, quæ eius aduersario sub tanta distributione enumerat. Ad pharisei prandium dominus discumbebat, sed apud penitentem mulierem mentis epulis delectabatur. Apud Phariseum veritas pascebatur foris, apud peccatricem mulierem, sed tamen conuersam, pascebatur intus. Vnde & ei sancta Ecclesia, quam sub specie hinnuli ceruorū querit, in Canticis canticorum dicit: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubas in meridie. Ceruorū quippe hinnulus, dominus appellatur, iuxta assumptam carnem, antiquorum filius patrum. Feruentior verò in meridie æstus ardescit, & vmbrosū locum hinnulus querit, quem æstus igne non afficit. In illis ergo cordibus dominus requiescit, quæ amor præsentis seculi non incendit, quæ carnis desideria nō exurunt, quæ incensa suis anxietatibus in huius mūdi concupiscentiis nō ardesunt. Vnde & Mariæ dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te, & veritas altissimi obumbrabit tibi. Vmbrosa ergo loca in meridie ad pasendum hinnulus querit: quia talibus mentibus dominus pascit, que per respectu gratiæ temperat, corporalibus desiderijs nō vruntur. Plus ergo penitens mulier pascebat intus, quam Phariseus dominum pascebat foris: quia ab æstu carnalium quasi hinnulus redemptor noster ad illius mentem fugerat, quæ post vitiorū ignem, penitentiæ vmbra temperabat. Pensemus quantæ pietatis fuerit, peccatricem mulierem nō solum ad se admittere, sed ei etiam ad tangendū pedes præbere. Consideremus gratiam misericordis dei, & damnemus multitudinē reatus nostri. Ecce peccatores videt, & sustinet, resistentes tolerat, & tamen quotidie per Euangeliū clementer vocat. Cōfessionem nostrā ex puro corde desiderat: & cuncta quæ delinquitur relaxat. Temperauit nobis districtiōnē legis, misericordia redemptoris. In illa quippe scriptū est: Si quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur. Si quis hæc vel illa fecerit, lapidibus obruatur. Apparuit conditor noster in carne, confessioni peccatorum nō poenam, sed vitā promittit: mulierē sua vulnera cōfidentē suscipit, & sanā dimittit. Inflexit ergo ad misericordiā duritiā legis: quia quos iuste illa damnat, ipse misericorditer liberat. Vnde bene quoque in lege scriptū est: quia manus Moysi erant graues, sumentes ergo lapidē, posuerunt subter, in quo sedit. Aaron autem & Hur sustēbant manus eius. Moyses quippe sedit in lapide, cum lex requieuit in Ecclesia. Sed hæc eadem lex manus graues habuit: quia peccantes quosq; nō misericorditer pertulit, sed seuera districtiōne percussit. Aaron verò mons fortitudinis, Hur autē ignis interpretatur. Quem itaq; mons iste fortitudinis signat, nisi redemptorē nostrū: de quo per prophetā dicitur: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium? Aut quis per ignem, nisi spiritus sanctus figuratur: de quo idē redemptor dicit: Ignem veni mittere in terram? Aaron ergo & Hur graues manus Moysi sustinent, atq; sustentando leuiorē reddunt: quia mediator dei & hominum cū igne sancti spiritus veniens, madata legis grauia, quæ dū carnaliter tenerentur, portari nō poterat, tolerabilia nobis per spiritalem intelligentiā ostendit. Quasi enim manus Moysi leues reddidit: quia pondus mandatorū legis ad virtutē cōfessionis retorfit. Hanc nobis sequētib; misericordiæ promissionē innuit, cum per prophetā dicit: Nolo mortē peccatoris, sed vt cōuertatur & viuat. Hinc iterū sub Iudæe specie vniciq; peccatrici animæ dicit: Si dereliquerit vir vxorē suā, & illa recedēs duxerit virū alterū, nūquid reuertet ad eā vltra? nūquid nō polluta & cōtaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatorib; multis: verū tamē reuertere ad me, dicit dominus. Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostendit quod post turpitudinē recipi non possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit, per misericordiam

**H** Capilli denotant abundantem terrenam substantiam.

**Ioan. 1.** Pedes redemptoris quādo dicimur osculari.

**Canti. 1.**

**1. Corin. 11.**

Redemptor apud Phariseum sicut pastus intus & foris. Cantic. 1. Ceruorum hinnulus appellatur dominus.

**I. Luca. 11.**

Peccatores dominus videt & sustinet.


Exo. 19. & Leui. 20.

Exo. 17.

**M**

Esai. 2. Luca. 12.

Ezec. 18. Hiere. 3.



diam vincit: cum dicit fornicantem mulierem recipi nequam posse: & tamen ipse fornicantem animam vt recipiat expectat. Pensate fratres pondus tanta pietatis. Dicit quod fieri non potest: & demonstrat quia hoc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat, & quos inquinatos denunciatur, hos etiam amplecti querit: a quibus desertum esse se querit. Non ergo tante misericordiae tempus perdat: nemo oblata remedia diuinae pietatis abiiciat. Ecce superna benignitas auersos nos reuocat: & nobis reuertentibus, suae clementiae sinum aperit. Vnusquisque ergo penset quo debito constringitur: quando illum deus expectat, ne contemptus exasperetur. Qui ergo permanere noluit, redeat: qui stare conuincitur, saltem post lapsum surgat. Quanto nos amore conditor noster expectat, insinuat, cum per prophetam dicit: Attendi & auscultavi, nemo quod bonum est loquitur. Non est qui recogitet in corde suo & dicat, quid feci? Certe nunquam cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare recta nolimus, ecce adhuc sustinet, vt recogitemus. Videte tantae pietatis sinum, considerate apertum vobis misericordiae gremium. Quos male cogitantes perdit, bene recogitantes querit. Ad vos ergo fratres charissimi, ad vos oculos mentis reducite, & poenitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitationis anteferte. Quaecumque vos in adolescentia, quaecumque in iuuentute deliquisse meministis, desiccate: morum operumque maculas lachrymis tergite. Amen. iam redemptoris nostri vestigia, quae peccando contempsimus. Ecce, vt diximus, ad recipiendos nos supernae pietatis sinus aperitur, nec maculosa in nobis vita contemnitur. Per hoc quod iniquatione nostram perhorrescimus, interna iam munditie concordamus. Reuertentes nos dominus clementer amplectitur, quia peccatorum vita ei esse indigna iam non potest, quae fletibus lauata in Christo Iesu domino nostro, qui vivit & regnat cum patre deus in unitate spiritus sancti: Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tempore. Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audiret illum. Et murmurabant scribae & pharisaei, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit vnā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quae perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenierit eam, imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quae perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente: quam super nonagintanovem iustis qui non indigent poenitentia. Aut quae mulier habens drachmas decem: & si perdidit drachmam vnā, nonne accendit lucernam, & euertit domum: & querit diligenter donec inueniat? Et cum inuenierit: conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, Gaudium erit in caelo coram angelis dei, super vno peccatore poenitentiam agente.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beatorum Iohannis & Pauli: dominica tertia post Trinitatem.

Homilia xxxiiiij.

Estiuum tempus quod corpori meo valde contrarium est, loqui me de expositione euangelij longa mora interuemente prohibuit. Sed nunquid quia

quod apud se vestrum vnusquisque recognoscit. Plarunq; charitas quibusdam occupationibus praepedita, & intus flagrat in corde, & tamen non monstratur in opere: quia & sol cum nube tegitur, non videtur in terra, & tamen ardet in caelo. Sic sic esse occupata charitas solet: & intus vim sui ardoris exercit, & foris flammis operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus rediit, vestra me studia accendunt: vt mihi tanto amplius loqui libeat, quanto vestrae mentes desiderabilius expectant. Audiistis nanque in lectione Euangelica fratres mei, quia peccatores & publicani accesserunt ad redemptorem nostrum: & non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuiscendum recepti sunt. Quod videntes pharisaei, dedignati sunt. Ex qua re colligite, quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia dedignationem, quamvis & iusti soleat recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typho superbiae: aliud quod zelo disciplinae. Dedignantur etenim: sed non dedignantur desperant, sed non desperantes persecutionem commouent, sed amantes: quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Praepouunt sibi in animo ipsos plarunq; quos corrigunt, meliores existimant eos quosque quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hi qui de falsa iustitia superbiere solent, ceteros quosque despiciunt: nulla infirmantibus misericordia condescendunt: & quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero pharisaei extiterant: qui diiudicantes dominum, quod peccatores susciperet, amenti corde ipsum fontem misericordiae reprehendebant. Sed quia agri erant, ita vt agros se esse nescirent: quatenus quod erant agnosceret, caelestis eos medicus blandis fomentis curat: benignum paradigma obicit, & in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait namque: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit vnā ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto, & vadit ad illam quae perierat? Ecce mira dispensatione pietatis, similitudine veritas dedit: quae & in se ipse homo recognosceret, & tamen haec specialiter ad ipsum auctorem homini pertineret. Quia enim centenarius perfectus est numerus: ipse centum oves habuit, cum angelorum substantia & hominum creauit. Sed vna ovis tunc perit: quando peccando homo pascua vitae dereliquit. Dimisit autem nonagintanovem oves in deserto: quia illos summos angelorum choros reliquit in caelo. Cur autem caelum desertum vocatur: nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem caelum homini reuertit: cum peccauit. In deserto autem nonagintanovem oves remanserant: quando in terra dominus vnā querebat: quia rationalis creaturae numerus, angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum deum conditus fuerat, pereunte homine, erat imminutus: & vt perfectae summa ouium redintegraretur in caelo, homo perditus querebatur in terra. Nam quod hic Euangelista dicit, in deserto: alius dicit, in montibus: vt significet in excelsis: quia nimirum oves quae non perierant, in sublimibus stabant. Et cum inuenit ouem, imponit in humeros suos gaudens. Quem in humeris suis imposit, quia humana naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit. Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens eis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quae perierat. Inuenta oue domum redit, quia pastor noster reparato homine ad regnum caeleste redit. Ibi amicos & vicinos inuenit, illos videlicet angelorum choros qui amici eius sunt: quia voluntate eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt, quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit, congratulamini inuenta oue: sed mihi: quia videlicet eius gaudium est vita nostra. Et cum nos ad caelum reducimur, sollemnitate letitiae eius implemus. Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis, qui non indigent poenitentia. Considerandum nobis est fratres mei, cur dominus plus de conuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis in caelo gaudium esse fateatur. Vnde hoc, nisi quod ipsi per quotidianum visionis experimentum nouimus, quia plarunq; hi qui nullis se oppressos peccatorum moribus

D  
praelatus  
cesset etiam  
lingua ta  
cente.

Iustitia ue  
ra compas  
sionem ha  
bet.

E  
Iustitiam  
falsam ha  
beres alios  
despiciunt.

Numerus  
centenarius  
est perfe  
ctus.

Ovis quae  
perierat,  
fuit homo.

F

Mat. 18.

Oue inuen  
ta redit do  
mum pastor.

Mine tempus nemo perdat.

Hier. 8.

Adolescentia & iuuentutis peccata desecamus.

Luc. 15.

Charitas in

**G**libus sciunt:stant quidem in via iustitia,nulla illicita pe-  
trant, sed tamen ad coelestem patriam anxie non anhelant, ta-  
toque sibi in rebus licitis vsum praebent: quanto se perpe-  
trasse nulla illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent  
ad exercenda bona praecipua: quia valde sibi securi sunt,  
quod nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnun-  
quam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo  
dolore compuncti, inardescunt in amorem dei, seque in ma-  
gnis virtutibus exercent: cuncta difficilia sancti certaminis  
appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acce-  
ptis contumelias latantur, flagrant desiderio, ad coelestem pa-  
triam anhelant: & quia se errasse a deo considerant, damna  
praecedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo  
de peccatore conuerso, quam de stante iusto gaudium fit in  
caelo: quia & dux in praelio plus eum militem diligit, qui post  
fugam reuersus, hostem fortiter premit, quam illum qui nun-  
quam terga praebuit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic  
agricola illam amplius terram amat, quae post spinas vberes  
fruges profert, quam eam quae nunquam spinas habuit, & nu-  
quam fertilem messem producit. Sed inter haec sciendum  
est, quia sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gau-  
dium, ut eis quaelibet peccatorum poenitentia praeponi nul-  
latenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt co-  
scij: & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent, ac si a  
peccatis omnibus coangustetur. Cuncta etiam licita respiciunt,  
ad despectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi no-  
lunt omne quod libet. Bona sibi amputant etiam concessa, co-  
temnant visibilia, inuisibilibus accenduntur, lamentis gau-  
dent. In cunctis semetipsis humiliant: & sicut nonnulli pec-  
cata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid  
itaque istos dixerim, nisi & iustos & poenitentes, qui se & in  
poenitentia de peccato cogitationum humiliant, & recti sem-  
per in opere perseverant. Hinc ergo colligendum est, quan-  
tum deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus, si  
facit in caelo gaudium, quando hoc quod male gessit, per  
poenitentiam damnat iniustus. Sequitur: Aut quae mulier  
habens drachmas decem: & si perdidit drachmam vnam, nonne  
accendit lucernam, & euertit domum, & querit diligenter do-  
mum inueniat drachmam quam perdidit? Qui signatur per  
pastorem: ipse & per mulierem. Ipse etenim deus: ipse & dei  
sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma: mulier  
drachmam perdidit: quando homo qui conditus ad imaginem  
dei fuerat: peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed  
accendit mulier lucernam: quia dei sapientia apparuit in hu-  
manitate. Lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in te-  
sta, est diuinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis  
dicit ipsa sapientia: Exaruit velut testa virtus mea. Quia enim  
testa in igne solidatur: eius virtus sicut testa exaruit: quia as-  
sumpta carnem ad resurrectionis gloriae ex passionis tribu-  
latione roborauit. Accensa autem lucerna euertit domum, quia  
mox ut eius diuinitas per carnem claruit, omnis se nostra co-  
scientia cocussit. Domus namque euertitur, cum consideratione  
reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui euersionis  
sermo non discrepat ab eo quod in aliis codicibus legitur,  
emundatur: quia nimirum praua mens si non prius per timorem  
euertitur, ab assuetis vitiis non emundatur. Euerit ergo do-  
mo inuenitur drachma: quia dum perturbatur conscientia ho-  
minis, reparatur in homine similitudo conditoris. Et cum  
inuenit, conuocat amicas & vicinas suas, dicens: Congratu-  
lamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Quae  
amica vel vicina, nisi illae potestates caelestes sunt, iam su-  
perius dictae: Quae tanto supernae sapientiae iuxta sunt, qua-  
to ei per gratiam continua visionis appropinquant. Sed inter  
haec nequaquam relinquere negligenter debemus: cur ista  
mulier per quam dei sapientia figuratur, decem drachmas ha-  
buisse perhibetur: ex quibus vnam perdidit, quam cum quae-  
ret, inuenit. Angelorum quippe & hominum naturam, ad co-  
gnoscendum se dominus condidit, quam dum consistere ad  
aeternitatem voluit: eam procul dubio ad suam similitudinem  
creauit. Decem vero drachmas habuit mulier: quia nouem  
sunt ordines angelorum. Sed ut completeretur electorum nu-  
merus, homo decimus est creatus, qui a conditore suo, nec  
post culpam perit, quia hunc aeterna sapientia per carnem

miraculis coruscans ex lumine testae reparauit. Nouem vero  
angelorum ordines diximus: quia videlicet esse testante sa-  
cro eloquio scimus angelos, archangelos, virtutes, potesta-  
tes, principatus, dominationes, thronos cherubin, atque sera-  
phin. Ille namque angelos & archangelos, penes omnes sacri elo-  
qui paginae testantur. Cherubin vero atque seraphin sepe, ut  
notum est, libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordi-  
num nomina Paulus Apostolus ad Ephesios enumerat, dicens:  
Supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & do-  
minationem. Qui rursus ad Colossenses scribens, ait: Sive thro-  
ni, sive dominationes, sive principatus, sive dominationes.  
Dominationes vero & principatus ac potestates iam ad  
Ephesios loquens descripsit: sed ea quoque Colossensibus  
dicturus, praemisit thronos de quibus necdum quicquam fue-  
rat Ephesios locutus. Dum ergo illis quatuor quae ad Epe-  
sios dixit, id est, principatibus, potestatibus, virtutibus, atque  
dominationibus coniunguntur throni, quinque sunt ordines  
qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli & archan-  
geli, cherubin atque seraphin adiuncta sunt, procul dubio  
nouem esse angelorum ordines inueniuntur. Vnde & ipsi an-  
gelo, qui primus est conditus, per prophetam dicitur: Tu si-  
gnaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus deco-  
re, in delitiis paradisi dei fuisti. Vbi notandum est quod non  
ad similitudinem dei factus, sed signaculum similitudinis di-  
citur: ut quod in eo subtilior est natura, eo in illo imago dei  
similiter insinuetur expressa. Quo in loco mox subdit: Omnis  
lapis preciosus operimentum tuum. Sardius, topazius, & iaspis,  
chrysolitus, onyx, & beryllus, saphirus, carbunculus, &  
smaragdus. Ecce nouem dixit nomina lapidum: quia profecto  
nouem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille  
primus angelus ideo ornatus & opertus extitit: quia dum cun-  
ctis agminibus angelorum praelatus est, ex eorum comparatione  
clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorum choros enu-  
merando perstrinximus, si non eorum quoque ministeria sub-  
tiliter exprimamus: Graeca etenim lingua angeli nuncij, ar-  
changelij vero summi nuncij vocantur. Sciendum vero quod  
angelorum vocabulum, nomen est officij, non naturae. Nam san-  
cti illi caelestis patriae spiritus, semper quidem sunt spiritus,  
sed semper vocari angeli nequaquam possunt: quia tunc solum  
sunt angeli, cum per eos aliqua nunciatur: vnde & per Psal-  
mistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Ac si patenter  
dicat: Qui eos quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit  
angelos facit. Hi autem qui minima nunciant, angeli: qui ve-  
ro summa annunciant, archangelij vocantur. Hinc est etiam quod  
ad Mariam virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archan-  
gelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum  
venire dignum fuerat, qui summum omnium nunciabat. Qui  
ideo etiam priuatis nominibus censentur: ut signetur per vo-  
cabula etiam in operatione quid valeat. Neque enim in illa san-  
cta ciuitate quam de visione omnipotentis dei plena scientia  
perficit: ideo etiam propria nomina sortiuntur, ne eorum perso-  
nae sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid  
ministratur: veniunt, apud nos etiam nomina a ministerijs tra-  
hant. Michael namque, quis ut deus: Gabriel autem fortitudo  
dei: Raphael vero dicitur medicina dei. Et quoties mirae vir-  
tutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu  
& nomine detur intelligi quia nullus potest facere, quod fa-  
cere preualet deus. Vnde & ille antiquus hostis qui deo esse  
per superbiam similis concupiuit, dicens: In caelum con-  
scendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedebam in  
monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super  
altitudinem nubium, similis ero altissimo: dum in fine mun-  
di in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimen-  
dus, cum Michael archangelo praelaturus esse perhibetur,  
sicut per Ioannem dicitur: Factum est praelium cum  
Michael archangelo: ut qui se ad dei similitudinem su-  
perbus extulerat, per Michaelem peremptus discat  
quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exur-  
gat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui dei for-  
titudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat, qui  
ad debellandas aereas potestates humilis apparere di-  
gnatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Tollite por-  
tas principes vestras, & eleuamini portae aeternales: &  
introibit

Peccatores  
aliqui qui  
se aliqua il-  
licita egisse  
memine-  
runt, opti-  
mi quando-  
que efficiuntur.

Terra spi-  
nosam quan-  
do plus  
amatur  
quam illa  
quae nun-  
quam spi-  
nas habuit.

Drachmam  
mulier perdit  
quid hoc si-  
gnat.

Psal. 21.

Domus  
quando di-  
citur euer-  
ti.

Conscientia  
hominis dum  
perturbatur  
in eo si-  
militudo co-  
nditoris re-  
paratur.

Angelorum  
ordines sunt  
nouem.

Eph. 1.  
Colos. 1.

Ezec. 28.

Ibidem.  
Lapides no-  
uē precio-  
si, nouē an-  
gelorum or-  
dines si-  
gnant.

Psal. 103.


Luc. 1.  
Gabriel at-  
que archan-  
gelus  
quare fuit  
ad Mariam  
missus.

Michael  
Gabriel &  
Raphael  
qualiter in-  
terpretan-  
tur.

Esa. 14.

Apoc. 12.

Psal. 23.



**A** Introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? dominus fortis & potens, dominus potens in praelio. Et rursum, Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Per dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum dominus, & potens in praelio contra potestates aërias ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur, vt diximus, medicina dei: quia videlicet dum Tobie oculos quasi per officium curationis tetigit, cæcitate eius tenebras terpsit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit vt dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest vt ipsa officiorum vocabula breuiter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa & miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius cæteris in suo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sunt, quorum potestate refrenantur, ne corda hominum tantum tentare præualeant, quantum volunt. Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus præfunt, qui subiectis aliis dum quæq; sunt agenda disponunt, eis ad explenda diuina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere: dominari verò est etiam subiectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina quæ mira potètia præminent, pro eo quòd eis cætera ad obediendum subiecta sunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper deus omnipotens præfidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus: throni dei dicti sunt hi qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis dominus sedeat, & per eos sua iudicia decernat. Vnde & per Psalmistam dicitur: sedes super thronum, qui iudicas æquitatem. Cherubin quoque plenitudo scientiæ dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco Cherubin vocata sunt: quia tanto perfectiori scientiæ plena sunt, quanto claritatem dei vicinius contemplantur, vt secundum creaturæ modum, eo plenè omnia sciant, quo visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphin etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina: quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphin namq; ardentes vel incendentes vocantur. Quæ quia ita deo coniuncta sunt, vt inter hæc & deum nulli alij spiritus interfint: tanto magis ardent, quòtò hunc vicinius vident. Quorum perfectio namque amor est, quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nobis de angelicis spiritibus ista perstringere: si non studeamus hæc etiam ad nostros perfectus congrua consideratione deriuare? Quia enim superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos angelos remansisse: sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei: debemus & nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum ciuium ad vsum nostræ conuersationis trahere, nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim illuc tanta ascensura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum: superest vt ipsi quoque homines qui ad cælestem patriam redeunt, ex eius agminibus aliquid illuc reuertentes imitentur. Distincte namque conuersationes hominum, singulorum agminum ordinibus congruunt, vt in eorum sortem per conuersationis similitudinem deputentur. Nam sunt plerique qui parua capiunt, sed tamè hæc eadem parua pie annunciare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui diuinæ largitatis munere relecti, secretorum cælestium summa & capere prævalent & nunciare. Quo ergo isti, nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alij qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quo ergo isti, nisi ad supernarum virtutum sortem & numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosq; virtute orationis & vi acceptæ potestatis eiciunt. Quò itaque isti meritum suum, nisi inter potestatum cælestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt, cumq;

& bonis meliores sunt: electis quoque fratribus principantur. D Quò ergo isti sortem suam nisi inter principatum numeros accipiunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis virtutibus, omnibusque desiderijs dominantur: vt ipso iure munditiæ, dii inter homines vocentur. Vnde & ad Moysen dicitur: Ecce constitui te deum Pharaonis. Quò ergo isti, nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli qui dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discutunt: diuino timori semper inherentes, hoc in munere virtutis accipiunt, vt iudicare rectè & alios possint. Quorum perfectio mentibus dum diuina contemplatio præfata est, in his velut in throno suo dominus præfident, aliorum facta examinat, & cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti throni sui conditoris sunt? Vel quò nisi ad supernarum sedium numeros ascribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plarumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt, vt Cherubin iure nominentur. Quia enim, vt præfati sumus, Cherubin plenitudo scientiæ dicitur: & Paulo dicente didicimus quia plenitudo legis est charitas: omnes qui dei & proximi charitate cæteris amplius pleni sunt, meritum suorum sortem inter Cherubin numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui supernæ contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant: nihil iam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, terrena quæq; abiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant & ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt: amando ardent, loquendo & alios accendunt, & quos verbo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi Seraphin dixerim, quorum cor in igne conuersum lucet & vrit: quia & mentium oculos ad superna illuminant, & eos compungendo in fetibus vitiorum rubiginem purgant? Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter Seraphin numerum sortem suæ vocationis acceperunt? Sed hæc fratres charissimi me loquente, introrsus vos ad vosmetipsos reducite, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iam boni vobiscum intus agitis, videte si in numero horum agminum quæ breuiter tangendo perstrinximus, sortem vestræ vocationis inuenitis. Væ autem animæ quæ in se de his bonis quæ enumerauimus, minimè aliquid recognoscit. Eiq; adhuc væ deterius imminet, si & priuatè se donis intelligit, & nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est fratres mei, gemendus est valde: quia nõ gemit. Penitemus ergo accepta electorum munera, & virtute qua possumus, ad amorem tantæ sortis anhelemus. Qui in se donorum gratiæ minimè recognoscit, gemat. Qui verò in se minora cognoscit, alijs maiora non inuideat: quia & supernæ illæ distinctiones beatorum spirituum ita sunt conditæ, vt aliæ alijs sint prælatæ. Fertur verò Dionysius Areopagita, antiquus videlicet & venerabilis pater, dicere quòd ex minorum angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibili liter vel inuisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia aut angeli, aut archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intus nunquam recedunt: quoniam ea quæ præminent, vsum exterioris ministerij nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod Elaias dicit: Et volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Sed in hac prophete sententia vult intelligi, quia ij spiritus qui mittuntur, eorum vocabulum percipiunt, quorum officium gerunt. Qui enim vt peccata locutionis incendat, de altari angelus carbonem portat, Seraphin vocatur, quod incendium dicitur: Huic autem sensui & illud creditur non inconuenienter optulari, quod per Danielelem dicitur: Milia milium ministrabant ei: & decies milies centena milia assistebant ei. Aliud namque est ministrare, aliud assistere: quia ij administrant deo, qui ad nos nunciando exeunt: assistunt verò qui sic contemplatione intima perfruuntur, vt ad explenda foras opera minimè mittantur. Sed quia in quibusdam scripturæ locis quædam per Cherubin, quædam verò per Seraphin agi didicimus: vtrum per se hæc faciant, an per subiecta agmina agantur, quæ sicut dicitur, in eo quòd à maioribus veniunt,

Ibidem.

Tob. 2.

Angelorum officia.

Principari, & dominari, differunt.

Throni dicuntur sedes.

Psal. 9. Cherubin dicitur plenitudo scientiæ.

Seraphin dicitur ardentes.

Homines ad cælum cum angelis ascendere cupientes, ipsos angelos imitari debent.

Exod. 7.

Roma. 13. Charitas est plenitudo legis.

E

Gemendus est qui non gemit.

F

Angeli secundum Dionysium, uel inuisibiliter uel inuisibiliter mittuntur ad humana solatia. Esa. 6.

Dan. 7.

maiorum



**G** maiorum vocabula fortiuntur, nos affirmare nolumus, quod apertis testimoniis non approbamus. Hoc tamen certissime scimus, quia ad explendum de supernis ministerium alij spiritus alios mittunt: Zacharia scilicet propheta testante, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur: & ecce alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum, dicens: absq; muro habitabitur Hierusalem. Dum enim angelus ad angelum dicit, curre & loquere: dubiu non est quia alius aliu mittit. Minora vero sunt quae mittuntur, maiora quae mittunt. Sed hoc quoq; de ipsis agminibus quae mittuntur certum tenemus: quia & cum ad nos veniunt, sic exterius implent ministeriu, ut tamen nunquam desint interius per contemplationem. Et mittunt igitur, & assistunt: quia etiam circumscribitur est angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse, qui deus est, circumscribitur non est. Angeli itaq; & missi, & ante ipsum sunt quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt. Sciendum quoq; est, quia plerunq; ipsi beatorum spirituum ordines vicinorum sibi ordinum vocabula fortiuntur. Thronos etenim, scilicet sedes dei, specialem beatorum spirituum ordinem diximus, & tamen per Psalmistam dicitur: Qui sedes super Cherubin, appare: quia videlicet dum in ipsis distinctio nibus agminum Cherubin thronis iunguntur: sedere etiam super Cherubin dominus ex vicini agminis aequalitate perhibetur. Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quaedam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium: & quod in se ex parte quisque habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco vno eodemque vocabulo communiter non censentur, ut ille ordo vocari priuato vniuscuiusque rei nomine debeat, qui hanc in munere plenius accepit. Seraphim namque incendium diximus, & tamen amore conditoris simul omnes ardent. Cherubin vero plenitudinē scientiae dicimus: & tamen quis ibi aliquid nesciat, vbi ipsum omnes simul fontem scientiae deum vident: Throni quoque illa agmina quibus conditor praesidet, vocantur: sed beatus esse quis potest, nisi creator su<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> mēti praesideat? Quae ergo ex parte ab omnibus habetur, eis in priuato nomine data sunt: qui hinc in munere plenius acceperunt. Nam & si qua illic sic alij habent, ut haberi ab aliis nequaquam possint: sicut speciali nomine dominationes & principatus vocantur, cuncta ibi singulorum sunt: quia per charitatem spiritus, ab alio in aliis habentur. Sed ecce dum caelestium ciuium secreta rimamur: ab expositionis nostrae ordine longē digressi sumus. Suspendam<sup>9</sup> ergo ad eos de quib<sup>9</sup> loquimur, sed redeamus ad nos. Meminisse etenim debemus, quia caro sumus. Tacemus interim de secretis caeli: sed ante conditoris oculos, manu poenitentiae tergamus maculas pulueris nostri. Ecce ipsa diuina misericordia pollicetur, dicens: Gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente: & tamē per prophetam dominus dicit: Quia quacūque die iustus peccauerit, omnes iustitiae eius in oblivione erunt coram me. Pensamus si possumus dispensationem supernae pietatis, quae stantibus, si ceciderint, minatur poenam: lapsis vero ut surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne praesumat in bonis: istos refouet, ne desperent in malis. Iustus es, iram pertimesce, ne corruias: peccator es, praesume de misericordia ut surgas. Ecce autem iam lapsi sumus, stare nequaquam valimus, in prauis nostris desideriis iacemus. Sed qui nos condidit rector, adhuc expectat & prouocat ut surgamus. Sinu suae pietatis aperit, nolque ad se recipere per poenitentiam quaerit. Sed poenitentiam agere dignam non possumus: nisi modum quoque eiusdem poenitentiae cognoscamus. Poenitentia quippe agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat: adhuc poenitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest si peccata quis luxuria desinat, & tamen adhuc auaritia: aetibus anhaelat? Aut quid prodest si irae culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiae facibus tabescat? Sed minus est valde quod dicimus: ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat: & qui plangit vicia, perpetrare vicia timeat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commisisse, a quibusdam etiā licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui co-

Zach. 2. Angelus angelum mittit iterum.

Psal. 79. Dominus quare dicitur sedere super Cherubin.

Fons scientiae est de<sup>9</sup>.

Luca. 15.

Exec. 33.

Poenitentiae definitio. Luxuriam fugere non prodest, si auaritiam sequaris.

misit prohibita, sibi metipso abscindere debeat etiam concessa: & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse. Minima sunt quae loquor, si haec ex sacri eloquii testimoniis non affirmo. Lex certe veteris testamenti aliena vxorem concupisci prohibet. A rege vero fortia iuberi militibus, vel desiderari aquam, non poenaliter vetat. Et cuncti nouimus quod Dauid concupiscentiae mucrone transfixus, a alienam coniugem & concupiuit, & abstulit. Cuius culpam digna verbera sunt secuta, & malum quod perpetravit, per poenitentiae lamenta correxit. Qui cum longe post contra hostium cuneos sederet, aquam bibere de Bethlehemitica cisterna ex desiderio voluit. Cuius electi milites inter cateruas aduersantium medias erumpentes, aquam quam rex desiderauerat, illaesi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus, semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamq; domino fundens libauit: sicut illic scriptum est: Libauit eam domino. In sacrificium quippe domini effusa aqua conuersa est, quia culpam concupiscentiae maculauit per poenitentiam reprehensionis suae. Qui ergo quodam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupisceret, expauit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum iam rigidus, etiam a licitis abstinerebat. Sic sic agamus poenitentiam, ut ea quae commisimus, perfecte desineamus. Pensamus supernas diuitias conditoris nostri. Peccare nos vidit, & pertulit. Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam expectare ad veniam non desinit. Ecce ipse nos quem despeximus vocat. Auersi ab illo sumus, & tamē non auertimur. Vnde bene per Esaiam dicitur: Et erunt oculi tui videntes praepropterea tuum: & aures tuae audient vocem post tergum monentis. Quasi in faciem suam homo monitus est, quando ad iustitiam conditus, praepcepta rectitudinis accepit. Sed cum haec eadem praepcepta contempsit, quasi conditori suo dorsum metis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequatur & monet: quia iam & a nobis contemptus est, & tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus, cuius verba despiciamus, cuius praepcepta calcamus. Sed itans post tergum nos auersos reuocat, quia & videt quod despicitur, & tamen per praepcepta clamat, per patientiam expectat. Pensate ergo fratres charissimi, si cuiuslibet vestrum loquenti famulus suus superbiret, terga in faciem mitteret, nunquid non contemptus dominus eius superbiam feriret, vulnera districtae animaduersionis infligeret? Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciem dedimus, & tamen sustinemur. Superbe auersos benigne reuocat: & qui ferire nos auersantes potuit, ut reuertamur, munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat: ut homo qui malum quod fecit experiri percussus poterat, saltem expectatus erubescat. Rem fratres breuiter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc patre monasterij mei atque presbytero, nunc autem Syraculano episcopo narrante cognoui. Hanc autem si solerter auditis, charitati vestrae breuiter suffragari credo. Nostris modo temporibus Victorinus quidam extitit, qui alio quoque nomine Aemylianus appellatus est, non inopis substantiae iuxta mediocritatem vitae. Sed quia plerunq; regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuisset valde pertimescere, ac de sua mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus erexit se contra se, mundi huius omnia dereliquit, monasterium petiit. In quo nimirum monasterio tanta humilitatis, tantaque sibi districtio extitit: ut cuncti fratres qui illic ad amorem diuinitatis exercebant, suam cogerentur vitam despiciere, dum illius poenitentiam viderent. Studuit namq; toto mentis aduersu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, furtiuas orationes quaerere, quotidianis se lachrymis lauare, despectum sui appetere, oblatam a fratribus venerationem timere. Hinc itaque nocturnas fratrum vigiliis praevenerat consueuerat. Et quia mos in quo monasterium situm est, ex vno latere in secretiore parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigiliis egredi: ut se quotidie in fletu poenitentiae: quanto secretius, tanto liberius maceraret. Contemplabatur namque districtioem venturi iudicij sui, & tam eadem iudici

Exo. 20.

2. Reg. 11. Dauid poenitentia scelus suum correxit.


1. Para. 11. 2. Reg. 21.

Esai. 31.

Dorsu deo peccando uertimus, & tamen nos sustinet.

M

Victorini cuiusda comendatio. Carnis culpa plerunq; regnat in rerum opulentia.



**A** iudici concordant, puniebat in lachrymis reatum facinoris sui. Quadam vero nocte abbas monasterij vigilans hunc latenter egredientē intuitus, lento foras pede secutus est. Quē cum in secreto montis latere cerneret in oratione prostratū expectare voluit, quando surgeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis eius exploraret, cum subito cœlitus lux effulset, et cum fulsa est, qui in oratione prostratus iacebat. Tantaque se illo in loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret. Quam abbas ut vidit, intremuit, & fugit. Cumque post longū horæ spatium, idem frater ad monasterium rediisset, abbas eius ut disceret an su per se effusionem tanti luminis agnouisset, requirere eum studuit, dicēs: Vbi fuisti frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quod negans abbas compullus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod abbatem latebat, aperuit adiūgens. Quando super me vidisti lucem de cœlo descendere, vox etiam pariter venit dicens: Dimissum est tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus peccatum eius potuit tacendo laxare. Sed loquendo per vocem, radiando per lumen, exemplo suæ misericordiæ nostra ad poenitentiam voluit corda convertere. Miramur fratres charissimi quod persecutorem suum Saulum dominus de cœlo prostravit, de cœlo allocutus est. Ecce nostris quoque temporibus peccator & poenitēs vocem de cœlestibus audiuit. Illi dictū est: Quid me persequeris? iste vero audire meruit: Dimissum est tibi peccatū tuum. Longē est inferior meritis peccator iste poenitens quā Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur, crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere: quia Saulus propter superbiam vocem increpationis, iste vero propter humilitatem vocem consolationis audiuit. Hunc quia humilitas strauerat, diuina pietas erigebat. illum quia superbia erexerat, diuina seueritas humiliabat. Habete ergo fiduciam fratres mei de misericordia conditoris nostri, cogitate quæ facitis, recogitate quæ fecistis. Largitatem supernæ pietatis aspiciate, & ad misericordem iudicem dum adhuc expectat, cum lachrymis venite. Considerantes namque quod iustus sit, peccata vestra nolite negligere. Considerantes verò quod pius sit, nolite desperare. Præbet apud deum homini fiduciā deus homo. Est nobis spes magna poenitentibus, quia aduocatus noster factus est iudex noster. Qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto deus in secula seculorum, Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

**L**uc. 21. **I**n illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet enim hæc primū fieri: sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem: & regnum aduersus regnum: & terramotus magni erunt per loca: & pestilentia & fames, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges & præsidēs, propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Tradimini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum, in Basilica sancti Mamæ, die natalis eius.

Homilia, XXXV.

**Q**uia longius ab vrbe digressi sumus, ne ad reuertendum nos tardior hora præpediat, necesse est ut expo-

sitionem sancti Euangelij breuior sermo transcurrat. Domini D nus ac redemptor noster perituri mundi præcurrentia mala denunciat, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidetur: & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per præscientiæ clypeum munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet enim primū hæc fieri, sed nondum finis. Pensanda sunt verba redemptoris nostri, per quæ nos aliud interius, aliud exterius passuros esse denunciat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interius exteriorique turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti. Sed his malis præuenientibus, quia non statim finis sequatur adiungit. Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & terramotus magni erunt per loca, & pestilentia & fames, & signa magna erunt. Vel sicut in quibusdam codicibus inuenitur, terroresque de cœlo, & tempestates: atque post subditur: & signa magna erunt. Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur: & per crebra mala quæ præueniunt, indicantur mala perpetua quæ subsequuntur: Et ideo post bella & seditiones non statim finis: quia multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nunciare. Sed cū tot signa perturbationis dicta sint, oportet ut eorum cōsiderationem breuiter per singula perstringam: quia necesse est ut alia è cœlo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem: ecce perturbatio hominū. Erunt terramotus magni per loca: ecce respectus iræ desuper. Erunt pestilentia: ecce inæqualitates corporum. Erit fames: ecce sterilitas terræ. Terroresque de cœlo & tempestates: ecce inæqualitas aëris. Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur, & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur, ut impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia nanque quæ ad vsum vitæ accepimus, ad vsum convertimus culpæ. Sed cuncta quæ ad vsum prauitatis infleximus, ad vsum nobis vertuntur vltionis. Tranquillitatem quippe humanæ pacis, ad vsum vltimus vanæ securitatis. Peregrinationem terræ, pro habitatione diligimus patriæ. Salutem corporū, redigimus in vsum vitiorum. Vbertatis abundantiam, non ad necessitatem carnis, sed ad peruersitatem intorsimus voluptatis. Ipsa serena blandimenta aëris, ad amorem nobis seruire coëgimus terrenæ delectationis. Iure ergo restat ut simul nos omnia feriant, quæ simul omnia vitis nostris malè subacta seruiebant: ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodū cogamur sentire tormenta. Notandum vero quod dicitur: Terrores de cœlo & tempestates. Cū tempestates hyemales venire ex ordine soleant temporum, cur hoc loco tempestates venire in perditionis signum prædicantur: nisi quod eas tempestates dominus venire denunciat, quæ nequaquam ordinem temporū seruant? Quæ enim ordinatè veniunt, in signa non sunt: sed tempestates in signa sunt, quæ ipsa quoque temporum statuta confundunt. Quod nos quoque nuper experti sumus, qui æstiuum tēpus omne cōuersum in pluuiis hyemalibus vidimus. Quia autem cuncta hæc non de iniustitia ferientis sunt, sed de merito mundi patientis, facta prauorum hominum præmittuntur, cum dicitur: Sed ante hæc omnia incipient vobis manus suas iniicere, & persequentur, & tradent vos in synagogis, ducentes ad reges & præsidēs propter nomen meum. Ac si aperte dicat: Prius corda hominum, & post elementa turbantur, ut cum rerum ordo cōfunditur, ex qua iam retributione veniat, demonstratur. Nam quantum finis mundi ex ipso suo ordine pendeat, peruersiores tamen quosque inueniens, quia dignè ruinis illius opprimantur, innotescit, cum subditur: Ducentes ad reges & præsidēs propter nomen meum. Contingent autem hæc vobis in testimonium. In testimonium videlicet quorū, nisi eorum qui aut persequendo mortes inferunt, aut videndo non mutantur? Mors quippe sustorum bonis in adiutorium est, malis in testimonium: ut inde peruersi sine excusatione pereant, vnde electi exemplum capiunt ut viuant. Sed auditis tot terroribus, turbari poterant infirmorum corda, atque ideo consolatio adiungitur, cum protinus

*Iacula præuisa minus feriunt.*

*Bella & seditiones differunt.*

*Sapient. 5. Orbis terrarum contra insensatos pugnabit. Bonorum prosperitate conuertimur ad uoluptatis peruersitatem.*

*Mors sustorum bonis est in adiutorium.*

*Sauli persecutoris sui dominus de cœlo allocutus est. Acto. 9.*

*Iudicem misericordem hic cum lachrymis adire debemus.*

*Luc. 21.*



**G** protinus subinfertur: Ponite ergo in cordibus vestris non prae-meditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat: Nolite terreri, nolite pertimescere, vos ad certamen acceditis, sed ego praehor: vos verba editis, sed ego sum qui loquor. Sequitur: Trademini autem a parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte ex vobis afficient. Minorem dolorem mala ingerunt, quae ab extraneis inferuntur. Plus vero in nobis ea tormenta laeuant, quae ab illis patimur, de quorum mentibus praesumebamus: quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissae charitatis. Hinc est enim quod de Iuda traditore suo per Psalmistam dominus dicit: Et quidem si inimicus meus maledixisset mihi, supportassem utique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abicondissem me utique ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Et rursum: Homo pacis meae in quo sperabam, & qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me supplantationem. Ac si de traditore suo apertis vocibus dicat: Transgressionem eius tanto grauius pertuli, quanto hanc ab eo qui meus esse videbatur, tenui. Omnes ergo electi quia summi capitis membra sunt: caput quoque suum in passione sequuntur, ut ipsos quoque aduersarios in sua morte sentiant, de quorum vita praesumebant, & tanto eis crescat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit ex aliena damno charitatis. Sed quia dura sunt quae praedicuntur de afflictione mortis, protinus consolatio subditur de gaudio resurrectionis: cum dicitur: Capillus de capite vestro non peribit. Scimus fratres quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo martyr<sup>9</sup> suis: Capillus de capite vestro non peribit. videlicet aperte dicens: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum non dolet? Sequitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Idcirco possessio animae in virtute patientiae ponitur, quia radix omnium custodisque virtutum patientia est. Per patientiam vero possidemus animas nostras: quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Patientia vero est aliena mala aequanimitate perpeti: contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat, ut tamen tacitus doleat, & tempus dignae retributionis quaerat, patientiam non exhibet sed ostendit. Scriptum quippe est: Charitas patiens est, benigna est. Patiens namque est, ut aliena mala toleret, benigna vero est, ut ipsos etiam quos portat, amet. Hinc namque per semetipsam veritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Virtus itaque est coram hominibus, aduersarios tolerare: sed virtus coram deo, diligere: quia hoc solum deus sacrificium accipit, quod ante eius oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit. Sciendum vero quod plerumque ideo patientes esse videmur: quia retribuere mala non possumus. Sed qui idcirco malum non retribuit, quia nequaquam valet, proculdubio, ut praediximus, patiens non est: quia patientia non in ostensione inquiritur, sed in corde. Per impatientiam autem vitium, ipsa virtutum nutritrix doctrina dissipatur. Scriptum namque est: Doctrina viri per patientiam nascitur. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto conuincitur minus patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nesciat aequanimitate aliena mala tolerare. Quanto enim culmine virtus patientiae polleat, rursus Salomon indicat, diceas: Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Minor est ergo victoria, vrbes expugnare: quia extra sunt quae vincuntur. Maius autem est quod per patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur: & semetipsum sibi metipsum subiicit: quando eum patientia in humilitate tolerantiae sternit. Sciendum vero est quod plerumque euenire patientibus solet, ut eo quidem tempore quo aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pullentur: & sic patientiam exhibeant, ut custodire etiam cordis innocentiam curent. Sed cum post paululum haec ipsa quae pertulerint, ad memoriam reuocant,

igne vehementissimi doloris instigantur. Argumenta vltionis inquirunt, & mansuetudinem quam tolerantibus habuerunt, in retractatione sua semetipsos diiudicantes perdunt. Callidus namque aduersarius bellum contra duos mouet: vnum videlicet inflammans, ut contumelias prior inferat: alterum vero prouocans, ut contumelias laesus reddat. Sed quia eius iam victor extitit, quem ad proferendas contumelias commouit: contra illum acius dolet, quem ad reddendas iniurias commouere non potuit. Vnde fit ut tota se virtute contra eum erigat, quem contumelias fortiter pertulisse considerat. Quem quia commouere in ipsa iniuriarum iaculatione non potuit, ab aperto certamine interim recedens, in secreta cogitatione, deceptionis tempus inquit. Et qui in publico bello perdidit, ad exhibendas occulte insidias exardescit. Quis namque iam tempore ad victoris animum redit, & vel damna rerum, vel iniuriarum iacula ad memoriam reducit. Cunctaque quae sibi illata sunt, vehementer exaggerans, fuisse intolerabilia ostendit: & quiescentis animum tanto furore conturbat, ut plerumque vir patiens illa se aequanimitate tolerasse, etiam post victoriam captius erubescat: sed non reddidisse contumelias doleat, & deteriora repedere, si occasio praebatur, querat. Quibus ergo isti sunt similes, nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt: sed per negligentiam postmodum intra vrbes claustra capiuntur? Quibus isti sunt similes, nisi his quos irruens grauis languor a vita non subtrahit: sed leuiter veniens recidiva febris occidit. Ille ergo veraciter patientiam seruat, qui & ad tempus aliena mala sine dolore tolerat, & haec eadem retractans, pertulisse se talia exultat, ne bonum patientiae quietis tempore pereat, quod in perturbationibus custoditur. Sed quia natalis martyris hodierna die colimus: fratres mei, nequaquam nos a virtute eius patientiae existimare extraneos debemus. Si enim adiuuante nos domino virtutem patientiae seruare contendimus, & in pace Ecclesiae viuimus: & tamen martyrii palmam tenemus. Duo quippe sunt martyrii genera: vnum in mente, aliud in mente simul & actione. Itaque esse martyres possumus, etiam si nullo percutiuntur ferro trucidemur. Mori quippe a persequente, martyrium in aperto opere est. Ferre vero contumelias, odietem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Nam quia duo sunt martyrii genera: vnum in occulto opere, aliud in publico: restatur veritas, quae Zebedaei filios requirit, dicens: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Cui cum protinus responderent: Possumus: ilico dominus respondit, dicens: Calicem quidem meum bibetis. Quid enim per calicem, nisi dolorem passionis accipimus? De quo alias dicit: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et Zebedaei filij, id est, Iacobus, & Ioannes non vterque per martyrium occubuit: & tamen quod vterque calicem biberet, audiuit. Ioannes namque nequaquam per martyrium vitam finiuit, sed tamen martyr extitit: quia passionem quam non suscepit in corpore, seruauit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse possumus martyres, si patientiam veraciter in animo custodimus. Nam abs te arbitror fratres charissimi, si vnum vobis exemplum seruandae patientiae ad edificationem loquar: Fuit quidam diebus nostris Stephanus nomine, pater monasterij iuxta Reatinam vrbes moenia constituti: vir valde sanctus, virtute patientiae singularis. Et supersunt multi qui illum nouerunt, eiusque vel vitam, vel obitum narrant. Erat autem huius lingua rustica, sed docta vita. Hic pro amore ecclesiae patriae cuncta despexerat, possidere aliquid in hoc mundo fugiebat. Tumultus deuitabat hominum, crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus tamen patientiae in eo vehementer excreuerat, ita ut eum sibi amicum crederet, qui sibi molestiae aliquid irrogasset. Reddebat contumelias gratias. Si quod in ipsa sua moeria damnatum fuisset illatum: hoc maximum lucrum putabat. Omnes suos aduersarios nihil aliud quam adiutores aestimabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore vgeret: conuenerunt multi, ut tam sanctae animae de hoc mundo recedenti, suas animas commendarent. Cumque circa lectum illius hi qui conuenerant, omnes affluerent: alij corporeis oculis ingredientibus angelos viderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt. Alij omnino nihil viderunt, sed omnes qui aderant, ita vehementissimus timor perculit,

Tormenta a notis illata plus nocet quam ab ignotis. Psal. 54.

Psal. 40.

Iudas grauius nocuit domino, quam si non fuisset de eius familia.

Capillus incisus non dolet.

Patientia quid est.

I. Cor. 13.

Mat. 5. Luc. 6. Sacrificium quod est deo acceptum.

Prou. 19.

Prou. 16.


K Bellum contra duos mouet callidus aduersarius.

L Martyrii genera duo sunt.

Mat. 20. Mat. 10. Mat. 26. Mat. 14.

M Patientiae seruandae exemplum singulare.

A aduersarii possunt dici adiutores.



**A** vt nullus egrediente illa sancta anima, illic stare potuisset. Et hi ergo qui viderant, & hi qui omnino nihil viderant, vno omnes timore percussi & territi fugerunt. Nullusque illic assistere illo moriente potuit. Penſate ergo fratres, omnipotens deus qualiter terreat quando districtus index venturus est, sic assistentes terruit, quando gratus & remunerans veniſſet: qualiter timeri potest, cum videri potuerit, si sic mentes presentium strauit & quando videri non potuit. Ecce fratres charissimi seruata illa in Ecclesiastica pace patientia, ad quantum hunc retributionis culmen euexit. Quid huic suus conditor intus dedit, de quo nobis tantam gloriam in die eius exitus & foris innotuit? Quibus huc credam? nisi sanctis martyribus sociatum, quem attestantibus corporeis quoque oculis, a beatis spiritibus constat esse susceptum? Nullo ille gladio percussus occubuit, & tamen coronam patientiae quam in mente tenuit, in egressione percepit. Probamus quotidie verum esse quod ante nos dictum est: quia sancta Ecclesia electorum floribus plena, habet in pace lilia, in bello rosas. Sciendum praeterea est quod tribus modis virtus patientiae exerceri solet. Alia namque sunt quae a deo, alia quae ab antiquo aduersario, alia quae a proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, damna, & contumelias: ab antiquo vero aduersario tentamenta: deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus tribus modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circumspicere, ne contra mala proximi, pertrahatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta aduersarii, seducatur ad delectationem vel consensum delicti: ne contra flagella opificis, ad excessum proruat murmurationis. Perſecte enim aduersarius vincitur, quando mens nostra & inter tentamenta eius ad delectationem atque consensum non transit: & inter contumelias proximi custoditur ab odio: & inter flagella dei compescitur a murmuratione. Nec haec agentes, retribuere nobis bona praesentia requiramus: nam pro labore patientiae bona speranda sunt sequentis vitae, vt tunc premium nostri laboris incipiat, quando omnis iam labor funditus cessat. Vnde & per Psalmistam dicitur: Non in fine obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Quasi enim periisse patientia pauperum cernitur, cum nihil pro illa in hac vita humilibus recompenſatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit: quia tunc eius gloria percipitur, cum simul omnia laboriosa terminantur. Seruate ergo fratres in mente patientiam, eamque cum res exigit, exercete in operatione. Nullum vestrum ad odium proximi, contumeliosa verba commoueat, nulla peritura rerum damna perturbent. Si enim fixa mente mansura damna pertimescitis, damna rerum transeuntium grauiora non putatis. Si aeternae retributionis gloriam concupiscitis, de temporali iniuria non doletis. Tolerate ergo aduersarios vestros: sed vt fratres diligite, quos toleratis. Aeterna praemia pro damnis temporalibus quaerite. Nec quisquam vestrum luis se viribus hanc implere posse confidat: sed obtinete precibus vt ipse hanc qui imperat, praestet. Et scimus quia petentes libenter exaudit, quando hoc petitur largiri quod iubet. Cum continuo pulsatur in prece, concite opitulatur in tentatione, Iesus Christus dominus noster: qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus in secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

**L**uce. 14. In illo tempore. Dixit dominus Iesus discipulis suis, parabolam hanc: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos: & misit seruum suum hora coenae dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et coeperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicus ciuitatis: & pau-

peres ac debiles, caecos & claudos introduce huc. Et ait Dominus: factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beatorum Apostolorum Philippi & Iacobi: Dominica secunda post Trinitatem.

Homilia. XXXVI.

**H**oc distare fratres charissimi inter delicias corporis & cordis solet, quod corporales deliciae cum non habentur, graue in se desiderium accendunt: cum vero auidè eduntur, comedentem protinus in fastidium perſatietatem vertunt. At contra spirituales deliciae cum non habentur, in fastidio sunt: cum vero habentur, in desiderio: tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto & ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet. In istis appetitus vilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat. In istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales deliciae desiderium in mente, dum satiant: quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod auidius ametur. Et ideo non habitae amari non possunt: quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: Gustate, & videte quoniam suauis est dominus. Ac si aperte dicat: Suauitatem eius non cognoscitis, si hanc mihi gustatis. Sed cibum vitae ex palato cordis tangite, vt probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc amisit, cum in paradiso peccauit: extra exiit, os a cibo aeternae dulcedinis clausit. Vnde nos quoque nati in huius peregrinationis erumna, huc fastidiosi iam venimus: nescimus quid desiderare debeamus. Tantoque se amplius fastidij nostri morbus exaggerat, quanto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat. Et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longeque desineuit. Fastidio ergo nostro tabescimus, & longa inedia peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna nos pietas, nec deserentes se deserit. Contemptas enim illas delicias ad memoriam nostrae oculos reuocat, easque nobis proponit: in promissione torporem excutit, atque vt fastidium nostrum repellere debeamus, inuitat. Ait namque: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos. Quis iste homo est, nisi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo est, & quis cognouit eum? Qui fecit cenam magnam, quia satietatem nobis dulcedinis internae praeparauit. Qui vocauit multos, sed pauci veniunt: quia nonnunquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt, aeterno eius conuiuio male viuendo contradicunt. Sequitur: Misit autem seruum suum hora coenae dicere inuitatis, vt venirent. Quid hora coenae, nisi finis est mundi? In quo nimirum nos sumus, sicut iam dudum Paulus testatur, dicens: Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Si ergo iam hora coenae est cum vocamur, tanto minus nos debemus excusare a conuiuio dei, quanto propinquasse iam cernimus finem seculi. Quod enim pesamus quia nihil est quod restat, eo debemus pertimescere, ne tempus gratiae quod praesto est, pereat. Idcirco autem hoc conuiuium dei non prandium, sed coena vocatur: quia post prandium coena restat, post coenam vero conuiuium nullum restat. Et quia aeternum dei conuiuium nobis in extremo praeparabitur, rectum fuit vt hoc non prandium, sed coena vocaretur. Sed quis per hunc seruum qui a patrefamilias ad inuitandum mittitur, nisi praedicatorum ordo designatur? De quo videlicet ordine quauis adhuc indigni existimus, quauis peccatorum nostrorum ponderibus grauamur, & nos tamen in istis diebus sumus: & cum de aedificatione vestra aliquid vobis loquor, hoc est quod ago. Seruus enim sum summi patrefamilias. Cum vos admonero ad contemptum seculi, inuitare vos venio ad cenam dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitandum nequaquam dignus appareo, sed tamen magna

Corporis & cordis deliciae plurimum inter se differunt.

Psal. 33.

Multi sunt qui nesciunt quid desiderare debeant.

Cenam magnam fecit dominus.

1. Cor. 10.

Cena facta nullum restat conuiuium.

Patientia virtus tribus modis exerceri solet.

Psal. 9.

Patientia est exercenda in operatione.

Luce. 14.



**G** sunt delitiae quas promitto. Sape fratres mei solet euenire quod dico: ut persona potens famulum habeat despectum, cumque per eum suis forte vel extraneis aliquod responsum mandat, non despicitur persona loquentis serui, quia seruatur in corde reuerentia mittentis domini. Nec pensant qui audiunt per quem, sed quid vel a quo audiant. Ita ergo fratres, ita vos agite: & si nos forsitan digne despicitis, in mente tamen vestra vocantis domini reuerentiam seruare. Conuiuia fieri summi patrisfamilias libenter obedite. Corda vestra discutite, atque ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendum namque fastidium vestrum iam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipsae carnales epulae in spirituale vobis alimentum conuersae sunt. Ad abstergendum namque mentis vestrae fastidium, in caena dei ille vobis singularis agnus est occisus. Sed quid agimus, qui hoc quod subiungitur, adhuc fieri a multis videmus? Et ceperunt simul omnes excusare. Offert deus quod rogare debuerat, non rogatus dare vult, quod vix sperari poterat, quia dignaretur largiri postulat: & tamen contemnitur. Contemptoribus vero paratas delicias refectionis aeternae denunciat, & tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis minima: ut possimus digne pensare maiora. Si quispiam potens ad inuitandum quemlibet pauperem mittet, quid fratres rogo, quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua inuitatione gauderet: responsum humile redderet, vestem mutaret, ire quanto citius festinaret, ne prior se ad potentis conuiuium alter occurreret? Homo ergo diues inuitat, & pauper occurrere festinat. Ad dei inuitamur conuiuium, & excusamus. Sed ecce inter haec aestimare possum, quid sibi corda vestra respondeant. Occultis enim fortasse sibi met cogitationibus dicunt: Excusare nolumus. Ad illud enim supernae refectionis conuiuium, & vocari & peruenire gratulamur. Loquentes vobis talia mentes vestrae verum dicunt, si non plus terrena quam caelestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quam spiritualibus occupantur. Unde hic quoque ipsa excusantium causa subiungitur, cum protinus subinfertur. Primus dixit: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Quid per villam, nisi terrena substantia designatur? Exiit ergo videre villam, qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Quid in quinque iugis bouum, nisi quinque corporis sensus accipimus? Qui recte quoque iuga vocati sumus, quia in utroque sexu geminatur. Qui videlicet corporales sensus quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt: & deserentes intima, ea quae extra sunt tangunt: recte per eos curiositas designatur. Quae dum alienam quam vitam discutere, semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Graue namque curiositatis est vitium, quae dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens, se nesciat: & curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui. Propter hoc namque & de eisdem quinque iugis bouum dicitur: Eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Ipsa enim excusantis verba a viri sui significatione non discrepant, dum dicit: eo probare illa: quia videlicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum est quod & is qui propter villam, & is qui propter probanda iuga bouum, a caena sui inuitatoris excusatur, humilitatis verba permiscet, dicens: Rogo te, habe me excusatum. Dum enim dicit, rogo te: & tamen venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce haec diiudicat prauus quisque cum audit: nec tamen ea quae diiudicat, agere desistit. Nam dum cuiuslibet peruersum ageti dicimus, conuertere, deum sequere, mundum relinque: vbi huic nisi ad dominicam caenam vocamus? Sed cum respondet, ora pro me, quia peccator sum: hoc facere non possum: quid aliud agit, nisi & rogat & excusatur? Dicens namque peccator sum, humilitatem insinuat: subiungens autem, conuerti non possum: superbiam demonstrat. Rogando ergo excusatur, qui & humilitatem perducit in voce, & superbiam exercet in actione. Alius autem dixit: Vxorem duxi: & ideo non possum venire. Quid per uxorem nisi voluptas carnis

accipitur? Nam quamuis bonum sit coniugium, atque ad propagandam sobolem prouidentia diuina constitutum, nonnulli tamen non per hoc fecunditatem proles, sed desideria expectant voluptatis, & idcirco per rem iustam significari potest non incongrue res iniusta. Ad caenam ergo nos aeterni conuiuii sumimus paterfamilias inuitat, sed dum alius auaritia, alius curiositati, alius voluptati carnis est deditus, numerum reprobi simul omnes excusant. Dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio deuastat, alterius etiam mentem voluptas carnalis inquinat, fastidiosus quisque ad aeternae vitae epulas non festinat. Sequitur: Reuersus seruus nunciauit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicus ciuitatis: & pauperes, debiles, caecos & claudos, introduce huc. Ecce qui terrena substantiae plus iusto incumbit, venire ad dominicam caenam recusat: qui labori curiositatis insudat, preparata vitae alimenta fastidit: qui carnalibus desideriis inferuit, spiritualis conuiuii epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? quia iuxta Pauli vocem, infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. Sed notandum nobis est quomodo describantur qui ad caenam vocantur, & veniunt. Pauperes & debiles dicuntur, qui iudicio suo apud semetipsum infirmi sunt. Nam pauperes & quasi fortes sunt, qui & positi in paupertate superbiunt. Caeci vero sunt, qui nullum ingenij lumen habent. Claudij quoque sunt, qui rectos gressus in operatione non habent: sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur: profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerant, qui vocati venire noluerunt: ita hi quoque peccatores sunt, qui inuitantur & veniunt. Sed peccatores superbi respiciuntur, ut peccatores humiles eligantur. Hos itaque elegit deus, quos despiciat mundus: quia plerumque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit, & partem substantiae quam perceperat prodigè expendit, postquam esurire coepit, in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Longè quippe a se discesserat, quando peccabat. Et si non esurisset, in semetipsum minimè redisset: quia postquam terrenis rebus indiguit, tunc cogitare coepit quid de spiritualibus amisit. Pauperes ergo & debiles, caeci & claudij vocantur, & veniunt: quia infirmi quique, atque in hoc mundo despecti, plerumque tanto celerius vocem dei audiunt, quanto & in hoc mundo non habent vbi delectentur. Quod bene Amalechitarum puer ille Aegyptius designat, qui Amalechitis praedantibus atque currentibus aeger remansit in via: & fame siti que aruit. Quem cum Dauid inuenit, ei cibum potumque praebuit, qui illico conualescens dux Dauid factus est. Conuiuantes Amalechitas reperit, & eos qui se debilem reliquerant, cum magna fortitudine prostrauit. Amalechita quippe populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum, nisi mentes secularium designantur? Quae terrena cum aeterna ambiendo quasi lambunt, dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens, praedam facit dum terrena diligentes, lucra de alienis damnis exaggerat. Sed puer Aegyptius eger in via relinquatur: quia peccator quisque dum infirmari ab huius mundi statu coeperit, mox secularibus metibus in despectum venit. Quem tamen Dauid inuenit, ei que cibum & potum praebet: quia manu fortis dominus abiecta mundi non despiciat, & plerumque eos qui sequi mundum minime valentes, quasi in via remanent, ad amoris sui gratiam conuertit, eis que verbi sui cibum potumque porrigit: & quasi duces sibi in via eligit, dum suos etiam praedicatores facit. Dum enim Christum peccatorum cordibus inserunt, quasi Dauid super hostes ducunt. Qui conuiuantes Amalechitas velut Dauid gladio feriunt, quia superbos quosque qui se in mundo despexerant, domini virtute prosternunt. Puer ergo Aegyptius qui in via remanserat, Amalechitas interfecit, quia plerumque ipsi mentes secularium praedicando superant, qui prius cum secularibus in hoc mundo currere non valebant. Sed deductis ad caenam pauperibus, quid puer subiugat audiamus. Domine factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Multi tales ad caenam dominicam ex Iudaea collecti sunt, sed multitudo quae ex Israelitico populo credidit, locum superni conuiuii non impleuit. Intrauit iam frequentia Iudaeorum,

Nunci uerba quandoque non despicuntur, non propter ipsam, sed propter dominum mittentem.

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas  
Abbas

Coniugium bonum est. Auidia curiositas & uoluptas, priuant homines caenam dominicam.

I. Cor. I.


Pauperes & debiles qui dicuntur.

I.

Deus elegit quos mundus despiciat. Luc. 15.

I. Reg. 30.

M Amalechita populus lambens uocatur.



**A**rum, sed adhuc locus vacat in regno, ubi suscipi debeat numeritas gentium. Vnde & eidem seruo dicitur: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Cum de vicis & plateis ad cenam quosdam dominus inuitat, illum videlicet populum designat, qui tenere legem sub una conuersatione nouerat. Cum vero conuiuas suos colligere, & sepibus precipit, nimirum agrestem populum colligere, id est gentilem quaerit, de cuius significatione per Psalmistam dicitur: Tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem domini, quoniam venit. Ligna enim siluae, gentes vocatae sunt, quia in infidelitate sua tortae & infructuosae semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti vsu conuersi sunt, ad cenam dominicam quasi ex sepibus venerunt. Notandum vero est quod in hac inuitatione tertia non dicitur, inuita, sed compelle intrare. Alij enim vocantur, & venire contemnunt. Alij vocantur & veniunt. Alij autem nequaquam dicitur quia vocantur sed compelluntur ut intrent. Vocantur & venire contemnunt, qui donum quidem intellectus accipiunt, sed eundem intellectum operibus non sequuntur. Vocantur & veniunt, qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. Quidam vero sic vocantur, ut etiam compellatur. Nam sunt nonnulli, qui bona facienda intelligunt, sed haec facere desistunt. Vident quae agere debent, sed haec ex desiderio non sequuntur. His plerumque, ut superius diximus, contingit, ut eos in carnalibus desideriis suis mundi huius aduersitas feriat: apprehendere temporalem gloriam conetur, & nequeant: & dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas huius seculi nauigare proponunt, semper aduersis flatibus ad deiectionis suae littora repellantur. Cumque se frangi in desideriis suis, aduersante mundo conspiciunt, quid de se auctori suo debeant comonentur, ita ut ad eum erubescere redcant, qui eum superbientes pro mundi amore deserebant. Saepemque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes, aut longa aegritudine tabescunt, aut afflicti iniuriis concidunt, aut percussis grauibz damnis affliguntur, & in mundi dolore vident, quia nihil confidere de eius voluptate debuerunt, seque ipsos in suis desideriis reprehendentes, ad deum corda conuertunt. De his quippe dominus per prophetam dicit: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet: & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: quare, & non inueniet eos: & dicet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Vir vniuscuiusque fidelis animae deus est, quia haec videlicet ei est coniuncta per fidem. Sed illa quae coniuncta deo fuerat anima, amatores suos sequitur: quando mens quae iam per fidem credidit, adhuc se immundis spiritibus in operatione subternit, mundi gloriae quaerit, carnali delectatione pascitur, exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plerumque omnipotens deus talem animam misericorditer respicit, & eius voluptatibus amaritudines permiscet. Vnde dicit: Ecce ego sepiam vias tuas spinis. Vnde etiam nostrae spinis septae sunt, quando in hoc quod male cupimus, dolorum punitiones inuenimus. Et sepiam eas maceria, & semitas suas non inueniet. Vnde nostrae maceria sepiuntur, cum desideria nostris dura in hoc mundo obiectiones resistunt. Et semitas nostras inuenire non possumus, quia hoc quod male quaerimus, adipisci prohibemur. Et sequet amatores suos, & non apprehendet eos: quare, & non inueniet eos: quia malignos spiritus quibus se in suis desideriis anima subdit, ad desideriorum suorum effectum minime comprehendit. Sed ex hac salubri aduersitate quanta utilitas nascatur, adiungit cum subditur, Et dicet: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Postquam ergo vias suas spinis septas inuenit, postquam amatores suos apprehendere non valet: ad amorem viri prioris redit, quia plerumque postquam in hoc mundo non possumus obtinere quae volumus, postquam in terrenis desideriis de impossibilitate lassamur, tunc ad mentem deum reducimus, tunc placere incipit quod displicebat, & is cuius nobis amara fuerant praecipua, repente dulcescit in memoria, & peccatrix anima quae adultera conata est esse, nec tamen aperto opere potuit: decernit esse fidelis coniunx. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti, ad dei amorem redeunt:

atque a praesentis vitae desideriis corriguntur, quid isti fratres mei nisi compelluntur ut intrent? Sed valde est tremenda sententia quae protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite fratres & domini mei: In quantum peccatores fratres mei: in quantum iusti, domini mei. Intenta hanc aure percipite, ut tanto eam minus sentiat in examine, quanto nunc auditis formidolosius in praedicatione. Ait enim: Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit carnem meam. Ecce vocat per se, vocat per angelos, vocat per patres, vocat per prophetas, vocat per Apostolos, vocat per pastores, vocat etiam per nos, vocat plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per huius mundi prospera, vocat aliquando per aduersa. Nemo contemnat, ne dum vocatus excuset, cum voluerit intrare non valeat. Audite quid sapientia per Salomonem dicit: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane conserget, & non inueniet me. Hinc est quod fatuae virgines tarde venientes clamant dicentes: Domine domine aperi nobis. Sed iam tunc aditum quaerentibus dicitur: Amen amen dico vobis: nescio vos. Quid inter haec fratres charissimi nisi relinquere omnia debemus, curas mundi postponere, solis desiderii aeterni inhare: sed haec paucis data sunt. Admonere vos volo, ut relinquatis omnia, sed non presumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenete quae huius mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in mundo: ut terrena res possideatur, non possideat: ut sub mentis vestrae sit dominio quod habetis: ne mens vestra dum terrenarum rerum amore vincitur, a rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergo res temporalis in vsu, aeterna in desiderio: sit res temporalis in itinere, desideretur aeterna in peruentione. Quasi ex latere respiciatur quicquid in hoc mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi, dum tota intentione illa conspiciunt, ad quae peruenimus. Extirpentur funditus vitia, non solum ab actu operis, sed etiam a cogitatione cordis euulsa. Non vos voluptas carnis, non sollicitudo curiositatis, non astus ambitionis a dominica cena praepediat, sed ipsa quoque quae honesta in mundo agimus, quasi ex quodam mentis latere tangamus, ut terrena quaelibet sic nostro corpori seruiant, quatenus cordi minime obsistant. Non ergo fratres audemus vobis dicere, ut omnia relinquatis: sed tamen si vultis, omnia etiam retinendo relinquitis, si sic temporalia geritis, ut tamen tota mente ad aeterna tendatis. Hinc etenim Paulus Apostolus dicit: Tempus breue est: reliquum est ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: praeterit enim figura huius mundi. Vxorem namque habet sed quasi non habens, qui sic scit debita carnis exoluere: ut tamen per ea mundo tota mente non cogatur inhare. Nam cum idem rursus egregius praedicator dicat: Qui habet uxorem, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori: ille uxorem habet quasi non habens, qui sic studet placere coniugi, ut tamen non displiceat conditori. Flet quoque, sed tanquam non fleret, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de aeternis lucris semper animum consoletur. Gaudet verò, sed tanquam non gaudeat, qui sic de temporalibus bonis hilarescit, ut tamen semper tormenta perpetua consideret: & in hoc quod mentem gaudio subleuat, hanc continuo pondere prouidi timoris premit. Emit autem sed quasi non possidens, qui & ad usum terrena praeparat, & tamen cauta cogitatione prauidet quod haec citius relinquat. Mundo quoque vtitur, sed quasi non vtatur, qui & necessaria cuncta exterius ad vitae suae ministerium redigit, & tamen haec eadem non sunt suae menti dominari: ut subiecta foris seruiant, & nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Quicumque ergo tales sunt, eis profecto terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum assunt: quia rebus quidem necessariis vtuntur, sed nihil habere cum peccato cupiunt. De ipsis quoque rebus habitis quotidie mercedes acquirunt: & plus gaudent bono opere, quam bona possessione. Ac ne aliquibus ista difficilia esse videatur: rem de persona refero, qua multi vestrum mecum nouerunt. Quam videlicet rem ipse ante triennium in Centu-

Psal. 95.

Gentiles vocati sunt ligna siluae.

B Gloriam temporalem mulati conatur apprehendere, & nequeunt.

Osee. 2.

Anima eius usque fidelis uir deus est.

C Osee. 2.

Via nostra maceria sepiuntur.

Compelluntur aliqui intrare ad cenam domini.

Deus nos uocat multipliciter.

Prover. 1.

Mat. 25.

Bona mundana qualiter sunt tenenda.

Omnia relinquere possumus etiam retinendo.

1. Cor. 7.

F Ibidem.

Gaude, sed tanquam non gaudeas.

cellensi

**G** cellensi vrbe à personis fidelibus didici. Nuper nanque in eadem ciuitate Theophanius comes fuit, vir misericordiae a-  
*Theophanius comitis commendatio.*  
 ctibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipue studens. Exercendi comitatus actibus occupatus, agebat terrena & temporalia, sed vt post ex fine eius claruit, magis ex debito quam ex intentione. Nā cum appropinquante mortis eius tempore, grauissima aëris tempestas obsisteret, ne ad sepeliendum duci potuisset: eumque coniunx sua cum fletu vehementissimo requireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad sepeliendum eicio, quæ hostium domus huius egredi præ nimia tempestate non possum? Tunc ille respondit: Noli mulier flere, quia mox vt ego defunctus fuero: aëris serenitas redibit. Cuius protinus & vocem mors, & mortem serenitas est secuta. Cuius manus ac pedes podagræ humore tumescentes, & versi in vulneribus fuerant, & profluente sanie putebant. Sed cum corpus illius ex more ad lauandū fuisset detectum, ita manus, pedesque illius sani reperti sunt: ac si vnquam vulneris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepultus est: inique coniugi visum est vt quarto die in sepulchro illius marmor quod superpositum fuerat, mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositū dum fuisset ablatum, tanta ex eius corpore fragrantia odoris emanauit: ac si ex putrescēti carne illius pro vermibus aromata fuerissent. Hæc igitur dixi: vt è vicino exemplo ostendere possem, nonnullos & secularem habitum gerere: & secularem animum non habere. Quos enim tales in mundo necessitas ligat, vt ex omni parte exui à mundo non possint: sic debent ea quæ mundi sunt tenere, vt tamen eis nesciant ex mentis fractione succumbere. Hoc ergo cogitate, & cum relinquere cuncta quæ mundi sunt, non potestis: exteriora bene exterius agite, sed ardēter interiorius ad æterna festinate. Nihil sit quod desiderium vestræ mētis retardet: nullius vos rei in hoc mūdo delectatio implicet. Si bonum diligitur: mēs in bonis melioribus, id est in cælestibus, delectetur. Si malum metuitur: mala animo æterna proponantur: vt dum illic esse conspiciat & amplius quod diligit, & amplius quod pertimescat, hic omnino non hæreat. Ad hæc agenda habemus mediatorem dei & hominum, adiutorem nostrū: per quem citius cuncta obtinebimus, si ad illum vero amore flagramus. Qui viuit & regnat cum patre. &c.

*Mentis nostre desiderium nihil retardare debet.*

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

*Lucæ. 14.*



**I**n illo tempore. Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit

post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim adificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit peracere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cepit adificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nonne sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus quæ possidet: non potest meus esse discipulus.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beati Stephani martyris.

Homilia. XXXVII.

**S**i consideremus fratres charissimi, quæ & quanta sunt quæ nobis promittuntur in cælis: vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Terrænanque substantia supernæ felicitatis comparata, pondus est, non subsidiū. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptio-

*Vita tēporalis, æternæ*

nis, quid est aliud quam quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia: angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere letari: Sed ad hæc audita inardescit animus: iamque illic cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere: sed ad magna præmia perueniri non potest, nisi per magnos labores. Vnde & Paulus egregius prædicator dicit: Nō coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Delectat ergo mentē magnitudo præmiorum, sed non deterreat certamen laborū. Vnde ad se venientibus veritas dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem suū & matrem, & uxore, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Sed percontari libet quomodo parentes & carnaliter propinquos præcipimur odisse: qui iubemur & inimicos diligere? Et certè veritas de uxore dicit: Quod deus coniunxit, homo nō separet. Et Paulus ait: Viri diligite uxores vestras: sicut & Christus Ecclesiam. Ecce discipulus uxorem diligendam prædicat, cum magister dicat: Qui uxorem non odit, non potest meus esse discipulus? Nunquid aliud iudex nunciat, aliud præco clamat: An simul & odisse possumus, & diligere? Sed si vim præcepti perpendimus, vtrūque agere per discretionem valemus: vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, & quos proximos nouimus, diligamus: & quos aduersarios in via dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus. Quasi enim per odium diligitur, qui carnaliter sapiens, dum praua nobis ingerit, nō auditur. Vt autem dominus demonstraret hoc erga proximos odium, nō de affectione procedere, sed de charitate, addidit protinus dicens: Adhuc autem & animam suam. Odisse itaque præcipimur proximos, odisse & animam nostram. Constat ergo, quia amando debet odisse proximum: qui sic eum odit, sicut semetipsum. Tunc enim bene nostram animam odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus: cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Quæ ergo contempta ad melius ducitur: quasi per odium amatur. Sic sic nimirum exhibere proximis nostris odij discretionem debemus: vt in eis & diligamus quod sunt, & habeamus odio quod in dei nobis itinere obsistunt. Certè dum Paulus Hierosolimam pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit: suisque pedibus alligauit, dicens: Virum cuius hæc zona est, sic alligabunt Iudæi in Hierosalem. Sed is qui animam suam perfecte oderat: quid dicebat? Ego non solum alligari, sed & mori in Hierosalē paratus sum pro nomine domini Iesu Christi: nec facio animam meam preciosiorem quàm me. Ecce quomodo animam suam amando oderat, immo odiens amabat, quæ cupiebat pro Iesu morti tradere, vt hanc ad vitæ de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretionem odij nostri traham? formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mūdo etiam aduersarius: sed in via dei contrarius non ametur etiā propinquus. Quisquis enim iam æterna concupiscit, in ea quam aggreditur causa dei, extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum fieri debet: vt eo verius cognoscat deum, quo in eius causa neminē recogno-scit. Multū nanque est quod carnales affectus intentionem mentis diuerberant, eiusque aciem obscurant: quos tamen nequaquam noxios patimur, si eos premendo teneamus. Amādi ergo sunt proximi: impendenda est charitas omnibus & propinquis & extraneis: nec tamen pro eadem charitate à dei amore hestendum. Scimus autem quia cum de terra Philistiim arca domini ad terram Israëlitarū rediret, plaustrum superposita est, & vacca plaustrum subiuncta sunt, quæ factæ fuisse memoratur: quarum filios clausurunt domi. Et scriptum est: Ibant autem in directum vacca per viam quæ ducit Bethsamis: vno itinere gradiebantur, pergentes & mugientes, & non declinabant neque ad dextram neque ad sinistram. Quid ergo vacca nisi fideles quosque in Ecclesia designant: qui dum sacri eloquij præcepta cōsiderāt, quasi superposita sibi domini arcam portāt. De quibus hoc etiā est notandū quod fuisse factæ memoratur: quia sunt plerique qui in via dei intrinsicus positi, foris carnalibus affectibus ligantur, sed nō declinat à recto itinere,

*K  
ne cōp  
rata, mor  
est.*

*2. Tim. 2.*

*Mat. 5.  
Eph. 5.  
Mat. 10.*

*L  
Diligitur  
quādoque  
proximus  
per odium.*

*Acto. 21.*

*Paulus  
amando  
oderat.*

*M*

*Arca domi  
ni ferebat  
tur per vac  
cas.*

*1. Reg. 6.*



neri, qui arcam dei portant in mente. Ecce enim vacca Bethsalamis pergit. Bethsalamis quippe dicitur domus Solis. Et propheta ait: Vobis autem qui timetis dominum, orietur sol iustitiae. Si ergo ad aeterni Solis habitationem tendimus, dignum profectio est, ut de dei itinere pro carnalibus affectibus non declinamus. Tota enim virtute pensandum est, quod vacca dei proprio suppositae pergit & gemunt. Dant ab intimis mugitus, & tamen ab itinere non deesse gressus. Sic nimirum praedicatores dei, sic fideles quique esse intra sanctam Ecclesiam debent, ut compatiantur proximis per charitatem, & tamen de via dei non exorbitent per compassionem. Hoc ipsum vero animae odium qualiter exhiberi debeat, veritas subdendo manifestat, dicens: Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Crux quippe a cruciatu dicitur. Et duobus modis crucem domini baiulamur: cum aut per abstinentiam carnem afficiamus, aut per compassionem proximi, necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolore exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum vero est quod sunt nonnulli qui carnis abstinentiam non pro deo, sed pro inani gloria exhibent. Et sunt plerique qui compassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impendunt: ut ei non ad virtutem, sed quasi miserando ad culpas faueant. Hi itaque crucem quidem videntur ferre, sed dominum non sequuntur.

Mat. 14.

Luc. 14.

Crucem domini duobus modis baiulamur.

\* eos. \* foueant.

Aedificium coeleste, & terrenum, differunt.

Mat. 19.

1. Cor. 4.

Psal. 24.

**B** Vnde recte haec eadem veritas dicit: Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Baiulare etenim crucem & post dominum ire, est vel carnis abstinentiam, vel compassionem proximo pro studio aeternae intentionis exhibere. Nam quisquis haec pro temporali intentione exhibet, crucem quidem baiulat, sed ire post dominum recusat. Quia vero sublimia praecipia data sunt, protinus comparatio aedificandae sublimitatis adiungitur, cum dicitur: Quis enim ex vobis volens turrim aedificare: non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quam potuerit, fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipient ei illudere, dicentes, quia hic homo coepit aedificare: & non potuit consummare? Omne quod agimus, praevenerit per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta veritatis vocem, qui turrim aedificat, prius aedificij sumptus parat. Si ergo humilitatis turrim construere cupimus: prius nos praeparare contra adversa huius seculi debemus. Hoc enim inter terrenum & coeleste aedificium distat, quod terrenum aedificium expensas colligendo construitur, coeleste vero aedificium expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus: si non habita colligamus. Ad istud sumptus facimus, si & habita relinquamus. Istos sumptus diues ille habere non potuit: qui multas possessiones possidens, magistrum requisivit dicens: Magister bone quid faciendo vitam aeternam possidebo? Qui cum praecipia relinquendi omnia audisset, tristis abscessit: & inde est angustatus in mente, unde toris fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumptus & elatus, tendendo ad aeternam patriam, habere noluit sumptus humilitatis. Considerandum vero est quod dicitur: Omnes qui viderint, incipient illudere ei, quia iuxta Pauli vocem, spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Et in omne quod agimus, considerare occultos nostros adversarios debemus, qui semper nostris operibus insunt, semper ex nostro defectu gratulantur. Quos propheta inuenit ait: Deus meus in te confido, non erubescam, neque irideant me inimici mei. In bonis enim operibus lateant, nisi contra malignos spiritus sollicite vigilemus: ipsos irrisores patimur, quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo aedificio comparatio data est, nunc ex minori ad maius similitudo subditur: ut ex rebus minimis maiora percipiantur. Nam sequitur: Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, nonne sedes prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quae pacis sunt. Rex contra regem ex aequo venit ad praelium: & tamen si se perperdit non posse sufficere, legationem mittit, & ea quae pacis sunt, postulat. Quibus ergo nos lachrymis veniam sperare debemus: qui in illo tremendo examine cum rege nostro ex aequo ad iudicium non venimus? Quos nimirum conditionis infir-

mitas, & causa inferiores exhibet. Sed fortasse iam mali operis culpas abscedim: iam prava quaeque exteri declinamus. Nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostrae sufficimus? Nam cum viginti milibus venire dicitur is, contra quem minime sufficit iste qui cum decem milibus venit. Decem milia quippe ad viginti milia, simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficimus, vix exteriora nostra opera in rectitudine servamus. Nam & si in luxuria carnis abscessa est: tamen adhuc a corde funditus abscessa non est. Ille autem qui iudicaturus venit, exteriora simul & interiora iudicat: facta pariter & cogitationem pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit: qui non vix in solo opere praeparatos, simul de opere & cogitatione discutit. Quid ergo agendum est fratres: nisi ut dum nos cum simplo exercitu contra duplum illius sufficere non posse conspiciamus: dum adhuc longe est legationem mittamus, & rogemus ea quae pacis sunt. Longe enim esse dicitur: qui adhuc praesens per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem, lachrymas nostras, mittamus misericordiae opera: mactemus in ara eius hostias plationis, cognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere. Percipiamus virtutem eius fortitudinis: rogemus ea quae pacis sunt. Haec est nostra legatio: quae regem venientem placat. Pensate fratres quam benignum sit, quod is qui suo adventu valet opprimere, tardat venire. Mittamus ad hunc, ut diximus legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter nanque ad absolutionem nostram oblata cum lachrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur: quia is qui in se resurgens a mortuis iam non moritur, adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quotiens ei hostiam suae passionis offerimus, totiens nobis ad absolutionem nostram, passionem illius reparamus. Multos ut arbitror vestrum fratres charissimi contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum quod quidam ab hostibus captus, longe transductus est. Cumque diu teneretur in vinculis, eum vxor sua cum ex eadem captivitate non reciperet, extinctum putavit. Pro quo iam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius totiens vincula soluebantur in captivitate, quotiens ab eius coniuge oblatae fuissent hostiae pro animae eius absolutione. Non longo post tempore reuersus, admirans valde suae indicavit vxori, quod diebus certis hebdomadibus singulis, eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies eius vxor atque horas discutens, tunc eum recognouit absolutum, cum pro eo sacrificium meminere oblata. Hinc ergo fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata a nobis hostia sacra quantum in nobis solvere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero ponit in altero solvere vincula corporis. Multi vestrum fratres charissimi Cassium Narniensis urbis episcopum noverunt: cui mos erat quotidianas deo hostias offerre, ita ut penitus nullus dies vitae eius abscederet, quos non omnipotenti deo hostiam plationis immolaret. Cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. Nam cuncta quae habebat, in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificij venisset, velut totus in lachrymis desluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cuius & vitam & exitum a quodam venerabilis vitae diacono qui fuerat ab eo nutritus, referente cognovi. Aiebat enim quod quadam nocte eius presbytero per visum dominus assistit, dicens: Vade & dic episcopo: Age quod agis: operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua: natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter, sed quia e vicino Apostolorum natalitius dies imminuebat, tam propinqui exitus diem episcopo nunciare permissit. Alia nocte dominus rediit, eiusque inobediamtiam vehementer increpavit, atque eadem iussionis suae verba retenuit. Tunc presbyter surrexit ut pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicandae revelationis. Et ad admonitionem quoque iteratae iussionis obduruit pergere, & quae viderat, manifestare neglexit. Sed quia magna mansuetudinem contempra gratiae, maior sequi solet ira vindictae, visione tertia dominus apparuit, iam verbis addidit verbera, & tam districta caede mactatus est, ut in eo duritia cordis emolliret vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verberibus, perrexit

Index exteriora & interiora iudicabit.

Legatione ad dominum mittere debemus ut rogemus ea quae pacis sunt.

Hostia altaris multum valet ad absolutionem nostram.

Hostiae oblatio magis esse efficacis nota ostenditur ex eadem.

Punitio magna dignus est, qui sepius dei gratiam contempserit.

**G** ad episcopum, cumq; iam ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium consistentem reperit: secretum a circumstantibus petiit: seque eius pedibus stravit. Cunque eum vbertim flentem episcopus vix ad se lenare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis prius vestimento ex humeris deuoluto, detexit plagas corporis, vt ita dicam, testes veritatis & culpae, monstravit quanta animaduersione distinctionis membra illius accepta verbera linore inflicto sulcauerat. Quae mox vt episcopus vidit, exhorruit: & quis sibi talia facere praesumpisset, cum magnae obstupescationis vocibus inquisiuit. At ille respondit, haec se pro ipso fuisse perpe-  
**H** pellum. Excreuit cum terrore admiratio, sed nullas iam presbyter inquisitioni eius moras adiciens, secretum reuelationis aperuit, eique iussionis dominicae ea quae audierat verba narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris: non cesset manus tua, non cesset pes tuus, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostravit, & qui oblaturus sacrificium, ad horam tertiam venerat, hoc pro extentae orationis magnitudine, ad horam nonam vsque protelauit. Atq; ex illo iam die magis magisque aucta sunt ei lucra pieratis. Factusq; est tam fortis in opere, quam certus ex munere: quippe qui eum cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione iam coeperat habere debitorem. Huic autem

**H** coeuetudo fuerat, annis singulis natalitio Apostolorum die Romam venire. Iamque ex hac reuelatione suspectus venire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit, secundo quoque anno vel tertio in mortis suae expectatione suspensus, quarto, quintoque & sexto similiter. Qui desperare iam de veritate reuelationis poterat, si verbis verbera non fecissent. Cum ecce anno septimo vsq; ad expectati natalis sacras vigiliis incolumis peruenit, sed leuis hunc in vigiliis calor attigit, atque ipso die natalitio filiis suis se expectantibus, missarum solennia implere se posse reculauit. Illi vero qui de eius erant pariter egressione suspecti, simul ad eum omnes venerunt, sese vnanimiter astringentes, vt die eodem nequaquam acquiescerent missarum solennia celebrari, nisi pro eis apud dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tunc ille compulsus, in episcopi oratorio missas fecit, & manu sua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit. Qui euncto ministerio oblatis sacrificij peracto, ad lectulum rediit, ibique iacens, dum sacerdotes suos ac ministros circumstitisse cerneret, quasi vale vltimum dicens, de seruando eos vinculo charitatis admonebat, & quanta debuissent concordia inter se vniri, praedicabat. Cum subito inter ipsa sanctae exhortationis verba, voce terribili clamauit dicens: Hora est. Moxque assistentibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium, sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso, spiritum emisit, sicque sancta illa anima ad gaudia aeterna perueniens, a carnis corruptione soluta est.

\* al. leuis dolor.

1941. 19.

Lachrymarum legationem mittimus ad regem. Deus vult placari precibus.

Eleemosyna tergit maculas peccatorum.

Quem fratres charissimi, quem viris in morte sua imitatus est, nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim, hora est, de corpore exiit: quia & Iesus peractis omnibus cum dixisset contummatum est, inclinato capite tradidit spiritum. Quod ergo dominus ex potestate, hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidiana hostia illa cum elemosynis & lachrymis missa legatio, quantam cum rege veniente gratia pacem fecit. Relinquit ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest, cum adhuc longe est rex, legationem mittat, lachrymarum, elemosynarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari non possit iratus. Quod adhuc moram facit venire, legationem pacis sustinet. Venisset iam iamque si vellet, & cunctos suos aduersarios trucidasset. Sed & quam terribilis veniet, indicat: & tamen ad veniendum tardat, quia non vult inuenire quos puniat, sed reatum nobis contemptus nostri denunciat, dicens: Sic ergo omnis ex vobis qui renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Et tamen sperandae salutis remedium confert, quia qui per iram non potest ferri, per postulatam pacem vult legationem placari. Lauate ergo fratres charissimi lachrymis maculas peccatorum, elemosynis tergit, sacris hostiis explat. Nolite possidere per desiderium, quae adhuc per vsum mini-

me reliquistis. Spem in solo redemptore figite, ad aeternam patriam mente transite. Si enim nil in hoc mundo iam amando possidetis: etiam possidendo cuncta reliquistis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat, qui nobis aeternae pacis remedia contulit Iesus Christus dominus noster. Qui viuus & regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthaeum.



In illo tempore. Loquebatur Iesus principibus sacerdotum & Pharisaeis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolabant venire.

Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauit: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelios affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & misit exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitates illorum succendit. Tunc ait rex seruis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, bonos & malos, & implete sunt nuptiae discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus eius & manibus, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Clementis: Dominica. xx. post Trinitatem. Homilia. XXXVIII.

**T**extum lectionis Euangelicae fratres charissimi volo, si possum, sub breuitate transcurrere, vt in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed quaerendum prius est, an haec apud Matthaeum ipsa sit lectio, quae apud Lucam sub appellatione coenae describitur: Et quidem nonnulla quae sibi dissona esse videntur, quia hic prandium, illic coena memoratur: hic qui ad nuptias non dignis vestibus intravit, repulsus est: illic nullus qui intrasse dicitur, repulsus esse perhibetur. Quae ex re recte colligitur, quod & hic per nuptias praesens Ecclesia, & illic per coenam aeternam & vltimum conuiuium designatur: quia & hanc nonnulli exituri intrant, & ad illud qui quis semel intrauerit, vltimus non exhibet. At si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem, ego melius puto, salua fide, alieno intellectu cedere, quam contentiouis deseruire: quoniam & intelligi congrue fortitan potest, quia de proiecto eo qui cum nuptiali veste non venerat, quod Lucas tacuit, Matthaeus dixit. Quod vero per illum coena, per hunc autem prandium dicitur, nequaquam vel hoc nostrae intelligentiae obstitit: quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium coena vocabatur. Saepem autem iam me dixisse meminisse, quod plerumque in sancto Euangelio regnum caelorum praesens Ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum, regnum caelorum dicitur: Quia enim per prophetam dominus dicit: Caelum mihi sedes est, & Salomon ait: Anima iusti sedes sapientiae: Paulus etiam dicit Christum dei virtutem, & dei sapientiam, liquidò colligere debemus, quia si deus sapientia, anima autem iusti sedes sapientiae, dum caelum

Esa. 66. Sapien. 7. 1. Cor. 1. Anima iustorum

**Psalm. 71.** **Nuptias quando dicitur deus pater filio fecisset**  
**Psalm. 18.**  
**Tauri uel altitia quid representant.**  
**Leuit. 19.**  
**Mat. 5.**  
**\* al. in ore.**  
**Mat. 5.**  
**Psalm. 62.**  
**Exempla adiungit deus cum eius uerba audire uolumus.**

actionibus deditis, mysterium incarnationis dominicæ pen-  
 sare, & secundum illud uiuere dissimulat, quasi ad villam vel  
 negocium pergens, venire ad regis nuptias recusat. Et plarū-  
 que, quod est grauius, nonnulli uocantis gratiam non solum  
 respuunt, sed etiam persequuntur. Unde & subitur: Reliqui  
 uero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occide-  
 runt. Sed rex ista cognoscens, missis exercitibus suis, perdidit  
 homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Homicidas  
 perdidit: quia persequentes interimat. Ciuitatem eorum igni  
 succendit: quia illorum non solum animæ, sed & caro quoque  
 in qua habitauerant, æternæ gehennæ flamma cruciatur. Mis-  
 sis uero exercitibus extirpauit homicidas dicitur: quia in ho-  
 minibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid nan-  
 que sunt illa angelorum agmina, nisi exercitus regis nostri?  
 Unde & idem rex dominus sabbaoth dicitur: Sabbaoth quip-  
 pe exercitus interpretatur. Ad perdedos ergo aduersarios  
 suos exercitum mittit, quia uimurum uindictam dominus per  
 angelos exercet. Cuius uindictæ potentiam tunc nostri pa-  
 tres audiebant, nos autem iam cernimus. Vbi sunt enim su-  
 perbi illi martyrum persecutores? Vbi illi qui contra con-  
 ditorem suum ceruicem cordis erexerant, & de huius mun-  
 di gloria mortifera tuebant? Ecce iam mors martyrum flo-  
 ret in fide uiuentium, & hi qui contra illos de crudelitate sua  
 gloriati sunt, nequaquam ad memoriam nostram ueniunt,  
 vel in numero mortuorum. Rebus ergo cognoscimus, quod  
 in parabolis audiuius. Sed is qui inuitantem se contemni  
 conspiciat, regis filij sui nuptias uacuas non habebit. Ad alios  
 mittit, quia etsi apud aliquos laborat uerbum dei, quando-  
 que tamen sermo dei inuenturus est ubi requiescat. Unde &  
 subditur: Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidē paratæ sunt,  
 sed qui inuitati erant, non fuerunt digui. Ite ergo ad exitus  
 uiarum, & quocumque inueneritis, uocate ad nuptias. Si in  
 scriptura sacra uias actiones accipimus, exitus uiarum intel-  
 ligimus defectus actionum: quia illi plerumque facile ad deū  
 ueniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitan-  
 tur. Sequitur: Et egressi serui eius in uias, congregaue-  
 runt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt  
 nuptiæ discumbentium. Ecce iam ipsa qualitate conuiuian-  
 tium apertè ostenditur: quia per has regis nuptias præsens  
 Ecclesia designatur, in qua cum bonis & mali conueniunt.  
 Permista quippe est diuersitate filiorum: quia sic omnes ad  
 fidem generat, ut tamen omnes per immutationem uitæ ad  
 libertatem spiritalis gratiæ culpis exigentibus non perdu-  
 cat. Quousque nanque hic uiuimus, necesse est ut uitam  
 præsentis seculi permixti peragamus. Tunc autem discrimi-  
 mur, cum peruenimus. Boni enim soli nusquā sunt, nisi in coe-  
 lo, & mali soli nusquā sunt, nisi in inferno. Hec autē uita que  
 inter cælum & infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita  
 utrarumque partium ciues communiter recipit, quos tamen  
 sancta Ecclesia & nunc indiscretè suscipit, & postmodum in  
 egressione discernit. Si ergo boni estis, quandiu in hac uita  
 subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nā quisquis  
 malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam telus  
 est, quia bonus non est. Abel enim esse reuult, quem Cain ma-  
 litia non exercet. Sic in tritura aræ grana sub paleis pre-  
 mutur: sic flores inter spinas oriuntur: & rosa que redolet,  
 crescit cum spina que pungit. Duos quippe filios habuit pri-  
 mus homo: unus horum electus est, alter reprobus fuit. Tres  
 filios Noë arca continuit, sed duo ex his electi sunt, & unus  
 reprobus fuit. Duos Abraham filios habuit: sed unus ele-  
 ctus est, alter reprobus fuit. Duos Isaac filios habuit,  
 sed unus electus est, alter reprobatus. Duodecim filios ha-  
 buit Iacob, sed ex his unus per innocentiam uenditus est,  
 alij uero per malitiam uenditores fratris fuerunt. Duodecim  
 Apostoli sunt electi, sed unus in his admixtus est reprobus  
 qui probaret, uidecim qui probarentur. Septem sunt dia-  
 cones ab Apostolis ordinati: sed sex in fide recta permanen-  
 tibus, unus extitit auctor erroris. In hac ergo Ecclesia nec  
 mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. Antea ita-  
 que tempora fratres charissimi ad mentem reducite, & uos  
 ad malorum tolerantiam roborate. Si enim electorum filij  
 sumus, restat necesse est, ut per eorum exempla gradiamur.  
 Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recusauit.  
 Hinc nanque est quod de semetipso beatus Iob asserit dicens:

*Ciuitas ma-  
lorum succen-  
ditur.*

*Sabbaoth  
interpre-  
tatur exer-  
citus.*

*Uia, in san-  
ctis scriptu-  
ris, accipit  
tur pro ac-  
tionibus*

*Boni quā-  
do separa-  
buntur a  
malis.*




1ob. 13. **G** Frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc per Salomonem sponsi voce sanctae Ecclesiae dicitur: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielem dominus dicit: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cū scorpionibus habitas. Hinc Petrus beati Loth vitā glorificat dicens: Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniusta cōuersatione eruit: aspectu enim & auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animā iustam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam & laudat & roborat, dicens: In medio nationis prauae & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentis. Hinc Ioannes Pergami Ecclesiae attestatur dicens: Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathane, & tenes nomē meum, & non negasti fidem meam. Ecce fratres charissimi penē omnia percurrēdo cognoscimus, quia bonus non fuit, quem malorum prauitas non probauit. Vt enim ita loquar, ferrū animae nostrae nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienae lima prauitatis. Terrere autem vos nō debet quod in Ecclesia & multi mali, & pauci sunt boni, quia arca in vndis diluuij, quae huius Ecclesiae typum gefit, & ampla in inferioribus, & angusta in superioribus fuit. Quae in summitate etiam sua ad vnius mensuram cubiti excreuit. Inferius quippe, quadrupedia atque reptilia, superius vero aues & homines habuisse credenda est. Ibi lata extitit: vbi bestias habuit, ibi angusta, vbi homines seruauit: quia nimirum sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritalibus angusta. Vbi enim bestiales hominum mores tolerat, illic latius sinum laxat. Vbi autem eos habet qui spiritali ratione suffulti sunt, illic quidem ad summum ducitur: sed tamen quia pauci sunt, angustatur. Lata quippe via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui vadunt per eam, & angusta est quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Eo autem vique arca angustatur in summis, quousque ad mensuram vnius cubiti perducatur, quia in sancta Ecclesia quanto sanctiores quique sunt, tanto pauciores. Quae in summo ad illum perducitur, qui solus homo in hominibus, & sine alterius comparatione natus est sanctus. Qui iuxta Psalmistae vocem, factus est sicut passer vnicus in aedificio. Tanto ergo magis mali tolerandi sunt, quanto & amplius abundant, quia & in arcae tritura pauca sunt grana quae seruantur horreis, & grandes acerui palearum, quae ignibus comburuntur. Sed quia iam largiente domino, nuptiarum domum, id est sanctam Ecclesiam intrastis, solerter fratres aspiciate, ne aliquid de mentis vestrae habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore penitendum est quod protinus subditur: Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali. Quid fratres charissimi exprimi per nuptiale vestē putamus? Si enim vestē nuptiale, baptisma vel fidem dicimus, quis sine baptismo & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipso foris est, quo necdū credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptiale vestem, nisi charitatem: intrat enim ad nuptias, sed cū nuptiali veste non intrat, qui in sancta Ecclesia assistens, fidem habet, sed charitatē non habet. Recte enim charitas, nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se conditor noster habuit, dū ad associandam sibi Ecclesiae nuptias venit. Sola quippe dilectione dei actum est: vt eius vniuersas mentes sibi electorum hominum vniret. Vnde & Ioannes dicit: Sic enim dilexit deus mundū, vt filium suum vnigenitum daret pro nobis. Qui ergo per charitatē venit ad homines, eandē charitate innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum qui in Ecclesia positus deo credidit: iam ad nuptias intrauit: sed cū nuptiali veste nō venit, si charitatis gratia nō custodit. Et certe fratres si quis ad carnales nuptias esset inuitatus, vestē mutaret, cōgaudere se sponso & sponsa ex ipso sui habitū decore ostēderet: inter gaudētes & festa celebrātes despectis vestib⁹ apparere erubesceret. Nos ad dei nuptias venimus, & cordis vestem mutare dissimulamus. Cōgaudēt angeli, cū ad caelum assumuntur electi. Qua ergo mente haec ipiritalia festa cōspicimus, qui nuptiale vestē, id est charitatē, quae sola nos speciosos exhibeat, nō habemus? Sciendū verō est quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet & inferiore vestis textitur, ita in duobus praeceptis charitas habetur in dilectione scilicet dei, & proximi. Scriptū quippe est: Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima

tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum sicut te ipsum. **K** Qua in re notandum est, quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur, cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cū dicitur: Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Nō enim iubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur ex toto: quia ille veraciter deū diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo haec necesse est vt charitatis praecepta custodiat, quisquis habere in nuptiis vestem nuptialem curat. Hinc est enim quod apud Ezechielem prophetam, portae ipsius ciuitatis in monte constitutae, vestibulum duobus cubitis mensuratur, quia nimirum accessus nobis caelestis ciuitatis non panditur, si in hac Ecclesia, quae pro eo quod adhuc foris est, vestibulū dicitur, dei & proximi dilectio non tenetur. Hinc est quod cortinis tabernaculi intexti coccus bis tinctus iubetur. Vos estis fratres, vos estis cortinae tabernaculi, qui per fidem in cordibus vestris secreta caelestia velatis. Sed cortinis tabernaculis bis tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid verō est charitas nisi ignis? Sed ista charitas esse bis tincta debet, vt tingat & per amorē dei, tingat & per amorē proximi. Qui enim sic amat dū, vt per contemplationem illius negligat proximum, coccus quidem est, sed bis tinctus non est. Rursum qui sic amat proximum, vt tamen contemplationem dei per eius amorem relinquat: coccus est, sed bis tinctus non est. Vt ergo charitas vestra bis tinctus coccus esse valeat, & ad amorem se dei, & ad amorem proximi accendat: quatinus nec ex compassione proximi, cōtemplationem relinquat dei: nec plusquam debet inherens contemplationi dei, compassionem abiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines viuens, sic ad eum auharet quem desiderat, vt tamen hunc deserat cum quo curtebat: & sic huic adiutorium ferat, vt ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat. Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi in duobus praeceptis subdiuiditur, cum quidam sapiens dicat: Omne quod tibi odisti fieri, vide ne ipse alteri facias. Et per semetipsum veritas praedicat dicens: Quae vultis vt faciat vobis homines, & vos eadem facite illis. Si enim & quod impendi nobis recte volumus, hoc aliis impartimur, & quod nobis fieri nolumus, hoc aliis facere ipsi deuitamus, charitatis iura illa seruamus. Sed nemo cum quemplam diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suae dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter deum non amat: charitatem non habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est, cum & in deo diligitur amicus, & propter deum diligitur inimicus. Ille enim propter deum diligit eos quos diligit, qui iam & eos diligere a quibus diligitur, scit. Probari enim charitas per solam odij aduersitatem solet. Vnde & per semetipsum dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Ille ergo securus amat, qui propter deum illum amat a quo se intelligit non amari. Magna sunt haec, alta sunt haec, & multis ad exhibendum difficilia, sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis autem hanc recumbens in nuptiis non habet, iam sollicitus metuat, ingrediente rege quando mittatur foras. Ecce enim dicitur: Intrauit rex ad nuptias, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Nos sumus fratres charissimi qui in nuptiis verbi discumbimus, qui iam fidem in Ecclesia habemus, qui scripturae sacrae epulis pascimur, qui contunctam deo Ecclesiam esse gaudemus. Considerate rogo si cum nuptiali veste ad has nuptias venistis, cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinare, si iam contra nullum odium habetis, si contra faelicitatem alienam nulla vos inuidia face succenditis, si per occultam malitiam nemini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias ingreditur: & cordis nostri habitum contemplantur, atque ei quem charitate vestitum non inuenit, protinus iratus dicit: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Mirandum valde est fratres charissimi quod hūc & amicum vocat, & reprobat. Ac si ei apertius dicat: Amice, & non amice. Amice per fidē, sed nō amice per operationē. At ille obmutuit quia quod dici sine gemitu nō potest, in illa districtōe vt time increpationis omne argumētū cessat excusatiōis: quippe quia

Canti. 2.  
Ezech. 2.  
2. Pet. 2.  
Philip. 2.  
Apoca. 2.  
Boni pauci sunt, & multi mali.  
H  
Mat. 7.  
Psal. 101.  
Nuptiarū domus dicitur sancta Ecclesia.  
I  
Ioan. 3.  
Vestis nuptialis dicitur charitas.  
Mar. 22.  
Deut. 6.

Ezec. 40.  
Exo. 25.  
Charitas debet esse bis tincta.  
L  
Tob. 4.  
Mat. 7.  
Charitas uera quae est.  
Luc. 6.  
M  
Amicus & non amicus dei quando que potest aliquis esse.



**A** quia ille foris increpat, qui testis conscientiae intus animum accusat. Sed inter haec sciendum est, quia quisquis hanc vestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfectè non habet: ad sui regis ingressum desperare de venia non debet: quia ipse quoque spem nobis per Psalmistam tribuens dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Sed quia pauca haec in consolatione labentis & infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omnimodo non habet, verba vertamus. Sequitur: Tunc rex dixit ministris: Ligatis manibus eius & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Ligantur tunc pedes & manus per distractionem sententiae, qui modò à pravis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitae. Vel certè tunc ligat poena, quos modò à bonis operibus ligavit culpa. Pedes enim qui visitare agrum negligunt, manus quae nihil indigentibus tribuunt, à bono opere iam ex voluntate ligatae sunt. Qui ergo nunc spontè ligantur in vicio, tunc in supplicio ligantur inuitè. Bene autem dicitur quòd in exteriores tenebras proniciatur. Exteriores quippe tenebras dicimus cæcitatem cordis, exteriores verò tenebras eternam noctè damnationis. Tunc ergo damnatus quisque non in interiores, sed in exteriores tenebras mittitur, quia illic inuitus proicitur in noctè damnationis, qui hic spontè cecidit in cæcitate cordis. Vbi fletus quoque & stridor dentium esse perhibetur, ut illic dentes strideant, qui hic de edacitate gaudebant: illic oculi desinant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur in mudo: quatenus singula quaeque membra supplicio subiaceant, quae hic singulis quibusque vitis subiecta seruebant. Sed repulso vno, in quo videlicet omne malorum corpus exprimitur, generalis protinus sententia subinfertur, qua dicitur: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Tremendū est valde fratres charissimi quod audiuius. Ecce nos omnes iam vocati per fidem ad caelestis regis nuptias venimus, incarnationis eius mysterium & credimus & confitemur, diuini verbi epulas sumimus, sed futuro die iudicii rex intraturus est. Quia vocati sumus, nouimus: si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est ut vnusquisque nostrū in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli verò in bonis quae inceperunt, minimè persunt. Alter penè totam vitam ducere in prauitate conspicitur, sed iuxta finem vitae à prauitate sua per districtae poenitentiae lamenta reuocatur. Alter electam videtur vitam ducere, & tamen hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finem vitae declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consummat. Alius in malis actibus à primæua gratia se exercet, & in eisdem operibus semper seipso deterior consummatur. Tanto ergo sibi vnusquisque sollicitè metuat, quanto ignorat quod restat: quia quod saepe dicendum est, & sine obliuione retinendum, multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed quia nonnunquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam docentium verba conuertunt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquo sonat. Neque enim res longè ante gestas dicimus, sed eas de quibus testes existunt, eisque interuisse se referunt memoramus. Tres pater meus sorores habuit, quae cunctae tres sacrae virgines fuerunt. Quarum vna Tarilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Vno omnes ardore conuersae, vno eodemque tempore sacratae, sub distractione regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant. Cūque essent diutius in eadem conuersatione, coeperunt quotidianis incrementis in amore conditoris sui Tarilla & Aemiliana succrescere, & cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad aeternam transire. At contra Gordianae animus coepit à calore amoris intimi per quotidiana decremента tepescere, & paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebro autem Tarilla dicere Aemilianae sorori suae cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse perpendo enim quia foras defuit, & cor ad quod proposuit non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque à leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare. Quae quidem resumebat vultum subito grauitatis inter verba correptionis, sed cum eiusdem correptionis hora transisset, transibat protinus & superducta grauitas honestatis, moxque ad leuia verba redibat: Puel-

larum gaudebat societate lasciarum, etque persona valde onerosa erat, quaecumque huic mundo dedita non erat. Quadam verò nocte huic Tarilla, quae inter sorores suas virtute continuae orationis, afflictionis studiosae abstinentiae singularis, grauitate vitae venerabilis, in honore & culmine sanctitatis excreuerat, sicut ipsa narravit, per visionem atavus meus Felix huius Romanae Ecclesiae antistes apparuit, ei que mansionem perpetuae claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis mansionem suscipio. Quae subsequenti mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus foeminis, virisque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora eius exitus multi viri ac foeminae eius lectulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque affuit. Cum subito sursum illa respiciens, Iesum venientem vidit, & cum magna animaduersione coepit circumstantibus clamare, dicens: Recedite recedite, Iesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima à carne soluta est, tãtãque subito fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quocumque suauitas cunctis ostenderet, illic authorem suauitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lauandum esset nudatum, longae orationis vsu in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse, & quid viuens eius spiritus semper egerit, caro mortua testabatur. Haec autem gesta sunt ante dominici natalis diem. Quo transacto, mox Aemilianae sororis suae per visionem nocturnae visionis apparuit dicens: Veni, ut quia natalem dominicum sine te feci, sanctam Theophaniam iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suae Gordianae salute sollicita respondit: Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimittis? Cui sicut assererat, tristis vultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis secuta est, atque ita ut dictum fuerat, ante dominicae apparitionis diem, eadem molestia ingrauescente defuncta est. Gordiana autem mox ut solam remansisse se reperit, eius prauitas excreuit, & quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc post effectu pravae actionis exercuit. Nam oblita dominici timoris, oblita pudoris & reuerentiae, oblita consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit. Ecce omnes tres vno prius ardore conuersae sunt, sed non in vno eodemque studio permanserunt, quia iuxta dominicam vocem, multi sunt vocati, pauci verò electi. Haec ergo dixi, ne quis in bono iam opere positus, sibi vires boni operis tribuat, ne quis de propria actione confidat, quia & si iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit, nescit. Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat, quando adhuc in huius vitae incertitudine qui finis sequatur, ignorat. Sed quia rē retuli, quae vos ex diuina distractione perterruit, aliud adhuc è vicino refero, quod ex diuina misericordia perterrita vestra corda consoletur: quod tamen in sermone alio iam dixisse me memini, sed vos nequaquam affuistis. Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod iuxta beatorum martyrum Iohannis & Pauli Ecclesiam situm est, gratia conuersationis venit: qui diu regulariter protractus, quandoque susceptus est. Quem frater suus ad monasterium non conuersationis studio, sed carnali amore secutus est: is autem qui ad conuersationem venerat, valde fratribus placebat. Et cōtrà, frater illius longè à vita eius ac moribus discrepabat. Vnebat tamen in monasterio necessitate potius quam voluntate. Et cum in cunctis actibus peruersus existeret, pro fratre suo ab omnibus aequanimiter tolerabatur. Erat enim lenis eloquio, prauus actione, cultus vestibus, moribus incultus, serre verò non poterat si quisquam illi de sancti habitus conuersatione loqueretur. Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus vitio grauis, sed tamen, ut dictum est, pro fratris sui gratia erat cunctis tolerabilis. Aspernabatur valde, si quis sibi aliquid de prauitatis suae correctione loqueretur. Bona non solum facere, sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanctae conuersationis habitum venire, iurando, irascendo, deridendo, testabatur. In hac autem pestilentia quae nuper huius urbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, est perductus ad mortem. Cumque extremum diem ageret, conuenerunt fratres, ut egressum illius orando protegerent, iam corpus eius ab extrema

Dentes dantorū strident, & eorum oculi flebunt.

Multi sunt vocati, pauci verò electi: uerbum tremendū.

Exempla plus mouent quam uerba.

Exemplū de tribus sororibus beati Gregorij.

Nobiles morientes multi circumueniunt.

Mortuorū corpora aliquando lauantur.

B

Exemplū cuiusdam mūdani qui fratrē religiosum habebat.

Hominis mūdani cōditiones.

\*spiritum.

**G** fuerat parte pramortuum, in solo ratummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo ceperunt enixius orare, quanto eum iam videbant sub ce leritate discedere. Tum repente cepit eisdem fratribus assi lteibus admissa quo poterat clamare, & orationes eorum in terrumpere, dicens: Recedite, recedite: ecce draconi ad deuo randum datus sum, qui propter vestram presentiam deuora re me non potest. Caput meum iam in suo ore absorbit: da te locum ut me amplius non cruciet, sed faciat quod factu rus est. Si ei ad deuorandū datus sum, quare propter vos mo ras patior? Tunc fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod loqueris frater? Signū tibi sanctae crucis imprime. Responde bat ille ut poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia a dracone premor. Cumque hoc fratres audirent, pro strati in terra cum lachrymis ceperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subito cepit melioratus aeger quibus valebat vocibus exultare, dicens: Gratias deo, ecce draco qui me ad deuorandum acceperat, fugit. Orationibus vestris expulsus est, & stare non potuit. Pro peccatis meis mo do intercedite, quia conuerti paratus sum, & secularem vitam funditus relinquere. Homo ergo qui, sicut iam dictum est, ab extrema corporis fuerat parte pramortuus, reueruatus ad vitam, toto ad deum corde conuersus est. Longis & conti nuis in conuersatione eadem flagellis eruditus, atq; ante pau cos dies exerescente corporis infirmitia defunctus est. Qui iam moriens draconem non vidit, quia illum per cordis immuta tionem vicit. Ecce fratres mei, Gordiana, quam superius dixi, a sanctimonialis habitus excellentia corruit ad penam, & frater hic de quo ista narraui, ab ipso mortis articulo rediit ad aeternam vitam. Nemo ergo scit quid de se in occultis dei iudicis agatur, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Quia ergo nulli de se certum est electū se esse, restat ut omnes tre pident, omnes de sua actione formident, omnes in sola diuina misericordia gaudeant, nullus de suis viribus presumat. Est qui perniciat fiduciam nostram, ille scilicet qui in se dignatus est assumere naturam nostram Iesus Christus, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Oratio de nota protegit a deuoratione diabolica.

Finem suū nemo cognoscit.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

Luc. 19.



**I**n illo tempore. Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu. Et quidē in hac die tua: quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenit dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo. Et circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternebunt te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquet in te lapidē super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuae. Et ingressus in templum, cepit eicere vendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. Vos autē fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Isa. 56.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Iohannis, quae dicitur: Constantiniana.

Homilia, XXXIX.

Vespasianus & Titus Hierusalem euerterunt.

**L**ectionem breuem sancti Euagelij, breui, si possum, volo sermone percurrere: ut illis in ea prolixior detur intentio, qui sciunt ex paucis multa cogitare. Quod a flente domino, illa Hierosolymorum subuerho describitur, quae a Vespasiano & Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam euerfionis eiusdem legit, ignorat. Romani enim principes denunciantur, cum dicitur: Quia uenit dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosteruent te: & filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur, non re-

linquet in te lapidem super lapidem, etiam iam ipsa eiusdem K ciuitatis transmigratione testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat dominus crucifixus, prior illa Hierusalem, ut dicitur, funditus est euerfa. Cui ex qua culpa euerfionis suae poena fuerit illata, subiungitur: Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuae. Creator quippe ho minum per incarnationis suae mysterium hac visitare dignatus est, sed ipsa timoris & amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetam in increpatione cordis humani, aues caeli ad testimonium deducuntur, dum dicitur: Miluus in caelo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autē meus non cognouit iudiciū domini. Sed quæredum prius est quid sit quod dicitur: Videns ciuitatem, fleuit super illam dicens, quia si cognouisses, & tu. Fleuit etenim pius redemptor ruinam perfidiae ciuitatis, quam ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse venturam. Cui a hēte domino recte dicitur: Quia si cognouisses, & tu. subaudi heres, quae modo quia neicis quod imminet, exultas. Unde & subditur: Et quidē in hac die tua, quae ad pacem tibi. Cum enim carnis se voluptatibus daret, & ventura mala non prospiceret, in die sua quae ad pacem esse ei poterat, habebat. Cur verò bona presentia ad pacem habuerit, manifestatur cum dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim cordis eius oculis mala quae imminabant, abscondita non essent, lara in presentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam poena quae de Romanis, sicut praedixi, principibus imminerebat, adiuncta est. Quae descripta, quid dominus fecerit, subditur: quia ingressus templum, cepit eicere vendentes de illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim narrauit mala uentura, & protinus templum ingressus est, ut de illo vendentes & ementes eiceret, profecto innouit, quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Euerfionem quippe describens, sed vendentes & ementes in templo seriens, in ipso effectu sui operis ostendit unde radix prodiit perditionis. Sicut autem Euangelista alio teste didicimus, in templo columbae vendebantur. Et quid per columbas, nisi sancti spiritus donum accipitur? Sed vendentes & ementes e templo eliminat, quia vel eos qui pro munere impositione manuum tribuunt, vel eos qui donum spiritus emere nituntur, damnat. De quo templo mox subditur: Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdam non dantibus lesionem exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis, spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere nouerant, ut aut non donantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter necare. Quia verò redemptor noster praedicationis verba nec indignis nec ingratissimis subtrahit, postquam disciplinae vigorem efficiendo peruersos tenuit, donū mox gratiae ostendit. Nam subditur: Et erat docens quotidie in templo. Hae iuxta historiam breuiter tractando transcurrimus. Sed quia euerfam iam Hierusalem nouimus, atque euerfione sua in melius commutatam, quia expulsos latrones a templo, atque ipsum iam templum erutum scimus: debemus ex rebus exterioribus interioris aliquam similitudinem trahere, atq; ex euerfis aedificiis parietum, morum ruinam timere. Videns enim ciuitatem, fleuit super illam, dicens: quia si cognouisses, & tu. Hoc semel egit, cum perituram ciuitatem esse nunciavit. Hoc quotidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse confidat. Plangit enim eos qui neiciunt cur plangantur, qui iuxta Salomonis verba, Latantur cum male fecerint: & exultant in rebus pessimis. Qui si damnationem suam quae eis imminet, agnouissent, semetipios cum lachrymis electorum plangerent. Bene autem periturae animae sententia quae subditur, conuenit. Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. suam hic diem habet anima peruersa, quae transitorio gaudet in tempore. Cui ea quae asunt, ad pacem sunt: quia dum rebus temporalibus letatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate resolutur, dum nulla venturae poenae formidine terretur, pacem habet in die sua, quae graue damnationis suae scandalum in die habebit

Hierusalem uisitauit creator per suam incarnationem. Hier. 8.

L

Mat. 21. Esa. 56. Mat. 12. Populus sepe ruit ex culpa sacerdotum.

Mar. 21.

Domus dei domus orationis est.

M

Prover. 2.

Anima peruersa suam diem hic habet.



**A** habebit aliena. Ibi enim affligenda est, ubi iusti latrabuntur: & cuncta quae modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixae vertentur, quia rixari secum incipiet, cur damnationem quam patitur, non expauit: cur à prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Vnde ei dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Peruersa quippe anima re-

Anima peruersa futura prouidere refugit. Eccli. 11. 1. Cor. 7.

Prover. 28.

Anima humana nullos maiores habet inimicos, B quam spiritus malignos.

Anima quandoque ad terram consternitur. Psal. 145.

Animam prauam uisitat deus multis modis.

Luc. 21.

Sermo dei contemni non debet.

rebus praeteritis dedita: in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala frequentia, quia prouidere futura refugit, quae praesentem letitiam perturbant: dumque in praesentis vitae oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit: Vnde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et inde per Paulum dicitur: Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint: quia etsi qua est praesentis temporis, ita est agenda letitia, ut nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria: quatenus dum mens pauida extremae ultionis timore transfigitur, quantum nunc praesens letitia, tantum post ira subsequens temperetur. Hinc naq; scriptum est: Beatus homo, qui semper est pauidus. Qui vero mentis est dura, corrumpet in malum. Sequentis enim ira iudicij tunc districtior portabitur, quanto nunc & inter culpas minimè timetur. Sequitur: Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo. Qui inquam sunt humanae animae maiores inimici, quam maligni spiritus, qui hanc à corpore exeuntem oblidunt, quam in carnis amore positam, deceptoris delectationibus fouet? Quae vallo circumdant: quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suae damnationis trahentes coarctant: ut in ipsa iam extremitate vitae deprehensa, & à quibus hostibus circumclusa sit, videat, & tamen euadendi aditum inuenire non possit: quia operari iam bona non licet, quae cum licuit agere, contempsit: de quibus adhuc aptè quod sequitur, intelligi valet: Circumdabunt te, & coangustabunt te vndique. Maligni quippe spiritus vndiq; animam coangustant, quando ei non solum operis, verè etiam locutionis, atq; insuper cogitationis iniquitates replicant: ut quae prius se per multa dilatauit in scelere, ad extremam de omnibus angustetur in retributione. Sequitur: Et ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram cõsternitur, cum caro cui vitam suam credidit, redire ad puluerem vertetur. Tunc in mortem filij illius cadunt, cum cogitationes illicitae quae modo ex illa prodeunt, in extrema vitae ultione dissipantur, sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quae scilicet durae cogitationes intelligi, etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Peruersa etenim mens, cum peruersa cogitatione adhuc peruersiorem adlicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa ciuitate super lapidem lapis non relinquitur: quia cum ad ultionem suam anima ducitur, omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipatur. Quae cur hoc patiatur, adiungitur: Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuae. Pravam quaque animam omnipotens deus multis modis visitare consuevit. Nam assidue hanc uisitat praeepto: aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo: ut ea vera quae nesciebat, audiat: & tamen adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore cõpuncta redeat, aut beneficiis deuicta, malum quod fecit, erubescat. Sed quia visitationis suae tempus minimè cognoscit, illis in extremo vitae inimicis traditur: cum quibus in aeterno iudicio damnationis perpetuae societate colligatur, sicut scriptum est: Cum vadis cum aduersario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Aduersarius noster quippe in via, est sermo dei, contrarius nostris carnalibus desideriis in praesenti vita. A quo ipse liberatur, qui praeeptis eius humiliter subditur. Alloqui aduersarius iudici, & iudex tradet exactori, quia ex sermone domini contemto reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quae iudex exactori tradet: quia hunc maligno spiritui ad ultionem tradi permittet: ut compulsum animam ipse ad peccatum de corpore exeat, quae ei ad culpam sponte consentit. Exactor mittit in carcerem: quia per malignum spiritum in inferno recluditur, quoniamque dies iudicij veniat, ex quo iam in inferni ignibus simul & ipse crucietur. Expleta ergo perditione ei-

uitatis, quam nos ad percussis animae similitudinem traximus, protius subditur: Et ingressus templum, cepit eicere vendentes & ementes de illo. Sicut templum dei in ciuitate est, ita & in plebe fideli vita religiosorum. Et saepe nonnulli religionis habitum sumunt, & dum factorum ordinum locum percipiunt, sanctae religionis officium in commercium terrenae negotiationis trahunt. Pendentes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad praemium largiuntur. Iustitiam enim vendere, est hanc pro praemij acceptatione seruare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persoluerent proximo quod iustum est, uolunt: dumque rem iure debita facere contempnunt, dato patronis praemio emunt peccatum. Quibus bene dicitur: Domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quia dum nonnulli peruersi homines locum religionis tenent, ibi malitiae gladii occidunt, ubi uiuificare proximos orationis suae intercessione debuerunt. Templum quoque & domus dei est ipsa mens atque conscientia fidelium. Quae si quando in laesionem proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident, & simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt, laesionis gladios designant. Mens enim fidelium iam non domus orationis, sed spelunca latronum est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, vnde valeat proximis nocere. Sed quia contra peruersa haec omnia uerbis redemptoris nostri per sacras paginas indefinenter instrumur: nunc usque hoc agitur, quod factum fuisse perhibetur, cum dicitur: Et erat docens quotidie in templo. Cum enim mentem filium ad caueda mala subtiliter erudit, quotidie ueritas in templo docet. Sed sciendum nobis est, quia ueritatis uerbis ueraciter erodimur: si extrema mala nostra formidolosè & indefinenter aspiciamus: iuxta hoc quod per quendam sapientem dicitur: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Pensare quippe quotidie debemus, quod ex eiusdem uoce nostri redemptoris audiuimus: Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Dum enim districtus iudex sustinet, & adhuc manum non exerit in percussione: dum à retributione ultionis ultimae esse quaedam temporis securitas uidetur: debemus pensare malum quod sequitur, pensantes genere, gementes ea quae commissimus peccata indefinenter aspiciere aspicientes flere, & sentes abstergere. Nulla nos prosperitas transitoriae laudis letitiaeque dissoluat, nec metis nostrae oculos ea quae sunt transitoria obstruant, ne excos ad ignem ducant. Si enim districtè pensetur cuius sit ponderis improprium, ex ore ueritatis agnoscitur, cum negligentè & futura non prospicientè dicitur: Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Nam cogitandum ualde est quantum nobis erit terribilis hora nostra resolutionis, qui paupor mentis, quanta nunc omnium malorum memoria, quae obliuio transactae felicitatis, quae formido & cõsideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de praesentibus ad delectationem debet, quando cunctis simul trahentibus, non ualet transire quod imminet? quando & hoc funditus finitur, quod diligitur: & illud incipitur, ubi dolor nunquam finitur? Tunc maligni spiritus egredientes anima, sua opera requirunt. Tunc mala quae suaserunt, replicant, ut sociam ad tormenta trahant. Sed cur hoc de peruersa solummodo anima dicimus, cum ad electos quoque egredientes ueniant: & suum in illis, si praeualeant, aliquid requirant? Vnus autem in hominibus extitit, qui ante passionem suam libera uoce dixit: iam non multa loquar uobiscum: uenit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quia enim hanc mortalem hominem uidit, suum in illo mundi princeps aliquid inuenire posse credidit. Sed sine ullo peccato à mundi corruptione exiit, qui sine peccato in mundum uenit. Hoc de se contra mundi principem, nec uetus dicere praesumpsit, qui audire meruit. Quaeunque ligaueris super terram, ligata erunt & in caelis: & quodcunque solueris super terram, solutum erit & in caelis. Hoc nec Paulus dicere praesumpsit, qui priusquam mortis debitum solueret, ad caeli terrae secreta peruenit. Hoc nec Ioannes dicere ausus est, qui pro amore praecipuo, in redemptoris sui peccatore in coena recubuit. Nam cum propheta dicat: Ecce enim in iniquitatibus

Iustitiam uendere quid est.

Mat. 21.

Templum dei est conscientia.

E

Eccli. 7.

Iudex districtus aut sustinet quid agere debeamus.

Hora resolutionis erit terribilis.

Ioan. 14. inuenit.

Mat. 16.

2. Cor. 2.

Ioan. 21. Psal. 50.

**G**ōcept⁹ sum, & in delictis peperit me mater mea: sine culpa in mundo esse non potuit, qui in mundum cum culpa venit. Hinc nauque idē propheta ait: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: Hinc Salomon ait: Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Hinc Ioannes dicit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Hinc Iacobus ait: In multis enim offendimus omnes. Constat enim, quia omnes qui de carnis delectatione concepti sunt, in eorum proculdubio vel actione, vel locutione, vel cogitatione aliquid suum princeps huius mundi habuit. Sed idcirco illos vel post rapere, vel prius tenere non potuit: quia eos ille à debitis suis eripuit, qui pro nobis sine debito mortis debitum soluit, ut nos ideo sub iure hostis nostri debita nostra non teneant: quia pro nobis mediator dei & hominum homo Christus Iesus gratuito reddidit quod non debebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indubitam reddidit, nos à debita animæ morte liberauit. Ait ergo: Venit enim princeps mudi huius, & in me nō habet quicquam. Vnde curandum nobis est, & cum magnis quotidie fletibus cogitandum, quā rabidus, quā terribilis sua in nobis opera requirens: in die nostri exitus princeps huius mundi veniat, si etiam ad deum carne morientem venit, & in illo aliquid quaesuit, in quo suum inuenire nihil potuit. Quid itaque nobis miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid requirenti aduersario, & multa sua in nobis inuenienti dicemus, nisi solum quod nobis est certum refugium, & solida spes, quia vnum cum illo facti sumus, in quo princeps huius mundi & suum aliquid requisuit, & inuenire minime potuit: quoniam solus est inter mortuos liber. Et à peccati iam seruitio veraci libertate solvimur: quia ei qui vere liber est, vniūmur. Constat enim, nec negare possumus, sed veraciter fateamur, quia princeps huius mundi habet in nobis multa: sed tamen in mortis nostræ tempore, iam nos rapere non valet, quia eius membra effecti sumus, in quo non habet quicquam. Sed quid prodest quod eidem redemptori nostro per fidē iungimur, si ab eo moribus disiungamur? Ipse etenim dicit: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum. Recta ergo opera rectæ fidei iungenda sunt. Mala quæ fecimus, per quotidiana lamenta diluamus: transactas nostras nequicias iurgētia ab amore dei & proximi recta opera superent, nulla quæ possumus fratribus impendere bona recusemus. Neque enim aliter redemptoris nostri membra efficiamur, nisi inhaerendo deo, & compatiendo proximis. Sed quia ad amorem dei & proximi plerumque corda auditium plus exempla quā verba excitant, charitati vestræ indicare studeo, quod is qui praesto est filius meus, Epiphanius diaconus, Isauria provincia exortus, in vicina factum terra Lycaonia solet narrare miraculum. Ait enim, quod in ea quidam Martyrius nomine, vitæ valde venerabilis monach⁹ fuit, qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasteriū tendebat, cui spiritalis pater praerant. Pergens itaque, leprosum quendam quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra scedauerat, inuenit in via, volentem ad suum hospitium redire, sed praelassitudine non valentem. In ipso vero itinere se habere perhibebat hospitium, quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem dei eiusdem leprosi lassitudini misertus, pallium quo vestiebatur, in terrā protinus proiecit & expandit, ac desuper leprosum posuit, eumque suo pallio vndique constrictum super humerum leuauit, secumque reuertens detulit. Cumque iam monasterij foribus propinquaret, spiritalis pater eiusdem monasterij magnis vocibus clamare coepit: Currite, ianuas monasterij citius aperite, quia frater Martyrius venit dominum portans. Statim vero, ut Martyrius ad monasterij aditum peruenit, is qui leprosus esse putabatur: de collo ei⁹ exiliēs, & in ea specie apprensus, qua recognosci ab hominibus solet redemptor humani generis, deus & homo Christus Iesus, ad caelum Martyrio aspiciēte rediit, eique ascendens dixit: Martyri tu me non erubasti super terram, ego te nō erubescā super caelos. Qui sanctus vir mox, ut est monasterium ingressus, ei pater monasterij dixit: Frater Martyri, vbi est quem portabas? Cui ille respondens dixit: Ego si scissem quis esset, pedes illius tenuissem. Tūc idem Martyrius narrabat: quia cum eum portasset, pondus eius minime sensisset. Nec mirum: Quomodo enim

**Ioan. 14.**  
Diabolus erit terribilis in die exitus.

**Matt. 7.**  
Mala sunt diluenda lamentis.

**I**  
Martyriū monachi mirabilis deuotio.

Deus super caelos hūc non erubescet, qui deum super terram nō erubuit.

pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Quia in re pensandum est nobis quantum fraterna compassio valeat, quantum nos omnipotenti deo misericordiae viscera coniungant. Inde enim ei qui est super omnia propinquamus, vnde nos per compassionem proximi, etiam sub nosmetipsos deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit, nisi qui creditur. In rebus verò spiritalibus certum est: quia quanto plus per compassionem attrahimur, tanto altis verius appropinquamus: Ecce autem redemptori generis humani ad aedificationem nostram minime suffecit, quod in extremo iudicio dicitur se esse perhibuit: Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis: nisi & ante iudicium hoc in se ostenderet quod dixisset: ut videlicet demonstraret, quia quisquis nunc bona opera indigentibus exhibet, ei hæc specialiter impendit, cuius hæc amore exhibuerit. Et tanto plus quisque maiorem mercedem recipit, quanto nec eum despiciat, qui amplius despiciendus videtur. Quid enim in humana carne sublimius carne Christi, quæ est super angelos exaltata? Et quid in humana carne abiecius carne leprosi, quæ tumescitibus vulneribus scinditur, & exhalantibus fetoribus impletur? Sed ecce in specie leprosi apparuit: & is qui est reuerendus super omnia, videri despectus infra omnia dignatus non est. Cur hoc, nisi ut sensu nos tardiores admoneret: quatenus quisquis ei qui in caelo est, festinat assistere, humiliari in terra, & compati etiam abiectis & despicabilibus fratribus non recuset? Loqui charitati vestræ sub breuitate decreueram: sed quia non est in homine via eius, decurrens sermo retineri non potest, quem disposuit ipse de quo loquimur: qui viuit & regnat cū patre in unitate spiritus sancti de⁹, per omnia secula seculorum, Amen.

**R**  
Fraterna compassio multam ualeat.

**Matt. 25.**

**Leprosi**  
carne nil est abiecius.

**L**

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.



**I**n illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est: ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

**Lue. 16.**

**M**

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Laurentij martyris: Dominica prima post Trinitatem.

Homilia, XL.

In verbis



**A** In verbis sacri eloqui fratres charissimi prius seruanda est veritas historiae, & postmodum requirenda spiritualis intelligentia allegoriae. Tunc nanque allegoriae fructus lauciter carpitur, cum prius per historiam in veritatis radice solidatur. Sed quia nonnunquam allegoria fidem aedificat, & historia moralitatem: nos qui auctore deo iam fidelibus loquimur, non abs re credimus, si ipsum loquendi ordinem postponamus: quatenus qui fidem iam rectam tenetis, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis. Et quod vobis de moralitate historiae valde est necessarium, hoc in expositionis nostrae ordine seruetur extremum, quia ea plerumque solum melius recoli, quae contingit postmodum audiri. Sensus ergo allegoricos sub breuitate transcurramus: vt ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Quem fratres charissimi, quem diues ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, nisi iudaicum populum signat, qui cultum vite exterius habuit, qui acceptae legis delictis ad nitorem vsus est, non ad utilitatem? Quem vero Lazarus vlcibus plenus, nisi gentilem populum figurat, qui dum conuersus ad deum, peccata confiteri sua non erubuit, huic vulnus in cute fuit. In cute quippe vulnere virus a visceribus trahitur, & foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quaedam vulnere ruptio: quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferum latebat in mente. Vulnere etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat. Qui dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus tumuit. Et quia ei verba defluebant de scientia, quasi micae cadebant de mensa. At contra iacentis pauperis vulnera lingeabant canes. Nonnunquam solum in sacro eloquio, per canes, praedicatores intelligi. Canum etenim lingua vulnere dum lingit, curat quia & doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam tangunt. Et quia nos loquendo a peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad salutem reducant. Quia enim canum nomine praedicatorum lingua signatur, a domino per Psalmistam dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex iudaeis quippe infidelibus sancti praedicatores electi sunt, qui in assertionem veritatis contra fures, latronesque venientes magnos pro domino, vt ita dicam, latratus dederunt. Quo contra de quorundam reprobatione dicitur: Canes muti, non valentes latrare. Quia ergo praedicatores sancti peccata damnant: confessionem vero peccatorum approbant, dicentes: Confitemini alteratrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini: vlcera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dum gentilium confessiones accipiunt, mentium vulnera saluti restituunt. Vnde & Lazarus bene interpretatur adiutus: quia ipsi huic ad ereptionem iuuant, qui eius vulnera per linguam correptionem curant. Postest etiam per linctioem canum, lata adulantium lingua signari. Adulantibus etenim, vulnera nostra lingere est: quod plerumque solent etiam ipsa mala quae nos in nobis reprehendimus, improbo favore laudare. Contigit vero, vt vterque more retur. Diues qui induebatur purpura & bysso, sepultus est in inferno. In sinu vero Abraham Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abraham sinus, nisi secretum requie significat patrum? De qua veritas dicit: Multi, inquit, venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno caelorum: filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. Qui enim purpura & bysso indutus dicitur, recte regni filius vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos leuat: quia dum per damnationis suae supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diem extremi iudicij super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe vero est quod conspiciunt, quia illuc per meritam non attingunt. In lingua autem amplius arde ostenditur, cum dicit: Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti tui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quae opere seruire contempsit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi se ostendit scire quod facere noluit. Quapropter bene de doctis & negligetibus per Salomonem dicitur: Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur: quia quisquis hoc solummodo laborat vt sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione suae scientiae mente vacua ieiunat. Ab extremo digiti se tangi desiderat, quia aeternis suppliciis datus optat operatione iustorum, vel vltima, participari. Cui responderetur, quod in hac vita bona receperit, quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putauit. Habere hic etenim possunt & iusti bona nec tamen haec in reo pensatione recipere: quia dum meliora, id est, aeterna appetunt, eorum iudicio quaelibet bona affuerint, cum sanctis desiderijs aestuant, bona minime videntur. Vnde David propheta, qui regni diuitijs, multisque obsequijs fulciebatur, quauis & haec ad necessitatem bona esse conspiceret: vni tamen singulariter bono inhilanter aestuabat, dicens: Mihi autem adhærere deo bonum est. Inter haec vero notandum est, quod ei dicitur: Memento fili. Ecce enim Abraham filium vocat, quae tamen a tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi praecedentes patres fideles, quia multos a sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione a tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem iudaicus populus, qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos quos super terram reliquit: quinque libris Moysi carnaliter intellectis vel quinque sensibus corporis deditis nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat, exprimit, quia quos ad spiritalem intelligentiam non asurgere in inferno posuit gemit, petit vt ad eos Lazarus mittatur. Cui quia Moysen & prophetas habeat, dicitur. Sed ait: Quia non credent, nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui protinus responderetur: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Certè de Moysen veritas dicit: Si crederetis Moysi, crederetis vti que & mihi. De me enim ille scripsit. Impletur ergo quod per Abraham responsionem dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit, sed iudaicus ille populus, quia Moysi credere noluit: ei etiam qui resurrexit ex mortuis, credere contempsit. Cumque Moysi verba spiritualiter intelligere contempsit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat, non peruenit. Haec nos fratres charissimi pro indicandis allegoriae mysterijs succinctè transcurrisse sufficiat, nunc ad intuendam latius rei gestae moralitatem animus recurram. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuam diuitis, vlcibus plenus. Nonnulli putant precepta veteris testamenti districtiora esse, quam noui: sed hi nimirum improvida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina mulcatur. Ibi res iniuste sublata, restitutione quadrupli punitur. Hic autem diues iste non ab illis aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur, quia vi quenquam oppressit, sed in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo summopere colligendum est, quia poena mulcandus sit qui aliena diripit, si inferni damnatione percussus sit qui propria non largitur. Nemo ergo securum se aestimet dicens: Ecce aliena non rapio, sed concessis licite rebus fruor: quia diues iste non idcirco punitus est, quoniam aliena abstulit, sed quia acceptis rebus semetipsum male dereliquit. Hoc quoque fuit quod huic in inferno tradidit, quia in sua felicitate timidus non fuit: quia accepta dona ad vsum arrogantiae inflexit, quia viscera pietatis ignorauit, quia peccata sua redimere etiam cum sibi abundaret precium, noluit. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumque vestium non putant esse peccatum: Quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo dei tam vigilanter exprimeret, quod diues qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta preciosa, nisi ad inanem gloriam quarit, videlicet vt honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria, vestimentum preciosius quaritur, res ipsa testatur, quod nemo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi ab alijs non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere: quia si abiectio vilis

quia crucior in hac flamma. Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quae opere seruire contempsit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi se ostendit scire quod facere noluit. Quapropter bene de doctis & negligetibus per Salomonem dicitur: Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur: quia quisquis hoc solummodo laborat vt sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione suae scientiae mente vacua ieiunat. Ab extremo digiti se tangi desiderat, quia aeternis suppliciis datus optat operatione iustorum, vel vltima, participari. Cui responderetur, quod in hac vita bona receperit, quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putauit. Habere hic etenim possunt & iusti bona nec tamen haec in reo pensatione recipere: quia dum meliora, id est, aeterna appetunt, eorum iudicio quaelibet bona affuerint, cum sanctis desiderijs aestuant, bona minime videntur. Vnde David propheta, qui regni diuitijs, multisque obsequijs fulciebatur, quauis & haec ad necessitatem bona esse conspiceret: vni tamen singulariter bono inhilanter aestuabat, dicens: Mihi autem adhærere deo bonum est. Inter haec vero notandum est, quod ei dicitur: Memento fili. Ecce enim Abraham filium vocat, quae tamen a tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi praecedentes patres fideles, quia multos a sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione a tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem iudaicus populus, qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos quos super terram reliquit: quinque libris Moysi carnaliter intellectis vel quinque sensibus corporis deditis nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat, exprimit, quia quos ad spiritalem intelligentiam non asurgere in inferno posuit gemit, petit vt ad eos Lazarus mittatur. Cui quia Moysen & prophetas habeat, dicitur. Sed ait: Quia non credent, nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui protinus responderetur: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Certè de Moysen veritas dicit: Si crederetis Moysi, crederetis vti que & mihi. De me enim ille scripsit. Impletur ergo quod per Abraham responsionem dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit, sed iudaicus ille populus, quia Moysi credere noluit: ei etiam qui resurrexit ex mortuis, credere contempsit. Cumque Moysi verba spiritualiter intelligere contempsit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat, non peruenit. Haec nos fratres charissimi pro indicandis allegoriae mysterijs succinctè transcurrisse sufficiat, nunc ad intuendam latius rei gestae moralitatem animus recurram. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuam diuitis, vlcibus plenus. Nonnulli putant precepta veteris testamenti districtiora esse, quam noui: sed hi nimirum improvida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina mulcatur. Ibi res iniuste sublata, restitutione quadrupli punitur. Hic autem diues iste non ab illis aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur, quia vi quenquam oppressit, sed in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo summopere colligendum est, quia poena mulcandus sit qui aliena diripit, si inferni damnatione percussus sit qui propria non largitur. Nemo ergo securum se aestimet dicens: Ecce aliena non rapio, sed concessis licite rebus fruor: quia diues iste non idcirco punitus est, quoniam aliena abstulit, sed quia acceptis rebus semetipsum male dereliquit. Hoc quoque fuit quod huic in inferno tradidit, quia in sua felicitate timidus non fuit: quia accepta dona ad vsum arrogantiae inflexit, quia viscera pietatis ignorauit, quia peccata sua redimere etiam cum sibi abundaret precium, noluit. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumque vestium non putant esse peccatum: Quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo dei tam vigilanter exprimeret, quod diues qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta preciosa, nisi ad inanem gloriam quarit, videlicet vt honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria, vestimentum preciosius quaritur, res ipsa testatur, quod nemo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi ab alijs non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere: quia si abiectio vilis

*D* tur plus at dere ceteris mēbris Ecclēs. 6.

*Psal. 72.*

*E* Diues ma lus dicitur habuisse quinque fratres.

*Ioan. 10.*

*\* indagandis.*

*F* Testamētū nouū praeceptanō sunt faciliora quā ueteris. Bonaproprīa non largiens damnari potest.

*Vestēs preciosas ferre at si peccatū.*

*Fides adest caratur per allegoriae firmam.*

*Diues ma lus iudaicu populū re-presentat.*

*Confessio aperit uulnē peccati.*

*Praedicator res dicuntur canes.*

*Psal. 67.*

*Esa. 56.*

*Iacob. 5.*

*Lazarus adiutus interpretatur.*

*Adulatores signantur per canes lingentes.*

*Mat. 8.*

*Lingua mali diuitis quare dicitur.*



DIVI GREGORII PAPAE IN EVANGELIA

**G** villis indumenti virtus non esset, Evangelista vigilanter de Iohanne non diceret: Erat indutus pilis camelorum. Sed notandum nobis est magnopere, in ore veritatis de superbo diuite & humili paupere quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: Homo quidam erat dives: & protinus subinfertur, & erat quidam mendicus nomine Lazarus. Certè in populo plus solent nomina diuitum quàm pauperum sciri. Quid est ergo quod dominus de paupere & diuite verbum faciens, nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit, nisi quod deus humiles nouit atque approbat, & superbos ignorat? Vnde & quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in sine dicitur: Nescio vos vnde sitis: discedite à me omnes operarij iniquitatis. At contra Moyfi dicitur: Non ui te ex nomine. At ergo de diuite: Homo quidam. At de paupere: Egenus nomine Lazarus. Ac si aperte dicat: Pauperem humilem scio, superbum diuitem nescio. illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudiciũ reprobationis ignoro. Pensandum nobis est etiam, conditor noster quanta omnia consideratione dispensat. Vna etenim res non pro vna agit. Nam ecce plenus vlcibus mendicus Lazarus ante ianuam diuitis iacet. Quæ de re vna dominus duo iudicia expleuit. Habuisset enim fortasse aliquam excusationem diues: si Lazarus pauper & vlcerosus ante eius ianuam non iacisset, si remotus fuisset, si eius inopia non esset oculis importuna. Rursum si longè esset diues ab oculis vlcerosi pauperis, minorem tolerasset in animo tentationem pauper. Sed dum egenum & vlceratam ante ianuam diuitis & delitiis affluentis posuit, in vna eademque re & ex visione pauperis non miseri diuiti cumulum damnationis intulit: & rursum ex visione diuitis tentatum quotidie pauperem probauit. Quantas namque huic egenum & vlcibus obsessum tentationes creditis in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane, & non haberet sanitatem? Atque ante se diuitem cerneret salutem & delicias habere cum voluptate, se dolore & frigore affici? illum gaudere conspiceret, bysso & purpura vestiri, se deprimi vlcibus? illum affluere acceptis reb\*, se egere, illum nolle largiri? Quantus putamus fratres mei tunc in corde pauperis tumultus tentationis fuit: cui certè ad poenam sufficeret paupertas, etiam si sanus fuisset: & rursum sufficeret egritudo, etiam si subsidium adesset? Sed vt probaretur amplius pauper, simul hunc & paupertas & egritudo tabefecit. Atque insuper videbat procedentem diuitem obsequentibus cunctis circumfolciti, & se in infirmitate & inopia à nullo visitari. Nam quia nemo ei ad visitandum aderat: restantur canes, qui licenter eius vulnera lingebant. Ex vna ergo re omnipotens deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permisit: vt & diues impius damnationis sibi auget vltionem & tentatus pauper cresceret ad remunerationem. Cõspiciebat ille quotidie cui non miseretur, videbat ille de quo probaretur. Duo inferius corda, sed vna desuper inspector, qui & hunc tentando exercebat ad gloriam, & illum tolerando expectabat ad poenam. Nam sequitur: Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Qui nimirum diues eum cui in hac vita misereri noluit, in suo iam supplicio positus patronum querit. Nam ecce subiungitur: Qui eleuans oculos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. O quanta est subtilitas iudiciorum dei. O quàm districte agitur bonorum actuum malorumque retributio. Certè superius dictum fuit: quia in hac vita Lazarus cadentes micæ de mensa diuitis querebat, & nemo illi dabat: nunc de supplicio diuitis dicitur, quia de extremo digito Lazari distillari aquam in ore suo concupiscit. Hinc ergo, hinc fratres colligite, quanta sit districtio leueritatis dei. Diues enim iste qui vulnerato pauperi mensæ suæ vel minima dare noluit: in inferno positus, vsq; ad minima querenda peruenit. Nam & guttam aquæ petiuit, qui micæ panis negauit. Sed notandum valde est quid sit quod diues in igne positus, linguam suam refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquij, vt aliquando aliud dicat, sed ex eodem dicto

aliud innuat. Superius autem hunc superbum diuitem dominus non loquacitati vacantem dixerat, sed superbiæ conuiuantem. Neque hunc de loquacitate notauit, sed cum elatione & tenacia de edacitate peccasse. Sed quia abundare in conuiuis loquacitas solet, is qui malè hic conuiuatus dicitur, apud infernum grauis in lingua ardere perhibetur. Prima namque male conuiuantibus famulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem verò ludèdi etiam leuitas sequitur. Nam quia edacitatem lusus sequatur: testatur sacra scriptura, quæ ait: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Sed priusquam ad lulum moneatur corpus, ad iocos ac verba inania mouetur lingua. Quid ergo est quod innuitur, quia in tormentis positus diues linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is qui conuiuando magis de loquacitate peccauerat, per retributionis iustitiam in lingua atrocius ardebat? Sed cum graui valde est pauore pensandũ hoc quod ei per Abraham responsum dicitur: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic conuolatur, tu verò cruciaris. Ista fratres mei sententia pauore potius indiget, quàm expositione. Nam si qui estis qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepistis: ipsum, vt ita dicam, donũ exterius pertimescere debetis, ne vobis pro quorundam vestrorum actũ recõpensatione sit datum: ne iudex qui hic bona exteriora restituit, à retributione boni intimi repellat: ne honor hic vel diuitiæ, non adiumentum virtutis, sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dum dicitur, Recepisti bona in vita tua: indicatur & diues iste boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita, bona receperit. Rursumque dum de Lazaro dicitur, quia recepit mala, profectò monstratur & Lazarus habuisse malum aliquid quod purgaretur. Sed mala Lazari purgavit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit felicitas transcantis vitæ. illum paupertas affixit & terisit, fœtum abundantia remunerauit & repulit. Quicumque ergo bona in hoc seculo habetis, cum vos bona egisse recollitis: valde de ipsis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorũdem remuneratio sit bonorum. Et cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspiciatis: nolite despicere, nolite desperare, quia fortasse quos superfluitas tenuissimi mæ prauitatis inquinat, camius paupertatis purgat. De vobis omnimodo pertimescite: quia nonnulla etiam malè acta, prospera vita secuta est. De illis vero sollicitè pensate: quia eorũ vitam etiam magistra paupertas cruciat, quousque ad vitæ rectitudinem perducatur. Sequitur: Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volũt hinc ad vos transire, non possint, neque inde hinc trãsmeari. Quia in re valde querendum est, quomodo dicatur, hi qui volunt hinc ad vos trãfire non possunt. Quia enim hi qui in inferno sunt, ad beatorum sortem transire cupiant, dubium nõ est. Qui verò iam in beatitudinis sorte suscepti sunt, quomodo dicitur: quia transire ad eos qui in inferno cruciantur, volunt? Sed sicut transire reprobis ad electos cupiunt, id est, à suppliciorum suorum afflictione migrare: ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iustorum, est mente ire per misericordiam, eosque velle liberari. Sed qui volunt de beatorum sorte ad afflictos atque in tormentis positos transire nõ possunt: quia iustorum animæ quantum in suæ nature bonitate misericordiam habeant, iam tunc authoris sui iustitiæ constrictæ, tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur. Ipsi quippe iudicij concordant, cui inhærent: & eis quos eripere non possunt, nec ex misericordia condescendunt: quia tantum illos tunc à se videbunt extrancos quantum ab eo quem diligunt authore suo conspiciunt esse repulso. Nec iniusti ergo ad beatorum sortem trãseunt, quia damnatione perpetua constringuntur. Nec iusti transire ad reprobos possunt: quia erecti iam per iustitiam iudicij, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur. Sed postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius animus ad propinquos quos reliquerat, recurrit: quia reproborum mentem poena sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem: vt iam tunc etiam suos spiritualiter diligant: qui hic dum peccata diligenter, nec se amabant. Vnde nunc lubdatur: Rogo te ergo pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Quia in re notandum est, ardenti diuiti quanta

Mar. 1.  
Mat. 3.  
Diuitum nomina plus solent sciri quàm pauperum.  
Matt. 7.  
Ex. 33.

Iudicia duo deus ex vna re exhibuit.

A huius bonorum & malorum retributio, districtissime agitur.

Conuiuia sunt plena loquacitatis.


Exo. 32.

Diues malus quare atrocius in lingua ardebat.

Bonum si quod a deo habeamus, pertimescamus.

Damnati an uelint trãsire ad saluatos, & ecõtra.

\*scdè.



*Damnati quandoque vident saluos in augmentum supplicii. Iusti iniustorum tormenta conspicere possunt.*

*Præcepta redemptoris sunt subtiliora præceptis legis.*

*Pauperes debemus nobis procurare pro aduocatis.*

*Misericordia non sunt perdenda.*

**A** quanta ad supplicium cumulantur. Ad penam nanque suam ei & cognitio seruetur & memoria. Cognoscit enim Lazarus quem despexit. Fratrum quoque suorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei vitio de paupere non esset, si hunc in retributione non recognosceret. Et perfecta poena in igne non esset, si non hoc quod ipse patitur, etiam suis timeret. Vt ergo peccatores in supplicio amplius puniatur, & eorum vident gloriam quos contempserunt: & de illorum etiam poena torqueantur quos iniuste amauerunt. Credendum vero est, quod ante retributionem extremi iudicii, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt: ut eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti vero in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorum gaudium crescat: quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt, tantoque maiores redemptori suo gratias referunt, quanto vident in aliis quod ipsi perpeti, si essent relictii, potuerunt. Nec illam tantæ beatitudinis claritatem apud iustorum animum fulcat aspecta poena reproborum: quia ubi iam compassio miseræ non erit, nimium proculdubio beatorum lætitia non valebit. Quid autem mirum, si dum iusti iniustorum tormenta conspiciant, hoc eis veniat in obsequium gaudiorum, quando & in pictura niger color subternitur, ut albus vel rubeus clarior videatur? Nam sicut dictum est, tanto bonis sua gaudia excreseunt, quanto eorum oculis damnatorum mala subteriacent, quæ euaserunt. Et quantum eis sua gaudia ad perfuendum plenè sufficiant: mala tamen reproborum absque dubio semper aspiciunt: quia qui creatoris sui claritatem videt, nihil in creatura agitur, quod videre non possint. Petenti autem diuiti, ut Lazarus mittatur, ab Abraham protinus respondetur: Habet Moysen & prophetas, audiant illos. Sed qui dei verba despexerat, hæc audire non posse suos sequaces existimabat. Unde & respondit diues: Non pater mihi: sed si quis ex mortuis resurxerit ad eos, parui entiam agent. Cui mox veraci sententia dicitur: Si Moysen & prophetas non audiuit: neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Quia nimirum qui verba legis despiciunt, redemptoris præcepta qui ex mortuis resurrexerit: quanto subtiliora sunt, tanto hæc difficilius implebunt. Minus est enim quicquid per legem dicitur, quam hoc quod per dominum iubetur. Illa enim dare decimas præcipit, redemptor vero noster ab his qui perfectionem sequuntur, omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis desecat, redemptor vero noster illicitas cogitationes etiam damnat. Si ergo Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent: quia hi qui viliora legis præcepta implere negligunt, saluatoris nostri mandatis altioribus obedire quando conualescant? Et nimirum constat: quia cuius implere dicta renuant, ei proculdubio credere recusant. Hæc nos de ipsa rei gestæ consideratione dixisse sufficiat. Sed vos fratres & requie Lazari, & poenâ diuitis cognoscentes, solerter agite, culpatorum vestrarum intercessores querite, atque aduocatos vobis in die iudicii pauperes procurate. Multos etenim nunc Lazaros habetis, ante ianuas vestras iacet, atque his indigent, quæ vobis iam satiatis quotidie micæ de mensa cadunt. Verba sacre lectionis debent nos instruere ad implenda mandata pietatis. Quotidie Lazarum si querimus, inuenimus: quotidie Lazarum & si non querimus, cernimus. Ecce importunè le pauperes offerunt, rogant nos, qui tunc nobis intercessores venient. Certe nos omnino rogare debuimus, sed tamen rogamur. Videte si negare debemus quod petimur, quando patroni sunt qui petunt. Nolite ergo misericordie tempora perdere, nolite accepta remedia dissimulare. Ante supplicium cogitate de supplicio. Cum quolibet in hoc mundo abiectos aspiciatis: etiam si qua reprehensibilia eorum esse videantur, nolite despiciere: quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt talia quæ debeant iure reprehendi: hæc si vultis, ad usum vestræ mercedis inspicite, ut ex ipsis eorum vitis cumulentur vobis incrementa pietatis: quatenus panem pariter detis & verbum: panem refectiois cum verbo correptionis: & duo à vobis alimentum percipiat, qui unum querebat, dum & exterius cibo, & interius satiatur eloquio. Pauper ergo cum reprehensibilis cernitur, moneri debet, & despici non debet. Si vero reprehensionis nihil habet, venerari summo opere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus, quos cuius

fit meriti nescimus. Omnes ergo venerandi sunt, tantoque necesse est, ut omnibus te humiliare debeas, quanto quis sit ipse ignoras. Rem fratres refero, quam bene is qui presbiter est frater & presbyter meus speciosus nouit. Eodem tempore quo monasterium petii, quosdam Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta, in vrbe hac iuxta beatæ Mariæ virginis Ecclesiam manebat. Hæc illius Erundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, super Prænestinios montes vitam eremiticam duxisse ierebatur. Huic duæ, in eodem habitu, discipulæ adhaerebant: vna nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hæc in vno habitaculo commanentes, morum quidem diuitis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem quam præfatus sum Romula, aliam quam prædixi condiscipulam suam magnis vite meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, summae obediendi, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuam orationis usum. Sed quia plerumque hi quos iam perfectos homines aestimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut saepe imperiti homines necdum perfectè sculpta sigilla conspiciunt, & iam quasi perfectæ laudamus, quæ adhuc artifex considerat & limat, laudari iam audit, & tamen ea tundere meliorando non desinit, hæc quam prædiximus Romula, ea quam Græco vocabulo medici paralytim vocat, molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans, penè omnium iacebat membrorum officio destituta: nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa ei detrimeta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quia tanto sollicitius ad usum orationis succreuerat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte ergo quadam eandem Redemptam quam præfatus sum, quæ utrasque discipulas suas filiarum loco nutrebat, vocauit dicens: Mater veni, mater veni. Quæ mox cum alia eius condiscipula surrexit, sicut utriusque referentibus & multis res eadem claruit, & ego quoque eodem tempore agnouit. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito coelitus lux emissa, omne illius cellulae spatium impleuit, & splendor tantæ claritatis emicuit: ut corda assistentium inæstimabili pauore perstringeret: atque, ut post ipsæ refererant, omne in eis corpus obrigesceret, & in subito stupore remaneret. Cœpit nanque quasi culcidam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellulae concurti, ac si ingredientium turba premeretur. Atque, ut dicebant, intrantium multitudinem sentiebant, sed nimis timoris & luminis, videre nil poterant: quia earum oculos & pauor deprefferat, & ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta: ita ut earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suauitas refoueret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent, cepit eadem Romula assistentem sibi & tremantem Redemptam, suorum morum magistram, blanda voce consolari, dicens: Noli timere mater, non morior modo. Cumque hoc illa crebro diceret: paulatim lux quæ fuerat immissa, subtrahita est, sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus & tertius transiit, ut asperla fragrantia odoris remaneret. Nocte ergo quarta eandem magistram suam sterum vocauit. Qua veniente viaticum petiit, & accepit. Necdum vero eadem Redempta & alia eius discipula à lectulo iacentis abscesserant: & ecce subito in platea ante eiusdem cellulae ostium duo chori psallentium aliterunt: & sicut ipsæ se dicebant sexus ex vocibus discreuisse, psalmodiæ cantus dicebant viri, & feminae respondebant. Cumque ante fores cellulae exhiberentur coelestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Qua ad cœlum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto cœpit psalmodia lenius audiri, quousque & eiusdem psalmodiæ sonitus, & odoris suauitas elogata finiretur. Hæc ergo quadiu vixit in corpore, quis illam haberet in honore: indigna cunctis, omnibus despecta videbatur. Quis enim ad illam accedere, quis ad illam venire dignaretur? Sed latebat in sterquilino margarita dei. Sterquilinum fratres hanc ipsam corruptibilitatē corporis appello, sterquilinum abiectioem paupertatis nomino. Assumpta est ergo Margarita quæ iacebat in sterquilino, & posita in cœlestis regis oratione, iam inter supernos ciues emicat. Iam inter ignotos illos lapides

*Exemplum cuiusdam sanctimonialis.*

*Mulieris religiosæ optima indicia.*

*E*

*F*

*Margarita quandoque latet in sterquilino.*

**G**lor lapides aeterni diadematis coruscant. O vos qui in hoc mundo diuitias aut esse creditis, aut estis, conferite, si potestis, falsas diuitias vestras veris diuitiis Romulae. Vos in huius mundi diuitia omnia amissuri possidetis, illa nihil quaesuit in itinere, & omnia inuenit in peruentione. Vos laetam vitam ducitis, tristem mortem timetis: illa tristem vitam pertulit, ad laetam mortem peruenit. Vos ad tempus quaeritis obsequium hominum, illa despecta ab hominibus, inuenit socios choros angelorum. Discite ergo fratres temporalia cuncta despicere. Discite honorem transeuntem contemnere, aeternam gloriam amare. Honorate quos pauperes videtis, & quos fortis conspiciatis despectos seculi, intus arbitramini amicos dei. Cum his participamini quod habetis, ut hoc quandoque dignentur vobiscum participari quod habeat. Pensate quod ore magistri gentium dicitur: In hoc tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia, vestrae inopiae sit supplementum. Pensate quod ipsa per se veritas dicit: Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Ad tribuendum ergo pigri cur estis, quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in caelo datis? Sed haec omnipotens deus quae per me in vestris auribus loquitur, per se in vestris mentibus loquatur. Qui vivit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum, Amen.

Honores  
transcutes  
contemnen  
di sunt.

2. Cor. 8.

Mat. 25.

H

Beati Gregorii papae Homiliae quadraginta, de diuersis Euangelij lectionibus finiunt.

**PROLO-**  
GVS BEATI GREGORII  
papae in septem Psalmos penitentiales.



**S**ille rex & propheta conuenienter Dauid, id est, manu fortis vocatus est: quia velum interfecit, leonem suffocauit, Goliath fortissimum lapidis vnus ictu prostrauit, & gentes innumeras imperij sui ditioni subegit: non incongrue eodem nomine sanctam animam accipimus, quae illum qui quasi leo rugiens

**I** Psalterium quid.

Psalmus quid.

scilicet

Ioan. 19.

circum quaerens quem deuoret, in se ipsa interiecit: & si quando eam sicut fortis armatus apertis certamine aggreditur, lapidis quem reprobauerunt edificantes, illum ictu prostermit, corporis nihilominus passiones subiit, atque ad virtutum officia conuertit. Psalterium quoque eandem animam spiritualibus exercitiis assuetam non inconuenienter nominamus. Sicut enim musicum illud instrumentum triangulum decem chordarum inferius quidem percussitur, superius vero sonare videtur: ita anima sanctae trinitatis fide formata, decem legum praeceptis instructa inferius percussitur, & superius auditur: quia cum carnem aliquis perfecte afflixerit, tunc suavissimum deo in dulcedine melos reddit. Per Psalmum ergo meditationes, & laudes, & gaudia de deo in animo concepta accipimus, sicut eantum illius musici instrumenti Psalmum vocamus. Psalmus ergo iste, id est, haec meditatio, Dauid, id est, fidei animae virtutibus exercitatae attribuitur: animae scilicet tendenti in finem, id est, in Christum, qui est initium & finis. Christus finis dicitur: vel quia est consummatio legis & prophetarum, sicut ipse pendens in cruce testatus est, cum acetum & felle poratus dixit: Consummatum est. Vel quia bonorum omnium perfectio est, quia nullum bonum perficitur, nisi quod in summo bono solidatur. Sicut enim nobis non sufficit alios bonos quaerere, nisi ad eius studeamus agnitionem peruenire: ita eo inuenio nullus iam melior quaeritur: quia omnis creatura eo, sub cuius pedibus a patre omnia sunt subiecta, inferior inuenitur. Pro octaua vero Psalmus iste factus asseritur, quia pro consideratione futurae resurrectionis domino decantatur. Omne praesentis vitae tempus septem diebus euoluitur: & ideo aeterna dies quae expleta horum dierum vi-

cissitudine futura est, octaua vocatur. Et quia pro consideratione extremi iudicij Psalmus iste conciaitur, recte pro octaua intulatur. Vel quia sequitur finem carnalis & spiritualis generationis: ideo octaua dicitur resurrectionis. Caro enim ex quatuor constat elementis, anima tribus vegetatur naturis. Est enim rationalis ad discernendum, concupiscibilis ad virtutes appetendum, irascibilis ad vitia auerendum. De hac enim ita per eundem prophetam dicitur: Irascimini, & nolite peccare. Quod enim se contra seipsum erexerit, & zelo rectitudinis inflammatus, contra vitiorum se importunitates viriliter commouerit: in conspectu interni iudicis nequaquam delinquit. Vel secundum quosdam octaua dicitur: quia sequitur sex aetates in hoc seculo viuentium, & septimam dormientium iustorum. Hunc autem Psalmum in hymnis habendum titulus astruit: quia qui tactus dolore cordis intrinsecus peccata sua confitens, cor in poenitentia conterit, suauem ad aures misericordiae dei vocem exultationis reddit. Maius est enim angelis dei super vno peccatore poenitente gaudium, quam de nonaginta nouem perseverantia iustorum. Et qui pro indulgentiae desiderio iniquitates suas annunciat, in tabernaculis iustorum dulciter hymnizat. Loquitur ergo in hoc psalmo fidelis anima octauam illam, id est, diem iudicij tremendam considerans, terroremque distractionis diuinae & reproborum damnationem perpetuam prudentiae intuitu contemplans. Et quia de suis meritis dilidens, in se qualiter in illo tremendo examine iram ultionis diuinae effugere possit, non inuenit, audacter quidem sed confidenter ad fontem misericordiae faciem eius praecipue accedit, malens in hac vita per poenitentiam & flagella conteri, quam in futuro horrendis suppliciorum cruciatibus affligi. Quid ergo dicat audiamus, & illius exemplo cum fiducia ad thronum gloriae dei adueamus.



Omne ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corpias me.

Vides quam bonum principium, quam affectuosum, quam gratiae plenum. In eo enim quod dominum eum vocauit, quod sui iure misereri deberet ostendit. Dominorum enim est, seruos alere, non negligere: delinquentes corrigere, non necare: fugientes requirere, non abdicare: Domine, ne in furore tuo. Solet fieri, ut qui dominorum iram incurrunt: si eis reconciliari appetunt, patronos quaerant, interuentores adhibeant, aduocatos adiscant. Sed haec anima illius terribilis iudicij terrore percussa, amoris dei desiderio accensa, moras non patitur, dilationem aduersatur: & si ad horam deum conuenire distulerit, damnationem se euadere non posse arbitratur. Desiderium enim non sustinet, & in patientia modum non habet. Vires ergo colligit, de misericordia conditoris confidit, & quasi eum praesentem videat, loqui praesumat: ac si dicat. Scio quidem quia ab oculis tuis meis excludor meritis, sed tamen minor sum cunctis miserationibus tuis. Tu igitur domine cuius me seruum esse non abnego, cuius imperijs obtemperare desidero, cuius suauem iugum referre nequaquam recuso.

Ne arguas me in furore tuo. Hic me potius argue: dum tempus est misericordiae, corripe: dum dies salutis est, exerce. Quisquis in hac vita flagellis atteritur, in mansuetudine corripitur, quia correptionibus emendatur. In illo autem tremendo examine omnis in furore arguitur: quia poenam interminabilem venia nulla comitatur. Abiit, ut in deo furorem esse credamus. Non enim esset incommutabilis, si eum commouere posset alicuius necessitas passionis. Sed quia aliter de deo nisi secundum humanum morem loqui non possumus, infinitae damnationis sententiam, furorem vocamus. Non ut in illa iustitiae seueritate, aliqua omnino perturbatione deus moueatur: sed quia in eos qui duplici sunt contritione conterendi, irremediabiliter vindicatur. Ne arguas me in furore tuo: non humano, non transitorio. Furor humanus, sicut cito praeterit, ita suae vigorem potestatis, non nisi in corporibus extendit: diuinae vero ultionis animaduersio, non solum poenas in corpore & anima multiplicat, verum etiam in damnatis

Psal. 4.


Luc. 15.

L

Dominus officium.

M

Furor an sit in deo.



**A** in damnatis immobiliter perseverat: Neque in ira tua corripas me. Sicut maior est furor quam ira, ita arguere maius est quam corripere. Eos corripimus, quos amantes emendamus. Et quia post mortem carnis alij aeternis deputantur supplicis, alij ad vitam per ignem transeunt purgationis, fidelis anima non solum furorem timet, sed etiam iram abhorret. *Beatus Augustinus*, hi omnes qui non posuerunt sibi fundamentum Christum, in furore arguuntur: quia aeterno igne cruciantur. Qui autem eidem fundamento superposuerunt lignum, scenum, stipulam, in ira corripuntur: quia igne purgati, ad beatitudinis requiem deducuntur. Dicit ergo fidelis anima quid fecit considerans, & quid sit receptura contemplanis: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Ac si aperte dicat: Hoc solum tota cordis intentione efflagito, hoc indefinenter votis omnibus concupisco, ne me in illo tremendo examine, vel cum reprobis ferias, vel cum purgandis flammis ultericibus affligas. Et ut hoc fiat:

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

In eo quod nomen venerandum repetit, pie precis affectum se habere ostendit. Quasi dicat: Tu domine, quem suave videtur mihi sepius invocari, miserere mei dum tempus est misericordiae. Hic me misericorditer corripe. Hic per flagella

**B** contere. Hic igne tribulationis exure. Et ne quid in me post huius vitae terminum vindicandum inuenias, oro ut per ignem tui amoris omnem in me vitiorum rubiginem consumas. Et hoc opus est ut facias: Quoniam infirmus sum. Ex peccato primi parentis poenam contraxi magnae infirmitatis: non enim quod volo, ago, sed quod odi malum, illud facio: Infirmus sum: quia ad malum pronus sum. Sed tu domine animarum debiliu velox medice: Sana me: scilicet interius omni vitiorum labe emunda: Quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, id est virtutes animae obscuratae sunt, & extenuatae virtutes simul conturbatae sunt. Caritas enim confunditur, humilitas impingitur, fortitudo desicitur, castitas impugatur. Per ossa virtutes accipimus, per quas nimirum animam sustentamus. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporum, ita in virtutibus robur inuenitur animarum. Et plane debilis omnis comprehenditur anima, nisi quae fuerit virtutum fortitudine fulta. Postquam enim in ordine culpam incurrit primus humani generis parens, ab illa in qua positus fuerat mentis celsitudine decidit, claritatem visionis divinae perdidit: suauissimas verborum dei epulas quibus interius reficiebatur, amisit. Oculos carnis ad obscena & turpia videanda aperuit, qui prius aciem mentis qua lucis summæ fulgor intuebatur, obsecravit.

Et aia mea turbata est valde, sed tu domine usquequo?

**C** Et quia me infirmum sentio, quia ossa mea conturbata agnosco: Anima mea scilicet eo quod mea est, quod per me corrupta est, quod per me debilis & agra facta est: turbata est ad gemitum, commota est ad compunctionem & lamenta, valde magna, scilicet & multimoda turbatione. Turbatur enim, quia peccavit, quia bonum dominum offendit, quia vitam perdidit, mortem incurrit: Sed tu domine usquequo turbaris contra me, quia peccaui, quia te ad iracundiam delinquendo provocavi? Vel tu domine, demones quidem inuadentes non domini naturaliter, malunt meam perditionem quam salutem. Sed tu domine qui non vis mortem peccatoris: singulariter domine, non abusu sed proprie: usquequo, id est, quandiu differas sanare? Ecce in conspectu boni medici, & curare valentis assulto, vulnera detego, preces emitto, dolores augeo, lachrymas effundo. Cur ergo dissimulas, cum non sit tibi minor potentia quam voluntas? Licet hoc egles in corde tuo: tamen scio, quia universorum memineris. Omnis curatio quanto difficilior acquiritur, tanto acquisita cautius custoditur.

Conuertere domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Ne magis turberis, supplico: ne ultra misereri differas, peto: imò conuertere domine. Sicut anima mea conuersa est ad te per turbationem poenitentiae, ita tu conuertere ad eam per serenitatem miserationis. Et conuersus: Eripe animam meam. Impediunt eam vepres carnalium delectationum, detinent

illam secularium illecebrarum cupiditatum. Sed tu qui potens es omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, eam eripe: igne tui amoris, terrenarum dumtaxat voluptatum quibus irretitur, adure: extra omnem peccati appetitum illam tuam manu fortitudinis trahere: Saluum me fac propter misericordiam tuam. Parum est ut animam meam a mundi voluptatibus liberes, nisi me ab hostium tentationibus virtutis tuae protectione conserues. Boni medici officium est, non solum salutem restituere, sed etiam restitutam custodire sedulitate seruare. Sic ergo & tu cum animam meam a carnalibus desiderijs eripueris, da mihi in bono perseverantiam, ne mihi demissos laqueos iterum tentationum incurram. Et hoc: Propter misericordiam tuam: Non de meis meritis confidens, ut me saluum facias supplico, sed de sola misericordia tua praesumens impetrare, quod non de meis meritis spero.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi.

Peccata conuicta generant mortem. Nisi enim conuersus fueris, nisi animam meam eripueris, nisi me saluum feceris: in peccatorum me caligine, id est, in morte dimittis: quod si in morte fuero, tui proculdubio memoriam perdo. Et inde hoc scio, quod in morte penitus tui memor esse nequibo: Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Quomodo nanque mihi conceditur, quod omnibus denegatur? In inferno autem, &c.) Sicut de morte ad infernum peccator peruenit, ita de peccatorum multitudine in desperationis foueam cadit. Unde & scriptum est: Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Fidelis anima non exaudiri metuet, miseras quas perclurata est si non exauditur, enumerat, ut se maximo timore conseruet, & deum citius ad misericordiam fleat. Ait ergo: In inferno autem quis confitebitur tibi? Quasi dicat: Dico si non eripueris me, in morte futuram: & non solum in morte futuram me praesuldeo, sed etiam in inferno, id est, in desperatione me sepeliendam cognosco. Quod si in inferno fuero, tibi me confiteri non posse perpendo. Nullus enim in inferno confitebitur tibi. Et hoc est quod ait sub specie interrogantis: In inferno autem quis confitebitur tibi? scilicet vultus: Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Aliter: Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Precor ut animam meam liberes a carnalibus desiderijs quae militant aduersus eam. Si enim hoc non feceris, interficiet me: quia a te, qui es vita mea, separabunt me. Cum enim tu sis illud idem animae, quod est anima corpori: si tibi inseparabiliter non inhaerero, necessario mortem incurto. Et si in morte fuero, tui memor non ero. Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Sicut nullius rei meminit caro mortua, ita nec te sentire preualet a te deo anima diuisa. Nulla societas lucis ad tenebras. Vbi autem tui ingreditur memoria, ibi est lux veritatis immanens. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quasi dicat: Im

Medici boni officium.

E Prouer. 18.

Ecclesi. 15.

F

medicabile corpus est recidendum esse, & membri in corpore mortui abscissio potius est necessaria quam medicina. Sed ego non sum, ut membrum mortuum cui medicina non proficiat, sedulitas nihil conferat. Nam sum memor tui, scilicet misericordiae. Te enim medicum scio, misericordem non ambigo, longanimum agnosco, quod non facerem si in morte essem. Et hoc apparet a toto, quoniam non est in morte.

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Dixerat superius, saluum me fac, & tempus est ut facias: nam ego laboravi in gemitu meo. Adest miser, assit & misericordia. Misericordiam meam ego cognosco, vulnus non dissimulo, peccatum non caelo. Nisi enim miserum me agnoscerem, in gemitu non laborarem. Sed ego laboravi, id est, studiosè egi ut essem in gemitu, scilicet ut quousque viscerem, gemendum mihi putarem. Et, Laboravi in gemitu, id est, modo mihi proprio. Nemini enim, sicut mihi ingemiscendum aestimo, quia praeter omnibus me peccasse perpendo. Et quia non sufficit bene incipere, nisi studeat quis in bono opere perseverare: adiu

Lectus conscientiam representat.

guit: Lauo per singulas noctes, id est, per singulas tenebras cogitationes: Lectum meum. Per lectum conscientiam accipimus: quia sicut in lecto iacentes quiescimus, ita in ea vel legi dei, vel legi peccati consentimus. Et sicut in laboribus pressi

Roma. 7.

Ossa sunt virtutes.

106.10.



## EXPLANATIO DIVI GREGORII PAPAE

**G** preffi, in lecto quiescentes reficiuntur: ita dum mundi hulus aduersitatibus premimur, in bona conscientia interiori delectamur: Paulo attestante qui ait: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Lectum ergo per singulas noctes lauat, qui conscientiam a cogitationibus tenebrosis lachrymis compunctionis emundat. Et non solum conscientiam purificabo, sed etiam lachrymis meis stratum meum rigabo. Quia vilis lectus est stratum, per ipsum, carnem accipimus. Et quoniam sicut stratum facile concutitur, ita caro ab infirmo animo varie versatur, sicut per eundem prophetam dicitur: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Rigat ergo lachrymis stratum suum, quia continuo lactu & dolore carnis maculas diluit, & cordis duritiam imbre compunctionis emollit: ut sicut ortus recepta suaui pluuia euidenter germinat, ita caro lachrymarum fluentis rigata, bonorum operum & iustitiae germen emittat. Cur autem laborauerit, causam subdit: ac si dicat, ideo laborauit, ideo ingemuit, quia:

2. Cor. 1.

Psal. 40.

Turbatus est a furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.

Humana natura ad imaginem primitus & similitudinem dei coadita: per prauaricationis culpam a contemplationis diuinae claritate expulsa, sicut immortalitatis aeternae beatitudinem perdidit, ita interiorum oculum animae scilicet rationabilem obscurauit. Et quia postea bonum a malo discernere noluit: volens postmodum, quid sibi sequendum, quidue fugiendum esset, scire nequiuit. Et quia illum qui lux est, & in quo non sunt ullae tenebrae, non tenuit: sicut in nocte, sic postea in meridie palpauit. Dicat ergo fidelis anima: Turbatus est a furore oculus meus. Quia discernendi recte voluntatem non habui, per furorem, id est, damnationis sententiam ipsam eligendi potentiam amisi. Vel etiam illius a furore oculus turbatur, quia tremendi diem iudicij, damnari metuens, intuetur. Cum enim quod quisque gesserit, quia sibi sit receptorus, considerat: mentem quae hoc prauidet, malorum suorum conscientiam, ipse iudicij terror perturbat. Et quia ad illud iudicium venire non trepidat, nisi quem conscientia de peccatis accusat, ideo adiungit: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Ac si diceret: ideo ad illud terribile examen deduci metuo: quia per consuetudinem & perseverantiam prauiorum operum, non nouum sed veterem me peccatorem agnosco. Cum enim sim inter inimicos meos, spiritus videlicet malignos: quia eorum a me suggestiones non repuli, illis consentiens in tenebrarum operibus inueteraui, id est, in veteris hominis inobedientiam redij. Factus sum comparabilis veteri vesti. Sicut enim vetus vestis, nec ornatum adificat, nec frigus repellit: ita nec frigus tentationis expellere valeo, nec proximorum animas per doctrinae verbum adorno. Vel inueteraui habitans inter inimicos meos: inimicos scilicet catholicae fidei, & Christianae religionis.

**H** noluit: volens postmodum, quid sibi sequendum, quidue fugiendum esset, scire nequiuit. Et quia illum qui lux est, & in quo non sunt ullae tenebrae, non tenuit: sicut in nocte, sic postea in meridie palpauit. Dicat ergo fidelis anima: Turbatus est a furore oculus meus. Quia discernendi recte voluntatem non habui, per furorem, id est, damnationis sententiam ipsam eligendi potentiam amisi. Vel etiam illius a furore oculus turbatur, quia tremendi diem iudicij, damnari metuens, intuetur. Cum enim quod quisque gesserit, quia sibi sit receptorus, considerat: mentem quae hoc prauidet, malorum suorum conscientiam, ipse iudicij terror perturbat. Et quia ad illud iudicium venire non trepidat, nisi quem conscientia de peccatis accusat, ideo adiungit: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Ac si diceret: ideo ad illud terribile examen deduci metuo: quia per consuetudinem & perseverantiam prauiorum operum, non nouum sed veterem me peccatorem agnosco. Cum enim sim inter inimicos meos, spiritus videlicet malignos: quia eorum a me suggestiones non repuli, illis consentiens in tenebrarum operibus inueteraui, id est, in veteris hominis inobedientiam redij. Factus sum comparabilis veteri vesti. Sicut enim vetus vestis, nec ornatum adificat, nec frigus repellit: ita nec frigus tentationis expellere valeo, nec proximorum animas per doctrinae verbum adorno. Vel inueteraui habitans inter inimicos meos: inimicos scilicet catholicae fidei, & Christianae religionis.

**I** Discedite a me omnes qui operamini iniquitate, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Quae societas luci ad tenebras? Quae conuentio Christi ad Beeliam? aut quae pars fidelis cum infideli? Sicut enim qui diabolum sequitur, sanctorum collegium affectu & opere aspernatur: ita qui deo perfecte adheret, impiorum consortium nequaquam admittit. Quia ergo inueteraui conuersans inter inimicos meos, ne amplius aliquid vetustatis in me appareat, ne inimicorum conuersatio notam mihi prauaricationis insingat: vos qui operamini iniquitate, qui culpas vestras confiteri negligitis, qui in malis operibus impenitentes perseveratis: hic a me affectu discedite, hic vos a me operum dissimilitudine elongate: ut quia a deo receditis hic animo, & in futuro etiam corpore a me discedatis. Discedite ut amplius non communem operibus vestris inquis: Quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vocem flebilem dominus exaudiuit, quia ab omni inquinamento carnis & spiritus me mundauit. Quomodo autem exausitus sit, ostendit.

Canti. 5.

Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit.

Peccata dimittendo, dominus orationem meam suscepit, perseverantiam dando: quasi dicat: Non solum pro peccatis meis

fenti delictorum mihi indulgentiam contulit: sed etiam ne eadem ulterius committerem, gratia suae ubertatem concessit. Dixerat superius: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Sed quia charitas non querit quae sua sunt: & hinc vera esse ostenditur, cum ille diligitur qui aduersatur, ideo subiungit:

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

Ille veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in deo, & inimicum diligit propter deum. Hinc nanque per semetipsum veritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Ne ergo surda aure praecipua transeat dominica, pro inimicis orat anima exaudita: Erubescant & conturbentur. Ergo quia propter peccata quae perpetraveram erubui: erubescens vero ut ea diluerem in gemitu meo laboraui, exaudita veniam impetraui. Et vitam meo exemplo erubescat, quicumque quod ad imaginem & similitudinem dei sit factus intelligit, & qualiter illam peccando scedauit, agnoscat. Si se circumspectus consideret: & decorum quod perdidit: & obscuritatem qua se velut quodam teterimo colore perfudit, de operum suorum qualitate, nisi sit lapis, erubescit. Nobilis anima si quas aliquando peccati notas admiserit, verecundiam tamen a se funditus non repellit. Nam & illud verum est aperte desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. Unde sub iudae specie contenti animae dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluit erubescere. Qui enim neglecto dei timore peccata peccatis accumulatur, profecto ut meretrix frontem obdurat. Sed quia minus est de antea vita erubescere, nisi quis etiam studeat ea quae admisit, poenitendo corrigere, subiungit: Et conturbentur vehementer. Quisquis peccati sui modum considerans, sibi iratus, contra seipsum grauius quod egit puniendo inuehitur, per compunctionis lachrymas vehementer conturbatur. Quia vero per dolorem poenitentiae peruenitur ad conuersionem vitae, protinus additur: Conuertantur. Ille nimium ad deum conuertitur, qui tam cogitatus suos, quam etiam operationes ad deum semper dirigere conatur. Et quoniam tempus breue est, & finis peccatorum mors est: ne quis putaret in hominis esse potestate, quando vias suas velit corrigere, repetit: Erubescant se peccasse. Erubescant conuersionem distulisse. Et hoc faciant, Valde velociter. Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Unde & Salomon: Ne tardes, inquit, conuerti ad dominum, neque differas de die in diem.

Charitas in quo est ueraciter. Luca. 6.

L. Hier. 3.

2. Pet. Eccles. 5.


## Prologus secundi psalmi poenitentialis.

**S**icut supra iam diximus, per David fidelis anima accipitur: cui & nominis interpretatio, & operum magnificentia conuenienter aptantur. Fidelis ergo anima ea quae in hoc Psalmo dicuntur, intelligat, & ab isto nunquam intellectu recedat. Intellectus vero David in hoc Psalmo est, ut nemo se ante fidem de meritis suis, quae nulla sunt, efferat. Nemo fide per gratiam accepta, de peccati impunitate presumat. Nemo bonum quod facit, sibi, sed gratiae dei attribuat. Nemo per desidiae torporem in bona operatione pigrescat. Videamus nunc quid dicat:

## Expositio secundi psalmi poenitentialis.

**B**eatissimi, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Quasi dicat: Cum omnes velint esse beati, diuersi de beatitudine diuersa sentiunt, & desideriorum suorum errorem sectantes, ad beatitudinis portum per deum venire proponunt. Sed quisquid illi aestiment, istud est ratum, istud est catholicum, quod illi solum suat beati, quorum remissa sunt iniquitates originales per baptismum: Et quorum tecta sunt peccata actualia post baptismum commissa. Si tegit infirmus vulnera, quomodo illi a medico adhibetur medicina? Nomen si caelare vulnus ceperit, latius extensum introrsum putrefcit: Sic & peccatum, nisi per confessionem detegatur, letalliter in intimis dilatatur. Et sicut vulnus non ostensum etiam sanam carnem putredine inficit, ita peccatum nisi confitendo reuelatur: etiam si qua ibi sunt, bona corrumpit. Non enim accepta



**A** cepta sunt deo bona, quae malorum admixtione maculantur. Sed aliud est quod a peccatore homine per obstinationem tegitur, aliud quod miserere deo per remissionem operitur. Tegit medicus vulnus sanandum medicamine, tegit deus peccatum, ea quae multitudinem peccatorum operit, charitate. Si quis ergo peccata sua tecta esse desiderat, deo ea per vocem confessionis ostendat. Sunt tamen quaedam peccata, quae quamdiu in hac vita vivitur, etiam a perfectis viris aut vix, aut nullatenus declinantur. Habent enim sancti viri aliquid quod in hac vita operire debeant: quia omnino est impossibile ut in locutione, aut etiam in cogitatione nunquam delinquant. Student igitur viri dei, oculorum linguaque culpas tegere meritis vitae, student pondere bonorum operum premere immoderata verborum. Verum quomodo in electis est possibile, eorum transgressiones contegi, cum ab illo cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, non possunt abscondi? Sed quia hoc quod tegitur, inferius ponitur, & aliud aliquid superducitur, ut quod est subterpositum, tegatur: tege-re peccata dicimus, quae quasi subterponentes abdicamus. Quibus nimirum, quasi tegmen superducimus, dum bonorum operum nos indumento vestimus. Peccata itaque tegimus, si bona facta malis actibus superponamus.

Beatus vir, cui non imputavit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

**B** Si nosmetipsos iudicemus, non utique iudicemur. Si nobis peccata nostra imputaverimus, non ea nobis imputat deus. Si ea satisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniat, inveniremus. Imputare sibi Adam peccatum suum noluit, quando culpam suam in creatorem refudit, dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Unde quia se confiteri culpabilem renuit, mortiferae damnationis sententiam ad posterum misit. Iudicare autem seipsum nemo poterit, nisi qui virilem animum ad vitia persequendum assumit, sicut per eundem prophetam dicitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Qui enim mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est opera sua dissipantis. Ideo dixit: Beatus vir. Quasi dicat: Ad hoc opus nemo assurgere praevalet, nisi qui sanctae fortitudinis vires habet. Quid enim fortius quam omnes animi sui motus rationi subigere: omnia carnis desideria spiritus virtute frenare, proprias voluntates abscidere, ceteris visibilibus ea quae non videntur amare? Unde & Salomon ait: Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Nec est in spiritu eius dolus. Illi quidem peccatum non imputabitur, in cuius spiritu dolus mendacis non invenitur. Qui se iustum esse non simulat, qui ea etiam quae occulte deliquit, non caelat. In spiritu publicani ad templum ascendentis, dolus non fuit: quia dum illum quem occulta non transeunt, placare voluit iudicem, confiteri se non erubuit peccatorem. Ait namque: Deus propicius esto mihi peccatori. Magis ergo iustificatus descendit, quam qui se de meritorum enumeratione iactabat. Denique & iustus in principio sermonis accusator est sui. In Pharisaei vero spiritu dolus fuit, qui magis videri, quam esse iustus optavit. Dum ergo ea quae clamare debuerat, tacuit: miser quod sibi tacendum esset, clamavit. Et per superbiam, si qua in eo fuerant, minuit merita: qui humiliari contemnes, adauxit peccata. Et nos ergo exemplo huius publicani preoccupemus faciem huius iudicis in confessione, & effundamus coram illo corda nostra, leuantes puras manus sine ira & deceptione in habitu ordinato cum verecundia & sobrietate: ut qui omni tentationi pateates, manum effugere non possumus iudicis: per confessionem mandati, clementiam experiamur misericordis.

**C** Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.

Ille in cuius spiritu dolus non est, beatus est: e contrario ille in cuius spiritu dolus est, infelix est. Et hoc mihi experto credendum est: Nam inueterauerunt ossa mea, quoniam tacui dum clamarem. Per ossa nimirum virtutes accipimus, quia per eas animam sicut corpus per ossa sustentamus. Quae profecto inueterantur, quando a statu suae fortitudinis infirmantur. Sicut enim morborum infestationes corporis ossa

debilitant, ita vitiorum importuna turbationes animae virtutes infirmant, ait ergo: Inueterauerunt ossa mea. Ac si dicat: Virtutes & iustitia, vel ratio & intelligentia, ita in me debilitate sunt: ut nec per me quidem vitis resistere, nec animam agram & ad ima ruentem, virtutum valeam fortitudine sustentare. Et quia per humilitatem confessionis ad novum hominem peruenire nolui, per arrogantiae iactantiam in veteris infirmitate permansi. Quare autem inueterauerunt, causam aperit, cum ait: Quoniam tacui dum clamarem tota die. Cum clamare & tacere inter se repugnent, quomodo potest fieri ut aliquis taceat & clamet? Sed ille tacet nimirum & clamat, qui peccata quidem sua silentio contegit, merita vero per vocem magnificationis extollit. Aut certe ille tacet & clamat, qui peccata quidem praeterita per confessionem non annunciat, & per cor impoenitens alia committere accepta peccandi libertate non cessat. Nam quod peccatum clamor sit, testatur scriptura quae dicit: Clamor Sodomorum & Gomorrhorum ascendit ad me. Et iterum: Descendam videre utrum clamorem qui venit ad me, opere com-pleuerint. Peccatum quippe cum voce, culpa est in actione: peccatum cum clamore, est culpa cum libertate. Dum clamarem tota die. Tota die clamat, qui pro omni bono opere quod agit, laudari affectat: vel etiam tota die clamat, qui publice peccare non trepidat.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Sicut per noctem opera tenebrarum, ita per diem, bonarum intelligimus lucem actionum. Qui ergo peccare non desinit, & ceteris se praefereus, per bona opera superbit, die ac nocte diuinae potentiae iram incurrit. Vel, die ac nocte, id est, in prosperitate & aduersitate. Grauata est super me manus tua. Quia enim & in aduersis succubui, & in prosperis me nimis exeri, iram tuae potentiae super me prouocavi: Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Quoniam manus tua quae superbos humiliat, humiles exaltat, grauata est super me. Me enim superbum depressit: quia non solum peccatum mihi dominari permisit, sed etiam de qua nimis gloria-bar, iustitiam mihi difficilem fecit. Ideo, Conuersus sum in erumna mea. Qui enim de me praesumens, quasi diuitem me prius & nullius egentem credidi: postea ad me rediens, quam sum miser & infelix agnouit. Et hoc feci, dum configitur spina. Per spinam omne peccatum ideo accipitur: quia dum coëfert delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. Tunc autem poenitentis anima ad lamentum ducitur, cum perpetrata nequitia in memoria fixè retinetur. In illa translatione non con-figi, sed confringi spina dicitur: quia nimirum mens ad lucem vertitur, ut peccati compunctio poenitendo frangatur. Quomodo autem sit conuersus, ostendit dum subdit:

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.

Quauis omnia sint nuda, & aperta oculis tuis: tamen quia ore confessio fit ad salutem: feci tibi cognitum delictum dicens illud esse meum. Mihi enim, quia deliqui imputo, me solum in operum meorum prauitate culpabilem clamo. Plus est delictum cognitum facere, quam delictum manifestare. Ille enim delictum cognitum facit, qui non solum quod fecit annunciat, sed etiam omnem peccati causam & originem narrat. Qui non superficialitens peccatum loquitur, sed & quando, & ubi, & quomodo: & si vel ignorantia, vel casu, vel studio deliquerit, confitetur: Et iniustitias meas non abscondi. Nul-lum in corde meo dolositate scrupulum retinui, iniustum esse quicquid a me habeo intimaui. Opine enim datum opimum, & omne donum perfectum defarsum est. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Non solum quod deliqui, quae mihi facienda fuerant bona praetereundo aperui: sed quicquid commisi quae praetereunda fuerant, mala faciendo narraui.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Quod delictum meum cognitum tibi feci, quod iniustitias meas non abscondi: non fuit ex necessitate, vel alicuius leuitatis occasione, sed ex poenitendi & confitendi praemeditatione. Nam,

Dixi id est, in corde meo statui: Confitebor aduersum me iniustitiam

Gene. 3.

Psal. 17.

Fortitudo in quo consistit.

Prouer. 17.

Luc. 18.

Prouer. 17.

Gene. 18.

E al. cofringitur.

Peccatum omne spina dicitur.

F

Delictum cognitum facere plus est quam ipsum manifestare.

Iacobi. 1.



## EXPLANATIO DIVI GREGORII PAPAE

**G** in iustitiam meam domino.) Aduersum se confitetur, qui omnino confitetur quod aperit: Qui in peccati confessione sibi non parcat: quicquid peccauit, non deo imputat, non deo annotat, non fortunæ attribuit, non diabolo, non constellationi ascribit. In eo autem euasurum se credit, si sibi iratus se sine moderatione acculat: Et tu remisisti impietatem peccati mei.) Attende quanta sit indulgentiæ vitalis velocitas, quanta misericordiæ dei commendatio, ut confitentis desiderium comitetur venia: antequam ad cruciatum perueniat poenitentia: aut remissio ad cor perueniat, quam confessio in vocem erumpat: Tu remisisti impietatem peccati mei.) Tu qui solus parcis, qui solus peccata dimittis. Quis enim potest dimittere peccata nisi solus deus? Remisisti impietatem peccati mei.) Proiecasti post tergum tuum omnia peccata mea. Non solum peccatum remisisti, sed etiam ipsam impietatem, prauæ scilicet operationis intentionem: ut iam nulla in corde meo malitiæ radix remaneat, ex qua pestifera actionis de cætero germen succrescat.

**106.15.** Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Scriptum est, quia nemo sine peccato, neque infans culus est vnius diei vita super terram. Et interu. Iob testatur, quia cœli non sunt mundi in cōspectu eius, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto ergo electus quisque maiori sanctitate præeminet, tãto magis de his sine quibus hæc vita non ducitur, venialibus peccatis dolet. Quis autem sanctior Paulo, qui cum delectatur legi dei secundum interiorem hominem, &

**Rom. 7.** **H** aliam legem in membris suis, legi mentis suæ videret repugnantem, miserum se exclamans commemorat, & de se diffidens, de corpore mortis illius per dei gratiam liberari expectat. Idem nihil sibi conscius fuerat, sed nequaquam in hoc se iustificatum credebat. Sancti etenim viri licet magnis iam virtutibus polleant, habent tamen adhuc de culpæ obscuritate quod seriant. Et licet magna iam vitæ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas velut quasdam noctis reliquias nolentes trahunt. Quod diuinæ perfectio pletatis dispensatione agitur: ut qui ascensionem in corde suo disposuit, ad humilitatis celsitudinē suam melius infirmitate subleuetur: quatenus vnde parua reprehensibilia humiliter patitur: inde verius in iustitiæ virtute roboretur. Et eò se in virtutis culmine erectus minimum sentiat, quo suis viribus etiam parua quæ eum impediunt, non expugnat. Orat ergo pro remissione peccati omnis sanctus, quia sine peccati macula solus inuenitur homo Iesus Christus. Denique de ipso solo legimus, quod non haberet quotidie necessitatem: quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populo. Veram ne aliquid intelligas transitorium appeti in oratione sanctorum: adiungitur, Ad te.) Electi etenim dei orantes ut ad deum perueniant, infirmitatis suæ incessanter excessus deplorant: quia & inde refectionis intimæ dulcedinem sentiunt, vnde vim suauissimi amoris per lachrymas emittunt: in tempore opportuno.) Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, dicit apostolus: Tempus opportunum, tempus gratiæ: dies remissionis, plenitudo temporis. In quo propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus, misit filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Sed quid est quod dicit, in tempore opportuno? Nunquid & ante aduentum Christi non extiterunt sancti qui orarent pro hac sua & populi ignorantia? Fuerunt plane. Sed quia ipsum in carne venturum expectabant, eumque solum saluatorem suum esse sciebant, per eius nimirum fidem saluati sunt. Iamque illud tempus opportunum in corde susceperant, quia ad ipsum toto cordis desiderio nihil hæsitantes suspirabant.

**2. Cor. 6.** **I** Veruntamen in diluuium aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Aqua profunda verba ex ore viri. Et de hæreticorum aduentionibus scriptum est: Aqua furitiæ dulciores sunt. Per aquarum ergo diluuium, multipliciter intelligimus doctrinarum. A quibus nimirum Paulus nos prohibet, dicens: Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Quisquis enim hæreticas & prophanas novitates susceperit, longè à veritate abducitur. Et eò ad litus misericordiæ dei non approximatur, quo inanum garrulitatum fluctibus raptus, in procellosam se disputatio-

**Prover. 9.** num caliginem omnes recipiens ineptias faciat. Illis ergo tempus opportunum non est, qui de sua stulta sapientia inflati, vnde deum placare debuerant, inde eum magis per vanarum assertionum blasphemiam irritant. Et excusando excusationes in peccatis, ut ad deum veniant, non inueniunt remedium, quem per compendium confessionis possent habere placatum.

**Heb. 13.** Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me, exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Quasi dicat: Illi in diluuium aquarum, id est, in multipliciter doctrinarum, & excusationum ad te non approximabunt, sed ego qui delictum meum cognitum tibi feci, qui iniustitias meas non abscondi, qui à fidei unitate non exorbito, qui de me diffidens, de multitudine miserationum tuarum presumo, ad te per humilitatem confessionis approximo: nam tu es refugium meum. Maledictus homo qui spem suam ponit in homine, & benedictus homo qui confidit in domino. Impugnant me carnis illecebræ, circumueniunt ignominiosæ passionem, perturbant inordinati desideriorum tumultus. Sed eò tutius omnia despicio, quo de me vilia sentiens, in solo virtutis tuæ munimine confido: Exultatio mea erue me.) In diuinæ contemplationis claritate electorum mentes quanto grauioribus rerum temporalium tumultus tolerant, tanto in meditatione securæ in perpetuum felicitatis suauis exultant. Et cum coeperint eis mundanæ peruersitatis inæqualitates amarescere, tunc primum possunt internæ quietis suauitatem sentire. Et quia nihil de seculo, nisi tristitiæ fructus colligunt, deum solummodo suum esse gaudium ducunt. Cæterum quoniam secundum Apostolum, Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur: ideo subiungitur: Erue me à circumdantibus me.) Sancta etenim anima diuini amoris spiculis vulnerata, cum anhelare in deum coeperit, cum ad supernam se patriam per desiderium extendit, ad tentationem ei vertitur quicquid in hoc seculo amicum antea blandumque putabatur: quia qui peccantem amare consueverant, rectè viuentem crudeliter impugnant. Voluptates nihilominus pristinæ ad memoriam redeunt, & resistentem sibi graui aperti certaminis perturbatione affligunt. Orat ergo, ut in his omnibus liberationis præsidium à deo habeat, metuens ne ipso fatigationis suæ radio deuicta succumbat.

**Hier. 37.** Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Pendent inferiora ex superioribus. Dixerat enim propheta superius: remisisti impietatem peccati mei: nunc verò ipse propeccationis diuinæ verba interferit, in quibus significat, non solum de præteritis adeptum veniam, sed etiam de futuris peccatis diuinitis sibi prouisam esse cautelam, dicens: Intellectum tibi dabo, & instrua te.) Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui naturæ rationalis dignitatem contra authoris nostri præcepta superbiendo perdidimus: per infusam cordibus nostri spiritus sancti gratiam quam in nobis peccatum obscurauerat, intelligentiæ lucem confessionis humilitatione reuocamus. Cum enim ad secretarium cordis accedimus, & quam districtus iudex futurus sit, qui nunc est patiens & longanimis consideramus, cum ad intuenda sanctorum præmia & iniquorum damnationem oculos mentis attollimus: cum de futuris incerti, ne labamur metuimus: & ea quæ malè egimus, flendo punimus: tunc nimirum saluari à deo intellectu accepto, de cordis nostri habitaculo ignorantie tenebras effugamus. Sed quia minus est rectè intelligere, nisi studeat quis rectè intellecta morum honestate comple- re, adiungitur: Et instrua te.) Non te permittam per seculi gloriæ voluntatis meæ arcana cognoscere, sed & hoc tibi conferam, ut etiam bouum quod intellexeris, peragas: & qualiter id agendum sit, cauta consideratione discernas. Sunt nanque nonnulli qui rectè quidè offerunt, sed rectè diuidere non sciunt: quia bonum quodlibet recta intentione incipiunt, sed habere in eodem bono opere discretionis virtutem postponunt. Hi nimirum quod bene inchoant, malo plerumque fine consummant: quia inde reatum incurunt criminis, vnde fructum habere potuerunt virtutis. Quia verò nihil est bonum quod incipimus,

**2. Tim. 3.**

**M** Psal. 48.


**L**

**M** Psal. 48.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.

Pendent inferiora ex superioribus. Dixerat enim propheta superius: remisisti impietatem peccati mei: nunc verò ipse propeccationis diuinæ verba interferit, in quibus significat, non solum de præteritis adeptum veniam, sed etiam de futuris peccatis diuinitis sibi prouisam esse cautelam, dicens: Intellectum tibi dabo, & instrua te.)

Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui naturæ rationalis dignitatem contra authoris nostri præcepta superbiendo perdidimus: per infusam cordibus nostri spiritus sancti gratiam quam in nobis peccatum obscurauerat, intelligentiæ lucem confessionis humilitatione reuocamus. Cum enim ad secretarium cordis accedimus, & quam districtus iudex futurus sit, qui nunc est patiens & longanimis consideramus, cum ad intuenda sanctorum præmia & iniquorum damnationem oculos mentis attollimus: cum de futuris incerti, ne labamur metuimus: & ea quæ malè egimus, flendo punimus: tunc nimirum saluari à deo intellectu accepto, de cordis nostri habitaculo ignorantie tenebras effugamus. Sed quia minus est rectè intelligere, nisi studeat quis rectè intellecta morum honestate comple- re, adiungitur: Et instrua te.) Non te permittam per seculi gloriæ voluntatis meæ arcana cognoscere, sed & hoc tibi conferam, ut etiam bouum quod intellexeris, peragas: & qualiter id agendum sit, cauta consideratione discernas. Sunt nanque nonnulli qui rectè quidè offerunt, sed rectè diuidere non sciunt: quia bonum quodlibet recta intentione incipiunt, sed habere in eodem bono opere discretionis virtutem postponunt. Hi nimirum quod bene inchoant, malo plerumque fine consummant: quia inde reatum incurunt criminis, vnde fructum habere potuerunt virtutis. Quia verò nihil est bonum quod incipimus,



**A** incipimus, nisi perseverati illud sine compleamus, recte subditur. In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Quamvis hic viamur, in via sumus qua ad patriam tendimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latroneculi custodiunt, & operi nostro insidiantes, deceptoris sunt ubique laqueos tendunt. Facile ergo inter laqueos ambulantes labimur, nisi sapientiae dei ducatu gubernemur. In hac vero via ille non graditur, qui temporalium rerum vel copiam cupiens, vel inopiam metuens, a rectae operationis studio reuocatur. Sed quoniam is qui spiritu dei operatur, non desidia corrumpitur, non timore repellitur, non labore lassatur, non incongrue subiungitur: *Qua gradieris.* Quia nimirum semper de virtute in virtutem graditur, qui a sanctae operationis studio nulla antiqui hostis calliditate superatur. Super eum ergo qui in hac vita graditur, deus oculos suos firmat: quia quicumque a boni propositi intentione non deficit, respectus ab eo divinae misericordiae nunquam recedit: quatinus eum semper in omnibus adiutorem habeat, ad quem indeficientis amoris desiderio incessanter anhelat. Unde & alibi per eundem prophetam scriptum est: Oculi domini super iustos.

Psal. 33.

**Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.**

**B** Sancti viri cum mala sua superant, cum ad superna intuentia bonorum operum perfectionibus volant, nihil esse quod faciunt deputant, nisi etiam alios ab errore compescant. Scriptum enim est: Charitas non quaerit quae sua sunt. Sollicita ergo discretionis inspectione in secretis cordium ipsam matrem virtutum charitatem exquirunt, quam profecto se non habere comperiunt, nisi omnibus etiam inimicis eadem velint tribui quae sibi optant impendi. Unde sancta anima quae per confessionis vocem peccata sibi dimissa non dubitat, & ipsius promissionis divinae oraculo roborata, in eo quod superest viae, hostium insidias incurrere non formidat, ad proximos alloquendos conuertitur: & ne ipsi ab hac inmensitate pietatis dei inueniantur exortes, hortatur dicens: *Nolite fieri sicut equus & mulus.* Ac si dicat: Quoniam quidem ad naturam vestram statum pietas divina vos reuocat, & similitudinis suae imaginem quam inobedientia destruxerat, benignitas Saluatoris nostri in vobis reformat: nolite diuitias bonitatis dei contemnere, nolite sicut equus alienum sessorum indifferenter portare. Equus enim sicut dominum suum ad portandum recipit, ita etiam sine discretionem alios qui volunt ascendere sessorum admittit. Qui ergo timore dei postposito, qui dominus omnium est, diabolica se potestate subiecerit: & animam, quae sedes sapientiae esse debuerat, fallacis domini ditioni mancipauerit, sine intellectu proculdubio sicut equus existit. Mulus vero sicut onus domini sustinet, ita se cuiuslibet extraneo onerabilem praebet. **C** Quisquis itaque domini illius cuius iugum suauis, & cuius onus leve, praecepta reiciens, grauissimas peccatorum sarcinas ferre non recitauerit, irrationabilem se profecto sicut mulum ostendit.

1. Cor. 13.

**In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.**

Plurimique qui praecepta dei aure cordis audire renuunt, persecutionum verberibus admonentur, ut ad virtutis amorem poenarum dolores pertrahant, quos aeternae vitae premia non inuitant. De quibus nimirum scriptum est: Sola vexatio intellectum dabit auditui. Saepem enim amator praesentis seculi ita ab eodem quem diligit mundo despicitur & impugnat: ut cum eo nequaquam currere valeat, sed fractus aduersitate torpescat. Quod divinae profecto dispensatione misericordiae agitur: quia in hoc mundo despectus, tanto celerius trahitur ad deum, quanto nihil habet in seculo ubi delectetur. Orat igitur fidelis anima ut lubricos peccantium cursus mundana aduersitate virtus divina coerceat: quatinus erroris sui desideria sequi non valeant, & hoc modo ad se reuersi, saltem ex difficultate & impotentia peccandi resipiscant. Possimus quoque per chammum & frenum verba diuinae legis accipere: quae quia peccantibus aliquando grauius minantur de poena, aliquando suauiter blandiuntur de

Esai. 28.  
Vexatio dat intellectum.

venia, dum in ora fidelium veniunt, vagos eorum gressus dolore freni & chami reflectunt. Maxillas constringunt, quia vocem iactantiae comprimunt, dum qui ex vitio superbiae solebant iactare merita, per humilitatis virtutem discunt confiteri peccata. Quare autem tantopere praeniorum hominum etiam inuitam conuersionem exoptet, ostendit cum subdit:

**Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit.**

Qui enim per superbiam erectus contra conditorem peccata augere non desierit: & hic curarum aduersantium flagellis affligitur, & in futuro duplici nihilominus contritione conteretur. Cui si ad iniquitatis suae cumulum peccanti contigerit exterius proficere, hoc ipsum sibi est diuinae animaduersionis flagella tolerare: quia modo in conspectu dei eo ipso interius deicitur, quo falsa gloria in conspectu hominum exterius eleuatur. Et illi sua in poenam vertitur culpa: quia hoc ipsum fuit vere iustus cadere, quod foras ostenditur profecisse. Haec quidem praedicta inconfidentes inueniunt: *Sperantem autem in domino, misericordia circundabit.* Diligentibus enim deum, omnia cooperantur in bonum. Qui in amore caelestium fixus, seculum perfecte despexerit, nulli omnino vanitati succumbit: nulla hunc aduersitas deicit, nulla prosperitate corrumpitur, flagellis proficit: quippe qui ea aut quae perpetravit peccata obliterat, aut quae perpetrare poterat, futura deuitat. Et sibi omnia fore existimat prospera, quae a dilectoribus mundi putantur aduersa.

Roma. 8.

Iacobi. 4.

2. Cor. 10.

**Latamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.**

Quasi diceret: Quandoquidem sperantes in domino misericordiae divinae clypeo muniuntur: *Latamini in domino & exultate iusti.* Non est impiis gaudere, dicit dominus: quia qui terrenarum rerum amore vincitur, in deo nullatenus delectatur. Et quanto quis ad temporalia acriori cura exarsit, tanto magis ab aeternis damnabili torpore frigescit. Iusti ergo solummodo, ut in domino letetur dicitur: quia qui deum toto corde non diligunt, in eo letari quamdiu secularibus delectantur, non possunt. Scriptum est enim: *Quicumque amicus huius seculi esse voluerit, inimicus dei constituitur.* Neque enim possumus hic gaudere cum seculo, & illic regnare cum Christo. Sed iusti tantum in domino exultant: quia ita extra mundum sunt facti, ut nec prosperari in mundo cupiant, nec aduersa pati nullo tacti praesentium amore pertimescant. Et notandum, quia non solum latamini dixit, sed etiam & exultate adiecit: ut intelligas eos non posse tristari in corpore, quibus divinae claritas miserationis fulget in mente. *Et gloriamini omnes recti corde.* Illi quidem qui habent cor ad terrena distortum, non gloriantur in domino, quia spem suam posuerunt in mundo. Vos autem qui cor vestrum secundum dei voluntatem dirigitis, in spe beatitudinis aeternae gloriari debetis: ut qui gloriatur, in domino gloriatur. Illa namque sine dubio est vera gloria, quam nullius inuestitiae obtenebrat poena.

Prologus tertij Psalmi poenitentialis.

**S**abbatum requies interpretatur. Sabbatum humanum genus in primo parente habuit, qui quamdiu in conditoris sui obedientia persistit, in suauissimo contemplationis diuinae lecto requieuit. In paradiso namque primus homo delictis potitus, sicut nullam in anima poterat sentire esuriam: ita etiam omnem quae ex carne nascitur, ignorabat passionem. At postquam diuini colloquij peccando familiaritatem perdidit, mortis legibus succumbens, requiem felicitatis aeternae amisit. Et in procellosos mundanae instabilitatis corruit fluctus, quia statum rectitudinis seruare contempsit. Fidelis ergo anima requiem in primo homine perditam ad memoriam reuocans, & futurum nihilominus vitae aeternae sabbatum spiritus agilitate contemplans, ab omni spiritus & carnis optat corruptione eripi, & ad futuram indeficientis beatitudinis requiem, consummato huius vitae termino, orat sine cunctatione perducatur. *Ait ergo:*

ff Explanatio



G Explanatio tertij Psalmi penitentialis.

**D**omine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

*Ignis purgatorij est grauior omni tribulatione presentis seculi.*

Quasi dicat: scio futurum esse, vt post huius vitæ exitum alij flammis expientur purgatorij, alij sententiam æternæ subeant damnationis. Sed quia illum transitorium ignem omni tribulatione æstimo presentis intolerabiliorem, non solum in furore æternæ damnationis opto non argui, sed etiam in ira transiens timeo correctionis purgari. Tu ergo domine cui in spiritu meo seruo, quem omnium saluatorem esse cognosco: ne arguas me in furore damnationis perpetuæ, neque corripas me in ira expurgantis vindictæ. De furore & ira, quia sufficienter in superioribus exposuimus: iterum tractare superfluum putamus, ne eadem repetentes, legentibus fastidium generemus. Quare autem non debeat in ira corripi, & in furore damnari, subiungit cum ait:

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

Quanto quisque plus ceperit quod amisit intelligere, tanto plus incipit corruptionis suæ sententiam quam subiit lugere. Fidelis ergo anima perpendens quod perdidit, considerans quod inuenit, videns se à paradisi gaudijs venisse ad miserias vitæ presentis: à societate angelorum transisse ad curas necessitatum: pensat quod subiacet periculis, quæ peccando gloriam perdidit æternæ incorruptionis. Nouit etiam quia mortem nulla possit ratione euadere: quæ posset, si non peccasset, semper vixisse. Has ergo sibi sagittas infixas esse conqueritur: quia iam nobis est naturaliter inditum, quod primo homini fuit pro culpæ vindicta illatum. Mortalitas &

*Mortalitatem & passibilitatem nemo euadere poterit.*

passibilitas sunt sagittæ, quæ nimirum nobis infixæ sunt: quia quoad presentis seculo viuimus, ab eis liberari aliqua ratione nequimus. Dicat ergo fidelis anima: Quandoquidem pro originali commissio mortalis effectus, magnam huius seculi miseriam sustineo, pro me autem penitentiam ago: tu qui visitabis iniquitates in virga, ne impleas amaritudinibus vniuersa. Sed cum in hoc seculo peccati poenam lugeam, saltem in futuro districtæ animaduersionis terrorem euadam. Quod vt facere debeas: Confirmasti super me manum tuam. Sicut studiosus magister frequenter verbere puerum corripit, ita à me tuæ vindictæ manus nunquam recedit. Per manum domini quam super te asserit confirmatam, miseriarum frequentiam & assiduitatem intellige. Quam ideo memorat, vt tanto facilius in futuro acquiratur venia, quanto maior hic fuit irrogata vindicta. Possimus etiam per sagittas verba dei intelligere, quæ corda quidem nostra transfodiunt, cum nobis altius infixæ, amoris dei nos vulnere compungunt. Quomodo autem sit continua hæc poena quam patitur, ostendit dicens:

*Sagittæ sunt verba dei.*

I Non est sanitas in carne mea à facie ire tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Caro humana ex quo maledictionis promeruit sententiam, portare non desistit peccati continuam poenam. Et quia nos eius incessanter infirmitas debilitat, iræ dei faciem nobis in desinenter representat. Portamus namque corpus mortale doloribus obnoxium, indigentius impeditum: quod nimirum tentationes sollicitant, sollicitudines angustant, angustia conterunt, contritiones affligunt. Quodque etiam si aliquando videatur esse validum, ipsa sua valetudine magis inuenitur infirmum. Quid enim infirmus quam assidue fame tabescere, difficultate somni languere, frigore dissolui, æstu torreretur? Quæ autem sanitas esse poterit, vbi tot malorum multitudine concurrunt? Dicat ergo fidelis anima: Non est sanitas in carne mea. Vt videlicet corpus infirmum esse sentiat, quod tam facile passionum inæqualitas permutat. Ne autem intelligas propter peccati poenam non infirmari in mente, quia dixerat sibi non esse sanitatem in carne, subiungit: Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Sicut iam dictum est per ossa virtutes accipimus, quia sine eis nullum in anima robur habemus. Omnes autem virtutes in conspectu dei vicaria ope se subleuant, nec virtutes vere sunt, si à se inuicem aliqua diuersitate discordant. Vna enim virtus sine al-

*Homine nihil infirmus.*

*Virtutes seculi parè proficiunt.*

tera, aut omnino nulla est, aut minima. Si enim aut castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas derelinquat, cum deus detestetur tam superbiam quam immunditiam: quomodo oculis eius accepta erit castitas elata, vel humilitas immunda? Non enim bona accepta sunt deo, quæ malorum admixtione maculantur: quia modicum fermentum totam massam corrumpit: & qui in vno offendit, multa bona perdit. Et qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum puluerem portat. Quia ergo virtutes animæ aut vitis impugnantur, aut plarunquæ elatione deprimuntur, rectè nunc dicitur: Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quotidieque peccatorum poenam patior, quam in ipsa peccatorum facie contemplor. Et quia sentio poenam, recogito culpam. Vel, Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quia videlicet nullam animam meam potest habere requiem, donec aliquam peccati in se habeat recordationem.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Quasi dicat: Non est mirum si non est pax ossibus meis: nam iniquitates meæ grauatæ sunt super me sicut onus graue. Iniquitas in talento plumbi sedet. Plarunquæ anima amoris dei desiderio accenditur, adeo vt etiam ad summa ambienda suffolli videatur. Sed quia graui peccatorum pondere premitur, cõ citius ad ima labitur, quo admistorum conscientia interius grauatur. Et quidem ascendere ad deum ea quæ potest virtute nititur, sed ipso suo conamine lassata, relabi compellitur. Causam vero tantæ grauitatis præmisit, cum ait: Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Nisi enim iniquitates principale cordis mei superando transcenderent, nequaquam tanta me prauorum operum depressione grauarent. Sancti namque viri, si quando in mente tentationes tolerant, illicitum cordis appetitum magna virtutis dominatione refrenant: ne si in aliquo lapsu tentatori consentiant, non iam cogitationum suarum, sed serui crudelium dominorum existant. Cum enim diabolicis anima subesse suasionibus ceperit: quæto se hosti callido crebrius subiicit, tanto eum sibi intolerabiliorem facit: vt ei iam in nullo resistere valeat, cui in vno sui oblita assensum præstat. Solerter itaque vigilandum est, vt cum pullare mentem culpa inchoat: peractam culpam quis finis sequitur, attendat: ne si male suasionis blandimenta non perspiciat, in nequissimæ tenebras perpetrationis nesciens ruat.


*Diabolo cõ sentire periculosum est.*

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.

Fidelis anima quæ in seipsam, sibi non parens, vehitur, deteriora adhuc de se quam prius dixerat, confitetur, dicens:

Putruerunt, &c. Super curatum vulnus cicatrix obducitur, dum signum præteritæ plage in resarcita cute monstratur. Quæ nimirum cicatrix necessario corrumpitur, si caro sanata iterum vulneratur. Vbi quanto magis extenditur inæqualitas corporis, tanto difficilius ostenditur efficacia curationis. Sed quid per vulnus nisi peccatum exprimitur? Quid verò per cicatricem, nisi penitentia actio designatur? Qui enim per penitentia lamen peccatum corripit, quasi cicatricem vulnere superducit. Quod si dimissa nequitia mentem iterum ad delectationem pertrahunt, superductæ vulnere cicatrices putrescunt. Cicatrices namque putrescere, est sanata iam peccatorum vulnera rursum in tentationem serpere, atque de eorum iteratione delectationem sentire. Cicatrices computrescere, est ex peccatorum suggestionibus post superductam cutem penitentia, dolorem iterum culpæ in occulto cordis per putridas cogitationes perpeti, & tandem per opus miserum quasi effuso fetore corrumpi. Quare autem hoc sibi contigit, ostendit cum ait: A facie insipientia meæ. Sicut summa prudentia est aliquem post acceptam penitentiam sollicitæ sibi circumspectionis studio in posterum prospicere: ita miserabilis insipientia est in illius vitæ ambiguo quasi accepta securitate dormire. Per insipientiam ergo negligentia, vulnus iam sanatum computruit: quia dum per studium vigilantia mens ingrata sibi in posterum prouidere noluerit, miserabilis ea quæ prius abdicauerat mala committit.

*Prudentia summa in quo consistit.*



**A** Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar.

Tanto iniquior anima fit preciosior ante oculos dei, quanto fuerit deus peccator ante oculos suos. Quid autem infelicius quam infelicitatem suam non cognoscere, & inter ipsa vitæ discrimina nullam infirmitatis dolorem sentire? Sicut enim peccatoris mentis alienationem tolerant, cum se non solum nihil pati, sed etiam incolumes putent, ita qui mortali carne circumdatus, ærumnas præsentis vitæ non senserit, à virtute sapientiæ alienus existit. Innumerabiles namque humanæ deiectionis miseriæ, sicut corda iustorum graui tristitiæ dolore conuulnerant, ita iniquorum mentes ipsa sua importunitate delectant. Cùm enim omni vanitati patentes, sola quæ carnis sunt, cogitant: & lachrymarum causas tripudiantes peragunt, mortis suæ negocium ridentes exequuntur. De quibus profectò scriptum est: quia lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Verùm qui ad sabbatum quietis æternæ peruenire desiderat: circumspècta quas patitur miseriarum multitudinè, se ipsum humilians dicat: Miser factus sum, & curuatus sum usque in finem. Usque in finem curuatur, qui iniquæ voluntatis studium usque ad effectum prauis operis terrenis inhians protrahit, & ad cœlestia ambienda non solum per gradum operis, sed nec per intentionis volatum assurgit. Sed quia culpam sæpe sequitur poenitentia: & plerumque qui cadit, adiicit ut resurgat. Sequitur:

**B** Tota die contristatus ingrediebar. Cùm sollicito se timore mens humana circumspectans, modo quæ egit, mala enumerat: modo quæ agere neglexit, bona ad memoriam reuocat: modo reprehensibilia esse in quibus versatur, conspicit: modo sibi recta opera adhuc deesse perpendit: quia malorum tantorum in se remedium non inuenit, tristitiæ intolerabilis pondere prægranata tabescit: & tanto se durius in cogitatione dilaniat, quanto terribilius esse quod imminet, iudicium pensat. Tota autem die contristatus ingreditur, qui miseriam esse deputat, si quædo ei prosperitas seculi fallaciter perniciosèque blanditur, sicut in Cantico canticorum sponsus ad sponsam loquitur, dicens: Oculi tui columbarum. Columba enim pro cantu gemitum habet. Quia ergo sancti viri seculi blandimenta timentes & dolentes cum luctu & gemitu tolerant, in quibus amatores mundi securi & gaudentes exultant, sancta Ecclesia columbis assimilatur: quia inde sanctus omnis cum dolore ingenuis, unde iniquus quisque cum gaudio hilarescit. Unde per Salomonem dicitur: Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Quare autem contristatus, viam præsentis vitæ ingrediatur, ostendit dicens:

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.

**C** In lumbis carnalibus delectatio continetur: & inde nimis humana generatio propagatur. Possumus ergo per lumbos animam accipere: quia sicut ex lumbis carnales delectationes prodeunt, ita ex anima omnes cogitationes procedunt. Deinde cùm illiciti operis tentatio subrepat, per vanarum cogitationum phantasmata spiritus malignus illudit. Sæpe namque sanctorum etiam vitiorum mentes cogitationes illicitæ polluunt: & eas iam ad summa tendentes, terrenarum rerum delectationibus tangunt. Sæpe etiam in ipso orationis tempore importunè se illis ingerunt: ut hoc ipsum sacrificium aliquo modo commaculare valeant, quod in odore suauitatis deo acceptum contrito corde & contribulato spiritu maclatur. Quod nobis apertè illud quod de Abraham scriptum est, innuit, quia circa solis occasum sacrificium offerens, insistentes aues pertulit, quas ne oblatum raperent sacrificium, sollicitè abigere curauit. Nos ergo si quando in ara cordis sacrificium deo offerimus, à malignis hoc spiritibus sollicitè custodiamus, ne tenebrarum importunitates cogitationum hoc aliquando valeant diripere, quod deo speramus vtiliter offerre. Quod autem sequitur: Non est sanitas in carne mea: idem est quod ait Apostolus: Non inuenio in me, hoc est in carne mea, bonum. Omnia namque corporis membra quæ ad usum vitæ accepimus, ad erroris materiam inclinamus. Oculos enim ad videndum obscena & tur-

pia insectamus. Aures libenter ad audiendas detractiones accommodamus. Illecebros odoratus naribus haurire concupiscimus. Iniquitatem in excelsis loquimur, & inter fratres discordiam seminamus. Salutem etiam corporis redigimus in usum vitiorum. Omnia tadem quibus vti vtiliter possemus ad dei seruitium, in prauis operis conuertimus instrumentum. Non est in carne nostra sanitas: quia nulla pars nostri corporis intentata remanet, per quam nos peccati desiderium non titillet. Sequitur:

Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.

Qui enim dixerat, non est sanitas in carne mea: ne forte in anima nihil pati putaretur, subiicit: Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Ut intelligas in anima grauissimo iniquitatis pondere obrutum, quem in carne vides tot miseriis & passionibus afflictum. Peccatum enim sicut peccantis mentem retibus delectationum illaqueat: ita etiam implicitam quasi mole superposita grauat, ut ad sublimia leuari iam non valeat, quoniam iniquitatis eam grauitudo coarctat, sicut per Psalmistam dicitur: Filii hominum usquequo graui corde? Plerumque enim & quæ agenda sunt, bona concupiscimus, & ad hæc assurgere cordis desiderio non valeamus. Et si forte mens aliquando ad bonum anhælare inchoat: grauitas quam sustinet, cogit ut cadat, quia ex pœna peccati est: ut à bono quod per rationis iudicium clarè conspicitur, per vitæ meritum anima infirma pellatur. Unde fit, ut quia ad supernam lucem intuemdam non valet ascendere, peccatis exigentibus delectetur in tenebris iacere. Et quam à supernis deiecit necessitas, eam in infimis illicita teneat voluptas. Nimis ergo humiliatus est, qui ex peccati pœna non solum cœlestia non appetit, sed etiam carnalibus & terrenis cum amore & delectatione intendit. Sed quia plerumque tanto citius ad deum anima conuertitur, quanto longius se ab eo separatam intuetur, adiungitur: Rugiebam à gemitu cordis mei. Rugitus, gemitus est cordis cum magno dolore: quia quanto vehementius poenitentis animum concurrit, tanto velocius ad aures diuinæ misericordiæ conscendit. Et notandum quod dixit, à gemitu cordis mei: quia sicut dolor carnis generat amissio pecuniæ, & pignorum, ita cordis dolorem confert exterminatio virtutum.

Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

Tale est desiderium meum, ut dignum sit in conspectu tuo. Quia enim requiem, pro qua semper est orandum, desidero: esse coram te desiderium meum confido. Sancti viri, quia mundi gloriam contemnentes, supernæ claritatis lumine illustrari solummodo cupiunt, diuinæ maiestatis conspectui semper assunt. Cùm enim sola cœlestia appetunt, usque ad contemptum deum per mentis desiderium ascendunt. Et quia quam dulcis est dominus interior sentiant, nunquam ab eo per prauæ voluntatis studium recedunt. Si enim à deo Helias propheta aliquo modo discessisset, nequaquam dixisset: Viuit dominus, ante cuius conspectum sto. Quo contra de reprobis dicitur: Non apparebit in conspectu dei omnis hypocrita. Hypocrita enim nequaquam cœlos penetrat: quia per opus bonum non deum, sed humanas laudes, vel transitorios quæstus, affectat. Et quia ad deum desiderium non dirigit, se ab eius oculis sub nequitia latebris abscondit. Qui autem per amorem spiritus cœlestia appetit, oculis dei intentionem suam ostendit. Despiciamus ergo terrena, & amemus cœlestia, ut possimus & nos dicere cum propheta: Domine ante te omne desiderium meum. Qui deum amat, ipsum solum desiderat. Qui autem eum desiderat, ad ipsum cordis voce clamare non cessat. Nisi enim de corde desiderantis magnus ad aures misericordiæ dei clamor procederet, nequaquam Moyse diceretur: Quid clamas ad me? sicut ergo frigiditate charitate cor à bonis filet: ita clamorem emittit, cum charitas feruet. Et notandum, quia dicitur desiderium, præmisit omne: ut intelligas illud deo non posse placere desiderium, quod prauæ voluntatis commaculat additamentum. Et gemitus meus à te non est absconditus. Omne desiderium in pœnam conuertitur, si non citò euenerit quod

ff ij optatur.

Prov. 2.

Anima sua salutis memor multa debet agere.

Cant. 1.

Eccles. 2.

Lumbi animam representare possunt.

Membra omnia ad utilitatem inclinamus.

Psal. 4.

B

F

3. Reg. 17.

Hypocrita te sunt reprobis.

Exo. 14.



**G** optatur. Desiderium enim non sustinet: quia sicut scriptum est: Cupiditati ipsa celeritas tarda est, & cupienti animo nihil satis festinatur. Quisquis ergo de deo in corde desiderium concipit: quia statim quod optat non obtinet, ingemiscit. Igitur hoc animo cum praemisisset desiderium, statim adiecit gemitum, dicens: Et gemitus meus a te non est absconditus. Quasi dicat: Quia desiderium quod de te concipio, per iudicium approbas: ideo dolorem quem inde sustineo, non ignoras. Scire enim dei, approbare est: sed nescire, est reprobare. Moyse namque dicit: Noui te ex nomine. Et reprobis in fine dicturus est: Nescio vos. Non ergo a deo absconditur gemitus, qui illi spiritui qui discretor est cogitationum, existit acceptus.

Exod. 33.  
Mat. 15.

Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Ac si dicat: Non est mirum si doleo, si gemo: nam Cor meum conturbatum est in me. Latrones enim timeo, temporalia damna formido, caeli motus & terrae perhorresco: undique sollicitudinibus angustor, undique angustiis premor, undique pressuris deicior. Aduersitas me deprimat, successus extollit, conuicia commouent, adulationes demulcent. Haec autem omnia ideo patior: Quia dereliquit me virtus mea.

Humanum cor ad omnem tentationis impulsus facile concutitur, si virtute constantiae interius non firmatur. Possimus quoque per hanc virtutem rationalitatem accipere, quae sita in nobis per peccatum primi parentis hebetata est: ut dei in nobis obfuscentes imaginem, creaturas sequentes, relinquamus creatorem. Sequitur: Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Solet plerumque animae peccanti contingere, ut mox cum in culpam labitur, & a sui cognitione longius separetur. Peccatum enim ipsum quod peragit, quasi murum quendam oculis se mentis opponit: adeo ut nec vnde ceciderit conspiciere valeat: nec bonum quod sibi querendum sit, cognoscat. Voluntariis namque tenebris obuoluta, quanto malis tenacius adhaerit, tanto difficilius intelligit bona perpetua quae amittit. Lux quippe veritatis prauorum culpas subtiliter examinans, si ab opere repellitur, nequaquam in corde versatur. Districto enim & occulto agitur iudicio: ut a quo inuenta negligitur, ab eo postmodum nec amissa requiratur: & qui illam non seruat in opere, notitiam illius non habeat in corde. Sed tunc homo lumen quodammodo intelligentiae habere incipit, cum caecitatis suae tenebras recognoscit. Quicumque ergo claritate luminis diuini illustrari desiderat, ignorantiae suae primitus agnoscens caliginem, dicat: Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Nec vacat quod ait: & ipsum. Ipsum sine quo cor humanum in tenebris est, sine quo viuere non valeo, sine quo bonum a malo discernere non queo. Sequitur:

**I** Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Sciendum nobis est, quod hi qui spiritu prophetiae replentur, sicut aliquando verba de se quasi de aliis proferunt, ita nonnunquam de deo quasi de seipsis loquuntur: ut in hoc quoque quod vnu cum deo sint inuuant: cum dei opera quasi sint, sua narrant. Sic etiam fideles quique, quia in corpore Christi, quod est Ecclesia, positi, membra sunt Christi, de eo quasi de seipsis aliquando loquuntur: ut dum verba capitis sui Christum iuduti, quasi sint sua enunciant, alium esse qui per ipsos profatur, ostendant. Spiritus enim sanctus per eos loquitur, sicut ipsa veritas Apostolis loquens testatur. Ait enim: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hinc etiam Paulus ait: An queritis experimentum eius qui in me loquitur Christus? Ipse est enim qui dixit: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Ipse etiam ait: Ego ipse qui loquebar, ecce assum. Cum itaque non prophetas, sed se locutum esse denunciat: profecto quia ipse in eis loqueretur, affirmat. Non autem admirandum est, si de seipso aliquando loquitur qui intus praesidet: quandoquidem ipse est qui os & animam per officium obloquentis adimplet. Sic ergo & in hoc loco, enumeratis aliquibus humanae infirmitatis miseris passionem suam commemorat: ut

Mat. 10.  
1. Cor. 13.

Psal. 80.  
Esai. 52.

capiti congruere quod conuenit membris ostendat. Et fiat nobis magnum consolationis remedium, si illum etiam passionis nostrae fieri participem cognoscimus: quem laborum quos patimur, futurum remuneratorem speramus: sicut etiam alias loquitur: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Ait ergo: Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Quasi dicat: Non solum membra mea illis quibus praedictum est modis conturbantur, sed etiam ego ut virtutem in primo parente perditam eis restitutam, conturbationem auferam, lumen nihilominus amissum reddam: solus inter mortuos liber, factus sum obediens patri usque ad mortem. In qua morte: Amici mei & proximi mei aduersum me, &c. Multi ex Iudaeis amicos se Christi dicebant, multi eum miracula facientem sequebantur. Multi eum dominum, multi vocabant magistrum: sicut legis doctor, qui cum vellet eum capere in sermone, dicebat: Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces. Proximos quoque eosdem appellat Iudaeos, secundum carnis sibi cognationem propinquos. Neque enim fratres eius credebant in eum. Qui omnes appropinquauerunt Christo: non mente, sed corpore: non passibus fidei, sed processu nequitiae: non voluntate sequendi, sed intentione nocendi. Quod factum est, quando congregati in atrio principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, consilium fecerunt, ut eum dolo caperent & occiderent. Aduersus eum steterunt, quando constanter accusabant eum, & quando clamantes dicebant: Crucifige crucifige eum.

Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant qui querebant animam meam.

Scriptum est enim: Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Et iterum: Stabant autem noti eius de longe: Et vim faciebant qui querebant animam meam. Volente Pilato Christum dimittere, Iudaei clamabant: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: Omnis qui se regem facit, contradicit Caesari. Vim ergo faciebant qui iudicem iniuste iudicare minis & clamoribus urgebant. Animam Christi Iudaei querebant: non ut in eum crederent, sed ut illum perderent. Vel aliter:

Vim faciebant quia sua vi & potestate Christo mortem inferre putabant. Sed ipse eis dicebat: Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam, & sumo eam. Et iterum: Potestatem habeo ponendi animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Mala Christo principes sacerdotum inquirebant, quando falsum testimonium contra eum, sicut Evangelica lectio testatur, querebant. Et omnibus inquisitis, locuti sunt vanitates. Dicit enim Evangelista, quia non erat conueniens testimonium ipsorum, sicut illorum qui dicebant: Hic dixit. Possum destruere templum dei, & in tribus diebus reaedificare illud: Et dolos tota die meditabantur. Non enim casu aut ignorantia peccauerunt, qui scienter mendacia confixerunt. Grauiori ergo poena plectuntur, quia eorum delicta qui ex praecipitatione corrumpunt, exquisita per studium peccata transcendunt, sicut in eadem passione sua veritas ait: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet: Et alibi: Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Et iterum: Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt, & me, & patrem meum. Tribus namque modis peccatum admittitur. Aut ignorantia incurritur, aut infirmitate committitur, aut studio perpetratur. Sed sicut grauius est infirmitate quam ignorantia delinquere, ita peius est studio quam infirmitate peccare. Ignoranter quidem Paulus peccauerat, qui dicebat: Qui prius fui blasphemus & persecutor, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Per infirmitatem vero Petrus cecidit, quando mentis suae aedificium fidei fundamento titubante concussit. Et quia subire mortem pertimuit: ad ostiarum vocem, vitam negauit. Unde post setum amaritudinis a domino respicitur: quia electi quique eo citius miserationis diuinae diuitias inueniunt, quod se si quando per carnis infirmitatem deliquerunt, durius & amarius

1. Ioh. 15.

Mat. 22.

Mat. 26.

Mat. 4.

L.

Mat. 26.

Ibidem.

1. Ioh. 19.

1. Ioh. 10.

Mat. 26.

M.


1. Ioh. 19.

1. Ioh. 15.

Peccatum tripliciter committitur.

1. Tim. 1.

Mar. 14.



**A** amarius affligat. Ex industria autem Iudæi peccauerunt, qui eum quem in iudiciis miracula facientem videbant, execrabili invidia facibus accensi, ut morti traderent, consiliū quaerebant. Vnde exultationem de peccato suo non habent: quia etsi malum sit bona non agere, tamen nequius est bonorum doctorum acta odisse.

**E**go autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.

Disce qui maledicta & irrisiones pateris, in omnibus feruare patientiam & obtreptantium linguas audire. Diffimula, ne si tu contumeliis conuitia retuleris, à doctrina Christi extorris inueniaris. Mediator nanque dei & hominum, homo Christus Iesus, qui ad hoc venerat, ut humilitatis & patientiæ præberet exemplum: non solum iniurias sustulit, sed nec conuitantibus respondit: nos in hoc instruens: ut eū perfidorum iniuriis impetitur, etiam si vera dicere possumus, ad contumelias reddendas non erumpamus, ne ministerium correctionis in arma vertamus furoris.

**E**t factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

Sicut homo non audiens erat, cui nihil ad obiecta respondenti, Pilatus dicebat: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Qui cogitationes iniquorum nouerat, blasphematum voces non audiebat: Nulla enim blasphemia eum mouere poterat, qui penitus omnem mutabilitatem ignorat: & qui posset eis vera pro falsis respondere, ut adimpleretur quod de eo per prophetam scriptum est: Tanquam ouis sine voce, sic non aperuit os suum. Redargutiones enim in ore suo Christus non habebat, qui vnde eos reprehenderet, nihil in cordibus, nihil in actibus eorum laudabile videbat. In ore redargutiones non habebat, qui vnde eos reprehenderet, in promptu habebat, & in ore suo habebat vnde posset eos redarguere, ex quo nullus vnquam potuit mendacium audire.

**Q**uoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus.

Quasi dicat: Ideo omnia patienter sustinui, ideo ad eorum contumelias non respondi: Quoniam in te domine speraui. Tibi enim domine reuelavi causam meam: In te domine speraui: non in sapientia seculi, non in diuitiis mundi, non in viribus corporis, non in nobilitate carnis, non in tutamento principum, non in præsiidiis amicorum. Verba sunt hæc Christi secundum humanam naturam. Sic ergo & membrum Christi, si quando persecutionibus affligitur: & si flagellis atteritur, si conuitiis prouocatur, illum qui propositus est nobis forma iustitiæ, in omnibus imitetur: non deficiat si causa sua non auditur, apud terrenum iudicem, sciens quoniam confesum habet in excelsis regem cœlestem. Speret, quia si in hoc seculo immeritò accipit damnationis sententiam: à deo accipiet in cœlo coronam. Sciat, quia retributionis eternæ gaudium nequaquam in cœlo colligitur, nisi prius in terra cum fletu & gemitu, & amaritudine seminetur: sicut scriptum est: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Sicut enim carne quiescente spiritus deficit, ita ea laborante conualescit. Et quemadmodum carnem mollia nutriunt, ita animam dura ad alta sustollunt. Illa nanque delectationibus pascitur, hæc amaritudinibus vegetatur. Denique illam leuia refouent, istam verò aspera exercent. Et rursus, sicut carnem dura conuoluerant, ita spiritum mollia necant. Et sicut carnem laboriosa attenuant, ita spiritum delectabilia angustant. Nos ergo quanto grauiora in hoc mundo tentamenta perferimus, tanto spei nostræ anchoram in deo immobilius figimus, ut dicere veraciter auctoritate in nostro possumus: Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus.

**Q**uia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Gauiis sunt Iudæi occiso Christo, sed non sunt ei supergauiis, quia in causa mortis eius ipso sunt inferiores inuicti. Qui

enim, ut à morte redimeret hominem, mortis legibus subiacuit: tertia vero die victoriosissime à mortuis surrexit. Hoc est quod ante omnia secula clementissimæ dispensationis moderamine sapientia dei statuerat: hoc est quod caro sine contagione peccati assumpta euidenter rogabat, cum diceret: Pater, clarifica filium tuum. Hoc etiam multo ante tempore per prophetam manifestauerat, dicens: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ipse enim dixit: & facta sunt. Sequitur: Et dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Pedes dicti sunt Apostoli: quia sicut pedes corpus deserunt, ita Apostoli Christum in omnium gentium notitiam detulerunt: iuxta quod scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum. Qui nimirum commoti sunt, quando eum quem pati viderunt, esse filium dei dubitauerunt: sicut ille qui dicebat: Nos sperabamus quod ipse esset redempturus Israël. Pedibus ergo commotis, super Christum inimici eius magna locuti sunt, quia Apostolis conturbatis & fugientibus, Iudæi illum reum esse mortis iudicauerunt. Possunt quoque hæc verba fidei animæ conuenire. Habet namque fidelis anima inimicos suos in hac vita, habet qui contra eam interius dimicent, habet etiam qui eam extrinsecus impugnent. Sed super eam inimici gaudere non valent: quia consilij spiritu & fortitudinis repleta, & suggestiones diabolicas abdicat, & rabiem persequentium calcit. Cuius affectus si timore aliquo senserint, qui persequuntur arcem intentionis, proposito promoueri: vel si cognouerint inuisibiles hostes prauis eam suggestionibus delectari: tanto grauiores tentationes ingerunt, quanto magis de victoria confidentes, quali vnquam ingrediendi aditum inueniunt. Difficile enim inimico resistitur, si persuasionibus illius anima delectatur. Ideo ut non supergaudeant mihi inimici mei, confido:

**Q**uoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

Malo enim occidi quam vinci. Flagella libenter patior, persecutiones amplector, visitationes desidero, correptiones concupisco. Sancti viri in hac vita flagellari desiderant: ut flagellis correcti, & imminentes culpas videant, & commissas ante oculos ponant. Sæpe enim delinquentes oculos flagella aperiant: quos inter vitia insolentiæ & securitatis tenebræ concludunt. Sæpe torpentis animus persecutionibus tangitur ut excitetur: quatenus qui statum suæ rectitudinis per securitatem perdidit, in afflictione consideret quò peruenit. Sequitur: Et dolor meus in conspectu meo. Sicut causam reddidit quare visibiles inimicos non timeat, quasi imputet beneficium quod ipsi inferunt pro tormento: ita etiam quare veritatis diaboli non timeat, subdeando manifestat: Et dolor meus in conspectu meo semper. Scriptum est enim: Cor quod cognouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscbitur extraneus. Nam qui omnes vitæ presentis erumnas frequenter cogitat, quæque sunt tranquilla que perdidit, quàm confusa in quibus incidit perierat: quia supernæ patriæ desiderijs accensus, mundo nequam & concupiscentiis eius moritur, nullis vanitatis mundanæ delectationibus occupatur.

**Q**uoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Qui peccatum suum confitendo annunciat, & pro eiusdem peccati satisfactione cogitare non cessat: quia nullam in mundo inuenit requiem, in conspectu suo semper habet dolorē. Vnde cū dixisset: Dolor meus in conspectu meo semper. Quasi quomodo hoc fieri possit quaeremus, subiicit dicens: Quoniam iniquitatem meam annuncio. Hæc sunt namque veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quæque cognoscere, & cognita voce confessionis nunciare, & nunciata poenitentia satisfactione delere. At contra omne prauorum hominum vitium est, & peccatū labendo committere, & committitum negando abscondere, & vulgatum defendendo multiplicare. Sciendū tamen est, quia peccata sua sæpe & reprobi confitendo aperiant: sed quia nouæ vitæ habitum immutare despiciunt, ea ipsa que confitentur, fere obstinati contemnunt. Electi verò culpas suas non solum voce confessionis

10an. 17.  
Psal. 15.  
Psal. 32.  
Apostoli dicuntur peccata Christi.  
Psal. 18.  
Lucæ. 24.

Oculi flagellis aperiantur.

PRON. 14.

Humilitas vera per quid cognoscitur.

Mat. 27.

Esa. 53.

Psal. 125.

Carnis & animæ diuersa sunt alimenta.



Gnis denunciant: sed etiam districtae animadversionis eas fletibus abolere procurant. Ad poenitentiae nanque se lameta incitant, occulta se increpatione dilaniant: & futuri iudicii timore percussi, si qua in eis adhuc male gesta lateant, diligenter inuestigant. Saep enim quod torpentes latuit, flentibus innotescit. Et qui reatum suum securi nesciunt, hunc in se contra se erecti deprehendunt. Cogitemus ergo & nos pro peccato nostro, & amara illud poenitentiae inuentione persequamur, ne dum culpas nostras pensare negligimus, peccati pondus per negligentiam augeamus. Sequitur:

Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Occulti dispensatione consilij, conditor noster & culpas mortalium inspicit, & spatia vitae disponit, ut diuturnae vitae tempora quibus iustus vititur ad bene operandi auxilium, iniquus accipiat ad damnationis augmentum. Si enim accepta quis poenitentiae tempora diuertit ad culpam, districtus cum venerit iudex, iudulda misericordiae spatia conuertit ad poenam:

Et confirmati sunt super me. Ad hoc nanque omnipotens deus aliquando peruersos patitur diutius viuere, ut & ipsi male uiuentes praua quotidie opera augeant, & contemptores seculi ex eorum nihilominus persecutione clarescant. Qui fastu superbiae tumentes, eo se grauius aduersus electos erigunt, quo in mundo eis cuncta ad votum succedunt. Nec intelligunt, quod in vita sua plerumque bona mali recipiant, & ideo eos aut raro aut nunquam aduersa conturbant. Nam & iniquitatum suarum fautores perditos quosque eo citius itales inueniunt, quod mundi gloriam quaestu & muneribus quaerunt. Vnde & subditur. Et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Nihil est iniquius quam odium pro dilectione rependere, mala pro bonis retribuere, pro correptione iniurias respondere. Quod plerumque mali faciunt, cum iustos qui eorum saluationem appetunt, execrabilis nequitiae percussione affligunt. Atque ideo subiungit:

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Qui reddit mala pro bonis, bonus non est. Qui non reddit bona pro bonis, ingratus est. Qui autem reddit mala pro bonis, iniquus est. Solent nanque perditii homines bene uiuentibus inuidiose detrahere, aut notam eis excogitati criminis infingere, aut purae vitae innocentiam, simulationem vocare. Quare autem hoc faciant, ostendit cum ait: Quoniam sequebar bonitatem. Bonitatem sequitur qui Christum imitatur. Cuius imitatores tanto in hac vita grauiora tentamenta perferunt, quanto longius corde a mundo discedunt. Dicit enim Apostolus: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Et alibi scriptum est: Multae tribulationes iustorum. Iusti nanque qui ea quae dei sunt, tota intentione desiderant, & supra mundum facti, mundana omnia quadam virtute dominationis conculcant: non solum in occulto cordis diabolicas infestationes tolerant, sed etiam peruersorum malitiam decoris suae conuersationis iustamant. Verum quia ad superandum nullus inuenitur idoneus, nisi qui fuerit virtutis diuinae fortitudine roboratus, qui persecutorum flagellis atteritur, qui detraherentium dentibus mordetur, praesentiam & auxilium diuinae maiestatis exoptulat, ut eius sultus praesidio: contra omnia quae patitur aduersa conualecat. Ait ergo:

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Qui reddit mala pro bonis, bonus non est. Qui non reddit bona pro bonis, ingratus est. Qui autem reddit mala pro bonis, iniquus est. Solent nanque perditii homines bene uiuentibus inuidiose detrahere, aut notam eis excogitati criminis infingere, aut purae vitae innocentiam, simulationem vocare. Quare autem hoc faciant, ostendit cum ait: Quoniam sequebar bonitatem. Bonitatem sequitur qui Christum imitatur. Cuius imitatores tanto in hac vita grauiora tentamenta perferunt, quanto longius corde a mundo discedunt. Dicit enim Apostolus: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Et alibi scriptum est: Multae tribulationes iustorum. Iusti nanque qui ea quae dei sunt, tota intentione desiderant, & supra mundum facti, mundana omnia quadam virtute dominationis conculcant: non solum in occulto cordis diabolicas infestationes tolerant, sed etiam peruersorum malitiam decoris suae conuersationis iustamant. Verum quia ad superandum nullus inuenitur idoneus, nisi qui fuerit virtutis diuinae fortitudine roboratus, qui persecutorum flagellis atteritur, qui detraherentium dentibus mordetur, praesentiam & auxilium diuinae maiestatis exoptulat, ut eius sultus praesidio: contra omnia quae patitur aduersa conualecat. Ait ergo:

Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris a me.

Illos proculdubio dominus relinquit, quibus constantiam in tribulatione non tribuit. Necessario enim sequitur, ut omni tentationi sit subditus, quicumque a deo fuerit derelictus. Qui ergo tentamenta diaboli metuit, qui pati in hoc seculo aduersa pertimescit, ad deum tota virtute se conuertat: clamet ad deum medullis cordis, & dicat: Ne derelinquas me domine deus meus. Quod verbum si cum affectu & desiderio saepe replicare studuerit: puto quod quandam in eo dulcedinem sentiet, quam sermo noster explicare non valet. Sequitur: Ne discesseris a me. Sancta anima quae solum deum perfecte desiderat, precatur, ut nec ad horam deus ab illa discedat. Nouit enim, quia inter inimicos graditur: nouit, quia omni

1. Tim. 3.  
Psal. 23.

tempore diabolus sibi aduersatur. Quia ergo omni tempore intelligit sibi imminere pericula, etiam momento temporis non potest esse secura.

Intende in adiutorium meum, domine deus salutis meae.

Quasi dicat: Tu qui es adiutor in opportunitatibus in tribulatione, noli me velut alienum negligere, noli velut extraneum abdicare, immo intende in adiutorium meum: tuque me inter letifera tentationum iacula protege, tu ab omni inimicorum incurfione defende, tu in corde meo intelligentiae lucem illumina, tu me ab omni malo, auxilio tuae virtutis circunda. Quod bene debes facere, quia tu es dominus meus. Te enim solum habeo domitium, te solum confiteor deum. Congruum ergo videtur, ut qui es restitutor salutis in primo parente perditae, sis & conseruator eiusdem in me per gratiam restituta.

Prologus quarti psalmi poenitentialis.

Nota est historia de qua titulus iste sumptus est. Dauid enim captus pulchritudine Bersabee uxoris Vriam, non solum cum ea carnaliter coit, sed etiam occiso viro eam sibi in coniugium copulauit. Postea vero cum venisset ad eum Natha propheta, eumque suo iudicio, inducens de ouibus similitudine, condemnasset: non solum peccatum celare vel defendere noluit, sed etiam confessus quod secerat, ad dura se poenitentiae lamenta conuertit. In psalmo tamen nulla fit de historia mentio, sed magna cognoscitur animi dolentis affectio. Admonemur autem in hoc psalmo prospera metuere, & contra omnem seculi felicitatem acrius vigilare. Saep nanque praesentia gaudia sequuntur perpetua lamenta. Sicut enim per fletus ad gaudia ducimur, ita per gaudia ad fletum peruenitur. Ille nempe qui dixit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: ipsemet ait: Vae vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Quis sanctior Dauid? Qui cum Saulis persecutionibus vrgeretur, non solum persequentem occidere non voluit, sed ipsi persecutori cum ipsum occidere posset, pepercit. Tanto enim in dei misericordiam spem suam fixerat, quanto miserabilis infirmitatem suae tribulationis sentiebat. Verum ubi deuictis hostibus pressuris caruit, homicidium adulterio incaute securus adiecit. Admonemur etiam in hoc psalmo carnales cupiditates restringere, & de dei misericordia nunquam desperare. Quisquis ergo desperans de venia, agere poenitentiam dubitat, Dauid poenitentiam ad animum reducat. Audiamus & nos Dauid clamantem, & nos cum eo clamemus. Gementem, & congemiscamus. Audiamus flentem, & collachrymur. Correctum, & collaetetur.

2. Reg. 11.

L

Prospera sunt metuenda.

Mat. 5.  
Luca. 6.

Expositio quarti psalmi poenitentialis.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

Ponamus ante mentis oculos aliquem grauius vulneratum, & vix iam vltimos huius vitalis aerae trahentem anhelitus, qui & nudus in sterquilinio iaceat, & vulnus nondum ligatum ostendat, aduenientis medici desiderio confici, & agnitu ut sui misereatur precari. Vulnus enim animae, peccatum est: de quo dicitur: Vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Agnosce interius vulnerate medicum tuum, & ei peccatorum tuorum vulnera detege. Audiat cordis tui gemitum, cui omne patet cogitationis arcanum. Moueant illum lachrymae tuae, & quadam illum importunitate quaerendi semper ad eum alta de profundo cordis suspiria educito: peruensat ad eum dolor tuus, ut dicatur etiam tibi: Transtulit dominus peccatum tuum. Clama cum Dauid, vide quid ipse dixerit: Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Quasi diceret: Ingenti vulnere periclitor, quod nullus medicorum curare valeat, nisi medicus ille qui est omnipotens succurrat. Omnipotenti enim medico nihil est insanabile, qui sicut medetur sine precio, ita salutem restituit verbo. Desperare ergo de vulnere, si non praesumerem de omnipotente. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Quae-rant paruam misericordiam, qui ignoranter contrahunt culpam.

Esai. 1.

2. Reg. 12.

Ego.

Ego autem sicut grauer cecidi, ita etiam scienter peccaui. Sed tu omnipotens medice & contemptores corrigis, & uescientes instruis, & confitentibus ignoscis. Utinam domine Iesu ad me misericordia motus digneris accedere, qui descendens ab Hierusalē in Hiericho, proruēs scilicet de summis ad infima, de vitalibus ad infirma, in angelos tenebrarū incidit, qui non solum gratiæ spiritalis mihi uestimentū abstulerunt, sed etiam plagis impositis semiuuium reliquerunt. Utinam peccatorum meorum vulnera, data mihi recuperandæ salutis fiducia alliges, ne deterius sauiant si sanari desperant. Utinam oleum mihi remissionis adhibeas, & uinum cōpunctionis infundas. Quod si in iumentum tuum me imposeris, de terra inopem, & pauperem de stercore suscitabis. Tu es enim qui peccata nostra pertulisti, qui pro nobis quæ non rapueras exoluisti. Si in stabulum me Ecclesiæ tuæ duxeris, corporis & sanguinis tui me refectioe cibabis. Si curam mei egeris, nec præcepta tua prætereo, nec fremendum rabiem bestiarum incurro. Custodia enim tua indigeo, quando diu carnem hanc corruptibilem porto. Audi ergo me Samaritane spoliatum & uulneratum, flentem & gementem, inuocantem, & cum Dauid clamantem: Misere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam.)

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

**B** Peccata mea magna sunt & multa, & ideo non solum magnā misericordiam expeto, sed etiam multitudinem miserationū tuarū requiro, ne pro aliis quod metuo subeam supplicium, si unum solum non deleter peccatum. Per misericordiam, miserentis affectum intelligimus, per miserationem uero ipsam misericordiam exhibitionem signamus, iuxta quod scriptum est: Misericors & miserator dominus. Superfluū enim esset utranq; ponere, nisi esset uarietas in significatione. Scire debemus quia nemo est insanabilius eo qui sibi sanus uideatur. Illud enim est clarum uenturæ salutis indicium, si incipit homo cognoscere semetipsum. Semetipsum autem Dauid cognoscebat, cum multitudinem miserationum quærebat. Dicat & peccator cum eo: Secundum multitudinē miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.) Imensas & innumerabiles mundo exhibuisti misericordias, quando genus humanum de seruitute diabolicæ tyrannidis eripuisti, & à peccatis suis in sanguine tuo electos tuos lauasti. Lauet sanguis iste peccatorum meorum maculas, qui totius mundi potuit delere offensas. Non postulo à te aurū, non lapides preciosos, non laboribus & naufragiis exquisita commercia, nō peregrinas merces de remotis terrenarum regionum multo ad nos discrimine delatas, quæ etiam fortium sæpe uirorum mentes effœminant, & falsæ pulchritudinis imagine illectas captiuant. Verūm quod omnibus his est præstantius & preciosius, remissionem peccatorū expeto. Quæ tunc uera esse probabitur, si addito fructu penitentiae, gratiæ tuæ muneribus cumulatur. Quid enim mihi prodest malorum quæ feci impunitas, nisi etiam bene operandi subsequatur facultas?

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Quid iniquius quàm alienam contrectare uxorem? uirū eius nec scientem nec lachrymantem occidere? Et hoc quidem fecerat propheta de gregibus ouium sublati, de post fetentes ad regni gubernacula assumptus, corporis fortitudine præditus, spiritalis gratiæ donis illuminatus. Qui tanto grauius ceciderat, quanto celsius & regni gloria & excellentia uirtutum cæteris præeminebat. Gloria nanque præcedentis præconiū, sequentis culpæ adauxit reatū. Tanto enim quisque grauius corrumpitur, quanto antequam caderet, in conspectu dei altius ascendit. Dicat ergo: Amplius laua me ab iniquitate mea.) Profit mihi domine quod cecidi. Lauetur cum hac macula notæ delictorum, quas hætenus neglexi. Sæpe namque quædam malè gesta plangimus, ipsa uero amaritudinis ad discutandos nos excitati, alia in nobis plāgenda inuenimus. Quæ admissa eo facilius obliuioni tradimus, quod ea uel nulla uel leuia putamus. Sed succrescens amaritudo poenitentiae, non solum maiora peccata cordi nostro congerit, sed etiam minima quæq; ad memoriā reducit. Quæ omnia tanto obli-

natiis prosequimur, quanto omne malitiæ germen uigilantius extirpare de corde conamur. Lauatur ergo amplius, cui non solum quod in se punit peccatum dimittitur, sed etiam alia quæ obduserat obliuio, nihilominus deletur. Aquæ quibus diluitur iniquitas, dona sunt sancti spiritus: quæ quasi torrens de supernis uenientia, sicut electorum corda ut germinant irrigant, ita etiam ab omni inquinamēto carnis & spiritus emundant. De hoc quippe torrente scriptum est: Fluminis impetus latificat ciuitatem dei. Et à peccato meo munda me.) Inquinauit me facinorum colluies, polluit peccati contagium, sed ad fontem confugio misericordiarum. Potēs es me & ab iniquitate abluere, & à peccato mundare. Inique egi innocentem opprimens, peccatum feci mihi ipsi non parcens. Sciebat enim propheta quia quicumq; molitur laedere alium, prius proprio iaculo percussit semetipsum. Quid crudelius quàm semetipsum occidere? Si os mentientis occidit animam, quāto magis gladius ferientis extinguit uitam? Unde scriptum est: Misere anime tuæ placens deo. Et iterum: Qui sibi nequam est, cui bonus erit?

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Quasi diceret: Scio quem inuocem. Iustū inuoco, qui & peccata odio habet, & ista impunita non dimittit. Sicut eius misericordiam expeto, ita etiam iustitiam ipsius attendo. Nam sic postulo misericordiam accipere, ut uelim ab eo iustitiā suam offerre. Nolo ut peccatū meum remaneat impunitum. Sic misericordia est ut peccati ignoscat, sic iustitia est ut peccatum impunitum non transeat. Sed quia peccatum meum ego ipse pauco, ideo ut tu me non punias tam uehementer exoro. Ideo agnosco, ut tu ignoscas. Ergo misere mei, laua, munda, quoniam iniquitatem meam ego agnosco. Et peccatum meum contra me est semper.) Non posui super dorsum quod feci, non intueor alios oblitus mei. Non affecto de oculo fratris festucam eicere, & trabem quæ in oculo meo est, non considerare. Peccatum meum contra me est semper.) Quicumque misericordiam dei inuenire desiderat, necesse est ut iam grauer peccata agnoscat, puniat culpas fletibus, faciē domini in confessione præueniat, ponat ante cordis oculos & culpas operis, & ultime terrorem animaduersionis: penset quā discretus iudex ueniat, qui ideo peccatores sustinet, ut eis conuersis minus inueniat quod cōdemnet. Ascendat tribunal mentis suæ, cōstituat se ante se, uideat scēditatem suam ut corrigat, ne uolens tandem uideat & erubescat. Sit sibi iudex incorruptus, torqueat eum timor, erūpat confessio, ut cum propheta possit dicere deo: Iniquitatem meam ego cognosco.)

Tibi soli peccaui & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Homo homini non peccat, quia eum aut par aut grauior culpa inquinat. Deus solus iuste peccata uiscitur, quia ipse solus est in quo non potest inueniri quod puniatur. Quia ergo solus deus parcat, solus iuste iudicat, ipsum solū offendit qui peccat. Quis enim se quisque peccando dissimilem deo facit, eo tremendam superni iudicis maiestatem offendit. Clamet ergo ad deum peccator, clamet iniquitatum suarū conscius, clamet medullis cordis, & dicat: Tibi soli peccaui.) Quia tu solus es sine peccato. Et malum coram te feci.) Ab aliis quidem peccatū meum ignorari potuit, te autem latere nequit. Penetrabilius enim omni gladio ancipiti, penetras ut que ad diuisionē animæ & spiritus, artū quoq; & medullarū, & discretor es cogitationū cordis. Nulla creatura in cōspectu tuo est inuisibilis, quia omnia nuda & aperta sunt oculis tuis. Intantū es sine peccato, ut etiā iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Scribit Apostolus dicens: Est autem deus uerax, omnis autem homo mendax: sicut scriptum est: Iustificeris in sermonibus tuis. Si deus uerax est, necessariū in uerbis suis iustus est. Nam si in sermonibus suis falsa ueris insereret, iustus omnino non esset. Sed absit à fidelium cordibus, ut esse in deo mendacium putemus. Fidelis enim est in omnib; uerbis suis, & sanctus in omnib; operibus suis, sicut ipse etiam ait: Coelum & terra transibunt, uerba autē mea non transibunt. Deū ergo ueritas iustificat, hominem

ff iij) uerō

Luc. 10.

Psal. 112.  
1. Pct. 2.

Misericordia & miseratio differunt.  
Psal. 110.

Peccatum prelati grauius est quam subditi.

Psal. 45.

Ecdl. 30.

Mat. 7.  
Luc. 6.

Roma. 3.

Psal. 144.

Mat. 24.



G verò mendacium condemnat. Sequitur: Et vincas cum iudicaris. Prævidebat propheta deum in carne venturum, qui humano condemnandus esset iudicio, vt æternæ mortis homo careret tormento, ideoque ait: Et vincas cum iudicaris. Quasi diceret: Omnes qui iudicati sunt, etiam si multum fuerint in virtute prouecti, non omnino iniuste subierunt iudicium, quia antequam iudicarentur aliquo modo commiserunt peccatum. Tu verò cum mortis iniuste sententiam acceperis, quia solus homo inter homines ab omnibus peccatis es immunis, vincas ergo omnes iudicatos, cum iudicaris vel tu deus pater in filio, vel tu deus verbum in homine assumpto. Quod tamè intelligi & aliter potest, quasi dicat: Ideo vt miserearis precor, vt laues, vt mundes: vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, verax appareas in promissis. Promisisti enim iustis regnum æternum, & virtutum amatoribus vitæ æternæ brauium præparasti. Sed nisi me & alios iustifices, nõ poteris inuenire quos damnes. Iustifica ergo me, vt tu iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Iudicant te, qui negant post lapsum reparationem fieri, & remissionem peccatorum nemini dandam astruunt. Quos si mihi peccatum remiseris, velut fabricatores mendacii & peruersorum dogmatum cultores superabis. Vel iustifica me, vt iustificeris in sermonibus tuis. Promisisti enim quod de stirpe mea carnem sis assumpturus: sed si me de tanto non emundes scelere, de cuius semine carnem assumas videor indignus. Tu enim es qui dixisti: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Laua me ab iniquitate, ne sim fraudatus à promissione. Et vincas cum iudicaris. Iudicatus dominus vicit, quia vnde in passione succubuit, inde maiorem sui gloriam resurgendo manifestauit. Iudicatus vicit, quia quorum ad tempus iudicium moriendo subiit, eos iusto iudicio condemnatos æterna morte multauit.

H Psal. 131.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Opus est domine vt miserearis, quia ab ineunte vitæ primordio, in peccati foueam incidi, & concupiscentiæ carnalis fordidibus inquinata natiuitatis meæ initia contraxi. Nõ in me illa quæ nouiter admisi, sola viget iniquitas, habeo in me etiã ex veteri quod ignoscas. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Nõ ideo homines in peccatis concipiuntur, quia peccatum sit conjugibus commiseri: hoc enim opus castum non habet culpam in coniuge, quia nuptiale fœdus non exorbitat à fide. Deus enim copulam maritalem instituit, quando masculum & foeminam in principio creauit. Qui quidem sine peccato filios ederent, si in paradiso positi, in conditoris obedientia persistissent. Sed quia à statu rectitudinis primus homo peccando corrui, peccati poenam ad filios misit. Carnalis enim delectatio poena peccati est, quæ ex radice peccati ita contrahitur, vt nullus absque illa in mundo generetur.

Matrimonium dicitur castum.

I 1. Cor. 15.

Sed sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Confiteatur ergo poenitens de culpa quod metuit, vt consequi valeat de venia quod cupit.

Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Peccata nisi hic puniantur, in alio seculo seuerissimam sentiet peccatores ultionem.

Ideo vias meas à principio arguo, peccata mea ego ipse cõdemno, quia veritatem dilexisti. Veritatem deus diligit, quia sine vltione delictum non deserit. Aut enim hoc homo in se puniens persequitur, aut postmodum deus districto examine vlciscitur. Sine ergo sit magna siue parua iniquitas, nisi puniatur ab homine poenitente, punietur à deo iudicante: sicut per quendam sapientem dicitur: Sciens quia non parceres delinquenti. Delinquenti non parcitur, quia sine vindicta peccatum non relaxatur. Veritatem itaque deus diligit, quia iustum iudicium non prætermittit: Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Qui non est securus de munere veniæ, non est vehemens in executione vindictæ. Et quidem ante aduentum Christi incertum fuit, si grauius lapsi possent habere veniam, & peccatorum remissio complures latuit, sed Dauid qui redemptorem mundi vt peccata tolleret, futurum præuiderat, de peccatorum indulgentia non dubitabat. Non ignorabat opus sapientie dei à seculis absconditum, ante omnia tempora dispositum, exhibitum in finem

seculorum. Namque sapientia filius dei est, de quo scriptum est: Christus dei virtutem, & dei sapientiam. Ipse est per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Ipse est de quo propheta dicit: Omnia in sapientia fecisti. Dignum autem fuerat vt per eum fieret remissio, per quem facta fuerat creatio: & ipse esset largitor gratiæ, qui fuerat omnibus author naturæ. Quam remissionem sicut in tempore gratiæ confidentibus tribuit, ita ante aduentum suum eum expectantibus prærogauit. Hæc sunt incerta & occulta diuinæ dispositionis consilia, omnibus gentibus per dei sapientiam vltimis temporibus reuelata. Quæ quia Dauid per spiritum cognouerat, de dei cõfidenter misericordia præsumebat. An non Ninuitis incerta erant, qui poenitentiam agentes, super prædicatione Ionæ hæsitando dicebant: Quis scit si conuertatur & ignoscat deus?

K 1. Cor. 1. Ioan. 1. Psal. 102. Ionæ 2.

Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor.

Hyssopus est herba humilis, laxo quidem adhærens, & parum utilitatis in seipsa sui facie ostendens, quæ tamen pulmonis inflationem deprimit, & virtutis sue acrimoniam si conuertatur ostendit. Quid ergo per hyssopum, nisi Christi humilitas designatur? Ipsa est enim quæ omnem in nobis reprimit contumaciam, sicut herba illa pulmoni inflato adhibet medicinam. Quis etenim iam dedignetur in mundo se pro deo abdicere, cum audiat dei filium opprobria & derisiones subiisse? Quis supplicium pro deo perpeti arbitretur dedecus, cum ipse rex regum & dominus dominantium morte turpissima propter nos sit condemnatus: præsertim cum ipse sit nobis positus forma iustitiæ, cuius & audire imperia, & sequi debeam?

Hyssopus est herba, Christi humilitatem significat.

exempla: sicut ipse in Euangelio ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Iuxta legis quoque testimonium, inquinatos mundabat eiusdem herbe falciculus, vaccæ rufæ cruore intinctus. Quid autem per vaccam, nisi ad sacrificium assumpta incarnationis dominicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per foemininum potest infirmitas designari: & de eo scriptum est: Quia etsi mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Ipse est enim summus pontifex noster, qui in ara crucis pro totius mundi sanitate, sui corporis hostiam obtulit.

L Mat. 11.

Pontifex videlicet futurorum bonorum, qui per proprium sanguinem in sancta æterna redemptione inuenta semel intravit. Hec autem vacca rufa dicitur vt in ea sanguinis Christi rubor euidenter demonstraretur. De quo in canticis canticorum sponsa loquitur dicens: Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus nimirum ex diuinitatis specie, rubicundus ex passionis cruore. Hoc itaque hyssopo ille solummodo aspergitur, qui vias dominicæ passionis imitatur. Sanctificatur verò aspersus, sicut per Paulum dicitur: Si enim sanguis taurorum & vitulorum & cinis vitulæ aspersos inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruandum deo viuenti? Sequitur: Lauabis me, & super niuem dealabor.

Vacca humanitatem Christi significat. 2. Cor. 13.


Quemadmodum corpus aqua lauat à squaloribus sordium, ita gratia sancti spiritus animam purgat à maculis peccatorum. Quod verò ait: Et super niuem dealabor. Ostendit quia nulla pulchritudo quæ inest corpori, valet decori sanctæ animæ comparari. Quid namque in corporibus niue candidius? Et tamen qui vias passionis Christi sequitur, super niuem dealbatur. De sanctis etenim scriptum est: Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

Cant. 5. Heb. 9. M

Quis verò ignoret solem niue candidiorem: Præterea candor niuis citò præterit, decor autem sanctorum in æternum manebit. Audiuim meo dabis gaudium & lætitiã, & exultabunt ossa humiliata. Tunc quidem verum & inestimabile gaudium habituri sunt sancti, cum impiis æterna morte multati, & in horrendam perpetui cruciatus voragine per extremæ damnationis sententiã missi, audiuim: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In eo autem quod ait, gaudium & lætitiã, duplicem sanctorum venerationem intellige, qui visione claritatis in illa die, quantum

Mat. 13.

Mat. 25.



Esa. 49.

Apoc. 6.

1. Corin. II.

Psal. 33.

Psal. 49.

quantum cogitare non possumus illustrati, sicut animarum perficitur beatitudine, ita etiam corporis vestientur incorruptione. De ipsi enim scriptum est: in terra sua duplicia possidebant. Sancti etenim viri mundi gloria mentis despectu calcantes, omnes in se carnales voluptates mortificant, ut in deo postmodum perenniter vivant. Qui quoniam mundi miseriam pro deo pati minime refugiunt, beatitudinis aeternae remunerationem acquirunt. Quae nimirum beatitudo & animabus eorum ante resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post iudicium conferetur, sicut in Apocalypsi Ioannes Apostolus scribit, dicens: Vidi sub altari dei animas intersectorum propter verbum dei, & testimonium quod habebant, & clamabat voce magna, dicentes: Vtique domine sanctus & verus non vindicas sanguinem nostrum, de his qui sunt in terra: Et dicitur sunt ei singulae stolae albae, & dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus confessorum & fratrum ipsorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Quid namque est singulas illis stolas albas tribuere, nisi animabus eorum beatitudinis aeternae immortalitatem conferre? Quid vero est donec electorum numerus impleatur requiescere, nisi futurae resurrectionis gloriam expectare? In qua nimirum iterum singulas stolas albas accipient, quia immortalia & incorruptibilia corporum suorum vestimenta resument. Quia ergo sancti viri ad aeternae felicitatis praemia non solum anima, sed etiam corpore post iudicium transeunt, recte de eis dicitur, quia in terra sua duplicia possidebunt. Huius incrementa felicitatis Propheta intuens, ait: Auditui meo dabis gaudium & laetitiam, & exultabunt ossa humiliata. Animarum nostrarum ossa virtutes sunt, quae nimirum in hac vita humiliantur, quia assiduis tentationum impugnationibus indesinenter turbantur. Tentatio enim est vita hominis super terram. In aeterna autem vita non solum iniunctae potestatis accipient fortitudinem, sed etiam nullam vitiorum aduersantium sentient impugnationem. Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Quia peccata sua semper habet praeculis, merito rogat ut deus faciem suam auertat ab ipsis. Superius nempe propheta dixerat: Peccatum meum contra me est semper. Qui ergo peccatum suum semper videbat, continuum pro eo dolorem in corde gestabat. Et ideo oculos ab eius peccato deus auertit, quia ipse illum sine cessatione animaduertit. Non enim deus eorum peccata vlciscitur, qui in occulto cordis de prauorum operum memoria affliguntur. Qui nimirum ad hoc semetipsos iudicant, ut terribile omnipotentis iudicium euadant, iuxta illud Apostoli: Si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur. At contra reprobi, quia ea quae commiserunt, nequaquam conspiciunt, actus suos a conspectu iudicis non abscondunt. Et quanto magis errores suos ipsi considerare refugiunt, tanto magis eos conspectui diuinae maiestatis opponunt. Delinquentium autem mala deus videt, non ut approbet, sed ut condemnet: non ut foueat, sed ut puniat: non ut semper patiat, sed ut in iudicio vlciscatur. Denique oculi domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Grauis vltio, non solum de terra mala facientes expellere, sed etiam omnem penitus memoriam eorum aboleri. Consideremus ergo mala quae fecimus, & ea ante mentis oculos sine intermissione ponamus, ne cum ante iudicis illius conspectum venerimus, tunc primum quicquid gesserimus, nolentes videamus. Impenitenti enim deus terribiliter minatur, dicens: Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Similis tui essem, si peccatum tuum impunitum dimitterem. Tu enim illud non solum non vis punire, sed & post tergum proiicis, ne possis videre. Ego autem qui illud video, quid faciam? nunquid impunitum dimittam? Iudex sum & iustus, iudex sum & ultor iniquitatum. Quomodo ergo iniuste iudicabo? quomodo veritatem mendacio mutabo? Tacui, nunquid semper tacebo? Tacui, quia misericordiam praerogavi. Iniquitatem tuam dissimulaui, tempus poenitentiae indulsi. Sed nunquid semper tacebo, immo arguam te, & statuam contra faciem tuam. Arguam quidem te de mendacio, quando cordium consilia manifestabo. A peccatis tuis auertis oculos tuos, & quandam

tibi vanae spei securitatem promittis. Et quia ipse te non videt, quod nec ego te videam suspicaris. Putas quod te non videam fornicantem, quem video adulterium cogitantem? Ex hoc itaque te arguam, & statuam contra faciem tuam. Si non vis hic attendere faciem tuam, faciam ut agnoscas miseriam tuam. Et omnes iniquitates &c. Per prophetam dominus dicit: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero. Tu autem memor esto, & iudicemur. Audi qua conditione iniquitatum tuarum se esse immemorem dicat, videlicet si tu memor fueris. Gane ergo ne unquam quod deliquisti, a memoria tibi excidat: aut aliqua obliuione peccata tua obliteres: ne si carnalium voluptatum illecebris captus, iniquitatum tuarum memor non fueris, dicatur tibi in tempore necessitatis: Projecisti sermones meos retrorsum.

Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

In Euangelio scriptum est: Beati mundo corde. Si illum qui ab omni peccato mundus est, in cordis nostri hospitio habere volumus, oportet primo ut illud ab omni vitiorum sordibus purgemus. Emundemus ergo interiora mentis nostrae, & diligenter peccatorum nostrorum secreta scrutemur, ne ex affectu nostro peccati delectatio pullulet, ne turpe desiderium cor in occulto titillet, ne passionum ex eo contentiones prodeant, ne peruersarum cogitationum dispensationes aliquando erumpant. Templum enim dei non potest esse pollutum, quia scriptum est: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Verum quis gloriabitur mundum se habere cor, aut immunem esse se a peccato? Si propheta pollutum labium se esse asserit, cuius os Seraphim carbone quem susceperat de altari purgauit: quid dicaturi sumus nos, quos luxuria inquinat, inuidia angustat, ambitio praecipitat, superbia exaltat? Non est enim virtutis humanae ita ab illicitis motibus mundare animum, ut perstreptentium voces non sentiat cogitationum. Sed quia deo nihil est impossibile, clamemus ad deum tota virtute: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Vide ordinem, primo cor mundum, deinde spiritum rectum propheta a deo requirit. Prius enim abrenunciandum est tibi omni peccato, & omnis a corde vitiorum sceditas eliminanda, ut omne quod agitur aut dicitur, eo purum in conspectu dei ac lucidum appareat, quo ex bonae intentionis origine quasi de puro quodammodo fonte manat. Quomodo enim poterit esse perspicuum, quod in ipsa origine fuerit vitiatum? Scriptum est enim. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Omnibus igitur carnalibus desideriis a corde exclusis, pete a deo ut spiritum rectum renouet, ne forte spiritus ille immundus inueniens domum de qua exiit vacantem, assumptis aliis septem nequioribus se, cum eis ibi habitet, & fiant nouissima tua peiora prioribus. Haec est autem spiritus recti inuolutio, ut omnem mundi gloriam mente despicias, mentem medullitus in conditoris tui amore infigas, illatis contumelias patientiam custodias, & custodita patientia dolorem a corde repellas, omnibus te per humilitate inferiorem deutes, de morte inimici nullatenus exultes, aliena non ambias, propria egentibus distribuas, amicum in deo, & inimicum propter deum diligas, in afflictione proximi te ipsum per compassionem affligas. Haec quidem est illa spiritus inuolutio quam persuaadet Apostolus dicens: Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Et iterum: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transferunt, & ecce facta sunt noua. Ad veterem quippe hominem pertinet mundi huius gloriam concupiscere, animum a deo auertere, patientiam non seruare, opportunitatem vindictae exquirere, melioribus quibusque despectis superbire, aliena diripere, propria retinere, nullum propter deum diligere, de inimici morte gaudere. Haec autem omnia ille respuit qui deum induit, qui in nouitate vitae ambulare contendit.

Ne proiicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

A facie dei proiicitur, cui spes vitae post peccatum negatur. Qui enim

Esa. 43.

Psal. 39.

Mat. 5.

E

1. Corin. 3.

Mat. 12.

F

Spiritus inuolare quid est.

Eph. 4.

Homo uetus quid facit.



**G** Qui enim peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Quis est autem qui peccat in spiritum sanctum, nisi qui non credit remissionem peccatorum? Remissio enim peccatorum, opus spiritus sancti est. Nam & de baptismo Christi, in quo remissio peccatorum danda erat, dixit Iohannes: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Vnde etiam super baptizatum dominum in columbae specie spiritus sanctus descendit, ut ex hoc aperte ostenderet, quia spiritalis gratia per lauacrum baptismatis credentium corda mundaret. An non in spiritum sanctum Cain peccauit, quando dixit: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: Et quia de venia desperauit, ideo dixit: Ecce euicis me a facie tua. De quo & postea subditur, quod egressus sit a facie domini. Vides quemadmodum ille qui in desperationis foueam labitur, a facie dei proficiatur: Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Attende qualiter postulat, ne spem veniae post peccatum amittat. Vbi spiritus sancti praesentia est, ibi desperatio esse non potest. Fides enim in spiritu datur, sicut Apostolus ait: Denique ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et nemo in spiritu dei loquens dicat anathema Iesu. Nam in eo clamamus abba pater, quia scriptum est: Veri adoratores, adorabunt patrem in spiritu & veritate.

Iohann. 1.

Cain peccauit in spiritu sanctum.

Gene. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

Rom. 8.

Iohann. 4.

**H** Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.

Latitabat propheta de aduentu filii dei antequam peccaret, & certus quod de suo nasciturus erat semine, antequam laboraretur gaudebat. Sed postquam uxoris Virginitate amore deceptus modum in peccando non habuit, ne sibi de hoc offensus subtraheret quod antea placatus promiserat, formidauit. Ideoque ait: Redde mihi laetitiam salutaris tui. Salutaris quis est nisi dei hominumque mediator: De quo iste idem propheta in persona dei patris dixerat: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam cum eo. Exurgere enim dicitur deus pater, cum filium mittit: qui quasi iacere visus est, cum seruos misit. Illi enim neminem saluare potuerunt: sed filius hominis venit quaerere, & saluum facere quod perierat. Ideoque perfectam & manentem saluationem in eo se positurum astruit, & in eo fiducialiter se dicit agere, quem constat nihil omnino peccati habuisse. Qui enim grauium sibi conscius est delictorum, non potest fiducialiter agere: quia poterit eum vel ille quem corripit reprehendere, vel conscientia propria remordere. Redemptor vero noster eo libere loqui potuit, quo nunquam peccati maculam ex natiuitate vel etiam ex operatione contraxit. Vnde turbis Iudaeorum & principibus sacerdotum inuidentibus & detrahentibus ipse dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Fiducialiter ergo agebat, quem in nullo conscientia accusabat. Nam & de eo scriptum est, quod erat docens tanquam potestatem habens, & non sicut Scribae & Pharisei. Huius ergo salutaris sibi reddi laetitiam David postulat, in quo omnis ante aduentum ipsius electus sperabat: Et spiritu principali confirma me. Solet quibusdam contingere, ut dum se purgatos per satisfactionem reputant, ab internae mentis custodia animum resoluant. Qui quidem ipsa sua elatione depressi, eo deterius corrumpunt, quo sibi de indulgentia blandientes, vanae spei securitatem promittunt. Inde est quod propheta exorat dicens: Latetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Non dicit letetur, ut securum sit: sed letetur ut timeat. Ac si aperte dicat: Ita me correctum facito gaudere de venia, ut tamen nunquam desinam esse suspectus de culpa. Sic & in hoc loco postquam sibi reddi salutaris dei laetitiam petit, ne sibi dimissus ad deteriora prouideret, illico adiunxit: Et spiritu principali confirma me. Sciebat enim quia infirma est omnis anima, nisi sancti spiritus fuerit virtute firmata. Nam & de Apostolis dictum est: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quid enim caelorum nomine, nisi sancti Apostoli designantur? Qui nimirum verborum imbribus terram cordis nostri inebriant, venturi iudicii minis & terroribus intonant, miraculorum signis & operum sanctitate coruscant. Denique ipsi sunt qui enarrant gloriam dei. Quibus profecto tunc spiritus virtutem tribuit, cum in igneis linguis ap-

Salutaris est mediator dei & hominum. Psalm. 11.

Iohann. 8.

Mat. 7.

Psal. 85.

Psal. 32. Apostoli caelorum nomine repraesentantur.

parens, in cordibus eorum diuini flammam amoris accendit. Quod quidem aperte cognoscere possumus, si quales ante, quales post aduentum sancti spiritus fuerunt, perpendamus. Qui enim ad passionem tendentem magistrum fugientes reliquerat, postmodum per adiunctam sancti spiritus gratiam roborati, constanter & publice nomen Christi praedicabant. Nam ut reliquos praetermittamus, ipse Apostolorum princeps qui mori metuens vitam negauerat, cum factis conuentibus caesis Apostolis sacerdotibus & scribis ne in nomine Christi loqueretur prohiberent, aiebat: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Caelorum igitur virtus de spiritu sancto est, quia per infusam sancti spiritus gratiam facti sunt in Christi confessione fortes Apostoli, qui prius fuerant ex fragilitate carnis infirmi. Nisi enim promissa charismatum dona illi dominici gregis pastores susciperent, eorum corda nullo virtutis decore claruissent. Haec namque virtus spiritus sicut ab omni poenarum & mortis timore quos repleuerit efficit liberos, ita ab omni diabolicae redditu tentationis incursum securus. Merito ergo cui salutaris dei in remissionem peccatorum laetitia redditur, postulat ut in vera innocentia spiritus principalis virtute confirmetur.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Illos diuina clementia a peccatis per remissionem efficit liberos, quos prauidet utilitati Ecclesiae post conuersionem profuturos. Vnde Ananiae de Saulo dixit: Vade, quonia[m] vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel. Magno igitur fructu dimissa sunt illi a deo peccata. Qui enim prius blasphemus & persecutor ac iniuriosus extitit, postmodum plus omnibus laborauit. Propheta ergo qui deleri iniquitates suas, & spiritu sancto confirmari a domino postulat, quod non sine fructu hoc sit futurum, affirmat dicens: Docebo iniquos vias tuas. Vniuersae viae domini misericordia & veritas. Misericordia est, qua sine vllis praecedentibus meritis, poenitentibus veniam tribuit. Veritas, qua post gratiam vocationis & veniae, peccata impoententium punit. Ille ergo cui peccata dimittuntur, vias dei iniquos docet, cum peccantibus si resipuerint, exemplo sui spem tribuit veniae: & inconvertibilibus, nisi ad veniam redeant, infert timorem gehennae: Et impij ad te conuertentur. O quam utilis est peccatorum remissio, quae conuersos non solum a peccatis liberos efficit, sed etiam alios a via impietatis & iniustitiae retrahit, flammae charitatis accendit. Haec est enim charitatis euidens probatio, ut cui per gratiam dei contigerit a peccatorum vinculis eripi, ipse ex zelo iustitiae studeat ad spem veniae delinquentes hortari. Nullum quippe tam gratum deo est sacrificium, quam zelus animarum. Exerceat ergo se in via dei, cui deus peccata dimisit, & exemplo suo peccatores, quosque ad poenitentiae confugere remedium admoneat. Non sit arbor infructuosa, aut ociosus operarius, sciens quia non solum manent venientibus ad veniam merces promittitur, sed etiam circa vndecimam horam vocatis vitae aeternae denarius praebetur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis meae, & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Nisi primitus me a peccatis liberaueris, non potero alius esse exemplum conuersionis. Libera ergo me de sanguinibus, desiderius videlicet carnalibus, quae militant aduersus animam. Caro enim & sanguis regnum dei non possidebunt. Deus deus salutis meae. Nota in repetitione nominis, magnum affectum cordis, quasi dicat: Merito te ut me salues inuoco, quia tu solus es auctor salutis meae. Nam domini est salus. A te solo est salus, quia ab omnibus aliis est infirmitas, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae. Denique tallax equus ad salutem. Ex quibus verbis colligitur quod nec ex dimitiis temporalibus, nec ex corporali fortitudine salus acquiratur: Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Iustitia dei, fides est, sicut scriptum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, quia iustus ex fide viuuit. Si ergo iusti vita fides est, consequens est eandem fidem esse iustitiam, sine qua quisque esse iustus non potest. Hanc itaque dei iustitiam ille cum exultatione enunciat, qui mundi huius

Acto. 5.

Paulus in est electio.

Acto. 9.

M

Mat. 20.

1. Petr. 2.

1. Cor. 15.

Eccl. 12.

Psal. 32.

Gen. 15.

Fide caris iustus esse non potest.

**A** mundi huius copiam nec cupiens, nec inopiam metuens, omnem haereticam prauitatem impugnat. Vel iustitia dei est, quod non vult mortem peccatoris. Homini nempe iustum videtur, vt suam viciscatur iniuriam. Dei vero iustitia est confidenti relaxare offensam.

Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Non aliter iustitiam tuam proferre poterō, nisi tu labia mea aperias. Tu es enim qui ora superbiorum obstruis, & linguas infantium disertas facis. Haecenus os meum ego ipse aperui, & ideo ex vaniloquio peccatum contraxi. Nunc vt tu aperias desidero, quia nihil nisi quod suggereris, loqui concupisco. Illius labia deus aperit, qui nō solum quid loquitur, sed etiā quando & vbi & cui loquatur attēdit. Sapientia nanque dei dicit: Dominus dedit mihi linguam eruditam, quando scilicet oporteat sermonem dicere: Merito ergo sapiens est, quia accepit à domino quo tempore sibi loquendum sit. Vnde non inconuenienter ait scriptura: Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. Hinc rursum scriptum est: Ori tuo fac ostiū & vectem, & in verbis tuis iugum & statera. Et fortasse hoc ostium sibi propheta postulabat à domino, cum dicebat: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiae labiis meis. Debemus enim os nostrum claudere, & diligentius obseruare\*, ne quis in iracundiam excitet vocem nostram, & contumeliam rependamus contumeliae. Iugum etiam in verbis nostris esse & statera praecipitur, vt omne quod loquimur, & humilitate condiatur, & mensura ponderetur. Proferamus ergo sermones examinatos libra iustitiae, vt sit grauitas in sensu, modus in verbis, pondus in sermone. Nec prius loquēdo os aperiamus, quam expediat, sed examinemus verba nostra, si tacendum hoc, si dicendum aduersus hunc, si tempus sit sermonis huius, postremo si à virtute modestiae non dissentiat. Nihil indecens, nihil inhonestum, nihil inuidum sonans erumpat. Verum quia ad haec omnia idonei esse non possumus, nisi hoc à largitore omnis gratiae percipiamus, exclamandum est nobis cum propheta: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Ideoq; propheta indulgentiam peccatorum primum à domino expetit, & postmodum laudem se dei annunciaturum esse promittit, nobis pateenter innuens, quia illi soli laudis dei possunt sentire dulcedinem, qui peccatorum suorum meruerint percipere remissionem. Vnde scriptum est: Rectos decet collaudatio. Quid autem laudabilius in deo, quam misericordia? Scriptum nanq; est: Confiteantur domino misericordiae eius, denique: Miserationes eius super omnia opera eius. Quāuis enim laudabile sit quod homine de limo terrae condidit: laudabilius tamen est, quod perditum proprii filij sui morte redemit. Deniq; illud potestatis est, hoc gratiae. Et os meū annuntiabit laudem tuā. Sunt enim plarique qui non ore laudant deum. Nunquam suo laudat ore deum auarus. Nunquam suo ore laudat luxuriosus. Nonne quasi alienum os tibi videtur assumere, dum ea conatur quae in corde nō sentit proferre? De quibus profecto scriptum est: Cor eorum longē est à disciplina, propterea non exultabunt: quia nimirum eorum laus ad omnipotentis dei aures nequaquam extollitur, quorum cor à semita iustitiae per prauae intentionis studium elongatur. Tales erant illi de quibus dominus dicebat: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longē est à me.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem vtique, holocaustis non delectaberis.

**Sacrificiū deo acceptabile est ipsū puro corde laudare.**  
**Psalm. 49.** Sciebat propheta per spiritum, quia illa legalium instituta sacrificiorum, ad inuisibilis essent oblationis intelligentiam transferenda, quia illud verum & acceptabile est sacrificiū, quod aliquis puro corde laudat deum. Vnde & alio in loco dicit: In me sunt deus vota tua, quae reddam laudationes tibi. Et item: Immola deo sacrificium laudis. Et rursum: Sacrificium laudis honorificabit me. Cum ergo dixisset, os meum annūciabit laudem tuam, ilico subiunxit: Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem. Ac si dicat: Laudis tibi offerā sacrificium, sciens quia carnalium nolis obseruantiam ceri-

monitarum. Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem vtique, holocaustis non delectaberis. Ideo nolo confidere in carnalis ritu sacrificij, quia scio te hircorum & arietum occisione non delectari. Tu es enim qui dixisti: Non accipiā de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos.

Sacrificium deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet.

Nequaquam verē poenitentiam agit, qui ex peccatorum suorum recordatione quandam spiritus tribulationem non sentit. Quod quidem reprobis familiare est, quia etsi aliquando peccata sua confiteantur, ea tamen districtae animaduersionis fletibus non persequuntur. Electi vero etiam si minima sint quae in se puniendā inueniunt, zelo rectitudinis contra se erecti, ad poenitentiae se lamenta studiosē succedunt. Qui dū sanctae contemplationis pennis ad caelestia se intenda erigunt, eo subtilius si quid in seipsis vitiosum latebat inueniūt, quo ad diuinā lucis claritatem vicinius accedunt. Tantoque eis displicet quod infirmum ex carne tolerant, quāto eos delectat quod ex incorruptibilis vitae suauitate degustant. Vnde fit quod graui in seipsos, vel pro ociosis verbis, vel pro vanis cogitationibus iniectione desaxiant, & quae leuia antē crediderant, mox vt graua & mortifera perhorrescunt. Beneficia sibi diuinitus collata conspiciunt, culpas nihilominus anteaetas ad memoriam reducunt. Vitae huius corruptibilis erumnosas necessitates enumerant, quanta sit caelestis gloriae foelicitas, in meditatione pertractat. A qua quia per carnis fragilitatem retrahi se sentiunt, validissimi seipsos interiori vulnere doloris transfigunt. Dum ergo haec omnia ante mentis oculos intenta consideratione recolligunt, vehemētissima tribulationis igne intrinsecus inardescunt. Haec est illa spiritalis sanctorum tribulatio, quam in cordibus eorum generat poenitentiae & desiderij dilati amaritudo. Hanc nimirum iob sentiebat, cum dicebat: Loquar in tribulatione spiritus mei. Electorum etenim linguas tribulatio spiritus commouet, vt reatum prauis operis vox confessionis impugnet. Cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Multi habent cor contritum, qui nō habent cor humiliatum. Sunt enim plerique qui etsi peccata sua fletibus puniunt, paueres tamen opprimere potestatis suae dominatione nō cessant. Hi nimirum nequaquam purum sacrificium deo offerunt, quia detestabilis superbiae illud admixtione corrumpunt. Vel sicut beatus Hieronymus hunc locum exponit, illi cor conterunt, sed non humiliant, qui peccata quidem quae commiserūt desent, sed tamen eadem committere etiā post fletus non timent. Dum enim errorum suorum consideratione reuocati, ad ea quae dimiserant redeunt, se contra conditorem suum per opera prauitatis extollunt. Ex superbiae nanq; vitio est timorem dei contemnere, conditoris praeccepta prauae actionis transgressione calcare, caelestis vitae gaudia mansura negligere, damnationis perpetuae infinita supplicia non timere. Illorum ergo sacrificium deus nō accipit, qui lachrymis quidem se compunctionis abluunt, sed eisdem à quibus ante mundati esse videntur, peccatorum maculis in idipsum reuertentes sordescunt. De talibus scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatō eius? Ille quippe lauatō à mortuo, qui per poenitentiam mundatur à peccato. Quem si contigerit eadem quae puierat iterando peccata committere, nihil contulisse videtur adhibita satisfactionis lauatō, quem maculauit inhonestius iterata facinoris turpitudine. Quia igitur scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, illos qui superbiendo ad peccata redeunt, diuina iustitia respuit. Illos vero qui continendo & humiliando post tergum non respiciunt, clementia dei non despiciet, quia scriptum est: Prope est dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt edificentur muri Hierusalem.

Sion speculatio interpretatur, per quam sancta significatur Ecclesia. Quae in eminentioribus virtutum & scientiae locata vestigijs, & caelestem patriam à longē prospicit, & irruentes spiritalium

Ibidem.

E

Iob. 7.

Cor contritū sed non humiliatū quidam habent.

F

Ecclesi. 2. 4.

1. Pet. 5.

Psalm. 33.

Sion Ecclesiam significat.

Esa. 50.

Ecclesi. 20.

Ecclesi. 28.

Psalm. 140.

\* obseruare

B

Psalm. 32.

Psalm. 144.

Gene. 1.

C

Auarus & luxuriosus ore suo deū nō laudat.

Iob. 17.

Mat. 15.

Marc. 7.

Sacrificiū deo acceptabile est ipsū puro corde laudare.

Psalm. 49.



**G**tes spiritualium inimicorum cuneos, interiori intuitu deprehendit. Cui deus tunc benignè fecit, quando filium suum in mundum misit. Veniens autem filius dei, quam de diabolica potestate eripit, sanctam sibi Ecclesiam in unitate spiritus confederavit. De quo Ioannes ait: Qui habet sponsam spòsus est. Quid autem benignius quam filium dei servilem formam induere, mortis legibus subiacere, proprio sanguine nos redimere, aeternae vitae aditum quem culpa obstruxerat aperire, corpore suo nos pascere, & de tenebrarum potestate erutos, ad caelestem gloriam, & ad regnū nos lucis transferre? Quid denique benignius quam quod deus tradidit filiū, ut redimeret servum? Benignitatem nihilominus dei quotidie sentit. Ecclesia, cum illam deus claritate suae cognitionis illuminat, inter seculi turbines fluctuantem spiritus sui virtute confirmat, suavitatis intimae delitiis reficit, atque per eam peccantibus peccata dimittit. Et notandum quod ait:

**Io. 3.** *Perfectum nihil confequimur ex meritis.* In bona voluntate tua. ) Ut intelligas nihil perfectum haberi posse ex meritis, sed tantum conferri gratuito munere divinae miserationis. Ut aedificentur muri Hierusalem. ) Per Hierusalem, quae visio pacis interpretatur, sancta anima accipitur, quae futuram sanctorum pacem mentis intuitu cōspicit, & omnibus in se mortificatis hostibus, illicitorū motuum impugnationem non sentit. Cuius muri virtutes sunt.

*Cuius est q̄libet Hierusalē aut Babylonis.* Quos ille nimirum aedificat, qui ex operibus iustitiae & pietatis, spirituale construere aedificium non cessat. Vnusquisq̄ autem Hierusalem aut Babylonis cuius est. Sicut enim per amorem dei sanctus quisq̄ Hierusalem cuius efficitur, ita per amorem seculi, omnis iniquus in Babyloniae structura operatur. Ad construendum autem huius spiritualis Babyloniae aedificium, peruersi quique illius antiqui Babel imitantur exemplum. Cuius teste sancta scriptura, ciuitatis authores, & pro lateris, & pro cemento bitumen habuisse leguntur. Per quod intelligitur quod mundi amatores, carnalis vitae construunt municipium, quod ad vim ventorum & impetus fluij, facili impulsu velociter est subruendum. Notandum verò est, quia illi de quibus agitur, de Oriente venisse, & in campo Sennaar habitasse perhibentur. Cum enim Christus verè sit Oriens, propheta attestante qui ait: Ecce vir Oriens nomen eius: de Oriente veniunt, qui à Christi consortio malè viuendo recedunt. Sennaar autem interpretatur excussio dentium, siue foetor eorum. In campo ergo Sennaar habitant, qui positi non in celsitudine virtutum, sed in planitie vitiorum, & detractioum morsibus proximos lacerant, & in ociose vitae volutabro iacentes, infamiae suae circumquaque foetorem exhalant. Quorum dentes tunc omnipotēs excutit, cum illorum facta simul & verba confundit. Vnde per prophetam scriptum est: Dentes peccatorum contriuiti. Et iterum: Dominus conteret dentes eorum in ore ipsorū, molas leonum cōfringet dominus. Nam de foetore eorū per alium prophetam scriptum est: Computruerunt iumenta in stercore suo. Computrescere, est carnales homines in foetore luxuriae vitam finire. Et Esaias ait: Et erit pro suauitate foetore, pro zona funiculus. Quia nimirū hi prauis operibus foetorem emittunt, qui abiecto cingulo castitatis, funiculum intexunt lasciuiae. De quibus dicitur per prophetam: Vg qui trahit peccata sicut restem longam. Merito ergo qui in Sennaar habitant, de lateribus ciuitatis aedificant: quia qui terrenis dediti sunt, voluptatibus carnis inserviunt, de fragili materia mentis mutationem attollunt. Caeterum qui contempta terrenarum opum cupiditate, & carnalis vitae abdicatis illecebris, per opera sanctitatis virtutum in seipsis sanctificationem accumulunt, hi profecto lateres in lapides mutant. Et neque in arena mundanae confidentiae spiritalem structuram erigunt, sed in petra fidei, quae Christus est, atria nulli excidio obnoxia, ad similitudinem euangelicae illius parabola constituant. Tales nimirum rectè cum Esaiā possunt dicere: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus aedificabimus. Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. Lateribus quippe cadentibus, lapidibus quadris aedificat, quicumque carnis lasciuiam disciplinae strictioris rigore castigat: qui membrorum legem, mentis lege superat: qui corporis fortitudinē spiritus virtute commutat. Hinc namq̄ per prophetam dicitur: Qui confidunt in domino, mutabunt


fortitudinem. Qui dū nō dixit, accipient: sed, mutabūt: aperte ostendit, quia alia est fortitudo quae deponitur, & alia quae nouiter inchoatur. Habent enim sancti viri suam in hac carne positi fortitudinem, cum vel pro fide certantes, tormenta omnia constantiae virtute despiciunt, vel tentationes diabolicas armis spiritualibus protecti repellunt. De eis namq̄ per Salomonem scriptum est: In lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel. Lectulum quippe Salomonis fortes ambiunt, quia intimam nostri redemptoris requiem, sancti quique indefessa desiderij sedulitate contemplantur. Hinc de sancta Ecclesia electorum dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius. Qui enim ita se in virtutibus decorum exhibet, ut tamen tentationum impugnationibus non repugnet, hic nimirum decore ad tempus induitur, sed fortitudine nequaquam vestitur. Quia verò sancti dei & ex operibus iustitiae fulgidi, & ex aduersariorum apparent impugnationibus vestiti, rectè de eis sub typo Ecclesiae dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius. Quisquis ergo infirma carnis fortitudine contempta, in virile spiritus robur animum excitat, quasi lateres in saxa quibus muri Hierusalē aedificantur commutat. Possimus quoque per Hierusalem, illam sanctam ciuitatem accipere, quae ex viuis lapidibus in caelis construitur, & sicut sponsa ornata viro suo à deo paratur. De illa namque dicit Apostolus: Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra. Quae merito dicitur libera, quia ab omni corruptionis molestita inuenitur aliena. Nec incongrue Hierusalem dicitur, quae veram in seipsa pacem sine defectu experitur. Illa est enim ciuitas pacis, in quam nullus hostis ingreditur, & ex qua nullus eius egreditur. Ciuitas inquam cuius plateae auro mundo struantur, & in qua canticum laetitiae indefinenter cantatur. Quae quidem, sicut scriptum est, non eget sole neq̄ luna: quia cum illam deus praesentia suae claritatis illuminet, impossibile est ut eam aliqua caliginis obumbratio obscuraret. Deus enim lux est, sicut ait in epistola sua Ioannes Apostolus, & tenebrae in eo non sunt vlla. Quod si tanta est claritas solis, ut totam ortu suo terram illuminet, quanta aestimanda est dei claritas, qui & ipsum solem condidit, & ei ad vtilitatem nostram hanc quam cernimus luminis venustatem infudit? Huius igitur Hierusalem muri aedificantur cum fideles ad vitam praedestinati, ad perfectionem iustitiae deducuntur. Figuram autem huius ciuitatis illud Salomonis templum gestauit, in cuius aedificatione lapidibus extructa, mallei sonitus auditus non fuit. In sacris enim aedificiis permansuri, adhuc foris per flagella tundimur, ut in templo domini postmodum sine aliqua percussione disciplinae disponamur, quatenus quicquid in nobis superfluum aut distortū est, modo percussio resecet, & tunc sola in caelesti aedificio concordia veritatis liget. Nec mirum si templum eadem ciuitas dicatur, quae etiam tabernaculum dicitur, sicut scriptū est: Ecce tabernaculum dei cum hominibus.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.

Aedificata caelesti Hierusalē, sacrificium duntaxat iustitiae acceptum erit domino, quia ibi non erit opus offerri sacrificium pro peccato. In hac enim vita quia in multis quotidie delinquimus, oportet ut contriti cordis & contribulati spiritus deo sacrificium offeramus. In resurrectione autē, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, nec vllus sanctorū peccare postmodum poterit, nec quisquam ad deum pro peccato orabit. In tantum namque peccatum delebitur, ut etiam poena peccati omnino destruat, sicut scriptū est: Absorpta est mors à victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Stimulus enim mortis peccatum est: Necessario ibi peccatum deesse conuincitur, vbi mortis aculeus non inuenitur. Non igitur oportet ibi offerri pro peccato sacrificium, vbi nec in cogitatione admittitur delictum. Sacrificium itaque iustitiae sancti in aeterna vita deo offerent, quia in solo conditoris amore intenti, indefessas remuneratori suo in laetitia cordis laudes dicent. Vnde scriptum est: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabūt te. Et iterum: Vox

*Esai. 40.* per prophetam dicitur: Qui confidunt in domino, mutabunt

*K*  
*Cant. 3.*  
*Pror. 3.*  
*Gal. 4.*  
*L*  
*Apoc. 22.*  
*1. Ioan. 1.*  
*M*  
*Apoc. 21.*  
*1. Cor. 5.*  
*Psal. 83.*



**A**rum: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Tunc electorum suorum oblationes deus acceptas habebit, quia sanctas eorum meditationes nullius prauitatis admixtio commaculabit. Holocausta nihilominus eorum accipiet: quia totum quod in eis erit, flamma diuinae charitatis accendet. Et tunc imponent super altare tuum vitulos. Altare dei filius est, de quo ipse dominus ait: Altare de terra facietis mihi. Quid est enim aliud altare de terra facere, nisi de dei filij incarnatione non dubitare? Ipse est namque cui in hac vita cordium nostrorum sacrificia imponimus, & in quo cogitationes illicitas ne conualescant macramus. Vnde scriptum est: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Ad petram quippe paruulos nostros allidimus, eum oriētes motus illicitos imitationis Christi intentione mortificamus. Scriptum est enim: Petra autem erat Christus. Ipse ergo est petra ad quam cogitationes nostras tenemus, ipse altare cuius clementiae peccatorum victimas imponere presumimus. Denique peccata nostra ipse portauit. Super ipsum ergo vitulos in aeterna vita sancti seipsum imponent, quia per gratiam dei liberati a lege peccati & mortis, quod nulli iugo legis postmodum erunt subditi, totum attribuent gratiae filij dei. Nullus enim hominum in caelum ascenderet, nisi filius dei pro salute nostra carnem sumpisset. Vel certe vitulos super altare imponent, cum deposita primi hominis vetustate, & mortalibus exuti exuiis, facti vituli, id est, innouati & puri in perpetuum uiuent. Quod si, ut praemissum est, secundum moralem intelligentiam aedificationem Hierusalem accipere volumus, hunc quoque versum eidem intellectui hoc modo conuenienter aptamus. Dictum est Dauid regi a domino: Non tu aedificabis mihi domum, quia vir sanguinum es, postea vero filius eius re & nomine pacificus, & sapientiae gratiam a domino ultra mortales obtinuit, & templum mirifici operis, sicut liber historiarum attestatur, deo Israel aedificauit. In quo datur intelligi, quia dum cum hostilibus vitiorum cuneis, virtutum oppositione conflagimus, domum sapientiae nequaquam aedificare valemus, ubi vero superatis aduersariorum agminibus, & passionum depulsa barbarie, pacem in nobis factam, omnibus mentis imperiis carne iam temperante senserimus, tunc corpus nostrum inuolabile templum domino construimus, in quo & sacrificium quod ex zelo iustitiae veritatem praedicantes offerimus, deus accipit, & oblationes sanctarum meditationum, & igne feruentis desiderij ardentium orationum holocausta assumit. Super altare quoque cordium nostrorum ponimus vitulos, si cornua producentes & vngulas, & haereticorum sententias vtriusque testamenti auctoritate nouerimus comminuere, & virtutes a vitiis per studium discretionis separare. Per vngulas enim vitulorum, quae funduntur, discretionem accipimus: per cornua vero, vtriusque testamenti praeccepta notamus. Vel certe cornua producimus, si etiam in his quae carnis sunt, deo placere studeamus. Cornu namque cum de carne sit, carnem superexcedens durefcit. Quisquis ergo carnis infirmitate deposita, etiam per carnis obsequium opera virtutis effecerit, quasi cornua de carne producit.

Prologus quarti Psalmi poenitentialis.

**O**ratio pauperis cum anxietate fuerit, & coram domino effuderit precem suam. Quis est iste pauper cuius in hoc Psalmo notatur oratio, nisi ille de quo ait Apostolus: Qui cum esset diues, pauper pro nobis factus est? Ipse enim ut nos diuitiarum suarum efficeret participes, paupertatis nostrae suscepit necessitates. Exinaniuit namque semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Sicut autem pauper pro nobis factus est, ita & pro nobis anxietus est. Denique & pro nobis est morti traditus, & pro nobis in ligno suspensus. Mortuus est enim ut ait Apostolus, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ex humana autem natura habuit ut anxietetur, ex qua habuit etiam ut moreretur. Orat ergo caput nostrum in Psalmo hoc ut illuc reducamur per gratiam, unde per primi parentis cecidimus culpam. Potest etiam haec

oratio conuenire unicuique qui pauperem se esse intelligit, & suarum miseriam necessitatum agnoscat, qui fallaces esse diuitias seculi istius considerat, & quam horrendam sit in manus dei uiuentis incidere pensat. Qui post tergum reductis oculis cogitat unde ceciderit, & circumspectis omnibus quae imminet, quas inuenit calamitates attendit. Haec itaque omnia ante mentis oculos omnis pauper cogitat, & pauperem Christum pro nobis anxietum considerans, miseriarum suarum multitudinem attendat. Quanta gloria in Adam fuerit creatus recolligat, & in eis omnibus anxietus, non in oculis hominum, sed coram domino precem suam effundat, dicens:

Explanatio quarti Psalmi poenitentialis.

**D**omine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

In hac oratione quam exposituri sumus, quaedam ipsi attribuuntur capiti, quaedam nostrae conueniunt infirmitati. Nec mirandum si ea quae nobis solummodo congruunt, quasi sint sua Christus pronunciat. Vnum quippe corpus est tota sancta vniuersalis Ecclesia, sub Christo Iesu suo videlicet capite constituta. Vnde ait Apostolus: Ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis. Ipsa est enim quae per prophetam locundatur & dicit: Nunc exaltauit caput meum, super inimicos meos. Pater enim filium, qui est caput Ecclesiae, super inimicos eius exaltauit, cum destructo mortis imperio, in sua illum maiestatis equalitate constituit, cui & dixit: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Christus itaque cum tota sua Ecclesia, siue quae adhuc versatur in terris, siue quae cum eo iam regnat in caelis, vna persona est. Et sicut est vna anima quae diuersa corporis membra viuificat, ita tota simul Ecclesiam vnus spiritus sanctus vegetat & illustrat. Sicut namque Christus, qui est caput Ecclesiae, de spiritu sancto conceptus est, sic sancta Ecclesia quae corpus eius est, eodem spiritu sancto repletur ut viuat, eius virtute firmatur, ut in viuis fidei & charitatis compage subsistat. Vnde dicit Apostolus: Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei. Istud est corpus extra quod non viuificat spiritus. Vnde dicit beatus Augustinus: Si vis viuere de spiritu Christi, esto in corpore Christi. De hoc spiritu non viuunt heretici, non viuunt schismatici, non viuunt excommunicati: non enim sunt de corpore. Ecclesia autem spiritum viuificantem habet, quia capiti suo Christo inseparabiliter adheret. Scriptum est enim: Qui adheret domino, vnus spiritus est cum eo. Pro membris itaque orat caput in hoc Psalmo, ut corporis sui oratione deus pater exaudiat, & ut eius clamor ad diuinam maiestatis aures ascendant. Quotidie enim orat Christus pro Ecclesia, de quo testatur Apostolus Paulus: Quia sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis. Denique & ipse est propiciatio pro peccati nostris. Potest autem haec oratio unicuique conuenire fidei, qui a deo postulat in bono perseverantiam, & tam sancti desiderij quam etiam irremissae operationis emittit clamorem. Clamor autem aliquando in bona, aliquando in mala significatione accipitur. Clamat enim iustus cum operatur iustitiam ex desiderio. Clamat & impius cum peccatum adiungit peccato. Clamabat Moyses cum populum de Aegyptiaca seruitute liberatum, ad terram promissionis per desertum deduceret. Clamabat & populus Gomorræus, cum ex frequentissima peccati perpetracione deum ad iracundiam prouocaret. Denique & Moysi tacenti dictum est a domino: Quid clamas ad me? Et de illis ait dominus: Clamor Sodomorum & Gomorræorum ascendit ad me. Vnde quidam nos admonet dicens: Auferatur clamor de medio vestrum. Hic autem pro irremissa operatione clamor accipitur, cum dicitur: Clamor meus ad te veniat. Notandum vero est quod cum praemisset, exaudi orationem meam, statim adiecit: Et clamor meus ad te veniat. Illi enim a domino exaudiri merentur, qui diuini zelo amoris accensi, omnia quae possunt bona operantur. Nam qui peruersis actionibus assuetus, operibus iniquitatis innigilat, nequaquam dignus est exauditione cum orat. Hinc namque per semetipsam veritas ait: Non

*D Oratio unicuique salutaris.*

*Col. 1.*

*Psal. 36.*

*E Psalm. 109.*

*Christus cum sua Ecclesia est vera persona*

*1. Corin. 6.*

*F Col. 3.*

*Clamor est & bonus & malus.*

*Exod. 14.*

*Mat. 7.*

*omnis qui*



EXPLANATIO DIVI GREGORII PAPAE

G omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Si volumus igitur ut ad aures dei nostra perveniat oratio, studeamus necesse est, ut ab omni admixtione pravitatis nostra mundetur operatio, ut possimus deo cum propheta dicere: Clamor meus ad te veniat.)

Non auertas faciem tuam à me, in quacunq[ue] die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

Dominus in suos iratus quid facit.

Misericordia dei est benignissima. Exec. 18.

Hier. 3.

Esa. 30.

Apo. 3.

Cōsuetudo bona viri electi.

Thren. 1.

Ad similitudinem dominorum dictum est, qui cum pro alicuius suorum culpa graviter offenduntur, solent eum à conspectu suo expellere, & à familiarium assistentium collegio separare, à supplicante faciem auertere, roganti veniam denegare. Deus verò licet cum superbiendo ab eo auertimur, à nobis per iustitiam auertatur, tamen cum humiliati ad eum conuertimur, ad nos per misericordiam conuerti non indignatur. Ipse est enim qui dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et iterum: Si impius egerit poenitentiam de omnibus peccatis suis quae operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, & non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet. Ecce patet nobis sinus misericordiae dei. Quare misericordiam dei à nobis excludimus? quare vocationem eius audire dissimulamus? Non enim solum à cōuersis non auertitur, sed etiam auersos ut cōuertantur hortatur. Hinc est enim quod per prophetam dicit: Si dimiserit vir uxorem suam, & illa recedens duxerit virum alium, nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid nō polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Mulieris derelictae & fornicantis similitudinē adducit, ut eius cognoscamus pietatem, & sciamus eō nos illum grauius offendere, quo non cessat nos etiam post delictum vocare. Hæc autem vocationis dei clementia à parte exprimitur, cum homini auerso per alium prophetam dicitur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum mouentis. Ille enim coram positus verba dei percipit, qui antequam peccatum perficiat, voluntatis eius præcepta cognoscit. Quasi enim adhuc ante faciem eius stare est, necdum eum peccato contemnuere. Ceterum si abiecto timore dei iniquitatem operari cœperit, quasi tergum in faciem eius mittit. Sed & post tergum subsequens deus abscedentem admonet, quia etiam nequitia perpetrata ad se eum reuerti persuadet. Audiamus ergo vocem post tergum mouentis, & ad inuitantem nos deum, saltem, post peccata reuertamur, ut si iustitiam vindicatis formidare negligimus, saltem vocantis & miserentis pietatem erubescamus. In quacunq[ue] die tribulor inclina &c. Ecce iam caput nostrum sedet à dextris dei, & tamen se dicit tribulari. Vbi ergo tribulatur, nisi in corpore? Nam quod in corpore tribuletur, manifestè ostendit cum Saulo persecutori dixit: Saule Saule quid me persequeris? Et Petro ait: Venio Romam iterum crucifigi. Qui enim in seipso iam pridem crucifixus fuerat, in Petro iterum se crucifigendum dicebat: Quauis sit in electorum cordibus etiam alia tribulatio quam in eis generat continua poenitentiae amaritudo. Qui enim mala quae commisit, ante mentis oculos cōgerens, pro singulis quibuscunque compungitur, in arcano cordis magna & amara doloris & metus anxietate contribulatur. Solent namque electi viri ad ea quorum sibi sunt conscij peccata, mentis intuitum reducere, & modis eorū cuncta singulatim cōsideratione perispectis, singula quæque desistere, ut hoc modo cordis sui præparent habitaculum, dum per vnumquodque erroris sui deplorant excessum. Hinc namq[ue] Hieremias ait: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Diuisas quippe aquas ex oculis deducere, est dispersitas lachrymas vnicuique peccato tribuere, & iniquitatis gaudia satisfactionis doloribus compensare, quatenus dum nunc huius, aunc illius delicti memoria mens acrius tangitur, simul de omnibus singulis commota purgetur. Quod verò ait: Inclina ad me aurē tuam.) Tale est, quasi dicat: Aeger sum, nō possum me erigere ad te, quia non est hominis dirigere viam suam. Sed tu more fidelis medici, inclina ad me aurem tuam. Inclina aurem, quia nō erigo ceruicem. Scio enim quia si me erexero, longius discedis: si humiliauero, propius accedis. Sicut enim humiliato ap-

propinquas, ita te ab elato elōgas. Ideo ergo tribulor, ut ad me inclines aurem tuam.

In quacunq[ue] die inuocauero te, velociter exaudi me. Non iam terrenus terrena desidero, sed à prima captiuitate liberatus, cœlestia concupisco. Exaudi ergo me orantem nō pro diuitiis seculi, non pro gloria temporali, non pro fecunditate pignorum, non pro morte inimicorum. Velociter autem exaudi, ut in me adimpleas quod dixisti: Adhuc loquēte te, dicā ecce assum. Multi vocant deum, sed nō inuocāt, quia labiis tantummodo, non cordis affectu orare procurant. Qui verò deum toto corde desiderat, confidenter clamat: In quacunq[ue] die inuocauero te, velociter exaudi me. In die inuocat, qui in mentis puritate deum exorat. Cuius iustitia cum vias suas domino reuelauerit, sicut lumen educitur, & iudicium, sicut ait propheta, tanquam meridies illustratur. Vnde & scriptum est: Sērite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Cordis enim simplicitas dies est, quam fraus non obnubilat, non obtenebrat mendacium, non obscurat inuidia, non obfuscat dolus, quam lux veritatis illuminat, præsentiae diuinæ claritas illustrat. Scriptum est enim: Cum simplicibus sermocinatio eius. Deo autem sermocinari, est per suæ præsentiae illuminationē humanis mētibus voluntatis suæ arcana reuelare. Cum simplicibus igitur deus sermocinari dicitur, quia illorum mentes de arcanis cœlestibus suę inspirationis claritate illuminat, quos nulla caligo duplicitatis obumbrat. Quo contra de non simplicibus dicitur: Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Et Salomon ait: Spiritus sanctus discipline effugiet fictum & auferet se à cogitationib[us] quæ sunt sine intellectu. Constat ergo quia illos inhabitatio illuminat, illos recedendo excæcat.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Spectat hoc ad id quod dixit, velociter exaudi me. Quasi diceret: Opus est vt velociter me exaudias, quia dies mei defecerunt, videlicet ad defectum velut fumus deuenerunt. Per dies suos hic vult intelligi omne tempus quo mandata dei postposuit, & funestis periturarū rerum accēsus desiderijs, sibi non deo militans carnaliter vixit. Habet enim in hac vita diem suam anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore, & lætifera carnalis delectationis perfruitur iocunditate. Hinc est quod saluator noster prauaricatrici Hierusalem, destructionis suæ iustum excidium comminans, ait: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Diem etenim suam ille tunc populus habebat, quia in rerum labentium opulentia confidens, quiete & successu gaudebat. Quorum nimirū oculos prosperitas clauserat, vt nec visitationis suæ tempus cognoscerent, nec imminentium malorum contritionem viderent. Sicut enim cordis oculos flagella aperiunt: sic mentis aciem aliquoties successus prosperi retūdunt, adeo vt ipsam mens cognoscere non valeat, quam prosperitatis mundanæ oblectatio captiuat. Hinc namque Salomon ait: Aversio populorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Israeliticum ergo populum prosperitas perdidit, cuius in die sua oculos ne futuri excidij vastitatem cognoscerent, clausit. Hæc est dies de qua Hieremias ait: Diem hominis non desiderauit. Dicat & fidelis anima: Defecerunt sicut fumus dies mei. Fumus, sicut est omnibus notum, in altum quidem se in primis erigit, sed citò deficiens, quasi non fuerit euanescit. Sic nimirum si humana superbia cum rerū opulentia intumescens, se in altum extulerit, à statu suæ celsitudinis corruens, ad ima ruit. Hinc namque per prophetam veritas ait: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Hinc per prophetam scriptum est: Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros libani. Et transiit, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Quia in re pensandum est, peruersorū potentia qualiter destruitur, quorum nec locus quidem post modicum inuenitur. Sequitur: Et ossa mea sicut cremium aruerunt. Per ossa, rationem & intelligentiā possumus accipere, quæ quasi sicca remanent, dum factorum & virtutum pinguedine non habent. De qua profecto pinguedine dicit propheta: Sicut adipem & pinguedine repleatur anima mea. Vel per ossa, fortiores

Sap. 1.

Prov. 16.

Psal. 5.

Sap. 1.

L.

Anima peruersa hic suam.


M. Prov. 1.

Hier. 17.

Luc. 14.

Psal. 36.

Psal. 62.



**A** tiores qui sunt in Ecclesia accipimus, quia sicut per ossa corpus nostrum vegetatur, ita per illos corpus Christi, quod est Ecclesia, regitur & sustentatur. Habet enim & corpus Christi carnem istam, infirmos scilicet, virtutum carentes fortitudine, qui perfectorum indigent sustentatione. De hac carne in persona Christi recte per Iob dicitur: *Pelli mee, consumpsit carnibus, adhaesit os meum.* Quod nimirum in passione Christi impletum est, quando discipulis fugientibus mulieres steterunt, & vsq; ad crucem secuta sunt. Scimus enim quia in corpore hominis pelli exterius eminet, caro vero ossibus introversus adhaeret. Pelli ergo consumptis carnibus os Christi adhaeret, quia fugientibus & dubitantibus Apostolis, qui ei familiariter astiterant, mulieres que quasi remotiores esse videbantur, nec a cruce suspensi, nec a sepulti monumento discedebant. Quia vero sancti viri imperfectis delinquentibus condolent, & eorum infirmitati compatiuntur, recte nunc dicitur: *Ossa mea sicut cremium aruerunt.* Quod euidenter ostendimus, si vnum exemplum ad medium deducamus. Videamus vnum de ossibus Christi quomodo cum infirmantibus infirmetur, cum dolentibus doleat, cum arescentibus arescat. Ait enim: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Vides quomodo omnium in se infirmitates transtulerat, omnium casus velut proprios desiebat. Ideoque ait: *Vt lugeam omnes qui peccauerunt, & non egerunt poenitentiam.* Denique & omnibus omnia factus est, vt omnes lucrifaceret. Ossa ergo sicut cremium consumpto adipe arent, cum perfecti quique carnalium infirmitatibus condolent, & se quasi spiritali pinguedine aestimant vacuos, dum illos aspiciunt virtutum auxilium desitutos. Cuius infelicitatis causam manifeste aperit, cum subiungit:

*Percussus sum vt foenum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.*

**Esa. 40.** Scriptum est in Esaia: *Omnis caro foenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Et rursum: Vere foenum est populus. Homo nanque feno comparabilis est, quia per natiuitatem viuet in carne, per iuuentutem candescit in flore, per mortem aret in puluere.* Ipse est enim, Iob attestante, qui quasi flos egreditur & conteritur. Haec autem mors & contritio, quae ad omnes homines ex iustae damnationis sententia peruenit, ex primi hominis peccato intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit. Homo ergo qui si in creatoris obedientia persistisset posset in aeternum viuere, propter inobedientiae culpam percussus est mortalitate. De qua nimirum percussione in hoc loco dicitur: *Percussus sum vt foenum, & aruit cor meum.* Quia ergo primus homo peccando mortem incidit, propagata generis humani successio a rationis intimae viriditate consequenter exaruit. Quare autem cor humanum ab illo aruit virore in quo conditum fuit, subdendo manifestat. Ait enim: *Quia oblitus sum comedere panem meum.* Panem suum in paradiso primus homo conditus habuit, quando in concussio mentis ve stigio conditoris sui praecipit, seruauit. Pannus autem eius fuit visionis diuiniae delectatio, verbi dei satietas, internae quietis gaudium, lucis inaccessibilis splendor, sapientiae refectio, angelorum societas, amor dei, nihilum spiritus, contemplationis suauitas, colloquutionis desiderium, securitas mentis, praesentia creatoris. Quem panem tunc profecto perdidit, cum serpentis suggestioni consensit. Tangens enim vetitum, oblitus est praecipitum. Vnde factum est vt qui tenebat arcem beatitudinum, in lacum incidere miseriarum. Et qui intimae reficiebatur suauitate dulcedinis, panem postmodum manducaret doloris. Quicumque ergo illius portat imaginem, factus est de terra terrenus, panem suum comedere obliuiscitur, quia terrenae voluptatis captus illecebris, in verbo dei non delectatur. Panis etenim noster, verbum dei est. Hinc naque per semetipsam veritas ait: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei.* Sequatur ergo obliuionem commemoratio, & ofurienti refectio comitetur, vt panem illum qui de caelo descendit manducantes, & poenam quadam mortis perpetuae, & vitae par-

ticipemus aeternae, sicut dominus ait in Euangelio: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum.*

**A** voce gemitus mei, adhaesit os meum carni meae. Arescentem corde propter panem & vim inopiam & obliuionem, vox gemitus emittitur, quia vbi a desiderio vita aeternae desecerit intentio, consequenter de corde procedit inlarum cogitationum vociferatio. In qua nimirum os adhaeret carni, si ratio subigitur delectationi. Quae nimirum vox gemitus dicitur, quia per eam ad tristitiam peruenitur. Aut enim in hac vita generat dolorem poenitentiae, aut in futuro cruciatum parit vindictae. Possimus quoque per vocem gemitus vocem serpentis accipere, quae primis hominibus vt de interdicto gustarent persuasit, eosque deos futuros fraudis suae dolositate promisit. Illa est enim vox gemitus per quam omnes peccauimus, per quam mortales & passibiles facti sumus. Vox per quam a caelestibus gaudiis eecidimus, & in valle lachrymarum exulamus. Per hanc vocem os carni adhaesit, quia Adam Euae consensit. Habet in se vnusquisque Adam & Euae. Sicut enim in illa prima hominis transgressione suggestit serpens, delectata est Eua, consensit Adam, sic & quotidie fieri videmus, dum suggerit diabolus delectator caro, consentit spiritus. Nos quippe cum tentamur, praerog in delectationem, aut etiam in consensum labimur. Sicut autem peccatum illud subsecuta est mors, sic & peccato consentiens moritur anima, quia a vita sua, quae deus est, separatur. Mortui enim sumus, quando implemur ossibus mortuorum. Mortuus est sermo malus, qui ex ore nostro procedit. Scriptum nanque est: *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Habemus autem portas per quas mortui efferuntur, corporis videlicet sensus, de quibus ait propheta: *Qui exaltas me de portis mortis. Haec sunt enim portae per quas mors ingreditur, & per quas mortuus efferitur.* Nam quod per illas mors ingrediatur, testatur alius propheta, qui ait: *Intrauit mors per fenestras nostras. Qui enim vidit mulierem ad concupiscendam eam, mortem per oculorum fenestras admisit. Qui vero seminat inter fratres discordias, & iniquitatem in excelsis loquitur per oris portam mortuus efferitur.* Et quidem mihi hoc significare videtur iuuenis extra ciuitatis portam delatus, quem suscitauit Iesus. Signat enim hominem delectatione mortuum, & per prauis operis iudicia iam extra portas perlutum. Obsecro domine Iesu vt cunctas meae ciuitatis portas iustitiae facias, vt ingressus in eas confitear nomini tuo, tuaeque maiestati, cum iustis per eas intrantibus, vt mors ibi aditus ingressum non habeat, passio non dominetur, sed occupet salus muros eius, & portas illius laudatio.

*Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

Pellicanus avis est amans solitudinem, in qua venenatis animalibus vescitur, & ideo per eam peccator designatur, qui in deserto huius mundi corde habitans, erumnotis istius vitae captus illecebris, veneno delectatur diabolice persuasionis. Nycticorax, qui alio nomine bubo dicitur, in dirutarum domuum adibus moratur. Solet autem nocte cantum cantare, per quod notantur hi qui in tenebroso tripudiant opere, & in mentium suarum exultant destructione. Sed quia sagena Ecclesiae missa in mari praesentis seculi, non solum malos pisces colligit, sed etiam bonos trahit, recte nunc dicitur: *Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.*

*Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat qui seruat operando quod credit sicut scriptum est: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua. Vestimentum tuum, fides tua est: vestimentum tuum, operatio tua est. Custodi ergo ne diripiant alieni laborem tuum: ne denuderis, & appareat ignominia tua. Esto sicut passer solitarius in tecto. Per passerem que cauta & querula avis est & in domibus nidificat, recte homo intelligitur, qui in excelsis habitans & solitudinem incolens, pro peccatis suis clamare non cessat. Prudentis enim & circumspetti viri est, in alto nidum ponere, & pro peccatis plotare, & solitudinem inhabitare: quamuis in opere terrena non appetat, & in lamentis veniam acquirat & in habitatione inanium strepitus cogitationum effugiat, vt possit dicere cum propheta: *Elongaui fugiens, & mansi in solitudine**

**C** Panis primus hominis. *Panem suum in paradiso primus homo conditus habuit, quando in concussio mentis vestigio conditoris sui praecipit, seruauit. Pannus autem eius fuit visionis diuiniae delectatio, verbi dei satietas, internae quietis gaudium, lucis inaccessibilis splendor, sapientiae refectio, angelorum societas, amor dei, nihilum spiritus, contemplationis suauitas, colloquutionis desiderium, securitas mentis, praesentia creatoris. Quem panem tunc profecto perdidit, cum serpentis suggestioni consensit. Tangens enim vetitum, oblitus est praecipitum. Vnde factum est vt qui tenebat arcem beatitudinum, in lacum incidere miseriarum. Et qui intimae reficiebatur suauitate dulcedinis, panem postmodum manducaret doloris. Quicumque ergo illius portat imaginem, factus est de terra terrenus, panem suum comedere obliuiscitur, quia terrenae voluptatis captus illecebris, in verbo dei non delectatur. Panis etenim noster, verbum dei est. Hinc naque per semetipsam veritas ait: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei.* Sequatur ergo obliuionem commemoratio, & ofurienti refectio comitetur, vt panem illum qui de caelo descendit manducantes, & poenam quadam mortis perpetuae, & vitae par-*

**D** Ioc. 6.

**A**dam & Eua vnusquisque habet.

**E** Psalm. 5. Psalm. 9. *Portae mortis sunt sensus nostri.*

**Luce. 7.**

**F**

**Apoc. 16.**

**Passer** hominem prouidentem notat.

**Psalm. 54.** in solitudine



EXPLANATIO DIVI GREGORII PAPAЕ

**G** in solitudine. Vel etiam caput nostrum, pellicanus fuit solitudinis, quando natus est in Iudæa, quæ erat sola ciuitas plena populo, prophetis videlicet & iustis orbara, & Spiritus sancti virtute destituta. Nycticorax exiit, quando his qui in tenebris erant, regnum dei euangelizauit. De illo nanque scriptum est, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Per domicilium Iudæos videbant, pro eo quod circumcisionem tenentes, legem & prophetas habebant, sed in eum quem propheta in carne venturum prædixerant, nequaquam credebant. Stabant quidem in eis parietes carnalis obseruantia, sed corruerat tectum fidei & disciplina. Occiderunt ergo vitam mortui, & lucem tenebræ extinxerunt. Sed quid ultra fecerit audiamus. Vigilauit & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Vigilauit, quia à mortuis resurrexit. Qui enim dormiuit in morte, vigilauit in resurrectione. Hinc nanque ait: Ego dormiui & somnum cepi, & resurrexi. Hinc Iacob in benedictione ait: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum? Quis est iste catulus leonis, nisi ille de quo in Apocalypsi ad Ioannem dicitur: Vicit leo de tribu Iuda? Qui ad prædam ascendit, quia fortem armatum fortior superueniens expugnauit. Arma eius abstulit, quia iure illo quod in hominibus habere videbatur, eum priuauit. Ille enim dum ambiit illicita, perdidit acquista. Spolia quoque eius distribuit, quia vasa iræ fecit vasa misericordiae. Hinc ergo leo requiescens accubuit, quia mortem sponte subiuit. Sed nullus eum suscitauit, quia per diuinitatis suæ potentiam ipse à mortuis resurrexit. Et quia post resurrectionem suam in cælum ascendit, rectè cum præmisisset vigilauit, subiicit: Et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Quia solus inter mortuos liber, cum patre regnat in cælo. Vnde & ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. Ferunt philosophi quod pellicanus filios suos statim vt nati sunt, interficit: postea verò per triduum multo dolore se afficit, eisque quodammodo naturæ affectum ostendit. Postea verò mater seipsam vulnerat, eisque sanguine suo resuscitat. Quis verò pater noster & mater, nisi mediator dei & hominum homo Christus Iesus? qui occidit in nobis omnem iniquitatem, vt meliorem inueniamus resurrectionem, sicut ipse ait: Ego occidam, & ego viuere faciam. Et de eo per prophetam scriptum est: Vniuicabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Clamat adhuc in solitudine caput nostrum vel membrum eius, cum eos vocat qui nondum agnouerunt veritatem. Clamat in domicilio, dum eos ad penitentiam qui ceciderunt inuitat. Clamat in tecto, cum admonet vt foras mittamus timorem. Vnde in Euangelio discipulus ait: Quæ in aure auditis, prædicate super tecta. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me iurabant. Quid iniquius? Venerat filius hominis querere & saluum facere quod perierat. Venerat inquam vt auferret gemitum dolentium, vt reconciliaret nos deo, sed Iudæi quos iniquitatis suæ caligo cecauerat, pro bonis mala retribuentes, illum quasi hostem oderant, eisque maledictionis conuicia exprobrantes inferebant cum dicerent: Dæmonium habes, & cætera infantia deliramenta, quæ Euangeliorum liber continet. Qui & si ei aliquando extrinsecus blandirentur, intrinsecus seutebant, sicut hi qui eum capere in sermone volentes dicebant: Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, non est tibi cura de aliquo. Magistrum eum vocabant qui venerat non discendi intentione, sed nocendi cupiditate. Nam quod ita se res habeat, veritas manifestat, cum tentatores eos & hypocritas vocat. Quasi ergo aduersum eum iurauerat, qui ex consilio contra eum maledicia cõfingebant. Toto etiam vitæ huius tempore, veritatis inimici Ecclesiæ dei exprobrant, cum eam hæretica prauitate aut morum dissimilitudine impugnant. Plerique autem in causa dei subdole & fallaciter intedentes & esse se in corpore Christi simulat, & pacem Ecclesiæ dei occulta machinatione perturbant. De quibus profecto hic dicitur: Qui laudabant me, aduersum me iurabant. Hi sunt

qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Qui in verbis quidem sociale videtur habere mansuetudinem, in corde verò hostilem gestant furorē. Talis erat ille Simō magus ab Apostolis baptizatus, sed postea ab Apostolorum principe propter nephandam venalitaris ambitionem reprobatus. Vnde & dictum est ei: Non est tibi pars in sermone isto. Dum enim Spiritus sancti gratiam precio comparare voluit, à doctrina Christi miser se alienauit. Ipse namque præceperat dicens: Gratis accepistis, gratis date. Hæc est inquam hæresis, quæ ipsa nascentis Ecclesiæ rudimenta tentauit, & ante alias hæreses prima apparuit. Cuius erroris vesania licet extunc damnata fuerit, postea tamē in Ecclesia gemine pestifero pullulauit. Nostris verò maximè temporibus malitiæ suæ virus exercuit, & totius Ecclesiæ pacem schismatica infestatione turbauit. Concitauit enim aduersus Ecclesiam dei non solum innumerabilem populi multitudinē, verum etiā regiā, si phas est dicere, potestatem. Nulla enim ratio fuit vt inter reges habeatur, qui destruit potius quam regat imperium, & quodcumque habere potest peruersitatis suæ socios, eos à consortio Christi efficit alienos. Qui turpissimi lucri cupiditate illectus, sponsam Christi captiuam cupit abducere, & passionem dominicam sacramentum aulæ temerario contendit euacuare. Ecclesiam quippe quam sui sanguinis precio redemptam saluator noster voluit esse liberam, hanc iste potestatis regiæ iura transcendens facere conatur ancillam. Quanto melius foret sibi dominam suam esse agnoscere, eique religiosorum principum exemplo deuotionis obsequium exhibere, nec contra deum factum extedere dominationis, à quo suæ dominiū accepit potestatis: Ipse enim ait: Per me reges regnant. Sed immensè cecatus cupiditatis caligine, & diuino, vt patet, ingratus beneficio: & contra deum fastuosus, terminos quos posuerunt patres nostri, contemptu diuino timore transgreditur, & contra catholicam veritatem suam furorē tyrannidis effertur. Intantum autem suæ temeritatem extendit vesaniæ, vt caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendicet, & in dominia gentium terrenæ ius potestatis usurperet. Quod omnino ille fieri prohibuit, qui hæc beato Petro Apostolo specialiter commisit dicens: Tibi dabo Ecclesiam meam. Obstruatur ergo os loquentium iniqua, & omnis hæreticorum acies obmutescat, quia nullas vires habet mendacium, quod ipsius voce veritatis inuenitur destructum. Sequitur: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Ex hoc maximè Scribæ & Pharisei redemptorem nostrum criminabantur, quia publicanos peccatores non solum non respuebat, sed etiam cum illis in cibo & potu communicabat. Vnde quidam eorum indignè ferentes dicebant: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Sed ille qui non iustos sed peccatores vocare venerat, quid dicebat? Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. O immensam dei clementiam. O inestimabilem gratiæ charitatem! Illos volebat curare, qui salutem nolebant habere, qui aduersus salutem suam armati & phreneticorum more medicum incusantes, volebant potius ex infirmitate mortem incurrere, quam vitam ex salute inuenire. Sed cineres redemptor noster manducabat, quādo in corpus suum eos traiciebat. Cineres namque erant, quia dum principem tenebrarum magis quā authorē sequeretur luminis, in eorum cordibus quasi extinctus fuerat diuini prorsus ignis amoris. Cineres inquam erant, videlicet nullo apti vsui, & sine charitatis glutino omnino dissoluti. Quis non has miretur misericordie dei diuitias? Quis iam de remissione peccatorum desperet? Quis non credet se si conuertatur, veniam consequi, cum audiat etiam incredulos tanta benignitate admitti? Vnde ait Apostolus: Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus ab ira per ipsum. Quia ergo redemptor noster in mundum veniens, vasa iræ fecit vasa misericordiae, & omnibus ad se venientibus pietatis suæ signum aperuit, rectè nunc dicit: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Quæ autem esuries eius vel sitis fuerit, ipse euidenter ostendit, cum ait: Meus cibus est vt faciā voluntatē patris mei qui misit

Thren. 1.

Ioan. 1.

1. Cor. 2.

Psal. 3.

Gen. 49.

Christus dicitur catulus leonis.

Apoc. 5.

Ioan. 3.

Pellicani natura.

Deut. 32. Osee. 6.

Mat. 10.

Iudeorum malitia.

Luce. 7.

Mat. 22.

Mat. 7.

Simon magus fuit ab Apostolis baptizatus. Acto. 8. Mat. 10.

Regis iniquitates.

L.

Prov. 7.

Mat. 16.


M. Mat. 9.

Ibidem.

Iudei tunc cineres.

Rom. 8.

Ioan. 4.



**A** qui misit me. **E**ccorum: Me oportet operari opera patris mei qui me misit, donec dies est. Venit nox, quando nemo operari potest. Quae sunt haec patris opera, quae in die dicit & non nocte operanda nisi saluifera agri intellectualis cultura? Ipse est enim homo qui seminavit bonum semen in agro suo, ad cuius culturam postea operarios destinabat, cum diceret: **M**isisti quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum mellis, ut mittat operarios in messem suam. Quis sit ergo iste ager, ipse ostendit, cum agrum mundum, & semen dixit esse verbum dei. Seminavit ergo ut meteret, mellis ut manducaret. Huius agri fructum quotidie colligit, & quasi eo pascitur, cum electorum profectibus delectatur. Vnde sponsus in canticis canticorum dicit: Comedi fauam cum melle meo. Habet iste homo & vineam sanctam, videlicet Ecclesiam, ad quam excolendam primo mane operarios misit, & postea singulis quibusque temporibus mittere non cessauit. Patet ergo quia sicut agrum excoluit ut comedit, ita vineam plantauit ut bibat. Bona vinea, quae vuarum decorata coloribus, & dilectionibus ac perseverantiae palmitibus propagata, regi omnium suauem in fructibus suis haustum praebet. Bona inquam vinea, quae potest dicere: Vineam suam pacifico, in ea quae habet populos. Quae est illa quae habet populos, nisi sancta Ecclesia per totum orbem diffusa? Illa namque habet populos, quia ex omni parte terrarum recte credentes continent. In hac ergo solummodo electus quisque vinea efficitur, quia nullam aliquando fructum ferre poterit, qui ab unitate Ecclesiae discedit. Eo enim deo poculum subtrahit, quo haereticorum inepte garrulitati consentit. Quid enim sitit deus nisi fidem nostram? Vnde & a muliere Samaritana quaesivit bibere, de cuius eum non legimus aqua bibisse: sed spiritalem potum ei mulier obtulit, cum mundi eum saluatorem agnouit. In cruce quoque positus sitiebat & poenitentiam peccantium, & fidem exoptabat perfidorum. Sed vinea domini sabbaoth in patribus a deo plantata, & doctrinae aratro & verbi lignibus per manus prophetarum excolta, nouissime in amaritudinem versa, dum ei vitium legitiae ferre debuit, feralis inuidiae acetum porrexit. Plurimum etenim bonum vinum corruptum, & in acetum mutatur. Quia ergo ille populus & in patribus sanctus, & in filiis nequam extitit: quasi primo vinum, postmodum vero acetum fuit. Fuerunt tamen aliqui etiam inter illos qui hunc omnium saluatorem crediderunt: fuerunt & qui de peccatorum profundo ad misericordiarum se patrem leuauerunt. Quis enim pluribus aut maioribus criminibus vquam obligatus extitit, quam mulier illa peccatrix de qua septem, ut ait Euangelista, demonia eiecit? Nam & Zaccheus publicanus & raptoribus publicanus ipse & raptor praesuit, & tamen ad ipsius hospitium dei filius diuertit. Sed & Simon indignus tunc de admissione mulieris, & turba murmurauit de hospicio peccatoris. Poculum namque suum cum fletu miscuerat, & ideo sibi inimicorum proteruitas exprobrabat. Quod quotidie in Ecclesia fieri cernimus cum peccatorum pro peccatis suis plangentes, Christum indui, & ad ipsius intrare unitatem videmus. Vel certe poculum deo cum fletu miscere, est alios ab exterioribus introrsus trahere, alios ab interioribus exterius iactare. Scimus enim, quia potus ab exterioribus interius trahitur, fletus ab interiori exterius diriuatur. Quia ergo conditor noster occulta nostra examinat, & non solum opera, verum etiam intentiones radicatus pensat, occulto eius iudicio fit ut quosdam qui in oculis hominum iusti esse videntur reprober, quosdam criminibus reos per poenitentiam correctos saluet. Et cum iuxta Apostoli sententiam, neque volentis, neque currentis sed miserentis sit dei, alios qui corruerant, misericorditer erigit, alios qui stare videbantur, cadere iuste permittit. Ex peccato namque primi parentis accepimus, ut nec in ipsa iustitia stabiles esse possimus, sed aut contra deum nobis bonum quod facimus imputando erigimur, aut contra proximos in superbiam leuamur, vnde & iudbitur.

**A** facie irae indignationis tuae, quia eleuans allisisti me. Quia enim iustae damnationis sententiam primus homo peccando pertulit, quam postmodum nepotum successio consequenter incurrit, ideo Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, & ab ea qua tenebantur damnatio-

ne liberare. Ecclesia vero quae corpus eius est, cui clauis regni caelorum tribuit, & ligandi atque soluendi potestatem dedit, ideo peccatores quotidie suscipit, quia illam irae dei sententiam agnoscit. Quia enim per faciem personam agnoscimus hominis, recte per faciem irae, damnationis intelligimus cognitionem. Nam quod iram indignationis agnoscit, manifeste ostendit cum subiungit: Quia eleuans allisisti me. Creatis ceteris animalibus, homo praeter cunctas eleuatus fuit, quia & libertate extitit arbitrij praeditus, & rationis lumine illustratus. Cui etiam datum est ut non sicut caetera animantia terram semper aspiceret, sed ut ipso situ corporis caelos erectus videret, ut ex hoc quoque aperte cognosceret, quia & intentionem ad summa dirigere, & mentem deberet ad deum leuare. Nam & terror eius & tremor omnibus animantibus incubuit, quia diuina voce eis praelatus fuit. Mortem quoque nequaquam incurreret, si diuinis praecipis obediens nunquam peccaret. Sed conditoris sui mandata transgrediens, tanto grauius corruit, quanto attequam caderet altius stetit. Cadens igitur allisus est, quia peccare non metuens, & pro salute indermitates pertulit, & pro vita mortem suscepit.

**D**ies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut foenum arui.

Gravis allisio, per quam lux in tenebras vertitur, & in ariditatem viror mutatur. Diem namque sicut umbram primus homo habuit, quando se a facie conditoris abscondit. Nam inter opaca nemorum latere voluit, ut ex hoc quoque patenter ostenderet quas caecitatis umbras interius pertulisset. Si enim in umbra non esset, deum esse localem non crederet, nec ab eius oculis putaret se abscondi, a quo sciret etiam cordis occulta videri. Quae sunt ergo umbram corporis, qui prius incurrit umbram mentis. Dies namque eius inclinata fuerat, & ideo illi lumen sapientiae interius non fulgebat. Sol etenim dum inclinatur, maiores umbras efficit, & caloris sui magnitudinem paulatim subtrahit. Vnde post meridiem Adam a deo vocatus esse describitur, ut ab exterioribus agnosceretur quod interius gereret. In meridie enim lux est parior, aer lympidior, aestus feruentior. Quasi ergo merides in Adam pectore inerat, dum lumine diuinae contemplationis illustratus, amoris summi facibus ardebat. Sed hunc miser meridiem perdidit cum peccauit. Ibi enim amoris refriguit incendium: caligauit claritas, defecit visio. Veniens autem in mundum lux vera dei filius, hanc nobis claritatem reddidit, cum cordis nostri tenebras praesentiae suae illuminatione fugauit. Vnde scriptum est: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Magna lux remissio peccatorum, donum gratiae, intelligentiae claritas, contemplationis gaudium, collatio virtutum. Dedit enim nobis, ut ait Apostolus, pignus spiritus: gustauimus bonum dei verbum, virtutesque seculi superuenturi. Hi sunt dies gratiae quos nobis contulit excellentia bonitatis dei in quibus si noctem nequitiae contempnimus, ad caelestis regni hereditatem inoffenso itinere ambulamus. Hunc etenim saluator ait: Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Sed hi dies in nobis sicut umbra declinant, cum peccatorum nostrorum nebulas propiciationi diuinae opposentes, & mentis patimur caliginem, & diuinae extinguimus charitatis ardorem. Scimus autem quia sole ad occasum vergente, umbrae crescunt donec nox veniat, & lumen omnino diei deficiat. Sic nimirum cum in reproborum cordibus sol iustitiae occidere coeperit, caecitatis umbra vehementer excrescit, adeo ut diuino non illuminentur lumine, sed mortifera noctis inuoluantur obscuritate. Sequitur: Et ego sicut foenum arui. Nemo est qui nesciat quod quantumlibet tenera aut delectabilis herba sit, si apposita falce succiditur, ex coloris venustate coelestem exurit, & a radicis humore siccat. Sic profecto quicumque per opera prauitatis a deo recessit, necessario a virtutis intimae humore arefcit. Hinc etenim saluator discipulis ait: Sicut palmet non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite, sic & vos nisi in me manseritis. Nam etsi florere in hac vita peccatores plerumque videatur,

Hominis dignitas super caetera animalia.

Adam non catus est post meridiem.

Esa. 9. F 2. Corin. 5.

Ioan. 11.

Foenum facile aret.

Ioan. 15.



EXPLANATIO DIVI GREGORII PAPAE

G ariditatem tamen suam in fine recognoscunt, dum simul amittunt & ridentis vitæ dulcedinem, & temporalis gloriæ dignitatem. In sapientiæ quippe suæ vanitate confisi, dum sperant facile sibi cuncta suppetere, arbitrantur utiq; se religionis virtute non egere. Et dum de inani sapientiâ se iactant, insipienter vivere nequaquam formidant. Et quia à veræ sapientiæ radice præcisi sunt, in stulta sua sapientiâ aruerunt. Qui si voluerint in ipsa sapientiæ vitalis radice reuiuisci, summopere studeant ad fontem vitæ mentis processu properare.

Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generatione in.

Speçtat hoc ad id quod ait: Ego sicut fœnum arui. Quasi dicat: Qui diligens vanitatem, & sequens mendacium in æternitate & stabilitate perflere nolui, temporalis & instabilis factus, mortis ariditatem incurri. Sed tu domine in æternum permanes. Hæc ergo est vnica spes salutis meæ, vt tibi inhæream, vt sicut per me factus sum aridus, ita per te fiam æternus. Et in te viuens mortem effugiam, à quo discedens perdidit vitam. Nos quoq; scientes quia primus homo factus est de terra terrenus, secundus de coelo cœlestis: sicut terreni imaginem portauimus, ita cœlestis imaginem portemus: & cum eo vnum efficiamur, qui resurgens à mortuis, iam nō moritur, & mors illi vitæ non dominabitur. Ipse est enim

H qui factus est in spiritum viuificantem: cuius si membra fuerimus, quo caput nostrum præcessit, pariter ascendemus. Cuius ascensus spe ipse nobis contulit, qui ait: Pater volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. Quod si ab eius separati fuerimus corpore, velut abscissa membra participatione caremus vitæ, nec cum eo in cœlū ascendimus. Cum eo ergo vnū simus, quia sicut ipse ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de coelo, filius hominis qui est in cœlo. Et notandum

Ioan. 17.

Viueret, & permanere multum differunt. Iob. 13.

quia non dixit viuis, sed permanes in æternum. Homo etiā si multo tempore viuat, non tamen vno die permanet: quia vt semper mutetur, ex conditione mortis habet. De quo quidā sapiens perhibet, dicens: Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Deus verò qui solus vere æternus, vere immortalis est, in æternum permanet: quia in eo nihil est transitorium, nihil mutabile, nihil quod alienū sit à sempiterna eius diuinitate.

Memoriale tuū in generatione & generatione. Quid magis memoriale in deo quàm misericordia? De illa nāq; scriptum est: Misericordias eius, super omnia opera eius. Misericordia domini ab æterno vsq; in æternū super timentes eum. Licet enim hominē mirabiliter cōdiderit, mirabilius tamen perditū per filij sui mortē redemit. Hæc memorialis dei misericordia in generatiōe & generatiōe permanet, quæ omnibus per tēporū curricula viuentib; vsq; in finē seculi patet. Tu exurgens domine misereberis Sion, quia tēpus miserendi eius, quia venit tempus.

Psal. 144. Homo mirabiliter cōditus est, sed mirabilius redemptus.

I Si Sion ad literam accipimus. Iudæorum in hoc loco & gentium vocationem notare valemus. Et videbitur hoc modo quasi præcedentis verbi expositio, vt cum duas generationes nominat, qualiter in generatione & generatione misericordia dei sit permanens ostendat. Ait ergo: Tu exurgens misereberis Sion. Per filiū deus pater exurrexit, quia qui antea non cognoscebatur, per eum in hominum notitiam venit. Vnde & verbum patris & splendor dicitur, quia per eum & voluntas dei agnoscitur, & ipsa diuinitatis essentia declaratur. Sion verò, id est Iudæici populi miseratus est, quādo de eorum progenie nasci voluit, & prius eos ad fidem vocauit: Tempus miserendi. Tempus plenitudinis intellige: quia iuxta Apostoli sententiam, vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui erant sub lege, redimeret: Quod verò ait: Quia venit tempus. Tempus nimirum gratiæ vult intelligi, de quo dominus per prophetam dicit: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Quod exponens Apostolus ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis.

Gala. 4.

Esa. 49. 2. Cor. 6. ibidem.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur.

Per lapides Sion, Apostolos intelligere possumus, qui de Iudæico nati populo, Ecclesiam demum ex seipsis ædificauerunt. Qui profecto lapides seruis dei placuerunt, cum quales futuri essent, propheta per spiritum viderunt. Nisi enim prophetis Apostoli placuissent, nequaquam de eis Elaias diceret: Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas: Et iterum: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bonæ. Qui sunt pacem euangelizantes, nisi Apostoli Christū prædicantes? Ipse est enim pax nostra, vt ait Apostolus, qui fecit vtrāq; vnum. Vnde etiā ipso nato, hominibus pacem redditam angeli pastoribus nūciauerunt, quam postea Apostoli omnibus gentibus publicè prædicauerunt. Per pedes verò euangelizantium, affectus intelligimus Apostolorum, qui quidem speciosi erant, quando non sua commoda, sed auditorum vtilitatē quærebant. Speciosi inquam erant, qui terreni lucri inquinamenta ex ipso operationis suæ incessu non contrahebant. Tunc namq; corporeos pedes habere speciosos dicimur, quādo nulla cœnolegiæ labe fœdamur. Quia ergo ex prædicationis officio terrenas diuitias Apostoli non quærebant, rectè de eis dicitur, quia pedes eorum speciosi erant. Hinc namque Anna de deo prophetauit, dicens: Pedes sanctorum luorum seruabit. Quia ergo quales futuri essent Apostoli, per spiritum sanctum propheta viderunt, rectè nunc dicitur, quia seruis dei lapides Sion placuerunt. Qui portō lapides terræ miserti sunt, quia penitentiam agentes à peccatis absoluerunt. Per terram quippe peccatores accipimus. Vnde serpenti à domino dictum est: Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Antiquus enim hostis terram comedit, quia peccatores quosq; in ventrem suæ malitiæ abscondit. Itq; hominū perditionem desideras quodammodo reficitur, dum prauis eorum operationibus delectatur. Terræ ergo Sion Apostoli miserti sunt, quando Iudæos ab errore conuersos à peccatis absoluerunt. Ecce constructus est vnus paries domus dei, quæ est Ecclesia, paries inquam ex circuncisione: veniet paries ex præputio, vt duo parietes in vnū iuncti lapidem angularem, vnā cōstruāt ciuitatē. Videamus ergo quid sequatur: Et timebunt gētes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quasi dicat: Non solum misereberis, Iudæos vocando, sed etiam gentium, eas ad fidem conuertendo. Quæ quidem non resistent Euangelio, sed agnita veritate. Timebunt gentes nomen tuum domine. Timebunt inquam non timore seruili, sed casto & filiali. Timuerunt gentes deum quādo spreta idolorum cultura, & antiquæ contemptis superstitionis erroribus, baptismo sunt mundati penitentia, & Christianæ susceperunt instituta doctrinæ. In quibus verbis notandum, quia non ait, Sion timebit nomen tuum domine: sed, gentes timebunt nomen tuum: quia etsi missus sit Christus ad oues quæ perierunt domus Israël, tamen illis verbum dei repellentibus, & indignos se æternæ vitæ indicantibus, conuersi sunt ad gentes Apostoli, quæ nomen Christi cū gaudio susceperunt. Hinc namq; Apostolus ait: Dico Christum Iesum ministrum fuisse circūcisionis, propter veritatē dei ad cōfirmādas traditiones patrū. Gentes autē super misericordia honorare deū, sicut scriptum est: Propterea cōfitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Hinc rursus ait: Quod quærebat Israël, nō est cōsecutus: electio autem consecuta est: Et omnes reges terræ gloriam tuā. Infirma mūdi elegit deus, vt cōfunderet fortia. Ignobiles vocauit, vt nobiles vinceret, piscatores elegit, vt reges sublugaret. Ecce impletū est quod de Christo prædictū est: Omnes reges terræ timebūt gloriā tuā. Omne enim culmē seculi ad reuerentiā Christi flectitur. Omnis dignitas humanæ cōditionis ad obsequiū Christi inclinatur, sicut ait Apostolus: Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortē, mortem autē crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectat, cœlestiū, terrestriū, & infernū. Gloria Christi resurrectio est, per quā à diabolo regnū abstulit, & mortis destruxit imperiū. Qui enim in morte visus est infirmus, in resurrectione apparuit gloriosus, vnde dicit Apostolus: Et si mortuus est ex infirmitate, sed viuuit ex virtute.

K Apostoli dicuntur lapides Sion.

Esa. 60. Rom. 10.

Eph. 2.

Pedes speciosos habere debemus.

1 Reg. 2.

L

Peccatores dicuntur terra.

Gen. 3.

M

Rom. 15.


Psal. 17.

Rom. 11.

Phil. 2.

2 Cor. 13.

Quia



**A** Quia edificavit dominus Sion, & videbitur in gloria sua.

Causa est quare Gentes & Iudaei ad fidem vocentur. Ex utroque enim populo edificata est Sion spiritualis, quae in celsitudine virtutum posita terrena deserit, coelestibus inspicitur, futura praevideat, hostium incursus non timet.

Huius fundamenta in montibus sanctis sunt, quia sicut ait Apostolus: Iam non sumus hospites & advenae, sed ciues sanctorum & domestici dei: super aedificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum. In hac civitate deus homini coniungitur, sicut scriptum est: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Synagogam enim reproba- vit, Ecclesiam elegit. Ideoque scriptum est: Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Jacob. Illa nempe deus tabernacula deseruit, Sion vero, id est, Ecclesiam praesentia suae habitationis illustravit. Unde & illic nequaquam conspicitur, hic autem ab his qui mundo sunt corde, mentis intuitu videtur, nam subditur: Et videtur in gloria sua. In gloria sua Christus videtur in Ecclesia, qui in infirmitate visus est in synagoga. In qua infirmitate nequaquam a morte videbitur, qui immortalis & impassibilis factus, cum patre deus in illa iam coelesti sede gloriatur. Unde dicit Aposto- lus: Et si nonimus Christum secundum carnem, sed iam non novimus. Possimus quoque per id quod superius dictum est: Tu exurgens misereberis Sion. Remissionem peccatorum quae in Ecclesia datur intelligere, & multiformis dona gratiae, quae quotidianis divinitus incrementis consequitur. Quae in illis deus multiplicat, quibus Sion placent lapides, id est, qui & Apostolorum doctrinam recipiunt, & eorum pro posse exempla imitantur. Sed iam ad sequentia revertamur.

Respexit in orationem humilium & non spreuit precem eorum.

In humilium deus orationem respexit, quando ad humanam naturam reformandam filium in mundum misit. Hoc enim iustorum requirebat oratio, hoc prophetarum expectabat desiderium, ut ille in mundum veniret, qui & a diabolica ser- vitute hominem redimeret, & vitae aditum quem culpa ob- struxerat, gratuito pietatis suae munere referaret. Hinc nan- que Esaias ait: Clamabunt ad dominum a facie tribulantis, & mittet eis salvatorem & propugnatorem qui liberet eos. Ex quibus verbis liquido colligitur, quia in eorum respexit ora- tionem, quibus in tribulatione clamantibus non solum sal- vatoris contulit, sed etiam propugnatorem misit. Idem vero qui fuit salvator, fuit & propugnator. Salvator namque dei filius est, de quo scriptum est per prophetam: Deus ipse ve- nit, & salvabit nos. Unde etiam Iesus priusquam in utero conciperetur, vocatus est ab angelo. Nam quod propugna- tor sit, ipse ostendit cum per prophetam ait: Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad salvandum. Ex hoc preces non spreuit, quia eis quod deprecabantur indulsit. Si enim preces eorum spreuisset, nequaquam ad eos liberandos filium misisset. Hinc namque Moyses ad dominum ait: Obsecro do- mine mitte quem missurus es. Hinc propheta alius exclama- vit dicens: Utinam dirumperes caelos, & descenderes. Hinc etiam David dixit: Deus iudicium tuum regi da. Iudicium suum regi deus pater dedit, quando dei filius carnis huma- nae substantiam assumpsit. Hinc namque ad filium ipse pater ait: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Reges eos in virga fer- rea, & tanquam vas figuli confringes eos. Patet ergo quia iudicium tuum illi dedit, cui & bonorum regnum, & in- convertibilem tradidit comminationem. Vas enim figuli post- quam semel confringitur, nullo modo postmodum reparat- ur. Quid ergo per confractionem vasorum figuli, nisi extre- ma damnatio designatur? Ibi enim per iudicium severitatem quicumque confringitur, nequaquam ulterius per poeniten- tiae remedium reparabitur. Quod profecto iudicium per dei & hominum mediatorem fiet, quia scriptum est: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. In humi- lium nihilominus orationem deus respicit, cum pro se vel alijs exorantes fideles exaudit.

Scribantur haec in generatione altera, & populus qui D creabitur, laudabit dominum.

Sicut ex duobus populis primitiva est constructa Ecclesia, ita gemina est generatio in fidei unitate collecta: carna- lis scilicet, & spiritualis. Sive ergo Sion & ea quae sunt su- pradicta, ad literam intelligamus, sive per intellectum my- sticum ad Ecclesiam cuncta referantur, conveniunt superio- ribus sequentia, & prelibatis exponenda concordant: dictum est enim: Tu exurgens domine misereberis Sion. Et iterum: Quia edificavit dominus Sion. Nunc vero ait: Scribantur haec in generatione altera. Quod enim Iudaeis fuit promissum, hoc in gentibus videtur impletum. Si vero iuxta spiri- talem intelligentiam per Sion Ecclesiam accipimus, per ge- nationem alteram, spiritalem intelligimus, in qua nimirum divinae scripturae sunt promissiones: quia quicquid de remissione peccatorum, quicquid de aeternitate foelicitatis scriptura sacra asserit, hoc in cordibus suis per amore Spi- ritus, spiritualis generatio inscribit. Cui & dicitur: Audi Israel praeccepta domini, & ea in corde quasi in libro scribe. De hac praecceptorum dei inscriptione per prophetam do- minus dicit: Hoc est testamentum quod testabor eis, da- bo leges meas in cordibus eorum, & in sensibus eorum scribam eas. Bonus pater, qui filiis non terrena haere- ditatis iura, non luto aut lateribus constructas domus, non auri argenteive praescribit acervos, quae liuoris pla- runque & invidiae seminarium sunt, & superbiae ac luxus existunt fomenta, sed charitatis & dilectionis gratiam, iustitiae & pietatis proponit edicta, & veritatis legem non in lapide, vel membrana, vel ligno, vel cera sed in ta- bulis cordis perscribit, ut aeternae filii promissionis vanis nunquam cogitationibus occupentur, sed semper omni- potentis patris testamentum quasi pra oculis habentes, quid timere, quidve sperare debeant cogitent, & in exequen- dis mandatis coelestibus, votis omnibus elaborent. De his quippe ait propheta in Psalmo: Haec est generatio queren- tium dominum, quarentium faciem dei Iacob. Quid nobi- lius generatione divina, quid sublimius coelesti? quid castius conceptione spirituali? Voluit immaculatus dominus ut ho- mo sine macula nasceretur peccati, & absque vitio carnalis delectationis humanae sobolis propagaretur successio. Et ideo talem fecit Adam ut absque peccato filios egeret, si in conditoris obedientia persistisset. Posset namque fieri ut si- cut absque delectatione fructus suos terra germinat, ita sine peccato filium mulier pareret. Et sicut ipse a deo Adam pure conditus fuerat, ita homo hominem pure procrearet. Quod homini cur esse incredibile videatur, cum apibus etiam hoc ipsum conferatur? Sed quia domino suo obedi- re humana anima renuit, animae imperio caro obtempe- rare contempsit. Nam & rebellis ei semper postmodum extitit, & adversus eam cuius ancilla fuerat, se in super- biam erexit. Plurimumque autem usque adeo erigitur, ut ipsa domus suae versa vice dominetur. Unde fit ut in fi- liorum procreatione per delectationem in peccatum in- cidat, & bonum opus male operando delinquat. Sed dei hominumque mediator sicut nobis quam perdidimus vi- tam contulit, ita etiam hanc in nobis generationem reparavit. Unde & de virgine, & sine peccato nasci voluit: ut ex hoc patenter ostenderet quia hoc etiam nobis inter innumera beneficiorum suorum dona conferret. Ideoque Esaias ait: Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Quam virginis conceptione nequa- quam signum esse diceret, nisi aliquid nobis in ipsa sua nati- vitate quod credere deberemus signaret. Unde rursus scriptum est: O radix Iesse, qui stas in signum populorum. Signum enim fuit populis illa Christi sine virili commixtione natiuitas, quod his qui credunt in nomine eius, daturus erat potestate fi- lios dei fieri, his videlicet qui non ex sanguinibus, neque ex volu- tate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Sicut na- que beata Maria Christum peperit virgo, post partum incorrupta permansit: ita & mater Ecclesia filios deo sine dolore generat, & virgo semper illibata perseverat. Qui in hoc quoque quod deum toto corde diligunt, patrem se deum habere eviden- ter ostendunt. Filiorum enim est diligere, non timere. Porro

Eph. 2.

Apoc. 21.

Psal. 66.

1. Corin. I.

B

Esa. 19.

Esa. 64.

C

Exo. 4.

Psal. 71.

Pater filio dedit iudicium.

Psal. 2.

Ioan. 5.

Ibidem.

Psal. 101.

Psal. 33.

Filius mulier sine peccato parere potest.

Esa. 7.



EXPLANATIO DIVI GREGORII PPAE

**G** in hac dilectione nequaquam torpescunt ocio, aut operibus insolescunt, sed & in mandatis coelestibus voluntate dei custodiunt, & ex virtutum operatione nullam ab hominibus laudem quaerunt. Vnde & subditur: Et populus qui creabitur laudabit dominum. In operibus nempe suis deum laudant, qui bonum quod faciunt, nequaquam sibi, sed gratia dei attribunt. Vnde & Paulus cum plus omnibus se laborasse dixisset, subiicit atque ait: Non autem ego, sed gratia dei mecum. Sed quae in nobis sunt sanctitatis opera, ita sunt ad proximorum aedificationem exterius trahenda, ut in eis non fauor aut gratia humana requiratur, sed ipse a quo haec sunt hominibus collata, deus laudetur. Hinc namque per semetipsam veritas Apostolis ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.

1. Cor. 15.

Mat. 5.

Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de caelo in terram aspexit.

Ioan. 3.

Nec noua post creationem nasceretur, nec deum perfecte sanctorum vita laudaret, nisi per eum nos diuina miseratio respiceret, qui nos in Nicodemo denuo nasci docuit: aliter in regnum intrare non posse, nisi ex aqua & spiritu renasceremur monstrauit. Vnde dum populum creatum dominum benedicturum esse propheta dixisset, causam ilico nostrae redemptionis adiecit, velut qui indubitanter sciret aliter nouum non posse creari populum, nisi dominus & redemptor noster nouus homo veniret in mundum. Nec posse quenquam amplius de vera salute ambigere, cum sciret omnipotentem medicum ad infirmos descendisse. Dicatur ergo: Quia prospexit de excelso sancto suo. Prospicere dicimur, cum a longe intuemur. Quia ergo per verbi dei incarnationem non solum iudaea quae iuxta esse videbatur, sed etiam Gentilitas liberanda erat per misericordiam, recte nunc dicitur, quia prospexit de excelso sancto suo, iuxta quod scriptum est: Pacem iis qui longe, & pacem iis qui prope. Redemptor noster non immerito excelsus dicitur, quia diuinitatis eius potentiam nemo mortalium intuetur: denique & sanctus extitit, & dei per omnia fuit. Hinc namque ipse de se in Euangelio ait: Quem deus sanctificauit, & misit in mundum. Nam quod dei per omnia fuerit, ipse testatur cum ait: Non potest filius a seipso facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Idem autem qui excelsus extitit, ipse etiam coelum fuit. Sed excelsus propter sublimitatem, coelum vero propter diuinam inhabitationem. In eo enim, sicut testatur Apostolus, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et per prophetam quoque dominus ait: Coelum mihi sedes est: Quae autem maior sedes dei quam Christus? Coelum igitur dei Christus est, de qua dominus in terram aspexit, ut eum peccantibus quibusque spem per eum venire tribuit, de caelo in terram aspexit, ut coelum fieret qui terra fuit. Quod aperte ostenditur, cum ilico subiungitur:

Prospicere, est a longe intueri.

Eph. 2.

Redemptor noster quia re excelsus & caelum dicitur.

Ioan. 15.

Col. 2.

Esa. 66.

Ut audiret gemitus compeditorum, ut solueret filios interemptorum. Sancti viri non incongrue compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplinae dei, nequaquam ad ea quae exteriora sunt vagantur, & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum a conditoris desiderio nusquam discedunt. De his namque compeditibus scriptum est: Inice pedes tuos in compedes eius, & in torques illius collum tuum: Quia profecto cuius a prauitate gressus compescitur, eius fides sanctarum varietate virtutum adornatur. Collum namque fides est, per quam deo fidelis quisque coniungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia, quae eius est corpus, vnitur. Vnde in laudem sponse in canticis canticorum dicitur: Collum tuum sicut monilia. Quia enim, sicut Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est, quasi collum sponse monilibus circumdatur, dum fides sanctae animae operibus decoratur. Gemunt continuo compediti, quia dum exiliis sui tenebras electi considerant, ad claritatem visionis dei indesinenter suspirant. Sed eorum gemitus nequaquam deus audiret, nisi mediatorem nobis filium suum dedisset. Vnde dicit Apostolus: Per quem accessum habemus ad patrem, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Constat ergo quia nullius audiret gemitum deus, nisi ille venisset per quem ad patrem habemus accessum. Ut solueret filios interemptorum. Filii interemptorum sunt imitatores martyrum, eorum scilicet qui vel pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine agni lauerunt stolas suas: vel qui membra sua super terram mortificantes, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt. Possimus quoque per compeditos eos accipere, qui mortalitatis & passibilitatis vinculis se affictos intelligunt, & miseris humanae necessitatis afflicti, indesinenter gemunt.

Canti. 1.

Iacob. 2.

Eph. 2.

Ut annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hierusalem.

Soluti a peccatorum vinculis, eo magis in Ecclesia nomen dei annunciant, quo eis dimissum est de peccatorum excelsibus quod timebant: quid vero aliud est nomen domini annunciare, nisi dei misericordiam in Ecclesia praedicare? Dominorum enim est misereri. Hinc namque de Christo dicitur: Benedictus qui venit in nomine domini. Scimus enim quia mediator dei & hominum homo Christus Iesus iudex est humani generis, iuxta quod scriptum est: Pater non indicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui si in primo aduentu venisset in nomine iudicis, nemo profecto foret qui poenam aeternae euaderet damnationis. Omnes enim, ut ait Apostolus, peccauerunt & egent gloria dei. Venit ergo in nomine domini, qui venit ut peccata dimitteret, non ut peccatores damnaret. Venit, inquam, in nomine domini primo, qui in nomine iudicis in aduentu veniet secundo. In Sion ergo nomen domini annunciant, qui dei misericordiam populis praedicant. Sequitur: Et laudem eius in Hierusalem. Vnam Ecclesiam propter diuersas causas diuersis appellat nominibus, Sion eam nominans, sicut quae ad alta sustollitur. Hierusalem vero quae quasi iam mortificatis hostibus, veram in se pacem intuetur. Notandum vero quia nomen domini prius annunciandum, postea vero posuit esse laudandum. Agnitionem enim nominis laus sequitur confessionis. Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Quae autem maior laus dei, quam quod mundus in unitate fidei collectus, non solum opera eius annunciat, sed etiam vita eum & operibus laudat? Vnde & subditur:

In conueniendo populos in vnum, & reges ut seruiant domino. Respondit ei in via virtutis suae, paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

In vnum conuenerunt populi in Ecclesia per totum orbem diffusa, quae Christum credit esse filium dei. De hac unitate dicit Apostolus: Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Extra hanc nemo laudat deum, nemo annunciat. Hanc designabat ille vnus qui post motionem aquae in piscinam descendens sanabatur. Nemo namque est qui vere possit inuenire salutis remedium, nisi ad unitatem fidei veniat, & per sanctificationem vitae Christum induens, vnum cum eo fiat. Hinc namque per semetipsam veritas ait: Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Per reges eos intelligas qui animorum suorum motus secundum dei voluntatem dirigunt, eisque regum more dominantur, dum in rationis eminentia quasi in regali solio praesidentes, repugnantia quaeque seruituti subiiciunt, & pacatis omnibus, aequitatis leges & innocentiae iura in se ipsis disponunt: siue etiam eos qui populis praefecti, in rerum culmine stare videntur, dum diuitiis affluunt, honoribus cumulatur, terreni praeminent dominatione imperij, & gloria mundanae potentiae extolluntur, non absurdum videbitur cum & illi in ipsa cordium suorum directione domino seruiant: & isti religionis Christianae documenta tenentes, orthodoxae fidei iugo mentis colla supponant. In hoc igitur populorum, & regum conuentu quilibet fidelis respondit deo in via veritatis positus, videlicet in Christo, qui viam se nobis proposuit, dicens: Ego sum via, veritas & vita. Responso autem haec non voce aestimatur, sed opere. Non enim respondent domino qui vocati peruehere viuunt, qui post illud diuinum

Ut audiret gemitus compeditorum, ut solueret filios interemptorum. Sancti viri non incongrue compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplinae dei, nequaquam ad ea quae exteriora sunt vagantur, & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum a conditoris desiderio nusquam discedunt. De his namque compeditibus scriptum est: Inice pedes tuos in compedes eius, & in torques illius collum tuum: Quia profecto cuius a prauitate gressus compescitur, eius fides sanctarum varietate virtutum adornatur. Collum namque fides est, per quam deo fidelis quisque coniungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia, quae eius est corpus, vnitur. Vnde in laudem sponse in canticis canticorum dicitur: Collum tuum sicut monilia. Quia enim, sicut Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est, quasi collum sponse monilibus circumdatur, dum fides sanctae animae operibus decoratur. Gemunt continuo compediti, quia dum exiliis sui tenebras electi considerant, ad claritatem visionis dei indesinenter suspirant. Sed eorum gemitus nequaquam deus audiret, nisi mediatorem nobis filium suum dedisset. Vnde dicit Apostolus: Per quem accessum habemus ad patrem, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Constat ergo quia nullius audiret gemitum deus, nisi ille venisset per quem ad patrem habemus accessum. Ut solueret filios interemptorum. Filii interemptorum sunt imitatores martyrum, eorum scilicet qui vel pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine agni lauerunt stolas suas: vel qui membra sua super terram mortificantes, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt. Possimus quoque per compeditos eos accipere, qui mortalitatis & passibilitatis vinculis se affictos intelligunt, & miseris humanae necessitatis afflicti, indesinenter gemunt.

Viri sancti dicitur compediti & gementes. Eccli. 6.

Sancti viri non incongrue compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplinae dei, nequaquam ad ea quae exteriora sunt vagantur, & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum a conditoris desiderio nusquam discedunt. De his namque compeditibus scriptum est: Inice pedes tuos in compedes eius, & in torques illius collum tuum: Quia profecto cuius a prauitate gressus compescitur, eius fides sanctarum varietate virtutum adornatur. Collum namque fides est, per quam deo fidelis quisque coniungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia, quae eius est corpus, vnitur. Vnde in laudem sponse in canticis canticorum dicitur: Collum tuum sicut monilia. Quia enim, sicut Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est, quasi collum sponse monilibus circumdatur, dum fides sanctae animae operibus decoratur. Gemunt continuo compediti, quia dum exiliis sui tenebras electi considerant, ad claritatem visionis dei indesinenter suspirant. Sed eorum gemitus nequaquam deus audiret, nisi mediatorem nobis filium suum dedisset. Vnde dicit Apostolus: Per quem accessum habemus ad patrem, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Constat ergo quia nullius audiret gemitum deus, nisi ille venisset per quem ad patrem habemus accessum. Ut solueret filios interemptorum. Filii interemptorum sunt imitatores martyrum, eorum scilicet qui vel pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine agni lauerunt stolas suas: vel qui membra sua super terram mortificantes, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt. Possimus quoque per compeditos eos accipere, qui mortalitatis & passibilitatis vinculis se affictos intelligunt, & miseris humanae necessitatis afflicti, indesinenter gemunt.

R

Mat. 21.

Ioan. 5.

Rom. 1.

L

M


Eph. 4.

Ioan. 17.

Reges qui proprie sunt

cuntur.

Ioan. 14.



Resurrexerat  
gloria  
via, est  
Christi

**A** illud diuinū (enim in terra rationabili susceptū, spinas per-  
ueritatis, aut tribulos producant nequitia, sed qui in omni  
bono se aptates, & de sua vocatione gratias deo referunt, &  
fructum deo centesimū, vel sexagesimū, aut etiā tricelimum  
virtutis. Virtus namq; Christi, est gloria resurrectionis eius.  
fecerunt opera fecerit que nemo alius fecit, & miraculorū  
signa diuinitatis eius fidem astruant, credendi tamem in eū  
nulla potentior, aut cōdecensior via extitit, quā quod mor-  
tuus & sepultus tertia die resurrexit. In via ergo virtutis dei  
respondet Ecclesia, cum de gloria resurrectionis Christi ni-  
hil asserens ambiguum, nihil sentiens obscurū, studet in mē-  
bris suis Christo per baptismum & poenitentia commori, &  
per nouitatem vitæ Christum induens eidem cōiuiuari.  
Cum enim, nihil in se lucidum, nihil vitale conspiciat, a solo  
deo se putat posse acquirere & luculentarū virtutū plenu-  
dinē, & desideratā vitæ indeficientis æternitatē. Quæ etiam  
nō nisi per gratiā dei potest aduertere quot sit obnoxia dese-  
ctibus, quot infirmitatibus subdita, quot miseriis vallata.  
Ideoq; dicit: Paucitatem dierū meorū nuncia mihi. Quasi  
dicat: Qui ex meis viribus hoc consequi non valeo, vt quā  
pauci sunt mei intelligā, fac vt per gratiā tuā inspirati-  
onis, & virtutum defectū, & huius vitæ breuitatem agno-  
scam, quatinus vitæ huius velocem considerans transitum,  
nullum in corde sentiam de amore illius affectum.

**B** Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in gene-  
ratione & generationem anni tui.  
Per dimidium dierum, imperfectionem vitæ accipimus, in  
qua se fidelis quisq; nō renocari de mundi huius exorat exi-  
lio, ne si in die exitus sui trāsitoria adhuc vitæ amore occu-  
patus fuerit, ad illam æternitatis vitā transire minus possit.  
In hac vita dimidium tantū dierum accipimus, quia et si nos  
assidue solis huius materialis splendor illuminet, sequitur ta-  
mē nox, quæ assidue illuminatos obscurat. Roget ergo vnus  
quisq; vt dum in vitæ huius cursū mentis amore desigitur,  
antequam de adipiscendis æternis satagat, a deo nō reuocetur.  
Sancti viri et si sunt mortali carne circumdati, nequaquā  
sunt in dimidio dierum, quia perterriti desiderii amore a ter-  
renis suspensū, illa beatæ vitæ æternitate iam in spe perfruū-  
tur. Hinc namq; Paulus dicit: Spe salui facti sumus. Hinc rur-  
sus ait: Nostra conuersatio in caelis est. Sic namq; inoffenso  
cursū ad æternitatis statum perueniunt. Sic ante huius vitæ  
terminū, in æternitatis desiderio mētem fixerunt. Quod qui-  
dem euidenter ostenditur, cum protinus subditur: In ge-  
neratione & generatione anni tui. Nota quod vitam luā  
dierum paucorū appellatione significat, æternam verō, an-  
norum in generatione & generatione permanentium, vt per  
hoc quoq; prudens lector intelligat & infinitā illius futuræ  
fœlicitatis longitudinem, & labentem tēporalis gloriæ bre-  
uitatem. Quis enim nesciat annos diebus multo longiores?  
Quia verō etiam in annis finis potest intelligi, in generatio-  
ne & generatione eos permansturos dicit: Sapientia dicit: Ge-  
neratio vadit, & generatio venit, terra autem in æternū stat.  
Hæc est namq; intabulans vitæ illius permutatio, vt deceden-  
tibus aliis, alij nō æquali conditione oriātur. Ex quibus ta-  
men omnibus quæ in seculo fuerūt vel futuræ sunt genera-  
tionibus, viuā illa & diuina generatio perficit, quæ in eter-  
num claritatis dei cōsortio perfruatur. In hac itaq; annos, id  
est, æternitatem dei permansurā dicit propheta, tunc videli-  
cet cum generatio quæ precedit & quæ sequitur, vna facta  
fuerit, nouissima vt pote morte destructa, quæ antequam in  
victoria absorbeat, nihil stabile, nihil solidū, nihil dimittit  
illegum. Quæ tamen intelligi & aliter possunt, vt ad superio-  
ra hoc modo referātur. Dicitum namq; est superius: Populus  
qui creabitur, laudabit dominū. Quomodo ergo laudet ostē-  
dit cum ait: Respondit ei in via virtutis suæ, & laudem eius  
annunciabunt in Hierusalē. Hierusalē verō quæ seruit enim  
filiis, illa enim vocata nequaquā in laude respondet, sed illa  
cui dictū est: Lætare sterilis quæ nō parit, erumpe & clama  
quæ nō parturit: vocata respōdet domino posita in via virtu-  
tis suæ. Via virtutis Christi, est imitatio constantiæ eius. In  
hac via populus creatus, vel Hierusalē intelligibilis respō-

Rom. 8.

Eccles. 1.

det domino, quia sicut pro nobis Christus animā posuit, ita  
cōstatiā Christi sequens pro fratribus animā ponere in filiis  
suis nō recusat. Quid verō responderit, ostendit cum ait:  
Paucitatem dierū meorū nuncia mihi. Rogat innouat⁹ populus  
vel fecunda filiorū spiritaliū mater, vt breue sibi videatur  
huius tēpus tribulationis, cōparatione æternæ fœlicitatis: ne  
dū nimis extēdi quas patitur persecutiones aurumat, pro di-  
lutione præmiorū quasi tēdio victa, quā imitari proposuit  
Christi cōstantiā, amittat. Tūc nobis deus quid sequi debea-  
mus annūciat, cum volūtatis suæ arcana nobis inspirat. Nun  
quid nō paucitatem dierū suorū illi deus annūciauerat qui di-  
cebat: Existimo quod nō sunt cōdigne passionis huius tēpo-  
ris ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis: Nouerat enim  
quia tēporalium pressura passionū veloci sine concluditur,  
gloriæ verō cœlestis fœlicitas nullo termino augetur.  
Possumus per paucitatem dierū etiā aliud intelligere. Fuerunt  
namq; heretici qui dicerēt. Ecclesiā nō esse generalem, sed in  
tēpore Donati & ante finem seculi consummandā: nō atten-  
dentes quod eis dominus in Apostolis promisit, dicens: Ecce  
ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad consummationem  
seculi. Contra eos nūc dicitur: paucitatem dierū meorū nuncia  
mihi. Cōstat autem multipliciter dierū perennis vitæ ac-  
cipitur: per paucitatem verō cursus istius seculi designatur.  
Scriptū quippe est: Longitudo dierū in dextera eius. Quid  
enim per dexterā, nisi perpetua vitæ designatur? Quia ergo  
sanctorum requies nullo clauditur termino, recte in dextera  
dei dierū dicitur esse longitudo. Nā quod hic dicitur: Pau-  
citatē dierū meorum nuncia mihi: tale est ac si dicat Ecclesia,  
Sunt qui insipientiæ suæ caligine & perfidiæ detestabilis in-  
duti erroribus asserāt me in breui finiendā, & vsq; in finē se-  
culi inhabitatorē nō habiturā: sed tu de cuius nō diffido pro-  
missionib⁹, nuncia paucitatem dierū meorū mihi. Futura dierū  
paucitas, in quā, data est Ecclesiæ, quia toto istius vitæ tēpore  
debet fides Christiana in mundo vigere. Ne reuoces me in  
dimidio dierum meorum. Per dimidium dierum imperfe-  
ctionem accipit tēporum trāscentiam, in qua quasi deus re-  
uocari permittet, si huic sententiæ hereticorum faueret.  
Hoc autem ideo postulat, ne ab illis animis qui sunt in genera-  
tiōe & generatione, alicuius eā erroris peruersitas abducat.  
Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum  
tuarum sunt caeli.

Rom. 8.

Mat. 28.

Prover. 3.

E

Initium dei filius est, de quo scriptū est: Ipse est initium omnis  
creaturæ. Quod etiā ipse euidenter ostēdit, cum se principū  
nominauit. Deniq; & in Apocalypsi ad Ioannem idē ipse ait:  
Ego sum & cō, primus & nouissimus, initium & finis. In hoc  
initio fundata est terra, quia in ipso fundata est Ecclesia.  
Hinc namq; Apostolus dicit: Fundamentū aliud nemo potest  
ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.  
Hinc ipse dei & hominū mediator, ad Apostolorū principē  
ait: Tu es Petrus, & super hæc petra ædificabo Ecclesiā meā.  
Ipse est enim petra a qua Petrus nomē accepit, & super quā  
se ædificaturū Ecclesiā dixit: Terra autē dicta est Ecclesia,  
tum quia in messe fidelium populorum spiritali fecunditate  
exuberat, tum quia in soliditate fidei perpetua firmitate im-  
mobiliter persistens. Unde per Salomonē dicitur: Terra in-  
eternū stat. Terra quippe in eternū stare dicitur: quia sancta  
Ecclesia in hoc seculo a catholica fide nequaquā deficiet, &  
in futuro cū deo æterna stabilitate permanebit. Nā quod in  
hac vita nullis aduersitatib⁹ frangēda sit, nullis persecutio-  
nibus superanda: ipse super quæ edificata est, euidenter osten-  
dit cū ait: Portæ inferi nō præualebūt aduersus eam. Portæ  
inferi hæreses sunt, quæ dum multos in fide infirmos lucata  
verborū calliditate decipiūt, quasi inferiorū eis aditū pau-  
dunt. Sunt etiā portæ inferi quædā potestates huius mundi.  
Quid em̄ Nero, quid Diocletianus, quid deniq; iste qui hoc  
tēpore Ecclesiā persequitur, nūquid nō omnes portæ inferi?  
Quis cogitare sufficiat quāti promissionibus eorū deuorati  
sunt? Quāti eorū metu perterriti? Quāti afflictionibus eorū  
superati? Quos omnes perpetuæ mortis profundum absor-  
buit, & ad cruciandū dānationis æternæ infernus admisit. Sed  
Ecclesia in illius, de qua dictum est, petra soliditate funda-  
ta, nec minarum ventis concutitur, nec persecutionum sumi-  
nibus mouetur, nec corporalium poenarum incommodis ti-  
tubatur,

Rom. 8.

Mat. 28.

Prover. 3.

E

Apo. 1. 22.

1. Cor. 3.

Mat. 16.

Ecclesia di-  
citur terra,  
Eccles. 1.

Mat. 16.  
Porte in-  
feri quæ  
sunt.



**G** tubat, nec mortis ipsius timore vacillat. Illi verò qui inferni aditum sequacibus suis utpote portas aperiunt, eam impugnare & persequi modis omnibus nō desistunt. In quo quid aliud faciunt, nisi quod veritatis verba euacuare contendūt?

**Mat. 16.** Non praevalent aduersus eam portae inferi dicit dominus: **Psal. 144.** & tamen ut ei praeualeant conantur. Sed fidelis dominus in omnibus viis suis, & sanctus in operibus suis. Initio enim terram fundauit, & opera manuum eius sunt caeli. Quid per caelos nisi praedicatores sanctos accipimus? Quid terram istam, de qua dictum est, verborum imbribus praedicantes inebriant, subiectis fidelium perpetuae damnationis exitium comminantes intonant, ad astruendam verborum fidem miracula facientes coruscant. Nam quod praedicantis verba pluuiae sint, testatur dominus, cum per prophetam dicit: Quomodo descendit imber & nix de caelo, & illuc non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Quid apertius? Ecce sicut de caelo descendunt pluuiae, ita de praedicatoribus verba emanant doctrinae. Isti sunt nimirum qui enarrant gloriam dei. De quibus etiā hic dicitur, quia opera manuum eius sunt caeli. In praecedentibus dicit propheta: Videbo caelos tuos opera digitorum tuorum: hic verò ait: Opera manuum tuarum sunt caeli. Quid est quod ibi vocantur opera digitorum, hic verò manuum, nisi quod diuersa ibi dona sancti spiritus doctorum infundenda cordibus intelliguntur? Hic verò ipsa virtutum opera ex eisdem tamē donis in hominum prodeuntia notitia vocantur. Quia enim per manus omne opus agitur, ipse virtutum operationes per manuum opera signantur. Primum namque humanis mentibus gratia spiritalis infunditur, postmodum verò in mente quid spiritus egerit, in operibus demonstratur. Coeli etiā doctores Ecclesiae dicti sunt, quia dominus in eis praesidet, dum per eos sua iudicia exercet. Quibus namque regni caelorum clauis tribuit, eis ligandi atque soluedi potestatem dedit. Per eos ergo iudicat, quia quodcumque ab eis ligatum fuerit, ligat. Scimus autem quia sedere iudicantis est: & ipse dominus per prophetam dicit: Coelum mihi sedes est. Si ergo sedes dei caelum est, & in rectoribus Ecclesiae dominus iudicat, cum sedere iudicatis sit, necessario consequitur quod Ecclesiae rectores caeli dicuntur. Qui profecto caeli opera manuum sunt dei, quia hoc ipsum quod caeli sunt, ex gratia virtutis acceperunt, sicut scriptum est: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent.

**H** Nemo iam spem suam ponat in homine. Ipsi enim caeli etsi sint opera manuum dei, peribunt tamen. Quomodo autem peribunt nisi secundum corpus? Quod si secundum corpus perituri sunt, ubi resurrectio? quam non solum negare scelus est, sed etiam de ea dubitare, limum nephas est. Pater itaque quia non sic peribunt ut non resurgant: sed ut eas quas in hac vita patiuntur, necessitates corporis euadant. In ipsa enim corporis eorum resurrectione quodammodo perisse videbuntur, cum pereunte in eis corruptione, destruetur quod animale est, ut quod spiritale est viuat: & iam quasi non sint quod fuerant, dum in aliam mutati naturam, in lumine claritatis dei perenniter exultant. Solus namque deus verè immortalis est, quia solus aeternus & incommutabilis est. Vnde dicit beatus Augustinus: Vera aeternitas & vera immortalitas non est nisi in deitate trinitatis, cui quod esse perfectum est: quia natura initio carens, incremento non indigens, sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturae autem etiā illae quibus deus aeternitatem dedit vel daturus est, non penitus omnis finis alienae sunt, quia non sunt extra commutationem.

**I** Inter haec sciendum est, quia hi de quibus agitur, caeli peribunt & non peribunt: quia morietur in eis illa quae ex carnali generatione contraxerunt corruptio. Et tamē in eis plenior erit, quam in hac vita per speculum & in enigmate acceperunt, diuina inhabitatio. Coeli hoc modo esse non desinent, dum ad recipiendum in semetipsis deum, sinum cordis amplius laxent. Vnde cum eos perituros propheta dixisset: subiecit atque ait: Tu autem permanes. Ac si patenter dicat: Peribit quidem quicquid in eis ex humana habetur corruptione, sed permanebit

in illis quod ex tua acceperunt virtute. Tu enim permanes. **K** Liqueat ergo, quia in eis non moritur quicquid de diuinitatis participatioe in ipsis habetur. Caro tamē in puluere redigitur, ut postmodum per resurrectionem in melius reformetur. Vnde & subditur: Omnes sicut vestimentum veterascent. Vestimenta sanctorum, sunt corpora eorum. Vnde de quibusdam scriptum est: Isti sunt qui non inquinauerunt vestimenta sua. Et iterum: Lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: Quae profecto vestimenta tunc veterascent, cum animabus eorum ad caelum tendentibus, ipsa eorum corpora in terrae essentia deducuntur. Quia verò mortalitatem corporis immutatio sequitur resurrectionis, consequenter adiunxit dicens: Et sicut oportorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.


Non pretereundum nobis est, quod cum dixisset eos sicut oportorium mutandos, subiunxit, & mutabuntur. Signauit enim his verbis duplicem illam sanctorum in futura vita commutationem. In qua non solum corpora corruptioni in hoc seculo & morti obnoxia perpetua percipient incorruptionem, sed etiam anima eorum & corda in aeterna transibunt stabilitate, ut sicut mori non poterunt, ita & peccare quidem non possunt: & appareat in eis multiplicis bonitatis dei beneficium, cum & mortale induerit immortalitatem, & affectus non sentiet tentationem. Notandum quod oportorium dei sancti dicuntur. Sicut enim homini nihil est vicinius quam vestis, ita deo nihil est vicinius sanctis. Sicut enim vestimentis suis homo circumdatur, ita sanctis suis deus vestitur. Hinc namque per prophetam scriptum est: Viuo ego dicit dominus: quia in sublimatione tua omnibus his velut vestimenta vestieris. Hinc rursus deo per alium prophetam dicitur: Myrrha & gutta & cassia a vestimentis tuis. Quia enim omnium virtutum odoramenta a sanctis prodeunt, recte dicitur: quia est vestimentis dei myrrha & gutta & cassia procedunt. Hinc namque Apostolus ait: Christi bonus odor sumus deo. Vestimenta ergo dei mutantur: quia sancti post mortem corporis, in felicitatem transeunt vitae caelestis. Sequitur: Tu autem idem ipse es. Hae est vera dei aeternitas, & vera eiusdem immortalitas, quod non solum nullius finis limite sempiterna eius virtus & diuinitas concluditur, sed quod potestas ac voluntas ipsius nullatenus imperfectionis cuiusquam aut inconstantiae varietate permutatur. Vnde ad Moysen de seipso ait: Ego sum qui sum. Et iterum: Hae dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Ideo & hic dicitur: Tu autem idem ipse es. Homo namque etsi ipse sit, non tamē idem est: quia hoc ex suae mortalitatis corruptione accepit, ut in eodem statu diu permanere non possit. Quod de deo sentire nimis absurdum est. Sicut enim est aeternus, ita incommutabilis: non diminutionem sentiens, nec augmentis excrescens: non mutans propositum, non improbens quod semel est approbatum. Vnde & subditur: Et anni tui non deficient. Si per annos dei, aeternitatem accipimus, qualiter anni eius non deficient, aperte videmus. Quod si per annos ipsam sanctorum multitudinem intelligere volumus, anni non deficient: quia cum illo qui nunquam deficit vnū fient. Revolutionem enim quamdam dierum, annum vocamus. Quid autem sunt sancti nisi dies, & quid peccatores nisi nox? Hinc etenim scriptum est: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Anni ergo non deficient: quia sanctorum chori postquam illam incomprehensibilem semel in semetipsis acceperint lucem, nullam amplius sentient ignorantiae vel tentationis obscuritatem. Tunc enim dies videt deficere, cum aut nubium aut noctis tenebris obscuratus coeperit non lucere. Quod ab illa vita alienum erit: quia vera lux quae obscurari non potest, in sanctis fulgebit.

Filii seruatorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigetur.

Qui sunt filii in annis, id est, in aeternitate dei habitaturi, nisi Apostolorum imitatores, cum deo in caelesti regno perenniter mansuri: Omnes enim fideles, Apostolorum dicuntur filii: quia ab eis fuerunt in fide generati. Hinc namque ad Galatas Apostolus ait: Filioli mei, quos iterum parturio. In eo quod dicit filios illic & non seruos habituros, ostendit quod ad caeleste regnum aliquis peruenire non valeat, nisi prius vetustate abiecta, per nouitatem vitae filius fiat. Nam & ipsi quos seruos vocat, Apostolorum

Caeli peribunt, & non peribunt.

Apo. 22. Esd. 49. Psal. 44. 2. Corin. 2. Exo. 3. Ibidem. Psal. 18. Gal. 4.



**A** Apostolorum filii fuerunt, veterem videlicet conuersatione abdicantes, & in nouitate vite per Christum ambulantes. Fuerunt igitur serui, fuerunt & filii: serui propter laborem operis, filii propter mutationem nouitatis. Hinc est quod ex filiis Israel qui ex Aegyptiaca seruitute liberati sunt, & mare rubrum per uero ductore Moysē transierunt, nullus terrā promissam, exceptis duobus, intrauit: sed filii eorum postea mirauerunt, & patribus eorum repromissa diuinæ largitatis beneficia acceperunt. Significabatur namq; per hoc quod ad promissam nobis aeternæ hereditatis terram nemo potest ascendere, nisi qui prius per amorem spiritus in nouitate vite didicerit ambulare. Duo, Caleph uidelicet & Iosue, caput designant & corpus, Christum scilicet & Ecclesiam, qui soli ingrediuntur illam uicentium terram. Quod uero ait:

Semen eorū in seculo dirigetur. Electorū uoluit opera intelligi, quæ tūc profecto diriguntur in seculum, cum omnia spectant ad deum. Semen quippe summi nequaquam dirigit, qui ex operibus suis aliquid transitorium quaerit. Opera autem nostra idcirco semen dicta sunt: quia sicut ex semine fructum colligimus, sic ex operibus nostris mercedem expectamus. Hinc nanque Apostolus ait: Quaecumq; seminauerit homo, hæc & metet. Qui enim in hac uita semen boni seminauerit operis, in futuro fructum aeternæ consequetur remunerationis. Per seculum uero, illius beatæ uite intelligitur aternitas, quæ quia per varias temporum mutationes nullatenus diuiditur, uisus seculi appellatione non inconuenienter signatur. In illud ergo seculum dirigamus semen nostrū, & cibum operemur non qui perit, sed qui permanet in aeternam uitam. Dum tempus habemus, operemur bonum, ut cum ad indeficientem uitæ illius beatitudinem peruenerimus, perpetuos fructus in celo colligamus. Ille enim uerè perpetuus est fructus, per quem perpetuò uiuimus, & perenni panis & uini satietate gaudemus. Perpetuus, inquam, quia & mandendo non minuitur, & uetustate non deterioratur.

Prologus sexti Psalmi poenitentialis.

**I**nter innumeras & rutilantium operum & eminentium structurarum uarietates, quibus templū Salomoniceū adornatum fuit, hoc quoque fuisse describitur, quod quindecim ad illud gradibus ascendebatur. Quod quidem nō casu uel sine causa factum credendum est. Salomon quippe celestium scrutator secretorum, & diuinæ receptaculum sapientiae: sic templum illud manufactum edidit, ut exinde templum aliud nō manufactum signaret, quatenus ex corruptibili terrena domus aedificio, incorrupta celestis templi quodammodo imaginaretur pulchritudo. Ad illud namq; templum quod ex uisus in celo lapidibus construitur, non plana aut spatiosa peruenitur uia, uel gressu ascenditur corporeo, sed processu fidei & charitatis ascensu. Hinc namq; propheta dicit: Beatus uir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit. Dixit ascensiones in corde beati uiri dispositas, & unde ascendere debeamus ostendit, cum ait: In ualle lachrymarum. In ea nanque exiliū nostri damnationem deplangimus, & innumerabiles corruptionis humane desolamus molestias. Quis enim immunis à molestiis? Hinc etenim Job dicit: Si impius fuero, uel mihi est: si autem iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et iterum: Tentatio est uita hominis super terram. Quia enim in hac uita omnia uidit esse plena laqueis & tentationibus, non in ea tentationes esse dixit, sed ipsam esse tentationem memorauit. Laboriosa enim est uita temporalis, leuior fabulis, uelocior cursore, instabilitate fluitans, imbecillitate nutans: cuius habitatio in luteis domibus, imo ipsa in luto subsistens, cui nulla est fortitudo, nulla a laboribus reclinatio, nulla aurbationibus requies, nulla a laboribus reclinatio. Quis denique est quem non excruciet dolor, sollicitudo non uigeat, non subruat timor? Risus sletum sequitur, gaudium tristitia comitatur, esuriei succedit saturitas. Saturitatem iterum excludit esuries: in nocte dies optatur, in die nox quaeritur. In algore calor, in aestu refrigerium, ante cibum suspiria, post cibum tribulatio, ira, indignationes exagitant, & innumerabiles miseros homines motus perturbant. Hæc est uallis quam sancti

viti mentis affectibus indefinenter exire disponunt, & ad illud ineffabile bonum, ad illud inestimabile gaudium ascendere, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qui etsi corpore quidem inter homines esse uideantur, animas tamen suas ad celestia eleuant: & illi puro, & summo bono atque immortalis & perpetuo adherentes, temporalia & corruptibilia deserunt, & mūdo superioribus facti, in suo diuinæ contemplationis quiescent. Ibi in illo celesti templo cordis oculis deum conspiciunt, immo & in eiusdem templi structura ipsi quoque lapides sunt. Per quindecim uero illius templi gradus, spiritalis sanctorum signatur ascensus. Numerus enim iste in septem & octo diuiditur: & ideo per eum gemina iustorum uita signatur, actiua uidelicet, & contemplatiua. Actiua nanque in mundo uersatur, contemplatiua uero ad celestia erigitur. Quia uero septenarius numero temporalis, octonario uero perpetua uita signatur, rectè per eosdem numeros & contemplatiua uita exprimitur & actiua. Hinc nanque prædicti templi author Salomon dominum exorans ait: Da mihi domine partes septem, necnon & octo. Optabat enim regie dignitatis potentia præditus, ita sibi subditos populos regere, ut tamen contemplationis diuinæ non defraudaretur perfectione. Ipsa nanque officii administratoria necessitate confictus, cogebatur temporali actioni insistere, sed suauis eum contemplationis diuinæ dulcedo inficiebat in mente. Potest etiam intelligi quod ille quindecim gradus ad illud diuinæ illuminationis templum ascendit, qui sempiternæ uirtutis dei amore correptus, temporalibus quæ per septenarium numerum designantur, gradatim contemptis, per scalas octo beatitudinum ad sublimia prouehitur, donec deus deorum in Sion mentis oculis uideatur. Sed uidemus nunc, sicut ait Apostolus, per speculum in enigmate. Impossibile est enim ut quis huius corporis ergastulo inclusus, aut mortalis carnis circumseptus uolutabro, ascendente super Cherubin & super pennas uentorum uolantem deum conspiciat, uel quanta sit eius potentia diuinitatis agnoscat. Vide per Ioannem dicitur: Deum nemo uidit unquam. Et Moysi deum uidere querenti, responsum est à domino: Non uidebit me homo & uiuet. Quod si tanta claritas est Solis ut oculis in eum corporalibus non ualeamus intendere, quanta est illius claritas qui fecit Solem, ut eum possimus in hac qua sumus corruptione uidere? Ipsi uero per speculum in enigmate intueri, quod humili aduentu sponsi accepit Ecclesia, illius aeternæ uisionis signum est, & futuræ perfectionis imago, in qua non iam per fidem, sed per speciem ambulabimus: & reuelata facie ipsam diuinæ maiestatis gloriam irreuerberatis oculis conspiciemus. Quia ergo hi quindecim Psalmi quandam spiritalis ascensus continent formam, rectè sub eodem titulo omnes prænotati sunt, ut licet ad illud materiale templum per gradus ascendebatur lapideos, ita celeste illud templum hæc nobis cantica præferunt, per quæ in deo exultans anima, quasi per quosdam gradus ascendat. Ascensuri ergo non corpore sed spiritu, nō passibus sed affectibus, hunc Psalmum decantemus, & in eo studeamus deo meditatione appropinquare, dicentes cum propheta:

**D**e profundis clamaui ad te domine, domine exaudi uocem meam.

Attendant unusquisque in quo profundo iaceat, & quam longè à deo peruersè agens effectus sit. Clamet ad eum totis uiribus qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubin, donec de profundo tenebris erutus, superno illustretur lumine, & claritas perferuat cognitionis diuinæ. Clamauit Ionas ad deum de ventre ceti, de altitudine maris, de profundo in obediētia, & ad aures dei oratio illius peruenit: qui cum eruit à fluctibus, eripuit à bestia, absoluit à culpa. Clamet & peccator quem à deo recedente cupiditatum tempestas contriuit, quem malignus hostis absorbit, quem præsentis seculi fluctus inuoluit: agnoscat se esse in profundo, ut ad deum sua perueniat oratio. Quia uero Psalmus iste ad ascendentes pertinet, uideam⁹ qualiter ad deum iustus de profundo clamet. Quo-

Gala.6.

Gala.6.

Psalm.83.

Job.10.  
Job.8.

D  
1. Cor. 2.

Vita actiua  
& content  
platiua per  
numerum  
quindecim  
designantur.  
Eccles. 11.

1. Cor. 13.

1. Ioann. 4.

Exod. 3.

Ionas clamauit ad deum, & exaudivit eum.



**G** modo enim non profundus est qui ascensiones suas in corde suo disposuit, qui intentionem cordis ad deum dirigit, qui laboris studium ad caelos attollit. Sed sciendum quod sancti viri eo se magis infimos & abiectos sentiunt, quo per mentis desiderium erecti, vicinius ad deum accedunt. Tunc enim primum miseriam suam incipiunt perfecte cognoscere, cum dei praesentiam ceperint in corde sentire. Hinc est quod Abraham qui colloquutionis divinae gratiam meruit, pulverem se esse & cinerem memorat, dicens: Loquar ad dominum, cum sim pulvis & cinis. Hinc iacob postquam dominum vidit, nervo femoris emarcescente, vno pede claudicavit: quia profecto debiles se esse & infirmos reputant, qui se ad videndum deum per studium sanctae contemplationis levant. Qui dum spem suam in carne ponere desinunt, quasi vnius cruris vires amittunt. Eoque affluunt caelesti duntaxat desiderio inimiti, quod senserint se a spe rerum temporalium debilitari. Et quasi nervum non habent in femore, dum non confidunt in carnali generatione. Omnia quae sub caelo sunt, vanitatem zelant: & cum praesentis vitae miseriam plenos se esse & obfatos circumquaque conspiciunt, quasi de profundis ad deum clamant. Magna profunditas vita mortalis in qua nihil est certum, nihil vitale, nihil tutum, nihil tranquillum. Magna inquam profunditas, in qua peccator obruitur, impius immergitur, iustus turbatur. Ideo nunquam clamat & dicit: De profundis clamaui ad te domine. In quo notandum: quia non ait clamor, sed clamaui. Habes in hoc perseverantiae documentum, ut si primo non exaudiris, ab oratione non deficias, imo precibus & clamori insistas. Vult deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci. Ideo tibi dicit: Regnum dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Esto ergo sedulus in oratione, esto in precibus importunus: caue ne ab oratione deficias. Si dissimulat audire quem rogas, esto raptor, ut regnum caelorum accipias: esto violentus, ut vim etiam ipsis inferas caelis. Quid hac rapina locupletius? quid hac gloriosius violentia? Bona violentia, qua deus non offenditur sed placatur, proximus non laeditur, sed iuuatur, peccatum minuitur non multiplicatur. Bona inquam violentia, qua non queritur lucrum cito perituro, sed regnum acquiritur sine fine mansurum. Discant qui res alienas diuino postposito timore diripiunt, & rapinis pauperum magis peccata cumulare quam lucra augere non cessant: aliquid rapere quo & veras sibi vendicent divitias, & gloriam laudis perpetuae acquirant: ne in hoc quoque stultitiae arguantur, si cum possint preciosa & aeterna diripere, vilia solum & transitoria videantur auferre. Inferant & ipsis caelis violentiam, & regnum caelorum quadam orationis vi rapiant. Sicut in precibus importuni, ut ex longo clamore visum dicere possint: De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Nominis venerandi repetitio, precandi adauget affectum. Mouetur enim desiderium, si nomen quod diligitur replicatur. Videtur hic qui loquitur, quaedam exauditionis causam praetendere, cum se inueniat clamasse, ut quasi iure debeat exaudiri, qui dudum institit clamori. Hanc & Apostoli causam domino dedisse leguntur, cum Chananaea rogante dixerunt: Dimitte eam: quia clamat post nos. Ideo namque a domino exaudiri meruit: quia prima domini responsione repulsa, clamare nequaquam cessauit. Fide quippe & dilectione accensa, a clamore non antea destitit, quam operatam filiae salutem acquisiuit. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae. Ascendens iste maius aliquid rogare aggreditur, & in ipsa etiam sua oratione ascendit, cum hoc a deo exoptulat, ut quasi quodammodo aures inclinans orationi suae deus intendat: ne forte sit mora in exauditione, si longe sint aures ab oratione. Videtur enim quendam diuinae miseracionis praecipuum precari affectum, cum rogat eum quodammodo ad audiendum affectari, ut cum vocem velit audire supplicantis, opus non differat exercere miserantis: humanae in hoc sequens locutionis modum, quasi huiusmodi deus affectione indigeat, quem non effugit cogitatio, non latet voluntas, dum ei nec intentio silet, nec desiderium tacet. Nam dum potens quilibet supplicantem aliquem audire negligit, quasi primo aditu repullus, exaudiri qui supplicat diffidit. Si vero qui roga-

tur, primo libenter audire ceperit, & aliis postpositis negociis, verbis solummodo rogantis intendere, continuo ille qui rogaturus aduenit, quandam concipit impetrandi fiduciam, & ipsa quodammodo spe animatus, suam liberius proloquitur causam. Magnum quippe bonae voluntatis suae dominus illi dedit indicium, cum loquenti se praebuit incunctanter intentum. Sic & nos cum dari nobis veniam a deo quaerimus, & caelestis gratiae vitalia dona conferri, si nobis deum praesentem aliquibus suauitatis & dulcedinis suae senserimus indicium, ad ipsius desiderium studiosius animamur, super his quae cupimus, adipiscendis aliquatenus certiores effecti, cum ille quem anima nostra desiderat, desiderantibus nobis per misericordiam appropinquat. Ascendens igitur iste qui ad illius incorruptibilis celsitudinem mentem leuare proposuit, aures dei deprecationi suae intentas deposcit: ut quia oratio sua ad deum per recte studium intentionis dirigitur, circa eum quem rogat, velociter exaudiatur. Ascendenti autem & prouecto viro, a domino per prophetam dicitur: Adhuc loquente te dicam, ecce assum. Inter orationem & deprecationem hoc interest: quia oratio pro virtute perseverantiae, deprecatio vero sit pro peccatorum impunitate. Ideo qui ad celsitudinis arcem ascendere contendit, dicit: Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae. Deprecatur enim deum ut peccatorum suorum obliuiscatur, ut pater esse velit, non iudex. Ideoque subiungit dicens: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Nomen repetit, ut affectum excitet. Iniquitatem deus obseruaret, si peccatoribus veniam negaret. Si solummodo ostenderet seueritatem, non etiam adhiberet pietatem. Quod si faceret, nemo aeternae gloriae felicitatis expectaret: nemo ad patiendum iusti examinis poenam sufficeret. Omnes enim peccauerunt, ut ait Apostolus, & egent gratia dei. Verum quia poenitentibus ex corde ignoscit, & peccatore conuerso omnium iniquitatum eius obliuiscitur, quis iam de misericordia dubitet? Quis iam de venia desperet? Hec etenim per prophetam dominus pollicetur dicens: Ego sum, ego sum qui deleo ut nebulam iniquitates tuas, ut iustificeris. Attende qualiter peccati confessio peccata obliteret, quae iustificat iniquum, tollit a deo memoriam peccatorum. Confiteamur ut deleantur nostra peccata, nec post confessionem ad ea reuertamur, sed iuxta Apostolum, in anteriora nos extendentes, quae retro sunt obliuiscamur. Non gestiamus reuerti in Aegyptum, aut sedere super ollas carnum, nec simus concupiscentes malorum, nec idola mentis veneremur, nec deum tentemus, nec in deserto mundi huius murmuremus. Confiteamur de praeteritis peccatis nos accusantes, confiteamur de peccatorum indulgentia deum laudantes. Est namque confessio peccati, & confessio laudis. Si enim confessio laudis non esset, saluator noster nequaquam dixisset: Confiteor tibi pater caeli & terrae. Nam quomodo peccatum confiteretur, qui peccatum non fecit? praecedat itaque confessio, ut laudatio sequatur, sicut scriptum est: Rectos decet collaudatio. Habemus enim pontificem qui possit compati infirmitatibus nostris, de quo & aperte sequitur: Quia apud te propiciatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Quis est propiciatio nisi Christus Iesus: qui se obtulit sacrificium deo, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum? denique Ioannes ait: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Qui est apud deum: quia sedet ad dexteram dei, sicut dicit propheta: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Apostolus quoque perhibet, quod ad dexteram patris sedens pro nobis interpellat. Et propter legem tuam sustinui te domine. Lex dei misericordia est, qua peccantibus veniam contulit, reuertentibus aeternae vitae aditum patefecit. Hanc legem pro crucifixoribus suis patrem exorans Christus impleuit, hanc nobis tenendam verus magister indixit. Ait enim: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in caelis est. In quo profecto ostendit: quia filii dei aliter esse non possumus, nisi misericordiae legem seruantes, inimicos diligamus, Hanc

Gene. 43.  
Gene. 22.

Spē in carne ponere non debemus.

Oratio debet esse perseverans.

Mat. 11.

Violentia est caelis inferenda.

Mat. 15.

Oratio et deprecatio differunt.

L

Roma. 3.  
\* gloria.

Esai. 44.

Phil. 3.

Confessio est, et peccati, et laudis.  
Psal. 32.

Heb. 5.

1. Ioan. 2.  
Psal. 109.

Luc. 6.  
Fili dei esse non possunt, qui inimicos non diligunt.  
Hanc

**Gal. 6.** **A** Hanc etiam nobis Paulus tenendam insinuat, cum ait: Fratres etiam prope cupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, confidens teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quis autem portat alterius onera, nisi qui charitatem habet? Qui enim veraciter diligunt, non laedit, contumeliosam vicem non reddit, detrahentibus sibi non detrahit: qui eum oderunt, non odit. Scriptum namque est: Caritas patiens est, benigna est. Patiens quidem ut aliena mala toleret, benigna vero ut ipsos etiam quos portat, amet. Qui ergo illata mala æquanimitè tolerat, quasi infirmi fratris onera portat. Hæc est lex misericordie, per quam perpetuam eundem damnationem confidimus, per quam etiam saluatorem dominum nostrum Iesum Christum expectamus. Qui si, ut supra dictum est, iniquitates observaret, nemo sustinere sufficeret. Sustinemus autem eum propter legem suam, qui peccantibus in nos idcirco dimittimus, ut peccatorum nostrorum ab eo veniam percipiamus. Hinc namque per semetipsam veritas ait: Dimittite, & dimittetur vobis.

**Luc. 9.** Sustinuit anima mea in verbo eius, speravit anima mea in domino.

Vide perfectæ charitatis ordinem. Ascendens iste & in amore diuino proficiens, qui fide & dilectione introrsus accenditur, desiderio ad æterna erigitur. Spe ad summa leuatur, proximorum non negligit curam, non postponit salutem: ad eos inter ipsa diuinæ gaudia contemplationis conuertitur, & ut gradibus eisdem ad deum accedant hortatur: eis nimirum exemplum se proponens, ut si infirmitate aliqua impediatur a desiderio proficiens, iam & peruenientis promoueantur exēplo. Ideoque ait: Sustinuit anima mea in verbo. Nolite diffidere, nolite dubitare, ponite corda vestra in virtute eius: quia sustinuit anima mea in verbo eius. Qui manet in verbo, non fraudatur a regno. Aliter namque fructum facere non possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, & ego in vobis. Vbi enim manendū nisi in ipso? Deficient domus, palatia corruent, destruentur ciuitates, ab imis sedibus turres euelluntur. Postremo cælū & terra transfretum, verbum autem domini manet in æternum. Maneamus ergo in eo qui manet in æternum. Non sequamur vanitatem, delerentes veritatem: nec contristemur sicut ceteri qui spem non habent, sed sustineamus eum. Et si moram fecerit, expectemus, ne contingat nobis quod per prophetam dicitur: Væ his qui perdiderunt sustententiam: unde & subditur: Sustinuit anima mea in domino. Quicumque mundanæ aduersitatis fractus molestus, diabolicæ tentationis infestatione deiectus, a spe cælestium promissionum deciderit: sustententia quam prius habuerat mercedem amittit. Qui vero sustinebit, magnam reportabit remunerationem. Fidelis enim dominus in omnibus viis suis. Promisit in hac vita penitentibus veniam. Manifestum est ergo quia sicut consentientibus remissionem tribuit peccatorum, ita a spe non decidentibus dabit regnum cælorum. Ideo qui in verbo eius sustinuit, in domino sperare se dicit: Sicut enim maledictus homo qui confidit in homine: ita & beatus cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.

**Ioan. 15.** **B** Custodia matutina vsque ad noctem, speret Israël in domino.


Si ad literam hoc accipiamus, dehortari nos potius quam monere videtur. Quis enim tam pusillanimis, ut vna tantum die speret in domino? Vbi iam erit illa Pauli sententia qua ait: Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus? Quam parua vnius diei patientia, & quam breuis expectatio? Sed ut hunc locum melius intelligamus, ad vicissimū primi Psalmi titulum curramus. Intitulatur enim pro assumptione matutina. Quæ est assumptio matutina, nisi resurrectio deo manē facta? Ibi nempe & custodia facta fuit, ad hoc vsque prorumpente Iudæicæ cæcitate perfidie, ut quem viderant mortuum, crediderant non resurrecturum. Et ne eum discipuli nocte raperent, custodibus sepulchrum munierunt. alia translatio habet, a vigilia matutina: per quod aptius ipsa domini resurrectio exprimit. Qui enim dormiuit in mor-

te, vigilauit in resurrectione. Ideoque dicit: Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi. Et iterum: Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Hæc itaque resurrectio spei nostre fundamentum est: quia illuc nos peruenturos speramus, quod caput nostrum præcessisse cognoscimus. Multos enim ante hanc resurrectionem legimus resuscitados, & tamen dicit Apostolus: quia primitiæ dormientium Christus. Ioannes quoque primogenitum mortuorum eum nominat. Quotquot enim ante eum resurrexerunt, iterum mortui sunt: Christus vero resurgens a mortuis, iam non moritur. Christi ergo resurrectio spei nostre fundamentum est: quia in illa vita resurrecturos nos credimus, in qua nos cum eo victuros sine fine speramus. Nec debet iam homo de resurrectionis veritate ambigere, cum sciat verum hominem Christum a mortuis resurrexisse. Ad hoc enim mortuus est ut viueremus, accepit a nobis ut offerret pro nobis. Moriendo itaque mortem destruxit, resurgendo vitæ aditum nobis patefecit. Hinc est quod eidem Ecclesia dicit: Notas mihi fecisti vias vitæ. Ante aduentum quippe eius, vitæ via omnibus ignota fuerat, tendentibus cunctis ad mortem, & ad inferos descendentibus etiam electis, donec ille veniret qui & impios ad iustificationem, & mortuos vocaret ad vitam, veram fidem astruens mortis & resurrectionis suæ indicis, & doctrinæ nouæ nos formans institutis, per quæ nimirum & mortem possemus euadere, & in nouitate vitæ per adiunctam spiritus sancti gratiā ambulare. Possimus quoque per custodiam matutinam ipsa fidei nostre rudimenta accipere, ut a tempore accepti baptismatis, post illustrationem gratiæ salutaris, intentionem suam vnusquisque ad eum dirigat, & spem suam in eo singulariter ponat. Quasi enim matutinam lucem recipit anima, cum tenebris infidelitatis expulsis, & vitiorum deteria caligine, & emundatis peccatorum maculis per lauacrum regenerationis, paulatim incipit deum agnoscere, & in lumine iocundari cognitionis diuinæ. Est enim lumen cognitio dei, de qua scriptum est: Illuminatio cordis cognitionis. Magnum lumen, quod tenebras vobis euacuat, mentis oculos purgat, animos erigit, corda accendit, edocet semitas iustitiæ, desiderium virtutis adauget. Magnum lumen, per quod vitium offendicula, præcipitia præcauemus, euadim⁹ pericula, pertransimus laqueos, non timemus prospera, sustinemus aduersa, respuimus errorem, sequimur veritatem. Quis non desideret hoc illuminari lumine? Quis non hoc fulgore illustrari exoptet? Hinc est quod propheta nos admonet dicens: Accedite ad eum, & illuminamini. Qui accedit per fidem, illuminatur per cognitionem. Statim autem post illuminationem, gratiæ spem sequi oportet. Hoc enim monet qui dicit: Custodia matutina vsque ad noctem speret Israël in domino. Quæ est hæc custodia: nunquid auri vel argenti: num moniliū vel lapidum preciosorum: num vestium vel pecuniarū? Nonne hæc sunt quæ mergunt hominem in interitum? Sed est his multo preciosius quod illuminatū custodiri oportet. Dicit enim propheta: Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Denique de sapientia dictū est: quia est preciosior cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Hæc sunt ergo diuitiæ quas custodire debet qui de nocte ad matutinum peruenit, multo preciosiores terrenis, & temporalibus veriores, quas nec ignis exurere, nec tinea comedere, nec prædo potest auferre. Hæc etiam mihi videtur propheta sensisse cum in præcedentibus quæreret: In quo corrigat adolescentior viam suam? Ne si hoc sine discussione assereret, videretur quod adiunctum est, magis ex precipitatione prolaturū, quam ex iudicio diffinitum. Et ut consilium eod salubrius crederetur, quo propensiori meditatione examinatum videretur, secutus adiunxit: In custodiendo sermones tuos. Conuerteris autem ad deum, ad interrogata respondet, ut diuinæ pietatis remedium crederetur, quod esset inuentum non presumptione humana, sed inspiratione diuina. Hinc Hieremias ait: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit. Iugum est verbum dei, mentis nostre collo impositū, ut nec alta ceruice aut nubibus procedamus oculorū, nec de accepta qualibet gratia insemur, nec extollamus in altum cornu nostrum, nec aduersus deum iniquitatem

te, vigilauit in resurrectione. Ideoque dicit: Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi. Et iterum: Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Hæc itaque resurrectio spei nostre fundamentum est: quia illuc nos peruenturos speramus, quod caput nostrum præcessisse cognoscimus. Multos enim ante hanc resurrectionem legimus resuscitados, & tamen dicit Apostolus: quia primitiæ dormientium Christus. Ioannes quoque primogenitum mortuorum eum nominat. Quotquot enim ante eum resurrexerunt, iterum mortui sunt: Christus vero resurgens a mortuis, iam non moritur. Christi ergo resurrectio spei nostre fundamentum est: quia in illa vita resurrecturos nos credimus, in qua nos cum eo victuros sine fine speramus. Nec debet iam homo de resurrectionis veritate ambigere, cum sciat verum hominem Christum a mortuis resurrexisse. Ad hoc enim mortuus est ut viueremus, accepit a nobis ut offerret pro nobis. Moriendo itaque mortem destruxit, resurgendo vitæ aditum nobis patefecit. Hinc est quod eidem Ecclesia dicit: Notas mihi fecisti vias vitæ. Ante aduentum quippe eius, vitæ via omnibus ignota fuerat, tendentibus cunctis ad mortem, & ad inferos descendentibus etiam electis, donec ille veniret qui & impios ad iustificationem, & mortuos vocaret ad vitam, veram fidem astruens mortis & resurrectionis suæ indicis, & doctrinæ nouæ nos formans institutis, per quæ nimirum & mortem possemus euadere, & in nouitate vitæ per adiunctam spiritus sancti gratiā ambulare. Possimus quoque per custodiam matutinam ipsa fidei nostre rudimenta accipere, ut a tempore accepti baptismatis, post illustrationem gratiæ salutaris, intentionem suam vnusquisque ad eum dirigat, & spem suam in eo singulariter ponat. Quasi enim matutinam lucem recipit anima, cum tenebris infidelitatis expulsis, & vitiorum deteria caligine, & emundatis peccatorum maculis per lauacrum regenerationis, paulatim incipit deum agnoscere, & in lumine iocundari cognitionis diuinæ. Est enim lumen cognitio dei, de qua scriptum est: Illuminatio cordis cognitionis. Magnum lumen, quod tenebras vobis euacuat, mentis oculos purgat, animos erigit, corda accendit, edocet semitas iustitiæ, desiderium virtutis adauget. Magnum lumen, per quod vitium offendicula, præcipitia præcauemus, euadim⁹ pericula, pertransimus laqueos, non timemus prospera, sustinemus aduersa, respuimus errorem, sequimur veritatem. Quis non desideret hoc illuminari lumine? Quis non hoc fulgore illustrari exoptet? Hinc est quod propheta nos admonet dicens: Accedite ad eum, & illuminamini. Qui accedit per fidem, illuminatur per cognitionem. Statim autem post illuminationem, gratiæ spem sequi oportet. Hoc enim monet qui dicit: Custodia matutina vsque ad noctem speret Israël in domino. Quæ est hæc custodia: nunquid auri vel argenti: num moniliū vel lapidum preciosorum: num vestium vel pecuniarū? Nonne hæc sunt quæ mergunt hominem in interitum? Sed est his multo preciosius quod illuminatū custodiri oportet. Dicit enim propheta: Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Denique de sapientia dictū est: quia est preciosior cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Hæc sunt ergo diuitiæ quas custodire debet qui de nocte ad matutinum peruenit, multo preciosiores terrenis, & temporalibus veriores, quas nec ignis exurere, nec tinea comedere, nec prædo potest auferre. Hæc etiam mihi videtur propheta sensisse cum in præcedentibus quæreret: In quo corrigat adolescentior viam suam? Ne si hoc sine discussione assereret, videretur quod adiunctum est, magis ex precipitatione prolaturū, quam ex iudicio diffinitum. Et ut consilium eod salubrius crederetur, quo propensiori meditatione examinatum videretur, secutus adiunxit: In custodiendo sermones tuos. Conuerteris autem ad deum, ad interrogata respondet, ut diuinæ pietatis remedium crederetur, quod esset inuentum non presumptione humana, sed inspiratione diuina. Hinc Hieremias ait: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit. Iugum est verbum dei, mentis nostre collo impositū, ut nec alta ceruice aut nubibus procedamus oculorū, nec de accepta qualibet gratia insemur, nec extollamus in altum cornu nostrum, nec aduersus deum iniquitatem

**D** Psal. 3.  
**Psal. 108.**  
**Christus est primitiæ dormientium.** Roma. 6.  
**Psal. 25.**  
**E** Custodia matutina pro quo accipitur.  
**Psal. 33.**  
**F** Psal. 18.  
**Prover. 3.**  
**Psal. 118.**  
**Ibidem.**  
**Thren. 3.** Iugum portare debemus ab adolescentia.

**1. Cor. 13.** Caritas est patiens & benigna.  
**Luc. 9.**  
**Ioan. 15.**  
**Eccles. 2.**  
**Psal. 144.**  
**Hier. 17.** Psal. 32.  
**Roma. 8.**





**G** iniquitate loquamur, sed i omnib<sup>9</sup> sicut dei ministros nosmet ipsos exhibentes, animas nostras humiliemus, & iuxta Aposto-  
**Ephe. 5.** lu: Imitatores dei sicut filij charissimi existam<sup>9</sup>. Portandū au-  
 tem hoc iugum ab adolescentia, vt iuuentutis annos congrua  
 disciplina correctione vnusquisque p̄ueniat, ne si post de-  
 curse iuuetutis annos iugum tulerit, suorum stimuletur re-  
 memoracione peccatorum, & erroris vsu & peccandi con-  
 suetudine exagitetur, & nouis semper insurgentibus preliis,  
 eos in seipso sentiat impugnationū tumultus, per quos quo-  
 tidie aut victor existat, aut victus. Nam si ab ipiis adolescen-  
 tia primordijs ceruicem verbi iugo subdiderit, omnibus in  
 seipso ritē cōpositis in pace sedebit. Sedebit quidem anime  
 carnem subiticiens, & de tribunali rationis quasi de iudicia-  
 ria sede omnibus internis motibus velut quibusdam ciuib<sup>9</sup>  
 edicta proponens. Sedebit inquam nullum metuens hostem,  
 nullam sentiens impugnationem. Stare nauque pugnatis est,  
 sedere verō feriat. Sedebit quoque solitarius, id est, ab omni  
 carnalium desideriorum tumultu remotus. De hac solitudi-  
 ne Dauid dicit: Elongauī fugiens, & mansi in solitudine. Ne-  
 que enim rex potentissimus qui tot milibus populorum pre-  
 erat, in solitudine habitabat. Habitabat autem in solitudine  
 cordis sui, in qua nullos hostium spiritalium impetus, nullos  
 peruersarum cogitationum strepitus, nullos pateretur cla-  
 moris iniqui tumultus. Qui verō solitarius sedet, tacet intel-  
 ligēs melius esse silere, quam loqui incautē. Hinc etenim scri-  
 ptum est: Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. Prius nanque  
 oportet discere quam docere. Ideo dictum est: Audi Israël.  
 Neque enim prius dixit loquere, sed audi: Sed propheta di-  
 ctum est a domino: Fili hominis, sta super pedes tuos, & audi  
 quaecunq; loquor ad te. Qui audit, tacet. Tacet ergo qui in le-  
 ge dei meditatur die ac nocte, & audit quid loquatur in eo  
 dominus deus, qui loquitur pacem in eos qui conuertuntur  
 ad cor. Restat ergo vt dicamus quid sit quod vsque ad noctē  
 sperandum in domino dicit: Quis dubitat noctem finem esse  
 diei? Sic & vnicuique hominis finis illius vite mors sua est.  
 Potest quoque per noctem intelligi illa extremi iudicij dies,  
 quam propheta diem nominat tenebrarū & caliginis, in qua  
 ad cœllesse reguum vocantur electi, vbi iam ipes eorum ter-  
 minabitur, receptis omnibus que in hac vita sperauerunt, &  
 ad laudem dei concinentibus sanctis: sicut audiuimus, sic vi-  
 dimus in ciuitate domini virtutum. Quod eam videt quis,  
 quid sperat? Speramus ergo in hac vita, vt quod hic in spe  
 concipimus, ibi in re habeamus.  
 Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud  
 eum redemptio.  
 Commendat nobis dei charitatem, vt nos ad sperandum hor-  
 tetur. Ex hoc enim vsque ad noctem speramus: quia cum mi-  
 sericordem credimus, longanimum scimus. Vnde non incon-  
 grue per quendam sapientem dictum est: Tribularer, si non  
 scirem misericordias tuas domine. Tribulationi quippe cor-  
 dis nostri remedium miserationis diuinæ occurrit: & cōtra  
 differētiæ \* malum, firmissima spei adhibet consolationem,  
 promissionum diuinarum certa nobis proponens exempla,  
 quibus peccantium salutem se malle asserit quam perditio-  
 nem. Quorundam quoque correctionem ad animum redu-  
 cens, quos etsi a statu rectitudinis error subruit, conditoris  
 tamen gratia in melius reformauit. Ecce grauium delictorū  
 mole obrutus, & de meritorum qualitate diffusus, aspicio  
 Zacchæum, intueor Mariam, considero Petrum, perpendo la-  
 tronem in quibus miserationis diuinę splendor apparuit, at-  
 que per eos spem veniæ peccantibus dedit. Hæ sunt inesti-  
 mabilis miserationis dei diuitiæ, humano quidem generi a  
 seculis absconditæ, nouissimis verō temporibus per media-  
 torem dei & hominum declaratæ. Quæ pro sui immensitate  
 adeo incomprehensibiles sunt, vt in explanatione eorum ma-  
 nis torpeat, fatiscant ingemia, eloquentiæ conticescant. Su-  
 perant enim sensum, sermonem transcendent, intellectum ex-  
 cedunt. Quis enim dignè enarrare sufficiat quantæ miseri-  
 cordiæ fuit, vni genitum dei filium de sinu patris ad publicū  
 nostram descendere, carnem mortalem assumere, irrisiones  
 pro nobis, vincula, flagella, crucem, mortēq; tolerare? Quis  
 cogitare valeat quantæ fuerit gratiæ, quem perditam qua-  
 rere, quantam inuenire, inuentam in humeris portare? Quis

exponere queat, quantæ fuerit miserationis, sacratissima pre-  
 ciosi sanguinis effusione genus humanū redimere, & sacro-  
 sanctum viuifici corporis & sanguinis sui mysterium mem-  
 bris suis tribuere: cuius perceptione corpus suum, quod est  
 Ecclesia, pascitur & potatur, abluitur & sanctificatur. Ideo  
 & plenitudo temporis tempus gratiæ nominatur, in quo iux-  
 ta Pauli vocem: Apparuit gratia saluatoris nostri dei om-  
 nibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem &  
 secularia desideria sobriē & iustē & piē viuamus in hoc se-  
 culo. Et iterum: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris  
 nostri, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secun-  
 dum suam misericordiam saluos nos fecit. Hinc per Zacha-  
 riam prophetam dicitur: In die illa erit fons patens domus  
 Dauid inhabitantibus Hierusalem in ablutione peccatorum  
 & menstruata. Quis est iste fons nisi vni genitus dei filius? de  
 quo per prophetam deo dicitur: Apud te est fons vite. Qui  
 nimirum tunc patens extitit, quando in mundo visibilis ap-  
 parens, pro liberatione nostra carnē suscepit. Qui etiam do-  
 mus Dauid dictus est: quia ex semine Dauid secundum car-  
 nem natus est. Hierusalem verō visio pacis interpretatur. Hi  
 ergo Hierusalem inhabitant, qui ad amorem cœlestium mē-  
 tem leuant. Peccator verō & menstruata est, vel is qui delin-  
 quit in opere, vel mens quæ labitur in praua cogitatione.  
 Menstruata nāq; mulier ita in seipsa polluitur, vt aliena car-  
 ne manū tangatur. Quasi ergo menstruata illa est anima,  
 quæ etsi in prauis operis effectum non ducitur, in immunda-  
 ram tamen cogitationum delectatione versatur. Quia igitur  
 iam patet nobis fons misericordię redemptor noster, toto  
 hunc pectore hauriamus, vt extinguere sitim carnalium de-  
 sideriorum valeamus. Lauemus in eo maculas criminum, no-  
 tas diluamus carnalium cogitationum. Et qui fontem miseri-  
 cordiæ, si clausus esset, querere debuimus, saltem apertum  
 & patentem non negligamus. Sperandum nanque nobis est:  
 quia ibi pœnitentiæ nostræ locus non deerit, vbi innumera-  
 bilium hominum compunctio locum inuenit. Ad hoc enim  
 patet vt lauet, ad hoc fuit vt latificet, ad hoc redudat vt pur-  
 get. Nam subditur:  
 Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.  
 Restat igitur vt Israël efficiamur, & omnem transcendentes  
 creaturam, in eum qui omnia creauit, mentis aciem diriga-  
 mus. Disponamus ascensiones in corde nostro, & per eas ad  
 conditorem angelorum puro & simplici intellectu ascenda-  
 mus. Quid enim tam suauē & tam iocundum quam mentis  
 oculis & cordis desiderio cōtemplari deum, atque eius sua-  
 vissimam degustare dulcedinem, dulcissimamq; sentire sua-  
 uitatem? Adest nobis gloria redemptoris nostri, quæ nos a  
 terrenis ad cœlestia erigat, oculos cordis nostri ad videndū  
 solem iustitiæ aperiat, ac per hoc ex omnibus nos iniquita-  
 tibus nostris redimat, Qui viuūt & regnat per omnia secula  
 seculorum. Amen.

Prologus sexti Psalmi pœnitentialis.

**D**E Psalmi centesimi quadragesimisecondi titulo, iux-  
 ta quod pietas diuina contulerit, locuturus, prius  
 volo modos aperire prophetiæ, quatenus dum eius  
 diuersitas ostenditur, eius & intelligentia facilius acquirat-  
 ur. Sciendum nanq; est: quia propheta tribus modis fit: vi-  
 delicet verbis, factis, somniis. Quicumque enim propheta fu-  
 tura innouit: aut verbis, aut factis, aut somniis prophetauit.  
 Verbis nanque futura prædixit Elaias cum ait: Ecce virgo  
 concipiet & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emmanuel.  
 Somniis verō Nabuchodonosor futura præuidit, quæ spiri-  
 tu sancto Daniel repletus enodauit. Factis Abraham futura  
 nunciavit, quando vnicum filium suum ad sacrificia obtulit.  
 Quem nimirum, quem in hoc opere designat, nisi eum qui  
 proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tra-  
 didit illum? Ipsa enim antiquorum patrum gesta nobis pro-  
 phetiæ sunt, qui dum aliud agunt, & aliud inuunt, occulta  
 nobis quasi per operis linguam produunt. Quod hoc in loco  
 euidenter ostenditur, cum Absalon facta ad memoriam re-  
 ducuntur. Absalon nanque patrem persequens, ad hoc vsque  
 liuore feralis prorupit inuidiæ, vt in seipso destrueret iura  
 naturæ. Quem enim naturaliter amare debuerat vt patrem,  
 cum

**Psal. 54.**  
 Dauid cum  
 rex esset,  
 qualiter in  
 solitudine  
 manere po-  
 tuit?

**Prou. 11.**  
**Eccl. 2.**

**H**

**Psal. 84.**

**Psal. 47.**

**I**

\* Videnti  
 sit, diffi-  
 dentia.

**Peccatorū  
 exemplaria  
 ad se con-  
 uertendū.**

**Misericor-  
 diæ dei est  
 ineffabilis.**

**Titum. 2.**  
**Titū. 3.**  
**Zach. 3.**  
**Filius dei  
 dicitur su-  
 patens.  
 Psal. 35.**

**L**

**M**

**Propheta  
 tripliciter  
 fit.  
 Esa. 7.**

**Roma. 8.**

**2. Reg. 18.**

**A**bsalon interpretatur, pax patris & populum iudaicum signat. Psal. 7.

cum inhumane persequeretur ut hostem. Absalon autem pax patris interpretatur: non quod ei pax vlla cum patre fuerit, sed quia quantae pacis & patientiae extitit in eius perversitate pater ostendit. Quis autem per Absalon nisi iudaicus populus: quis vero per David nisi redemptor noster signatur? Hinc namque per prophetam veritas ait: Filij alieni mentiti sunt sibi, sibi alieni inuenerati sunt. Denique ipse est filius senior, qui adolescentioris inuentioni inuidens & saluti, domum renuit intrare Ecclesiae. Qui profecto canticum non cantat letitiae, nec concinentium admiscetur choris, & annulo carens fidei, nec stola immortalitatis induitur, nec vituli saginati alimento satiatur. Qui etiam haedum querit: quia agni qui tollit peccata mundi, non sequitur: & ideo inter haedos in iudicio statuitur, nec ad coenam nuptiarum eius vocatur. Patrem ergo Absalon persecutus est: quia iudaicus populus dum monita salutis respuit, in propria venientem dei filium recipere recusavit. In tantum autem vesaniae suae extendere conatus est rabiem, ut suum occidere praesumeret creator. In quo nimirum facto patientia Christi declarata est, qui non solum eis malum pro malo non reddidit, verum etiam ad mortem ductus pro eis oravit dicens: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Vnde & Apostolus admonet dicens: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Orat autem caput in hoc Psalmo pro membris. Christus pro Ecclesia, virtus pro infirmitate. Orat quippe ut non seuerè iudicentur, sed misericorditer exaudiantur. Persequitur etiam hoc tempore schismaticus corpus Christi, impugnat haereticus Ecclesiam, unitatem infidelis perturbat. Sed clamat ad deum Ecclesia, capiti suo Christo in unitate spiritus communcta. Quae etsi omni tempore ad deum clamat, praecipue tamen in tribulatione se ad orandum excitat, vnde & dicit: In die tribulationis meae clamaui ad te. Sed videamus quid dicat:

Explanatio septimi Psalms poenitentialis.

**D**omine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.

Sancta vniuersalis Ecclesia secundum digniorem partem sui in spe caelestium praemiorum roborata, sicut in electis habet quod conseruari desideret, ita in infirmis inuenit quod sibi dimitti exoret: sciens omnes diuino egere auxilio, quos infelicis vitae conditio angustat: cum & iustus inter pericula securus esse non valeat, & peccantem non nisi sola gratia diuinae miserationis absoluat. Vtrobique ergo pauca, utrobique suspecta, & pro currentibus orat ut perueniant, & pro regressis obsecrat ut currant. Inter orationem autem & obsecrationem hoc interest, quod oratio pro perseverantia virtutum, obsecratio vero fit pro indulgentia peccatorum. Orat ergo caput vel Ecclesia, ut & bene operantes in iustitia roborentur. In eo vero quod ait: Auribus percipe obsecrationem meam, delinquentium designat debilitatem, qui ad similitudinem aegrotantium quadam omnipotentis medici indigent condescensione, cum se non valeat ad eum peccator leuare. Vel auribus percipe, id est, obsecrationibus intende.

Hoc namque per prophetam pollicetur dicens: Convertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vnde & subditur: In veritate tua. In hoc enim vera apparet promissio: quia conuerso tribuitur remissio peccatorum, iuxta quod scriptum est: Iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Exaudi me in tua iustitia. Qui gloriatur in se, non exauditur. Non exaudiuntur illi qui ignorantes dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiae dei non sunt subiecti. Denique Pharisaus iustitiam suam in templo statuere voluit, & ideo a domino reprobatus fuit. Gloriamur ergo in iustitia dei, si exaudiri quærimus, ut nos cum propheta dicere possimus: Exaudi me in tua iustitia.

Quis autem gloriatur in iustitia dei, nisi qui nihil boni suis meritis tribuit, & iustum esse quicquid aduersi tolerat sentit? Gloriabatur Paulus in infirmitatibus suis, nihil boni non accepti se habere testabatur,

humilitatis nobis exempla proponens erat, ut qui gloriatur, in domino gloriatur.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Qui contra conditoris flagella murmurat, quasi cum eo in iudicium intrat. Dei namque acculat iudicium, qui se iniuste percussam. Et quasi cum deo in iudicio contendit, qui inter flagella innocentem se ostendit. Hinc etenim dominus ad beatum Iob loquitur, dicens: Nunquid qui contendit cum deo, tam facile conuiescit? Vtique qui arguit deum, debet & respondere illi. Tunc beatus Iob quasi deum arguit cum de percussione sua an fuerit iusta dubitauit. Nullus quippe delicti sibi conscius, iniuste se percussam credidit: quia merita sibi augeri ex percussione nesciuit. Sed qui multa de operatione sua locutus, audita sanctorum vita tacuit, quasi cum deo contendens facile conuiescit. Vel certe ille cum deo in iudicium ingreditur, qui cum orauerit, murmurat si non exauditur. Quibus dicitur: An vultis mecum iudicio contendere? Quasi enim iudicio contendebant, qui dicebant: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras, & nescisti? Siquidem stultum est ab oratione deficere, si deus differat cum rogatur exaudire. Et iniquum arguere conditorem, si effectus non sequitur orationem: praesertim cum quid oremus sicut oportet nesciamus. Nonnullis quippe impatientibus dominus quod petebant saepe concessit iratus: sicut e contra Apostolo negauit propitius. Dedit enim regem petentibus secundum desideria cordis eorum: dedit etiam postulanti diabolo, ut Iob simplicem & rectum & timentem deum tentaret. Malignos spiritus exaudiuit, & in porcorum gregem daemonum concessit legionem intrare. Non igitur pro magno quis habeat si fuerit exauditus, cum aliquid petat quod non impetrare plus proficit. Quod si postulata non obtinet, non se abiciat, aut de diuina erga se miseratione desperet, cum forte ea peteret, quibus acceptis vel affligatur atrocius, vel inutilius prosperetur. Scriptum quippe est: Auerio populorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Scio multos in conspectu hominum iustos videri, & ad spem caelestium promissorum euectos innocenter in mundo viuere, qui etsi non delinquant in opere, labuntur tamen aliquando vana aut peruersa cogitatione. Cuius enim mentem cogitationes vanae non laniant? cuius cor tentationes non vexant? cuius animum desideria carnis non turbant? Non ergo in conspectu dei iustificatur qui corde delinquit, quod inuoluetur deus.

Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.

Quis sit generis humani inimicus, ostendit qui parabolam zizaniorum exponens ait: Inimicus autem diabolus est. Et Apostolus Petrus ait: Inimicus vester diabolus tanquam leon rugiens circuit, quaerens quem deuoret. Ipse enim est qui animas persequitur, qui mortem inferre perpetuam molitur. Ipse est, inquam, qui incautos decipit, & in via huius vitae gradientibus laqueos tendit. Ideo propheta ait: In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Rursum de eo scriptum est: Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitas. Dum enim humanae salutis inuidens perdere innocentem appetit, prius ei aliquid quod libeat ostendit. Quod dum appetere incautus nititur, occulto peccati mucrone transuerberatur. Quasi ergo in terra pedica absconditur, dum in terrenis commodis peccatum occultatur. Decipula quoque ab antiquo hoste super semitam ponitur, cum in actione huius mundi quam mens appetit, peccati laqueus paratur. Ita namque in terra decipula ponitur, ut exposita esca ipsa non videatur. Sic nimirum sic antiquus hostis dum subruere aliquem cupit, quasi escam in mulcipula, lucrū in culpa ponit. Ad quod dum aviditatis amore viator inhiat, ex improviso eum peccati laqueus suffocat. Quis huius hostis virtutias non metuat, qui tanto est perniciosior, quanto occultior? Non enim quae extra nos sunt offerre nititur, sed diripere thesauros interiores conatur. Nulla sibi temporalium bonorum cupiditas, nulla diuitiarum ambitio, nullum dignitatis

1. Cor. 1. D

Murmuratores dicuntur intrare in iudicium cum deo. Iob. 39.

Hiere. 2. Esa. 58.

Dominus iratus saepe concedit impatientibus quod petunt.

Prouer. 1.

Diabolus est generis humani inimicus. Mat. 13. 1. Petri. 5. Psal. 139. Iob. 18.

Diabolus sola interiora appetit.

Luc. 23. 1. Petri. 2.

Oratio, obsecratio, differentia habent.

Esaie. 45.

Psal. 50.

Luc. 18.



G tis desideriu, sola interiora appetit, solas virtutes diripit, solam animam occidit. Quod si aliquando exteriora tetigerit, non ea aufert vt habeat, sed vt ea auferendo animam evertat. Nouimus quomodo multos quotidie fraudib⁹ suis occupet, quomodo vestimentis gratia expoliet, deceptos virtutu priuet ornatu, diuitiis opum defraudet, liuoribus infuscet tentationum, vulneribus peccatorum transfigat. Hec est nanque peruersitatis eius intentio, vt omnes noceat, omnes deiciat. Denique quos in viis dei ambulantes viderit, & in proposito iustitia cognouerit fortiores, eos grauius persequitur, a statu rectitudinis subruere conatur. Ideoque ait: Persecutus est inimicus meus anima mea, humiliavit in terra vita mea. ) Grauis persecutio. Qui ceperam amore celestium terrena relinquere, & contemptis diuitiis secularibus, in caelis conuersari, tam impulsione diabolica cogor summa & aeterna despicere, & de mundi huius prouidentia incerta cogitare, Terrenarum rerum curis aggrauor: carnalium voluptatum captus illecebris, ad ima deducor. Deprimat enim terrena habitatio sensum multa cogitantem. Humiliauit in terra vitam meam. ) Qui contemptis celestibus, ad ima solummodo appetenda deducitur, eius vita in terra humiliatur. Vnde fit vt eo morti fiat proximus, quo a deo factus est per dissimilitudinem longinquus. Hinc nanq; Apostolus ait: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, quae mergunt homines in interitum Vnde & apte subditur:

Sapient. 9.

1. Tim. 6.

Diuitē uelē  
le fieri pe-  
riculosum  
est.

H Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Psal. 6.

Hiere. 9.

Psal. 75.

Quid infaelicis? V iuebam olim deo, mortuus seculo: nunc e contrario mortuus deo, mundo uiuo. Quid est enim peccatum nisi mors? Hinc etenim scriptum est: Nō est in morte qui memor sit tui. Et iterum intrauit mors per fenestras nostras. Mors nanque est quae animam a deo separat, sensuum internorum intercludit officia, diuinam deturpat imaginem, lucis admittit claritatem. Deniq; qui in Christo moritur, in sepulchro conscientiae tumulatur, ligatur concupiscentiarum iustitiae, a conspectu dei proicitur, duritie operitur, lapide inquitatis intus clauditur. De talibus scriptū est: Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Hos tamen aliquando resuscitat Iesus, & sublato impoenitudinis lapide, a tenebris ad lucem reuocat. Et cum pro eis Ecclesia intercesserit, per ministeriū eos sacerdotum absoluit. Venit ipse ad monumentum, ad lachrymas Ecclesiae commouetur, iubet vt ad iustitiam resurgat, qui pridem in iniquitate iacuerat. Tatummodo opus est vt per confessionem foras veniat, sentiat cordis dolorem, timeat iudicium dei, ab iniquitate recedat. Habet etiā in hoc prophetae documentum. Nam subditur: Anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. ) Preuenientis viri spiritus anxietas, cum superna desiderans, carnis corruptione deprimitur. Cum enim terrena labis pondere praegravatus, iustitiae ad altiora nititur, ipso suo conamine fatigatus lassatur. Sed eo enixius superiora desiderat, quo verius sarcinam agnoscit quam portat. Turbatur vero cor peccatoris in recordatione peccati, cum primum ceperit seipsum cognoscere, & quam longē a deo recesserit cogitare. Nec vaecat quod addidit, in me. Quasi enim extra se fuerat, qui spreitis salubribus & aeternis, de noxiis & temporalibus cogitabat: qui egritudinis suae molestias non sentiebat: qui se videre cum secus esset putabat. Sed eo in se rediit, quo seipsum qualis fuerat recognouit. Scriptum nanq; est: Redite prauaricatores ad cor. Sed de filio prodigo narrauit domin⁹: quia cum distraētis & profusis paternis bonis, vitae celestis alimento egeret, in se reuersus sit. Non enim in se reuertetur, nisi a se prius exisset. Ideoq; & pater eius ait: Hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Si ergo a patre a quo per inobedientiam discesseras inueniri desideras, & delitiosē in domo illius epulari, ad teipsum statim reuertere, & discussis actibus tuis, vnde excideris recordare, vt eo magis mouearis ad penitentiam, quo incipies cognoscere quod amiseris, & perdere quod inuenieris. Sequitur:

Esa. 46.

Peccator si  
a deo reci-  
pi deside-  
ret, ad se-  
ipsum ut si-  
lius prodig-  
us reuer-  
ti debet.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in o-

mnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum me- K  
ditabar.

Faelices antiqui dies, nihil tenebrarum, nihil caliginis praeferebant. Quas diuinitatis illustrabat praesentia, securitatis purgabat serenitas, letitiae immensitas decorabat. Dies gaudiorum & luminis, dies virtutum & pacis, dies deliciarum & suauitatis. Quos non perturbabat aceror, non infestabat angustia, non obumbrabat infirmitas. Hos dies in paradiso habuit anima antequam a statu rectitudinis per culpam caderet prauaricationis: sed eosdem tunc infeliciter perdidit, cum praecpta conditoris seruare contempsit. Potest quoque intelligi per antiquos dies, primorum parentum transgressio, per quam oculos eorum apertos testatur scriptura. Vel etiam illecebrata istius mundi prosperitas, fraudulenta quadam amoenitate stultis arridens, cui maledicit iustus dicens, Pereat dies in qua natus sum. Sancti etenim viri mundi huius prospera magis quam aduersa metuētes, in ipsis successibus suis seipfos discutunt: & quam cito transeat mundanae felicitatis fumus attendunt, reuoluētes quod scriptum est: In die malorum ne immemor sis bonorum. Si quem verō in mundo prosperari viderint: & in gloria diuitiarum suarum exultare, non culmen dignitatis eius considerant, sed finem illius mente pertractant: vt tanto obnoxius vera bona considerent, quanto apertius bona non esse quae transeunt vident. Hinc nanque Iob dicit: Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Qui enim in multitudine diuitiarum suarum confidit, quasi in terra radicem firmavit. Sed vit sanctus eius maledixit pulchritudini, cum illius derogat prosperitati. Meditatus sum in omnibus operibus tuis. ) Qui mundi huius diuitias fallaces esse agnoscit, & amore celestium contempserit terrena, meditatur in operibus bonis quae vita hac transeunte permanent, & aeternae vitae praemia serant. Neq; enim tempore vtiliter viuatur, nisi ad comparandum meritum quo in aeternitate viuatur. Sequitur: Et in factis manuum tuarum meditabar. ) Loquitur propheta ad deum. Opera manuum tuarum sunt caeli. Et alibi: Caeli enarrant gloriam dei. Illi sunt caeli qui enarrat gloriam dei, qui opus manuum dei dicuntur: quia diuinam in se non deformant imaginem, charismatum non excludunt dona, animae speciem non demoliuntur. Qui nihil boni sibi, sed totum gratiae dei tribuunt, scientes se nihil habere quod non acceperunt. Hoc enim operatus est in eis, qui vasa misericordiae fecit eos, qui illos ante mundi constitutionem in seipso elegit, vt in se non gloriantur, nec altum sapiant, sed timeant, nec dicant in abundantia sua, non mouebor in aeternum. In his meditabitur, qui de Babylone reuersus, exempla eorum sibi ad imitandum proponens, ne deceptus conuersatione eorum qui terrena sapiunt, in eadem quae dimiserat relabatur, & fiat deterior erroris confusio, si post acceptum aratrum ceperit retrō aspiciere, aut ad tollendam tunicam in domum remeare. Eorum itaq; exemplo se ad bene operandum excitat, cum eis absens corpore, mente conuersatur. Gloriam ergo beatitudinis aeternae quam receperunt aut recepturi sunt, attendit, vt eo magis ad opus bonum animetur, quo ceperit agnoscere quod egerunt, & sperare quod acceperunt.

Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Non sufficit bene velle, nisi sequatur & facere. Ideo qui in operibus bonis meditatum se dixerat, & in meditatione laudis sanctorum immoratum, secutus adiunxit: Expandi manus meas ad te. ) Hinc nanque propheta nos admonet dicens: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Quid est manus ad deum expandere, nisi operationem ad omnipotentem leuare? Deniq; ille manus suas contrahit, qui indigentibus nihil tribuit, qui vocem pauperis non exaudit. Hinc quidam sapiens admonet dicens: Non sit manus tua ad dandum contracta, & ad accipiendum porrecta. Dicitur ille manus expandere, qui dixit: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et propheta testatur dicens: In die tribulationis meae deum exquisiui manibus meis. Quid est enim manibus deum exquirere, nisi operibus sanctis saluatorem invocare? Nec otiose additum est, ad te: quia sunt pleriq; qui in eo quod bene agunt,

Dies  
qui quae  
notant.

Iob. 3.

Ecclesi. 11.

Iob. 5.

L

Psal. 101.

Psal. 18.

Psal. 29.

M

Thren. 3.

Psal. 137.

no subue-

nientes, u-

cuntur ma-


nus contra-

ctas habe-

re.

Luce. 11.

Psal. 75.



**A** ne agunt, laudari ab hominibus appetunt. Hi manus suas ad deum expandunt, qui per opera sanctitatis non deum sed mundi gloriam querunt. De talibus dicit dominus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Expandamus ergo manus nostras ad deum, ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus, nec cum fatuis virginibus lampades vacuas accipiamus, sed ut vana nostris oleum fumentes, venienti sponso occurramus, ut dicere cum Apostolo possimus: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Hoc est propter quod magis timoratus quisque se ad bene operandum excitat, si se non extollat de meritis, si in se superbiam humanae praesumptionis extinguat, si nihil se esse reputet, si virtutis incrementum a conditore expectet. Ideoque ait: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Quasi enim terra sine aqua, est anima sine gratia. Sicut enim terra quae imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, non abundat messe, sic anima gratia carens non operitur virtutibus, non cogitat de caelestibus, non insinit vtilibus. Vitiato namque in primo parente libero arbitrio, tam nec velle quidem bonum possumus, nisi illius gratia adiuemur, apud quem gressus hominis diriguntur. Scriptum quippe est: Praeparatur voluntas a domino. Et dominus discipulis ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et Apostolus: Deus est, inquit, qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Et iterum: Gratia dei saluati estis, per fidem. Si ergo fidem sine gratia dei nemo habet, quis se facere fructum aestimet sine adiutorio illius, qui ait: Posui vos ut eatis & fructus vester maneat. Quicumque enim plantet aut riget, incassum vox correptionis exterius perfluit, nisi ille incrementum dederit, sine quo nihil possumus facere.

**B** Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus.

Non incongrue a quodam sapiente dictum est: Cupiditati ipsa celeritas tarda est. Parum enim est desideranti iustificationes dei ut exaudiatur, nisi etiam velociter exaudiatur. Addit etiam causam quare exaudiri debeat, quasi infantem iam spiritum non habeat, qui spem suam omnino in deo ponit. Dicendo enim defecit spiritus meus, pauperem spiritu se esse testatur, & de seipso non praesumere, sed sacrificium deo spiritum contribulatum offerre. Agnoscit hoc etiam se ex gratia dei habere quod humiliatus est, confidens se eius auxilio erigendum, cuius gratia se sentit elisum. Hinc namque propheta dominum exorans ait: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Non enim receptaculum spiritus dei quisquam efficitur, nisi spiritu suo primitus euacuetur. Nam nec requiescit spiritus dei, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones dei. Denique qui tremat, deficit. Hinc propheta ait: Defecit in salutari tuo anima mea. Nisi enim quis a semetipso deficiat, ad eum qui supra ipsum est, non appropinquat. Hinc de regina Saba scriptum est, quod audita sapientia Salomonis, & visis ministris domus eius, non habebat ultra spiritum: quia electorum Ecclesia de gentibus congregata, cognita Christi gratia, & Evangelicae doctrine inuentis magistris, abiecto superbiae spiritu, omnique elationis fallu deposito, didicit de seipsa diffidere, & in regis sui misericordia magna sperare.

**C** Non auertas faciem tuam a me, & similis ero descendentibus in lacum.

Solent domini irati ab his quibus offensi sunt seruis oculos auertere, & si quando illi pro gratia supplicauerint, in partem aliam faciem declinare. Et quia recto eos intuitu conspiciere nequeunt, animorum suorum motus in ipso corporis habitu ostendunt. Deus quoque idem delinquentibus auertitur: quia turpitudinem eorum sereno vultu inspicere dedignatur. Sed qui abiicit delinquentem, conuertitur ad penitentem, vocat etiam auersos, donat peccata conuersis, hortatur pigros, consolatur afflictos, docet studiosos, adiuvat micantes, confirmat laborantes, exaudit corde clamantes. Ipse namque per prophetam dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Sed quia conuerti ad eum sine ipso non possumus, quotidie cum propheta clamemus: Ne auertas faciem tuam a me, & similis ero descendentibus in lacum. A-

uertente domino faciem, peccator in lacum descendit: quia nisi illum deus misericorditer respexerit, post multa perpetrata scelera in desperationis foueam cadit. Nam & Petrus amare non fleuisset, nisi eum dominus respexisset. Est enim penitentia vnum de perfectis donis descendentibus a patre luminum. Nisi ergo benigna dei misericordia mentem hominis illuminauerit, impossibile est ei in nouam naturam mutari, cum scriptum sit: Non potest homo a se facere quicquam, nisi datum fuerit de super. Et Apostolus. Fiduciam inquit talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Si ergo nec cogitare aliquid a nobis sufficimus, quomodo sine respectu misericordiae dei penitentiam agemus? Sunt enim tenebrae ubi Christus non respicit, ubi lux illa vera non ingreditur, quae sic lucet in tenebris, ut tamen non comprehendatur a tenebris. Ideoque propheta dominum exorans dicebat: Faciem tuam illumina super seruum tuum. Quid est autem facies dei, nisi quaedam claritas cognitionis eius? Hanc cognitionis eius claritatem non vident, qui misericordiam ipsius ignorant: qui de peccatorum suorum venia desperant. Illi denique in lacum descendunt, ubi lumen non videant misericordiae, intentionem cordis non dirigant ad caelos, carnis satiffaciant desideriis, deum contemnant, sicut scriptum est: Peccator cum in profundum venerit, contemnit. De talibus per Amos prophetam dominus intonat dicens: Si eclauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Quid est enim eclari in profundo maris, nisi in altitudine delitescere desperationis? Eclat vero se qui non confitetur peccata sua. Non confitetur autem qui desperat de misericordia dei. Vel certe ille se ab oculis dei eclat, qui a mandatis eius auertitur. Oculi enim domini, spiritus dei, qui legem, id est, mandata dedit. Qui ergo se ab oculis dei in profundo desperationis eclauerint, potestatem accipit diabolus ut eos mordeat, & ut in ventrem eos sug malitiae inducat. Ipse est enim serpens cui dictum est: Terram comedes omnibus diebus vitae tuae.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Quid est mane, nisi sequentis diei initium? Quae autem dies nisi illa de qua propheta dicit: Melior est dies vna in atris tuis super milia? Et Apostolus: Nox, inquit, praecessit, dies autem appropinquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Illa est enim dies quam verus ille sol illuminat qui nescit occasum, quem non obtenebrat nubes, non obscurat nebula, non obumbrat turbo. Quae recte vna dicitur: quia nulli finis termino angustatur. In hac quippe vita diem non habemus, in qua per fidem, non per speciem ambulamus. In qua caecitatis nostrae patimur tenebras, & erroris humani dessemus caliginem. In qua assiduis mœroris & angustiae premimur nebulis, & per deuia trahimur, quasi captiui lumen sapientiae non habentes, & in cogitationibus nostris euanescentes. Cum autem Christus apparuerit vita nostra, & reuelata facie deum videre coeperim, tunc omnis effugiet caligo tenebrarum, omnis euanesceat ignorantiae fumus, omnis dissipabitur têtationis nebula: quia & corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Illa erit claritatis & lucis dies, quam electis omnibus praeparauit, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii dilectionis suae. Huius diei mane est futura resurrectio, iuxta quod scriptum est: Mane astabo tibi & videbo, quoniam non deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus. Et iterum: Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime: ad annuncian dum mane misericordiam tuam. In ea quippe iustorum lucefecit felicitas, apparebit gloria, videbitur exultatio, ubi absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, ubi nouissima destruetur mors, ubi iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris eorum. In illo autem mane auditam faciet dominus misericordiam suam, cum segregatis iustis, ab impiis, omnibus scilicet ab hoedis, dicet his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ibi nota fiet misericordia dei, quam in praesenti vita mens humana capere non potest. Praeparauit

Mat. 6.  
2. Cor. 1.  
Ioan. 15.  
Phillip. 2.  
Eph. 1.  
Ioan. 15.  
Psal. 103.  
Spiritus dei super quos requiescit. Psal. 118.  
3. Reg. 10.  
Esa. 45.

D  
2. Cor. 3.  
Tenebrae sunt ubi Christus non respicit. Psal. 118.  
Prou. 18.  
E  
Amos. 9.  
Gene. 3.  
Psal. 83.  
Roma. 13.  
Die in hac vita non habemus.  
F  
Psal. 5.  
Psal. 94.  
Apo. 21.  
Mat. 13.  
Mat. 25.  
1. Cor. 2.



**G**uit enim dominus diligentibus se, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Ideo qui per bonam conversationem a gratia dei venientem, ad desiderium aeternae vitae erigitur, dicit: *Audita fac mihi manere misericordiam tuam scilicet aeternam. Misericordia enim domini ab aeterno usque in aeternum super timentes eum. Quod si illa sanctorum felicitas misericordia est, & non meritis acquiritur, ubi erit quod scriptum est: Et tu reddes unicuique secundum opera sua: Si secundum opera redditur, quomodo misericordia aestimabitur? Sed aliud est secundum opera reddere, & aliud propter ipsa opera reddere. In eo enim quod secundum opera dicitur, ipsa operum qualitas intelligitur, ut cuius apparuerint bona opera, eius sit & retributio gloria. Illi namque beatae vitae in qua cum deo & de deo vivitur, nullus potest aequari labor, nulla opera comparari, praesertim cum Apostolus dicat: Non sunt condignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Quanquam & ex hoc quoque misericordia iure possit nominari: quia pro illis operibus datur quae sine praeventu misericordiae dei nemo assequitur. Unde in Psalmis dicitur: Deus meus, misericordia eius praeventiet me. Nisi enim vasa irae fecisset vasa misericordiae, neminem ab illa perditionis massa conversatio sancta discerneret, neminem a poena perpetuae mortis iustitia propria liberaret. Constat ergo quia quibus misericorditer tribuit ut in hac vita bene operentur, eis misericordius largitur ut in aeterna beatitudine centuplicato fructu remunerentur. Haec est gratia quam pro gratia dandam sanctis dei Apostolus perhibet, ut quibus in hac vita divinitus datur gratia sanctificationis, eis ex hac quoque in futuro detur gratia aeternae felicitatis. Quod vero ait: Quia in te speravi quasi causa est iuste petitionis: quia cum spem suam quis in deo posuerit, ad exorandum deum confidentior erit. Dixerat quoque superius: Defecit spiritus meus, nunc vero in deo sperare se dicit: In quo maioribus usus confidentiae remediis, ipsi nostrae saluberrimum adhibet documentum, ut discamus parum esse quod a nobis deficiamus, nisi nos transcendentes in deo proficiamus.*

**Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuavi animam meam.**

Quis est qui peruenire possit ad audiendam manere vocem misericordiae, nisi ambulauerit in via iustitiae? Hinc propheta dominum exorans ait: *Viam iustificationum tuarum instrue me. Et illud: Dirige me in semitam rectam propter inimicos meos. Et dirige in conspectu tuo viam meam. Sciebat enim viam esse quae recta videtur hominibus, cuius nouissima ad mortem ducunt. Ideoque ait: Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuavi animam meam.* Vide ordinem. Primum est ut a teipso deficias, nec super te causa iactantiae rapiaris, sed omnibus inferiorem te sentias, & sic in te spiritum superbiae extinguas. Non te generis nobilitas extollat, non erigat honor, non inflat prudentia. Qui enim confidit in homine, maledicto subiacet. Deinde sequitur ut in deo speres, ut derelictus, iuxta prophetam a patre & matre, assumaris a domino, & eius praesidio gubernaris inter fluctus mundanae tentationis. Postremo ut animam ipsam leues ad deum, & omni vanitate expulsa, in coelestibus conuerseris, ubi deliciarum dei relictiaris dulcedine, & visionis eius perfruaris claritate. Non tibi subrepat terrenarum delectatio cupiditatum, non vanitatum phantasmata mentem occupent, quae enim animum in diuersa traxerint, tantam inducunt caliginem negligentiae, & caecitatis tenebras opponunt, ut cum appetere coeperit infima, nullatenus erigatur ad summa. Si amore coelestium accensus fueris, & per istos ascenderis humilitatis gradus, poteris & tu dicere cum propheta: *Ad te domine leuavi animam meam. Beatus qui hoc potest dicere. Beatus plane quem iniquitas non onerat, non reuocat delectatio, non inclinat voluptas, quem non grauat cupiditas, non deprimit opulentia, non trahit ambitio, sicut scriptum est: Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.*

**Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.**

**Pericula** Qui in via ambulat, insidias metuit, hostium timet incursum,

praedonum impetus perhorrescit. Ideo qui viam nosse salutis desiderat, ut etiam ab inimicis eripiat exorat. Nouit quia inter inimicos graditur, in medio laqueorum, undique pericula imminet, undique ponuntur insidiae, undique incauti precipitantur. Aduersarius enim noster diabolus tanquam leorugiens circuit: quaerens quem deuoret. Occupat incautos, incrimet sauciat, incautos expoliat. Alios necat, alios captiuat, alios suffocat. Aliquando transfiguratur se in angelum lucis: & incauta menti quaedam agenda bona proponit: ut dum a proposito tentatus deciderit, & tentationum ventis velut arundo coeperit agitari, facilius ad delicti inducatur consensus. Inferit inuitiles cogitationes, vana adhibet desideria, virtutum signum depingit. Si quem vero inuenerit fortiorem, in bono proposito perseverantem: eum acius persequitur, & grauioribus admotis tentationum aculeis, extinguere conatur. Habet quoque secum nequitiae ministros, duces & satellites suos: cum quibus aduersus humanam fragilitatem congregatur, ut eo tanto facilius superetur, quanto non ab eo sed a multis in pugnetur. Contra hunc potentem aduersarium eiusque plurimos apparatus nos instruebat Paulus enim diceret: Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequiti in coelestibus. Quis tot inimicorum cateruas euadere, eorumque insidias inuestigare potest? Non grauantur carne, nullis occupantur curis, sed sunt ad nocendum parati. Quis hominum aduersus eos dimicans illis abire potest, nisi auxilio diuinae gratiae vallatus fuerit, & scuto bonae voluntatis eius coronatus? Etiam si bonae operationis studio floreat, si lumine polleat virtutum: non poterit inimici rugientis superare nequitiam, nec potestatis iniquae reprimere vires, nisi illius fuerit fretus praesidio, qui sic manet in nobis, ut etiam pugnet pro nobis. Restat ergo ut in omnibus diuinae gratiae auxilium postulemus: & ad illud inexpugnabile occurramus semper refugium, in quo nullius hostis timeamus incursum. Ad illud nempe refugium confugerat qui dicebat: *Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi.* Et alibi. *Domine refugium factus es nobis.* Notandum vero quia non ait *protege me, sed eripe me, quasi dicat: iam me fraudum suarum laqueis implicans, iam deceptionum astringunt nodis, iam retibus iniquitatum inuoluunt. Quis autem ad eripiendum idoneus, nisi ille cui cum propheta cantamus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: Et ne quis sibi placens de ereptione sua gloriatur, adiunctum est: Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit caelum & terram. Ambulantes itaque in via hac in qua absconderunt laqueos nobis, totis ad deum medullis cordis clamemus: *Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.* Iustum est ut deo suo omnis homo seruiat: creatura obediatur creatori, domini sui mandata seruus non transgrediat. Contendat Christiana anima facere voluntatem dei sui, agnoscat creatorem suum, audiat vocem eius, dirigat viam eius, obediatur praecipis eius. Oret ut doceatur, postulet ut dirigatur, supplicet ut confirmetur. Hoc quippe sine auxilio diuinae inspirationis assequi nemo potest, sed in omnibus diuina nobis est exoranda clementia: ut infuso cordibus nostris spiritu cuius unctio docet nos de omnibus: discamus quae sit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta.*

**Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in aequitate tua.**

Qui a spiritu suo deficit, a spiritu dei deducitur. Dixerat autem superius suum spiritum defecisse. Constat itaque quia ad malum eum suus spiritus deduxerat. Et fortasse deduxerat eum in regionem longinquam, in qua substantiam suam dissipasset, in qua fames esset verbi dei, in qua vni cuius, vnde dicitur diabolo, qui princeps est mundi huius nuncupatus, adherens, ad porcos mitteretur pascendus. Vbi porcorum cibis ventrem suum cuperet implere: id est, malignorum spirituum suggestionibus carni suae satisfacere. Iam vero malo spiritu deficiente, dei bono assumptus, in terram rectam speret

**Prou. 24.**

**Roma. 8.**

**Psal. 58.**  
*Vasa irae fecit deus vasa misericordiae.*

**Psal. 118.**  
**Psal. 26.**  
**Psal. 56.**

**Psal. 26.**  
*Terrenorum contentus est saluberrimus.*

**Psal. 24.**

**Psal. 63.**

**Pericula**

**K multa sunt in saeculis presentis seculi. I. Pet. 5.**

**Eph. 6.**

**Psal. 39.**


**Psal. 123.**

**M**

**Anima christiana quid agere debet.**

**Roma.**

**Filius prolixi utilis et pulchra applicatio.**



Roma. 8.

Psal. 36.

Psal. 36.

Ibidem.

Esa. 26.

Pacē super pacem tri-  
buit deus di-  
lectis suis.

Ioan. 14.

Mortifi-  
cemus nos  
si uiuere  
uelimus.

Ose. 6.

Roma. 6.

Ibidem.

Conscien-  
tia delicto-

**A** speret introducti: quae tribulos non germinet & spinas nec  
deserta sit vel inuisa vel iniquosa: sed centenis exuberet fru-  
ctibus, & deliciis abundet aeternis. Qui enim spiritu dei agū-  
tur, in iuxta Apostoli vocē, filij dei sunt, si autem filij, & he-  
redes. Et si heredes, hereditatē possidētes. Quae est autē hae-  
reditas, nisi terra uiuentium? Hinc nāq; propheta ait: Māfueti hae-  
ditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.  
Hinc rursus ait: Benedicentes ei, haereditabunt terram. Et ne  
quis crederet terram illam quae transitura est, benedicētibus  
& mansuetis hereditatem promitti, subiunxit atque ait: Iusti  
autem haereditabunt terram, & inhabitabunt in seculum se-  
culi super eam: & Nouit dominus dies immaculorum, &  
hereditas eorum in aeternum erit. Si ergo hereditas filiorū  
est, & illi sunt filij dei, qui aguntur spiritu dei, cum haereditas  
terra uiuentium sit, qui spiritu dei illuminantur, in terrā  
rectam deducuntur. Ad quam quicumque deducitur, in mul-  
titudine pacis delectatur. Hanc pacis multitudinem dominus  
per prophetam pollicetur dicens: Dabo illis solatium uerū,  
pacem super pacem. Super pacem enim quam dilectis suis in  
hac uita tribuit, in aeterna felicitate aliam diuina miseratio  
dabit, ut iā caro nō repugnet spiritui, nec aliqua uisus tēta-  
tionis subrepat occasio, omnibus iam compositis: ut refor-  
mata in melius humana natura, nemo iam cadere, nemo pos-  
sit peccare. Haec est pax Christi: quam Apostolis ipse pro-  
misit dicens: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. In  
quo notandum, quia cum his eis suam pacem promisit, intel-  
ligamus sanctos dei quandam in hac uita pacem habere, sed  
ueram perfectamque pacem ibi solummodo inuenturos, ubi  
eos iam nulla uana mouebit cogitatio, nulla turbabit illusio,  
cum eripuerit deus animas eorum de morte, oculos eorum a  
lachrymis, pedes eorum a lapsu. Hanc pacem Christus so-  
lus habuit, quia solus inter mortuos liber, peccati aculeum  
in corde non sensit. Nos uero quādiu corruptibili carne pre-  
mimur, & corporis inuēctimur nodis, integra illius perfe-  
ctaeque pacis ignari uanē conturbamur, irrepentibus nobis  
terrenarum illecebris cupiditatum, & cogitationibus uanis,  
quae frequenter quasi factō agmine ex improuiso erumpen-  
tes, mentem confundunt, atque alio quā proposuerimus a-  
nimam trahunt. Non enim in potestate nostra est cor nostrū.  
Non ad deum secundum uoluntatem nostram erigitur, dedu-  
citur ad ima, trahitur ad deua. Si ergo in terram rectam cu-  
pinus ingredi, a spiritu dei bono optemus deduci. Propter  
nomen tuum domine uiuificabis me in aequitate tua. Non ui-  
uit iustitia nisi qui moritur iniquitati. Sicut autem quod se-  
minauimus non uiuificatur nisi moritur, in fructu bonorum  
operum non multiplicatur. Superest ergo ut mortificemus  
membra nostra quae sunt super terram, quatenus uiuificet  
nos auctor uitae. Ad hoc enim ipse mortuus est & resurrexit,  
ut nos peccatis mortui, iustitiae uiuamus. Hinc propheta di-  
cit: uiuificabis nos post duos dies, & in die tertia suscitabit  
nos. Illa nempe resurrectio nostra uita fuit, per quam a mor-  
te animae liberati sumus, atque uitae restituti perpetuae. Si e-  
nim credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita &  
deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Vides  
quia qui Christo commoritur, cum eo conuiuificatur: sicut  
testatur Apostolus dicens: Si enim complantati facti sumus  
similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Plus  
est autem uiuificari in aequitate, quā uiuificari aequitati.  
Denique qui in aequitate uiuificatur, in ipsam aequitatem in-  
troducitur: ut nihil iniquum sapiat, nihil impium agat. Po-  
test etiam per aequitatem ipse Christus intelligi, in quo uiu-  
ficatur qui mundo moritur. Denique corpore suo & sangui-  
ne palmimur & uiuificamur, alimur & saginamur. Nec ocio-  
se additur, propter nomē tuum. Ad omne enim bonum quod  
agimus, non nostram sed domini gloriam quaerimus. In eo  
nanque opus bonum deo acceptum efficitur, si ex uirtute o-  
peris non serui, sed domini nomen glorificetur.

Educes de tribulatione animam meam: & in miseri-  
cordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Inter multiplices humanae animae tribulationes, & innume-  
rabiles afflictionū molestias, nulla est maior afflictio, quā

conscientia delictorum. Cum enim exterius patitur homo,  
ad deum confugit, ad uirum fortitudinis recurrit. Singulare  
nanq; & saluberrimum est consolationis remedium, tribula-  
tiones exterius patienti: ut si cum contristat orbitas, si angu-  
paupertas, si uenit infirmitas, recedat ab eo qui foris est stre-  
pitu: & ingressus in interiora mentis penetralia, ibi deum  
innocet, ubi nemo uidet. Restat quoque ut ostium cordis cō-  
tra illatas claudat molestias: ut leuientium exterius non sen-  
tiant impetus, sed in spe cōlestiū promissorum exultans post-  
ponat damna, molestias negligat, seculi blandimenta contē-  
nat, humiliet se in confessione peccati: magnificet & laudet  
deum corripientem & consolantem. Quod si mala conscien-  
tiae tribulationem perferens, in arcano cordis deum non in-  
uenit: quoniam forte recessit ab hospitio cordis pro abun-  
dantia iniquitatis, quid facturum est homo? ubi consolatio-  
nem inueniet? ubi requiem perquiret? Grandis tribulatio  
ubi nullus euadendi aditus, ubi nulla libertatis spes, ubi nul-  
la ereptionis fiducia. Si ad exteriora recurrit, si in transito-  
riis consolationem quaesierit, ibi animi afflictio urgetur: sol-  
licitudinum stimulat calamitas, miseriarum turba ualla-  
bit. Quae enim in temporalibus consolatio? quale in diuinis  
gaudium? Nunquid nobiscum permanura sunt? Nonne illae  
sunt spinas, quae semen uerbi suffocant? Quae sicut acquisitae  
laetificant, sic etiam amissae contristant. Superest itaque ut in  
tribulatione positus peccator ad eum recurrat, in quo solo  
vera est consolatio, & per istius uitae noctes in lectulo cor-  
dis deū quærat. Quem si primò non inuenit, magis ad qua-  
rendum auimetur: surgat ad amorem cōlestium, ciuitatem  
circumcat exultatione uniuersae terrae fundatam, interroget  
vigiles qui custodiunt Ecclesiam, nudetur pallio secularis  
ornatus, & charitatis sagitta interius uulneretur. Nec prius  
a quaerendo desistat, quā moerentium consolatorem inue-  
niat. Inuentum autem summo opere teneat, donec redemptus  
ope adiutricis gratiae, a conscientiae eripiat tribulatione.  
Si enim naufragus cupiens uitā in undis seruare, semel ade-  
ptam tabulam non antè dimittit, quā fractus labore saui-  
tium procellarum deficiat: aut ueloculi praesidio adiutus, o-  
ptatum litus attingat. quis in huius maris magni & spatio-  
si naufragio dei non amplectatur sapientiam: cuius gubernetur  
praesidio, regimine deducatur? De ipsa nanque scriptum  
est: Lignum uitae est his qui apprehenderint eam: & qui te-  
nuerint eam, beatus. Quae est autem dei sapientia nisi Chri-  
stus? secundum quod Apostolus ait: Christum dei uirtutem  
& dei sapientiam. Teneamus ergo lignum salutis in pelago  
procellosae tēpestatis: per quod possumus & a periculo hor-  
rendae mortis eripi: & de tribulatione diabolicarum tenta-  
tionum educi. Dat nobis magnam ereptionis nostrae fiduciā,  
quod subdit: Et in misericordia tua disperdes omnes in-  
imicos meos. Qui sint inimici humani generis, & christianae  
animae impugnatores, superiori satis expositione declaratū  
est. Quos tunc clementia diuina disperdit, cum eis uires no-  
cendi adimit, cum aduersus iacula tentationis diabolice secu-  
tum opponit suae protectionis. Quasi enim confusi abscedūt,  
cum se ad praualendum impotentes agnoscunt.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoni-  
am ego seruus tuus sum.

Iustum est ut bonus seruus a bono domino adiuuetur: con-  
tra hostiles muniatur incurtus: a periculo liberetur. Sed quid  
est quod se nominat seruum, cum seruus non maneat in do-  
mo in aeternum? Hinc ipsa ueritas discipulis ait, iam non di-  
cam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius.  
Et Apostolus: Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis ite-  
rum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,  
in quo clamamus, abba pater. Sed sciendum, quoniam sicut  
sunt duo timores: ita etiam sunt duae seruitutes. Est enim ti-  
mor poenam habens, quem perfecta charitas foras mittit. Est  
& timor domini sanctus permanens in seculum seculi, de quo  
etiam scriptum est: Initium sapientiae timor domini. Et ite-  
rum: Timentibus deum nihil deest. Ille igitur timor qui a  
charitate excluditur, ad seruum nō manentem in domo per-  
tinere uidetur. Timor uero sanctus seruo illi conuenire no-  
scitur, cui uoce dominica dicitur: Euge serue bone & fidelis,  
quia

**D** rū est  
maxima o-  
mnium af-  
flictionum.

**D**iuinarū  
gaudiū est  
momenta-  
neum.

**P**rou. 3.  
1. Cor. 1.

**H**ostes hu-  
mani gene-  
ris qualiter  
disperdun-  
tur a deo.

**I**oan. 15.  
Roma. 8.

**T**imor est  
duplex.  
Eccli. 1.

**L**uce. 12.



**IN NOMI**

**NE DOMINI INCIPIVNT EPI**

stolæ ex registro Sancti Gregorii papæ.

Mense septembrio Indictione nona:

quæ fuit ordinationis  
eius prima.

*Gregorius uniuersis episcopis per Siciliam constitutis:  
Vt semel in anno in unum conueniant. Caput. I.*



**V**ALDE necessarium esse perspeximus: vt sicut prædecessorū nostrorum fuit iudicium, ita vni eidemq; personæ omnia committamus: vt vbi nos præsentēs esse non possumus, nostra per eum cui præcipimus representetur authoritas. Quam obrem Petro subdiacono sedis nostræ, intra prouinciam Siciliæ vices nostras deo auxiliante cōmisimus. Nec em̄ de eius actib⁹ dubitare possumus: cui deo auxiliante totū nostræ Ecclesiæ noscitur patrimoniū cōmisisse. Illud quoq; fieri debere perspeximus, vt semel per annū ad Syracusanā, siue Cathenensiu ciuitatem, vniuersaliter honore quo dignum est, sicut eidem iussimus, fraternitas vestra conueniat: quatinus quæ ad utilitatem ipsius prouincię Ecclesiarumq; pertinent, siue ad necessitatem pauperum oppressorumq; subleuandam: vel ad monitionem omnium atq; correctionem eorum, quorum excessus contigerit demonstrari, congrua cum eodem Petro subdiacono sedis nostræ, debeatis moderatione disponere. A quo consilio procul absint odia, facinorum nutrimenta, atque inuidia interna tabescat, & nimis execrabilis animorum discordia. Sacerdotes suos concordia deo placita, & charitas recognoscat. Hæc igitur omnia cū ea maturitate ac tranquillitate gerite: vt dignissimè possit episcopale concilium appellari.

*Epistola. Habetur prima te decreto rū, dif. 94. in pri. ca. Valde.*

*Gregorius Iustino prætori Siciliæ. Quem redarguit de frumentis non ex integro transmissis. Caput. II.*

**Q**UOD lingua loquitur, attestatur concientia: quia dudū vos & nullius dignitatis occupationibus implicitos, multū dilexi, multumq; veneratus sum. Ipsa namq; incessus vestri modestia quibusdam conatibus exigebat, vt diligere & venerari etiam a nolēte debuisset. Et cū vos venisse ad administrandam prælaturā Sicilia: audiui, valde gauisus sum. Et quia quādam inter vos atque ecclesiasticos simulationem subreperere comperi, vehementissimè contristatus sum. Nunc verò quia & vos administrationis cura, & me studium huius regiminis occupat: in tantum vos rectè diligere specialiter possumus, in quantum generalitati minimè nocemus. Vnde per omnipotentem dominum rogo, in cuius tremendo iudicio nostrorum actū posituri rationes sumus: vt eius respectum semper gloria vestra ante oculos habeat: & nunquam quodlibet ex quo inter vos vel parua dissensio proueniat, admittat. Nulla vos lucra ad iniultitiam pertrahant, nullius vel minæ vel amicitie, a rectitudinis itinere deflectant. Quod sit vita breuis aspiciate, ad quem quandoque ituri estis iudicem, qui iudiciariam potestatem geritis, cogitate. Solerter ergo intuentum est, quod cuncta lucra hic relinquimus, & solas dispendiosorum lucrorum causas nobiscum ad iudicium deportamus. Illa ergo sunt nobis commoda quærenda: quæ nequaquam mors adimat, sed māsura in perpetuū præsentis vitæ finis ostēdat.

*Epistola. 2.*

*M*

*Respectum ad deū debet m° habere vniuersis bonis fructibus aspiciat debent.*

De frumentis autē quæ scribitis, longè aliter vir magnificus Citonatus asserit: quia solummodo tanta transmissa sunt, quæ pro transactę indictionis debito ad replendum sitonicum sufficerent. De qua re curam gerite: quia si quid minus huc transmittitur, non vnus quilibet homo, sed cunctus simul populus trucidatur. Ad regendum verò Sicilia: patrimonium, talem, vt exillimo, virum, deo authore transmissi: cum quo vobis, si, vt ego expertus sum, recta diligitis, omnino conueniat. Quod autem me vt vestri memor esse debeam admonetis,

**G**uia super pauca fuisti fidelis: super multa te constituam, in tra in gaudium domini tui. Quod verò ait: perdes omnes qui tribulant animam meam. y ad illam beatæ vitæ felicitatem referendum est: in qua nullum habebimus aduersarium, nullū metuen⁹ inimicū, cū absorbebitur mors in victoria, cū illa nouissima inimica destruetur mors, cū immutati fuerimus, & æquales angelis effecti. Modo enim nihil quietis aut securitatis inuenire possumus, dum adhuc in nobis ipsis ingemiscimus grauari: adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc nulla erit diabolicæ fraudis impugnatione, nullum hæreticę prauitatis dogma, nulla infidelis populi impietas, omnibus ita pacatis & compositis, vt in tabernaculis iustorum sola audiat vox exultationis & salutis. Ibi sancti sine fine laudabunt deum: & in lumine claritatis eius exultabunt: ciues effecti illius ciuitatis, quæ libera est, & æterna in cœlis. Quam non obsecrant tenebræ, nō obumbrat nox, non consummat vetustas, non in ea rutilat lumen Solis, aut lunæ splendor, aut stellarum iubar: non ibi lucerna quaeritur, non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe diuina eam illuminat, Sol clarificat iustitiæ, lux vera illustrat, lux inquam inaccessibilis, quæ non clauditur loco, non finitur tempore, non obumbratur tenebris, non variatur nocte. Hoc immenso & indeficiente & lucidissimo lumine illustrata Hierusalem sancta, quæ est mater nostra, filios abdicat tenebrarum, ciues recipit pacificos, filios videlicet lucis & diei, filios adoptionis, confortes superitæ hereditatis. Nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Muri eius ex lapidibus construuntur viuus: portæ eius ex optimis adornantur margaritis, plateæ eius ex auro purissimo sternuntur, & canticum lætitię sine fine in ea cantatur. Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu, desiderium sine pœna, amor sine tristitia, satietas sine fastidio, sospitas sine vitio, vita sine morte, salus sine languore. Ibi sancti & humiles corde, ibi spiritus & animæ iustorum, ibi cuncti cœlestis patriæ ciues: & beatorum spirituum ordines regem in decore suo videntes, & in gloria virtutis eius exultantes. Perfecta viget in omnibus charitas, vna omnium læritia, vna iocunditas.

**H**oc immenso & indeficiente & lucidissimo lumine illustrata Hierusalem sancta, quæ est mater nostra, filios abdicat tenebrarum, ciues recipit pacificos, filios videlicet lucis & diei, filios adoptionis, confortes superitæ hereditatis. Nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Muri eius ex lapidibus construuntur viuus: portæ eius ex optimis adornantur margaritis, plateæ eius ex auro purissimo sternuntur, & canticum lætitię sine fine in ea cantatur. Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu, desiderium sine pœna, amor sine tristitia, satietas sine fastidio, sospitas sine vitio, vita sine morte, salus sine languore. Ibi sancti & humiles corde, ibi spiritus & animæ iustorum, ibi cuncti cœlestis patriæ ciues: & beatorum spirituum ordines regem in decore suo videntes, & in gloria virtutis eius exultantes. Perfecta viget in omnibus charitas, vna omnium læritia, vna iocunditas.

*Oratio au thoris pia & satis ar tificiosa.*

**B**one Iesu, verbum patris, splendor paternæ gloriæ, in quem desiderant angeli prospicere, doce me facere voluntatē tuam: vt à spiritu tuo bono deductus ad beatam illam perueniam ciuitatem, vbi est dies æternus, & vnus omnium spiritus: vbi est certa securitas, & secunda æternitas: & æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas: & scilicet suauitas, & suauis iocunditas: vbi tu deus cum patre & spiritu sancto viuus & regnas per infinita seculorum secula. Amen.

Deo gratias.

Finis explanationis diui Gregorij in septem Psalms penitentiales.

**A**dmonetis, verum fateor, si ex antiqui hostis infidiis iniustitia nulla subrepat, tantam glorie tue modestiam didici, vt tuus non esse erubescam.

*Gregorius Paulo scholastico. Maurentium magistrum militum & Petrum subdiaconum commendat.*

Caput. III.

Epi. 3.

**Q**uicquid mihi ex honore sacerdotalis officij extranei arrident, non valde penso. De vobis autem mihi hac ex re arridentibus non minime doleo, qui desiderium meum plenissime scitis: & tamen professisse me creditis. Summus enim mihi profectus fuerat, si potuisset impleri quod volui. Si voluntatem meam quam dudum cognitam habetis, perficere optata quietis perceptione valuisset. At quia nunc in ciuitate teneor Romana, honoris huius vinculis religatus, habeo aliquid quod etiam vestra glorie exultem. Et quia viro excellentissimo domino Leone exconsule veniente, vos in Sicilia remanere non suspicor: & cum ipse quoque tuo honore religatus, retineri Romae coeperis, quid moeroris, quid amaritudinis ego patiar agnosces. Veniente autem viro magnifico domino Mauratio Cartulario, ei quales in Romana urbis necessitate concurrere: quia hostilibus gladiis foris sine cessatione confodimur. Sed seditione militum interno periculo grauius vrgemur. Petrum vero subdiaconum nostrum, quem pro regendo Ecclesie patrimonio, deo auctore transmisimus, vestra glorie per omnia commendamus.

*Gregorius Iohanni episcopo Constantinopolitano. ipsius beati Gregorii confirmationem apud imperatorem procuranti, amicè conqueritur, & eius orationibus se committit.*

Caput. IIII.

Epi. 4.

**S**i charitatis virtus in proximi dilectione consistit, si sic diligere proximos sicut nos iubemur: quid est quod me beatitudo vestra, non ita sicut se diligit? Quo enim ardore, quo studio, episcopatus potera fugere volueritis scio, & tamen hanc eadem episcopatus pondera ne mihi deberent imponi non resistitis. Costat ergo quia non mesicut vos diligitis, qui illa me voluistis onera suscipere, quae vobis imponi noluistis. Sed quia vetustam nauem vehementer contracta indignus ego infirmusque suscepi: vndique enim fluctus intrant: & quotidiana ac valida tempestate quassatae putridae naufragium tabulae sonant: per omnipotentem deum rogo, vt in hoc mihi periculo orationis vestrae manum portigatis: quia & tanto enixius potestis exorare, quanto & a confusione tribulationum, quas in hac terra patimur, longius statis. Synodicam vero epistolam de subsequenti festinatione transmittito: quia latorem praesentium Bacandam fratrem & coepiscopum nostrum, in ipso meae ordinationis initio multis & grauibus pressus occupationibus relaxauit.

*Gregorius Theotista sorori imperatoris. scribit de onere curae pastoralis: & vitam actiuam & contemplatiuam per Rachel & Liam, Martham & Marianam significari luculenter declarat.*

Caput. V.

Epi. 5.

**M**ens mea vestre venerationi quanta deuotione subternitur, explere verbis nequeo, nec tamen me prodero laboro: quia & me tacente in vestro corde legitis, quid de mea deuotione sentiatis. Miror autem quod in me collatas dudum continentias vestras ex hac moderna pastoralis officij continentia distaxistis: in qua sub colore episcopatus, ad seculum sum reductus, in qua tantis terrae curis inferuo, quantis me in vita laica nequaquam deseruisse reminiscor. Alta enim quietis meae gaudia perdidit, & intus corruens, ascendisse exterius videor. Vnde me a conditoris mei facie longè expulsum deploro. Conabar namque quotidie extra mundum, extra carnem fieri. Cuncta phantasmata corporis ab oculis mentis abigere, & superna gaudia incorporaliter videre, & non solum vocibus, sed medullis cordis ad dei speciem anhelans dicebam: Tibi dixit cor meum, quesiui vultum tuum: & vultum tuum domine requiram. Nil autem in hoc mundo appetens, nil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita vt in me penè impletum crederem, quod pollicente domino ex propheta didicissem: sustollam te

Psal. 26.

Esa. 58.

super altitudines terrae. Super enim altitudinem terrae sustollitur, qui & ipsa quae alta & gloriosa praesentis videtur seculi, per mentis despectum calcatur. Sed repete a rerum vertice tentationis huius turbine impulsus, ad timores pauoreque corruis: quia etsi mihi nil timeo, eis tamen qui mihi commisi sunt, multum formido. Vndique caularum fluctibus quatuor, ac tempestatibus deprimor, ita vt recte dicam: Veni in altitudine maris, & tempestas demersit me. Redire post causas ad cor desidero, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum. Ex hoc ergo mihi longè factum est quod intra me est, ita vt obedire nequeam prophetae voci, quae dicitur: Redite prauaricatores ad cor. Sed stultis pressus cogitationibus, solummodo exclamare compellor, Cor meum dereliquit me. Contemplatiuae vitae pulchritudinem velut Rachelem dilexi, sterilem, sed videntem ac pulchram: quae etsi per quietem suam minus generat, lucem tamen subtilius videt. Sed quo iudicio, nescio. Lia mihi in nocte coniuncta est, actiua videlicet vita foecunda: sed lippa, minus videns, quamuis amplius pariens. Sedere ad pedes domini cum Maria festinaui, verba oris eius percipere: & ecce cum Martha compellor in exterioribus ministrare, & erga multa satagere. Expulsa a me, vt credidi, legione demonum, volui obliuisci quos noui, ad saluatoris pedes quiescere, & ecce mihi nolenti atque compulso dicitur: Reuertere in domum tuam: & annuncia quanta fecerit tibi dominus. Sed quis inter tot terrenas curas valeat dei miracula predicare: cum iam mihi difficile sit saltem recolere. Pressus enim in hoc honore tumultu secularium negociorum, ex eis me esse video, de quibus scriptum est: Deiecisti eos dum alleuarentur. Neque enim dixit deiecisti eos postquam alleuati sunt: sed dum alleuarentur: quia prauis quique dum temporali honore suffulti, foris videntur surgere, intus cadunt. Alleuatio ergo ipsa ruina est: vt quia dum gloria fallax subnixi sunt, a gloria vera euacuantur. Hinc iterum dicit: Deficientes vt fumus deficient. Fumus quippe ascendendo deficit, & sese dilatando euanescit. Sic videlicet fit cum peccatoris vitam praesens felicitas comitatur: quia vnde ostenditur vt altus sit, inde agitur vt non sit. Hinc rursum scriptum est: Deus meus pone illos in rotam. Rota quippe ex posteriori parte attollitur, & in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona praesentis mundi, quae relinquimus: anteriora vero sunt aeterna & permanentia, ad quae vocamur: Paulo attestante, qui ait: Quae retro sunt oblitus, in ea quae sunt priora me extendens. Peccator ergo cum in praesenti vita profecerit, vt rota ponitur: quia in anterioribus corruens, ex posterioribus eleuatur. Nam cum in hac vita gloriam percipit quam relinquit, ab illa cadit quae post hanc venit. Et quidem multi sunt qui sic exteriores prouectus regere sciunt, vt per eos nequaquam interius corruant. Vnde scriptum est: Deus potentes non abicit: cum & ipse sit potens. Et per Salomonem dicitur: Et intelligens gubernacula possidebit. Sed mihi haec difficilia sunt, quia & valde onerosa. Et quod mens sponte non recipit, congrue non disponit. Ecce serenissimus dominus imperator fieri simiam leone iussit. Et quidem prouisione illius vocari leo potest, fieri autem leo non potest. Vnde necesse est vt omnes culpas ac negligentias meas non mihi sed suae pietati deputet, qui virtutis mysterium infirmo commisit.

*Gregorius Narci patricio. Cui exponit id quod Apostolo Petro dicitur: Macta & manduca.*

Caput. VI.

**D**um contemplationis dulcedinem alte descripsistis, ruinae meae mihi gemitu renouastis, qui audiui quid intus perdidit, dum foris ad culmen regiminis ascendi immeritus. Tanto autem me percussam moerore agnoscente, vt vix loqui sufficiam: oculos enim mentis meae doloris tenebrae obsident. Triste est quicquid aspicitur. Quicquid delectabile creditur, cordi meo lametabile apparet. Penso cum ab alto quietis meae culmine corruens, ad quantum deiectus exterioris prouectus culmen ascendi: & pro culpis meis in occupationis exilium a facie dominantis missus, quasi destituta viduae vocibus, cum propheta dico: Qui consolabatur me, longè recessit a me. Quod vero cause & nominis similitudine

faciendo,

Psal. 68.

Esa. 46.

Psal. 39.

E

Psal. 72.

Psal. 36.

Psal. 82.

Philip. 3.

F

Iob. 36.

Prover. 1.

Imperator

fieri simiam

leonem

iussit.

Epi. 6.

vv

**G** faciendo, per scripta vestra clausulas declamationesq; formatas: certe frater charissime, simiam leonem vocas. Quod eo modo vos agere conspicimus, quo scabiosos sepe catulos pardos vel tygrides vocamus. Ego enim bone vir quasi filios perdidisti: quia per terrenas curas recta opera amisisti. No lite ergo me vocare Noemi, id est, pulchrū, sed vocate me Marā: quia amaritudine plenus sum. Quod autē me dicitis scribere non debuisse, vt in agro dominico cum bubalis nō arares, quia in ostensio beato Petro linteo & hubali & omnes ferē oblatæ sunt: scis ipse quia subiunctum est, maeta & māduca. Tu ergo qui easdem bestias necdum maetaueras, manducare iam per obedientiā cur nolebas? Aut nescis quia eadem quas scripsisti bestias oris tui gladius occidere recusauit? Quas ergo per compunctionem occidere potueris, de illis necesse est vt in tui desiderij fame satieris. De causa autē fratrum nostrorum vt scripsisti, ita futurum, si deus adiuuet, existimo, de qua modo serenissimis rerum dominis scribere omnino non debui: quia in ipso initio non est à quæstibus inchoadum: sed dilectissimo filio meo Honorato diacono scripsi, vt opportuno tempore eis congruē suggerat, & mihi responsum sub celeritate indicet. Domnum Alexandrum, domnum Theodorum, filium meum Marinum, domnam Eliriam, domnam Eudochiam, & domnam Dominicam, mea peto vice salutari.

Gregorius  
Maram se  
uocari dicit  
Acto. 10.

**H** Gregorius, Anastasio Episcopo Antiocheno. Cui dicit ab imperatore se reditum eius postulasse.

Caput. VII.

**E**pistolam beatitudinis vestrae, vt fessus requiem, salutem eger, fontem sitiens: vmbra aestuās accepi. Neque enim illa verba per linguā carnis videbantur expressa, sed sic spiritaliter amorem suum quem gestabat, aperuit: ac si mens per seipsam loqueretur. Sed durū valde fuit quod secutum est: quia amor vester terrena me portare onera precepit, & quem prius spiritaliter diligebatis, postea, vt existimo, temporaliter amantes, vsq; ad terrā me superposito onere depressistis: ita vt mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationisq; aciem amittens, non per prophetiæ spiritum, sed per experimentum dicam: incuruatus sum, & humiliatus sum vsquequaque. Tanta quippe occupationum onera deprimunt, vt ad superna animus nullatenus erigatur. Multis enim causarum fluctibus quatuor, & tumultuose vitæ tempestatibus affligor, ita vt recte dicam: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Periclitanti igitur mihi orationis vestre manum tendite, vos qui in virtutū littore statis. Quod verò me os domini, quod lucernam dicitis, quod multis prodesse perhibentis: hoc quoque mihi ad iniquitatem mearum cumulum accedit: vt cum vindicari in me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam. Quibus autem hoc in loco terrenarum rerum tumultibus premore, explere verbis nequeo, quod tamen colligere ex breuitate epistolæ potestis, in qua ei minus loquor, quem plus omnib; diligo. Præterea indico quia à serenissimis dominis quantis valui precibus postulauit: vt vos honore restituto, ad sancti Petri Apostolorum principis limina venire, & quousque ita deo placuerit, hic mecum viuere concedant: quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis nostræ tedium de æterna patria inuicem loquendo releuemus.

Epi. 7.  
Vide infra  
epistolā. 25  
lib. 1.

Psal. 113.

Psal. 68.

Gregorius Bacandæ episcopo Formiensi. Menturiensem Ecclesiam desolatam Formiensi coniungit.

Caput. VIII.

**E**t temporis necessitas nos perurget, & imminutio personarum exigit, vt desitutis Ecclesiis salubri ac prouida debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniam Ecclesiam Menturiensem funditus tam clerici quam plebis desitutam desolatione cognouimus: tuamq; pro ea petitionem, quatinus Formianæ Ecclesiæ, in qua corpus beati Erasmi martyris requiescit, cui fraternitas tua præsidet, adiungi debeat: piam esse ac iustissimam prouidentes, necessarium duximus, consulentes tam desolationi loci illius, quam Ecclesiæ tuæ paupertati, redditus supradictæ Ecclesiæ Menturiensis, vel quicquid ei antiquo modernisq; iure vel privilegio potuit, potestve qualibet ratione competere, ad tuæ Ec-

Epi. 8.

clesiæ ius potestatemq; hac præcepti nostri autoritate migrare: vt à præsentis tempore sicuti de propria Ecclesia debeas cogitare, eiq; competentia tua prouisione disponere, quatinus deinceps, quod perire hucusque potuit, pauperum Ecclesiæ tuæ utilitatibus plerisque proficiat.

Gregorius, Petro subdiacono. Disceptationem de possessione per quadraginta annorum tempus possessa, sine debito terminari mandat. Caput. IX.

**G**regorius seruus dei presbyter & Abbas monasterij sancti Theodori in Sicilia prouincia, territorio Panormitano constituti, insinuauit nobis homines fundi Saloniaci, iuris sanctæ Ecclesiæ Romane, fines fundi Gerdimig, collimitantis eidem præfato fundo Ecclesiæ sanctæ Romanæ, quos quieto iure per innumeros annos possederunt, velle peruadere: & ideo volumus accedēte te ad Panormitanam ciuitatem, quæstionē ipsam tali ratione discutere, domino rei apud possessorem sicuti hætenus possessa est, videlicet permanente: vt si monasterium præfatum sancti Theodori fines de quibus certatio mota est, inconcussis quadraginta annis possedisse repereris: nullam deinceps, etiam si quid sanctæ Romanæ Ecclesiæ competere potuit, patiaris sustinere calumniam, sed quietem eorū inconcussam modis omnib; procurare. Sin verò authores sanctæ Ecclesiæ nō eos possedisse quadraginta annis inconcussis iure monstrauerint: sed aliquā hæc intra tempora motam fuisse aliquādo quæstionem eorūdem finium electis arbitris, tranquillè & legaliter sopiatur. Nos enim non solū nunq; mota suscitari nolumus: verū etiam quæ praua foris admonemur, sopire modis omnibus festinamus. Ita ergo experientia tua cuncta faciat effectibus mancipari, ne qua posthac huius rei quæstio ad nos reuertatur. Testamentū autem Bachandæ quondam xenodochi in ea qua conditum est, volumus firmitate perflistere.

Mense Nouembri. Indictione nona.

Gregorius Honorato diacono Saloniaco. De contentione ipsius contra episcopum suum. Caput. X.

**E**xistis scripta agnoscentes, doluimus, eò quod inter vos nihil charitas recognoscit. Veruntamen te in officio ordinis tui administrare præcipim;: & si illic potest superante gratia causa vestri scandali definiri, multum credimus vestra animæ acquisiuisse. Sin verò discordia inter vos partes suas armauit: vt in timore scandali voluntas vestra debeat remanere, tu ad nostram audientiam indifferenter occurre: & episcopus tuus pro se dirigat quæ elegerit personam instructam: vt omnia subtili ratione perpena constitutere, quæ visa fuerint partibus, debeamus. Scire vero te volumus, quod à te districtè quæsituri sumus, si non ea quæ vel propriæ Ecclesiæ, vel de diuersis Ecclesiis similia sunt collecta, sub omni nunc sollicitudine & fide seruentur. Quod si quid ex eis vel negligentia, vel cuiusquam fraude deperierit: tu in hoc reatu constringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiæ eiusdem Ecclesiæ arctius implicaris.

Mense Decembri. Indictione nona.

Gregorius Clementine patriciæ. Consolatoriam epistolā facit de morte Eutherii episcopi. Caput. XI.

**E**pistolam gloriæ vestrae suscipiens, quæ de transitu Eutherij quondam magnificæ memoriæ loquebatur, indicamus non minus animos nostros quam vestros esse tali moerore confusos: eo quod opinionis probata viros paulatim subtrahi mundo conspiciamus: cuius ruina in ipsis iam causarum effectibus comprobatur. Sed huic nos solerti decet conuersionis cautela subducere, ne sua nos secum pariter ruina circumplicet. Et quidem amicorum nos amissio tanto debet tolerabilius contristare, quanto amissuros nos illos conditio mortalitatis exposcit. Sed tamen amissum carnalis vitæ subsidiū, potēs est ille consolari, qui vt adimeretur permittendo concessit, & ipse ad locum qui desitutus erat consolator accedere. Diaconum vero Anatholium quem ad vos dirigi poposcistis, hoc nos facere non posse caulē magis modus quam rigoris austeritas facit. Vicedominum enim eū constituimus, cuius arbitrio episcopum commisimus disponendum.

1. parte.  
Dis. 86. de  
conum.

Gregorius



**A** Gregorius, Iohanni episcopo de urbe ueteri. Admonet  
de iniusta uexatione monasterii tollenda.

Caput. XII.

**A**gapitus Abbas monasterij sancti Gregorii, insinua-  
uit nobis plurima se à uestra sanctitate grauamina  
sustinere: & non solum in his quæ necessitatis tēpore  
aliquod monasterio possint inferre subsidium, verumetiam  
quod in eodem monasterio missas prohibeatis celebrari. Se-  
peliri etiam ibidem mortuos interdicitis. Quod si ita est, à  
tali vos hortamur inhumanitate suspendi: & sepeliri ibidem  
mortuos, vel celebrari missas, nulla ulterius habita contra-  
dictione permittatis: ne denuo querelam de iis quæ dicta  
sunt, prædictus vir venerabilis Agapitus deponere com-  
pellatur.

Gregorius, Dominico episcopo Centumcellensi. Com-  
mendat Luminosam uiduam Zemarchi.

Caput. XIII.

**O**fficij quidem sacerdotalis est, ut uiduis ac marita-  
li regimine desolatis, impartiri solatia debeatis, ut  
vnde in hoc mundo humana conditione priuantur,  
sacerdotali tuitione possint remedia reperire. Quoniam er-  
go Luminosa honesta femina relicta charissimi Zemarchi  
tribuni, nostræ se post deum tuitioni commisit, huic vos so-  
latiari in quo sibi necesse fuerit, admonemus: nullusque sit ei  
de quolibet molestus articulo. Sed quia comitiuam illā quā  
vir eius agendam susceperat, nunc Theodoro Palatino conce-  
dente, ipsi est mulieri ut peragere debeat attributū, vel quæ  
ipsi placuerit, donec præsentis indictionis celebretur imple-  
tio, nullum eandem quousque expleat inquietare permittas.  
Ita ergo facite, ut & deum vobis faciatis pro rebus talibus  
debitorem: & noster huiusmodi, de impensis à vobis sola-  
tiis, propensius animus gratuletur.

Gregorius, Demetrio episcopo Neapolitano. Præcipit  
hereticos, etiam cum periculo, in communionem suscipere.

Caput. XIII.

**S**tephanus præsentium portitor, cum de quibusdam fi-  
dei catholicæ capitulis, eius à via veritatis nutaret intē-  
tio, pro huius rei dubietate à catholicæ se Ecclesiæ cō-  
munionem suspenderat, donec eum deus veritatis iudex ad viā  
rectitudinis reuocaret: quem recepta satisfactione in fidem  
catholicam cōmunicasse cognoscas. Sed quia eum quosdam  
dubietatis suæ socios ibidem in Neapolitana ciuitate habere  
comperimus, hoc nobis de his quoque præfatus Stephanus  
pollicitus esse dinoscitur, ut si eorum ambiguitatem animæ  
nostræ interpositionis periculo sanaremus, ipsos etiam ad cō-  
munionem catholicam sine mora posse vel reluctatione con-  
uertere. Pro qua re præsentibus epistolis admonemus, nostra  
fide, nostroque, sicut ipsi videntur poposcisse, periculo, eos  
in fidem catholicam cōmunionemque suscipite: quibus pote-  
stis modis ad lucem de tenebris reuocate. Ne postquam ad  
nos huiusmodi causa perlata est, si silentio præterimus, de  
animabus eorum negligentia possimus subire iacturam.

Gregorius, Balbino episcopo Rosellano. Populonens-  
sem Ecclesiam uisitationis gratia commendat.

Caput. XV.

**P**eruenit ad nos quod Populonensis Ecclesia ita sit sa-  
cerdotis officio destituta, ut nec poenitentia deceden-  
tibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus.  
Huius igitur tam piæ rei, tamque necessariæ mole permoti, iu-  
bemus dilectioni tuæ, ut huius præceptionis autoritate cō-  
mouitis, memoratæ Ecclesiæ uisitor accedas: ut vnum car-  
dinalem illic presbyterum, & duos debeas diacones ordi-  
nare. In parocciis verò præfate Ecclesiæ tres similiter presby-  
teros, quos tamen dignos ad tale officium ueneratione vitæ &  
morum grauitate præuideris: & quibus in nullo obuiet cō-  
stituta canonicæ disciplinæ, ut sanctæ cum digna cautela  
prouideatur Ecclesia.

Gregorius, Seuero episcopo Aquileiensi. Præcipit Ro-  
man ob fidei causam uenire. Caput. XVI.

**S**icut gradientem per deuia, carpentem denuo rectum  
tramitem, tota dominus auiditate complectitur: ita de-  
mum de deferente cognitam veritatis viam maiore mee-

rore, quæ gaudio quo de conuertente lætatus fuerat, contrista-  
tur: quia minoris excessus est veritatē non cognoscere, quam  
in eadem cognita non manere. Aliudque est quod ab errante  
committitur, aliud quod per scientiam perpetratur. Et nos  
siquidem quantum incorporatum te iam pridē fuisse in uni-  
tatem Ecclesiæ gauisi fueramus, abundantius nunc dislocia-  
tum à catholica societate confundimur. Pro qua re imminē-  
te latore præsentium, iuxta christianissimi & serenissimi re-  
rum domini iussionem, ad beati Petri Apostoli limina, cum  
tuis sequacibus venire te volumus, ut auctore deo aggrega-  
ta synodo, de ea, quæ inter vos vertitur dubietate, quod iustum  
fuerit iudicetur.

Gregorius uniuersis episcopis Italiae. Scribit ut filios  
Longobardorum in heresi Ariana baptizatos ad fidem  
catholicam concilient.

Caput. XVII.

**Q**uoniam nefandissimus Antharith in hac, quæ nu-  
per expleta est, paschali solemnitate Longobar-  
dorū filios in fide catholica baptizari prohibuit:  
pro qua culpa eum diuina maiestas extrinxit,  
ut solemnitatem paschalem ulterius non videret: vestram fra-  
ternitatem decet cunctos per loca uestra Longobardos admo-  
nere, ut quia ubique grauis mortalitas imminet, eosdem filios  
suos in Ariana heresi baptizatos, ad catholicam fidem con-  
ciliant: quatenus super eos irā domini omnipotentis placent.  
Quos ergo potestis admonete, quanta virtute valetis, eos ad  
fidem rectam suadendo rapite: æternam eis vitam sine ces-  
satione prædicare: ut cum ad districti veneritis conspectum  
iudicis, possitis ex uestra sollicitudine lucrum in vobis ostē-  
tare pastoris.

Gregorius Petro subdiacono. Insinuat ut Marcello  
uictus & uestitus necessaria ministrat.

Caput. XVIII.

**I**nsinuatum nobis est Marcelum Barubicanae Ecclesiæ, Epi. 12.  
ibidem in Panormitana ciuitate, in monasterio sancti A-  
driani, in poenitentiam deputatum, non solum uictus ne-  
cessitatem pati, sed & nuditatis nimiam sustinere molestiam.  
Pro qua re necesse habemus strenuitati tuæ præsentis iussio-  
ne præcipere, ut ipsi pro victu & uestimēto, stratoque ad con-  
tinentiā, pueroque eius annonam quantum prospexeris satis ef-  
se, constituas: ut inopia nuditasque eius tali prouidētia possint  
habere consultum: & ut ea quæ eidem viro deputaueris, tuis  
postmodum possint rationibus imputari. Id ergo fac, ut &  
nostram iussionem impleas, & tu quoque hoc ipsum bene di-  
sponendo hac ipsa possis participari mercede. Præterea  
hoc tibi indagandum mandare curauimus, veteri quæ iam  
inoleuerat cōuetudine postposita: ut si quæ ciuitates in pro-  
uincia Siciliae pro peccatis per sacerdotū lapsus à pastoralis  
regimine vacare noscuntur, de clero Ecclesiarum ipsarum  
vel ex monasteriis, si qui digni ad sacerdotalem locum pos-  
sint inueniri, per spicias: & ad nos inquisita primitus morum  
grauitate traimitas: ut grex uniuscuiusque loci per pasto-  
ris lapsum inueniri non debeat longo tempore destitutus. Si  
verò vacantia quidem loca repereris, & nullus tali dignita-  
ti ex eadem Ecclesia congruus inueniatur, ad nos similiter in-  
quisitione solerti renuncia: ut deus quem dignum talibus or-  
dinationibus iudicauerit, valeat prouidere. Nō enim oportet  
ut vnus excessu grex dominicus per prærupta possit sine  
pastore diffluere. Ita enim & locorum ordinatio prouenit,  
& reuertendi lapsus ad gradum priorem quō melius poe-  
niteant, suspitio non manebit.

Gregorius Natali episcopo Salonitano. Præcipit ut  
Honoratum archidiaconem suo gradu restituat.

Caput. XIX.

**G**esta quæ nobis in concilij uestri confecta secretario Epi. 19.  
direzistis, in quibus archidiaconus Honoratus addi-  
citur, plena esse cognouimus semine iurgiorū: cum  
vno eodemque tempore vna persona nolens ad sacerdotij or-  
dinem prouehitur, quæ tanquam immerita à diaconatus of-  
ficio remouetur. Et sicut iustum est, ut nemo crescere com-  
pellatur inuitus: ita censendum puto similiter, ne quisquam  
inlons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste. Verūta-  
men quia inimica deo discordia tuas partes accusat: locū &  
admini-  
deo.

**G** administracionē suam Honorato archidiacono restituas cōmonemus, atque concordēs diuinis ministeriis competentiā exhibere seruitia. Audientia & quæstioni nostræ si adhuc inter vos causa nutritur scandali, prædictus archidiaconus occurrat admonitus: atque dilectio tua pro partibus suis dirigat personam instructam: quibus præsentibus solatiante domino nobis deposito studio personarum quæ competunt fauori iustitiæ decernere valeamus.

*Gregorius Natali episcopo Salonitano. Scribit se gremiū; dominicum ut precibus adiuuet.*

Caput. XX.

Epi. 20.

**S**cripta reuerentiæ tuæ quæ processioni nostræ gratias referebat, offerente Stephano diacono, quem direxistis, accepimus: & nimirum valde credenda sunt gratia & studio charitatis impensa, dum pontificatus nostri congruere ordinem ratio commonebat. Idcirco nos salutis tuæ causa redditi lætiores, cōscientiam nostrā indicamus, ipsius honoris onera me ægro animo suscepisse. Sed quia diuinis iudiciis nō poteram resultare: necessario mentē meā parti lætiori reuocavi. Pro qua re reuerentiā vestrā epistolario sermone deposcimus: ut tā nos q̄ Christianus grex curæ nostræ cōmissus, orationis vestræ solatiis perfruemur: quatenus ea valeamus præsidij firmitate procellas temporum superare.

Menſe Februario: Indictione nona.

**H** Gregorius Nonnoſo, Maurentium de poſſeſſione quam petiit, dicit ſe exauditurum.

Caput. XXI.

Epi. 21.

**O**mnipotens deus cordi vestro indicet quanta deuotione ac dilectione vobis coniungor. Et si hanc per epistolas implere nequeo: si quando tamē opportunitatem inueniam, rebus ostendere curabo. Salutationis præterea alloquium soluens indico, quia veniente humili vestro domino Maurentio de possessione quam gloria vestra petit, per omnia parebimus.

*Gregorius, Gregorio episcopo Italia, Gratiarum actiones facit.*

Caput. XXII.

Epi. 22.

**B**onitatem vestræ excellentiæ quam semper cognitam habui, experimento superaddito recognoui. Vnde omnipotentem deum deprecor, ut sua nos protectione custodiat, vobisque & apud se gratiam, & apud serenissimos dominos largiatur. Si autem nullæ hominum qui intersunt vos prauitates diuidat, esse me vestrum proprium valde certum tenete, & vobis dilectione coniunctum. Quod in omnipotente domino confido: quia hoc vobis etiam per documentū meæ attestacionis ostendo. Salutationis igitur alloquium soluens peto, ut quotiens vsus exegerit, vestris me affatibus releuare curetis.

*Gregorius Anthemio subdiacono. Ancillas dei, Paulinum presbyterum, & alios commendat.*

I

Caput. XXIII.

Epi. 23.

**I**nfirmatum nobis est ancillas domini quasdam Nolanæ ciuitatis in Aboritana domo commorantes, nimiam victus vestituliq; penuriam sustinere. Quibus ex præcepto dei nos subuenire conuenit: & inopiam earum, quantum possumus, donante domino subleuare. Propterea experientia tuæ præſenti iuſſione mandamus, ut de hac præſenti nona indictione, quadraginta in auro eis solidos dare debeas: & deinceps succedentibus indictionibus annuos viginti solidos ministrare, qui tuis possint rationibus imputari. Præterea Paulino presbytero monasterij sancti Eralini, quod in latere mortis Soractis sitū est: sed & duobus monachis in oratorio sancti Archangeli seruientibus, quod in Lucano castro iuxta sancti Petri Basilicam esse dinoscitur: binos te in præſenti solidos dare præcipimus, qui & ipsi tuis rationibus impudentur. Ita ergo fac ut impensæ mercedis tu quoque participium sortiaris.

*Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Ioanni Hierosolymitano, & Anastasio Patriarchæ Antiocheno aparibus. Scribit epistolam de onere pastorali sibi nuper imposito, in qua etiam plurima testimonia scripturarum exponit.*

Caput. XXIII.

**C**onsideranti mihi quod impar meritis, ac toto animo renitens, pastoralis curæ pondera portare compulſus sum, caligo mœroris occurrit: & triste cor nihil aliud, nisi eas quæ videri nil sunt tenebras videt. Nam quid antistes ad domini, nisi pro delictis populi intercessor eligi tur? Quæ itaq; fiducia ad deū pro peccatis alienis intercessor venio, apud quē de propriis securus non sum? Si fortasse qui sp̄ia apud potentē virum, qui & sibi iratus, & mihi esset incogitus, intercessorem suū me fieri quæreret, protinus responderē: Ad intercedendū venire nequeo, quia eius notitiā ex sedula familiaritate nō habeo. Si igitur rectē homo apud hominē de quo minimē præsumpſissem, fieri intercessor crucifere, quantæ hoc audaciæ est, quod apud deū pro populo locū intercessoris obtineo, cui familiarē me esse per vitæ meritū non agnosco? Quæ in re est mihi adhuc aliud grauius formidandum: quia sicut cūcti liquidō cognouimus, cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animus prouocatur. Et valde pertimesco, ne commissa mihi plebs fidelium, reatus mei additamēto deperat: cuius nūcuscq; delicta dominus æquanimiter tolerabat. Cum verō utcūq; hunc timorem supprimo: & consolamēta mentē ad pontificalis operis studia accingo, cōsiderata ipsa rei immensitate de terrore. Perpendo quippe quod omni cura vigilandū est, ut rector cogitatione sit mundus, operatione præcipuus, dilcretus in silentio, vtilis in verbo, singulis compassione proximis, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatē socius: contra delinquentiū vitia, per zelū iustitiæ erectus. Quæ videlicet cuncta dū subtili studio & inquisitione perſecutor, ipsa me in singulis latitudo cōsiderationis angustat. Nā, sicut prædixi, curandū summopere est, ut rector cogitatione sit mundus: quatenus nulla hunc immūditia polluat, qui hoc susceperit officij, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat. Quia necesse est ut esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat: ne tacta quæq; deterius inquinat, si sordida ipsa stercoreis lutum tenet. Scriptum nanq; est: Mundamini, qui fertis vasa domini. Domini etenim vasa ferūt, qui proximorum animas ad interna sacrificia perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiūt. Apud semetipsum ergo quantū debeat mūdari conspiciat: qui ad æternitatis templum vasa viciuentia in sinu propriæ cōuersationis portat. Hinc diuina voce præcipitur ut in Aaron pectore rationale iudici vitis ligantibus imprimatur: quatenus sacerdotale cor nequaquā cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola cōstringat. Nec indiscretum quid vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis cōstitutus, ex grauitate semper debet ostendere quantā in pectore rationem portet. In quo etiam rationale vigilanter adiungitur: ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Ascriptos enim patres in pectore ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur: cum exempla patrum præcedentiū indefinenter inuētur. Cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat, & cogitationes illicitas deprimit: ne extra ordinis sui limitem, pedem operis tendat. Rursum cum me ad consideranda debita pastoris opera confesso: perpendo quanta intentione curandum est, ut sit operatione præcipuus: quatenus vitæ viam subditis viuendo denunciet: & grex qui pastoris vocem moreſq; sequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate cōpellitur summa mōstrare. Illa nanq; vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vitæ cōmendat: quia quod loquēdo præcipit, ostendēdo adiuuat, ut fiat. Hinc em̄ per prophetā dicitur: Super mortē excelsum ascēde tu qui euangelizas Sion. Ut videlicet qui celesti prædicatione utitur: ima iā terrenorū operū deserēs, in rerum culmine stare videatur: tantoq; subditos facilius ad meliora pertrahat, quāto per vitæ meritum de supernis clamat. Hinc diuina lege armata sacerdos in sacrificiū & dextrum accepit & separatū: ut non solum sit eius operatio utilis, sed etiam singularis: nec inter malos tantūmodo quæ recta sunt faciat, sed bene quoq; operātes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiā morū virtute trāscēdat. Cui in esu quoq; pectusculum cū armo tribuitur, ut quod de sacrificio præcipitur

K  
Epi. 24.  
Dignitas  
sacerdotis  
lis, ac iura  
declaratur,  
& officium.

L  
Rector  
qualis esse  
debet.


1. quest. 2.  
necesse.

Esa. 52.

M

Esa. 40.





2. Cor. 6.

1. Pet. 2.

1041.1.

Locutio incauta in errorem pertrahit.

Eze. 13.

**A** precipitur sumere, hoc de semetipso discat conditori suo immolare. Et non solum pectore quae recta sunt cogitet, sed spectatores suos ad sublimia arma operis inuitet. Nulla praesentis vitae appetat, nulla pertimescat: blandimenta mundi, respectu intimo terrore despiciat: terrores autem considerato intimo dulcedinis blandimento contemnat. Vnde superne quoque vocis imperio, in utroque humero sacerdos velamine superhumerali asstringitur: ut contra aduersa & prospera, virtutum semper ornamento muniatur, quatenus iuxta Pauli vocem: Per arma iustitiae à dextris sinistrisque gradiens: cum ad sola quae anteriora sunt nititur, in nullo delectationis infimae latere flectatur. Non hunc prospera eleuent, non aduersa perturbent: non blanda usque ad voluptatem demulceant, non aspera ad desperationem premant: ut dum nullis passionibus intentionem humiliat, quanta in utroque humero superhumerali pulchritudine tegatur, ostendat. Quod recte etiam superhumerali ex auro, hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri bysso precipitur: ut quanta sacerdos clarescere virtutum diuersitate debeat, demonstratur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui hyacinthus qui aereo colore resplendet, adiungitur: ut per omne quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, sed ad amorem caelestium surgat: dum in suis incautus laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque ac hyacintho purpura permiscetur: ut videlicet sacerdotale cor, cum summa praedicat: in semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat, eisque veluti regia potestate contradicat: quatenus nobilitatem semper intimae regenerationis aspiciat: & caelestis regni habitum moribus defendat. De hac enim nobilitate spiritus per Petrum dicitur: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. De hac etiam potestate qua vitia subigimus, Ioannis voce roboramur, qui ait: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Auro autem ac hyacintho & purpura bis tinctus cocco ad iungitur: ut ante interni iudicis oculos, omnia virtutum opera ex charitate decorentur: & cuncta quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Quae scilicet charitas, quia deum simul & proximum diligit, quasi cocco ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad authoris speciem anhelat, ut proximorum curam negligat: vel sic proximorum curam exequitur, ut à divino amore tepescat, quia vnum horum quodlibet negligit, in superhumerali ornamento habere cocco bis tinctum nescit. Sed cum mens ad praecipua charitatis tenditur, restat proculdubio: ut per abstinentiam caro maceretur. Vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur: De terra enim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore munditiae corporalis castitas designatur? Quae videlicet torta pulchritudini superhumerali innectitur: quia tunc castimonia ad perfectissimam munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras etiam afflictiae carnis meritum proficit, quasi in diuersa superhumerali specie byssus torta candescit. Rursum cum me ad considerandum debitum pastoris verbum ac silentium confero, pauenti cura perpendo, quod valde necesse est, ut & discretus sit in silentio, & utilis in verbo: ne aut tacenda profertur, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentium, hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Saepemque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui recta liberè pertimescunt: & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis custodiae pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos dominus per prophetam increpat, dicens: Nō ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die domini in praelio stare, est prauis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori etenim recta timuisse dicere: quid est aliud quam terga tacendo praebuisse? Qui nimirum si pro grege se obicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti

populo dicitur: Prophetae tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam prouocarent. Prophetae quippe nonnunquam in sacro eloquio doctores vocantur, qui dum fugitina esse praesentia indicant, quae sint ventura manifestant. Quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum corripere culpas metuunt, in cassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperit, quia ab increpationis voce conticescit. Clavis quippe apertionis, sermo est correptionis: quia increpando culpam detegit, quam saepe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit exhortari in doctrina sacra: & eos qui contradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus admonet dicens: Clama, ne cesses: sicut tuba exalta vocem tuam. Praeconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit: ut ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos vero si praedicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est praeco mutus? Hinc est enim quod super pastores primos in linguarum specie spiritus sanctus incedit: quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moyse praecipitur: ut tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur: ut videlicet voces praedicationis habeat: ne superbi speculatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus quando ingreditur vel egreditur ianuarium in conspectu domini: & non moriatur. Sacerdos namque ingreditur vel egreditur moritur, si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu praedicationis incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis eius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis, quid aliud quam recta opera debemus accipere? propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent: ut vite viam cum linguae sonitu, ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed considerandum quoque est: ut rector cum se ad loquendum praeparat, sub quanta cautela studio loquatur attendat: ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriatur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscondat. Hinc namque veritas dicit: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Per sal quippe, verbi sapientiae designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur: magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitatis confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitatis designatur? Nam sicut in malo punico vno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros sanctae Ecclesiae populos vnitatis fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Tunc ergo tintinnabulis mala punica iungimus: cum per omne quod dicimus vnitatem fidei custodimus. Rursum, cum me ad considerandum confero qualis rector in compassione, qualisque esse debeat in contemplatione perpendo, ut & singulis compassione sit proximus, & praecunctis contemplatione suspensus: quatenus & per pietatis viscera in se infirmitate ceterorum trasserat: & per speculationis altitudinem semetipsum quoque inuisibilia appetendo transcendat: ne aut alta petens, proximorum infirma despiciat: aut infirmis proximorum congruens, appetere alta desistat. Hinc est namque quod Paulus in paradisum dicitur: coeli quoque tertij secreta rimatur: & tamen in illa inuisibilia contemplatione suspensus, ad cubile carnalium mentis aciem reuocat: & cum sanctum sit coniugium, creandorum causa liberorum, aliquid etiam eis & de voluptate largitur dicens: Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat: & vnusquisque suum virum habeat, vxi viri debitum reddat: similiter & vxor viro, Ecce iam caelestibus secretis inmeritur: & tamen per condescensionis viscera, carnalium cubile perscrutatur, & quem subleuatus ad inuisibilia erigit, hunc mentis oculum ad secreta coniugum insecit. Caelum contemplatione transcendit: nec tamen stratum carnalium sollicitudine deserit: quia compage charitatis summis simul &

Thren. 2. D Prophetae quandoque doctores vocantur.

Ad Tit. 1.

Mal. 2.

Esa. 58.

E

Exo. 28.

Sacerdotes sonitum dant

Psal. 131.

Mat. 9.

Rom. 12.



1. Cor. 12.

1. Cor. 7.



**G** infimis iunctus, & in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur, & pietate in alius equanimiter ad ima reuocatur. Pro hac suae compassione charitatis iterum Apostolus Paulus dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Hinc rursus ait: Factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus. Quod videlicet exhibeat non amittendo fidem, sed extendendo pietatem: & in se personam infidelium transfigurans, ut ex semetipso disceret qualiter alius misereri debuisset: quatenus hoc illis impenderet, quod sibi ipse, si ita esset, impendi recte voluisset. Hinc iterum dicit: Sive me te excidimus, deo: sive sobrii sumus, vobis: quia & semetipsum nouerat contemplando transcendere: & eundem se auditoribus condescendendo temperare. Hinc Iacob domino desuper inminente, & uncto deorsum lapide ascendentes & descendentes angelos vidit: quia scilicet praedicatores recti, non solum sursum sanctum caput Ecclesiae, videlicet dominum contemplando appetunt: sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat & exit: & qui intus in contemplatione rapitur, foris infirmantium negociis vrgetur. Intus dei arcana considerat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, & coram testamenti arca dominum consulit. Exemplum proculdubio rectoribus praebens, ut cum foris ambigunt quid disponant, ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant: & velut coram testamenti arca dominum consulant, si de his in quibus dubitant, apud semetipsum intus sacri eloquij paginas requirant. Hinc ipsa veritas per susceptionem nobis nostrae humanitatis ostensa, in motu orationi inhaeret: miracula in verbis exercet: imitationis videlicet via bonis rectoribus sternens: ut etsi iam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium copatiendo miscerentur: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & quo benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. In qua videlicet compassione necesse est ut talem se qui praestit exhibeat: cui subiecti quique occulta quoque sua prodere non erubescant: ut cum tentationum suarum fluctus paruuli tolerat, ad pastorem mentem, quasi ad matris sinum recurrant: & hoc quod se inquinari pulsantis culpae sordibus praudent, exhortationis eius solatio, & lachrymis orationis lauent. Vnde & ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare aeneum id est, luterum, duodecim boues portat: qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid namque duodecim boues, nisi vniuersus pastorem ordo signatur? De quibus lex Paulo differenter dicit: Non obturabis os boui triturati. Quorum quidem nos aperta opera cernimus: sed apud districtum iudicem, quae illos posterius maneant in occulta retributione, nescimus. Qui tamen cum condescensionis suae patientiam abluendis proximorum confessionibus praeparant, velut ante fores templi luterum portant: ut quisquis intrare aeternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastorem indicet: & quasi in bouem luterum cogitationis vel operationis manus lauet. Et fit plerumque ut dum rectoris animus tentamenta condescendendo recognoscit, auditis tentationibus & ipse pulsatur: quia & haec eadem per quam populi multitudo diluitur, aqua proculdubio luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suae munditiae serenitatem perdit. Sed haec nequaquam pastor timenda sunt: quia deo subiliter cuncta pensante, tanto facilius a sua eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur. Rursus cum me ad considerandum confero, qualis in humilitate, qualisque esse rector debeat in districtione: perpendo quoniam necesse est ut & bene agentibus sit per humilitatem socius, & contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus: quatenus & bonis in nullo se praeferat, & cum prauorum culpa exigit, prioratus sui potestate agnoscat: ut & honore suspensio, aequalem se subditis bene viuentibus deputet: & contra peruersorum culpas ex zelo iustitiae excrescat. Hinc est namque quod Petrus auctore deo sanctae Ecclesiae principatum tenens, a bene agente Cornelio & sese ei humiliter posternente, immoderatus venerari recusauit: seque illi similem recognouit dicens: Surge ne feceris: & ego homo sum. Sed cum Ananiae & Saphyrae culpam reperit, mox quanta potentia super ceteros K excreuisset ostendit. Verbo namque eorum vitam percussit, quam spiritu perferente deprehendit: & summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impensio, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Hic comunione aequalitatis meruit sanctitas actionis: illic zelus vitiationis vim aperuit potestatis. Hinc est quod Paulus bene agentibus fratribus praetatum se esse nesciebat, cum diceret: Non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudij vestri. Ad quae illud adiunxit: Fide enim statis. Ac si id quod praetulerat aperiret, dicens: ideo non dominamur fidei vestrae, quia fide statis. Aequales enim vobis sumus in quo vos stare cognoscimus. Quasi praetatum se esse fratribus nesciebat, cum diceret: Facti sumus paruuli in medio vestrum: & rursus: Nos autem seruos vestros per Christum. Sed cum culpam quae corrigi debuisset, inuenit: illico se magistrum esse recoluit, dicens. Quid vultis, in virga veniam ad vos? Sumus itaque locus bene regitur, cum is qui praestit, vitium potius quam fratribus dominatur. Bene accepta potestatem regit, qui & tenere illam nouit, & impugnare. Bene hanc regit, qui scit per illam super culpas erigi: sicut cum illa ceteris in aequalitate componi. Sic autem seruanda est virtus humilitatis, ut non soluantur iura regiminis: ne dum praetatus quisque plus se quam decet deiicit, subditorum vitam restringere sub disciplinae vinculo non possit: & sic seruanda est disciplinae seueritas, ne dum plusquam necesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittatur. Saepem namque vitia virtutes se esse mentiuntur, ut tenacia parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitiae, remissio pietas velit videri. Disciplina ergo vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed magna discretionis arte seruanda est & iuste consulens misericordia, & pie feriens disciplina. Hinc namque est quod docente veritate per Samaritani studium semiuuius in stabulum ducitur: & vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur, ut per vinum scilicet mordeantur vulnera, & per oleum foueantur. Necesse quippe est, ut is qui sanandis vulneribus praestit, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiae pietatis: quatenus per vinum mordeantur putrida, per oleum sananda foueantur. Sit ergo amor, sed non emolliens. Sit vigor, sed non exasperans. Quod bene illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna est, quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore si est virga districtio, sit & in manna dulcedinis. Suscepto itaque pastoralis curae onere, cum cuncta haec atque alia huiusmodi multa considero, videor quod esse non possim: maxime quia hoc in loco quisquis pastor dicitur, curis exterioribus grauiter occupatur, ita ut saepe incertum fiat utrum pastorem officium an terreni proceris agat. Et quidem quisquis regendis fratribus praestit, vacare funditus a curis exterioribus non potest, sed tamen curandum magnopere est, ne ab his immoderate deprimatur. Vnde recte ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondentes artondeant capita sua. Quid enim signant capilli in capite, nisi exteriores cogitationes in mentes? Qui dum super ce rebrum insensibiliter oriuntur, curas vitae praesentis exprimunt, quae ex neglecto ac torpenti sensu quia inopportune prodeunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia ergo cuncti qui praesunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte & caput prohibentur radere, & comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se funditus amputent, nec rursus ad crescendo nimis relaxent. Vnde bene dicitur, tondentes tondent capita sua, ut videlicet curae temporalis sollicitudinis & ad quantum necesse est prodeant, & tamen recidantur citius, ne immoderatus excrescant. Dum igitur per administratam exteriorem prouidentiam corporalis subditorum vita protegitur, & rursus per immoderata alta cordis intentio non impeditur, quasi capilli in capite sacerdotis seruantur, ut cutem cooperiant: & rescantur, ne oculos claudant. Sed hoc in loco huius discretionis modamina video seruari non posse, quia tanti quotidie casus immineant, ut mentem simul obruant, cum vitam corporalem necant. Vnde de fratres sanctissimi, per venturum iudicem rogo, per multorum milium

**K** excreuisset ostendit. Verbo namque eorum vitam percussit, quam spiritu perferente deprehendit: & summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impensio, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Hic comunione aequalitatis meruit sanctitas actionis: illic zelus vitiationis vim aperuit potestatis. Hinc est quod Paulus bene agentibus fratribus praetatum se esse nesciebat, cum diceret: Non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudij vestri. Ad quae illud adiunxit: Fide enim statis. Ac si id quod praetulerat aperiret, dicens: ideo non dominamur fidei vestrae, quia fide statis. Aequales enim vobis sumus in quo vos stare cognoscimus. Quasi praetatum se esse fratribus nesciebat, cum diceret: Facti sumus paruuli in medio vestrum: & rursus: Nos autem seruos vestros per Christum. Sed cum culpam quae corrigi debuisset, inuenit: illico se magistrum esse recoluit, dicens. Quid vultis, in virga veniam ad vos? Sumus itaque locus bene regitur, cum is qui praestit, vitium potius quam fratribus dominatur. Bene accepta potestatem regit, qui & tenere illam nouit, & impugnare. Bene hanc regit, qui scit per illam super culpas erigi: sicut cum illa ceteris in aequalitate componi. Sic autem seruanda est virtus humilitatis, ut non soluantur iura regiminis: ne dum praetatus quisque plus se quam decet deiicit, subditorum vitam restringere sub disciplinae vinculo non possit: & sic seruanda est disciplinae seueritas, ne dum plusquam necesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittatur. Saepem namque vitia virtutes se esse mentiuntur, ut tenacia parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitiae, remissio pietas velit videri. Disciplina ergo vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed magna discretionis arte seruanda est & iuste consulens misericordia, & pie feriens disciplina. Hinc namque est quod docente veritate per Samaritani studium semiuuius in stabulum ducitur: & vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur, ut per vinum scilicet mordeantur vulnera, & per oleum foueantur. Necesse quippe est, ut is qui sanandis vulneribus praestit, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiae pietatis: quatenus per vinum mordeantur putrida, per oleum sananda foueantur. Sit ergo amor, sed non emolliens. Sit vigor, sed non exasperans. Quod bene illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna est, quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore si est virga districtio, sit & in manna dulcedinis. Suscepto itaque pastoralis curae onere, cum cuncta haec atque alia huiusmodi multa considero, videor quod esse non possim: maxime quia hoc in loco quisquis pastor dicitur, curis exterioribus grauiter occupatur, ita ut saepe incertum fiat utrum pastorem officium an terreni proceris agat. Et quidem quisquis regendis fratribus praestit, vacare funditus a curis exterioribus non potest, sed tamen curandum magnopere est, ne ab his immoderate deprimatur. Vnde recte ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondentes artondeant capita sua. Quid enim signant capilli in capite, nisi exteriores cogitationes in mentes? Qui dum super ce rebrum insensibiliter oriuntur, curas vitae praesentis exprimunt, quae ex neglecto ac torpenti sensu quia inopportune prodeunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia ergo cuncti qui praesunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte & caput prohibentur radere, & comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se funditus amputent, nec rursus ad crescendo nimis relaxent. Vnde bene dicitur, tondentes tondent capita sua, ut videlicet curae temporalis sollicitudinis & ad quantum necesse est prodeant, & tamen recidantur citius, ne immoderatus excrescant. Dum igitur per administratam exteriorem prouidentiam corporalis subditorum vita protegitur, & rursus per immoderata alta cordis intentio non impeditur, quasi capilli in capite sacerdotis seruantur, ut cutem cooperiant: & rescantur, ne oculos claudant. Sed hoc in loco huius discretionis modamina video seruari non posse, quia tanti quotidie casus immineant, ut mentem simul obruant, cum vitam corporalem necant. Vnde de fratres sanctissimi, per venturum iudicem rogo, per multorum milium

2. Cor. 11.  
1. Cor. 9.

2. Cor. 5.

1. Cor. 9.

Affo. 9.

Affo. 6.

2. Cor. 1.

1. Thef. 5.

1. Cor. 4.


Humilitatis virtus quomodo est seruanda

Vitia se sepe virtutes mentiuntur.

Luce. 10.

M

Eze. 44.



Iaco. 5.

Rom. 10.  
Distin. 15.  
ca. sicut.

**A**milium angelorum frequentiam, per Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in coelis, sub hoc pastoralis curae onere lassescerem, orationis vestrae intercessione me adiuuate, ne suscepta me pondera ultra vires premant. Memor vero quod scriptum est: Orate pro inuicem ut saluemini, etiam impendo quod peto. Sed recipiam quod impendo. Dū enim nos vobis per orationis opem coniugimus, quasi ambulantes per lubricum, vicissim vobis manu tenemus: fitque ex magna profusione charitatis, ut eō singulorum robustius charitas perfigatur, quo in alterum alter innititur. Præterea quia corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Nicenū scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur. Cōstātinopolitanū quoque, in quo Eunomij & Macedonij error cōvincitur. Ephesinum etiā primum, in quo Nestorij impietas iudicatur. Chalcēdonense vero, in quo Euthucetis Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione cōplector: integerrima approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura confurgit. Et cuiuslibet vitæ atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibe dicitur, erroris plena, reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur, & in quo scripta quoque Theodorici per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu demētix prolata, refutantur. Cunctas vero quas præfata veneranda cōcilia personas respuūt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumit aut soluere quos religat, aut ligare quos soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Quisquis verò prædictarum synodorum fidem tenet, pax ei sit à deo patre per Iesum Christum filium eius, qui cum eo viuit & regnat consubstantialiter deus in vnitāte spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Gregorius Anastasio patriarchæ Antiocheno. Conqueritur de onere pastoralis. Caput. XXV.

Epi. 25.  
Vide supra  
epi. 7.

**S**cripta vestrae beatitudinis, vti sessus requiem, salutem eger, fontem sitiens, vmbra æstuans accepi. Neque enim illa verba per linguā carnis videbantur expressa: quia sic spiritalem amorem tuum quæ gestabant aperuerūt, ac si mens per semetipsam loqueretur. Sed durum valde fuit quod scriptum est, quia amor vester terrena me portare onera præcepit, & quem prius spiritualiter diligebatis, postea, ut existimo, temporaliter amantes, vsque ad terrā me superposito onere depressistis: ita ut omnem mentis rectitudinē funditus perdens, cōtemplationisq; aciem amitteas, nō per prophetiæ spiritū, sed per experimētum dicam: Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequaq;. Tanta me quippe occupationum onera deprimunt, ut ad luperna animus nullatenus erigatur. Multis causarum fluctibus quatior, & post illa quietis ocia, tumultuosæ vitæ tempestatibus affligor, ita ut rectē dicam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

Psal. 118.

Psal. 68.

Periclitanti igitur mihi manū orationis vestrae tendite vos qui in virtutū litore statis. Quod vero me os domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodesse, multisque posse lucere perhibetis, existimationem mihi meā, fateor, in dubietatem maximā perduxistis. Cōsidero namque qui sum, & nihil in me ex huius boni signo deprehendo. Cōsidero namque qui estis, & vos mentiri posse nō arbitror. Cū ergo credere volo quod dicitis, cōtra adicit mihi infirmitas mea. Cū disputare volo quod in laude mea dicitur, cōtradicit mihi factitas vestra. Sed quæso vir sancte nobis aliquid de hoc certamine nostro conueniat, ut etsi non quod dicitis ita est, sit ita quia dicitis. Præterea sicuti patriarchis alijs vel fratribus, ita & synodicam vobis epistolā direxi, quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis dei munere accepistis esse, non quod ex voluntate hominum putamini non esse. Latori vero præsentium Bonifacio defensori aliqua iniunxi, quæ sanctitati vestrae debeat seriosius intimare. Amatoris autem vestri beati Petri apostoli vobis clauas transmisi, quæ super ægros posita, multis solent miraculis coruscare.

Gregorius Anastasio archiepiscopo Corinthiensi. Cō- D queritur de onere pastoralis, & hortatur ut succurrat portatori presentii. Caput. XXVI.

**I**udicia dei quanto sunt inuestigabilia, tanto debent humanis mentibus esse metuenda: ut quia ea ratio mortalis cōprehendere non valet, his se necesse est humili cordis ceruice substernat: quatenus quō eam regentis volūtas duxerit, illuc obedientibus mentis gressibus prosequatur. Ego autē considerans infirmitatem meā ad Apostolicæ sedis culmen non posse pertingere, onus hoc malui declinare, ne in pastoralis regimine imparis admiñistratiōis actione succumberē. Sed quia contraire non est domini disponentis arbitrio, obediēter secutus sum quod misericors de me regentis manus voluerit operari. Nam fraternitati vestrae, & si præsens non eueniret occasio, necessario fuerat indicandū, quod licet indignum, me Apostolicæ sedi dominus præesse dignatus est. Cū ergo fieri hoc & causa posceret, & directi à vobis presentium latoris, id est Bonifacii defensoris, euenisset occasio, curauimus non solum scriptis fraternitati vestrae charitatis vota persoluere, sed etiam de ordinatione nostra, quod desiderabile vobis fuisse credimus, indicare. Propterea charitas vestra reciproca literis nos de vnitāte Ecclesie, & desiderabili nuncio salutis vestrae lætificet: quatenus absentia corporalis, quam nos locorum facit sustinere disiunctio, scriptorū sibi vicissitudine præsentetur. Adhortamur etiā ut quia memoratum superius presentium portitorem pro necessarijs quibusdam causis ad clementissimi principis vestigia destinauimus, & mutabilitas temporis multa solet impedimenta itineris generare, quicquid ei siue in terreni itineris prouisione, siue etiam in procuratione nauigij necessarium fuerit, vestra sacerdotalis impendat affectio: ut destinatum iter celerius domino miserante valeat explicare.

Epi. 26.

E

Gregorius Sebastiano episcopo Rissiniensi. De reuerensione Anastasii patriarchæ. Caput. XXVII.

Epi. 27.

**Q**uanuis nulla merui beatitudinis vestrae scripta suscipere, tamen ego etiam obliuiscerem me nō obliuiscor, negligentē pulso, torpentē amoris stimulus inquieto, ut qui ex semetipso nō vult impēdere, vel pulsatus sciat reddere quod debet. Præterea in dco suggestionem me apud piissimos dominos summis precibus plenā fecisse, ut virū beatissimū dominū Anastasium patriarchā cōcesso vsu pallij ad beati Petri Apostolorū principis limina meū celebraturū solennia missarū transmittere debuisset, quatenus si ei ad sedē suā minimē reuerti liceret, salutem meū in honore suo videret. Sed quæ causa cōtigerit ut eadem scripta retinerem, presentium lator vobis innotescet. Eiusdem tamen domini Anastasij animū cognoscite, & quicquid ei de hac re placuerit, vestris mihi epistolis indicate.

Gregorius Aristobolo ex præfecto & antigrafo. De expositione epistolarum suarum. Caput. XXVIII.

**A**d explendum affectum meum fateor, lingua non sufficit, sed quicquid de vobis sentio, vester vobis melius affectus dicit. Quibusdam vero vos aduersitatibus laborare audiui. Sed nō hac de re valde cōtristor, quia plerunq; nauis quæ peruenire ad alta pelagi per prosperitatem poterat, in ipso nauigationis initio vento aduersante repellitur, sed ad portū repulsa reuocatur. Præterea si prolixam epistolam ad interpretandum accipere fortasse contingerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferre, quia plerunq; dum proprietates verborum attenditur, sensuum virtus amittitur.

Epi. 28.

Gregorius Andrea de Dibiria. Transmittit clauem à corpore sancti Petri, & de catenis eius. Caput. XXIX.

**O**mnipotens deus dulcissimo cordi vestro iudicet, quia & abscēs corpore à charitate vestra animo nō recessi. Bona enim vestra etiā si obliuisci volo, non valeo. Hoc autē quod me ad episcopatus ordinē cognoscitis peruenisse, si me diligitis, plāgite: quia hic huius mundi tantę occupationes sunt, ut per episcopatus ordinē penē ab amore dei me videam esse separatū. Quod incessanter desideo, atque ut pro me dominum exoretis, rogo. Præterea sanctissimam

Epi. 29.

vv liij. clauem,

**G** clauem, à sancti Petri Apostoli corpore vobis transmisit, quæ super ægros multis miraculis solet coruscare, nam etiam de eius catenis interius habetur. Eadem igitur catena: quæ illa sancta colla tenuerunt, suspensæ colla vestra sanctificent.

*Gregorius Ioanni exconsuli atque patricio & questori. Clauem sancti Petri & de catenis eius transmisit.*

*Caput. XXX.*

*Epist. 30.*

**B**ona excellentiæ vestræ expertus, tanto erga vos amore cōstringor, vt vestra memoria de meo pectore aboleri nullatenus possit. Sed contra amorem non modicè cōtristor, quia quatenus me querere cognouistis, & ad inquietudinè perdixistis, vobis quidè omnipotens deus quia hoc bono animo fecistis, bona æterna retribuatur, sed me à tanto loci huius periculo qualiter voluerit absoluat: quia sicut peccata mea merebantur, non Romanorum sed Longobardorum episcopus factus sum, quorū sinticiæ spate iunt, & gratia pœna. Ecce vbi me patrocina vestra perduxerunt. Gemō quotidie occupationibus pressus, & respirare nō valeo. Sed vos qui adhuc valetis huius mūdi occupationes fugite: quia quāto in eo quisq; profecerit, tanto, vt video, ab amore dei amplius decreuit. Præterea sanctissimā clauē à beati Petri Apostolorū principis corpore vobis transmisit, quæ super ægros multis solet miraculis coruscare. Nam etiā de eius catenis interius habetur. Eadem igitur catena: quæ illa sancta colla tenuerunt, suspensæ colla vestra sanctificent.

*Gregorius Philippo. Comiti Excubitorum. Causas Italiae commendat.*

*Caput. XXXI.*

*Epist. 31.*

**I**n quantum homo discutere & inuestigare iudicia superna non sufficit, intantum sub eis debet ceruicem cordis inflectere: vt quia id quod sibi tribuitur, quo iudicio disponatur ignorat, nec ad appetendum locum prociac insilire, nec ad repellendum contumax debet inueniri. Vnde indignus ego ad suscipienda episcopatus onera iussioni omnipotentis dei, vestraq; me voluntati subdidi. Cui me præesse largitate magis gratiæ quàm iudicij extimatione voluistis. Potens est enim deus propter quem me indignum diligitis, hanc vobis in perpetuum repensare mercedem, vt gratiam quam indignis famulis eius impenditis, apud eum inuenire multiplicius valeatis. Causas verò Italiae, vestra quæso excellentia habeat mandatas, vt dum vos petentibus libenter impenditis, omne quod à deo petitis, quanto citius impetretis.

*Gregorius Romano Patricio & exarcho Italiae. Exarcho scribit de Blando episcopo restituendo.*

*Caput. XXXII.*

*Epist. 32.*

**S**cribendi ad excellentiam vestram si causa omnino nulla suppeteret, nos tamen esse oportet charitate paterna de vestræ salutis incolumitate sollicitos, vt quod de vobis audire cupimus, internūciorū frequentia cognoscamus. Præterea peruenit ad nos Blandū episcopū Hortensis ciuitatis, lōgo iam tēpore in ciuitate Raennate à vestra excellentia detineri. Et ut ecclesia sine rectore, & populus quasi sine pastore grex consistens desinat, & ibidē infantes pro peccatis absq; baptisate moriantur. Et rursus quia nō credimus quod eū excellentia vestra nisi pro aliqua probabilis excessus causa tenuerit, oportet vt habita synodo palām fiat si quod in eū crimen intenditur. Et si talis in eo culpa reperitur, quæ vsq; ad degradationē sacerdotij perducatur, aliā necesse est ordinationem inquiramus, ne Ecclesia dei in his sine quibus iam Christiana non patitur esse religio, inculta ac destituta remaneat. Sin autem excellentia vestra aliter se habere q̄ de eo quod dicitur esse perspexerit, eū ad Ecclesiā suā reuerti cōcedat vt officij sui in cōmissis sibi animabus adimpleat.

*Menſe Martio: Indictione. ix.*

*Gregorius Venantio Cancellario Italiae. Venantio ex monacho scribit, & increpat de habitu monastico dimisso.*

*Caput. XXXIII.*

*Epist. 33.*

**M**ulti hominum stulti putauerunt quod si ad ordinem episcopatus eueherer, vos alloqui ac per epistolas frequentare recusarem. Sed non ita est, quia ipsa iam loci mei necessitate compellor, vt tacere non debeā: scriptum quippe est: Clama, ne cesses: sicut tuba exalta vocē

*Esai. 58.*

tua. Et rursus scriptū est: Speculatorē te dedi domui Israël: audies de ore meo verbum, & annuncabis eis ex me. Ex qua videlicet annunciatione vel retenta vel exhibita quid speculatore vel auditorem sequatur, protinus intimatur: Si dicente me ad impium, Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autē eius de manu tua requiram. Si autē tu annunciaueris impio, & ille non fuerit cōuersus ab iniquitate sua: & à via sua impia: ipse quidē in iniquitate sua morietur, tu autē animā tuā liberaſti. Hinc etiā Ephesiis Paulus dicit: Mūdæ sunt hodie manus meæ à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi quō minus annunciam vobis omne dei consilium. Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis dei consilium annuncia renoluisset, quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit. Hac igitur confidentiōe cōpulsus, velis nolis locutus sum, quia omni virtute aut te cupio saluari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris recolis, & supernæ distinctionis animaduersione ne proposita, ad quid sis delapsus agnoscis. Culpam ergo tuam pensa dum vacat, distinctionem futuri iudicij dum valet exhorresce: ne tunc illam amaram sententiam audias: cū iam nullis fletibus euadas. Pensa quod scriptum est: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Ad ambulandum quippe in hyeme torpor frigoris obsistit, & iuxta præceptum legis, ambulare in sabbato non licet. In hyeme ergo vel sabbato fugere conatur, qui iram districti iudicij tunc appetit fugere, quando ei iam nō licet ambulare. Dum vacat ergo, dum licet, animaduersionem tanti terroris fuge. Pensa quod scriptum est: Omne quod potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, sunt apud inferos, quō tu properas. Teste Evangelio, scis quia diuina sēueritas de ocioso sermone nos arguit, & de verbo inutili rationes subtiliter exquirat. Pensa ergo quid factura est de peruerso opere, si quodam in iudicio tuo reprobat de sermone? Ananias pecunias deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione, subtraxit. Sed quia morte multatus est, scis, si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nūmos deo abstulit, cōsidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui nō nūmos sed temetipsum deo omnipotenti, cui te sub monachali habitu deuoueris, subtraxisti? Cōsidera iudiciū dei quod mereat qui semetipsum deo vouit, cōtinuōq; mundi desideris irretitus, mentitus est quod vouit. Si mihi credideris, si correptionis meę verba secutus audieris, q̄ sint blanda & dulcia in fine cognosces. Ecce fateor, moerens loquor, & facti tui tristitia affectus, edere verba vix valeo, & tamen animus tuus actionis suæ conscius vix sufficit ferre quod audit: erubescit, cōfunditur, auersat. Si ergo nō valet verba ferre pulueris, quid facturus est ad iudicium conditoris? Fateor tamen, quia superna gratia esse misericordiam maximam credo, quod te effugere vitam cōspicit: & tamen ad vitam adhuc referuat: quod superbiētē te videt: & tolerat: quod per indignos famulos suos verba tibi increpationis & admonitionis administrat. Tantum est vt pensare sollicitē debeas: quod Paulus ait: Exhortamur vos fratres ne in vacnū gratiā dei recipiatis, ait enim tēpore accepto exaudinite, & in die salutis adiuui te. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Sed scio quia eū epistola mea suscipitur, protinus amici cōueniunt, literati clientes vocantur, & de causā vite consiliū à fautoribus mortis queritur, qui dū non re, sed res tuas diligūt, nulla tibi nisi que ad tēpus placeat loquūtur. Tales enim fuerūt, sicut ipse reminisceris, dum cōsiliarij qui te ad tanti facinus perduxerūt delicti. Vt tibi aliquid secularis auctoritas loquat: Cū amicis omnia tractanda sunt, sed prius de spīs. Si verò in causa tua hominem consiliariū queris, consiliariū rogo me suscipe. Nullus tibi fidelior esse ad consiliū potest, q̄ qui non tua sed te diligit. Omnipotens deus cordi tuo indicet, cor meū quāto te amore, quātaq; charitate amplectitur, in quantum tamen diuina gratia nō offendatur. Nā sic culpā tuā insequor, vt te diligā. Sic personā diligo, vt culpæ vitij non amplectar. Si igitur me amari te credis, Apostolorū liminibus præsentare, meq; cōsiliario vtere. Si autem esse fortasse in causa dei minimus credor,

*Ezech. 3.*

*Acto. 20.*  
*Di. 43.*  
*Ephe. 5.*

*Mat. 24.*

*L.*

*Eccles. 9.*


*Mat. 12.*

*Canti. 17.*

*quest. 2.*  
*Ananias.*

*M.*

*2. Cor. 6.*



**A** credor, & pro zelii mei ardore suspectus sum, cunctam simul Ecclesia in consilio huius disceptationis adhibeo, & quicquid omnibus fieri salubriter placet, ego in nullo contradico: sed quod in commune decernitur, letus impleo & subscribo, impletam quae monui, gratia diuina te custodiat.

*Gregorius Petro episcopo Terracinenfi. De Iudeis non persequendis. Caput. XXXIII.*

**I**oseph, praesentium lator, Iudaeus nobis insinuauit quod de loco quodam in quo ad celebrandas festiuitates suas Iudaei in Terracinenfi castro consistentes conuenire consueuerant, tua eos fraternitatem expulisse: & in alium locum pro colendis similiter festiuitatibus suis, te quoque noscente & consentiente migrauerint: & nunc de eodem loco expulsos se denuo conqueruntur. Sed si ita est, volumus ut tua fraternitas ab huiusmodi se querela suspendat: & ad locum quem sicut praediximus, cum tua conscientia quo congregentur adepti sunt, eis sicut mos fuit, ibidem liceat conuenire. Eos enim qui a religione Christiana discordant, mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo, ad unitatem fidei necesse est congregare: ne quos dulcedo praedicationis, & praesentis futuri iudicis terror ad credendum inuitare poterat, nimis & terroribus repellantur. Oportet ergo ut ad audiendum de vobis verbum dei benigne conueniant: quam austeritatem quae supra modum extenditur expauescant.

*Gregorius Iohanni episcopo Rruennati. De controuersia Iohannis & Stephani episcopi. Caput. XXXV.*

**S**i professionem ordinis nostri, & locum cuius ministerium gerimus, attendamus: oportet nos afflictis, in quantum possumus, comitante iustitia subuenire. Quoniam ergo gloriosum virum Maurilionem expresso infontem concedere in gestis Ecclesiasticis cognouimus: vestra fraternitas in quantum possibilitas subest, opem ferre festinet: non quia, quod ablit, de viri excellentissimi domini Georgij praefecti iustitia dubitamus, aut in aliquo putamus eum rationis tramitem declinare, virum quem in huius tanta dignitatis administratione in bonis omnibus habemus expertum, sed quod & gloriosus vir Maurilio expresso rationes suas absque suspitione oppressionis exponat, & praedictus excellentissimus vir dominus Georgius praefectus rationes sine laceratione suae opinionis exequatur.

*Gregorius Malcho episcopo Dalmaciensi. De contentionibus Iohannis & Stephani. Caput. XXXVI.*

**I**ohannes vir eloquentissimus: consiliarius viri excellentissimi domini Georgij praefecti per Italiam insinuauit nobis contra Stephanum episcopum Scodensis ciuitatis quorundam se negociorum habere controuersias: & petiit inter eum & se iudicium debere consistere. Propterea fraternitatem tuam praesenti praedicatione curauimus admonendam, ut praedictum episcopum ad eligendum compellas venire iudicium. Et quicquid inter praedictum Iohannem virum magnificum & praesentem episcopum electorum fuerit sententia diffinitum, ad effectum perducere non omittas, ut & actor de consecuta iustitia gratias referat, & pullatus cum ad cognitionem deducitur, nihil contra se de illata iniustitia conqueratur.

*Gregorius Anthemio subdiacono. Ut dominae Paterichiae & Viuianae necessaria subministrat. Caput. XXXVII.*

**D**ecedenti tibi mandauimus, & postmodum praecipis discurrentibus iniunxisse me memini, ut curam pauperum gereres. Et si quos illic egere cognosceres, scriptis recurrentibus indicares, & vix de paucis haec facere curasti. Volo autem ut dominae Paterichiae meae mox ut praesentem missionem susceperis, offeras ad calciarium puerorum solidos quadraginta, & tritici modios quadringentos. Dominae Palatinae relictae Urbici, solidos viginti: & tritici modios trecentos. Dominae Viuianae relictae Felicis: solidos viginti, & tritici modios trecentos. Qui omnes simul octoginta solidi in tuis rationibus impitentur. Summam vero impensionum sub festinatione transmittito, & ad paschale diem domino auxiliante occurrato.

*Gregorius Felici episcopo Messanenfi. De monasterio sancti Theodori ordinando. Caput. XXXVIII.*

**E**t tibi gratum confidimus si fratris tui viri venerabilis episcopi Paulini peregrinationis onera releuentur, & eius regimine communi mercede beati Theodori monasterium in ciuitate tua fundatum studiosius omnipotenti deo deseruiat. Quod etiam te voluisse facere, eius relatione cognouimus. Ideoque rectori patrimonij nostri praecipimus, ut monachos monasterij memorati episcopi perquisitos ad vnum congreget: & in eodem monasterio cum iis qui nunc ibi sunt, collocare non differat, quatenus eo rectore dignius animarum suarum curam exercent. Quam rem venerationi tuae innotescendam prauidimus: ne te omisso, aliquid ordinatum in tua contristeris diocesi.

*Gregorius Petro diacono. De monachis dispersis per Siciliam. Caput. XXXIX.*

**V**erum Paulinus episcopus Tauri ciuitatis, prouinciae Bruciorum, nobis asseruit monachos suos occasione dispersos barbarice: eosque nunc per totam vagari Sicilia, & eos, quippe sine rectore, nec animarum curam gerere, nec disciplinae sui habitus indulgere. Qua de re praecipimus eosdem monachos te omni cura & sollicitudine perquisitos ad vnum reducere, & cum memorato episcopo rectore suo in monasterio sancti Theodori in Messanenfi ciuitate posito collocare: ut & hi qui nunc ibi sunt quos egere rectore conserimus, & illi quos de congregatione eius inuentos reduxeris, in vnum possint eo duce omnipotenti domino deseruire. Quam rem & Felici eiusdem ciuitatis episcopo nos significasse cognoscere praeter suam notitiam in diocesi tibi concessa ordinatum quippiam contristeretur.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De monachis circuequaue uagantibus. Caput. XL.*

**I**ohannes frater & coepiscopus noster directo per iustum clericum suum capitulari, inter alia plura hoc nobis noscitur inuicisse, aliquos monachos monasteriorum in Sicilia dicecisi positorum, de monasterio in monasterium, prout eis libuerit, transigrare: & a proprii abbatis regula desiderio rei secularis abscedere. Sed & quod non licere notum est, peculiaritati eorum singulos studere. Si quos autem a clericatu in monachicam conuersionem venire contigerit, non liceat eis ad eandem vel aliam Ecclesiam: quarum pridem milites fuerant sua voluntate demum remeare: nisi talis vitae monachus fuerit: ut episcopus cui ante militauerat, sacerdotio dignum praeriderit: ut ab eo debeat eligi, & in loco quo indicauerit ordinari. Propterea experientiae tuae iussione praesenti mandamus, ut neque monacho ulterius de monasterio in monasterium liceat migrare, neque eorum aliquando peculiare quicquam habere permittas. Sed si quilibet hoc presumpserit, in monasterio in quo ab initio conuersatus est, & sub abbatis sui regula de qua fugerat, cum competentis coercionis reddatur: ne si tantam iniquitatem fluxam inemendatamque dimittimus, pereuntium animae a praepositorum anima requiratur. Et quia aliquos monachorum usque ad tantum nephas profiliisse cognouimus, ut uxores publice forciantur: sub omni eos vigilantia requiras, & inuentos digna coercionis in monasterijs quorum monachi fuerunt retransmittas. Sed & de clericis ad monachatum uenturibus, sicut supra diximus, peragere non omittas. Ita enim dei placabis oculos, & impletae mercedis particeps inuenieris.

*Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum. De Recharedo rege. Et de triua mersione baptismi. Caput. XLI.*

**R**espondere epistolis vestris tota intentione uoluissim mihi pastoralis curae ita labor me attereret: ut mihi magis flere libeat quam aliquid dicere. Quod uestra quoque reuerentia in ipsos literarum mearum textu uigilanter intelligit, quando ei negligenter loquor quem uolentius diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior, ut uetula ac putrescentem nauem quam regendam occulta dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex aduerso fluctus irruunt: nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt, nunc a tergo tempestas insequitur. Interque haec omnia turbatus cogor modo in ipsam elauum aduersitatem dirigere, modo curuata nauis impetum fluctuum

Epist. 34.

Epist. 35.

Epist. 36.

Epist. 37.

D Epist. 38.

Epist. 39.

Epist. 40.

Can. 37. q. 1. Et quia

Epist. 41.



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G fluctuum ex obliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quod negligente me crescit sentina vitiorum, & tempestate fortiter obuiante, iam iamque putridæ naufragium tabulæ sonant. Flens reminiscor quod perdidit meæ placitum litus quietis, & suspirando terram conspicio, quam tamen rerum ventis aduersantibus tenere non possum: Si ergo me frater charissimi me diligis, tuæ mihi orationis in his fluctibus manum tende, ut quo laborantem me adiuues: ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum quod communem filiū Recharedū gloriosissimum regem ad catholicam fidē integerrima agnitione deuotione conuersum. Huius dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare me etiā quæ nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniā bellū durius contra victores proponit, nunc contra eūdem solertius sanctitas vestra euigilet, ut bene cepta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat: ut fidem cognitā vitæ quoque meritis teneat, & quia æterni regni ciuis sit, operibus ostendat: quatenus post multa annorum curricula, de regno ad regnum transeat. De trina verò meritione baptismatis, nil responderi verius potest, quàm quod ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ cōsuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimat. Quod si quis forte etiā

4. sen. di. 3. iuxta finē. De consec. di. 4. De trina.

H pro summe trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistit baptizādo semel in aquis mergere: quia dū in tribus personis vna substantia est: reprehensibile esse nullo latens potest infantem in baptismate vel ter vel semel immergere, quando & in tribus meritionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed quia nunc hucusque ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur, sciendum apud nos esse non ceaseo: ne dum meritiones numerant, diuinitatem diuidant, dumque quod faciunt faciunt, se morem nostrum vicisse gloriantur. Dulcissimæ autem mihi fraternitati vestræ codices direxi, quorum notitiam subter inserui. Ea autem quæ in beati Iob expositione dicta fuerat, & vobis dirigenda scribitis, quia hæc verbis sensibusque petentibus per homilias direxeram, ut cūq; stitui in librorū ductū permutare, qui nūc à librariis cōscribuntur. Et nisi portitoris presentium me festinatio coangustasset, cuncta vobis transmittere sine aliqua imminutione voluissem, maxime quia & hoc ipsum opus ad vestrā reuerentiā scripsi, ut ei quem præ cæteris diligo, in meo iudicere labore defudasse. Præterea si vobis indulgeri tempora ab Ecclesiastica occupatione cognoscitis, quid sentiam scitis, quauis etiam absentem corpore presentem mihi te semper intueor, quia vultus tui imaginem intra cordis viscera impressam porto.

I Gregorius Petro subdiacono siciliæ. De iniustis ponderibus rusticorum: aliisque quàm plurimis rebus necessariis: ac de uxoribus clericorum. Caput XLII.

Epi. 42.

Q uod responsum tuum tardè dimissimus, paschalis festiuitatis occupationibus implicati, eum re laxare citius minime valuimus. Causas vero de quibus indicandum curasti, omnes subtiliter perquirentes, qualiter disposuimus, inferius cognosces. Cognouimus rusticos Ecclesiæ vehementer in frumentorū precibus grauari, ita ut instituta summa eius in cōparatione abundantie tēpore nō seruetur. Et volumus ut iuxta prelia publica omni tēpore siue minus siue amplius frumenta nascatur, in eis cōparationis mensura teneatur. Frumēta autem quæ naufragio pereūt, per omnia volumus reputari, ita tamen ut à te negligentia ad transmittendū minime fiat, ne dum transmittēdi tempus negligitur, damnum ex vitio vestro generetur. Valde autē iniustum & iniustum esse prospeximus, ut à rusticis Ecclesiæ de sextariaticis aliquid accipiat, & ad maiorem modū dare cōpellantur, quàm in horreis Ecclesiæ infertur. Vnde presentis admonitione præcipimus, ut plusquā decem & octo sextariorum modū nunquā à rusticis Ecclesiæ frumenta debeant accipi. Nisi forte si quid est quod nauis iuxta cōsuetudinem super accipiunt: quod minus ipsi in nauibus attestantur. Cognouimus etiam in aliquibus massis Ecclesiæ exactiōne val-

de iniustissimā fieri, ita ut à septuaginta ternis semis, quod diuici nephas est cōductores exigantur, & adhuc neque hoc sufficit, sed insuper aliquid ex vsu iam multorū annorū exigi dicuntur. Quā rem omnino detestamur, & amputari de patrimonio funditus volumus. Sed tua experiētia siue in hoc quod per librā amplius: siue in aliis minutis oneribus, & quod ultra rationis æquitatem à rusticis accipitur penset, & omnia in summā pensionis redigat: & prout vires rusticorū portant, pensionem integrā & pensantem ad septuagena vna persoluant, & neque siliquas extra libras, neque libra maiorem, neque onera supra librā maiorem exigi debeant: sed per astinationem tuā prout virtus sufficit, in summā pensionis crescat: & sic turpis exactio nequaquā fiat. Neque vero post obitum meū hæc ipsa onera quæ super pensum illata subtraxim, & in capite pensionis fecimus crescere, iterum in quolibet addantur & inueniatur, & summa pensionis augeri, & onera adiectionis insuper rustici persolvere cōpellatur. Volumus ut securitatis libellos ita de pensionibus facias, quatenus in primis dicens tantā pensionem vnūquemque debere persolvere, inibi adiectis siliquis oneribus vel granaticis. Quod autem ex his minutis in vsu rectoris accedebat, volo ut hoc ex presenti iussione nostra, ex summa pensionis in vsum tuū veniat. Ante omnia hoc te volumus sollicitē attendere, ne iniusta pondera in exigendis pensionibus ponantur. Sed si qua talia inuenieris, frange, & noua & recta cōstitue, quia & filius meus & seruus dei diaconus iam talia inuenit, quæ ipsi displicerent, sed licetiam hæc immutandi non habuit. Super iusta ergo pondera præter excepta & vilia cibaria nihil aliud volumus à colonis Ecclesiæ exigi. Præterea cognouimus quod prima illatio burdationis rusticanos nostros vehementer angustat, ita ut priuūq; labores suos vendere valeant, cōpellatur tributapersolvere, quæ dum de suo vnde dare nō habent, ab auctionariis publicis mutuo accipiunt, & graua commoda pro eodem beneficio persolunt, ex qua re fit ut dispendiis grauib; coangustentur. Vnde presenti admonitione præcipimus, ut omne quod mutuum pro eadem causa ab extraneis accipere poterant, à tua experientia ex publico detur, & à rusticis Ecclesiæ paulatim ut habuerint accipiant, ne dū in tempore coangustentur, quod eis postmodū sufficere poterat, in inferendum prius cōpulsus, vilis vendant, & hoc eis minime sufficiat. Peruenit etiā ad nos quod de nuptiis rusticorū immoderata cōmoda percipiuntur, de quibus præcipimus ut omne cōmodum nuptiarū vnus solidi summā nullatenus excedat. Si qui sunt pauperes, etiā minus dare debeant. Si qui autem diuites, præfati solidi summā nullatenus transgrediatur: quod nuptiale cōmodum nullatenus volumus in nostrā rationem redigi, sed ad vtilitatem conductorū proficere. Cognouimus etiā quod nonnullis cōductoribus morientibus parentes sui non permittuntur succedere, sed res eorum ad vilius Ecclesiæ pertrahuntur: de qua re diffinimus, ut parentes morientium qui in possessione Ecclesiæ degūt, hæredes eis succedere debeant: nec aliquid eis de substantia morientium subtrahatur. Si vero filios paruulos aliquis reliquerit, quousque ad ætatem talem ventiant, ut substantiā suam regere valeant, personæ eligantur, quibus parentū eorum res tradi debeant ad custodiendum. Cognouimus etiam quod si quis ex familia culpā fecerit Ecclesiæ: nō in ipso sed in eius substantia vindicatur: de qua re præcipimus ut quisquis culpā fecerit, in ipso quidem ut dignū est vindicetur. A cōmodo autem eius omnino abstinetur. Nisi forte parum aliquid quod in vsu executoris, qui ad eum transmissus fuerit, proficere nō possit. Cognouimus etiam quia quoties conductor aliquid colono suo iniuste abstulerit, hoc quidem à conductore exigitur: sed ei non redditur à quo ablatum est. de qua re præcipimus ut quicquid violenter cuilibet ex familia ablatum fuerit, ipsi restitatur cui ablatum est, & vtilitati nostræ nō proficiat, ne nos ipsi authores violentiæ esse videamur. Præterea volumus ut si quando eos qui in obsequio sunt experientiæ tuæ, in aliquibus causis quæ sunt extra patrimonium transmittas, parua quidem commoda ex eis accipiant, sed tamen ita ut in eorum vtilitatem proficiant: quia nos sacculum Ecclesiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari. Iubemus etiam ut hoc experientia tua summo opere custodiat, ut per commodum conductores

Ca. 16. q. 6. cognouimus.

**A** conductores in massis Ecclesie nunquam fiant, ne dum como-  
dum queritur, conductores frequenter mutantur: ex qua com-  
mutatione quid aliud agitur nisi vt Ecclesiastica predia nuq̄  
colatur? Sed ipsa etiā libellatica, prout summa pensionis fue-  
rit, moderentur, per cellas & cellaria nō plus de massis Eccle-  
sie te accipere volumus, nisi quantū consuetudo est, tua autē  
que comparari iustissimus, ab extraneis cōparentur. Peruenit  
autem ad nos tres libras auri Petro cōductori de Subpatria-  
na iniuste ablatas, de qua causa Fautinum defensorem subtili-  
ter require, & si manifestē iniuste & incompetenter ablate  
sunt, sine aliqua tarditate restituat. Cognouimus etiam rusti-  
cos bardationem quam iam ab eis exactam Theodosius mi-  
nimē persoluerat, iterum dedisse, ita vt in duplo exacti sint.  
Quod ideo factum est: quia eius substantia ad debitum Eccle-  
sie non sufficiebat. Sed quoniam per filium nostrum seruum  
dei diaconum edocti sumus: quod ex rebus substantie eius  
possit hoc ipsum damnū sufficienter resarciri, volumus quin-  
gentos septem solidos eidē rusticis sine aliqua imminutio-  
ne restitui, ne in duplo videantur exacti. Si autem supra dam-  
num rusticorum etiam quadraginta solidi de rebus Theo-  
dosij remanent, quos apud te diceris habere, volumus vt filij  
eius reddantur, vt res suas quas in pignore dederat, recipere  
debeat. Cui etiam Baciolam patris sui restitui volumus,  
Campanianus gloriosus magister militum duodecim soli-  
dos annuos Ioanni notario tuo reliquerat ex massa Varro-  
niana, quos dare te annis singulis sine aliqua dubitatione  
præcipimus. Nepti Eupli conductoris, quantum omne mobile  
eiusdem Eupli perceperit: exceptis duntaxat solidis: dare  
etiam de solidis illius te volumus solidos viginti quinque. Sup-  
positoriū aliquod argenteū, pro vno solido dicitur esse appo-  
sitū, & calix pro sex solidis dicitur esse appositus. Interroga-  
to Dominico secretario: vel aliis qui scire possunt, debitum  
recipe, & vascula præfata restituat. Agimus autē gratias sol-  
licitudini tuæ, quia de causa fratris mei præcepi tibi vt ar-  
gentum illius transmittere debuisses, & sic obliuioni mada-  
iti, ac si tibi aliquid ab extremo mancipio diceretur, quod iā  
vel modo non experientia, sed negligentia tua studeat imple-  
re, vel quicquid eius apud Antoninum fuisse cognoueris: sub  
omni velocitate retransmitte. De causa Salpingi Indei epi-  
stola aliqua est inuenta, quam tibi fecimus transmitti, vt eam  
relegens, & subtiliter causam eius, vel viduæ cuiusdam quæ  
in eodem negotio dicitur implicata cognoscēs, de quinquag-  
inta vno solidis, qui reddi debere noscuntur, sicut iustum  
tibi fuerit visum, responsum facias: ita vt res alienæ iniuste  
nullo modo à creditoribus defraudetur. Antonino medietas  
legati sui data est, medietas redimetur: quam medietatem ex  
communi substantia ei volumus adimpleri, & non solum ei,  
sed etiam defensoribus & peregrinis, quibus legati titulo  
aliquid dereliquit, & familie legatum persolui volumus,  
quod tamen ad nos pertinet. Collecta ergo ratione pro no-  
stra parte, id est pro nouem viciis persolue. De solidis Eccle-  
sie Canusinae volumus vt aliquid clericis eiusdem Ecclesie  
largiaris: quatenus & ij qui nunc inopiam patiuntur, susten-  
tationem aliquam habeant. Et si illic deus voluerit ordinari  
episcopum, habeat vnde subsistat. De lapsis sacerdotibus  
vel leuitis, vel quolibet ex clero, obseruare te volumus, vt in  
rebus eorum nulla contaminatione miscearis: sed pauperri-  
ma regularia monasteria require, quæ secundum deū viue-  
re sciuntur, & in eisdem monasteriis ad penitentiam lapsos  
trade, vt res lapsorum in eodem loco proficiant, in quo age-  
re penitentiam traduntur: quatenus ipsi ex rebus illorū sub-  
sidium habeant, qui de correptione eorum sollicitudinem  
gerunt. Si verò parentes habent, res eorum legitimis parēti-  
bus dentur, ita tamen vt eorum stipendium qui in peniten-  
tiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari. Si qui verò  
ex familia Ecclesiastica sacerdotes, vel leuitæ, vel monachi,  
vel clerici, vel quilibet alij lapsi fuerint: dari eos in peniten-  
tiā volumus, sed res eorum Ecclesiastico iuri non subtrahi.  
Ad vsum tamen suū accipiant: vnde ad penitendū subsistat,  
ne si nudentur, locis in quibus dati fuerint, onerosi sint. Si qui  
parentes in possessione habent, ipsis res eorū tradendæ sunt,  
vt in ipsis iura Ecclesie conseruentur. Ante triennium subdia-  
coni omnium Ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, vt more

Romanæ Ecclesie, nullatenus suis vxoribus miscerentur. **D**  
Quod mihi durum atque incompetens videtur, vt qui vsum  
eiusdem continentie non inuenit, neque castitatem antē pro-  
misit, compellatur à sua vxore separari: atque per hoc, quod  
absit, deterius cadat. Vnde videtur mihi vt à præfati die om-  
nibus episcopis dicat, vt nullū subdiaconū facere præsumat:  
nisi qui se victurū castē promiserit: quatenus & præfata mala  
quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non  
exigantur: & futura cautē caueantur. Qui vero post eandem  
prohibitionem quæ ante triennium facta est continenter cū  
suis vxoribus vixerunt, laudandi atque remunerandi sunt: &  
vt in bono suo permaneant, exhortandi. Eos autem qui post  
prohibitionem factam se à suis vxoribus cōtinere noluerunt,  
promoueri ad sacrum ordinem nolimus: quia nullus debet  
ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante su-  
sceptum ministeriū fuerit approbata. Liberato negociatori  
qui se Ecclesie commendauit, qui habitat in massa Cinciana  
annuam continentiam à te volumus fieri. Cuius continentie  
summam ipse æstima quanta esse debeat: vt renunciata nobis  
in tuis possit rationibus imputari. De præfati verò indictione,  
vt iam à filio nostro seruo dei diacono percepi, Fautinū  
defensorem Ioānes monachus quidem moriens in sex viciis  
hæredem dimisit: cui hoc quidem quod dimissum est trade:  
sed contestare cum vt hoc facere viterius non præsumat. Sed  
pro labore suo statue quid accipiat, vt ei vacuus labor suus  
esse non debeat: & hoc meminerit, vt qui Ecclesie stipendius  
subsistit, ad lucra propria non anhelet. Si quid vero sine pec-  
cato, sine appetitu concupiscentie, per eos qui causas Eccle-  
sie agunt ad Ecclesiam venerit, dignum est vt labore suo ip-  
si vacui esse non debeant. Sed nostro seruetur iudicio, quali-  
ter debeant remunerari. De argento Rusticiani, causam sub-  
tiliter require, & quod tibi iustum videtur, exequere. Alexā-  
dram virum magnificum admone, vt causam suam cum san-  
cta Ecclesia decidere debeat. Quod si facere forte neglex-  
rit: eandem causam cum timore dei, honestate seruata, vt po-  
tes, exequere. In qua re etiam largiri te volumus aliquid, & si  
potest fieri, quod aliis dandum est, ipsi relaxetur: dummodo  
causam quam nobiscum habet, exeat. Donationē ancillie dei  
quæ lapsa est, & in monasterio data, omni postposita tardita-  
te restituat: quatenus ipse locus, vt superius dixi, rerum eius  
stipendia habeat, qui eius sollicitudinis labores portat. Sed  
quicquid ab aliis ex eius substantia tenetur, recollige: & mo-  
nasterio præfato trade. Pensiones xenodochij de via noua  
quantas mihi indicasti, quia apud te habes, nobis dirige. Ac-  
tionario autem quem in eodem patrimonio deputasti, pro-  
ut tibi videtur, ei aliquid largire. De ancilla dei quæ cum  
Theodosio fuit, Extranea nomine, videtur mihi vt ei continē-  
tiam facias si vtile conspicis: aut certe donationem quam fecit  
reddas. Domum monasterij quam Antonius datis triginta  
solidis à monasterio tulerat: receptis solidis omni postpo-  
sita tarditate restituat. Amulas onychinas requisita subtiliter  
veritate restituat, quas per portitorem præsentem transmitte.  
Saturninum, si vacat, & occupatus apud te non est, ad nos  
dirige. Felix conductor domine Campanie, quem liberum  
reliquerat, atq̄ esse indiscussum iusserat, dixit sibi à Maximo  
subdiacono septuaginta duos solidos ablatos, pro quibus dā-  
dis asseruit quia omnes res suas quas in Sicilia habuit, vel ve-  
nūdedit vel apposuit. Sed scholastici dixerūt quod de fraudi-  
bus indiscussus esse non potest: dum tamen ad nos de Campa-  
nia reuertetetur, facta tempestate mortuus est, cuius te volu-  
mus vxorem & filios require, & quicquid apposuerat vel  
venderat apposita absolue, & de venditis precium resti-  
tue: & insuper eis aliquid alimentū præbe, quia Maximus eū  
in Sicilia miserat, & ibi ei quæ assererat abstulerat. Cogno-  
sce ergo quæ ablata sunt, & vxori, filiisque eius sine aliqua  
mora restituat. Hæc omnia sollicitē relege: omnemq̄ illam fa-  
miliarem tuam negligentiam postpone. Scripta mea ad ru-  
sticos quæ direxi, per omnes massas sacre relege: vt sciant quid  
sibi contra violentias debeant defendere ex autoritate no-  
stra, eiusque vel authentica vel exemplaria eorum dentur. Vi-  
de vt omnia absq̄ imminutione custodias, quia de his quæ  
tibi pro seruanda iustitia scribo, ego absoluo: & tu si negli-  
gis, obligaris: terribilem iudicem cōsidera venientem, & de  
aduentu

Subdiaconorum castitas.

C. 16. q. 6  
De lapsis.

Dis. 31.  
Ante.



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G aduentu illius nunc tua conscientia contremiscat, ne tunc sine causa iam timeat, cum coram illo caelum & terra tremuerit. Audisti quod volo: vide quid agas.

Gregorius uniuersis episcopis per Illyricum. De episcopis ab hostibus expulsis suscipiendis.

Caput. XLIII.

Epist. 43.

Iobinus excellentissimus vir, filius noster, praepositus per Illyricum, scriptis suis nobis indicasse dinoscitur ad se sacris apicibus destinatis iussu fuisse: ut episcopos quos propriis locis hostilitatis furor expulerat, ad eos episcopos qui nunc usque in locis propriis degunt, pro sustentatione & stipendiis praesentis vitae esse iungendos. Et licet ad hoc fraternitatem vestra iussio principalis admoneat, habemus tamen maius tuis mandatu aeterni principis, quo ad haec per terribilium peragenda compellimur, ut non dico fratres & coepiscopos nostros, sed etiam quos nobis contrarios patimur, cum opportunitas postulat, in conferendis subsidiis necessitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem & caelesti primitus principi obediens existere, & imperialibus iussionibus consentire, quatenus fratres coepiscoposque nostros quos & captiuitatis diuersarumque necessitatum angustiae comprimunt, debeatis consolandos, conuersosque uobiscum in Ecclesiasticis sustentationibus libenter suscipere. Non quidem ut per communionem episcopalis throni dignitas diuidatur, sed ut ab Ecclesia iuxta possibilitatem sufficientiae debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in deo & deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in vestris Ecclesiis auctoritatem tribuimus: sed tamen eos vestris solatiis contineri summopere hortamur.

Menfis Iunij, Indictione nona.

Gregorius Petro subdiacono. Petrum quendam commendat. Caput. XLIII.

Epist. 44.

Diuina praecipua nos admonent diligere proximos sicut nosmetipsos, & cum hac eos praecipiamur charitate diligere, quoniam magis debemus his in subsidiis necessitatum carnalium subuenire: ut eorum angustias si non ex omnibus, saltem aliquibus sustentaculis subleuemus. Quonia ergo Godefridus dignissimi filium non solum amissione uisus, sed etiam inopia uictus egestatem pati coepimus, necessarium duximus in quantum possibilitas suppetit, ei praebere consultum. Propterea experientiae tuae praesenti iussione praecipimus, ut ei annis singulis vigintiquatuor modios tritici, fabae quoque modios duodecim, & uini decimatas viginti pro sustentatione vitae debeat ministrare: quod tuis postmodum possit rationibus imputari. Ita ergo fac ut praesentium lator nullas de percipiendis domini donis moras sustineat: & tu bene dispensatae mercedis possis particeps inueniri.

Gregorius Virgilio & Theodoro episcopis Massiliae Gallicarum. De iudeis quod ui non debeant baptizari.

Caput. XLV.

Epist. 45.

Scribendi ad fraternitatem vestram reddendique debita salutationis alloqui, licet nulla congrui temporis vel personarum esset occasio: actum est ut uno in tempore & quae decebant de dilectione proximitatis fraternae persoluerem, & quorundam querimoniam quae ad nos perlata est, quomodo errantium animae saluandae sint, non tacerem. Plurimi siquidem Iudaicae religionis uiri in hac provincia commorantes: ac subinde in Massiliae partes pro diuersis negociis ambulantes, ad nostram perduxere notitiam, multos consistentium in illis partibus Iudaeorum, ut magis ad fontem baptismatis quam praedicatione perductos. Nam intentionem quidem huiusmodi & laude dignam censeo, & de domini nostri dilectione descendere profiteor. Sed hanc eandem intentionem, nisi competens scripturae sacrae comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non perueniat, aut iuxta aliquid, animarum quas eripi volumus, quod absit, dispendia subsequatur. Dum enim quispiam ad baptismatis fontem non praedicationis inuauitate, sed necessitate peruenit, ad pristinam superstitionem remeans, inde deterius moritur, unde renatus esse uidebatur. Fraternitas ergo vestra huiusmodi homines frequenti praedicatione prouocet: quatenus mutare veterem vitam magis de doctoris inuauitate desiderent: sic enim & in-

tentio uestra recte perficitur, & conuersi animus ad priorem denovo uocatum non mutatur. Adhibendus ergo est illis sermo qui & errorum in ipsis spinas urere debeat: & praedicando quod in his tenebreis illuminet, & pro his admonitione frequenti mercede fraternitas uestra capiat, & eos quantum deus donauerit, ad nouae regenerationem vitae perducatur.

Gregorius Theodoro duci Sardiniae. De Iuliana abbatissa & Pompeiana. Caput. XLVI.

Epist. 46.

Iustitiam quam mente geritis, oportet eorum hominibus luce operum demonstratis. Iuliana siquidem abbatissa Monasterij sancti Viti: quod Vitulana quondam recordanda memoriae construxerat: insinuauit nobis a Donato officia uestra possessionem iuris praedicti monasterij detentari. Qui dum excellentiae uestrae patrociniis erigi se coepit, ad examinandum iudicium venire contemnit. Sed nunc gloria uestra praecipiat eundem officialem, cum praedicta ancilla dei arbitrale subire iudicium: quatenus quicquid eorum de tali contouersia arbitrorum iudicio fuerit diffinitum, effectui mancipetur: ut id quod se admittere siue retinere prospexerit, non hoc uirtutis opere fieri, sed legis iustitia debeat reputari. Praeterea & Pompeiana religio quae monasterium in domo propria construxisse dinoscitur: quaeritur matrem quondam generi sui defuncti testamentum eius uelle cassare, quatenus uultum filij eius arbitrium ad irritum deducatur. Pro qua re charitate paterna, gloriam uestram necessario duximus adhortandam, ut pijs se causis salua iustitia libenter accommodet, & quicquid his iuris ratio tribuit, benigne iubeat custodire. Dominum autem petimus, ut uiam uestrae propitius dirigat, dignitatemque eius suscepta administratione prosperitate disponat.

Gregorius Honorato diacono. De oppressionibus Theodori ducis. Caput. XLVII.

Epist. 47.

Quia regiminis locum licet immeriti suscepimus, oportet ut fratrum nostrorum necessitatibus, in quantum facultas suppetit, occurramus. Ianuarius ergo metropoleos Carallis frater & coepiscopus noster uenit huc in Romanam ciuitatem edocuit nos Theodorum gloriosum magistrum militum, qui ducatum Sardiniae insulae suscepisse dinoscitur, multa illic contra piissimorum dominorum iussa peragere, quibus plurima grauamina possessorum, uel cuius imperij sui, illa competenti clementia, ac mansuetudine submouerunt. Pro qua re uolumus ut apto tempore piissimis dominis: iuxta id quod prouinciales praedictae insulae competenter postulant, suggeras: dum & ad Edantium gloriosum magistrum militum, iam per indictionem septimam tunc ducem Sardiniae sacra imperialia concurrunt, quibus omnia praeeperunt graua nunc capitula submoueri, quatenus eorum iussa de pietatis fonte procedentia, a ducibus quos in tempore praesente contigerit, inconcussa seruentur: mercedisque eorum ab administrantibus non debeat dissipari, ut quietam sub imperio elementi dominorum vitam transigant, & consultum quod subiectis suis tranquilla mente tribuant, in aduentu aeterni iudicis multiplicata compensatione percipiant.


Gregorius Anthemio subdiacono. Quod mulieres circa monasteria monachorum non morantur, nec pueri ante XVIII. annos in monasterio suscipiantur.

Caput. XLVIII.

Epist. 48.

Sicut regiminis locum deo, ut ipsi placuit, disponente suscepimus, ita nos oportet de commissis uobis animabus esse sollicitos. Comperimus autem in insula Orphiana, in qua situm beati Petri Apostolorum principis oratorium esse dinoscitur, multos uirorum cum mulieribus suis diuersorum patrimoniorum, illuc pro necessitate feritatis barbaricae refugisse: quod importunum iudicauimus, ut dum aliorum refugiorum loca uicina sunt: ibidem cum monachis debeant mulieres habitare. Propterea praesenti iussione praecipimus experientiae tuae: ut a praesenti tempore nullam illuc ulterius mulierem, siue Ecclesiasticae iuris sit, siue cuiuslibet alterius, habitare, commanere permittat, sed refugium sibi, cum sicut praedictum est, tot loca uicina sunt, ubi maluerint ipsi prouideant, ut omnis exinde mulierum conuersatio submoueat, ne si quae in nobis est curam gerere desistamus, & inimici

Mulieres cum monachis habitare non debent.



Ca. 20. q. 1.  
Quia autē.

**A** inimici laqueis obuiare, nos exinde, quod absit, si quid aduer-  
si contigerit, culpabiles existamus. Præsentium itaque la-  
tori Felici abbati mille quingentas plumbi libras, de quo in  
eadem insula egere dinoscitur, dare nō differas: quod post-  
modū cum totius quantitatis summa noscetur, tuis rationib⁹  
imputetur. Ita ergo fac, ut tu ipse prouideas: si in eiusdē in-  
sula fabrica expendi vtiliter valent. Quia autem dura est  
in insulis cōgregatio monachorum, etiam pueros in eisdem  
monasteriis ante decem & octo annorum tempora suscipi  
prohibemus. Vel si qui nūc sunt, tua eos experientia auferat,  
& in Romanam urbem transmittat. Hoc & in Palmaria aliū-  
que insulis te per omnia volumus custodire.

Gregorius uniuersis monachis in Christi monte insula con-  
stitutis. De Horosio abbate suscipiendo.

Caput. XLIX.

Epist. 49.

**P**eruenit ad nos, nulla vos monachicæ regulæ præcepta  
custodire. Ideo compulsi sumus præsentis præcepti  
portitorem Horosium abbatem ad vos dirigere: ut om-  
nia acta vestra subtiliter exquirens, quæque ei recta fue-  
rint visa disponat, & nobis quæ ab eo ordinata fuerint renū-  
ciat. Proinde admonemus ut omnem ei obedientiam præbea-  
tis. Et quicquid disposuerit, velut antè à me dispositum cum  
debita reuerentia custodite.

Gregorius Symmacho defensori. De Horosio abbate  
in Gorgone insula ordinando. Caput. L.

Epist. 50.

**F**ilius meus Bonifacius diaconus dixit mihi quod expe-  
riencia tua scripsisset monasterium quondam ab Albi-  
na religiosa foemina constructum posse paratum exis-  
tere, ut in eo debeant monachi ordinari. Et quidem laudavi  
solicitudinem tuam, sed volo ut excepto eo loco qui iam in  
eandem rem dimissus est, locus alter debeat prouideri, ita ta-  
men ut pro incertitudine temporis locus super mare requiri  
debeat: qui aut loci dispositione munitus existat, aut certè nō  
magno labore muniri valeat, ut illuc monachos transmitta-  
mus, quatenus insula ipsa quæ monasterium nunc usq; nō ha-  
buit, ex huius cōuersationis via meliorari debeat. Ad quam  
rem implendam atque prouidendam Horosium abbatem  
præsentis præcepti portitorem direximus, cum quo tua ex-  
perientia littora Corsicæ circumueat: & cuiuslibet personæ  
priuatæ locus talis inueniri dignus potuerit: dignum parati-  
sumus precium dare, ut possimus aliquid firmè constituere.

Cui præfato Horosio iniūximus: ut in Gorgonem insulam  
pergat: cum quo tua experientia pariter eat, & mala omnia  
quæ illic cognouimus admissa, ita vindicatis, ut per vltionem  
vestram præfata insula etiam in posterum maneat correctæ.  
Huius insulæ monasteria sepelatus abbas Horosius insti-  
tuit, atque ita ad nos remeare festinet. Ita igitur experientia  
tua faciat: ut ex vtraque re, id est, vel prouidendo in Corsica  
monasterio, vel corrigendis monachis in Gorgonia, non no-  
stra sed voluntati omnipotentis dei parere festinet. Præ-  
terea volumus ut sacerdotes qui in Corsica commorantur,  
prohiberi debeant ne cum mulieribus conuersentur, exce-  
pta dumtaxat matre, sorore, vel vxore, quæ castè regenda est.  
Tribus verò de quibus prædicto filio meo Bonifacio diacono  
tua experientia scripsit, quia vehemēter egent, quicquid  
eis sufficere æstimas impende, quod nos in tuis postmodum  
rationibus reputabimus.

Gregorius Felici episcopo Sipontino. Canosinam Eccle-  
siam commendat. Caput. LI.

Epist. 51.

**P**eruenit ad nos quod Canosina Ecclesia ita sit sacerdo-  
tij officio destituta, ut nec pœnitentia ibidem deeden-  
tibus, nec baptisma præstari possit infantibus. Huius  
igitur tam piæ rei tamq; necessaria mole permoti, iubemus  
dilectioni tuæ, ut huius præceptionis autoritate cōmonit⁹,  
memoratę Ecclesię visitator accedas, & vel duos parociales  
præbyteros debeas ordinare, quos tamē dignos ad alte offi-  
cium veneratione vitæ, & morum grauitate præuideris: &  
quibus in nullo obuiant constituta canonicæ disciplinæ, ut  
sanctæ cum digna cautela prouideatur Ecclesiæ.

Gregorius Ioanni episcopo Surrentino. Præcipit con-  
secrationem monasterii sancti Stephani.

Caput. LII.

**R**eligiosis desideriis facilè est præbere consensum: ut  
fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Et quo-  
niam Sauinus abbas monasterij sancti Stephani insu-  
læ Cabris suggestit nobis se sanctæ Agathæ martyris reli-  
quias iam olim apud se habere concessas, & in monasterio  
suo vult ipsa sanctuaria collocari, ideo ad prædictum mona-  
sterium te iubemus accedere, & si ibidem nullum corpus con-  
stat humatum, prædicta sanctuaria solemniter collocabis, ut  
deuotionis suæ potiatur effectū.

Gregorius Anthemio subdiacono. Scribit de oppressione  
Gaudioli. Caput. LIII.

**N**on solum frequentibus præceptionibus, sed etiam  
præsentem te sæpius me monuisse memini, ut illic  
vice nostra, non tantum pro vtilitatibus Ecclesiasti-  
cis, quantum pro subleuandis pauperum necessitatibus fun-  
gereris, & eos magis à cuiuslibet oppressione vindicares.  
Præsentium ergo lator Gaudiolus insinuauit nobis ab autho-  
ribus sanctæ Romanæ, cui deo authore præsidemus, Eccle-  
siæ sibi violentiam irrogari, asserens quod filios suos viri  
prædictæ Ecclesiæ velint vindicare. Oblatis etenim ab eo do-  
cumentis, agnouimus Siricam vxorem præsentium portito-  
ris ab Ecclia quondam gloriosæ memoriæ, Morenæ cuidam  
foemine, titulo donationis fuisse largitam, & ab eadem Mo-  
rena per epistolam manumissam, & ideo indecens esse cre-  
dimus, ut progeniti ex libera muliere filij ad seruitium re-  
trahantur. Propterea experientie tuæ præsentis autori-  
tate præcipimus, ut his ipsis documentis sicut & nos didici-  
mus: exuto à curis animo, diligenter intendat, quatenus si do-  
cumenta nulla sunt ab Ecclesiæ parte quæ documentis huius  
hominis debeant obuiare: ab eius se molestia sine aliqua re-  
tractatione suspendat. Durum enim est ut si alij pro merce-  
de sua libertates tribuant, ab Ecclesia quam tueri hæc oport-  
tuerat, reuocentur. Iterum ergo atque iterum experientiam  
tuam necessariò submonemus: ut illic si quæ inter pauperes  
& Romanam Ecclesiam sanctam quæstiones vertuntur, omni-  
mentis integritate discutiat: sicque patrimoniales vtilitates  
peragat, ut à benignitate iustitię non recedat.

Gregorius Petro subdiacono. De stipendiis in dedi-  
catione sanctæ Ecclesiæ Mariæ dandis.

Caput. LIII.

**F**estiuitatibus sanctorum desiderabiliter insistentes, præ-  
sentis præceptionis nostræ paginam, ad experientiam  
tuam necesse duximus dirigendam: indicantes ei ora-  
torium beatę Mariæ quod nuper in cella fratrum edificatum  
est, ubi Marinianus abbas præesse dinoscitur, Augusto men-  
se disposuisse nos adiuvante domino summopere dedicare,  
quatenus cœpta nostra operante domino debeant consum-  
mari. Sed quia cella ipsius tenuitas exigit debere nos in ip-  
sa diei festiuitate concurrere: propterea volumus ut ad ce-  
lebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum paupe-  
ribus, in auro solidos decem, vini amphoras triginta, amone  
modios ducentos, olei orcas duas, verueces duodecim, gal-  
linas centum: quæ tuis possint rationibus postmodum impu-  
tari. Statim ergo fieri hæc nulla more interiectione cōstitue,  
ut vota nostra deo authore sortiatur effectum.

Gregorius Seuro episcopo. Visitationem Ariminensis  
Ecclesiæ iniungit. Caput. LV.

**F**raternitatis tuæ docti sum⁹ epistola, in persona Odea-  
tini de electione episcopatus aliquos consensisse: quem  
quoniam nos non concedimus, in eius non debent im-  
morari persona. Sed habitatoribus eiusdem ciuitatis edic-  
to: ut si in eadem Ecclesia dignum ad hoc opus innenerint: in  
ipsius cuncti electionem declinent. Alioquin præsentium tibi  
portitor personam de qua ei diximus, indicabit: in cuius de-  
beat fieri electione decretum. Vos etenim in eiusdem visita-  
tione Ecclesiæ estote solertes atque solliciti, ut & res eius il-  
libatæ seruentur, & vtilitates vobis disponentibus more so-  
lito peragantur.

Gregorius Ursicino duci, clero, ordini & plebi Arimi-  
nensis ciuitatis. De episcopo eligendo.

Caput. LVI.

Dilectionis

Epi. 56.

**D**ilectionis vestrae quam sit in expectatione pontificis prona deuotio, directae relationis textus insinuat. Sed quia ordinatorem vehementer in his oportet esse sollicitum: nostra in hoc vtrique cura deliberationis inuigilat. Ideoque charitatem vestram scriptis presentibus admoneamus, ut nullus se debeat pro Odeatini ad nos fatigare persona, sed si in eadem ciuitate qui ad hoc sit utilis inuenitur, ita ut a nobis reprehendi non possit, vestra concurrat electio. Si vero ad hoc dignus inuentus non fuerit: nos in quo pariter debeatis praebere consensum, praesentium diximus portitori. Vos autem vniuersim orate fideliter ut quicumque fuerit ordinandus, & vobis utilis possit existere, & dignum deo nostro sacerdotale exhibere seruitium.

*Gregorius Anthemio subdiacono. Palatinam illustrem foeminam pro sustentatione commendat. Cap. LVII.*

Epi. 57.

**S**il in proximorum necessitatibus habita compassione benigna mente concurrimus, nostris proculdubio petitionibus elementem dominum reperimus. Palatina siquidem foemina illustris continua hostilitate insinuauit se plurimis necessitatibus subiicere. Propterea experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus: ut pro sustentatione eius annuos triginta solidos dare non differas, qui tuis postmodum possint rationibus imputari. Ita ergo fac ut tu & bene ministrando mercedis commodum percipias, & nostra ad effectum praecipua perducas.

*Gregorius clero & ordini & plebi consistenti Perusiae.*

*De episcopo eligendo Caput. LVIII.*

Epi. 58.

**M**iramur charissimi fratres in Christo: quare Ecclesiam dei tanto tempore absque rectore conspiciatis: ac de vestro totiusque plebis regimine minimè cogitatis. Notum est enim quod si pastoris cura defuerit, per auiam gradiatur, & ob hoc familiaris inimici laqueos insidiantes incurrat. Vnde necesse est de his qui Ecclesiae militant, vnum habito timore domini perquirere, qui pastoris ministerium possit dignè suscipere: atque illic protegente domino sacramentorum diuinorum dispensator ministrare: quatenus & pro filiis Ecclesiae vestrae pura quotidie mentis holocaustum offerat, & viam gregi quomodo ad supernam patriam gradiatur, ostendat.

*Gregorius Gennadio patricio & exarcho Aphricae. De uiolentiis Theodori magistri militum. Caput. LIX.*

Epi. 59.

**D**ei praesentibus oculis vos indefinenter habere timorem, ac lectari iustitiam submissa hostium colla testantur: sed ut gloriam vestram in eadem prosperitate gratia Christi custodiat, quaecumque perperam committi cogno fecitis, celeri, sicut consueuistis, cohibitione compefcite: ut armis iustitiae praemuniti, hostiles impetus fidei virtute, quod est totius calmen virtutis, superetis. Marianus siquidem Turritanae ciuitatis frater & coepiscopus noster nobis lachrymabiliter indicauit: ciuitatis suae pauperes omnino vexari, & comodabilius affligi dispendiis. Insuper & religiosos Ecclesiae suae homines grauem ab hominibus Theodori magistri militum sustinere molestiam: ac pati corporales iniurias, & ad hoc usque prorumpitur, ut in carcerem, quod dici nequias est, retrudantur. Se quidem etiam in causis ad Ecclesiam suam pertinentibus, a praefato glorioso viro grauer impediri. Quaeque sint, si tamen vera sint, reipublicae disciplinae contraria vos scitis. Et quia haec omnia vestram excellentiam conuenit emendare, salutans eminentiam vestram postulo, ut ea ulterius fieri non sinatis: sed ex opere illi iubete diligere, ut ab Ecclesiae se laesione remoueat, & nullus eorum in angustiis seu commodis ultra quam finit ratio praegravetur: aut si quae causae fuerint, non potentatus metu, sed legali ordine finiatur. Ita igitur quaelo aspirante nobis domino haec omnia interminationis nostrae praecipione corrigite, ut si non rectitudinis contemplatione, saltem formidine nostrae iustitiae, a talibus se gloriosus Theodorus, vel homines eius, abstinant, quatenus quod ad laudem vestram proficiat & mercedem, in partibus vobis commissis possit florere cum libertate iustitia.

*Gregorius Ianuario archiepiscopo Caral. Sardiniae. Catellam illustrem foeminam commendat. Caput. LX.*

**S**il ipse dominus noster viduarum se maritum, orphanorumque patrem scripturae sacrae profiteretur testimonio, nos quoque membra corporis eius, ad imitandum caput summo debemus mentis affectu intendere, & salua iustitia, orphanis & viduis praesto, si necesse sit, esse. Et quia insinuatum est nobis Catellam religiosam foeminam, habentem filium suum hic in sancta Romana Ecclesia, cui deo auctore praesidemus, militantem, quorundam immisionibus vel inquietudinibus molestari: de ea re fraternitatem vestram scriptis praesentibus necesse duximus adhortandam: ut eidem praedictae foeminae tuitionem ferre, salua iustitia, non declinet: sciens quod de huiusmodi rebus & dominum sibi debitorem faciat, & nostram circa se charitatem magis astringat. Causas enim praedictae foeminae, siue sint, siue fuerint, nostro volumus iudicio terminari: ut foralis illi inquietudo submoueri debeat, & tamen a iudicij iustitia nullatenus excusetur. Oro autem dominum, qui viam vestram cursu ad se prospero dirigat, & ad regnum venturae gloriae propiciatus ipse perducatur.

*Gregorius Ianuario episcopo Caral. Sardiniae. Pompeianam religiosam commendat.*

*Caput. LXI.*

**L**icet fraternitas vestra zelo iustitiae se in diuersorum tuitionem congruenter impendat: prouidorem tamen eam credimus prorsus existere in eorum solamina, quos ei nostra commendat epistola. Pompeiana igitur religiosa scemina per hominem suum suggestit nobis, multa se quorundam hominum sustinere assidue irrationabiliter grauamina: & ob hoc nobis supplicasse dignoscitur, ut nostris eam vobis commendarem apicibus. Propterea salutans fraternitatem vestram, debito charitatis affectu praedictam vobis foeminam necessario duximus commendandam: ut comitate iustitia, in nullo eam fraternitas tua contra aequitatem grauari permittat: nec aliqua inconsulte pati dispendia. Sed si quas eam habere causas contigerit, in electorum iudicio altercando ventiletur contentio: & quaecumque fuerint diffinita, ita tranquille ad effectum vobis solatiis perducantur, ut & vobis pro tali opere merces inhareat, & nostris apicibus commenda gaudeat se inuenisse iustitiam.

*Gregorius item Ianuario archiepiscopo Caralitano Sardiniae. Catellam religiosam commendat.*

*Caput. LXII.*

**P**astoralis regiminis necessitate compellimur, ut orphanorum, viduarumque; causis solertius quam curis ceteris instamus: & quia insinuat nobis est Catellam religiosam foeminam, habentem filium hic in sancta Romana Ecclesia, cui deo auctore praesidemus, militantem, quorundam immisionibus vel inquietudinibus molestari, de ea re, fraternitatem vestram scriptis praesentibus necesse duximus adhortandam, ut eidem praedictae foeminae tuitionem ferre salua iustitia non declinet: sciens quod de huiusmodi rebus & sibi dominum faciat debitorem, & nostram circa se charitatem astringat. Causas enim praedictae foeminae, siue sint, siue fuerint, nostro volumus iudicio terminari: ut foralis illi inquietudo submoueri debeat, & tamen a iudicij iustitia nullatenus excusetur. Oro autem dominum, qui viam vestram cursu ad se prospero dirigat: & ad regnum venturae gloriae propiciatus ipse perducatur.

*Gregorius Anthemio subdiacono. Scribit domum Petronij iniuste titulatam. Caput. LXIII.*

**S**icut res ad ius Ecclesiae pertinentes amittere non debemus, ita alienas appetere inciuile esse nihilominus iudicamus. Et quoniam edocti sumus domum Petronij notarij sanctae Romanae Ecclesiae, cui deo auctore praesidemus, a Constantino tunc defensore irrationabiliter titulatam, experientiae tuae praesentis praecipua pagina demandamus, ut omni excusatione vel dilatione omitta, deposito titulo eandem domum praesentium laetici Theodori relictae antedicti Petronij sine mora restituas: ne, quod absit, viduis inde praedictum oriatur, vnde consolationis debent inuenire solatium.

*Gregorius Felici episcopo Messanensi. Scribit ut consuetudines antiquas obseruet.*

*Caput. LXIII.*

Consuetudines



**Epi. 64.** **A** Confuetudines quae Ecclesiis grauamen noscuntur inducere, nostra nos decet consideratione remittere: ne illuc aliqua cogantur inferre, vnde sibi inferenda debeant potius expectare. Clericorum quidem aliorum consuetudinem te oportet illibata seruare, eisq; annis singulis quae sunt iusta transmittere. Nobis autem de cetero ne quid transmittere debeas, inhibemus. Et quonia non delectamur xenius, palmacianas quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione suscepimus: sed eas, ne quid exinde potuisses sentire dispendium, digno fecimus precio venundari, & id fraternitati tuae transmissimus sigillatim. Sed quia charitatem tuam ad nos venire velle cognouimus, scriptis presentibus admoneamus, ut ad veniendum non debeas laborem assumere, sed ora pro nobis, ut quanto nos itineris interualla dislocant, tanto animis nostris adiuuicem Christo adiuuante simus in charitate coniuncti: quatenus nos alterna obsecratione iuuant, susceptum officium venturo integrum iudici resignemus.

*Gregorius Anthemio subdiacono. Pastorem quandam, infirmum oculis, commendat. Caput. LXV.*

**Epi. 65.** **S** I proximorum necessitatibus habita compassione benigna mente concurrimus, nostris proculdubio petitionibus dominum clementem reperimus. Pastorem siquidem qui nimia visus imbecillitate laborat, habentem coniugem, duoque mancipia: qui & cum Ionatha quondam glorioso fuerat, plurimis cognouimus necessitatibus subiaccere. Propterea experientiam tuam per praesentis praeccepti paginam admonemus, ut pro sustentatione eius annuos tritici modios xxij. necnon & fabae modios xj. dare non differas, quae postmodum possint tuis rationibus imputari. Ita ergo fac ut tu bene ministras mercedis commodum percipias, & nostra ad effectum praeccepta perducas.

*Mense Augusto.*

*Gregorius Anthemio subdiacono. Castigationem iniungit illorum qui sacra uasa & ministeria Ecclesiastica iudaeis uendiderunt. Caput. LXVI.*

**Epi. 66.** **F** Uscus Archiatre ardore fidei prouocatus preces effudit, dicens Opilionem diaconum, sed & seruum dei Crescentium, clericos Benefanae Ecclesiae, oblitos timorem futuri iudicii, ministeria praefatae Ecclesiae Hebraeo cuidam quod dici nephas est, uendidisse: id est, in argenteo calices duos, coronas cum delphinis duas, & de aliis coronis liliis, pallia maiora sex. Et ideo mox ut praesentem iustionem experientia tua susceperit, memoratos Ecclesiasticos ad se faciat indifferenter occurrere: & requisita veritate, si ita esse sicut suggestum est constiterit, memoratum Hebraeum, qui oblitus vigorem legum, praesumpsit sacra ciuilitate comparare, per iudicem provinciae faciat conueniri: & sine aliqua mora antefacta ministeria restituere compellatur, ut ex eis sepefatae Ecclesiae nihil possit imminui. Ipsum autem diaconem vel clericos qui nephas commiserunt, in poenitentia relegare non differas, ut tale tantumque delictum suis lachrymis possint diluere.

*Gregorius Petro subdiacono Siciliae. Praecipit ut exteriorum curam monasterii Fausto commendat. Caput. LXVII.*

*Caput. LXVII.*

**Epi. 67.** **S**icut studij nostri esse condecet, a litigijs foralibus monachos submouere: ut diuinis ministerijs pie ac solerter inuigilent: ita necesse est nostra prouisione, quoad modum negotia eorum disponi debeant ordinare, ne districta mens per varias causarum curas defluat, & ad celebrandum opus consuetum eneruata torpescat. Praesentium itaque lator abbas Ioanes plurima se monasterij sui asserit habere negocia. Pro qua re experientiam tuam per praesentis praeccepta paginam admonemus, quatenus cum Fausto qui Romani viri magnifici exproctore cancellarius fuerat, loqui debeat. Cuius si pronam ad hanc reuolueris voluntatem, ei monasterij ipsius generaliter debeas constituto salario commendare negocia. Expediat cum paruo incommodo a strepitu causarum seruos dei quietos existere: ut & utilitates cellae per negligentiam non pereant, & seruum dei mentes ad opus dominicum liberiores existant.

*Gregorius uniuersis episcopis per Siciliam. Ut se caueant de his qui fallaciter angarias accipiunt. Caput. LXVIII.*

*Caput. LXVIII.*

**Epi. 68.** **F**raternitatis vestrae diu iam probata deuotio tanto nos compellit pro vobis cautè prouidere, quanto nos asserit audito vestrae Ecclesiae damno studiosè concurrere. Cognouimus quosdam in Sicilia insula simulantes se sedis apostolicae defensores, de frumeto vos in angarijs alijsq; rebus affligere: necessarioq; ducimus eorum fallacis scriptis praesentibus obuiare. Ideoq; fraternitatem vestram charitate debita saluantes, magnopere commonemus: ut nullo modo talibus deinceps apud vos locus surrependi remaneat, sed quisquis ille est, si reuera sedis nostrae fuerit notarius vel defensor, nisi nostra ad vos specialiter, vel rectoris nostri patrimonij scripta detulerit, nullis penonem Ecclesiae nostrae potuatur angarijs: nec aliqua vobis ab eo grauamina imponi permittatis, sed suis utilitatibus iter suum proprius, ut nouit, disponat expensis. Nec quemquam ab eo in locis istis patiamini molestari. Haec etenim quae nostris apicibus pro vestra vestrorumque quiete nos inhibuisse cognoscimus, sic constantius conseruate, ut hoc exuti grauamine, diuinis obsequijs deuoti ac paratiores inueniri valeatis.

*Gregorius Petro subdiacono. Tutitionem Ciriaci, & Ioannam commendat. Caput. LXIX.*

**Epi. 69.** **E**gentibus nostrae commedationis auxilio, oportet nos, in quantum ratio patitur, benigna mente praebere subsidium. Proinde experientiae tuae Ciriacum & Ioannam coniugem eius, praesentium portitores, nostra praecceptione duximus commendandos, quatenus a nullo eos contra iustitiam opprimi vel grauari permittas. Sed ubi necesse fuerit, tuis, annuente iustitia, solatus perfruatur: ut salua aequitate, nostram sibi in omnibus commendationem te concurrente prodesse latentur. Quia vero praefata foemina, pro eo quod post acceptas sponsalicias arras, ex Iudaea ad Christianam religionem conuersa est, dicitur sustinere molestiam: & eandem causam iam dictam assertam & finitam, experientia tua diligenter exquisat: & si causam iudicatam cognouerit, nullam exinde querelam aduersus supra scriptam foeminam ulterius quolibet modo reserpere permittat. Sed quae iudicata sunt, modis omnibus coteruentur, ne ob id quod meliorem partem elegerit dimoscitur, malorum hominum cotrouerfuis quatiatur.

*Gregorius, Petro subdiacono. Ne episcopi ante hyemem ad se ueniant. Et de comparatione frumenti. Caput. LXX.*

**Epi. 70.** **Q**uia fratres & coepiscopos nostros in Sicilia insula commorantes, ad beati Petri Apostoli natalitium die conuenisse uolumus, scriptis praecedentibus agnouisti. Sed quia ea causa quae cum viro magnifico Iustiniano exproctore dicitur: eorum iter praepediuit: & quia iam tempus ueniendi & redeundi non sunt, eos nolumus ante hyemem fatigari. Gregorium uero Agrigentinum, & Leonem Cathenensem, & Victorem Panormitanum per omnia uolumus ad te ante hyemem proficisci. Quinquaginta uero auri libris quas habes, ex eis noua frumeta ab extraneis comparata: & in Sicilia in locis in quibus non pereant, reponere, ut mense Februario illuc naues quantas possumus, dirigamus: & eadem ad nos frumenta deferantur. Sed si nos transmittere cessamus, ipse naues prouide, & ad nos auxiliante domino Februario mense transmittite haec eadem frumenta, exceptis duntaxat frumentis, quae nunc mense Septembrio vel Octobrio, iuxta consuetudinem transmitti praestolamur. Ita ergo experientia tua faciat, ut sine alicuius vexatione Coloni Ecclesiastici, frumenta congregentur: quia tantum hic parua natiuitas fuit, ut nisi auxiliante deo frumenta de Sicilia congregentur, fames uehementer immineat. Naues uero quae commendatae Ecclesiae sanctae semper fuerunt, in omnibus tuere, ad quod tibi etiam directae gloriosi uiri Leonis exconfulis epistolae concurrunt. Multi uero huc ueniunt, qui terras aliquas vel insulas in iure Ecclesiae nostrae, in emphiteusum sibi postulat dari: & aliquibus quidem negamus, aliquibus uero iam concessimus. Sed tua experientia sanctae Ecclesiae utilitatem conspiciat, memor quod ante sacratissimum beati Petri Apostoli corpus, potestatem patrimonij eius acceperit. Et licet hinc scripta decurrant, quod utilitatem patrimonij impedit, fieri nullo modo permittat: quia nec nos sine ratione aliquid dedisse reminiscimur, vel dare disponimus.

*Gregorius*

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

Gregorius Petro subdiacono. De possessionibus Taurominitanae Ecclesiae iniuste occupatis.

Caput. LXXI.

Epi. 71.

**Q**vanto Apostolicae sedis ab Ecclesiis reuerentia ceteris exhibetur, tanto eam in earum decet esse tuitione sollicita. Et quia domus vel fines vel possessiones Taurominitanae iuri Ecclesiae pertinent, ab actionariis dicuntur nostrae Ecclesiae contra rationis ordinem occupatae: experientiae tuae huius praeccepti pagina deputamus, quatinus cognita veritate, si ita est, cuncta quae occupata didiceris, in antefata Ecclesiae pristina iura restituas. Quia vero peruenit ad nos viuentem adhuc Victorino episcopo, eiusdem Ecclesiae perisse pecunias, ad earum requisitionem te Secundino fratri & coepiscopo nostro volumus praebere solatia: & vtilitatibus eiusdem Ecclesiae in quo necessarium fuerit, salua equitate concurrere. Ita etenim cuncta quae in huius praeccepti pagina continentur, effectui mancipare festina, vt de equitate seruata praefati episcopi relationibus ipse lauderis.

Gregorius Gennadio patricio & exarcho Aphricae. De concilio contra hereticos faciendo. Caput. LXXII.

Epi. 72.

**S**icut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita dominus victoriarum fecit luce fulgere: ita oportet eam inimicis Ecclesiae eius omni viuacitate mentis & corporis obuiare, quatinus eius ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: cum & forensibus bellis aduersariis catholicae Ecclesiae pro christiano populo vehementer obstitit, & Ecclesiastica praelia sicut bellatores domini fortiter dimicatis. Notum est enim haereticae religionis viros si eis, quod abest, suppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere, quatinus haereseos suae venena ad tabefacienda, si valuerint, christiani corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos contra Ecclesiam catholicam domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium vero catholicorum episcoporum admoneri praecipite: vt primatem non ex ordine loci, postpositis vite meritis faciat: quoniam apud deum non gradus elegatior, sed vitae melioris actio comprobatur. Ipse vero primas non passim, sicut moris est, per villas: sed in vna iuxta eorum electionem ciuitate resideat, quatinus adeptae dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio vero Numidia, si qui desiderauerint ad apostolicam sedem venire, permittite: & si quilibet eorum viae contradicere voluerit, obuiate. Magno profecto excellentiae vestrae apud creatorem gloria proficit: si per eam dispersarum Ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui gloriae conspiciat reuocari, tanto largiora tribuit, quanto per ea religionis suae dignitate viderit ampliari. Perfoluentes praeterea paternae charitatis affectum, dominum petimus, quo brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram zelo fidei velut mucronem gladii vibratis exacuat.

Gregorius Gennadio patricio & exarcho per Aphricam. Gratiarum actiones facit pro beneficiis sancto Petro collatis. Caput. LXXIII.

Epi. 73.  
Ca. 23. q. 4  
Si non.

**S**i non ex fidei merito, & Christianae religionis gratia, tanta excellentiae vestrae bellicorum actuum prosperitas eueniret, non summo opere miranda fuerat, cum sciamus etiam haec antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras deo largiente victorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus praueinitis, sit vt hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed deo desuper largiente descendat. Vbi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? Quae bella vos frequenter appetere, non desiderio fundendi sanguinis, sed tantum dilatandae causae reipublicae in qua deum coli conspiciamus, loquitur, quatinus Christi nomen per subditas gentes, fidei praedicatione circumquaque discurrat. Sicut enim exteriora nos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt, ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia, in futurorum gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascen-

dis ouibus beati Petri Apostolorum principis vtilitatibus excellentiam vestram praestitisse didicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius propriis nudata cultoribus, largitis Datitorum\* habitatoribus restaurasset. Quaecumque igitur hic illuc Christiana mente confertis, horum retributionem per spem futuri iudicij sustinetis. Quobrem praesentium quoque latorem Hilariu nomine, eminentiae iudicauimus comendandum vestrae, vt in his quae sibi necessaria, iustitia tamen praecunte, suggesterit: solitu ei impendatis affectu. Perfoluentes autem paternae charitatis alloquium, perimus dominum saluatoremque nostrum, qui eminentiam vestram pro solatio reipublicae sancte misericorditer protegat, & ad dilatandum per finitimas gentes nomen eius, magis magisque brachij sui firmitate confortet.

Gregorius Gaudioso matris Aphricae. Congratulatur pro beneuolentia eius. Caput. LXXIII.

Caput. LXXIII.

**S**icut lucernae lumen per collimitaria quaeque quo lucet loca diffunditur, ita cuiuslibet personae honorum actuum probitas, non solum quo degit, sed per diuersas prouincias fama loquente cognoscitur: vt quoniam praesentiae nulla potest esse notitia, hoc discursus opinionis efficiat, quod rei veritas per praesentiam poterat exhibere. Didicimus enim diuersos iudices qui ad administranda Aphricanam prouincia diriguntur, summa gloriam vestram familiaritate diligere. Quod non procederet, nisi apud eosdem iudices mentis eius sinceritas appareret, vt adeptam administrationem consilij vestri participatione disponderent. Ex quo maximas deo gratias referimus, cum tales habere proprios prouincias habitatores cognoscimus, qui ingenita nobilitate polleant, & potentibus viris adhaereant, prouincialibusque suis ad remedium, adeptae temporum opportunitate, consistant. Perfoluentes itaque paternae charitatis affectum, praesentium latorem quem illuc ad ordinandas res pauperum direximus, vestrae gloriae comendamus: quatenus ei quae necessaria fuerint, salua iustitia tribuatis. Oro autem dominum, qui vitam vestram in omni bono custodiat, actusque vestros misericordiae suae dono disponat.

Gregorius uniuersis episcopis Numidiae. Vt nullum ex Donatistis ordinent. Caput. LXXV.

**S**i quando charissimi in Christo fratres, inter viuentes segetes, zizaniorum quaedam se infert importuna commixtio, hanc radicitus necesse est cultoris manus adimat, ne futurus secedere segetis fructus possit intercipi. Et nos ergo qui, licet indigni, dominici agri culturam suscepimus, ab omni zizaniorum scandalo ingenuam reddere segetem festinamus, quatenus ager domini redditu abundantiori fructificet. Petiistis etenim per Hilarium chartularium nostrum, a beatae memoriae praedecessore nostro, vt omnes vobis retro temporum consuetudines seruarentur, quas a beati Petri Apostolorum principis, ordinationum initis haecenus vetustas longa seruaui. Et nos quidem iuxta seriem relationis nostrae, consuetudinem, quae tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dinoscitur, inuiolata permanere concedimus, siue de primatibus constituendis, ceterisque capitulis, exceptis his, qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt, quos prouehi ad primatus dignitatem, etiam cum ordo eos ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissis sibi plebis tantummodo cura gerere: non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in Ecclesiae sinu & edocuit & genuit, ad obtinendi culmen primatus anteire. Vos ergo fratres charissimi, admonitiones nostras zelo charitatis dominicae praueinite, scientes quod districtus iudex ad examinandum deductus est cuncta quae gerimus, & vnumquemque nostrum non ex prerogativa sublimioris gradus, sed ex operum meritis approbabit. Quae ergo, vosmetipsos inuicem alterna pace diligite in Christo, & haereticis vel inimicis Ecclesiae vno cordis intuitu obuiate. De proximorum animabus estote solliciti, ad fidem quos valetis praedicatione charitatis praetento terrore futuri iudicij suadete: quoniam pastores constituti estis, & dominus gregum ab iis quibus commisit pastoribus fructum multiplicati gregis expectat. Qui si proprii gregis augmentum adhibito studio diligentiori prospexerit, multiplicibus profecto vos ecclesiae regni muneribus decorabit. Perfoluens praeterea fraternae dilectionis



**A** dilectionis alioquin, oro dominum, qui nos animarum pastores quos elegit, ante se dignos efficiat: sed hic actus nostris quos in futura vita dignè suscipiat, ipse disponat.

*Gregorius Leoni episcopo in Corsica. Visitationem iniungit Sagonensis Ecclesie. Cap. LXXXVI.*

**Epist. 76.** **P**ostquam nos cura constringit, Ecclesie sacerdotis moreamine destituta, sollicita consideratione concurrere. Et quoniam Ecclesiam Sagonensem ante annos plurimos, obeunte eius pontifice, omnino destituta agnouimus, fraternitati tuae visitationis eius operam duximus iniungendam, quatenus tuis dispositionibus eius possit utilitas profligari. In qua etiam Ecclesia vel eius parocciis diaconos atque presbyteros tibi concedimus ordinandi licentiam. De quibus tamen tui sit studiū diligētius perscrutari, ut eorum personarum à sacris nullo modo canonibus respiciantur. Sed quos fraternitas tua tanto dignos ministerio perspexerit, eorumque mores & actus huius ordinationi concordare cognouerit, eos auctoritate nostra permittimus, ad prædictam promoueat licentiam officium. Cunctis igitur rebus superscriptæ Ecclesie ut proprium te volumus uti pontificem, usque ad secundam nostram epistolam. Ita ergo in omnibus his diligens esto ac sollicitus, ut tua dispositione utilitates Ecclesiasticæ salubriter modis omnibus deo valeant auctore disponi.

*Gregorius Martino episcopo in Corsica. Præcipit de Tamitana Ecclesia transire in Aleriensem.*

*Caput. LXXXVII.*

**Epist. 77.** **I**usta poscentibus, aurem nos oportet beniuolam commo- dare, quatenus & petentes remedia sperata reperiant, & Ecclesie non desit sollicitudo pastoris. Et quoniam Ecclesia Tamitana, in qua dudum fuerat honore sacerdotali tua fraternitas decorata, ita est delictis facientibus, hostili feritate occupata atque diruta: ut illuc ulterius spes remeandi nulla remanserit. In Ecclesia Salonensi, quæ iam diu pontificis auxilio destituta est, cardinalē te secundum petitionis tuæ modum, hac auctoritate constituimus sine dubio sacerdotē. Ita ergo studio vigilanti cum dei amore secundum canonum præcepta, cuncta disponente vel ordina, ut & fraternitas tua suis desiderijs se gaudeat posse potitā, & Ecclesia dei alterno gaudio repleatur cardinalē te suscepisse pontificem.

*Gregorius clero, & ordini, & plebi Vianensis Ecclesie. De episcopo eis ordinando. Cap. LXXXVIII.*

**Epist. 78.** **Q**uotiens res aliqua pluribus agenda committitur, dum quisquis dissentit ab altero, dispendijs potius quam utilitatibus aditus referatur. Quod nos prouidentes, ne hoc vestræ contingere possit Ecclesie, eius curam utilitatēque Honorato presbytero ad præsens committendas eligimus, quatenus res utilitatēque Ecclesie per eum procurari valeant, & modis omnibus custodiri. Ideoque dilectionem vestram scriptis præsentibus adhortamur, quatenus ut vobis possit ordinari sacerdos, inuicem vestræ voluntatis omnino in viuis digna electione concordet assensus: nec amplius dei Ecclesiam officio patiamini vacare pontificis. Quousque vero Ecclesie ipsi sacerdos fuerit ordinatus, omnem suprascripto presbytero, sicut diximus, sollicitudinis eius curam committimus. Ita ergo se vestra dilectio in his omnibus exhibere festinet, ut amorem vos Ecclesie habere, pronæ deuotio mentis ostendat.

*Gregorius clero, & nobilibus Corsicæ à paribus. De Martino episcopo eis de alia Ecclesia ordinando. Caput. LXXXIX.*

**Epist. 79.** **E**t si vos multo iam tempore sine pontifice esse dei Ecclesiam non doletis: nos tamen de eius regimine cogitare & suscepti cura compellit officij, & vestra quam plurimum charitas dilectionis attingit: sciētes quod in eius gubernationibus animarū vestrarum simul consistit utilitas. Nam si gregi pastoris cura defuerit, facile laqueos insidiatōris incurrit. Ea de re quoniam Ecclesia Salonensis sacerdotis diu est auxilio destituta, necessarium duximus Martinum fratrem & coepiscopum nostrum ibidem cardinalē constituere sacerdotem: Leoni verò fratri & coepiscopo nostro operam visitationis iniungere. Cui etiam in ea, parocciisque eius presbyteros atque diaconos concessimus ordinandi

licentiam, eumque rebus eius quousque illic fuerit, ut proprium pontificem uti permittimus. Ideoque scriptis presentibus admonemus uti præfatum visitatorem charitas vestra cum omni deuotione suscipiat: eique obedientiam in iis quæ rationi conueniunt, sicut Ecclesie decet filios, exhibete: quatenus omnia quæ ad utilitatem superscriptæ pertinere cognoscuntur Ecclesie, vestra valeat suffultu deuotione implere.

*Gregorius Laurentio episcopo Mediolanensi.*

*De quibusdam possessionibus iniuste detentis.*

*Caput. LXXX.*

**S**cripta fraternitati vestræ suscipiens, gratias omnipotenti deo retuli, qui desiderabili me sollicitatis omni- nio releuauit. Quod autem perhibetis ab exactione patrimonij Siciliæ prouinciæ vestræ, sanctæ, cui deo preside- tis auctore, Ecclesie certam reddi pecunie quantitatem: pro eo quod ab authoribus sanctæ Romanæ Ecclesie illo tē- pore patrimonij Ecclesie vestræ celebratur exactio: necessarium fuerat iuxta tenorem scriptorum à vobis directorū, acceptarum illatarumque pecuniarum summam inspicere, & totius ratiocinij meritū subtiliter indagare, quibus pers- pectis nihil à sancta Romana Ecclesia Ecclesie vestræ alle- gatum est reddi. Sed quia dum Constantinus diaconus ve- lter ad ea quæ obiecta à nostris fuerant, aliud allegauit: exa- men negocij venit in dubium, quod subtilius poterat ventili- lari, si qua persona existeret, cū qua definiti aliquid stabiliter potuisset. Proinde necesse est, sanctitas vestra hac de re per- sonam instituat cum qua Romana Ecclesia aliquid debeat solidè definire: ut siue nihil debet, ex iudicio pateat: seu ali- quid debet, restituat: & personam quam instituitis, cum se- curitate sollemniter remittat.

*Gregorius Ianuario archiepiscopo Carallis Sardi- niæ. De superbia Liberati diaconi comprimentæ.*

*Caput. LXXXI.*

**S**criptis tuis cor nostrum lætificasse dignosceris, quod te mandatorum nostrorum memorē fuisse testatus es. Et quia memoriter retinemus ea quæ nos fraternitati tuæ mandasse commemoras, quemadmodum disponendum sit vbi volueris nostræ expectatur auctoritas, scriptis præ- sentibus breuiter respondemus. Liberatus igitur de quo nobis tua fraternitas indicauit: quia diaconij fungi perhibetur officio, si à decessore tuo non factus est cardinalis, ordinatis à te diaconibus nulla debet ratione præponi, ne eos quos cō- secrado probasse cognosceris, reprobare supponendo quod- dammodo videaris. Prædictum itaque Liberatum quem re- primendus ambitionis inflat spiritus, omni instantia à sui pra- uitate compesce, & vltimum inter diaconos stare constitue, ne dum se illicitè præferri contendit, immeritus loco in quo nunc situs est, iudicetur. Cuius tamen si obedientia fueris in- uittatus: & eum post hæc cardinalē facere volueris, nisi pon- tificis sui cessionem sollemni more meruerit, abstinendum ab omni eius incardinacione memineris, quoniam æquitati cō- uenire non ambigis, ut alijs seruare non differas, quod ipse quoque tibi seruari desideras.

*Gregorius Hilario Monacho Aphricæ. De Argen- tio episcopo & Donatistis. Caput. LXXXII.*

**F**elicissimus atque Vincentius diacones Ecclesie Lamigē- sis, oblata petitione quæ tenetur in subditis, suggelle- runt ab Argentio eiusdem ciuitatis episcopo, grauem se iniustitiam pertulisse, & accepto præmio, Donatistas in Ecclesiis fuisse præpositos, eumque inter alia non leue aliud facinus, quod dici nephas est, commisisse commemorat. Pro- pterea experientia tuæ præsentis pagina præcepti duximus iniungendum, quatenus præfatum episcopum idoneæ satis- factioni committere non omittas, tuæque instantia in locis il- lis fiat ex more concilij: & omnia secundum oblata peti- tionis textum canonicè coram positis partibus subtili inda- gatione perquirantur. Et quæcunque eorum iudicio fuerint terminata: te exequente modis omnibus compleantur. Ita er- go cum omni te viuacitate huic causæ volumus præbere in- stantiam, ut ad examinanda quæ iussimus, nulla possit subue- sti dilatio, sciturus nō in lenem te offensam incurere, si no- stra quacunque excusatione lentata fuerit præceptio.

In nomine domini. Mense Septembrio.  
Indictione decima.



**T**emporibus papæ Gregorij, consularu Mauricij Augusti anno septimo, depositus est Laurentius, qui primus fuerat in ordine diaconi sedis apostolicæ, propter superbiam, & mala sua, quæ tacenda duximus, & factus est archidiaconus Honoratus coram omnibus presbyteris & diaconibus, notariisque, subdiaconibus: vel cuncto clero in basilica aurea.

*Charta quæ relicta est de letania maiore, in basilica sanctæ Mariæ.*

**S**olennitas annuæ deuotionis nos filij dilectissimi admo-  
net, vt letaniam quæ maior ab omnibus appellatur, sol-  
licitis ac deuotis debeamus, auxiliante domino, menti-  
bus celebrare: per quam à nostris excessibus, eius misericor-  
diæ supplicantes, purgari aliquatenus mereamur. Conside-  
rare etenim nos cõuenit dilectissimi, quàm variis, continuis-  
que calamitatibus pro nostris culpis atque offensionibus affi-  
gamur, & qualiter cœlestis pietatis nobis subinde medici-  
na subueniat. Sexta igitur feria veniente à titulo beati Lau-  
rentij martyris, qui appellatur Luciuæ, egredientes ad bea-  
tum Petrum Apostolorum principem, domino supplicantes  
cum hymnis & canticis spiritualibus properemus, vt ibidem  
sacra mysteria celebrantes, tam de antiquioribus quàm de  
presentibus beneficiis pietati eius, in quantum possumus, re-  
ferre gratias mereamur.

*Gregorius Petro notario. De monachis in monaste-  
rio sancti Michaelis. Caput. I.*

*Epistola. 1.*



**M**onasterium sancti Archangeli, quod Tropeis est  
constitutum, indicante presentium portitore, vi-  
ctus habere necessitatem didicimus. Ideoque ex-  
perientia tua diligenter inuigilet: & si eiusdem lo-  
ci monachos bene se tractare nouerit, in quibus eos necessi-  
tatem habere manifesta veritate patuerit, eis subuenire hac  
authoritate sussultus, modis omnibus festinabis, sciturus tuis  
rationibus quicquid nostra præceptione prebueris imputa-  
dum. Sed & terrulam Ecclesiæ nostræ vicinam quam solidum  
vnum & tremissis duos pensitare asserunt, si ita est, sibi libel-  
lario nomine ad summam tremissis vnus habere concede,  
studij ergo tui sit hæc omnia ita complere: si, sicut diximus,  
eius loci monachi in dei seruitio, sicut decet, solerter persi-  
terint.

*Gregorius Prælectio episcopo Narniensi. De mor-  
talitate, & conuersione Longobardorum. Cap. II.*

*Epistola. 2.*



**P**ervenit ad nos, peccatis imminentibus, in ciuitate ve-  
stra Narniensi mortalitatem omnino grassari: quæ res  
nos nimis addixit. Quamobrem salutantes fraternita-  
tem tuam, instantissime suademus: vt à Longobardorum siue  
Romanorum, qui in eodem loco degunt admonitione siue  
exhortatione nulla ratione cessetis, & maxime à gentiliam  
& hereticorum, vt ad veram, rectamque fidem catholicam  
conuertantur. Sic enim aut diuina misericordia pro sua eis  
forsitan conuersione, & in hac vita subueniet: aut si eos mi-  
grare contigerit, à suis, quod & magis optandum est, tran-  
sient facinoribus absoluti.

*Gregorius clero, nobilibus, ordini & plebi consisten-  
tibus Neapoli. De episcopo eligendo. Caput. III.*

*Epistola. 3.*



**Q**uanis spiritualium sincera deuotio filiorum pro  
matre Ecclesia, nullius adhortationis indigeat: ne-  
tamen se neglectam existimet, epistolari debet al-  
loquio prouocari. Propter quod dilectionem  
vestrâ commotione paternæ charitatis aggredior: vt pro-  
fusis lachrymis redemptori nostro vnanimiter gratias refe-  
ratis, qui sub tam peruerso doctore vos per auiam gradietes,  
ad iter rectum perduxit: & tum indigni pastoris crimina pu-  
blicauit. Demetrius siquidē qui nec ante episcopus dici me-  
ruerat, tantis ac talibus negociis inuentus est involutus, vt si  
secundum suorum qualitatem facinorum iudicium sine mi-

sericordia recepisset, diuinis mundanisque legibus durissi-  
ma proculdubio fuerit morte plectendus. Sed quia poeniten-  
tiæ reseruatus, sacerdotij honore priuatus est, Ecclesiam dei  
sine ductore diu vacare non patimur: quia & canonicis re-  
gulis est constitutum, vt defuncto vel sublato pastore, diu sa-  
cerdotio priuari Ecclesia non debeat. Ideoque charitatem  
vestram scriptis presentibus admonemus, vt ad eligendum  
pontificem nec mora, nec discordia, quæ consuevit scanda-  
la generare, proueniat. Sed talem vobis cum omni sollicitu-  
dine personam exquirite, in qua & omnium adunata possit  
gaudere concordia, & sacris nullo modo canonibus respuat-  
ur, quatenus officium quod nehandissimum hominum ma-  
le gerendo polluerat, quisquis ille per dei gratiam fuerit or-  
dinatus, ipso quoque suffragante, digna valeat administra-  
tione complere.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. Præ-  
cipit vice sua esse super omnes Ecclesias Siciliæ.*

*Caput. IIII.*

**M**andata cœlestia efficacius gerimus, si nostra cum  
fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas  
Siciliæ Ecclesias reuerendissimum te virum Maxi-  
mianum fratrem & coepiscopum nostrum vices sedis apo-  
stolicæ ministrare decernimus: vt quisquis illic religionis ha-  
bitu censetur, fraternitati tuæ ex nostra autoritate subia-  
ceat, quatenus eis non sit necessarium post hæc pro parvulis  
ad nos causis tanta maris spatia transmeando peruenire: sed  
si qua fortasse difficultas existunt, quæ fraternitatis tuæ iudi-  
cio nequaquam dirimi possint, hæc solummodo nostrum iu-  
diciū flagitent, vt subleuati de minimis, in causis maiori-  
bus efficacius occupemur. Quas videlicet vices nō loco, sed  
personæ tribuimus: quia ex transacta in te vita didicimus,  
quid etiam de subsequenti tua conuersione presumamus.

*Mense Decembri. Indictione decima.*

*Gregorius Canādo episcopo de Vrbe ueteri.*

*De Calumnioso ægroto. Caput. V.*

**C**um percussio corporalis vtrū pro purgatiōe, an pro  
vindicta contingat, dei in hoc iudicio ignoratur:  
nō debet à nobis addi flagellatus afflictio, ne nos cul-  
pæ, quod absit, offensa respiciat. Et quia presentium lato-  
rum Calumniosus pro hac percussione quam sustinet, consueta sibi  
commoda ab Ecclesia vestra asserit negari: idcirco fraterni-  
tatem tuam presentibus hortamur epistolis, quatenus nihil  
cum ad percipienda quæ consueta sunt, hæc ægritudo de-  
beat impedire: quia diuersis in Ecclesia militantibus, varia,  
sicut nosti, sæpe contingit infirmitas. Et si hoc fuerint exem-  
plo deterriti, nullus de cetero qui Ecclesiæ militet, poterit  
inueniri. Sed secundum loci eius ordinem quæque ei si sanus es-  
set poterant ministrari, de ipsa exiguitate quæ Ecclesiæ po-  
test accedere, fraternitas tua diuini contemplatione iudicij  
ægotanti præbere non desinat, quatenus in huius rei admi-  
nistratiōe ad elemosynam potius videaris quæ sunt con-  
sueti exolucendo conuerture.

*Gregorius ordini & plebi consistenti Neapoli.*

*De eligendo Paulo episcopo. Caput. VI.*

**Q**uale de Paulo fratre & coepiscopo nostro habere  
charitas vestra iudicium, directa à vobis relatio pa-  
refecit. Quem quoniam ita estis in paucis die-  
bus experti, vt eum cardinalem habere desideretis,  
episcopum gratulamur. Sed quia summis in rebus citum nō  
oportet esse consilium, & nos quid sciendum sit, matura sub-  
inde Christo adiuuante deliberatione disponimus, & vobis  
melius tractu temporis qualem se exhibeat innotescet. Ideo-  
que filij dilectissimi prædicto viro si eum verè diligitis, obe-  
dite, deuotisque ad eum mentibus occurrione pacifica con-  
uenite: quatenus ita vos ad alterutrum dilectio mutua chari-  
tatis astringat, vt inimicus seuiendo circumuolans, in nul-  
lo viam nanciscatur ad vestram dissociandam vnanimitatem,  
qua subrepat. Præfatum quoque episcopum dnm fructum a-  
nimarum quem desideramus deo nostro, ipso quoque suffra-  
gante facere senserimus: quicquid post hæc de eius persona,  
vestroque desiderio cordi nostro inspiratio diuina ministra-  
uerit, faciemus.

*Gregorius*



*Gregorius Paulo episcopo Neapolitano. De officio sacerdotali. Caput. VII.*

**S**i sacerdotale quod suscepimus, securè ministramus officium: & diuinum adiutorium, & dilectio nobis spiritualium adert sine dubio filiorum. Propterea ita se fraternitas tua in cunctis studeat exhibere: quatenus testimoniū quod de ea Neapolitana ciuitatis clericus, nobilitas simul habet & populus, bonitatis tuæ roboretur, augmento. Sic ergo te in præfati populi adhortatione assidua debes occupatione contringere, vt verbi tui fructum quem ex eis fueris operatus, in suis horreis diuinus condat agricola. Quousque verò de his quæ à nobis prædicti filij nostri fienda postulant: reuelante domino deliberare possimus: clericos ex laicis ordinari, necnon & manumissiones apud te in eadem Ecclesia solenniter celebrari concedimus. Consuetudines autem cleri supra scripta Ecclesia: & presbyterorum te volumus sine cunctatione persolvere. In cuius etiam instructione ita diligenter inuigila, quatenus ab incongruis vel illicitis omnibus abstinentes, in dei nostri seruitium digno obsecrationis ministerio te quoque hortante consistant.

*Mense Ianuario. Indictione decima.*

*Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti Nepæ.*

*De Leontio illuc transmissio, ut ei obediant.*

*Caput. VIII.*

**L**eoncio viro clarissimo præsentium portitori curam sollicitudinemque ciuitatis iniunximus: vt in cunctis inuigilans quæ ad vtilitatem vestram, vel reipublicæ pertinere dinoscit, ipse disponat. Ideoque dilectionem vestram scriptis præsentibus admonemus, quatenus ei exhibere obedientiam in omnibus debeatis, nec quisquam vestrum eum vestra vtilitate tractantem existimet contemnendum, quia quisquis congrue ordinationi eius resistit, nostræ resultare dispositioni cognoscitur. Quicumque verò eum in his quæ supra retulimus audierit, nos audiet. Si quis autem, quod non credimus, eum post hanc admonitionem nostram contemnendum putauerit: ad suum proculdubio sciat pertinere periculum.

*Gregorius Castorio episcopo de Arimino: De oratorio sanctæ Crucis consecrando. Cap. IX.*

**T**hemorthea illustris scemina petitoria nobis insinuatione suggestit, quod habetur in subditis, intra ciuitatem Ariminensem in loco iuris sui oratorium se pro sua deuotione fundasse, quod in honorem sanctæ Crucis desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ ciuitatis iure memorata constructio consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum esse, percepta primitus donatione legitima, id est, totius facultatis eius excepta familia, prius mobilium vel immobilium, seq; mouentium vncijs octo retento sibi usufructuario diebus vitæ suæ, gestisque municipalibus alligatam, prædictum oratorium absque missis publicis solenniter coniecimus: ita vt in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Et si missas forte maluerit fieri sibi à dilectione tua presbyterum nouerit postulat, quatenus nihil aliàs à quolibet sacerdote alio nullatenus præsumatur. Sanctuario verò suscepta sui cum reuerentia collocabis.

*Gregorius Importuno episcopo. Transmittit Dominicum presbyterum. Caput. X.*

**E**a quæ prouide disponentur, fraternitatem tuam credimus libenter amplecti. Et quia Ecclesiam sanctæ Mariæ Campisensis in tua parocchia positam, presbytero vacante cognouimus, præsentium portitorem Dominicum presbyterum in eadem Ecclesia vt præesse debeat, nos certum est deputasse. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta eiusdem Ecclesie faciat sine cunctatione præstari: & decimæ fructus Indictionis, qui iam percepti sunt, prædicto viro fac sine mora restitui, quatenus eiusdem Ecclesie vtilitates cuius emolumenta consequitur, deo adiutore sollicitè valeat procurare.

*Gregorius Iohanni episcopo Vellitrano. Præcipit in alium locum transmigrare. Cap. XI.*

**T**emporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitatis certis ciuitatibus constitutas, ad alia quæ securiora

putamus eiusdem diceceseos loca transponere, quò & habitatores nunc degere, & barbaricum possit periculum facilius declinari. Propterea te Iohannem fratrem coepiscopumque nostrum Vellitrensis ciuitatis, sedemque tuam in locum quæ Harenata ad sanctam Andream Apostolum dicitur, præcipimus exinde transmigrari: quatenus & ab hostilitatis incursum liberior existere valeas: & illic consuetudinum solenniū festa disponas.

*Gregorius Paulo episcopo. Scribit de persona*

*Petri.*

*Cap. XII.*

**A**d hoc fraternitatem tuam Neapolitana Ecclesie ad præsentem præesse constitui: vt quousque potuisses, sua gloria ad deum prædicatione conuerteres. Et dum tota te oporteat hoc intentione peragere, prius quam hic domini fructum opereris, reuertit festinas, petisque à me vt celeriter eandem debeam Ecclesiam ordinare, dum meus non sit animus in hac re ociosus. Sed quia vtilitates eius summa cupio firmitate vallare, diuturna de hoc necesse habeo deliberatione tractare, vt eam digna possim ordinatione Christo reuelante disponere. Interea ergo fraternitas tua ita inuigilare animarum lucris studeat, vt iudicium quod de te habeo operationis tuæ roboretur effectu. De persona verò Petri diaconi quæ scripsisti, omnia mihi Theodorus vir consularis nunc indicauit. Et ideo postquam tibi adherere, & Ecclesiasticis eum vtilitatibus, tua testificatione studere cognoui, nullius debet aduersitatem vel inimicitias formidare: sed quanto sibi alios inuidere perpendit, tanto vigilantius vt ei nihil nocere valeant, in vtilitatibus Ecclesie, & dei seruitio perseueret. Fraternitas autem tua pro eius persona post hoc non debet esse suspecta: quia apud me nulla subreptio locum inueniet.

*Gregorius Paulino episcopo. Liparitanam Ecclesiam sua auctoritate commendat. Caput. XIII.*

**S**cire te volumus, quia Maximiano fratri & coepiscopo nostræ scripsisti vt fraternitatem tuam Ecclesie Liparitanæ ex nostra auctoritate præesse constitueret. Cui te modis omnibus obedire necesse est, eiusque te Ecclesie vtilitatibus præcipimus decenter insistere, & quæque commoditatibus cognoueris oportere, te volumus sine cunctatione peragere. Ecclesiam verò Tauritanensem, quotiens oportunum tempus cognoueris, visitabis. Ita ergo fraternitas tua hæc omnia implere festinet: vt & sui presentia Liparitanam salubriter disponat Ecclesiam, & visitationis studio Tauritanensem Ecclesiam congregare & fouere non desinat.

*Gregorius Natali episcopo Salontano. De Honorato archidiacono in locum suum restituendo. Cap. XIII.*

**M**ultis ab vrbe tua venientibus frater charissime didici, pastoralis cura derelicta, solis te conuiuiis occupatum. Quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbare. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum Ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimonio quod eis sub quibus expositus, reuerentiā seruare nescis. Cui enim sanctæ memoriæ decessoris mei fueris scriptis prohibitus, ne contra Honoratum archidiaconum tuum dolorem tam longè ingratitude in corde retineres, cumque à me sæpe correptus fueris, & hæc tibi summopere fuerint interdicta: & mandata dei negligens, & scripta nostra contemnens, præfatum Honoratum archidiaconum tuum, quasi ad fortiores honorem prouehens, conatus es callida arte degradare. Vnde actum est vt eo de archidiaconatus loco summo, alium accessires, qui tuis moribus obtemperare potuisset: cui præfatus vir pro nulla tibi re, vt arbitror, displicuit: nisi quod vasa sacra & velamina tuis te paratibus dare prohibebat. Quam causam subtili volumus & nunc ego, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus indagatione discutere: sed tu tuorum tibi actuum conscius personam ad iudicium instructam transmittere distulisti. Proinde fraternitas tua vel post frequentatā totiens admonitionem à culpæ suæ errore respiciat: & præfatum Honoratum in suum mox, vt mea scripta suscepit, locum suscipiat. Quod si forte facere distuleris vsum tibi pallij, qui ab hac sede concessus est, noueris esse sublatum. Si verò etiam amisso pallio in eadem pertinacia ad-

xx ij huc



**G** huc persistis, dominici corporis ac sanguinis te scias participatione esse priuatum. Post quæ iam necesse est vt causas tuas subtilius indagâtes, an in episcopatu ipso persistere debeas: summa cura atque inquisitione debeamus tractare.

C. 7. q. 1.  
Ei enim-  
nero.

Eum enimvero qui contra iustitiæ regulam, in archidiaconatum alterius se prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui si vltcrius in loco eodem ministrare præsumperit: se participatione communionis sacre nouerit esse priuatum. Tu igitur frater charissime, nequaquam nos amplius prouoces: ne duos valde in asperitate sentias, quos erga te positos in charitate contemnis. Restituito igitur loco suo Honorato archidiacono, instructam personam sub festinatione trans mitte, qui mihi hoc debere ex ratione fieri suis possit allegationibus demonstrare. Eundem nanque archidiaconem ad nos venire decreuimus: vt quicquid iustum, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, sed authore deo normam iustitiæ postposita cuiuslibet personæ acceptione custodimus.

*Gregorius uniuersis episcopis per Dalmatiam constitutis. De Natali episcopo, & Honorato archidiacono. Caput. XV.*

Episto. 15.

**H** Raternitatem vestram licet desideremus scriptis discurrentibus frequenter visitare, tamen præterea cum res exigat, vtraque cupimus negocij vnius occasione persolvere, vt & fraternos de visitatione releuemus animos: & quæ superueniunt, ne mentem possint ignorata confundere, subtilius explicare. Frater itaque noster Natalis Salonitanæ ciuitatis episcopus: cum Honoratum archidiaconem sedis sue ad ordinem presbyteratus vellet prouehere, ac deinceps ille ad sublimiorem gradum crescere declinaret, à sanctæ memoriæ decessore meo missa supplicatione poposcerat, ne ad hunc ordinem inuitus accederet. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingrati tudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scripta Natali fratri coepiscopoque nostro direxerat: interdicens ne prædictum Honoratum archidiaconem inuitum proueheret, neque dolorem conceptæ ingrati tudinis in corde suo retineret.

Cumque & à nobis sepe correptus fuerit, & hæc eidem sum moperere fuerint interdicitæ: non solum madata dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconem, vt dicitur, contra morem, quasi ad fortiorem honorem prouehens, conatus est callidè degradare. Vnde actum est vt eo de archidiaconatus loco submoto, alium adscisceret, qui in loco depositi archidiaconi ministraret. Quem scilicet Honoratum arbitramur antistiti suo propterea displicere potuisse, quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam & tunc sanctæ memoriæ decessor meus: & nunc ego subtili voluimus indagacione discutere: sed is ipse sibi conscius, personam ad iudicium postposuit destinare, ne actuum eius discussa potuisset veritas apparere. Nos itaque tot iam scriptis admonitum, & hætenus pertinaciter obitratum, scriptis iterum directis per presentium latorem curauimus admonendum: quatenus Honoratum archidiaconem coniungente statim presentium latore in priore loco susciperet. Quem obdurato adhuc corde contumaciter ad eundem reuocare gradum si forte postponeret, vsu eum pallij, qui ab hac sede concessus est, pro contumacia tot vicibus admitta priuari præcipimus. Si verò etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerauerit, à dominici quoque corporis ac sanguinis participatione submoueri. Aequum enim est vt asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in charitate contempsit. Nos itaque nec nunc quidem à iustitiæ, quam præfatus antistes desepit, semita deuiamus, sed restituito in locum suum eo cuius nobis culpa minime patuit, præcipimus Natalem episcopum instructam ad nos debere dirigere personam, quæ rectam eius esse intentionem suis possit nobis allegationibus demonstrare. Nam & eundem archidiaconem venire fecimus, vt quicquid iustum, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nullum nanque pro personali amore defendimus, sed authore deo normam iustitiæ, postposita cuiuslibet personæ acceptione custodimus.

iuslibet acceptione personæ, custodimus.

*Gregorius Antonio subdiacono. De Natali episcopo & Honorato archidiacono. Cap. XVI.*

K

**H**onoratus archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ à sanctæ memoriæ decessore meo missa supplicatione poposcerat, vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortiorem gradum ordinem contra morem nullatenus cogere tur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingrati tudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconem inuitum proueheret, neque dolorem conceptæ ingrati tudinis diutius in corde retineret. Cumque & à nobis hæc eidem sum moperere fuerint interdicitæ, non solum madata dei negligens sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconem quasi ad fortiorem honorem prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium adscisceret: qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconem arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse, nisi quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili voluimus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagacione discutere, sed ipse suorum sibi actuum conscius, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam presentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari: vt supra memoratum archidiaconem in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, vt consuevit, forte distulerit: vsu ei pallij, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis apostolicæ tradidit. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerare perspexeris, dominici quoque corporis ac sanguinis eundem antistitem participatione priuabis. Eum verò qui contra iustitiæ regulam, in archidiaconatum alterius prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponi præcipimus. Quem, si vltcrius in loco eodem ministrare præsumperit, communionis sacre participatione priuamus. Aequum enim est vt asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in charitate contempsit. Restituito ergo loco suo Honorato archidiacono, instructam personam prædictus antistes te compellente dirigat, quæ intentionem eius esse vel fuisse iustam, suis mihi allegationibus possit demonstrare. Sed & eundem archidiaconem ad nos venire præcipimus: vt quicquid iustum, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, sed authore deo normam iustitiæ postposita cuiuslibet acceptione personæ seruamus. Malchum verò fratrem coepiscopumque nostrum curabis fideiussori committere, vt ad nos quâto cyus veniat: quatenus omni mora ac dilatione postposita, actionum suarum expositis ratiocinijs, ad propria cum securitate valeat remeare.

Episto. 16.

L

C. 7. q. 1.  
Eum.


M

*Gregorius Iobino episcopo Illyrici. Plurimum gaudet, & de Natali episcopo loquitur. Caput. XVII.*

**L**icet ad reddenda paternæ charitatis officia, hostilitate itineribus occupatis, raritas portitorum impediat: quotiens tamen occasio inciderit, excellentiam vestram non desistimus scriptis discurrentibus visitare, quatenus hos quorum aspectum presentium videre non possumus, eos aliquatenus scriptis valeamus alternantibus intueri. Gaudemus itaque quod eminentiæ vestræ regimine, assistentia dominus voluit prouinciæ consulere: vt quam ex vna parte flagello Barbaricæ vastationis vlcerat, hanc ex alia per eminentiam vestram, quasi per superductam salutem curet. Largitam ergo vobis dignitatem ex solo munere donantis attendite: & ex ipsa concessi regiminis administratione conditorem vestrum erga vos placabilem facite, quatenus cum ipse quod largitus est meritis bonorum operum, ad suam viderit gloriam reuocari, & in hac vos vita clariores efficiat, & præmia vobis regni cælestis concedat. Presentium igitur latorem quem illuc pro ipsa exigui patrimonij administratione

Episto. 17.

tione



A tione direximus, vestrae excellentiae commendamus. Nos enim charitatis vestrae conexi vinculo, dominum petimus, quod sic actus vestros in hac vita dirigat: ut ipsorum merito ad aeterna vos regna perducat. Natali autem fratri & coepiscopo nostro in nullo gloria vestra opem contra iniustitiam ferat: quia tanto necesse est ut canonice ultionis vindictam sentiat, quanto & ipse regulam canonicam ignorat.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De quodam presbytero digno ad episcopatum Ecclesiae.

Caput. XVIII.

Epistol. 18.

Felix vir consularis, praesentium lator, edocuit nos, esse quendam in illis partibus presbyterum, qui ad episcopatus ordinem prouehi probatae vitae merito dignus appareat. Hunc ergo fraternitas tua coram se deduci faciat, cumque, sicut certus frater, propter animae periculum diligenter examinet. Quem si ad hunc gradum prouehi dignum esse perspexerit, ad nos studeat destinare, ut eum disponente deo loco cui praeuiderimus, felicem virum consularem Charitularium, salua fraternitatis tuae iustitia, commendamus: quatenus in iis quae iuste poposcerit, fraternum inuenire possit affectum.

Gregorius Benenato episcopo uisitati Cumanae Ecclesiae. Visitationem iniungit Cumanae Ecclesiae.

Caput. XIX.

Epistol. 19.

Quoniam Cumanae Ecclesiae Liberius quondam antistes de hac luce migrasse cognoscitur: propterea visitationis desitutae Ecclesiae fraternitati tuae operam solenniter delegamus, quam ita te conuenit exhibere, ut nihil de prouectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid illud est, a quoquam praesumatur Ecclesiae. Et ideo charitas tua ad praedictam Ecclesiam ire properabit: & assiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem Ecclesiae admonere te volumus, ut remoto studio diuersarum partium, vno eodemque consensu talem sibi praesiciendum expectant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborati, dilectionis tuae testimonio literarum ad nos laerandus occurrat. Eligonemus etiam fraternitatem tuam nos, ut nullum de altera communi permissis: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua visitationis impen dis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia, ne ad hoc cuiuslibet conuersationis vel meriti laicae personae aspirare praesumant, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

Gregorius Ioanni episcopo uisitati Nepesinae Ecclesiae. Visitationem Nepesinae iniungit Ecclesiae.

Caput. XX.

Episto. 20.

Quoniam Paulo fratri & coepiscopo nostro Neapolitanae Ecclesiae visitationis operam iniunximus, idcirco fraternitas tua visitationem Ecclesiae Nepesinae non desinat assumere, quatenus exigente paschali festiuitate, quicquid sacrorum solennitas poscat, te operante, modis omnibus impleatur. Donec igitur quid de persona praedicti fratris & coepiscopi nostri agendum sit, deliberare possumus: ita in cunctis te fraternitas tua solertem vigilantemque studeat exhibere, ut praedictus vir absens nullo modo sentiat.

Gregorius Rusticiano. De uisitatione sanctorum locorum, & insidiis Passui.

Caput. XXI.

Episto. 21.

Epistolam excellentiae vestrae suscipiens, votiuo sum incolumitatis eius nuncio releuatus, optans ut vitam aeternamque vestros sua dominus misericordia protegat & disponat. Valde autem miratus sum, cur deliberatae viae eundi ad loca sancta intentionem, & votum boni operis desistitis, dum si quando bonum aliquod dono conditoris in corde concipitur, celeri necesse est deuotione compleri: ne dum callidus insidiator animum irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minimè desideria sua mens occupationibus debilitata perducat. Vnde necesse est excellentiam vestram omnibus impedimentis piis causis

obuiantibus anteire, & ad fructum boni operis totis cordis nixibus inhiare, ut & in praesenti seculo tranquille vivere, & in futuro coeleste regnum valeat possidere. Illud autem quod scripsistis: Passium contra vos aliquas molitum fuisse calumnias, piissimos verò imperatores non solum libenter non audisse, sed etiam asperè suscepisse, cuius hoc fuerit donum perpendite, & ad eum qui hominibus in hoc seculo ne quantum appetunt nocere valeant, potenter obuiat, totam spem mentis inflectite: quatenus prauas hominum voluntates brachij sui oppositione reuerberet, conatusque eorum ut confuevit misericorditer ipse confringat. Gloriosum domnum Appionem, & domnam Eusebiam, domnum Eudoxium, & domnam Gregoriam mea per vos deprecor vice salutari.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennati. Commendat episcopos longe à se positos.

Caput. XXII.

Episto. 22.

Domini mandatis precipimur proximos sicut nosmetipsos diligere, eorumque languoribus tanquam propriis infirmitatibus condolere. Quorum memor fraternitas vestra competenti sibi more Callorum fratrem coepiscopumque nostrum, & prius compassione habita studuit visitare, & postmodum pro excrefcenti molestia corporis Rauennati in vrbe suscipere. Vnde non solum nos impen sae charitatis, sed & deum vobis fecistis proculdubio debitorem, cui in fratris infirmitate condoluisset probamini, ipsumque egrum in sui membri molestia, non solum visitasse, sed etiam suscepisse. Quem quidem ipse pro sua simplicitate illic ordinare omnimode reuebam: sed petentium importunitas fecit, ut contradicere nullatenus potuissem. Si autem fieri potest, multum mihi & ipsi consuletis, si eum ad me per Siciliam transmittatis: si tamen ei graue non esse perpenditis. De episcopis verò ad nos pertinentibus, qui tamen huc pro interpositione hostium venire non possunt, curam vestra fraternitas gerat. Ita tamen ut pro causis suis ad Rauennatem urbem nullatenus reuocentur, ne eos hoc tempore vexare aut fatigare in aliquo videamur. Sed si qua sunt quae in eis videantur iuste reprehendi, debent semper per fraternitatis vestrae epistolas admoneri. Sin verò, quod absit, aliqua grauiora contigerint, haec ad nos subtiliter referre vos volumus, ut inquisitionis vestrae testimonio roborati, quae legibus canonibusque conueniunt, salubri iuuante domino consilio disponamus.

Mense Iulio. Indictione decima.

Gregorius Iustino presbytero. De Leone episcopo suscipiendo.

Caput. XXIII.

Episto. 23.

Ca. 2. q. 5.

Habet.

F

Habet hoc proprium antiqui hostis inuidia, ut quos in prauorum actuum perpetratione, deo sibi resistente, decipere non valet, opinioniones eorum falsa ad praesens simulando dilaceret. Quoniam igitur quaedam contra sacerdotale propositum de Leone fratre & coepiscopo nostro sinister rumor aspersit: vtrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri, & nullam in eo de iis quae dicta fuerat, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omis sum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundantia fecimus sacramenta praebere. Quibus praestitis, magna sumus exultatione gauisi, quod huiusmodi experimento innocentia eius euidenter euituit. Pro qua re gloria vestra praedicti virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, quam lem sacerdoti decet, exhibeat: ne qua in cordibus remaneat de iis quae sunt iustae purgata, dubietas. Sed ita supra scripto vos episcopo deuotissime oportet in omnibus adherere: ut congrue decenterque deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.

Gregorius Eusebio abbati. De contentione inter ipsum & Maximianum episcopum.

Caput. XXIII.

Episto. 24.

Redat mihi charitas tua, quia valde contristatus sum de tristitia tua, ac si in te iniuria ipse pertulisset. Sed postmodum agnouit, quia etiam reddere reuerendissimo viro fratre & coepiscopo nostro Maximiano gratiam atque communionem, tua dilectio ab eo communicare volebat. Cognouit & illud prius iustum fuisse quod factum est. Seruorum dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere. Qui

**G**verò se contra præpositos suos erigunt, profectò ostendunt quia serui dei esse continentur. Et quidem ab illo hoc quod factum est, minime fieri debuit: à te tamen omnino debuit diligenter suscipi: & rursum cum gratiam reddebat, ad eum cum gratiarum actione debuit occurri. Quod quia ita à te factum non est, adhuc cognosco quia nobis omnino lachrymarum opus est. Non enim grande est iis nos esse humiles, à quibus honoramur: quia & hoc seculares quilibet faciunt. Sed illis maxime humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur: nam Psalmista dicit. Vide humilitatem meam de inimicis meis. Nos cuius vitæ sumus, qui humiles esse etiam patribus volumus? Proinde dilectissime fili rogo, ut omnis amaritudo de corde tuo trahatur, ne fortasse finis vicin⁹ sit, & antiquus hostis per iniquitatem discordiæ, viam regni cœlestis intercludat. Propterea centum solidos per Petrum subdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos peto ut absq; iniuria sui suscipiat.

*Psal. 9.*

*Gregorius Ioanni episcopo Squilatio. Visitationem eiusdem iniungit Ecclesie. Caput. XXV.*

*Episto. 25. Ca. 7. q. 1. pastoralis.*

**P**astoralis officij cura nos admonet destitutis Ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum debeant sollicitè gubernare. Propterea te Ioannē ab hostibus captiuatum Litanæ ciuitatis episcopū in Squilatio Ecclesia cardinalem duximus necesse constituitur sacerdotem: ut susceptam semel animarum curam, intuitu future retributionis impleas. Et licet à tua Ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam quæ pastore vacat, Ecclesiam debes gubernare: ita tamen ut si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & domino protegente ad priorem statum contingerit reuocari, in eam in qua prius ordinatus es, Ecclesiam reuertaris. Sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua à nobis ordinatus es vel incardinatus Ecclesia debeas permanere. Præcipimus autem ne vnquam illicitas ordinationes facias. Ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, poenitentia, vel curia, vel cuiuslibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere. Sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere. Aphros passim, vel incognitos peregrinos, ad Ecclesiasticos ordines tendentes, nulla ratione suscipias: quia Aphri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati: peregrini verò plurimi etiā in minoribus ordinibus constituti, ad fortiores prætendisse honores sæpe probati sunt. Admonemus etiam fraternitatem tuam, ut in commissis sibi animabus solerter inuigilet, & animarum magis lucris quam commodis vitæ præsentis intendat. In continendis aut disponendis rebus Ecclesiæ diligens insista: ut omni ex parte susceptum dignè te gessisse pastoris officium venturus iudex cum ad iudicandum venerit, debeat approbare.

*dist. 34. præcipim⁹*

*Gregorius Ioanni Episcopo Squilatio. Ad idem admonet: ut supra. Caput. XXVI.*

*Episto. 26.*

**O**bitum Paulini Taurinensis Ecclesiæ, sed & illius Turretianæ Ecclesiæ antistitum, directa relatio pertinet. Quapropter visitationis destitutarum Ecclesiarum fraternitati tuæ operam sollemniter delegamus, quam ita te cõuenit exhibere, ut nihil de profectionibus clericorum, redditu, ornato, ministerijsque, vel quicquid illud est, in patrimonio eiusdem à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideo fraternitas tua ad prædictas Ecclesias ire properet: & assiduis adhortationibus clericum plebēque earundem Ecclesiarum admonere festinet: ut remoto studio vno eodemque consensu talem sibi præficiendum expectant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonicis nullatenus reipatur. Qui dum fuerit postulatus, cū sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & directionis tuæ testimonio literarum ad nos veniat consecrandus. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesia, nisi forte inter clericos earundem ciuitatum in quibus visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, poterit inueniri: Prouisurus ante omnia ne ad hoc cuiuslibet

conuersationis vel meriti laicæ personæ aspirare præsumat, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius parocchia constituta, sub tua cura disponito, neque quousque illic prius fuerit episcopus ordinatus esse concedimus: ut sollicitudinis tuæ vigilantia, proposito suo congrua deo iuuante actione respondeat.

*Gregorius Ioanni, clero, ordini & plebi consistenti Crotonæ. De Ioanne uisitatoe eiusdem Ecclesiæ.*

*Caput. XXVII.*

**V**estri antistitis obitū cognoscentes, curæ nobis fuit, destitutæ Ecclesiæ visitationem fratri & coepiscopo nostro Ioanni sollemniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de profectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministerijs: à quoquam usurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire: quatenus in Ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur, qui à venerandis canonicis nulla discrepet ratione. Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & uisitatoe pagina prosequente, ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicæ personam præsumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehetur, verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite: sed omnes quos ex vobis de laica personâ aspirasse contigerit, ab officio & à communione alienos faciendos proculdubio noueritis.

*Gregorius Ioanni episcopo Rauennati. De Viulando & Gauniano diacono. Cap. XXVIII.*

**I**urgantium controuersias celeri sententia terminare, & equitati proculdubio cõuenit & vigori. Quia ergo Viulandus præsentium lator, fraternitatis tuæ cognitionem implorat, diaconem Gaunianum contra quem se habere causam commemorat, fraternitas tua ad suum faciat accersiri iudicium, & amota dilatione, causæ veritatem subtili inquisitione discutiatur: & quæcunque iustitiæ ordo dictauerit, ac tua fuerit sententia definitum, & obseruare & implere partes modis omnibus compellantur.

*Gregorius Felici episcopo de Acropoli. Visitationem Velinæ, Vixentinae, & Blandanæ iniungit Ecclesiarum.*

*Caput. XXIX.*

**Q**uoniam Velina, Vixentina, & Blandana Ecclesia, quæ tibi in vicino sunt constitutæ, sacerdotis nocentur vacare regimine: propterea fraternitati tuæ earum sollemniter operam visitationis iniunximus: illud præ omnibus cõmonentes, ut ubi præfatarum Ecclesiarum siue dioceseos earum, vel diacones, siue religiosæ personæ inueniunt fuerint, districtè canonicèque ut uiuant, modis omnibus admonere studebis. Nec passim eis in qualibet re sit excedendi licentia, sed tuo moderamine atque prouisione inculpabiliter in qua sunt cõuersatione vel habitu perseuerent. Sciturus si quid secus accesserit, tuo neglectui modis omnibus imputari. Presbyteros quoque vel diacones, si in aliquibus Ecclesiis præuidebis ordinandos, si tales personæ fuerint quæ canonicis regulis morum vel vitæ qualitate nullo modo reprobentur, habebis per omnia ordinandi licentiā. Ministeria verò earundem Ecclesiarum ubi sint recõdita, sollicita indagatione perquire, quibus repertis ad nostram notionem perducere festinato: ut cognoscentes quid fiendum sit, adiutore domino disponamus.

*Gregorius Lucillo episcopo de Mellita. De clericis terras Africane Ecclesiæ tenentibus. Cap. XXX.*

**O**fficij nostri decet valde propositū, subiectis magnopere suadere, ut rebus debeant seruare fidem in pacis: ne dum inconsideratè lucrandi rapiuntur studio, pacificā vertant cõventionem in iurgium. Peruenit itaque ad nos, fraternitatis tuæ clericos, terras Africanæ tenentes Ecclesiæ, quod pensionem earundem possessionum dare contendant. Quod si verum est, & ad fraternitatis tuæ hæc sunt perlata notitia, tua in hoc desidia eorum culpa nutrita est. Ob quam re scriptis te presentibus admonemus: quatenus ad persoluendā pensionem nulla mora nullaque excusatione eosdē clericos uti permittas.



**A** permittas. Sed si fidem, honestatis contemplatione seruare possunt: tua districtione compulsi, quæ rationi conueniunt, cogantur implere. Nam si huius rei ad nos, denuo querela recurrerit, & de te aliam æstimationem habere incipimus, & in illos ut dignum est vindicabimus.

*Gregorius Benenato episcopo. Cumanam & Mustitanam unitas præcipit esse Ecclesias. Caput. XXXI.*

*Epistol. 31.  
C. 16. q. 1.  
Et tēporis.*

**E**t temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat: ut Cumanam atq; Mustitanam unire debeamus Ecclesias: quoniam hæ non longo à se itineris spatio seiunctæ sunt, nec peccatis facientibus tanta populi multitudo est, ut singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ huius expleuit, utranque nos Ecclesiam præsentis autoritatis pagina vnisse, tibi que commississe cognosce, propriumque vtrarumque Ecclesiarum licito te esse pontificem. Et ideo te quæcunque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione siue promotione, iuxta canonum statuta visa fuerint ordinare atque disponere: habebis, ut proprius reuera sacerdos, liberam ex nostræ autoritatis consensu atque permissione licentiam. Vbi vero commodius atque utilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sane ut alteram Ecclesiam cui corporaliter præsens non es, sollicita prouidentique cura disponas: quatenus diuina illic mysteria solenniter auxiliante domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortatione populi, lucrandaque animabus sollicitiori cura semper inuigilet: quanto se vnitarum Ecclesiarum gubernationis onera suscepisse cognoscit.

*Gregorius Ioanni episcopo Rauennæ. De Arnulpho. De episcopis Hystriæ. De baptizatis non rebaptizandis. Et de ordinatis non reordinandis. Aliisque quamplura. Caput. XXXII.*

*Epistol. 32.*

**Q**uod scriptis vestre beatitudinis minimè respondi, non hoc torpori meo, sed languori deputate: quia peccatis meis faciētibus, eo tēpore quo Arnulphus ad Romanam urbem venies, alios occidit, alios detruncat, tanta mœstitia affectus sum, ut in colicâ molestiam caderem. Valde aut mirabar quid esset quod illa mihi notissima sollicitudo vestra sanctitatis huic vrbi meisque necessitatibus minimè prodesset: sed scriptis vestris discurrentibus, agnouit vos quidem sollicitè agere, culpamque non habere. Peccatis ergo hoc meis reputo: quia iste qui nunc interest, & repugnare contra inimicos nostros dissimulat, & nos facere pacem vetat: quanuis iam modo, etiam si velit facere, omnino non possumus: quia Arnulphus exercitum Anceturith & Nordulphi habens, eorum sibi dari precaria desiderat: ut nobiscum aliquid loqui de pace dignetur. De causa verò episcoporum Hystriæ omnia quæ mihi vestra fraternitas scripsit, ita esse iam ante deprehendi in iis iussionibus, quæ ad me à piissimis principibus venerunt: quatenus me, interim ab eorum cōpulsionem suspenderem. Ego quidē pro iis quæ scripsistis, zelo atq; ardori vestro valde congaudeo: debitorque me vobis multipliciter factū pſiteor. Scitote tē quia de eadē re serenissimis dominis cum summo zelo dei & libertate referre non cessabo. Mouere autē vos non debet præfati excellentissimi viri Romani Patricij animositas, quia nos quanto eum loco & ordine præimus: tanto si qua sunt eius leuia, tolerare maturè & grauitè debemus. Si quando tamen est aliqua cum eo locus obtinendi, agat apud eum fraternitas vestra, ut pacem cum Arnulpho, si ad aliquid parū possumus, faciamus: quia miles de Romana vrbe ablati est, sicut ipse nouit. Theodosiani verò qui hic remanserunt, togam non accipientes, vix ad murorum custodiam se accommodant: & destituta ab omnibus ciuitas si pacem non habet, quomodo subsistet? Præterea de puella de qua scripsistis nobis, quæ de captiuitate redempta est, volo ut requirat sanctitas vestra qualiter orta sit, quia ignota persona non facile inuestigari potest. Illud autem quod dicitis, ut is qui ordinatus est, iterum ordinetur: valde ridiculum est, & ab ingenij vestri cōsideratione extraneum: nisi forte quod exemplum ad mediū deducitur, de quo & ille indicandus est qui tale aliquid fecisse perhibetur. Absit autem à fraternitate vestra sic sapere.

re. Sicut enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet: D  
ita qui consecratus est semel, in eodē ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotiū venit, pro culpa poenitentia indici debet, & tamē ordo seruari. De Neapolitana verò vrbe excellentissimo viro exarcho instantè inuicente vobis indicamus: quia à Regeius, ut cognouimus, cum Arnulpho se fecit: & reipublicæ contra fidē venit: & valde insidiatus est eidē ciuitati, in quam si celeriter dux non mittatur, omnino iam inter perditas habetur. De hoc quod dicitis incensæ ciuitati Severi schismatici eleemosynā esse mittendā: idcirco vestra fraternitas sentit, quia quæ contra nos præmia in palatiū mittat, ignorat. Quæ & si non trāsmitteret nobis, considerandū fuit quia misericordia prius fidelibus, ac postea Ecclesiæ hostibus est faciendā. Iuxta quippe ego iam tranſactō anno tranſmittere volui, sed inter hostes medios non præsumpsi. Videtur ergo mihi ut Claudium abbatem cum aliquanta pecunia ibi tranſmittere debeatis: & liberos quos illic pro præcio suo in seruitio teneri inuenerit, vel si qui adhuc sunt captiui, redimat. De summa verò eiusdem pecuniæ tranſmittendā, vobis certum sit, quia quis quid vos decernitis, mihi placet. Sin autem cum excellentissimo viro Romano Patricio agitis ut pacem facere cum Arnulpho debeamus, ego ad vos personam aliam tranſmittere paratus sum, cum qua mercedis causæ melius fiant. De fratre autem & cōepiscopo nostro Natali valde contristabar: quod de illo quædam superba cognoueram. Sed quia mores suos ipse correxit, meam tristitiam simul meipsum vincendo consolatus est. Pro qua re fratrem & cōepiscopum nostrum Malchū admone: ut priusquam ad nos veniat, ei rationes suas ponat: & tunc demum alibi vbi necesse est proficiatur. Et si eius actus bonos cognoscimus, ei fortasse vbi necesse est ut hoc ipsum patrimonium quod tenuit, restituamus.

*Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De heresi Donatistarum. Et de cura pastorali. Cap. XXXIII.*

**N**otū est charissime in Christo frater, quod antiquus hostis qui primum hominem de paradisi delictis in hæc eruosam vitam callida perſuasione deposuit: & in eo iam tūc humano generi poenam mortalitatis infixit, eadem calliditate nūc ouium dominicarum pastores, quod facilius gregem capiat, tranſſus conetur venenis inficere, & fure iam potestati propriæ vendicare. Sed nos qui, licet immeriti, sedem Apostolicā vice Petri Apostolorum principis suscepimus gubernādā, ipso pontificatus officio cogimur generali hosti quibus valeamus nisi obuiare. Porrecta igitur petitione insinuauerunt nobis præsentium latorum, Constantius & Mustellus, ut asserunt, Ecclesiæ Pudentiana diacones in Numidia prouincia constitutæ: Maximianum eiusdem Ecclesiæ antistitem in loco quo degit, corruptū præmio Donatistarum, episcopum noua licentia fieri permisisse: cum & si hoc anterior vsus permetteret, manere atq; persistere fides catholica prohiberet. Ob hoc ergo fraternitatem tuam scriptis præsentibus necessariò duximus adhortandam: ut veniente ad te Hilario chartulario nostro, adunato episcoporum vniuersali concilio, habito præ oculis terrore venturi iudicis, causa eadē subtili ac solerti debeat indagatione perquiri. Et si capitulum hoc à præsentium latoribus prædicto episcopo documentis idoneis fuerit approbatū, à dignitate officioque quo fungitur, modis omnibus degradetur: ut & ille ad poenitentia lucra per agnitionem delicti redeat: & ceteri tentare talia non præsumant. Aequum enim est ut qui Iesum Christum dominum nostrum hæretico accepta pecunia vendidit, ut fertur, ab eius videlicet sacrosancti corporis ac sanguinis tractandis mysteriis submoueat. Si qua autem inter eos extra crimen hoc damnorum quorundam vel priuatorum negociorum, sicut petitio diaconorum ipsorum cōtinet, versatur intentio: hæc tua fraternitas cum prædicto chartulario nostro priuata cognitione perquirat: & inter vtranque partem iustitia præcedente definiat. Porro autem præsentium latorum insinuatione didicimus. Donatistarum hæresim pro peccatis nostris quotidie dilatarī: & valde plures data per venalitem licentia, post catholicum baptisma à

*Epistol. 33.*

**G** Donatistis denuo baptizari. Quod q̄ grave sit frater, oportet nos tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus dominicum gregem non iam in nocte latenter, sed in aperta luce dilaniat: & nos eum grassari in ovium nece cernimus, & nulla ei sollicitudine, nullis verborum iaculis obviamus. Quos ergo fructus domino multiplicati gregis ostendemus, si & ipsum quem pascendum suscepimus, ociosa mente cernimus à bestia devorari? Studeamus igitur cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere, qui hyemales noctes, imbribus geluque constricti ducunt saepe pervigiles: ne vel una ovis, & non forte utilis pereat. Quam & si insidiator ore voraci momorderit, quomodo satagunt, quibus cordis anhelant aestibus, in quas voces ut eruant captum pecus angustia stimulante profiliunt: ne à gregis domino quicquid per incuriam perdididerint, exigatur? Vigilemus ergo ne quid pereat, ei si captum forte quid fuerit, vocibus diuinorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus: ut ille qui pastor pastorum est, vigilasse nos circa gregem suum suo dignetur iudicio comprobare. Hoc quoque vos necesse est solerter attendere: ut si qua contra latentes presentium eiusdem episcopi recta fuerit petitio, subtili debeat indagazione perquiri: & si fortasse ipsi quoque pro sua culpa iure feriendi sunt, nequaquam veniemus esse parcendum.

Mense Augusto. Indictione decima.

**H** Gregorius Ianuario episcopo Caralitan. Inter alia scribit de Isidoro sine causa excommunicato.

Caput. XXXIII.

Epistola. 34.

**S**acerdotale quod administramus officium mentis integritate pensemus, sic nos cū filiis nostris debet unire concordia, ut sicut patres in nomine, ita affectu probeamur in opere. Dum ergo tales nos esse quales praefati sumus oporteat: miramur cur aduersus fraternitatem tuam tanta querimoniarum moles exorta est. Quod quidem nos adhuc credere dubitamus. Sed ut veritatem valeamus agnoscere, Ioannem sedis nostrae notarium nostra illic praeeptione iusultum direximus, qui partes in electorum compellat adesse iudicio: & sua ad effectum executione quae fuerint iudicata perducatur. Quocirca fraternitatem tuam scriptis praesentibus adhortamur: ut causam apud se autem debeat merita pertractare. Et si qua se iniuste tulisse vel habere cognoscit, ante iudicium sacerdotis contemplatione restituar. Inter querelas autem multiplices: Isidorus vir clarissimus à fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo qui praesens erat, voluissimus addiscere: pro nulla alia causa, nisi pro eo quod te iniuriauerat, factum innotuit. Quae res nos vehementer affligit. Quod si ita est, nil te ostendit de caelestibus cogitare, sed terrenam te conuersationem habere significas: dum pro viuidicta propria iniuria, quod facris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuixisti. Unde de cetero omnino esto circumspectus atque sollicitus: & talia cuiquam pro defensione propria iniuriae tuae inferre denuo non praesumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.

Gregorius Ioanni episcopo. Triumtabernensium Ecclesiam suae Ecclesiae uniri praecipit. Cap. XXXV.

Epistola. 35. Cap. 16. q. 1. postquam.

**P**ostquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum, ita peccatis facientibus desolauit Ecclesias, ut reparandas spes nulla populo deficiente remanserit: maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus, reliqua plebis nullo pastoris moderamine gubernate, per inuia fidei, hostis callidi rapiantur, quod abest, insidias. Huius ergo rei sollicitudine saepe commoti, hoc nostro cordi sedit consilium: ut vicinis eas mandarem pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae curam gubernationisque Triumtabernensium Ecclesiae prouidimus committendam, quam tuae Ecclesiae aggregari uniriq̄e necesse est: quatenus vtrarumq̄ Ecclesiarum sacerdos recte Christo adiutore possit existere. Quaeque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione seu promotione, vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut pontifex proprius, liberam habeas ex nostra praesenti permissione licentiam. Quapropter frater

\* al. Treue reusum.

charissime dominicorum reminiscens salubriter mandatorum: ita in commissa plebis regimine lucrandis animabus inuigila, ut ante tribunal aeterni iudicis constitutus, fructum bonae operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, eidem redemptori nostro, in quo latari possis, exhibeas.

Gregorius uniuersis episcopis per Hybernia. De causa trium capitulorum. Cap. XXXVI.

**S**cripta vestra summa cū gratulatione suscepi: sed erit in me vberior valde letitia, si mihi de vestra contigerit reuerfione gaudere. Prima itaq̄ epistola vestrae fons, grauem vos pati persecutionem innotuit. Quae quidem persecutio dum non rationabiliter sustinetur: nequaquam proficit ad salutem. Nam nulli phas est retributionem praemiorum expectare pro culpa. Debetis enim scire sicut beatus Cyprianus dixit: quia martyrem non facit poena, sed causa. Dum igitur ita sit, incongruum nimis est de ea vos quam dicitis persecutione gloriari: per quam vos constat ad aeterna praemia minime prouehi. Reducat ergo charitatem vestram tandem integritas fidei ad matrem quae vos generauit Ecclesiam: nulla vos animorum intentio à concordiae unitate dissociet, nulla persuasio repetendo vos à recto itinere defatiget. Nam in synodo in qua de tribus capitulis actum est, apertio liquet nihil de fide conuulsum esse, vel aliquatenus immutatum: sed sicut scitis, de quibusdam illic solummodo personis est actitatum: quarum una cuius scripta euidenter à rectitudine catholicae fidei deviant, non iniuste damnata est. Quod autem scribitis quia ex illo tempore inter alias prouincias maxime flagelletur Italia: non hoc ad eius debetis intorquere obprobrium, quoniam scriptum est: Quem diligit dominus, castigat: flagellat omnem filium quem recipit. Si igitur ita est ut dicitis, ex eo tempore magis dilecta est apud deum, & modis omnibus approbata, ex quo domini sui meruit sustinere flagella. Quia vero non ita sit quemadmodum vos in eius insultatione affirmare conamini, rationem attendite. Postquam recordandae memoriae Virgilius papa in vrbe regia constitutus, contra Theodoram tunc augustam vel acephalos damnationis promulgauit sententiam: tunc Romana vrbs ab hostibus adita & captiuata est. Ergo bona causam habuerunt acephali, & iniuste danati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt? Absit. Hoc enim nec nostrum quēpiam nec alios qui catholicae fidei mysteris instituti sunt, dicere vel aliquo modo cōfiteri cōuenit. His demum cognitis, ab hac quandoque iam deliberatione recedite. Ut igitur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundilibrum quae ex hac re sanctae memoriae decessor meo Pelagius papa scripserat, vobis utile iudicauit transmittere. Quem si posito voluntariae defensionis studio, puro vigilantiq̄ corde sapienter volueritis relegere, eum vos per omnia seculuros, & ad unitatem vestram reuersuros nihilominus esse confido. Porro autem si post huius libri lectionem in ea qua estis volueritis deliberatione persistere, sine dubio non rationi operam, sed obstinationem vos dare monstratis. Unde iterum habita locutione charitatem vestram admoneo, ut quoniam deo suffragante fidei nostrae integritas in causa trium capitulorum inuiolata permansit: mentis tumore deposito, tato citius ad matrem vestram: quae filios suos expectat & inuitat, Ecclesiam redeatis: quanto vos ab ea quotidie expectari cognoscitis.

Gregorius Natali episcopo Salonitano. De conuiuio iustis & iniustis. Et de Honorato archidiacono.

Caput. XXXVII.

**Q**uasi oblita praecedentium scriptorum serie, sola vestrae beatitudini quae ad dulcedinem pertinerent. loqui decreueram: sed dum vestra epistola ad priora scripta ratiocinando reuocatur: iterum forsitan quaedam quae minus libeant, narrare cōpellor. In conuiuio enim defensionis vestrae fraternitas Abrahamae conuulsum memorat, in quo, teste sacro eloquio, tres angelos suscepisse perhibetur. Sed hoc exemplo neque nos beatitudinem vestram de conuiuio reprehendimus, si hanc suscipere angelos in hospitalitate cognoscimus. Rursum narrat Isaac fatiatum benedictionem filio dedisse. Quae vtraque veteris testamenti quia ita sunt gesta per historiam, ut tamen signaret aliquid per allegoriam:


Epi. 36.

Hebr. 12.

M

Epi. 37.





**A**riam: utinam valeamus sic res gestas legendo percurrere, vt possimus etiam gerendas prauidendo tentare. Ille quippe in tribus angelis vnum salutans, trinitatis subsistentias vnus substantiæ esse declarauit. Ille vero satiatus benedixit filiũ, quia qui diuinis epulis repletur, illius sensus in prophetiæ **B**ibite et tenditur. Diuinæ autem epulæ sacri eloquij verba sunt. Si igitur assidue legitis, si exemplum ab exterioribus trahentes, interna penetratis, quasi de agri venatione satiatum, mentis ventrem repletis: vt anteposito filio, suscepto vide licet populo, possitis ventura nunciare. Sed iam in hoc seculo caligat qui de deo aliquid prophetat: quia profectò dignum sensus per allegoriam intus coruscat. Hęc ergo ad vosmet ipsos trahite: & si vos tales cognoscitis, nihil est quod de vestra aestimacione dubitetis. Gaudere quoque beatitudinem vestram inuenio, si voracis nomen cum rerum auctore sustineat. Quod ego breuiter expono, quia si de vobis falsum dicitur, nomen hoc veritaterum conuincit. Si verò de vobis verum est, quod de illo falsum fuisse quis dubitet? absolueret vos non valet par nomen, quorum dispar est causa. Nam cū eo crucē etiā periturus latro suscipit: sed quem reatus proprius tenuit, par crucifixio non absoluit. Ego autem quāuis valeo precibus depono: vt sanctissimam fraternitatem vestram auctori nostro non solum nomen, sed etiam causa coniungat. Conuiuia autem quæ ex intentione impendendę charitatis fiunt: recte sanctitas vestra in suis epulis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc veraciter ex charitate procedunt: cū in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur: & non inanes in eis secularium negociorum fabulę, sed verba lectionis sacrae audiuntur: cū non plus quā necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reñcitur, vt ad vsum exercendę virtutis habeatur. Hęc itaque si vos in vestris conuiujs agitis, abstinentiam fateor magistri estis. Quod ergo Pauli Apostoli testimonium ad me posuistis, in quo ait: Qui non manducat, manducantem non iudicat: omnino existimo incongruum fuisse: quia neque ego nec comedo, neque ad hoc a Paulo dictum est, vt membra Christi quæ in eius corpore, id est, in Ecclesia inuicem sibi charitatis compage connexa sunt, nullā de se vllō modo curā gerāt. Sed si neque ego ad te, neque tu aliquid pertineres ad me, iure tacere compellerer: vt cum non reprehenderem qui emendari non posset. Hęc ergo sententia solummodo propter eos dicta est, qui illos iudicare student, quorum sibi cura commissa nō est. At postquā nos auctore deo vnum sumus, si ea quæ nobis corrigenda sunt tacemus, valde delinquim⁹. Ecce fraternitas tua ægre se tulit de conuiujs a me esse reprehensam, cū ego qui et si hanc non vita, tamen loco transgredior, ab omnibus corripī, ab omnibus emendari paratus sim. Et hunc solum mihi **C**amicum aestimo, per cuius linguam ante apparitionem districti iudicis mea: maculationis tergo. Illud autem frater dulcissime quod tribulationibus pressum te legere posse abnegas: minus ad excusationem idoneum puto, cū Paulus dicat: Quæcunq; scripta sunt, ad nosmum doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Si igitur ad consolationem nostram sacra scriptura præparata est, tanto magis debemus legere, quanto magis nos conspiciamus sub tribulationum fasce lassari. Si verò in ea solummodo sententia est fidendum, quam in epistola vestra posuistis, qua dominus dicit: Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquamini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: sacra ergo ad nos eloquia frustra madata sunt: quia repleti spiritu, verbis exterioribus non egemus. Sed aliud est frater charissime quod angustiati persecutionis tempore absque dubitatione confidere: aliud quod in tranquillitate Ecclesiæ agere debemus. Oportet etenim nos per spiritum hunc modo legendo percipere quæ possumus: si contigerit causa in nobis esse, etiam patiēdo demonstrare. Valde verò in epistola vestra gauisus sum, quod vos exhortationi studium dare fatemini. In hoc etenim scio quia curam vestri ordinis solerter agitis, si ad auctorem vestrum & alios trahere

re curatis. Quod autem in eodem loco dicitis vos mei similes non esse, post abortam legitiam me ilico contristastis: quia laudes meas per irrisionem dici existimo, quas per veritatē minimē recognosco. Ago autem omnipotenti deo gratias: quia per vos quidam heretici ad sanctam Ecclesiam reuocantur. Sed curare vobis necesse est: vt ipsi quoque qui intra sanctæ Ecclesiæ gremium continentur, ita vuant, quatenus eius aduersarij prauis moribus non existant. Nam si non diuino desiderio, sed terrenis cupiditatibus, voluptatibusq; deseruiunt: intra eius gremium filij alieni nutriuntur. Quod autem vos fatemini ecclesiasticos ordines ignorare non posse: ego quoque hoc de vobis per omnia scio, atque idcirco valde contristor: quia cū rerum ordinem scitis, in me quod peius est sciendo deliquistis. Postquam enim ad beatitudinē vestram, & decessoris mei, & mea in causa Honorati archidiaconi scripta directa sunt: tunc contempta vtriusque sententia, præfatus Honoratus proprio gradu priuatus est. Quod si qualibet ex quatuor patriarchis fecisset, sine grauissimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset. Tamen postquam fraternitas vestra ad suum ordinem rediit, nec ego mea, nec decessoris mei iniuriæ memor sum. Quod vero dicitis nostris temporibus debere seruari quæ a meis quoque prædecessoribus tradita atq; custodita sunt: absit hoc a me, vt statuta maiorum confacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo. Sed cū responsales vestri aduenerint: quæ inter vos & præfatum Honoratum archidiaconem sunt iusta cognoscām: & ex ipso meo examine perpendetis, quia si pars vestra per iustitiam fulta est, nihil aduersi a me perferetis, sicut nec antè pertulistis. Si uero læpessato Honorato archidiacono in assertionem suam iustitia iustragatur: ex eius absolutione monstrabo, quia personas etiam quas noui, in iudicio non agnosco. De excommunicationis verò articulo iam, vt ita dicam, ex necessitate subiuncta est: beatitudo vestra immerito queritur, cū Paulus Apostolus dicit: In promptu habentes vlcisci omnem inobediētiā. Sed ista iam transeat, ad nostra redeamus. Si enim recte agit, ego domino Natali non possum coniunctus non esse, cuius me affectui valde esse debitorem noui.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De ecclesia Liparitana ordinanda. Caput. XXXVIII.*

**L**ocis inimicis Ecclesia constituta, pastoris vacare non debet officio. Quia igitur Ecclesia Liparitana sacerdotie priuata dinoscitur: ideo Paulinū Taurianēsis Ecclesiæ episcopum in prædicta Ecclesia Liparitana fraternitas tua sine mora præesse constituat: vt officij sui administrationem in eadem Ecclesia vigilanter exhibeat: & quæq; eius utilitatibus conuenire didicerit, ordinare non desinat. Cunctumq; clerum vt in omnibus canonicè ei obedire debeat, admoneas: quatenus præfate Ecclesiæ in cunctis utilitas, prædicto fratre & coepiscopo nostro disponente, Christo adiuuante procurari valeat.

*Data pridie Martij. Indictione decima. Gregorius Dominico episcopo Carthagenensi gratiarum actiones reddit. Et de cura pastoralis admonet, & de ecclesiasticis priuilegijs. Caput. XXXIX.*

**P**relatas ad nos serius per Donatum, atque Quoduultideum, reuerēdissimos fratres & coepiscopos nostros: necnon & Victorem diaconem vel Angelum notariū vestræ fraternitatis epistolas summa cū gratulatione suscepimus. In quarum et si nos sustinuisse dispendium tarditate putauimus: tamen de vberiori reperimus charitate cōpendium, vt hac dilatione temporis, non interrupta videatur: sed nutrita dilectio, quam miserante domino, contemplatione sacerdotij, lectionis vsu, etatisq; in vobis cognoscimus iam maturitate fundatam. Non enim tam largè de te fueret, si in tuis plurimas venas mentibus non haberet. Hanc ergo matrem custodemq; virtutum sanctissime frater in concussa stabilitate teneamus. Nullæ in nobis eam subdolorum linguæ imminant: nullæ antiqui hostis insidiæ corrumpant. Hęc nanque diuisa iungit, & cōiuncta custodit. Hęc humilia sine

*Perte. 1. dist. 44. Conuiuia.*

*Roma. 14.*

*Roma. 15.*

*Mat. 10.*

*Cā. 25. q. 2. Quod uenit, rō. E*

*Cā. 24. q. 3. De excommunicationis. 2. Cori. 10.*

*Epist. 38.*

*Epist. 39.*

**G**lia sine timore subrigit. Hæc erecta sine deiectione submit-  
tit. Per hanc vniuersalis Ecclesie vuitas, quæ est compago  
corporis Christi, exequatione mentis gaudet in singulis, cum  
sit ei disparitas in diuersitate membrorum. Per hanc eadẽ  
membra & alieno gaudio in suis afflictæ exiliunt, & alienis  
mæroribus etiam in suis læta contabescunt. Testem enim  
magistro gentium, dum si quid patitur vnum membrorum,  
compatiuntur cetera membra: & si gloriatur vnum mem-  
brum, congaudent omnia membra: vos non ambigo de no-  
stra perturbatione ingemiscere, cum nos omnino certum  
sit de vestra pace gaudere. Quod verò ordinationi nostræ  
fraternitas vestra congaudet, affectum mihi integerrimæ  
charitatis exhibet. Sed ex consideratione huius ordinis mē-  
tem meam, fateor, transuerberat vis doloris. Graue namq; est  
pondus sacerdotii: prius quippe est sacerdoti necesse vt cæ-  
teris ad exemplum viuat: ac deinde seruandum, vt mentem  
per ostensa exempla nõ eleuet. De prædicationis semper mi-  
nisterio cogitet: intentissimo timore considerans quod re-  
cessurus ad percipiendum regnum dominus, & talenta ser-  
uis distribuens, dicat: Negociamini dum venio. Quod pro-  
fecto negocium tunc verè nos agimus, si viuendo & loquen-  
do proximorum animas lucratur: si infirmos quoque cœ-  
lestis regni gaudia prædicando, in superno amore roboram-  
us: si proteruos ac tumidos, gehennæ supplicia terribiliter  
insonando, flectimus. Si nulli contra veritatem parcimus. Si  
supernis amicitias dediti, humanas inimicitias non timemus.  
Quod nimirum exhibens, quasi quoddam se sacrificium ob-  
tulisse deo Psalmista nouerat, cum dicebat: Nonne qui ode-  
rant te deus oderam illos, & super inimicos tuos tabescebã?  
Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Sed ad  
hoc ego pondus meæ infirmitatis expauesco: & quod acce-  
pto regno pater familiã redeat, rationem nobiscum positu-  
rus, aspicio. Sed qua eum mente sustineo, cui de suscepto ne-  
gocio animarũ lucrum aut nullum, aut penè nullum repo-  
to? Tua ergo me oratione frater charissime adiuua: & que  
de me formidare me conspicis, in temetipso quotidie timore  
providę sollicitudinis pensa. Per charitatis quippe compa-  
gem, & tua sunt quæ de me loquor, & mea que te agere cõ-  
cupisco. De Ecclesiasticis verò priuilegiis quod vestra fra-  
ternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat: quia sicut  
nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua iura  
seruamus. Nec cuiuslibet, fauente gratia, vltra quàm meretur  
impartior: nec vlli hoc quod sui iuris est, ambitu stimulare  
derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio: sicq;  
studeo honorare singulos subuehi, dummodo non sit quod al-  
teri iure ab altero possit opponi. Responsalium verò nostro-  
rum moribus valde congaudeo: in quibus mihi ostensum est  
quantũ me diligitis, qui ad me electos fratres & filios trans-  
misistis.

**I** Data decimo Augusti. Indictione. xj.  
Finis.

INCIPIUNT EPISTOLAE EX  
Registro beati Gregorii. Indictione. xj.

Gregorius Petro subdiacono Campanie. De persecu-  
tione Pauli episcopi. Caput. XL.

Epistola. i.



**Q**VALE in castello Luculano sit sce-  
lus in Paulo fratre & coepiscopo no-  
stro commissum, directa nobis fecit  
relatio manifestum. Et quia his die-  
bus Scholasticus vir memorabilis Ca-  
panie iudex hic præsens inuentus est,  
specialiter ei iniunximus, vt tãte per-  
uersitatis insaniam districta debuif-  
set emendatione corrigere. Sed quia nunc prædictę relatio-  
nis portitor nos vt personam dirigeremus admonuit: ideo  
Epiphanium subdiaconem illuc direximus: qui vnã cum præ-  
fato iudice à quibus excitata sit vel commissa seditio, inue-  
stigare ac cognoscere possit, & digna vltione vindicare. Ex-  
perientia ergo tua ita tota virtute in hac causa solatiari fe-  
stinet, quatenus & cognosci veritas, & in delinquentes valeat  
vindicata procedere. Quoniam igitur mæcipia gloriosę Cle-

mentie in eodem scelere interfuisse, & voces quæ seditionẽ  
commouerant iactasse dicuntur, si ita est, districtè ea immi-  
nenti vltioni substerne: nec pro persona vllius sit vestra seue-  
ritas remissior: quia tanto amplius ferienda sunt, quanto, vt  
pote nobilis scemine pueri, ex sola superbia deliquerunt. Sed  
& illud subtili vos oportet indagatione perquirere, vtrũ ne  
prædicta scemina in tanta habuerit sceleris immanitate cõ-  
siliũ: aut si cum eius est scientia perpetratum: vt quàm sit  
periculosum non solum manibus, sed etiam in sacerdotem  
verbis excedere, ex nostra cuncti possint defensione cogno-  
scere. Si quid enim in hac causa lentatũ fuerit vel omisium,  
ad tuam culpam, ac potius cognoscas pertinere periculum:  
nec aliquem apud nos excusationis locũ inuenies. Nam quan-  
to te apud nos res ipsa si districtissimè fuerit perscrutata &  
emendata commendat: tanto si lentata fuerit, nostram con-  
tra te scito indignationem exacui. Mancipia autem si qua de  
cetero in monasterio sancti Seuerini vel in alia Ecclesia eius-  
dem castelli de ciuitate refugerint: mox vt ad notitiam tuam  
peruenerit, nullo modo illic ea immorari liceat, sed intra ci-  
uitatem in Ecclesiam reuocentur: & si iustam contra domi-  
nos suos querelam habuerint, cum congrua ordinatione de  
Ecclesiis exire necesse est. Si verò venialem culpam commi-  
serint, dominis suis accepto de venia sacramento, sine mora  
reddantur.

Gregorius Paulo episcopo. Consolatoriam scribit  
epistolam. Caput. XLI.

**L**icet nõ mediocriter nos cõtristauerit cognita quæ es  
perpeffus iniuria: habemus aliquam tamen consolatio-  
nis materiam, quod laudem tuam huic rei inesse co-  
gnouimus: ob id quod pro aequitatis reẽtitudine hoc, quan-  
tum directa nobis patefecit relatio, pertulisti. Vt ergo ad  
maiorẽ fraternitatis tuæ gloriam applicetur: hæc res con-  
stantiam tuam nec frangere, nec à via debet veritatis auer-  
tere. Nam maior in sacerdotibus merces est, in veritatis tra-  
mite etiam post iniurias permanere. Ac ne tantæ impietatis  
insania inulta remaneat, & in peius indisciplinatio pernicio-  
sa prorumpat, Scholastico viro memorabili Campanie iudi-  
ci: quia hic præsens inuentus est, vt hæc digna coerctioe vin-  
dicare debuisset, iniunximus. Sed quia homines tui à nobis  
vt personam dirigeremus, petiuerunt: propterea Epiphaniũ  
subdiaconem illuc nos transmississe cognosce: qui vnã cum  
supra scripto iudice inuestigare valeat ac cognoscere veri-  
tatem: quatenus in eos à quibus tantum facinus commissum  
confiterit vel perpetratum, sua instantia dignam faciat ex-  
erceri vindictam.

Gregorius Ioanni abbati. De Bonifacio preposito.  
De tunica sancti Ioannis. De causa Floriani. De cura  
animarum. De hospitibus, & de pauperibus.  
Caput. XLII.

**P**etit dilectio tua vt frater Bonifacius in monasterio  
tuo à te debeat ordinari prepositus: quod ego valde  
miratus sum, quia ante factum non est. Nam ex quo il-  
lum tibi dari feci, iam eum ordinare debuisti. De tunica ve-  
rò sancti Ioannis omnino gratè suscepi, quia sollicitus fui-  
sti mihi indicare. Sed studeat dilectio tua mihi ipsam tuni-  
cam, aut quod melius est, eundem episcopum qui eam ha-  
bet, cum clericis suis: & cum ipsa ad me transmittere: quate-  
nus & benedictione tunicæ perfruamur, & de eodem episco-  
po vel clericis mercedem habere valeamus. Causam verò  
quæ cum Florianò vertitur, incidere volui: etiã ei vel octo-  
ginta solidos mutuos dedi. Quos ille credo disponit sibi  
pro monasterij debito recompensari, & omnino volo eandẽ  
causam decidi: quia Stephanus chartularius dicitur immi-  
nere, vt eam prædictus Florianus in publico transferat, &  
graue nobis est cum publico litigare. Vnde necesse est no-  
bis aliquid cedere: vt possimus eandẽ causam ad composi-  
tionem perducere. Quod dum factum fuerit, dilectioni tuæ,  
deo auxiliante, nunciabimus. De fratrum verò animabus esto  
sollicitus. Sufficiat iam quod opinio monasterij per vestram  
negligentiam inquinata est. Non frequenter foras egredia-  
ris, in causis istis procuratorem institue: & tu ad lectio-  
nem atque orationem vaca. De hospitalitate esto sollicitus, quan-  
tum potes



**A** tum potes pauperibus largire: ita tamen vt serues quod Floriano restitui debeat. In ipsis autem fratribus monasterij tui quos video, non inuenio eos ad lectionem vacare. Vnde considerare necesse est quantum peccatum est: vt ex aliena oblatione deus vobis alimoniam transmiserit, & vos mandata delicti non diligatis. De sex vero vncias domus, si authenticam chartulam non videmus aut exemplaria, nil possumus facere. Sed Florentino dei famulo praeceptum transmisi, vt si ei veritas constiterit, easdem sex vncias vobis restituat. Quibus restitutis, reliquis sex vncias aut in emphiteusim damus, aut redditus commutamus.

*Gregorius Bonifacio episcopo Regien. De humanis laudibus uitandis. Caput. XLIII.*

Epistola. 4.

**Q**uibusdam venientibus agnoui fraternitatem tuam misericordiae operibus vehementer insistere, atque omnipotenti deo gratias retuli: quia iuxta egregij praedicatoris vocem, nunc viuimus, si vos statis in domino. Sed illud, fateor, multis vobis nunciastis, ex qua re collegi, quod mens vestra non studeat dei oculis, sed humano iudicio placere. Vnde necesse est frater charissime, vt cum bona exterius agis, haec interius cum magna cautela custodias: ne appetitus placendi hominibus subrepat, & omnis labor boni operis incassum fiat. Nos enim qui sumus, quibus placere ab hominibus quaeritur? Quid nanque aliud quam puluis & cinis sumus? Sed illi tua fraternitas placere desideret, qui & non longè est vt appareat: & omne quod retribuerit, finem nullo modo habebit.

Menfe Octobri. Indictione vndecima.

*Gregorius Petro subdiacono Campaniae. De violentis laicorum reprimendis. Caput. XLIII.*

Epistola. 5.

**S**icut in iudiciis laicorum priuilegia turbare non cupimus: ita eis praedicatoribus, moderata te volumus auctoritate resistere. Violentos nanque laicos coercere, non contra leges est agere, sed legi ferre subsidium. Quia igitur Deus dedit generi Felicis de Ortacello praesentiu latrici violentiam irrogasse deo: officium praesentiu latrici violentiam vt viduitatis eius deiecit: non misericordiam deuocare, sed eius inueniatur roborare malitiam: praecipimus experientiae tuae, vt tam contra praesentiu virum, quam in ceteris causis in quibus se asserit praesentiu femina praedictum sustinere, tuae ei solatiu tuitionis impendas: nec a quolibet eam praegrari permittas, ne vel ea quae tibi salua tamen aequitate mandantur, in aliqua inueniaris parte negligere, vel viduis aliisque pauperibus, dum illic auxilium non inueniunt: ex huius itineris profligantur longinquitate dispendia.

*Gregorius Ioanni episcopo prima Iustiniana. De iniusta condemnatione Adriani episcopi. Caput. XLV.*

Epistola. 6.

**P**ost longas tribulationes suas quas Adrianus Thebanae ciuitatis episcopus a eosacerdotibus suis velut ab hostibus pertulit, in Romanam ciuitatem confugit. Et licet aduersus Ioannem Larissensem episcopum eius fuisset prima suggestio, non ab eo in causis pecuniariis reseruatibus legibus iudicatum: tamen post haec magis contra personam fraternitatis tuae, a qua non iuste se a sacerdoti gradu flagitabat esse deiectum, grauissimè querebatur. Sed nos indiscussis petitionibus non credentes, eadem quae apud Ioannem fratrem & coepiscopum nostrum, vel quae apud fraternitatem tuam sunt acta relegimus. Et quidem de memorati Ioannis episcopi Larisseni iudicio, quod fuerat appellatione suspensum, satis & piissimi rerum domini ad Corinthi episcopum missis iussionibus decreuerunt. Et nos quoque per praesentiu latrores epistolis nostris ad praesentiu Ioannem Larissensem directis, Christo auxiliante decreuimus, cum diuersi disceptatione iudicij, cuius examinationem tibi imperialia iussa tradiderant: & inspecta gestorum apud Ioannem episcopum de criminalibus habitorem serie ventilarem, reperimus prope nil te quod ad nominatas indicatasque sibi causas attinuit, exquisisse: sed machinationibus quibusdam testes aduersus Demetrium diaconem in damnatione eiusdem episcopi produxisse. Qui cum de illo, quod nec audiri phas est, testimonium dicentem se audisse perhiberent. Quod dum

praesens Demetrius contradiceret se dixisse, aduersus sacerdotalem morem disciplinamque canonicam, deiectum honore suo diaconem proconsuli prouinciae tradidisse. Qui cum multis laniatus verberibus aduersus episcopum suum forsitan aliqua potuisset tormentorum necessitate mentiri, vsque ad finem negocij nihil eum de quibus interrogabatur penitus inuenimus fuisse confessum. Sed nec alia in gestis ipsis, siue per depositionem testium, siue per Adriani professionem, quod ei potuisset obesse, reperimus. Sed tantum fraternitas tua nescio quo mentis motu, diuino humanoque iure contempto, abruptam protulit in eius damnatione sententiam: quae licet non esset appellatione suspensa, contra leges canonicasque prolata, ipso non poterat iure subsistere. Postquam tamen ex abundanti appellatione tibi constat esse porrectam: mirati sumus cur nec homines tuos secundum cautionem Honorato diacono nostro per responsales tuae Ecclesiae expositam, qui tui iudicij rationem potuissent reddere, transmissisti. Quod factum te vel de contumacia, vel de conscientiae trepidatione redarguit. Si igitur haec quae nobis aperta sunt veritate vallantur: quoniam occasione virium nostrarum consideramus nos iniusta praesumere: de his aliis secundum id quod a nobis deliberatum fuerit, Christo auxiliante decernemus. Quod vero ad praesens attinet, cassatis prius atque ad nihilum redactis praedictae sententiae tuae decretis: ex beati Petri Apostolorum principis auctoritate decernimus, triginta dierum spatium sacra te communionem priuatum, ab omnipotenti deo nostro tanti excessus veniam cum summa poenitentia ac lachrymis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognouerimus implese remissius, non iam tantum iniustitiam, sed & contumaciam fraternitatis tuae cognoscas adiuuante domino seuerius puniendam. Praefatum vero Adrianum fratrem & coepiscopum nostrum ex tua sententia, vt diximus, nequaquam canonibus neque legibus existente damnatum, in suum locum atque ordinem reuerti Christo conatante disponimus: vt nec illi fraternitatis tuae noceat contra iustitiam tramitem prolata sententia: nec charitas tua pro placanda futuri indignatione iudicis, incorrecta remaneat.

*Gregorius Ioanni episcopo Larisseno. De iniusta condemnatione Adriani. Caput. XLVI.*

**F**rater noster Adrianus, Thebanae ciuitatis episcopus, ad Romanam urbem veniens, lachrymabiliter est conuestus de quibusdam capitulis se a fraternitate tua, necnon a Ioanne prima Iustiniana urbis episcopo, non legitime neque canonicè condemnatum. Cumque per diuturnum tempus nullam diuersae partis videremus huc aduenire personam, quae eius debuisset obiectionibus respondere: necessario cognoscere de veritatis intuitu, ea quae penes vos acta sunt, relegenda tradidimus. Ex quibus cognouimus Ioannem atque Cosmam diacones, vnum pro lubrico corporis, alterum pro fraudibus Ecclesiasticarum rerum proprio depulso officio, de pecuniariis criminibusque capitulis aduersus eum piissimis dominis oblata eorum sit detecta fallacia: quia cum consensu omnium clericorum haec contra suum pontificem se suggestisse professi sunt. Post haec tamen vt breuiter quaedam strictimque, quae apud te sunt acta percurrant. Stephani Thebani diaconi: cuius vitam quasi sciens turpissimè Adrianus episcopus, non eum sui ordinis honore priuauerat. Quod capitulum nullus deductorum testium ad Adriani episcopi dicit peruenisse notitiam: nisi quod solus Stephanus turpis vitae, suaeque professione damnabilis, dicitur esse confessus. Secundum capitulum aduersus eum videtur esse propositum, de infantibus eius iussu a sacri baptismatis susceptione prohibitis, atque ita inabluta sorde peccati defunctos in tenebris. Sed nullus

Epistola. 7.  
Ca. 16. q. 1.  
Frater.

F

G Sed nullus aduersus eum deductorum testium professus est nosse se tale aliquid ad Adriam episcopi peruenisse notitiam: sed à matribus infantum, quarum viri remoti pro culpis, ut dicitur, ab Ecclesia fuerant, se cognouisse dixerunt. Sed nec in baptizatos eos mortis tempus professi sunt occupasse: sicut accusatorum continebat inuidiosa suggestio: cum in Demetriade ciuitate baptizatos eos esse cõstitit. Et hæc quidem de criminalibus causis. De pecuniariis verò qualiter à te fuerit iudicatum: inquisitio deputatorum à principe virorum piissima iussione serenissimis principibus attestatur. Nam cum tuam sapientiam Adrianus suspendisset appellatione sententiam: quantum ex quatuor testium depositionibus apud Ioannem primæ Iustinianæ episcopum prolatis agnouimus, arctissima detrusus custodia, libellum in quo obiecta sibi conuinceretur capitula, tua coactus est fraternitate porrigere. Qui quidem in porrecto à se libello de pecuniariis inuenitur tuæ consensisse sententiæ. Criminalia verò medio quodam dubioque verborum calle transcurrit: ut & tua quibusdam subiectis nebulis frustraetur intetio, & ipse porro à confessione imperplexæ locutionis obicuratate refugeret. Cuius porrecta appellatio per homines eius, cæteraque quæ penes te gesta sunt, piissimis fuissent deportata principibus, deputatis: ut diximus, Honorato diacono sedis nostræ: & Sebastiano glorioso antigrapho, cunctisque examinatis subtiliter à serenissimis est dominus ab omnibus iustificationibus absolutus. Sed nescio quibus machinationibus exquisitis alia rursus est principalis iussio elicitæ: ut de cunctis antefatis capitulis Ioannes primæ Iustinianæ episcopum requirens subtiliter iudicaret. In cuius iudicio omnes clerici Adriani episcopi, & Demetrius diaconus inter tormeta professus est, omnem hanc contra Adrianum episcopum calumniam fraternitatis tuæ machinatione confectam. Nec aliqua de capitulis ipsis quæ in tua audientia criminaliter obiecta fuerant Adriano episcopo, sunt probata. Sed prouenit alia contra canones & leges in Demetrio diacono eius aliique personis crudelis atque dolosa discussio, in qua nihil penes re pertum est, ex quo saepe memoratus Adrianus damnari legitime debuisset: sed magis ex quo potuisset absolui. Sed de Ioanne primæ Iustinianæ urbis antistite, ac de nequissimo eius damnandoque iudicio aliàs sumus repante domino tractaturi. Adrianum verò episcopum reperimus, & tuo contra sacerdotales mores odio laborasse: & nullo iure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuæ condemnatum fuisse sententia. Quia igitur & ab antefato Ioanne primæ Iustinianæ episcopo contra ius canonicum, depositus, honoris sui gradu carere non potuit, in sua eum reformatæ Ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo dominici corporis communionem priuari, quod ad nonitionem sanctæ memoriæ decessoris mei contempta, per quam eum Ecclesiamque eius de tuæ iurisdictione potestatis exemit, rursus in eis aliquid tibi iurisdictionis seruare præsumpseris: tamen nos humanius decernentes, cõmunionemque tibi sacramentum interim cõseruantes, decernimus: ut fraternitas tua ab eo Ecclesiaque eius omnè ante habitæ suæ potestatem iurisdictionis abstineat: & secundum scripta decessoris nostri, si qua causa vel fidei vel criminis, vel pecuniaria aduersus præfatum Adrianum consacerdotem nostrum potuerit euenire, vel per eos qui nostri sunt vel fuerint in vrbe regia responsales, si mediocris est quæstio, cognoscatur: vel huc ad Apostolicam sedem, si ardua est, deducatur: quatenus nostræ audientis sententia decidatur. Quod si contra hæc quæ statumus, quolibet tempore, seu qualibet occasione vel surreptione venire tentaueris, sacra scias te communionem priuatum: nec eam te, excepto ultimo vite tuæ tempore, nisi concessa Romani pontificis decernimus iussione percipere. Hæc enim consona sanctis patribus definimus sanctione, ut qui sacris nescit canonibus obedire, nec sacris administrare, vel cõmunionem capere sit dignus altaribus. Res autem siue sacras siue aliàs mobiles immobilesque eius Ecclesiæ quas hæcenus diceris retinere: quarum notitiã nobis oblatam præsentibus annectimus literis, sine aliqua ei dilatiõne fraternitas restituat. De quibus si qua inter vos quæstio vertitur, volumus ut apud responsalem nostrum in vr-

Cã. 16. q. 1.  
Frater noster.

be regia ventiletur.

Gregorius Natali archiepiscopo Salonitano. Ut non deponatur episcopus nisi in conuentu episcoporum.

Caput. XLVII.

Cum cuncta negotia indagandę sollicitudine veritatis indigeant: tum quæ ad deiectionem sacerdotaliũ graduum pertinet, districtius sunt trutinanda, in quibus non tam de humanis constitutis, quam de diuinę quodammodo benedictionis refragatione tractatur. Quæ res quoque nos in Florentiæ Tauritanę ciuitatis episcopi persona, ad exhortationem vestræ fraternitatis admonuit. Nunciatũ siquidẽ nobis est à quibusdã fuisse eum in causis criminalibus accusatum: & nullis canonicis probationibus exquisitis: nec sacerdotalis concilii præueniente iudicio, eum ab honoris officio non iure, sed autoritate depositum. Quia ergo non potest quenquam episcopatus gradu, nisi iustis ex causis concursu sacerdotum summouere sententia: hortamur fraternitatem vestram, ut præfatum virum ex eodem in quo detrusus est eici faciat exilio, causamque eius episcopali disceptatione perquiri. Et si in his in quibus accusatur, canonica fuerit probatione conuictus, canonica procul dubio est ultione plectendus. Quod si aliàs quàm de eo æstimatum est, synodali fuerit inquisitione compertum: necesse est ut & criminatores iusti districtiorem iuris exhorreant, & in criminato innocentie suæ seruentur illibata suffragia. Executionem verò antefati negocii cum Antonino subdiacono nostro, ex nostra præceptione mandauimus: quatenus eius instantia & quæ sunt legibus canonicis placita decernantur, & decreta iuuante domino mancipentur effectui.

Gregorius Antonino subdiacono. De Florentino episcopo iniuste deposito. Caput. XLVIII.

Pervenit ad nos Florentinum Epitauritanę ciuitatis episcopum præceptis prius rebus eius pro quibusdã non approbatis criminibus sine sacerdotali concilio fuisse damnatum. Et quia nõ debet is pœnam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia: precipimus experientie tuæ, ut Natali fratri & coepiscopo nostro debeas innuere, quatenus supra dictum virum de eodem eici faciat quo nunc dicitur detrusus exilio. Conuocatoque episcoporum concilio, si hæc in quibus accusatus est, ei canonicè fuerint approbata, præfati Natalis fratris & coepiscopi nostri volumus in eũ propriũ robur obtinere sententiam. Sin autem generali fuerit iudicio absolutus nec eũ deinceps cuiuslibet præiudicio subiacere permittas: & præfate res districta tuæ sollicitudinis restituantur instantia. Necesse est ergo ut quanto grauiora talium negociorũ perpendis pondera: tanto ea maturiori vigilantiorique studeas executione complere.

Gregorius Sauiño subdiacono. De Chalcedonensi synodo, & de aliis tribus synodis recipiendis.

Caput. XLIX.

Exeuntes maligni homines turbauerunt animos vestros, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant: astruentes quod aliquid de sancta Chalcedonensi synodo piæ memoriæ Iustiniani temporibus sit imminutum, quam omni fide omnique deuotione veneramus. Et sic quatuor synodos sanctæ vniuersalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Euãgeliũ recipimus. De personis verò de quibus post terminum synodi aliquid actum fuerat, eiusdem piæ memoriæ Iustiniani temporibus est ventilatum: ita tamen ut nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quàm apud eandem sanctam Chalcedonensem synodum fuerat constitutum. Anathematizamus autem si quis ex diffinitione fidei, quæ in eadem synodo prolata est, aliquid imminuere præsumit: vel quasi corrigendo eius sensum mutare: sed sicut illic prolata est, per omnia custodimus. Te ergo fili charissime, decet ad unitatem sanctæ Ecclesiæ remeare: ut finem tuum valeas in pace concludere, ne malignus spiritus qui contra te per alia opera præualere non potest: ex hac causa inueniat unde tibi in die exitus tui in aditu regni cœlestis obstitat.

Gregorius

K

Epistola.

L

Epistola.  
Cã. 16. q. 1.  
Non debet.

M

Epistola.



**A** Gregorius orāni & plebi consistenti in Albano. De  
ordinatione episcopi. Caput. L.

Epist. 11. Probabilibus desiderijs nihil attulimus tarditatis: fra-  
trem namque & coepiscopum nostrum hominem bo-  
num vobis ordinauimus sacerdotem.

Mense Nouembrio. Indictione. xj.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De  
causa Gregorij Agrigentini episcopi.

Caput. LI.

Epist. 12. **P**ridem quidem fraternitati vestrae scripseram: vt eos  
qui aduersus Gregorium episcopum Agrigentine ciui-  
tatis aliqua dixerant, ad Romanam ciuitatem transmi-  
tere deberetis. Quod vt nunc instantius fieri debeat, praesen-  
tibus adhortamur epistolis. Vnde personas ipsas, ceteraq;  
documenta, id est, gesta & petitiones quae data sunt, festinate  
cum celeritate transmittite. Nec moram aliquam excusatio-  
nemq; perquiri penitus permittimus: quatenus eis in Ro-  
mauam, sicut diximus, ciuitatem transmissis, sub celeritate  
sciamus quid auxiliante domino de persona salubrius eius  
disponere debeamus.

Gregorius Agnello episcopo de Fundis, qui nunc in  
ciuitate ordinatus est Terracina. Praecipit ut in  
Terracinenſi Ecclesia sit episcopus.

Caput. LII.

Epist. 13. **R**elatio cleri simul & populi Terracinenſis gentis  
nos valde letificat, ob hoc quod de tua fraternitate  
C. 7. 21. q. 1. Relatio. te sibi cardinalem postulantem sacerdotem, eorum vo-  
ta necessario coplenda prauidimus: quatenus & illi se gau-  
deant impetrasse quod postulant, & nos coeſſiſſe quod ex-  
pedit videamus. Quia igitur ob cladem hostilitatis, nec in ci-  
uitate nec in Ecclesia tua est cuiquam habitandi licentia: ideo  
te auctoritate nostra Terracinenſi Ecclesia cardinalem con-  
stituimus sacerdotem, admonentes vt ita de animabus popu-  
lorum illic consistentium deo protegente debeas esse solli-  
citus: quatenus callidi peruersiq; hostis insidia commisso ti-  
bi gregi, qualibet arte nocere non valeant. Sed sollicitudi-  
nis tuae grex circumscriptus custodia, digni se pastoris gau-  
deat meruisse tutamina. In tuis actibus plebi exempla bene  
viuendi existant, auaritia in te vires non habeat. Tua praedi-  
catione qui literas nesciunt, quid diuinitus praecipiat agno-  
scant. In dei timore populum quemadmodum viuere possit,  
tui mores instituant. Operibus exerce quod subiectos doces,  
& praedicas. Actus tui in aliorum correptionem proficiant,  
in adiutorium sibi vitae tuae imitationem assumant. Sicq; te  
in cunctis operibus exhibe: vt scripturam conscriptionemq;  
te habeat, quicumque aut negligit, aut non potest lectione for-  
mari. Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum  
deo nostro facere festinato: vt digna te merces ante eius co-  
spectum in die tribulationis inueniat. Quicquid vero de pre-  
dictae rebus Ecclesiae vel eius patrimonio, seu cleri ordina-  
tione promotione, & omnibus generaliter ad eam pertine-  
tibus, solerter atque canonicè ordinare, facereq; prouideris:  
liberam habebis, quippe vt sacerdos proprius, modis omni-  
bus facultatem. Illud quoque fraternitatem tuam scire ne-  
cesse est: quoniam sic te praedictae Terracinenſis Ecclesiae car-  
dinalem esse constituimus sacerdotem: vt & Fundensis Ec-  
clesiae pontifex esse non desinas, nec curam gubernationeq;  
eius praeteras: quia ita fraternitatem tuam impedieta Ter-  
racinenſi Ecclesiae, sicut praefati sumus, praesse praecipimus  
vt antedictae Fundensis Ecclesiae tibi iura potestatem ve nul-  
lo modo subtrahamus.

Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti in Terracina.

De Agnello episcopo suscipiendo. Caput. LIII.

Epist. 14. **D**ilectionis vestrae desideria insinuata nobis quam  
obtulistis petitio reserauit, electionemq; vestram  
valde laudauimus: quia Agnellum fratrem & co-  
episcopum nostrum probatum iam meritis, cardinalem vo-  
bis constitui deprecamini sacerdotem. Et quonia gratiae lau-  
dandeq; petitioni nec effectum negari, nec moram licebat in-  
necti: secundum desideria petitionemq; vestram supradictum

Agnellum directa praeeptione Ecclesiae vestrae cardinalem  
esse statuimus sacerdotem. Pro qua re dilectionem vestram  
paterna adhortatione admoneo: vt ei obedientiam praebere in  
omnibus debeatis: quatenus charitatis vestrae solatio robo-  
ratus, curam gubernationeq; Ecclesiae qua vobis probat pete-  
tibus suscepisse, adiuuante domino salubriter valeat implere.  
Mense Decembrio. Indictione. xj.

Gregorius Scholastico iudici Campaniae. De episcopo  
in Neapoli eligendo. Caput. LIII.

**D**um de Neapolitanae ciuitatis cura destituta sacer-  
dotis solatio vehementius angeremur: superuenien-  
tes praesentium latores cum decreto in Florentium  
subdiaconem nostrum confecto, aliquid nobis in tanto cogi-  
tationum pondere releuationis inuenerant: sed dum praefa-  
tus subdiaconus noster refugiens ciuitatem, ipsam ordina-  
tionem suam lachrymabiliter euasisset, quasi ex maiori qua-  
dam desperatione nostram cognoscite creuisse maestitiam.  
Atque ideo salutantes hortamur magnitudinem vestram, vt  
conuocantes priores vel populum ciuitatis: de electione alte-  
rius cogitetis, qui dignus possit cum Christi solatio ad sa-  
cerdotium promoueri. In quo decreto solenniter facto, atq;  
ad hanc urbem transmissa, ordinatio illic tandem Christo  
auxiliante proueniat. Sin autem aptam non inuenietis in qua  
possitis consentire personam: saltem tres viros rectos ac sa-  
pientes eligite, quos ad hanc urbem generalitatis vice mit-  
tatis, quorum & iudicio plebs tota consentiat. Forsitan huc  
venientes praestante dei misericordia talem reperient, qui vo-  
bis antistes irreprehensibiliter ordinetur: quatenus destitu-  
tae ciuitatis vestrae nec intrinsecus actuum suorum desit in-  
spector: nec extrinsecus adhibita sollicitudine sacerdotis  
hostilibus aditus praestetur insidiis.

Gregorius Petro episcopo Baricis. Valerianum presby-  
terum commendat. Caput. LV.

**L**icet fraternitatem tuam piis se causis non dubitemus  
sponte impendere: veruntamen quia prouorem eam  
nostra fieri arbitramur epistola, idcirco praesentibus  
tibi pro redemptione captiuorum in illas partes aduenisse:  
cui tanto euixius in omnibus debetis ferre solatium,  
quanto eum mercedis intentione, longinqui itineris labo-  
rem assumpsisse cognoscitis. Sic enim & hic quod inten-  
dit, te adiuuante perficiet, & fraternitas tua pro impenso  
solamine magnam apud deum, sicut desiderat, retributionem  
inueniet.

Mense Ianuario. Indictione. xj.

Gregorius Gratioſo subdiacono. De possessionibus Florae  
abbatissae reddendis. Caput. LVI.

**R**eligiosam vitam eligentibus, congrua nos oportet  
consideratione, prospicere, ne cuiusdam necessita-  
tis occasio aut desides faciat: aut robur, quod absit,  
conuersationis confringat. Idcirco praesenti tibi authorita-  
te praecipimus: quatenus domum positam in hac urbe, regio-  
ne quarta, iuxta locum qui appellatur gallinas albas: vel ortum  
iuris sanctae Romanae Ecclesiae, cui deo auctore praesidemus,  
in qua Campania quondam vxor Patricij mansisse dinosci-  
tur: simul & ortum atque hospitia quae intra eandem domum  
ianua concludit, Florae abbatissae tradere debeas, proprietatis  
iure procul dubio possidendam. In qua domo monaste-  
rium virginum, vbi cum congregatione sua habitare possit,  
Christo queat adiuuante construere: vt tam ipsa, quam etiam  
quae in eius honore locosq; successerit, praedictam domum  
& ortum cum omnibus ad se pertinentibus, sicut diximus,  
quieto inconcussoq; iure a nobis pietatis consideratione co-  
cessa valeat possidere.

Gregorius Theodoro consiliario. Acosimum puerum  
dono dat per epistolam. Caput. LVII.

**E**cclasiasticis utilitatibus defudantes, Ecclesiastica di-  
gnum est remuneratione gaudere: vt qui se volunta-  
riis obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt, di-  
gne nostris prouisionibus consolentur. Quia igitur te virum  
eloquentissimum consiliarium nostrum mancipiorum co-  
gnouimus ministerio destitutum: ideo puerum nomine Acosi-  
mum,

Epist. 15.

E

Epist. 16.

F

Epist. 17.  
Causa. 12.  
q. 2. Reli-  
giosam.

Epist. 18.  
Causa. 12.  
q. 2. Eccle-  
siasticis.

**G**rum natione Siculum, iuri dominioq; tuo dari tradiq; precipimus. Quem quoniam traditum ex nostra voluntate iam possides. huius te necesse fuit pro futuri temporis testimonio ac robore, largitatis autoritate fulciri: quatenus domino protegente securè cum semper & sine ullius retractationis suspitione, quippe ut dominus, valeas possidere. Neque enim quenquam fore credimus, qui tam parvam largitatem pro tua tibi deuotione concessam desideret, vel tentet vilo modo reuocare: cum vno eodemq; tempore, & verècundum sit à decessoribus bene gesta reuolueret: & verècundum sit docere ceteros in suam quandoq; resolutoria proferre largitate sententiam.

*Gregorius Petro subdiacono Campanie. Ut de reliquijs sancti Seuerini transmittat. Cap. LVIII.*

Episto. 19.

**C**or nostrum pia diuinitatis inspiratione compungitur loca quondam execrandis erroribus deputata, in catholice religionis reuerentiam dedicare. Quia igitur Ecclesiam positam iuxta domum Merulanam regione tertia, quam superstitio diu Ariana detinuit, in honorem sancti Seuerini cupimus consecrare: experientia tua reliquijs beati Seuerini summopere debita cum veneratione transmittat: quatenus quæ vestris animis perficienda decreuimus, implere omnipotentis gratia suffragate possimus.

*Gregorius Gratio episcopo Numentano. Curam committit Ecclesie sancti Anthemii. Caput. LIX.*

Episto. 20.

**P**ostquã hostilis impietas diuersarũ ciuitatũ ita peccatis faciẽtibz desolauit Ecclesias: vt reparandi eas spes nulla populo deficiente remanserit, maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus, reliquie plebis, nullo pastoris moderamine gubernante, per deuia fidei, hostis callidi, quod absit, rapiantur insidias. Huius ergo rei sollicitudine sæpe commoniti, hoc nostro sedit cordi cõsilium: vt vicinis eas mandarem pontificibus gubernandas. Ideoq; fraternitati tuæ curam gubernationemq; sancti Anthemii Ecclesie, in curiam Sabinorum territorio constitutæ præuidimus committendam, quam tuæ Ecclesie aggregari vniq; necesse est: quatenus vtrarumq; Ecclesiarũ sacerdos rectè Christo adiunante possit existere, & quæq; tibi de eius patrimonio vel de cleri ordinatione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere: quippe vt pontifex proprius, liberam habeas ex præsentis nostra permissione licentiam. Quapropter frater charissime, dominicorum reminiscens mandatorum, salubriter ita in commissæ plebis regimine lucrãditq; animabus inuigila: vt ante tribunal æterni iudicis constitutus, fructum bonæ operationis qui ad mercedem tuã pertineat: eidem redemptori nostro in quo letari possis, exhibeas.

Mense Februariõ. Indictione. xj.

*Gregorius Paschali Demetiano atque Castorio filiis Urbicũ defensoris de Tiburtina. Reddit substantiam patris eorum. Caput. LX.*

Episto. 21.

**O**fficij nostri est, orbatũ ita parentibus ferre cõsultum, quatenus aliquid de his quæ iuste debentur Ecclesie relaxantes, eorum possimus subuenire miseris. Quia igitur facta subtilius ratione, patrem vestrum Urbicum, quondã defensorem, de patrimonio Sabinensũ atq; Carciolano, quod eius fuerat curæ commissum, constat in non modicam summam debitorem fuisse defunctum: & quãuis tota eius substantia per hoc sit Ecclesie obligata, nec tamen ad satisfactiõem eorum quæ consumpserat possit sufficere: nos tamen pietatis intuitu, eiusdem patris vestri substantiam vos habere ac possidere permittimus atq; concedimus: vestris procul dubio vtilitatibus profuturam, securi quod nullus vos denuo de iis quæ vobis relaxantes concessimus, aliqua ratione concutiat.

Mense Martio. Indictione. xj.

*Gregorius Antonio subdiacono rectori patrimoniũ in Dalmatia. De obitu Natalis episcopi, & de ordinatione episcopatus eius. Caput. LXI.*

Episto. 22.

**N**atalem Salonitanæ Ecclesie fratrem & coepiscopum nostrum obuisse, discurrens in partibus istis fama vulgauit. Quod si verum est, experientia tua

omni instantia omniq; sollicitudine clerũ & populum eiusdem ciuitatis admonere festinet: quatenus vno consensu ordinandum sibi debeant eligere sacerdotem: factõq; in personam quæ fuerit electa decreto, ad nos transmittere studebit: vt cum nostro consensu, sicut præscis fuit temporibus, ordinetur. Illud quidẽ præ omnibus tibi curæ sit: vt in hac electione, nec datio quibusque modis interueniat præuiciorum: nec quantumlibet personarum patrocinia conualescant. Nã si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire reuerentia exigente compellitur, sicq; sit vt & res illius minuatur Ecclesie, & ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo te imminente personam debent eligere, quæ nullius incongruè uoluntati deseruiat, sed vita ac moribus decorata tanto ordine digna valeat inueniri. De rebus verò vel ornamento eiusdem Ecclesie, fideliter rerum inuentarium facito te præsentẽ cõscribi. Et ne de rebus ipsis possit aliquid deperire, Rescriptum diaconem atque Stephanum primicerium notarium, vt ipsarum rerum omnino gerant custodiam admoneto, interminas eis, de propria eos satisfacturos esse substantia, si quicquam exinde eorum negligentia fuerit immittutum. Malchũ autem fratrem & coepiscopum nostrum contestari te volumus: vt se penitus in hac causa non misceat. Nam si per eum aliquid contra voluntatem nostram factum vel tentatum potuerimus addiscere: non modicam ad se culpam & periculũ pertinere cognoscat. Sed & hoc eum admonere curato, vt ad ponendas explendasq; rationes patrimoniũ nostri quod gessit, debeat esse sollicitus, pro quibus etiam faciendis, ex Sicilia partibus ad nos postposita excusatione venire festinet. In rebus igitur Salonitanæ Ecclesie nullo modo se miscere præsumat: ne amplius ei aut obnoxius, aut possit esse culpabilis. Nam multa habere de rebus prædictæ Ecclesie fertur: eumq; opinio penè authorem extitisse in venditione rerum eius, vel aliis illicitis asseuerat. Quod si ita esse, sicut dicitur, manifesta veritate patuerit: certus sit inultum hoc nullatenus remanere. Expensã verò quæ necessaria fuerit, per æconomum qui tempore mortis prædicti episcopi inuentus est, erogetur: quatenus rationes suas futuro episcopo ipse, vt nouit, exponat. Cuncta siquidem quæ tibi agenda mandauimus, cum consilio magnifici atque eloquentissimi Marcelli filij nostri te agere profectò necesse est: quatenus ita omnia quæ huius præcepti pagina continet, sollicitè strenueq; possis implere: vt nulla te neglectus culpa respiciat.

*Gregorius Petro subdiacono Campanie. De lapsu Secundini, & ordinatione Theodosij.*

Caput. LXII.

**Q**uamuis horrenda execrandaq; nimis secundinum ad aures nostras peruenerit crimina commisisse: hoc tamen solum ad eius damnationem potest sufficere, quod etiam ipse de se dicitur fuisse confessus. Cognouimus autem ab eo dictum quod dum tertius à loco esset abbatis, à statu habitus sui lapsus corporis ceciderit: & licet ad abbatis ordinem tanto inquinatus facinore nulla debuerit ratione proficere, tamen quia temerario post ausu ac tanta pollutione detectus, hoc indignus arripuit, experientie tuæ huius autoritatis tenore precipimus, vt præfato secundino remoto ab abbatis officio, Theodosium quæ cõgregatio ipsa sibi petit ordinari, in monasterio sancti Martini abbatem solenniter per eum cuius prouisio interest, facias ordinari: quatenus in cura congregationis subsectæ, adiuuante deo, cauta possit sollicitudine vigilare. Possessiones verò vel ortos eiusdem monasterij ecclesiastica, in quantum ratio patitur, tuitione defende.

*Gregorius Leontio episcopo. De infirmitate Castorij, & uisitatione eius Ecclesie. Caput. LXIII.*

**C**astorium fratrem & coepiscopum nostrum hic pro corpore suo molestia retinemus. Et quia nunc ad suam Ecclesiam nõ valet remeare: propterea eo absente, Ecclesie ipsius fraternitati tuæ operam prouidimus uisitationis delegandam: admonentes charitatem tuam, vt ita efficaciter omnes uilitates eius exercent: quatenus tui præsentia proprium se, absentem habere non sentiat sacerdotem.

Ca. 8. q. 2.  
Illud qui-  
dem.

M  
Episto. 22.

Episto. 24.

dotem. Quicquid autem tibi visum fuerit pro utilitatibus eiusdem Ecclesie ordinare, habebis modis omnibus ex nostra permissione licentiam. Redditus vero vel ornamenta, ministeriaque ipsius, sollicitudinis tue cura conseruet. Et preter ordinationes clericorum, cetera omnia in predicta Ecclesia tanquam cardinalem & proprium te volumus agere.

*Gregorius uniuersis habitatoribus Arimini. De infirmitate Castorii, & uisitatione Leontii. Caput. LXIII.*

Episto. 25.

**S** in culpam uestram filij dilectissimi intentius uelitis intendere: assidua uos apud deum debetis oratione purgare, quod episcopum uestrum non deuota mente nec ut filij suscepistis: quem inquietudo & tribulatio a uobis illata ad hoc usque perduxit, ut molestiam corporalem incurreret: quamuis in eo nihil de his que nobis sunt scripta cognouimus, sed solam inesse debilitatem uidimus, pro qua eum hic retinere curauimus. Et quia illuc modo ad presens non ualet remeare, Ecclesie uestrae prouidimus Leontium fratrem & coepiscopum nostrum uisitatorem per omnia deputare, cui etiam nostris scriptis iniunximus, ut omnia que ad curam utilitatemque Ecclesie pertinent, tanquam proprius episcopus debeat ordinare. Vos ergo ei ita & in omnibus obedite, quatenus operam sibi uisitationis iniunctam, uestra uirtute, salubri in omnibus deuotione possit completere.

*Gregorius Magno presbytero Ecclesie Mediolanen. De excommunicatione eius, & de episcopo eligendo. Caput. LXV.*

Episto. 26.

Ca. 24. q. 3. Comperimus.

**S**icut exigente culpa, quis a sacramento communionis dignè suspenditur, ita infontibus nullo modo talis debet irrogari uindicta. Comperimus siquidem quod Laurentius quondam frater & coepiscopus noster nullis te culpis extantibus comunione priuauerit, ideoque huius precepti nostri auctoritate munitus, officium tuum securus perage, & communionem sine aliqua sume formidine. Illud preterea necessario te duximus adhortandum, ut ita te in cunctis utilitatibus Ecclesie tue pure ac diligenter exhibeas, quatenus nec offensa te aliqua de neglectu respiciat, & culpam si qua in te, propter qua dominici corporis & sanguinis comunione fueras priuatus, uel latens inuicta est, tue fidei puritate detergas. Admone igitur clerum & populum, ut ad eligendum nullatenus dissentiant sacerdotem, sed uno consensu talem sibi eligant consecrandum episcopum, cuius & actus laudabiles, & grata deo & hominibus possit esse persona, ne si aliter actum fuerit, in diuersis, quod absit, studius damnum Ecclesiasticis rebus eueniat.

Mense Aprili. Indictione undecima.

*Gregorius Marmiano abbati de Panormo, & Benenato notario rectori patrimonii Panormitanen. De Bonifacio uictore iniuste damnato. Caput. LXVI.*

Episto. 27. Ca. 23. q. 4. Si ea.

**S**ic ea de quibus uehementer deus offenditur, insequi uel uisceri differimus, ad irascendum utique diuinitatis patientiam prouocamus. Multa etenim ad nos mala de quibusdam in Panormitana ciuitate degentibus peruenerunt, que quoniam maiorem coercionem expectant, nec temere credenda, nec desidiosè querenda sunt. Pro qua re Victori fratri & coepiscopo nostro iniunximus, ut si uera essent, & ea insequi debuisset & uisceri. Nunc itaque huc ueniens Bonifacius Victor presentium lator frustra se & communionem priuatum, & alia se grauiora a predicto episcopo queritur fuisse perpeffum. Quia ergo nullus sine cognitione damnandus est, eidem fratri & coepiscopo nostro scripsimus, ut si persona que de ipso quedam dicere possit, inuenta fuerit, eam ad nostram debeat cognitionem dirigere. Ideoque huius precepti uos pagina necessario duximus adhortandos, quatenus nullius personam attendentes, sed dei timorem habentes pre oculis, ibi cum omni æquitate si qua uobis de eo dicta fuerint, memores futuri iudicii, subtili debeatis indagatione perquirere. Et si in uestra cognitione cuiusquam eum facinorosi criminis reum esse patuerit, tunc ex nostra auctoritate non solum dominici corporis & sanguinis comunione priuatus sit, uerum etiam in monasterium ubi poenitentiam

agere debeat, retrudatur, ut criminis sui maculas conuenienti valeat apud aeternum iudicem lamentatione purgare. Si uero aut nihil aduersus eum in cognitione uestra dictum fuerit, aut si quid dici contigerit, & uerum non esse confiterit, nec aliquibus illum iudicis in hoc quod dicitur incidisse potueritis agnoscere, modis omnibus renuocare nobis curabitis. Predictum enim Bonifacium nullam a quolibet uolumus molestiam sustinere, quoniam sicut iustum est, ut in delinquentibus digna debeat uindicta procedere, ita iniquum est quibusdam afflictionibus quenquam irrationabiliter subiacere.

*Gregorius uniuersis episcopis per Italiam. Ut Armenio in necessitatibus subueniant. Caput. LXVII.*

Episto. 28.

**Q**uicquid misericorditer ac respectu pietatis impenditur, & hic auctorem suum adiuvat, & optatum ei premium in die retributionis apportat. Quod cum ita sit: quia excellentiam uestram ualde diligo, mercedis uobis causas insinuo. Armenius itaque magnificus filius quondam Antonii illustrissimi uiri, sua me egestate compulit, ut pro ipso uobis debuissim scribere. Qui quoniam: sicut nostis, utroque parente orbatus est, eminentie uestrae tuitionem & continentiam preestolatur. Unde pietas uestra pie considerationis, ut consuevit, intuitu, in quantum utile prospicit, ei locum uel actionem prouideat, ex qua quotidianis stipendiis ualeat contineri, quoniam hæc maxima laus & merces est, si illa orphanis impendantur, que eorum pro suis obsequiis poterant genitoribus exhiberi.

*Gregorius presbyteris, diaconibus, & clero Mediolanen. De ordinando ad episcopatum Constantio diacono. Et admonitio de die iudicii. Caput. LXVIII.*

Caput. LXVIII.

**E**pistolam dilectionis uestrae suscepimus, cui tamè nullius erat inserta subscriptio, sed hinc Magni presbyteri, & Hyppoliti clerici portitorum perionæ faciebant. Qua relecta, comperimus omnium uestrum in Constantio filio nostro Ecclesie uestrae diacono conuenire consensum, qui dudum mihi bene cognitus fuit. Et cum in urbe regia responsa sedis Apostolicæ facerem, longo mihi tempore adhaesit, sed nihil unquam in illo quod reprehendi passim potuisset, inueni. Veruntamè quia antiquè meæ deliberationis intentio est, ad suscipienda pastoralis curæ onera, pro nullius unquam misceri persona, orationibus prosequor electionem uestram, ut omnipotens deus qui futurorum actuum nostrorum semper est præcius, talem uobis pastorem præbeat, in cuius lingua & moribus, exhortationis diuinæ pascua ualeatis inuenire, in cuius mente & humilitas cum rectitudine fulgeat, & seueritas cum pietate, qui uobis uiam uite, non solum legendo uel loquendo, sed etiam uiuendo possit ostendere, qua tenus exemplo illius discat uestra dilectio, ad aeternæ patriæ desiderium suspirare. Itaque nos filij charissimi officij nostri censura commoniti suademus, ut in hac suscipiendi antistitis causa nullus uestrum neglecta utilitate communi suo lucro prospiciat: ne si quisquam propria commoda appetit, frivola aestimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam sibi personam examinat mens quam cupiditas ligat. Penitentes igitur que cunctis expediunt, ei quem uobis diuina gratia prætulit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari namque a uobis ultra non debet semel prælatus, sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est. Consecrato autem uobis deo auctore pastori tota uos mente committite, atque in illo omnipotenti domino qui uobis hunc prætulit deseruite. Sed quia iuxta meritum plebium, solent superuo iudicio personæ prouideri pastorum, uos spiritualia querite, cœlestia amate, temporalia ut fugitiua despiciat: & certissimum tenete, quia placentem deo pastorem habebitis, si uos in uestris actibus deo placetis. Ecce iam mundi huius omnia perditæ conspiciamus, que in sacris paginis audiebamus peritura. Euerse uebes. Castra eruta. Ecclesie destructæ. Nullus terram uestram cultor inhabitat. In nobis ipsi paucissimi, qui ad modicum derelicti sumus, cum supernæ percussiois cladibus, humanus gradus incessanter sequit. Mundi igitur mala que dudum

Episto. 29.

Ca. 8. q. 2. Dilectissimi.

**G** dudum ventura audiebamus, aspiciamus, quasi paginae nobis codicum, factae sunt ipse iam plaga terrarum. In interitu ergo rerum omnium penitare debemus, nil fuisse quod amavimus. Appropinquantem itaque aeterni iudicis diem sollicita mente conspiciamus, & terrorem ipsius poenitendo praevenerit. Delictorum omnium maculas fletibus lauate. Iram quae aeterna imminet, temporali lamento compescite. Pius enim conditor noster cum ad iudicium venerit, tanto nos maiore gratia consolabitur, quanto nunc conspiciat: quod a nobis nostra delicta puniuntur. Lator vero praesentium Ioannem subdiaconum nostrum ad hoc deo favente transmissimus, ut electum vestrum sua imminetia cum dei omnipotentis solatio secundum morem praedecessoris eius faciat episcopum consecrari. Nam sicut ab aliis nostra exigimur, ita singulis sua iura servamus.

*Gregorius Ioanni subdiacono. De electione & consecratione Constantii. Caput. LXXIX.*

*Epist. 30. Parte. 1. Dist. 63.*

**Q**uanto Apostolica sedes deo auctore cunctis praelata constat Ecclesiis, tanto inter multiplices curas, & illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitrium. De functo igitur Laurentio Ecclesiae Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri Constantij diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet omittamus, huius idcirco praeccepti autoritate iussitum Gennam te proficisci necesse est. Et quia multi illic Mediolanensium coacti barbarica feritate constitunt, eorum te voluntates oportet convocatis eis in commune perferunt. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate determinat, si quidem in praedicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostrae autoritatis assensu solatiante domino facias consecrari, quatenus huiusmodi servata consuetudine, & Apostolica sedes proprium vigorem retineat, & a se concessa aliis sua iura non minuat.

*Gregorius Romano patricio & exarcho Italiae. De obitu Laurentii, & consecratione Constantii. Caput. LXXX.*

*Epist. 31.*

**O**bitum Laurentij Ecclesiae Mediolanensis episcopi excellentiam vestram iam credimus cognovisse, & quia quantum ex cleri relatione didicimus, in Constantio filio nostro diacono eiusdem Ecclesiae omnium consistit electio, necesse fuit pro servanda consuetudine militem Ecclesiae nostrae dirigere, qui eum in quo omnium voluntates atque consensum concorditer convenire cognoverit, a suis episcopis, sicut vetus mos exigit, cum nostro tamen assensu faciat consecrari. Proinde paterna dilectione persolventes debitum salutationis officium, quaesumus ut praedicto Constantio, seu fuerit consecratus episcopus, necne, excellentia vestra ubi necesse fuerit, suum dignetur impendere, iustitia favente, solatium: quatenus haec vos merces, & hic apud inimicos vestros exaltet, & in futura vos vita apud deum praevenerit commendet. Meus est enim proprius, olimque mihi magna fuit familiaritate coniunctus. Et vos quos nostros cognoscitis, habere ut vestros, & peculiariter diligere debetis.

*Gregorius Honorato archidiacono Salonitano. De absolutione ipsius. Caput. LXXXI.*

*Epist. 32.*

**D**udum quidem decessoris nostri, nostraque praeccepto ad dilectionem tuam cucurrerat, in qua & de obiectis tibi calumniose capitulis fueras absolutus, & in tui gradus ordine sine aliqua te institimus altercatione restituit. Sed quia rursus ante non multum temporis spatium, ad Romanam civitatem veniens, de aliquibus illic actis incongruis, & de sacrorum es conquestus alienatione vasorum, atque dum pro hac re, quae tuis obiectionibus respondere potuissent, sustineremus in hac civitate personas: Natalis episcopus tuus de hac luce migravit, necessarium iudicavimus eandem praecceptiones tam decessoris nostri, quam nostras quas dudum, ut dictum est, pro tua absolutione transmissimus, praesentibus deinceps apicibus confirmare. Quam-

obrem a cunctis tibi obiectis capitulis te plenius absolventes, in tui te ordinis gradu sine aliqua volumus alteratione permanere, ut nihil tibi penitus mota a praefato viro quaestio qualibet occasione praevideat. De his autem capitulis de quibus conquestus es: Antonino subdiacono & rectori illic patrimonij sanctae, cui deo auctore praesidemus, Ecclesiae, instanter iniunximus, ut si quidem in his Ecclesiasticas in venerit immixtas esse personas, cum summa causas ipsas distractione atque autoritate diffiniat. Sin autem cum talibus res agitur, in quos Ecclesiasticae vigor non possit iurisdictionis extendi, de singulis quibusque capitulis probationes inter publica gesta depositas, ad nos absque ulla dilatione transmittat, ut intracti subtiliter sciamus quid de his debeamus, Christo auxiliante, disponere.

*Gregorius Dinamio patricio Galliarum &c. Crucem transmittit in qua de craticula sancti Laurentii reliquiae continebantur. Caput. LXXXII.*

**M**onstrat quam bene dispensec propria, qui fideliter administrat aliena. Quod vestra nobis gloria ostendit, quae perenni muneri intenta, beato Petro, Apostolorum principi, suorum reddituum fructus intulit. Cui dum sua fideliter impenditis, haec apud eum vestra munera fecistis. Sic quippe agere huius terrae gloriosos de eterna gloria cogitantes decet, ut in eo quod temporaliter praevaleant, mercedem sibi non temporalem parent. Proinde debitum salutationis alloquium persolventes, omnipotentem dominum deprecamur, ut vitam vestram & bonis praesentibus repleat, & ad sublimia gaudia aeternitatis extendat. Suscepimus namque per Hilarium filium vestrum de praefatis Ecclesiae nostrae redditibus gallicanos solidos quadringentos. Transmissimus autem beati Petri Apostoli benedictionem crucem parvulam, cui de catenis eius beneficia sunt inserta. Quae illius quidem ad tempus ligaverunt, sed vestra colla in perpetuum a peccatis solvant. Per quatuor vero in circuitu partes de beati Laurentii craticula in qua perustus est, beneficia continentur: ut hoc ubi corpus illius pro veritate crematum est, vestram mentem ad amorem domini accedat.

*Gregorius Petro subdiacono Campaniae. De Festo episcopo a civibus suis contempto. Caput. LXXXIII.*

**Q**ueritur Festus frater & coepiscopus noster a suis clericis ac civibus despici, atque contemni. Pro qua re experientiae tuae praecipimus, ut tranquilla eos adhortatione convenias, quatenus sedatis, si quae forte odiorum causae sunt, mutua eos, & deo placita charitate concilies: ut & ille quod filiis decet impendat, & illi quod patri oportet exhibeant. Si quae vero aliae causae sunt, praedicto episcopo te impendere praecipimus, salva tamen iustitia & aequitate, solatium.

*Mense Maio. Indictione. xj.*

*Gregorius Petro subdiacono Campaniae. De eligendo in Neapolitana civitate episcopo. Caput. LXXXIII.*

**S**aepepius a vobis Paulus frater & coepiscopus noster expetit, ut eum ad propriam reverti faceremus Ecclesiam. Quod quia rationabile esse perspeximus, eius petitionem necessario duximus adimplendam. Proinde experientia tua clerum Ecclesiae Neapolitanae conveniat, quatenus duos vel tres de suis eligere, & huc ad eligendum episcopum transmittere non omittat. Sed & sua nobis relatione insinuet, quoniam si quos transmiserint, omnium in hac electione vice fungatur, ut Ecclesiae illi deo auctore suis antistes valeat ordinari. Nam amplius eam sine proprio non patimur esse rectore. Qui si fortasse admonitionem tuam quolibet modo differre tentaverint, Ecclesiasticum in eos vigorem exerce. Nam praunitatis de se dabit indicium, quisquis in hoc non sponte consenserit. Praedicto autem Paulo fratri & coepiscopo nostro centum solidos, & unum puerulum orphanum quem ipse elegerit, pro labore suo de eadem Ecclesia facies dari. Illos autem qui cunctorum vice huc venerint ad eligendum episcopum, admone, ut vestiarium omne episcopi sui sciant deferendum, & quantum praeviderint secum argentum adducant, quod in usu suo habere possit, qui fuerit episcopus ordinatus. Haec



**A**tus. Hac verò omnia viuaciter, districteq; implere festina, & sub omni hac celeritate electos, sicut diximus, de clero transmittite: vt quia diuersi hic nobis ciuitatis Neapolitane praesentes sunt, vnà cum eis de episcopali ordinatione & tractare, & adiutore domino deliberare possimus.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De Ianuario episcopo, & de Epiphano presbytero. Cap. LXXV.*

Episto. 36.

**Q**uædam ad aures nostras graui peruenierunt, quæ quoniam canonicam emendationem expectant, idcirco experientia tua præcipimus, quatenus vnà cum Ioanne notario, omni excusatione postposita, Ianuarium fratrem & coepiscopum nostrum summa hac exhibere instantia nõ omittas: vt eo coram posito, ea quæ ad nos perlata sunt, subtili valeant indagatione perquiri. Pompeiana verò atq; Theodosia religiosæ sceminae iuxta postulationem suam, si huc venire voluerint, vestra eis in omnibus præbete solatia: vt desideria sua vobis queant succurrere, tibus adimplere. Præcipue autem Isidorum eloquentissimū, sicut petit, studij vestri sit per omnia vobiscum adducere, vt causa eius qualitas quam contra Ecclesiam Caralitanam habere dinoscitur, interius trutinata, legalem valeat finem accipere. Præterea quoniam aliqua nobis de persona Epiphani presbyteri facinora nunciata sunt, necesse est vt diligentius cuncta perscruteris, & seu mulieres cum quibus perisse dicitur, seu alios quos de causa eadem scire aliquid senseris, huc pariter festines adducere, quatenus Ecclesiasticæ distributioni liquide possint aperiri, quæ vera sunt. Hæc verò omnia ita efficaciter vtriusq; curabis adimplere, vt nulla te de neglectu culpa respiciat, scientes ad vestrum omnino pertinere periculum, si hæc nostra quoquo modo fuerit lætata præceptio.

*Gregorius Libertino præfecto Siciliæ. De presumptione Nase iudei, & de mancipiis comparatis.*

*Caput. LXXVI.*

Episto. 37.

**A**b ipso administrationis exordio, deus vos in causa sua voluit vindicta procedere, & hanc vobis mercedem propiciens cum laude seruauit. Fertur siquidem quod Nasas quidam sceleratissimus Iudeorum, sub nomine beati Helix altare puniendi temeritate construxerit: multosq; illic Christianorum ad adorandum sacrilega seductione deceperit. Sed & Christiana, vt dicitur, mancipia comparauit, & suis ea obsequiis ac vtilitatibus deputauit. Dum igitur sguerrissimè in eum pro tantis facinoribus debuisset vlscisci, gloriosus Iustinus medicamento auaritiæ, vt nobis scriptum est, delinitus, dei distulit iniuriam vindicare.

Gloria autem vestra hæc omnia districta examinatione perquirat, & si huiusmodi manifestum esse repererit, ita districte ac corporaliter in eundem sceleratum festinet vindicare iudicium, quatenus hæc ex causa & gratiam sibi dei nostri conciliet, & his se posteris pro sua mercede imitandum monstrat exemplis. Mancipia autem Christiana quæcumq; eum comparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum præcepta sine ambiguitate perducite, ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluatur. Ita ergo omnia districtissime sub omni festinatione corrigite, vt non solum pro hac vobis disciplina gratias referamus, sed & testimonium de bonitate vestra, vbi necesse fuerit, præbeamus.

*Gregorius vniuersis episcopis Corinthiis. De Adriano episcopo. Caput. LXXVII.*

Episto. 38.

**D**esiderij nostri est, ad concordiam redigere discordes, & vntos esse in gratia, eos quos diuisos ab alterutra dilectione voluntatis fecit esse diuersitas. Scripta igitur fraternitatis vestrae relegendes, agnouimus quod hi qui contra Adrianum fratrem & coepiscopum nostrum aliqua dixerant, modo cum eodem episcopo in amicitia conuenissent, & magna nobis ad præsens facta est de eorum vnitæ letitia. Sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa remanere nõ patimur, sedis nostræ diaconum ad ea inuestiganda dirigitur: quia nunciati nos facinoris qualitas vehementer impellit, vt ea quæ audimus, dissimulare nullatenus debeamus. Præsertim cum accusatores & accusatum inter se fecisse gratiã indicastis, hoc nobis necesse est subtilius perscrutari, ne fortasse eorum sit comparata cõcordia: quæ si, quod absit,

nõ ex charitate, sed ex premio facta constiterit, maiori hoc demedatione plectendū est. Nã nos qui canonicè, reuelate deo, mala, si quide vera sunt, resecare præcedētia festinam, cõmissam postmodum culpã sine vindicta nulla ratione dimittimus.

*Mense Iunio. Indictione. XI.*

*Gregorius Petro subdiacono Campaniæ. De Numero diacono, & Catella puella. Caput. LXXVIII.*

**A**n te aliquot dies tibi scripsimus, vt Numerium diaconum Nucerinæ Ecclesiæ interrogare, subtiliter debuisses, & si nihil esset quod ei ad sacerdotij gradum potuisset obfistere, huc eum consecrandum deo authore transmitteres. Et ideo si facta interrogatione quæ diximus, superscriptum ad nos diaconum transmissurus es, clerum & populum ciuitatis ipsius admonere curabis, vt cum eo quantumcunque potuerint, venire non differant, quatenus eis presentibus, si deo placuerit, qui ordinandus fuerit, consecretur. Præterea quia Felix defensor puellam nomine Catellam habere dicitur, quæ cum magnis lachrymis, & vehemēti desiderio habitum conuersionis appetit, sed eã præfatus dominus suus cõuerti minimè permittit, proinde volumus vt experientia tua præfatum Felicem adeat, atque puellæ eiusdem animum sollicitè requirat, & si ita esse cognouerit, precium eiusdem puellæ suo domino præbeat, & huc eam in monasterio dandam cum personis grauibus domino auxiliante transmittat. Ita verò hæc age, vt non per lentam actionem tuam præfate puellæ anima detrimentum aliquod in desiderio suo sustineat.

*Gregorius Panthaleoni notario. De filia diaconi & Felice stuprata. Caput. LXXIX.*

**Q**uestus est nobis Euangelus Sypontinæ Ecclesiæ diaconus, filiam suam à Felice fuisse, quod dici nephastum est, stupratam. Pro qua re huius præcepti auctoritate suffultum ad Sypontinam ciuitatem te proficisci necesse est, & adhibitis tibi sapientibus illic viris, cum omni subtilitate veritatem curabis addiscere, & si ita reperi, eam quam stuprauit, aut vxorẽ factis nuptialibus instrumentis accipiat, aut corporaliter castigatum in monasterium eum priuatum communionem vbi penitentiam peragat tradere festinabis, ita vt nulla exinde ei sit quoquo modo egrediendi licentia, nisi hoc nostra permiserit fortasse præceptio. Præterea quia supradictus diaconus de hostibus se redemptum, ac propterea debitum habere commemorat: ideo si talẽ eius substantiam non esse cognoueris, quæ ad reddendum debitum ipsum possit sufficere: Felici & fratri & coepiscopo nostro te imminere præcipimus vt eius precium de Ecclesia dare nõ differat, quatenus supradictus Euangelus sine tarditate aliqua à debiti possit necessitate cui est suppositus liberari.

*Gregorius Felici episcopo Sypontino. De diuersis causis emendandis. Caput. LXXX.*

**P**ropositi nostri sollicitudo nos vehementer adstringit, vt ita rerum Ecclesiasticarum, deo auxiliante, debeamus providere cautelam, quatenus in eis nulla possit ex neglectu provenire iactura. Proinde fraternitas tua vnà cum Bonifacio, necnon & Panthaleone latore presentium sedis nostræ notariis res Ecclesiarum, quæ apud Sypontinam noscuntur esse Ecclesiam, curet subtiliter singulas quasque describere, vt tam ministeria Ecclesiarum, quam etiam vsuale argentum, vel quicquid aliud est, idẽ breuis à vobis cõscriptus, veraciter rerum facta inspectione contineat. Nec quandam ad hoc moram vel excusationem fraternitas tua tenter adducere, sed omni excusatione cessante, hæc quæ à nobis iniuncta sunt, modis omnibus implere festina, eundemq; nobis breuem manu tua subscriptum, per antedictum Panthaleonem transmittite, quatenus quid de hoc fieri salubriter debeat, diuina possimus gratia suffragante disponere.

*Gregorius Felici episcopo Sypontino. De perversitate Felicis nepotis eius. Caput. LXXXI.*

**E**xpectabamus fraternitatem tuam sua aliquos ad deum prædicatione conuertere, & male agentes ad rectitudinem reuocare. Quia de re nimis contristamur: quia è diuerso in nepotis tui Felicis prauitate, tua euidenter, qui talem nutriti, culpa monstrata est. Peruenit itaque ad nos quod

Epi. 39.

Epi. 40.

F

Epi. 41.

Epi. 42.

yy



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G nos quod suprascriptus Felix Euangeli diaconi tui filiam stupro deceperit. Quod si verum est, quanuis graui esset de lege pœna plectendus, nos tamen aliquatenus legis duritiã mollientes huiuscemodi, disponendo præcipimus, vt aut quam stuprauit vxorem habeat, aut certè si renuendum putauerit, districtius ac corporaliter castigatus, excommunicatusq; in monasterium vbi pœnitentiam peragat, retrudatur, de quo ei nulla sit egrediendi sine nostra præceptione licentia. Ita ergo fraternitas tua vt hæc compleantur studeat, quatenus nihil de his aliquo modo possit omitti. Nam si quid quod non credimus, lentatũ fuerit, & illi graue postea periculum imminet, & te non leuis incipiet culpa respicere.

Epi. 43. Causa. 12. q. 2. sicut.

Gregorius Bonifacio episcopo Regitano. De iniustitia Stephanie facta. Caput. LXXXII.

**S**icut Ecclesia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas non oportet. Stephaniam siquidem latræ præsentium, quasdam res suas temporibus decessoris tui Lucij quondam episcopi ab actoribus eius vi queritur occupatas. Et quia sibi eas petiit iustitia fauente debere restitui, propterea fraternitas tua cum dei timore hæc quæ asserit, subtiliter curet addiscere. Et si ita, quemadmodum suprascripta fœmina ait, esse repperit, quæque malè ablata sunt, faciat sine aliquo damno vel dilatione restitui. Nam valde durum est res alienas contra rationem Ecclesiam detinere. Ita ergo querimoniam præfatæ mulieris salubriter finire festina, vt nec nos exinde denuo molestiam patiamur, nec te auarum vel desidiosum hæc causa demonstret.

Gregorius Andreæ episcopo Tarentino. De concubina eius, & muliere de matriculis uerberata. Caput. LXXXIII.

Epi. 44. Dist. 33. Habuisse.

**T**ribunal iudicis æterni securus aspiciet, quisquis reatus sui conscius, digna eum modo pœnitentiæ placæ contendit. Habuisse te siquidem concubinam, manifesta veritate comperimus. De qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc conscientia tua elegimus committendum. Quia de re si in sacro ordine constitutum eius te permixtione esse recolis maculatum, sacerdotij honore deposito, ad administrandum nullo modo præsumas accedere: sciturus in anima tua periculum ministrare, & deo nostro sine dubio te reddere rationem, si huius sceleris conscius, in eo quo es ordine eglans veritatè permanere volueris. Vnde iterum adhortamur vt si te deceptum antiqui hostis calliditate cognoscis, competenti eum dum licet pœnitentiã superare festines: ne cum eo particeps, quod non optamus, in die iudicij deputeris. Si verò huius reatus tibi conscius non es, in eo te necesse est quo es ordine permanere. Præterea quoniam mulierem de Matriculis contra ordinem sacerdotij cædi crudeliter fustibus deputasti: quam licet post octo menses exinde minimè arbitramur fuisse defunctam, tamen quia ordinis tui habere uoluisti respectum, propterea duobus te mensibus ab administratiõe missarum statuimus abstinere. In quibus ab officio tuo suspensum, sere te conuenit quod fecisti. Nam valde dignum est vt postquam te ad uitæ istius tranquillam rectitudinem laudabiliũ sacerdotum exempla non prouocant, saltem correptionis medicina compellat.

Gregorius Ioanni episcopo Calliopolitano. De Andrea episcopo, & Matricula uerberata. Cap. LXXXIII.

Episto. 45.

**E**x gestis quæ ad nos fraternitas tua direxit, inuentum est Andream fratrem & coepiscopum nostrum habuisse sine dubio concubinam. Sed quia incertum est si eam in sacro ordine constitutus contigerit, necesse est vt eum sollicita adhortatione commoneas, vt si positus in sacro ordine, cum ea se nouit mixtum, ab eo in quo est officio quiescat, & nullatenus administrare præsumat. Qui si fortè conscius sibi huius rei, peccatum suum suppressens, administrare præsumperit, animæ suæ periculum diuino iudicio imminere cognoscat. Matriculam verò quam fecit fustibus castigari, quanuis exinde post octo menses obiisse non credi


mus: quia tamen eam contra propositi sui ordinem huiusmodi fecit affligi, duobus hunc mensibus à missarũ solennitate suspende, vt vel hæc eum verecundia qualem se de cetero possit exhibere, instituat. Præterea oblata nobis petitione, quæ tenetur in subditis, clerici prædicti episcopi multa se mala ab eo sustinere commemorant. Ob quam rem fraternitas tua subtiliter cuncta curet addiscere, & ita ea rationabili modo emendare atque disponere, vt nulla eis pro hac re huc remeandi de cætero necessitas imponatur.

Gregorius clero Ecclesie Salonitanæ. De Honorato ad episcopatum eligendo. Caput. LXXXV.

**D**ilectionis vestræ scripta relegentes, electionem vos in Honoratum archidiaconem vestrum fecisse dicimus, & omnino nobis gratum fuisse cognoscite, quod olim expertum virum, & graue moribus, ad episcopatus ordinem elegistis. Cuius etiam & nos personam: quia dudum est nobis bene cognita, comprobamus: eumq; vobis iuxta desiderium vestrum & nos ordinari volumus sacerdotem. Pro qua re hortamur vos in eius electione sine aliqua ambiguitate persistere. Nec quædam vos res ab eius debet persona deflectere: quia sicut ista laudabilis nunc probatur electio, ita si, quod absit, dilectionem vestram ab eo quisquã deuiare seduxerit, & animæ vestræ grauamen, & opinioni maculam infidelitatis imponet. Eos verò qui ab electionis vestræ vnitatem inconsideratè discordant, vt vobiscum sentire possint, ab Antonino subdiacono nostro fecimus admoneri. Cui etiam de persona Malchi fratris & coepiscopi nostri quid oporteat fieri, iam pridem iniunximus. Sed quoniam & ipsi scripsimus, credimus eũ ab inquietudine vestra sine mora quiescere. Qui si fortasse obedire quocumq; modo neglexerit, contumacia eius canonicæ vltionis districtiõe modis omnibus mulcabitur.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De sacris ordinibus, & de concilio faciendo. Caput. LXXXVI.

**A**n tequam fraternitatis tuæ scripta susceperem, bonum te dei famulum esse, nunciante veridica opinione cognoui. Et postquam suscepi certum fuisse hoc quod fama dudum asperserat, plenius intellexi, meritisq; tuis valde congaudeo, quod testes vitæ laudabilis mores tuos & actus ostendis. Hæc ergo quoniam suprema tibi sentio maiestate collata, gratulor, & deum creatorem nostrum vtique benedico, qui seruis humilibus, misericordie suæ dona non denegat. Quia de re verum fateor: quia sic me fraternitas tua ad amorem suum flamma charitatis accendit, sicq; tibi vnitus est meus spiritus, vt & videre te cupiam, & tamen absente corde semper attendam. Hæc igitur ita esse ex te bene consideras. Nam profectò plus in charitate animorum vnitas, quam corporalis potest venerari præsentia, Præterea tota te mète, toto corde, totaq; anima Apostolicæ sedi inherere ac esse deuotum & nunc scio, & priusquã epistola tua hoc testimonij perhiberet, manifestè cognoui. Premissis ergo ex charitate salutationis alloquio, adhortor vt eorũ quæ beato Petro Apostolorũ principi pmisisti, memor esse nõ desinas. Itaq; erga primatè synodi tuæ esto sollicitus, vt pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur: ne tãto periculosius cadat, quãto citius cõscendere ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatiõe venalitas: potètia vel supplicatio personarũ nihil aduersus hæc quæ prohibemus, obtineat. Nam procul dubio deus offendit, si ad sacros ordines quisquã nõ ex merito, sed ex fauore, quod absit, aut ex venalitate prouehitur. Hæc autè si fieri cognoscis, nõ taceas, sed instatè obfiste, quoniã si hæc aut inuestigare fortasse neglexeris, aut intellecta celsaueris, nõ solũ illos qui hæc agũt, peccati vinculũ alligabit, sed & te huius rei nõ leuis ante deum culpa respiciet. oportet ergo canonica vltiõe si quid tale comittit, coeceri, ne tãtũ facinus, cum aliorũ peccato parcat, vires ex dissimulatiõe percipiat. Presentiũ igitur portitorè Victorinũ fraternitatis tuæ diaconè, què tuũ reor imitatorè existere, & cũ charitate suscepi, & ad remeandũ citi⁹ relaxaui. p què etiã clauus beati Petri in quib⁹ de catenis ipsi⁹ inclusum est, tibi met p bñdictione trãsmisi. Propterea de vnitatem ac pace cõciliũ, quã deo auctore cõgregare disponitis, charitas tua animos nostros



A nostros subtiliter omnia indicando letificet.

Gregorius A deodato episcopo primati prouincie Numidiz. Ut nullus ad sacros ordines precio ascendat.

Caput.LXXXVII.

Epi.48.

**Q**uod Valiter erga nos fraternitatem vestram charitas dilectionis adstrinxerit, scriptorum vestrorum series eundem innotuit. Magnumq; fomitem nobis contulere letitia, quod ea & benigna pietate composita, & deo placita dilectione feruere cognouimus. Ut igitur breuiter diximus, ita mentem vestram epistola quam direxistis exposuit, vt author eius abesse minimè crederetur. Nec enim absentes iudicandi sunt, quorum animus ab alterutra charitate non discrepat. Quauis autem nec virtus, nec aetas vos, sicut scribitis, ad nos venire permittat, vt de fraternitatis vestrae corporali possumus gratulari praesentibus, tamen quia animus uoluerit vobis, vesterque nobis vnitus est, vicissim nobis per omnia praesentes sumus, dum nos vnita per amorem mente conspiciamus. Saluantes praeterea fraternitatem vestram, congruo charitatis affectu hortamur, vt officium primatus, quod deo habetis auctore, tota intentione sic studeatis sagaciter exhibere, quatenus ad hunc vos ordinem peruenisse, & animae vestrae proficiat, & aliis in futuro exemplum bonae imitationis existat. Estote ergo praecipue in ordinatione solliciti, & ad sacros ordines aspirare, nisi prouectiores aetate, & mundos opere, nullatenus admittatis, ne forte semper esse desinant, quod immaturè esse festinant. Eorum enim qui in sacro sunt ordine collocandi, prius vitam moresque discutite, & vt dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia, aut supplicatio quarilibet surrepat personarum. Ante omnia autem cautos vos esse oportet, vt nulla praeniat in ordinatione venalitas, ne, quod absit, & ordinatis & ordinantibus periculum maius imminet. Si quando igitur de his tractari necesse est, graues expertosq; viros consiliis vestris adhibere participes, & cum eis communi de hoc deliberatione pensate. Prae omnibus autem Columbum fratrem & coepiscopum nostrum in cunctis adhibere vos conuenit. Credimus enim quia si illa quae agenda sunt, cum eius consilio feceritis, nullus in vobis quod quibusque modis redarguere possit, inueniet: nobisq; ita gratum esse, tanquam si cum nostro consilio agantur, cognoscite: quoniam vita moresq; illius ita in omnibus sunt nobis approbati, vt cunctis liquidò constet, quia quod cum eius consensu agitur, nullius culpe macula fuscetur. Praesentium verò lator Victorinus supra scripti coepiscopi nostri diaconus, vestrorum praeco ita extitit meritorum, vt animos nostros de vestra vehementer actione reficeret. Et oramus omnipotentem dominum, vt bona quae de vobis ore tenus retulit, placita sibi plenius faciat operatione clarescere. Concilium itaque quod congregare disponitis, dum deo fuerit solatiante peractum, de eius nos vnitate atque concordia letificate, ac reddite per omnia certiores.

C.1. q.1. Estote.

B

C

Gregorius Theodoro episcopo Libilitano. De Paulo in paenitentiam dato. Caput.LXXXVIII.

Epi.49.

**F**raternitatis tuae grata nobis omnino sollicitudo est: quia ea quae de sacerdotum vita cognoscit, & perscrutari curat, & inuestigata renunciat. Ut ergo in hac sollicitudine quam in te laudamus, possis sine diminutione persistere, studiosus esto ac vigilans: & si quos illic à quibuslibet, quod absit, excessus perpetrari cognoueris, siquidem tales sunt qui emendari ibidem possunt, rationabiliter emendetur alioquin fratri nostro Maximiano episcopo scriptis renunciare festina, vt quid fiendū sit, à vobis informatum agnoscat. Nulla igitur res ab inuestigatione prauorum actuum vel insinuatione te reuocet, nam quanto vigilantiam tuam modo laudamus, tanto culpabilior inuenieris, si huiusmodi actus qualibet dissimulatione celaueris. Paulum praeterea quondam episcopum in monasterio in quo est, in paenitentia volumus permanere. Res autem quae apud eum inuenta sunt, in cimiterio Ecclesiae tuae seruari modis omnibus studebis. De quibus etiam secundum rerum inuentarum paginam scriptum te facere volumus, & in scrinium Ecclesiae tuae transmittere. Sed clericis eius, si tamen illic aliqui pra-

sentes sint, à pari aliud facere desusceptum te conuenit, in quo tua fraternitas fateatur: quia desusceptum de eisdem rebus in scrinio nostro emiserat, quatenus dum necesse fuerit, cōpetenti personae res omnes possint sine detrimento restitui. De Bonifacio verò quaedam grauis ad nos accusatio peruenit, cuius scelera volumus, vtum vera sint, fraternitas tua cum loci seruatore praetoris examinet.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano etc. De gestis sanctorum per Italiam.

Caput.LXXXIX.

Episto.50.

**F**ratres mei qui mecum familiariter viuunt, omnimodo me compellunt aliqua de miraculis patrum quae in Italia facta audiuiimus, sub breuitate scribere. Ad quam rem solatio vestrae charitatis vehementer indigeo, vt ea quae vobis in memoriam redeunt, quaeq; cognouisse vos contigit, mihi breuiter indicetis. De domino enim Nonnoso abbate qui iuxta dominum Anastasium de Pentumis fuit, aliqua retulisse te memini, quae obliuioni mandauit. Et hoc igitur, & si qua sunt talia tuis peto epistolis imprimi, & mihi sub celeritate transmitti, si tamen ad me ipse non properas.

Gregorius Prisco patricio Orientis. De humilitate tenenda in prosperis & aduersis. Caput.XC.

Episto.51.

**S**i vita istius cursum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil inuenimus stabile, sed quemadmodum viator modo per plana, modo per aspera graditur, sic nobis utique in hac vita manentibus nunc prosperitas, nunc occurrit aduersitas. Denique alternis sibi succedunt temporibus, & mutua se vice confundunt. Dum igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo confundit, nec eleuari prosperis, nec frangi debemus aduersis. Tota ergo mente ad illum nos conuenit anhelare, vbi quicquid est, firmum permanet, vbi non mutatur aduersitate prosperitas. In hac ergo vita miro dei omnipotentis moderamine idcirco agitur, vt vel prosperitatem aduersitas, vel aduersitatem prosperitas subsequatur, quatenus & humiliati discamus quicquid deliquimus flere, & iterum exaltati, aduersitatis memoriam, quasi humilitatis anchoram in mente teneamus. Non hoc ergo creatoris nostri ira est deputanda, sed gratia, per quam discimus vt eius dona tanto seruemus verius, quanto humiliter tenemus. Quia igitur perfectam vos dominorum gratiam auctore omnipotente deo reparasse cognouimus, magna pro vobis exultatione gaudemus, optantes vt vitam vestram rerum omnium gubernator & bonis semper praesentibus fulciat, & ad gaudia perpetua extendat. Hoc vobis ideo loquor, quia multum vos diligo, atque me à vobis diligi scio. Sed hoc quod me diligitis, in latorem praesentium Sabinianum diaconum demostrate, vt vbi vsus exegerit, vestra patrocina consequatur. Vir autem gloriosus Callus praeco laudum vestrarum, in Romanis partibus existit, quem vestrae excellentiae paterna dilectione commendo.

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. De Ioanne presbytero, & de monachis Isauriae casis.

Caput.XCI.

Episto.52.

**Q**uauis causae consideratio me mouet ad scribendum, tamen & charitas impellit: quia & semel & bis sanctissimo fratri meo domino Ioanni scripsi, sed non eius Epistolas recepi. Alter enim mihi secularis quidam sub eius nomine loquebatur, quae si Epistolae eius fuerint, ego vigilans non fui, qui longè de eo aliter credidi quam inueni. De causa enim reuerentissimi viri Ioannis presbyteri scripseram, atq; de questionibus monachorum Isauriae, quorum vnus & in sacerdotio positus, in Ecclesia vestra fustibus caesus est: & rescriptis mihi, sicut ex nomine epistolae agnosco, sanctissima fraternitas tua, quia nescierit de qua causa scriberem. Ad quod scriptum vehementer obstupui, mecum tacitus voluens, si verum dicit, quid esse deterius potest, quam vt agantur talia contra seruos dei, & ipse nesciat qui praesto est? Quae enim potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit? Si autem sciuit sanctitas vestra & de qua causa scripserim, & quid vel contra Ioannem presbyterum, vel contra Anastasium Isauriae monachum atque presbyterum

**G**estum sit, & mihi scripsit contra hoc, ego nescio, quid respondeam: quoniam per scripturam suam veritas dicit: Os quod mentitur, occidit animam. Requiro frater sanctissime, illa tanta abstinentia ad hoc peruenit, ut frater suo ea quae nouit gesta, negando velit abscondere: Nunquid non melius fuerat illud os carnes ad vescendum ingredi, quam de eo falsum sermonem ad illudendum proximum exire: praecipue cum veritas dicat: Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quae exeunt de corde, illa sunt quae coinquinant hominem. Sed absit hoc, ut ego de sanctissimo corde vestro tale aliquid credam. Illae epistolae vestro nomine praenotatae sunt, sed vestras eas fuisse non arbitror. Ego beatissimo viro domino Ioanni scripseram, sed credo quod mihi familiaris vester ille iuuenulus rescripsit, qui adhuc de deo nihil didicit, qui viscera charitatis nescit, qui in caelestibus rebus ab omnibus accusatur, qui insidiari quotidie diuersorum moribus per occulta testamenta, nec dominum metuit, nec homines erubescit. Mihi crede frater sanctissime, si zelum charitatis perfectae habes, ipsum prius corrige, ut ex his qui vobis vicini sunt, etiam ij qui vicini non sunt, exemplo melius emendentur. Illius linguam noli recipere, ille ad concilium vestrae sanctitatis debet dirigi, non autem sanctitas vestra ad verba illius insecti. Si enim illum audit, scio quia pacem cum suis fratribus habere non poterit. Ego enim attestante mihi conscientia fateor: quia cum nullo homine habere scandalum volo, & quanta valeo virtute declino. Et quantum cum omnibus hominibus pacem habere summopere cupiam, vobiscum praecipue, quos vehementer amo, si tamen ipsi quos noui, vos estis. Nam si canones non custoditis, & maiorum vultis statuta conuellere, non cognosco qui estis. Age ergo frater sanctissime atque charissime, ut nos iniucem recognoscamus, ne si antiquus hostis duos per scandalum mouerit, per nequissimam victoriam multos necet. Ego enim ut aperte indicem quia per elationem nil quaero, si ille iuuenulus de quo praelocutus sum, apud fraternitatem tuam culmen prae actionis minime teneret, ipsa etiam quae mihi de canonibus suppetunt, interim tacere potuissem, & ab ipso initio venientes ad me personas ad eam fiducialiter transmissem, sciens quod eas sanctitas tua cum charitate susciperet: sed iam nunc dico, aut eisdem personas in suis ordinibus suscipe, eisque quietem praebere: aut si hoc fortasse nolueris, omni mihi alteratione postposita, de eorum causa statuta maiorum & canonum terminos custodi. Si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus, sed tamen venientem a vobis non deuitamus. Quid autem de episcopis qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene vestra fraternitas nouit. Pastores etenim facti sumus, non percussores. Et egregius praedicator dicit: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia & doctrina. Noua vero atque inaudita est ista praedicatione, quae verberibus exigit fidem. Sed de his multa in epistolis loqui non debeo, quia dilectissimum filium meum Sabinianum diaconem pro responsis Ecclesiasticis faciendis, ad dominorum vestigia transmisi, qui vobiscum cuncta subtilius loquetur. Si nobiscum litigare non vultis, paratum eum ad omnia quae iusta sunt inuenietis. Quem vestrae beatitudini commendo, ut saltem ipse dominum illum Ioannem inueniat, quem ego in vrbe Regia scini olim.

Parte. 1.  
Dist. 45.  
Quid autem.  
2. Tim. 4.

Episto. 53.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Agathone episcopo. Caput. XCII.

**P**ostquam in Agathonem, quondam episcopum, iuxta qualitatem excessuum distractione est canonica vindicatum: necesse est humanitatis intuitu, quemadmodum sustentari possit, disponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanam Ecclesiam, in qua supradictus Agatho sacerdotis gessit officium, festinet dirigere, eique ad praesens exinde quinquaginta solidos qui in eius possunt proficere viduum, transmittat. Nam nimis est impium, si alimitorum necessitati post vindictam subiaceat.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennati. De illicita usurpatione pallii.

Caput. XCIII.


**N**on multum temporis interuallum est quod quaedam nobis de tua fraternitate fuerant nunciata, de quibus vobis veniente illuc Castorio notario sanctae, cui deo auctore praesidemus, Ecclesiae: subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namque ad nos quaedam in Ecclesia vestra contra consuetudinis atque humilitatis tramitem geri, quae sola, ut bene nostis, est officii sacerdotalis erectio. Quae si sapientia vestra manuet, vel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat, sed oportuerat te haec eadem cum gratiarum actione corrigere.

Contra morem quippe Ecclesiasticum est si non patientissimè toleratur, quod a vobis absit, etiam iniulta correctio. Mota autem nimis est vestra fraternitas, atque cum tumore cordis, quasi satisfaciens, scripsit nobis pallio te non nisi post dimissos de secretario filios Ecclesiae, & missarum tempore, atque in letaniis uti, solennibus verbis aliquid te usurpasse contra generalis Ecclesiae consuetudinem apertissima veritate professus. Quomodo enim fieri potest, ut illud cineris atque ciliici tempore per plateas inter populorum strepitus agas licite, quod te agere in conuentu pauperum nobilium, & in secretario Ecclesiae velut illicitum excusasti: illud tamen frater charissime tibi non putamus ignotum, quod penè de nullo Metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra missarum tempus vsum sibi pallii vendicasse. Et quod bene hanc consuetudinem generalis Ecclesiae noueritis, vestris nobis manifestissime significastis Epistolis, quibus praecipuum beatae memoriae decessoris nostri Ioannis papae nobis in subditis transmisistis annexum, continens omnes consuetudines ex priuilegio praedecessorum nostrorum concessas, vobis, Ecclesiaeque vestrae, debere seruari. Confitemini igitur aliam esse generalis Ecclesiae consuetudinem, postquam ea quae vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubitas. Aut enim mos omnium Metropolitanorum etiam a tua est fraternitate seruandus, aut si tuae Ecclesiae aliquid specialiter dicit esse concessum, praecipuumve a prioribus Romanae urbis pontificibus, quod haec Rauennati Ecclesiae sunt concessa, a vobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicatis, ut usurpasse te comprobet quod fecisti. Et quid dicturi sumus futuro iudici frater charissime, si illud quod graue iugum atque vinculum cervicis nostrae non dico pro Ecclesia, sed pro quadam seculari nobis dignitate defendimus, grauari nos iudicantes, si tanto pondere vel parui temporis spatio careamus? Decorari pallio volumus, forsitan moribus indecori, dum nihil in episcopali ceruice splendidius fulget quam humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex non scripto sequi, aut ex scriptis priuilegiis se tueri. Vel si postremo nihil horum est, alius Metropolitanis huius te praebere volumus praesumptionis exemplum. Sed ne forte putet, nos haec vobis scribentes, quae pro fraterna sunt charitate neglexisse, scitote in nostro scrinio de priuilegio Ecclesiae tuae subtiliter perquisitum. Et quidem quaedam inuenta sunt quae omnino possint fraternitatis tuae intentionibus obuiare, nihil autem in quo de huiusmodi capitulis pars vestrae possit Ecclesiae roborari. Nam & de ipsa consuetudine tua quam opponis Ecclesiae, quae vobis olim, ut a partibus vestris probaretur, scripsimus, iam nos satis sollicitudinem gessisse cognoscite, inquirentes filios nostros Petrum diaconem, atque Gaudiosum primitierium, necnon & Michaelium defensorem sedis nostrae vel alios, qui pro diuersis responsis Rauennam a nostris decessoribus sunt transmissi, & haec te in praesentia sua egisse districtissime negauerunt. Apparet igitur secreto non potuisse geri, nisi quod usurpabatur illicite. Unde quod latenter subintroductum est, nulla debet stabilitate persistere. Quae ergo superflua a te vel a tuis decessoribus sunt praesumpta, cum charitatis intuitu, atque cum fraterna stude benignitate corrigere. Nullatenus, non dico per te, sed per aliorum vel decessorum tuorum normam ab humilitatis tentes regula deuiare. Ut enim ea quae superius dixi, breuiter colligam,

Parte. 1.  
Dist. 100.  
Contra.

M





**A**gam, admoneo quatenus nisi decessorum meorum munificētia tibi nec per privilegium attributa docueris, vt in plateis pallium vltimus ferre non prælumas: ne non habere & admissus incipias, quod audaciter & in plateis vsurpas. De secretario autem quod fraternitas tua refedisse cum pallio, & filios Ecclesie suscepisse, & fecit & excusauit, nunc interim nihil querimus: quia synodorum sententiam sequentes, minores culpas quæ negantur, vicifeci recusamus. Hoc tamen quia semel & iterum sit factum cognouimus, sed fieri vltius prohibemus. Fraternitas autem tua sit omnino sollicita, ne hoc deterius vindicetur. Conuesti præterea estis quod quidam de sacerdotali ordine Rauennatis ciuitatis peccatis imminētibus graualiter sint criminibus inuoluti. Quorum causam vel illic te discutere volumus, vel huc eos, si tamen probationum difficultas pro locorum longinquitate nō impedit, ad hæc ipsa discernenda transmittere. Quod si vel ad tuum iudicium, vel ad nos, maiorum fulti patrocinio, quod non credimus, venire despexerint, & in obiectis sibi capitulis contumaciter respondere nequuerint: volumus vt eis post secundam & tertiam admonitionem tuam ministerium sacri interdicas officij, atque nobis de contumacia eorum scriptis tuis renuncies, vt deliberemus quemadmodum actus eorum debeas subtiliter perscrutari, atq; secundum diffinitiones canonicas emendare. Cognoscat igitur fraternitas tua de causa hæc nos plenissime absolutos, ex eo quod vobis causas ipsas commisimus perquirendas, atque omnia peccata eorum si inulta venerint, & omne pondus discussionis huius in tuæ animæ redundare periculum, sciens nullam dilectionē vestram excusationem apud futurum iudicem habituram, si non exceperis eleri, qui summa sanctorum iuramentorum seueritate correxeris, & hos quibus hæc fuerint approbata, sacros vltius ordines temerare permiseris. Illud autē quod pro vtendis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cui-libet Ecclesie concessum fuisse: nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse. Nec si tentatum esset ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam si in qualibet Ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum quod non concessione Romani pontificis, sed sola surreptione præsumitur. Sed nos seruantes honorem fraternitatis tuæ, licet contra voluntatem antedicti clerici nostri, tamen primis diaconibus vestris, quos nobis quidam testificati sunt etiam antē eis vsos fuisse, in obsequio duntaxat tuo mappulis vti permittimus, alio autem tempore vel alias personas hoc agere vehementissimè prohibemus.

Parte. 1. Dist. 93. Illud autē.

**Gregorius Cypriano diacono. De Cosma multis debitis obligato. Caput. XCIII.**

**C**osmas ex variis periculis multas necessitatibus multis debitis obligatus, vt pro eis à creditoribus suis, suos dicat filios detineri. Quæ res si ita est, nos omnino commouet. Quamobrem hortamur dilectionem tuam, vt quia subtilitate perquiras, & si inuenieris eum prædictis debitis veraciter inuolutum, vt non sit substantia vnde possit hæc ipsa persoluere, prædictos creditores eius adeas, & propter recolligendos filios eius, quanta cognoueris quantitate componas. Et quia, sicut dictum est, non habet vnde restituat, de rebus pauperum ex præsentis nostra autoritate persolue, sciens quicquid illic te prouidente datum fuerit, patrimoniij nostri pensionibus esse reputandum.

Episto. 55.

**Gregorius Secundino episcopo. De auferendo baptisterio in monasterio monachorum. Cap. XCV.**

**P**ridem præcipimus vt de monasterio sancti Andrea, quod est super Mascalas, baptisterium propter monachorum insolentias debuisset auferri, atque in eodem loco quo fontes sunt, altare fundari. Cuius rei perfectio hæcenus est protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuam, vt nullam iam moram post susceptas præsentis

Ep. 56.

literas nostras inferere debeas, sed repleto loco ipsorum fontium, altare ad sacra celebranda mysteria illic sine aliqua dilatio fundetur, quatenus & prædictis monachis opus dei securius liceat celebrare, & non de negligentia vestra, contra fraternitatem tuam noster animus exciteretur.

**Gregorius Italicae patricie. De rebus pauperum cum mansuetudine disponendis. Caput. XCVI.**

**S**uscipimus plenas dulcedine literas vestras atque incolumitatis excellentiæ vestræ nos lætificauit auditus. Circa quas tanta est nostræ mentis sinceritas, vt nihil in earum tranquillitate simultatis reconditum, paternus nos suspicari permittat affectus. Sed omnipotens deus faciat, vt sicut de vobis nos bona sentimus, ita mens vestra nobis bona respondeat, & dulcedinē quam verbis impenditis, exhibeat operibus. Nihil enim potest gloriosissima sanitas & pulchritudo in superficie corporis, si vulnus animæ latet intrinsecus. Atque illa magis cauenda est discordia, cui satellitiū pax præbet exterior. Illud verò quod epistolis prædictis reuocare in memoriam nostram, excellentia vestra studiose contendit, scriptum vobis sciat nihil cum scandalo, nihil cum foris, scriptum vobiscum nos velle de causis pauperum definire. Hoc nos & scripsisse meminimus, & scimus nosmetipsum iuuante domino à causarum litigijs Ecclesiastica moderatione compescere, atque secundum Apostolicum illum sensum, rapinam bonorum nostrorum cum gaudio sustinere. Sed illud scire vos volumus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me pontificibus in rebus pauperum præiudicium non facturam. Vnde & nos explentes supra memoratam promissionem vestram, iam de causis ipsis præiudicium reticendum, nec in his in quibus minus agi benignè cognouimus, desideramus nos per nosmetipsos immiscere negocijs. Sed ne fortè ex his coniciatis, gloriosa filia, ea quæ ad concordiam pertinent, adhuc nos omnino renuere, filio nostro Cypriano diacono venienti ad Siciliam partes, indiximus, vt si quid de his salubriter, & sine peccato animæ vestræ ordinare disponitis, ex nostra autoritate vobis definiam: & nos amplius illis vexemus negocijs, quorum cum mansuetudine est dispensandus effectus. Deus autem omnipotens qui ea quæ omnino impossibilia sunt, ad possibilitatem bene nouit inflectere, ille vobis aspi-ret & causas vestras cum pacis intentione disponere, & pro mercede animæ vestræ, de rebus eis competentibus huius Ecclesie consulere pauperibus.

Ep. 57.

**Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De monasterio Gratiolæ abbatissæ consecrando. Caput. XCVII.**

**R**eligiosus desiderij sine difficultate præstari decet effectum. Atque ideo Gratiolæ abbatissa vna cum congregatione sua, oblata petitione quæ tenetur in subditis, postulauit quod patriciæ recordationis Rustica per vltimum voluntatis suæ arbitrium in ciuitate Neapolitana, in domo propria, in regione Herculensi, in vico in quo Lampadius monasterium ancillarum dei constituit sepeliretur, in quo præfatam Gratiolam abbatissam præesse disposuit: simulque & oratorium extruxisse dinoscitur, cui & pro voto suo quatuor uncias totius substantiæ suæ dimississe suggestit: quodque in honorem beatæ Mariæ semper virginis genitricisque dei, & domini nostri Iesu Christi desiderauit consecrari. Et ideo frater charissime præsentis præceptione dilectionem tuam duximus adhortandam, vt inspecto primitus testamento, si iure subsistit, & easdem quatuor uncias verissimè eidem monasterio collatas esse compereris, ad prædictum locum cum postulauerint, ingrante accedas, venerandæ solenniæ dedicationis impendens, vt quoties necesse fuerit, à presbyteris Ecclesie in superascripto loco deseruientibus celebrentur sacrificia inueneranda missarum: ita vt in eodem monasterio neque fraternitas tua, neque presbyteri præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestiarum inferant. Aut si quid pro diuersorum deuotione commoditatis accesserit, sine auro, sine argento, sine prædium, sine vestimentum, omni modis constructio præfata possideat, ancillis dei

Episto. 58.

y y iij in eodem



G in eodem loco deseruentibus debeat proficere, quicquid offerri ibidem contigerit.

Gregorius Euticio episcopo Tundarino. De cultoribus idolorum conuertendis. Caput. XCVIII.

Episto. 59.

S Cripta fraternitatis tuæ Benenato Ecclesiæ tuæ clerico deferente suscepi, gratiasq; omnipotenti deo retuli, quod in causis animæ & iis quæ ad deum pertinent, te occupatum esse cognouimus. Scripsisti siquidem nobis quosdam idolorum cultores, atque Anglorum dogmatis, in iis in quibus constitutus es partibus inueniri, de quibus plures asseruisti esse conuersos, aliquos autem potentum nomine atque locorum se qualitate defendere. Auxiliantes igitur bonis tuæ charitatis operibus, viro glorioso prætori Sicilia nostra scripta transmisi quatenus iuante domino, qua potest tibi virtute concurret, vt quod laudabiliter acceptum est, valeat salubriter adimpleri. Oportet ergo fraternitatem tuam maximam in hoc sollicitudinem gerere. Verè enim episcopalem vitam sequeris, si per zelum linguamq; tuam, hos qui à fidei veritate dissentiunt, in Ecclesiæ vnitatē reduxeris.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Quomodo in Ecclesia sua conuersari debeat. Caput. XCIX.

H

Epist. 60.

S Cripta tuæ charitatis accepimus, quibus nobis indicasti deo propicio te bene à filiis tuis Neapolitanis ciuibus esse susceptū. De quibus omnipotenti deo gratias retulimus. Oportet ergo affectui eorum te tuis moribus cōpensare, malos coercere, bonis te discretè atque benignissime relaxare, ad sequendas eos meliores partes frequentius admonere: quatenus & illi paternos in te mores inuenisse se gaudeant, & tu creditam tibi regiminis causam cooperante domino studiosius exequaris.

Gregorius Mauricio Augusto. De lege eius iniusta ut miles in monasterio non suscipiatur. Caput. C.

Episto. 61.

O mni potenti deo reus est, qui serenissimis dominis in omne quod agit & loquitur, purus non est. Ego autè indignus pietatis vestræ famulus, in hac suggestione neq; vt episcopus, neq; vt seruus iure reipublice, sed iure priuato loquor: quia serenissime domine, ex illo iam tempore dominus meus fuisti, quando adhuc dominus omnium non eras. Longino viro clarissimo stratore veniente dominorū legem suscepi, ad quam fatigatus tunc egritudine corporis, reipondere nil valui. In qua dominorum pietas sanxit, vt quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad Ecclesiasticum officium venire non liceat. Quod valde laudavi, euidentissime sciens: quia qui secularem habitū deserens, ad Ecclesiastica officia venire festinat, mutare vult seculum, non relinquere. Quod verò in eadem lege dicitur, vt ei in monasterio conuerti non liceat: omnino miratus sum, dum & rationes eius possunt per monasterium fieri: & agi potest vt ab eo loco in quo suscipitur, eius quoq; debita soluantur. Nam & si quisquam deuota mente conuerti voluisset, prius res malè ablatas redderet, & de sua anima tātò verius, quanto expeditior cogitaret. In qua lege subiunctum est, vt nulli qui in manu signatus est, conuerti liceat. Quam constitutionē ego, fateor dominis meis, vehemētè expaui: quia per eam cœlorum via multis clauditur, & quod nunc usq; licuit, ne liceat prohibetur. Multi enim sunt qui possunt religiosam vitam etiam cum seculari habitu ducere. Et pleriq; sunt qui nisi omnia reliquerint, saluari apud deum nullatenus possunt. Ego verò hæc dominis meis loquens, quid sum nisi puluis & vermis? Sed tamen quia contra authorem omnium deum hanc intendere constitutionē sentio, dominis tacere non possum. Ad hoc enim potestas super omnes homines dominorum meorum pietati cœlitus data est, vt qui bona appetunt, adiuuentur, vt cœlorū via largius pateat, vt terrestri regnum cœlesti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, vt ei qui semel in terrena militia signatus fuerit, nisi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulsus, domino nostro Iesu Christo militare non liceat. Ad hæc ecce per me seruum vltimū suū & vestrum respondebit Christus dicens: Ego te de notario comitem excubitorum, de co-

mite excubitorum Cæsarem, de Cæsare imperatorem, nec solum hoc, sed etiam patrem imperatorum feci. Sacerdotes meos tuæ manū commisi, & tu à meo seruitio milites tuos subtrahis: Responde rogo piissime domine seruo tuo, quid venienti & hæc dicenti responsurus es in iudicio domino tuo? Sed fortasse creditur: quia nullus eorum puro animo conuertatur. Ego indignus famulus vester scio, quanti his diebus meis in monasterio milites conuersi miracula fecerunt, signa & virtutes operati sunt. Sed per hanc legem iam ne quisquam talium conuerti valeat, prohibetur. Requirit rogo dominus meus quis prior imperatorum talem legem dederit, & subtilius æstimet si debuit dari. Et quidem considerandum valde est: quia eo iam tempore prohibentur quique relinquere seculum, quo appropinquauit finis ipse seculorum. Ecce enim mora non erit, & ardente cœlo, ardente terra, coruscantibus elementis, cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cum principatibus & potestatibus tremendus iudex apparebit. Si omnia peccata dimiserit, & solam hanc legem contra se dixerit esse prolatam, quæ rogo erit exculatio? Vnde per eundem tremendū iudicem deprecor, ne illæ tantæ lachrymæ, tantæ orationes, tanta ieiunia, tantæq; elemosynæ domini mei ex qualibet occasione apud omnipotentis dei oculos suscentur, sed aut temperando pietas vestra, aut immutando vigorem eiusdem legis inflectat: quia tunc magis dominorum exercitus contra hostes creuit, quāto dei exercitus ad orationē creuerit. Ego quidē iussioni subiectus, eandē legem per diuersas terrarum partes transmitti feci, & quia lex ipsa omnipotenti deo minime concordet, ecce per suggestionis meæ paginam serenissimis dominis nunciaui. Vtrobique ergo quæ debui exolui, qui & imperatori obedientiam præbui, & pro deo quod sensi minime tacui.

Gregorius Domitiano Metropolitano. De diabolo corruptore animæ, & Sichemitis iniuste occisis. Caput. CI.


Caput. CI.

S Cripta dulcissimæ & suauissimæ beatitudinis vestræ suscipiens, valde gauisus sum: quia multa mihi de sacra scriptura loquebantur. Et quia dilectas in eis epulas reperi, eas auide comedi. In quibus quedam quoque de causis exterioribus & necessariis sunt permixta. Et quasi me ti conuiuium præparantes egistis, vt oblatæ epulæ ex diuersitate melius placerent. Et si quidem exteriores causæ, velut inferiores & abiecti cibi minus sapiunt, ita tamen à vobis prudenter dictæ sunt, vt libenter sumantur: quia & cibi contemptibiles plerunque dulces ex condimento bene coquentis fiunt. Seruata autem veritate historiarum, hoc quod dudum de diuina significatione dixeram, respici nullo modo debuit. Nam et si mihi, quoniam ita vultis, significatio eius non congruit, ex ipsis tamen locis suis circumstantibus, hoc quod ex ea dictum est, incunctanter teneri potest. Nam & corruptor eius princeps terræ dicitur, per quem aperte diabolus designatur: quia redemptor noster ait: Nunc princeps huius mundi euicetur foras. Qui etiam vxorem petiit: quia malignus videlicet spiritus festinat, vt licentem possideat animā, quam prius occulta seductione corruerit. Vnde iacob filij vehementer irati contra omnem Sichem domum, eiusq; patriam, gladios sumunt: quia à cunctis zelum habentibus ipsi quoq; insequendi sunt, qui maligni spiritus adiutores fiunt. Quibus prius circumcisionem præcipiunt, quos in dolore positos postmodum occidunt. Quia plerunq; magistri seniores si zelum suum moderari nesciunt, quamuis per prædicationem vitia corruptionis resercent, cum iam à delinquentibus plangitur, quod fuerat perpetratū, adhuc tamē ipsi per asperitatem discipline sequuntur, & duriores existunt. Qui enim iam & præputia absciderāt, mori minime debebāt: quia qui culpam plangunt luxuriæ, & voluptatē carnis in dolore vertunt, à magistris sentire nō debent asperitatem disciplinæ, ne ipse humani generis redemptor minus ametur, si pro eo anima plusquam debet atteritur. Vnde & eisdē filiis iacob dicit: Turbastis me, & odiosum fecistis Chananeis. Quando enim & hoc quod iam delinquentes plangunt, adhuc magistri crudeliter insequuntur, infirmæ meatu ipse redemptoris sui amor tepescit: quia ibi se affligi considerat, vbi sibi & ipsa non

Episto. 62.

1048. 12.

Genes. 34.



**A** ipsa non parcat. Hæc igitur dixerim, vt intellectū quem protulit, non esse improbabile ex locis circumstantibus demonstrarem. Ea verò quæ ex eodem loco à vestra sanctitate in meam consolationem dicta sunt, libenter accipio: quia in intellectu factæ scripturæ respici nō debet quicquid lang fidei go restitit. Sicut em̄ ex vno auro alij murennulas, alij annulos, alij dextralia ad ornamentū faciūt, ita ex vna scripturæ sciētia expositores quique per innumera intellectus quasi varia ornamenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cœlestis sponsæ proficiunt. Valde autem gaudeo, quod dulcissima beatitudo vestra etiam causis secularibus occupata, ad intellectū sacri eloquij vigilanter ingenium reducit. Sic quippe necesse est vt si illa omnimodo caueri nō possint, ista non omnimodo postponantur. Sed per omnipotentem dominum rogo, mihi in tantis tribulationum fluctibus laboranti, tende orationis manum, vt ex vestra intercessione ad summa releuer, qui culparum mearum pondere ad profundum premor. Imperatorem verò Persarum etsi non fuisse conuersum doleo, vos tamen ei Christianam fidem prædicasse omnimodo exulto: quia etsi ille ad lucem venire non meruit, vestra tamen sanctitas prædicationis suæ præmium habebit. Nam & Aethiops in balneum niger intrat, & niger egreditur, sed tamen balneator nummos accipit. De Mauricio autem bene dicitis vt in actione eius ab vmbra statuam cognoſcat, id est, in minimis maiora perpendam. In hoc tamen ei credimus: quia eius vobis animam sacramenta & obfides ligant.

*Gregorius Narsæ. De causa Ioannis episcopi & presbyterorum eius. Caput. CII.*

Episto. 63.

Ruth. 1.

C

**M**ulta mihi dulcissima charitas vestra per epistolas suas in bonæ operationis laudibus est locuta, ad quæ omnia breuiter ego respondeo: Nolite me vocare Noëmi, id est, pulchrum: sed vocate me Mara, id est, amarum: quia amaritudine plenus sum. De causa verò presbyterorum, quæ cum fratre meo, & cœpiscopo viro reuerendissimo Ioanne patriarcha agitur, ipsum puto aduersarium patimur, quem asseris velle canones custodire. Charitati autem tuæ breuiter fateor: quia omni virtute & omni pondere, eandem causam, auxiliante omnipotēte deo, exigere paratus sum. In qua si videro sedis Apostolicæ canones non seruari, dabit omnipotens deus quid contra contemptores eius faciam. Quod autem charitas vestra scripsit mihi, vt filio meo domino Theodoro archiatro & ex præfecto pro vobis gratias agerem, feci: & quantum potui, vos commédare minime cessauit. Peto autē mihi ignoscas, quod epistolis tuis sub breuitate respondeo: quia tantis tribulationibus premor, vt mihi neque legere, neque per epistolas multa loqui liceat. Hoc solum tibi breuiter dico: quia oblitus sum mādūcare panem meum, à voce gemitus mei. Omnes qui vobiscum sunt, mea peto vice salutari. Domine Domine salutem meam dicite. Cui minime respondi: quia cum sit Latina, Græcè mihi scripsit.

*Gregorius Theodoro medico &c. De iniusta lege imperatoris, ne miles conuertatur. Caput. CIII.*

Epi. 64.

Iuliani lex.

**Q**uæ bona omnipotētis dei & serenissimi domini mei imperatoris habeam, lingua mea non sufficit explere. Pro quibus bonis quid est meum retribuere, nisi eorum vestigia purè amare? Peccatis autem meis facientibus, ex quorum suggestionem vel consilio nescio an vestro, transacto anno talem in republica sua legem protulit, vt quisquis eum purè amat, flere vehementer debeat. Ad quam legem tunc respondere non potui, quia egrotus fui, modo autem eidem domino aliqua iugessit. Præcepit enim vt nullus qui actionem publicam egit, nullus qui officio vel manu signatus, vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio conuerti liceat: nisi fortè si militia eius fuerit expleta. Quam legem primum, sicut ij dicunt qui leges veteres nouerunt, Iulianus protulit, de quo scimus omnes quantum deo aduersus fuerit. Quod si ideo serenissimus dominus noster fecit: quia forte multi milites conuertebantur, & exercitus decreſcebat: nunquid per virtutem militum subdugant ei omnipotens deus imperium Persarum? Nunquid non solæ lachrymæ illius auditæ sunt, & eo ordine quem ipse nesciuit, eius imperio Persarum re-

gnum subdidit? Valde autem mihi durum videtur, vt ab eius seruitio milites suos prohibeat: qui ei & omnia tribuit, & dominari eum, non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit. Nunquid si intentio est seruandarum rerum, non poterant ea ipsa monasteria quæ milites suscepissent, alienas res reddere, atque ad conuersionem homines tantummodo habere? Hæc quia mihi valde dolent, eidem domino iugessit. Sed vestra gloria opportuno tempore secretè suggestionem meam ei offerat. Nolo eam à responsali meo publicè dari, quia vos qui ei familiariter seruitis, loqui ei liberius & aptius potestis, quæ pro eius sunt anima: quoniam in multis est occupatus: & vix animus eius inuenitur à curis maioribus vacuus. Tu quidem gloriose fili: pro Christo loquere. Si auditis fueris, lucrum est animæ prædicti domini tui, & tuæ. Si verò auditus non fueris, lucrum solummodo tuæ fecisti.

*Gregorius Theotimo medico. De illo quod scriptum est: Erat illis cor unum & anima vna.*

Caput. CIII.

Episto. 65.

E

Act. 4.

**F**erunt quidam veteres philosophorum, qui in duobus corporibus vnâ esse animam dicerent, non affectus iungentes duos, sed vnâ in duobus animæ substantiam partientes. At contra nos esse in duorum mentibus vnâ animam dicimus, non diuidendo substantiam, sed corda iungendo. Nam de illis primis fidelibus scriptum est: Erat in eis cor vnum, & anima vna. Quod ego sic in Actibus Apostolorum lego, vt in me & domino Theotimo recognoscam: quia sic vnanimis mecum est, vt præsens corpore, nunquam mihi defuerit, & absens corpore, semper per spiritum præsens fiat. Ago autem omnipotenti deo gratias, qui charitatis suæ gratiam mentis vestræ visceribus infundit: & deprecor, vt magis magisque in vobis dona sua augeat: & hic bona nobis præsentia, & in futuro seculo gaudia æterna concedat. Filiū meum Sabiniānum diaconum venientem charitatem vestræ commendo: petens vt eo amore quo me diligitis, etiam nostros ametis.

Finis epistolæ Indictionis vndecimæ.

LIBER TERTIVS.

Epistolæ ex registro beati Gregorij Papæ. Mense septembri. Indictione duodecima.

*Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. Congratulatur quòd bene receptus sit à suis.*

Caput. I.

Episto. 3.

F



**S**cripta fraternitatis vestræ suscipiens, magnas omnipotenti deo gratias retuli, quia ordinationis vestræ meriti celebratione releuari. Quod verò ex superno munere in electionem vestram concorditer omnium conuenit assensus, hoc fraternitas tua cum summa debet cōsideratione pensare: quia poit deum valde est debitoris eis, qui sibi vos præferri tam subdita mente voluerunt. Decet igitur vos sacerdotali benignitate eorum moribus in omnibus respondere, eorumque necessitatibus pia compassione succurrere. Si quorum fortasse sunt vitia, hæc maturis obiurgationibus increpate: vt ipsa quoque sacerdotalis indignatio virtute sit admixta dulcedinis, quatenus & tunc à subiectis amari debeat, etiam cum grauius timetur. Quæ res personam vestram apud eorum iudicium in magnam furor vſitatūque despectum adducit: quia sicut præcepta furor vſitatūque despectum adducit, ita contra culpam discretæ indignatio plarunq; quò tarda fuerit, eo amplius fit timenda. Ioannes verò subdiaconus noster multa nobis bona tuæ fraternitatis rediens nunciavit. De quibus omnipotentem dominum petimus, vt hæc quæ cepit, ipse perficiat: quatenus te interius exteriūque profecisse, & nunc inter homines, & post inter angelos ostendat. Præterea pallium ad sacra militarum sollempnia vtendum ex more transmisiſimus. Sed peto vt dum hoc suscipitis, eius honorem ac genium ex humilitate venedicemus.

**G** Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De tribus capitulis, & Theodelinda regina. De episcopis à communionem eius separatis, & Agone rege Longobardorum. *Caput. II.*

*Episto. 2.*

**D**ilectissimus filius meus Bonifacius diaconus quidam mihi ex scripto fraternitatis tue secreto nunciavit, quod exquisita occasione potius quam inuenta, tres se episcopi à fraternitatis vestrae communionem separauerint, dicentes vos in damnationem trium capitulorum consensisse, atque cautionem fecisse. Et quidem si quid de tribus capitulis in quocumque vel verbo vel scripto nominatum est, bene fraternitas tua reminiscitur, quauis decessor fraternitatis tue Laurentius districtissimam cautionem sedi apostolicæ remisit, in qua viri nobilissimi, ex legitimo numero subscripserunt. Inter quos ego quoque tunc Urbanam præturam gerens, pariter subscripsi, quia postquam talis scissura pro nulla re facta est, iustum fuit ut sedes apostolica curam gereret, quatenus vnitatem vniuersalis Ecclesiæ in sacerdotum mentibus per omnia custodiret. Quod autem dicitur filiam nostram Theodelindam reginam se à communionem tua hoc audito nuncio suspendisse: constat per omnia, quia etiam prætorum hominum verbis ad paululum seducta est, venientibus tamē Hyppolito notario, & Ioanne abbate, erit modis omnibus vestrae fraternitatis communionem quaesitura. Cui etiam meas epistolas direxi, quas fraternitas vestra sine dilatione transmittat. De episcopis verò qui se suspendere nisi sunt, aliam epistolam feci, quam cum eis ostendi feceris, eos non ambigo de superstitione sua superbiae apud fraternitatem tuam poenitentiam acturos. Subtiliter autē mihi & breuiter indicastis, vel de Agone rege, vel de Francorum regibus quæ gesta sunt. Peto, ut vestra fraternitas quæ adhuc re cognouerit, mihi modis omnibus innotescat. Si autem videritis, quia cum Patricio nihil facit Ago Longobardorum rex, de nobis ei promittite: quia paratus sum in causa eius impedere, si ipse vtiliter aliquid cum republica voluerit ordinare.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De episcopis ab eo diuisis, & synodo Chalcedonensi. *Caput. III.*

*Episto. 3.*

**P**eruenit ad nos quod quidam episcopi vestrae diocesis exquirentes occasionem potius quam inuenientes, sese scindere à fraternitatis vestrae vnitatem tentauerint: dicentes te apud Romanam urbem in trium capitulorum damnationem, cautionem fecisse. Quod videlicet idcirco dicitur: quia quantum fraternitati tuae etiam sine cautione credere soleam, nesciunt. Si enim hoc esset necessarium fieri, verbis nudis vobis credi potuisset. Ego tamē nominata inter nos neque verbo, neque scripto tria capitula recolo. Sed eis, si citius reuertuntur, de suo errore parcendum est: quia iuxta Pauli Apostoli vocem: Non intelligunt, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Nos enim auctore veritate, teste conscientia, fatemur nos fidem sanctæ Chalcedonensis synodi per omnia illibatam custodire, nihilque eius definitioni addere, nihilque subtrahere audere. Sed si quis contra eam, eiusdemque synodi fidem, siue plus minusve ad sapiendum appetit usurpare, eum omni dilatione postposita, anathematizamus, atque à sinu matris Ecclesiæ alienum esse decernimus. Quem igitur ista mea confessio non sanat, non iam Chalcedonensem synodum diligit, sed matris Ecclesiæ sinum odit. Si ergo ea ipsa quæ audere visi sunt, zelo loqui anime præsumpserunt, superest ut hac satisfactione suscepta, ad fraternitatis tue vnitatem redeant, seque à corpore Christi quod est sancta vniuersalis Ecclesia, non diuidant.

Gregorius Theodelinde reginae Longobardorum. De synodo Chalcedonensi, & Constantio episcopo. *Caput. III.*

*Episto. 4.*

**Q**uorundam ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, ut sese à catholicæ vniuersalis communionem suspenderet. Quod quantum vos purè diligimus, tantum de vobis fortius dolemus: quia vos imperitis, stultisque hominibus creditis, qui non solum ea quæ loquuntur nesciunt: sed vix ea percipere quæ audie-

rint possunt. Dicunt enim piæ memoriæ Iustiniani temporibus aliqua contra Chalcedonensem synodum fuisse constituta: qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent, quem sibi de nobis ipsi sinnerunt. Nos enim teste conscientia, fatemur de fide eiusdem sancti Chalcedonensis concilij, nihil motum, nihil esse violatum: sed quicquid prædicti Iustiniani temporibus actum est, ita actum est ut fides Chalcedonensis concilij in nullo vexaretur. Si quis autem contra eiusdem synodi fidem aliquid loqui præsumit vel sapere, nos eius sententiam sub anathematis interpositione detestamur. Cum ergo integritatem nostram ex conscientia vestra attestacione cognoscitis, superest ut vos nunquam à catholicæ Ecclesiæ communionem separatis: ne tot vestra lachrymæ, tantaque bona opera pereant, si à fide vera inueniuntur aliena. Decet ergo gloriam vestram ad reuerentissimum fratrem & coepiscopum meum Constantium, cuius & fides, & vita bene olim mihi approbata est, sub omni celebritate transmittere, eique directis vestris epistolis indicare, ordinationem eius quam benignè suscepistis. Et quia ab eius Ecclesiæ communionem in nullo separamini, quauis in hac re me vobis superflue dicere arbitror: quia etiam quid in vestro animo dubietatis fuit, veniente filio meo Ioanne abbate, atque Hyppolito notario ex corde vestro arbitror fuisse sublatum.

Gregorius Bonifacio episcopo regio &c. De correctione clerici eius. *Caput. V.*


**C**ontumelia siquidem sacerdotum est, de diuinis cultibus admoneri. Quod enim ipsi debent exigere, turpiter exiguntur. Tamen ne, quod non æstimamus, in aliquo fraternitas tua ea quæ ad opus dei pertinent, negligat: de hoc ipso specialiter te præuidimus adhortandum. Admonemus itaque ut nullatenus clerus Regitanæ ciuitatis in causis quas eorum polceit officium, fraternitatis tue remissione laxetur. Sed in iis quæ ad deum pertinent, instantissime atque studiosissime compellantur. Opinionem quoque prædicti cleri tui studere te volumus, ut nihil de iis prauum, nihil quod contra Ecclesiasticam disciplinam pertinet, audiatur. Ad ornatum quippe eius non ad fecunditatem actuum eorum pertinere debet officium. Subdiaconibus verò tuis hoc quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari. Nec illam definitionem nostram cuiusquam sinas contumacia, aut temeritate corrumpi, quatenus dum prædicta omnia per te fuerint cõseruata districtissime, nec admonitionis nostre, sicut & credimus, transgressor existas, nec in quolibet reum te remissionis accuset pastoralis tibi commissus ordo regimini.

Gregorius Cypriano diacono nostro, & rectori Siciliæ. De Petronilla conuersa, & Agnello corruptore eius. *Caput. VI.*

**P**erlatum est ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem Agnelli episcopi fuisse conuersam, relique suas omnes quæ habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen eidem monasterio quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse. Morientemque prædictum episcopum dimidiã partem substantiæ suæ Agnello cuidam filio suo, qui notarius nostræ esse fertur Ecclesiæ, atque dimidiã eidem monasterio reliquisse. Sed cum propter Irquentem Italiæ cladem ad Siciliam refugissent: dicitur eam sæpe nominatus Agnellus corruptis eius moribus stuprasse, atque sentiens grauidam, de monasterio seduxisse, relique eius omnes tam proprias quam eas quas de parte patris ipsius habere poterat, abstulisse, ac post perpetratum tantum facinus in sui eam dominij iure defendere. Hortamur igitur dilectionem tuam ut prædictum virum vel antefatam sceminam sub districta ad te facias executione perducere, causamque ipsam secundum suum meritum summa subtilitatis examinatione perquiras. Et si ita inuenieris ut nobis nunciatum est, negocium tot iniquitatibus inquinatum, cum summæ purgationis seueritate determina, quatenus & antefatum virum, qui neque suum, neque illius attendit habitum, & tantorum

causa





**A** causa fuit scelestum, vltio districta praeueniat, & illa prius praecedente vindicta, atque in monasterium sub poenitentia redacta, omnes res quae de sepedito loco ablatae fuerant, cum omnibus illis suis fructibus atque accessionibus reuertantur.

*Gregorius Cennadio patricio & exarcho Aphricae. De perverso concilio Numidiae. Cap. VII.*

**E**pistola. 7. **S**atis credimus religiosam excellentiam vestrae mentem aduersus ea maxime quae in Ecclesiis geruntur incongrua, diuini auctoris emulatione succendi. Tanto igitur Ecclesiasticarum correptionem causarum vobis liberet ingerimus, quanto de pia vestrae mentis intentione confidimus. Cognoscat siquidem excellentia vestra quibusdam de Aphricanis partibus venientibus ad nos fuisse perlatum, plura in concilio Numidiae contra patrum tramitem atque canonum statuta committi. Quarum rerum frequentes querelas quia diutius tolerare nullatenus potuimus, Columbo fratri & coepiscopo nostro, de cuius grauitate ipsa eius quae percrebruit dubitare iam nos non permittit opinio, commisimus perquirendas. Quamobrem paterno saluantes affectu hortamur excellentiam vestram, in cunctis quae ad Ecclesiasticam correctionem pertinent, vestri robur ei subrogatis auxiliij, ne si quod male geritur, quaesitum vel vindicatum non fuerit, longorum usurpatione temporum cum maiori litesima fili si victorias queritis, si de commissis vobis prouinciae securitate tractatis, nihil vobis magis & aliud ad hoc proficere, quam zelari faceret vobis magis & iustitiam Ecclesiarum quantum possibile est, bella compefcere.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano Sardiniae. De Theodosia religiosa, & monasterio constituendo. Caput. VIII.*

**E**pistola. 8. **T**heodosia religiosa femina in construendo monasterio voluntaria stemina quondam viri sui complere desiderans, petit a nobis vt ad fraternitatem tuam nostras transmitteremus epistolas, quibus per commendationem nostram tuum facilius mereretur auxilium. Afferit siquidem hoc a suo coniuge constitutum, vt in praedio quod appellatur Piscenas, quod ad Xenodochi Thomae quondam episcopi iura peruenit, monasterium construere debuisset. Quia igitur in alienis hoc fundare rebus licet possessor permitteret, dominus tamen videtur cum ratione refugere petitionem eius prauidimus annuedam: id est, vt in domo iuris sui, quam Caralis asserit se habere, ancillarum dei monasterium debeat domino adiuuante construere. Sed quia praedictam domum suam dicit ab hospitibus atque superuenientibus onerari: hortamur fraternitatem tuam vt studeas eis in cunctis concurrere, deuotionisque eius tuae praebes tuitionis auxilium, vt mercedis defuncti atque eius studij tuus te concursus faciat & sollicitudo participem. Reliquias vero quas ibidem possidet & sollicitudo participem. Reliquias vero quas ibidem possidet & sollicitudo participem. Reliquias vero quas ibidem possidet & sollicitudo participem.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De monasterijs ancillarum dei. Et de concilio episcoporum, & de episcopis, seruis & ancillis Iudaeorum. Et quod episcopi baptizatos infantes bis in frontibus signare non debeant, sed presbyteri semel in pectore, & postea episcopi semel in fronte. Cap. IX.*

**E**pistola. 9. **S**atis quidem te ipse pastoralis zelus instigare debuerat, vt gregem quem susceperas, etiam sine nostro solatio salubriter ac provide tuereris, & a callidis inimicorum surreptionibus cum diligenti circumspectione seruares. Sed quia charitatem tuae pro sua infirmitatis augmento, nostrae quoque paginae auctoritatis indigere comperimus, necessarium nobis fuit titubantes animos tuos ad religiosi vigoris studium, fraternae dilectionis exhortatione firmare. Peruenit siquidem ad nos minus te monasterijs ancillarum dei in Sardinia sitis, tuitionis impendere: & cum dispositum a tuis prudenter fuisset decessoribus: vt quidam de clero probati viri curam gerentes earum se necessitatibus adhiberet, nunc ita funditus est neglectum, vt per publicas personas,

pro tributis, aliisque munijs ipsae per se principaliter deo dedicatae scempling compellantur subire, necessitatemque habeant pro supplendis fiscalibus, per villas, praediaque discurre, atque virilibus incopetenter se miscere negotijs. Quod malum fraternitas tua facili correptione remoueat, vt vnum probatum virum vita moribusque, cuius aetas atque locus nihil de se prae suspitionis obiciat, sollicito deputet, qui sic monasterijs ipsis cum dei timore possit assistere, quatenus vltius eis pro quibuslibet causis priuatis vel publicis extra venerabilia loca contra regulam vagari non liceat, sed quicquid pro his agendum est, per eum quem deputaueris, rationabiliter peragatur. Ipse vero referentes deo laudes, atque coercentes semetipsas, in monasterijs suis nullam occasionem vltius fidelium mentibus prae suspitionis iniiciant.

Si qua autem earum vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis praeuam consuetudinem ad lapsum adulterij deducta est: aut in stupri fuerit perducta voragine, hanc post competentis seueritatem vindicta in aliud districtius virginum monasterium in poenitentiam redigi volumus, vt illic orationibus atque ieiunijs vacet: & sibi poenitendo proficiat, & metuendum ceteris arctioris disciplinae praestet exemplum. Is autem qui cum huiusmodi scempling in aliqua fuerit iniquitate repertus, cum inuisione priuatur, si laicus est: si vero clericus, a suo quoque remotus officio, pro suis continuè lugendis excessibus in monasterium detrudatur. Episcoporum etiam concilia sicut tam tua mos dicitur fuisse prouinciae, quod sanctorum canonum auctoritate praecipitur, bis in anno celebrare te volumus: vt si quis inter eos a sui forma propositi actionis atque morum qualitate discordat: sociali possit fratrum increpatione redargui, & pro securitate commisi gregis, animarumque statu, paterna valeat circumspectione tractari. Peruenit etiam ad nos, seruos ancillasque Iudaeorum, fidei causa ad Ecclesiam refugientes, aut infidelibus restitui dominis, aut eorum, ne restituantur, precium dari. Hortamur igitur vt nullatenus tam praeuam consuetudinem maneria permittas: sed si quilibet seruus Iudaeorum ad venerabilia loca confugerit, causa fidei nullatenus cum patiamini praeuidium sustinere. Sed siue olim Christianus, siue non fuerit baptizatus, sine vilo pauperum damno, religiose Ecclesiasticae pietatis patrocinio, in libertatem modis omnibus defendatur. Presbyteri baptizatos infantes signare bis in fronte chrismate non praesumant. Sed presbyteri baptizatos tangant in pectore, vt episcopi postmodum tangere debeant in fronte. Pro fundandis etiam monasterijs, quae a diuersis iussa sunt construere, si iniusta perspicis haec ab eis quibus indicta sunt, excusatione differri, solerter secundum quod leges praecipunt, admonere te volumus, ne pie viuorum aut defunctorum voluntates, tua, quod absit, remissione cassentur. De monasterio autem quod in domo sua construendum quondam Perrus asseritur praecipisse, prauidimus: vt fraternitas tua subtiliter requirat relictorum illic reddituum quantitates. Et si quidem modus habetur substantiarum, relictis omnibus quae de rebus ipsis imminuta dicuntur esse, vel dispersa, cum omni studio hoc & sine aliqua dilatione fundetur. Sin autem vel minus idonea vel damno fa-cultas est, omnibus, vt edictum est, subtiliter inquisitis, nobis renunciare te volumus, vt sciamus quid deliberare iuuante domino de eius constructione possimus. Fraternitas igitur tua ita in cunctis praedictis capitulis se solerter impendat: vt nec nostrae admonitionis seriem inuentatur fuisse transgressa: nec diuini reia iudicij, de minori zelo pastoralis existat officij.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De monasterio construendo. Caput. X.*

**N**os quidem arbitramur quod ad imminentiam expletionis piarum rerum, ipse te tuas satis ordo compellat. Sed ne zelum tuum cuiuslibet interuentus remissionis emolliat, de his etiam te specialiter iudicium exhortadum. Peruenit siquidem ad nos Stephanum vestrum de hac luce migrantem, lupreae voluntatis eloquio monasterium praecipisse fundari. Cuius desiderium a Theodosia honesta femina, haerede eius, fertur quod haecenus diuam protrahitur. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam: vt maximum

D  
Ca. 27. q. 1  
Si qua.  
E  
De conse.  
distin. 3.  
Presbyteri  
Ca. 16. q. 1.  
Admonere  
F  
Epist. 10.

G maximum de prædicta causa studium geras, atque antenominatam fraternitatem commoneas, quatenus intra annale spatium monasterium, ut iustum est, debeat ordinare: & cuncta secundum defuncti voluntatem sine altercatione construere. Quod si intra prædicti temporis metam aliqua perficere negligentia vel calliditate distulerit, ut sine in loco eo quo constitutum fuerat, seu certe ibi non poterit & alibi placet ordinari, & dilacione interveniente negligitur, tunc volumus ut fraternitatis tuæ adificetur studio, ordinatisq; omnibus rebus atque redditus, qui relicti sunt, per te loco ipsi venerabili sine imminutione aliqua sanciantur. Sic enim & ante tremendum iudicem tuam sententiam remissionis effugies, & secundum piissimas leges, dilatas defunctorum pias voluntates episcopali supplebis studio.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De redditibus Ecclesiarum. Et nullum clericorum in monasteriis abbatem esse debere. Iuenculas fieri Abbatissas vehementissimè prohibet. Nullam uirginem nisi sexagenariam uelendam. Caput. XI.*

**E**piistol. II. **O**lim quidem fraternitati tuæ nostra fuerat auctoritate commissum, ut si quæ in Sicilia exciderent Ecclesiæ, cæterisque venerabilibus locis, vel incogruè gererentur, nostra vice corrigeres. Sed quia post hæc de quibusdam neglectis hactenus capitulis ad nos querela peruenit, rursus ad eorum correptionem tuam fraternitatè specialiter præuidimus excitandam. Cognouimus namq; de redditibus Ecclesiarum nouiter acquisitis, canonicam dispositionem quartarum minimè prouenire: sed episcopos locorum tantummodo distribuere quartam antiquorum reddituum, nunc uero quæ sita suis uisibus retinere. Quam rem prauam, subintroductamque consuetudinè fraternitas tua uaciter emendare festinet: ut siue de præteritis redditibus, siue de iis quæ obuenient quartæ, secundum distributionem canonicam dispensetur. Incongruum namque est unam eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est, usurpationis & canonum. Presbyteros, diacones, cæterosque cuiuslibet ordinis clericos, qui in Ecclesiis militant, abbates fieri per monasteria non permittas, sed aut admissa clericatus militia, monasticis non promoueantur ordinibus: aut si in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cum uiam ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere: ad utrumque iudicetur idoneus. sicque inuicem & Ecclesiasticus ordo uitæ monachicæ, & ecclesiasticis utilitatibus regula monachatus impediatur.

**H** **C**ap. 12. q. 2. **C**ognouimus. **H** **C**ap. 16. q. 1. **P**resbyteros. **H** **C**ap. 12. q. 2. **C**haritatè tuam. **H** **C**ap. 20. q. 1. **I**uenculas.

Illud quoque charitatem tuam commoneat curauimus, ut si quisquam episcoporum de hac luce migrauerit: uel, quod ablit, pro suis fuerit remotus excessibus, conuentibus hierarchicis \* cunctisque cleri prioribus, atque in sui præsentia inuentarium Ecclesiæ rerum facientibus, omnia quæ repta fuerint, subtiliter describantur: ne, sicut antea fieri dicebatur, species quædam aut aliud quodlibet de rebus Ecclesiæ, quasi pro faciendi inuentarij labore tollantur. Sic namque ea quæ ad munitionem pauperum facultatis pertinent, desideramus expleri, ut nulla penitus in rebus eorum ambitionis hominibus uenialitatis relinquatur occasio. Visitatores Ecclesiarum, clericique eorum qui cum ipsis per non suæ ciuitatis paroccias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Iustum namque est ut illic consequantur stipendium, quo pro tempore suum commodare reperuntur obsequium. Iuenculas abbatissas fieri vehementissimè prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam uirginem, cuius ætas hoc atque mores exegerint, uelari permittat: quatenus tam prioribus, quam præsentia capitulo tuæ districtiōnis instantia domino adiuuante correctis, & diu dissolutum rerum venerabilium statum canonicis nexibus religare festinet, & diuina negotia non per incongruas voluntates hominum, sed competenti possint districtiōne disponi.

**C**ap. 12. q. 2. **C**haritatè tuam. **H** **C**ap. 20. q. 1. **I**uenculas.

**C**ap. 16. q. 1. **P**resbyteros. **H** **C**ap. 12. q. 2. **C**haritatè tuam. **H** **C**ap. 20. q. 1. **I**uenculas.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De uxore cuiusdam ablata, & alteri data. Caput. XII.*

**T**anta nobis subinde mala quæ aguntur in ista provincia, nunciatur: ut peccatis facientibus, quod auertat omnipotens deus, celeriter eam perituram credamus. Præsentium namque portitor ueniens lachrymabiliter questus est, ante plurimos annos ab homine nescio quo, de possessione Messanenensis Ecclesiæ, de fontibus se susceptum, & uolenter diuersis persuasionibus puellæ ipsius iunctum: ex qua iuenculos filios iam habere se asseruit: & nunc uolenter huic disiunctam abstulisse dicitur, atq; euidam alij uenudedisse. Quod si uerum est, quam sit inauditum, atq; crudele malum, tua bene dilectio perspicit. Ideoq; admonemus ut hoc tatum nephas sub ea uiuacitate quam te in causis pijs habere certissimè scimus, requiras atq; discutias. Et si ita ut supradictus portitor insinuauit, esse cognoueris, non solum quod malè factum est, ad statum pristinum reuocare curabis, sed & uindictam quæ deum possit placare, exhibere modis omnibus festinabis. Episcopum uero qui homines suos talia agentes corrigere negligit atque emendare, uolenter aggredere, proponens quia si denuo talis ad nos de quoquã qui ad deum pertinet, querela peruenerit, non in eum qui excesserit, sed in ipsum canonicè uindicta procedet.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Adeodati presbyteri iniusta expulsionione. Caput. XIII.*

**P**ræsentium lator Adeodati querelã qui se à sui presbyteratus loco incongruè dicit expulsus: licet subditè tibi textus petitionis explanet, tamen paulò latius iudicauimus apertiusq; retexendam. Asserit namq; à Quintiano fratre & coepiscopo nostro in loco suo pro quibusdã se suis ordinandis negocijs relaxatum, egritudiniquè causa per duorum mensium spatium suæ se Ecclesiæ defuisse: cuius rei occasionem captantem prædictum fratrem nostrum alium loco eius illic presbyterum ordinasse. Hortamur igitur fraternitatem tuam ut causam eius sollicitè perquiras, districtèque discutias. Et si manifeste egritudinis, sicut dicitur, causa, Ecclesiæ suæ eum defuisse repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari. Sed in locum suum sine aliqua eum fac dubietate restitui. Sin autem aliter se res habere dicitur, quam porrecta ab eo continere uidetur suggestio, causam eiusdem canonice legitimeque perquire: & quicquid tibi secundum deum uisum fuerit, iuuante domino, ita stude decernere, ut nulla de hac re quaestio ad nos ulterius reuertatur. Illud autem charitatem tuam specialiter admonemus: ut si uera fuerit huius suggestio, atq; in suum fuerit ordinem restitutus, de presbytero qui in loco eius ordinatus est, subtiliter districtèque debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem uenit, ut in simoniacam heresim non potuisset incidere, in alia qualicumq; vacante Ecclesia, eum uolumus ordinari. Sin autem in eo quippiam, quod auertat dominus, fuerit tale repertum, ipso etiã presbyteratus priuetur ordine, quæ non causa replendè necessitatis Ecclesiæ, sed sola comprobatur ambitione lumpsisse.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Felice diacono. Caput. XIII.*

**P**ræsentium lator Felix diaconus, cum nullatenus in hereticorum dogma lapsus sit, nec à catholica fide discesserit, prauis illectus aduersus Constantinopolitanam synodum suspitionibus, in Hystricorum se separatione remouerat. Qui cum Romam uenisset, recepta à nobis, iuuante domino, ratione, excessum suum recepta dominici corporis & sanguinis comunione correxit. Quia ergo, ut dictum est, non in heresim incidit, sed à sacris generalis Ecclesiæ mysterijs quasi rectæ studio intentionis errauit, imbecillitati eius atque necessitatibus consulentes, maximeque sustentationi eius, pietatis intuitu prouidentes, in tua Ecclesia Syracusana eum præuidimus cardinandum, siue ut officium diaconatus expleat, seu certè ut sola eiusdem officij pro subiectanda paupertate sua commoda consequatur, in tuæ fraternitatis uolumus hoc pendere iudicio. Quod hortamur ut tua fraternitas implere festinet. Commendants etiam personam eius, quatenus nullis eum patiaris molestiis aut necessitatibus subiaccere,



**A** subiacere ne vel nostræ commendationis inueniaris tramitem neglexisse, vel minus exhibuisse quam tuus exigit ordo pauperibus: quia & nos ei annuū quid de nostra Ecclesia dari fecimus, vt eiusdem operis quod te hortamur exhibere, participes esse possimus.

*Gregorius Cypriano diacono rectori Siciliae. De ministeriis Ecclesiarum per Siciliam recolligendis.*

*Caput. XV.*

*Epist. 15.*

**P**ervenit ad nos diuersos Italiae sacerdotes Siciliam con fugientes, plurima secum Ecclesiarum suarum ministeria detulisse, eaque siue defunctis eis, siue malè dispergentibus, propè omnia deperisse. Qua in re moti hortamur dilectionem tuam, quatenus transmittens per omnia Siciliae loca, sicubi vasa sacra, relique Ecclesiarum positas incaute repereris, ea cum summa districtione recolligi facias, atq; adunatas sub notitia testium suscipias, susceptaq; apud singulos episcopos Ecclesiarum deponas, apud quos vique dum pacis episcopos excolerit, iuuante domino debeant tutissime conseruari. Omnium autem rerum ipsarum non solum de suscepta eos qui eas tradunt percipere volumus, sed etiam à te notitias earum subtiliter retineri, vt dum neccess fuerit, ex hac cautela iuuante domino, possint ab iis quibus traduntur, sine imminutione restitui.

*Gregorius vniuersis episcopis per Dalmatiam. Vt nulli in Salotana Ecclesia manus sine sua permissione imponant: & de Maximi presumptione.*

*Caput. XVI.*

*Epist. 16.*

**O**portuerat quidem fraternitatem vestram diuini respectu iudicij, clausis carnalibus oculis, nihil quod ad deum pertinet, à recta mentis intentione omittere, nec cuiuslibet hominis faciem rectitudini iustitiae preponere. Sed postquam mores vestri ita sunt secularibus traducti negotijs, vt obliuiscetes omnem sacerdotalis in vobis honoris tramitem, cunctūque superni metus intuitum, non quid deo sed quid vobis placeat studeatis explere, neccessè habuimus hæc ad vos districtiora specialiter scripta transmittere, quibus ex beati Petri principis Apostolorum autoritate præcipimus, vt nulli penitus extra consensum permissionēque nostram, quantum ad episcopatus ordinationem pertinet, in Saloniitana ciuitate manus præsumatis imponere: nec quenquam in ciuitate ipsa aliter quam diximus ordinare. Quod si contra hæc quippiam vel sponte vestra, vel à quolibet coacti præsumperitis vel tetaueritis agere: decernimus vos à dominici corporis & sanguinis participatione priuatos: quatenus ex eadem vobis ipsa attractione vestra vel voluntate transgrediendæ præceptionis nostræ, à cœlestibus mysterijs alieni sitis, nec is quem ordinaueritis, habeat episcopus. Nos nanque nullum cuius vita reprehendi potest, ordinare temere volumus. Quod si Honoratus diaconus indignus ostenditur, de vita moribusque eius qui electus fuerit, nobis renunciari volumus: vt quicquid in hac re agendū est, cum consensu nostro salubriter permittamus impleri. Confidimus enim in omnipotentem dominum, quia quantum ad intentionem nostram pertinet, nunquam quod nostram gravare possit animam, nunquam sinimus fieri quod nostram gravare possit Ecclesiam. Sinuero in qualibet persona ita voluntarius omnium cōsensu accesserit, vt authore deo digna sit, & non sit qui ab eius ordinatione dissentiat, hæc à vobis in eadem Saloniitana Ecclesia ex præsentis epistolæ nostræ concessa licentia volumus consecrari: excepta duntaxat persona Maximi, de qua ad nos multa mala perlata sunt, quæ si ab appetita maioris ordinis non cessat, restat, vt arbitror, quatenus subtiliter discussa, ipso quoque in dicto officio careat.

*Mense Septembri. Indictione duodecima.*

*Gregorius Felici episcopo Sypontino &c.*

*De tribuno ab hostibus redimendo.*

*Caput. XVII.*

*Epist. 17.*

**Q**ualiter succurrendū sit redemptionibus captiuorum, & sanctorum canonum, & mundanarum legum sanctio euidenter edocuit. Quod cum omnibus notū sit, mirati sumus vt fraternitatis tuæ in redemptionem tribuni clericij tui præsentium latoris nul-

la mota misericordia subueniret. Quod ergo sponte facere distulisti, nostram saltem facere festina adhortatione communitus: ne si, quod non credimus, negligendum putaueris, incipiat tibi neccessitas, quod voluntas fugit, imponere. Quia igitur supradictus Tribunus ab hostibus se prædatum, ac centum duodecim solidis se perhibet computatum, ad quorum se desset restitutionem vrgeri, hæc te oportet diligenter inquirere. Et si ita est, nec cum vnde precium in se datum reddere possit habere cognoueris, supradictos solidos de Ecclesia redemptori eius restitue. Nam valde durum est si de Ecclesia cui militat, remedium nullum veniat. Omnia itaque excusatione, precium quod in eo datum manifesta veritate patuerit, sine aliqua mora, sicut sumus præfati, restitue: quatenus nec creditorem eius tempore neccessitatis afflictio subuenisse poeniteat, & hic onere mororis exutus, mente libera officij sui ministerium sollicitè ac competenter exhibeat.

*Mense Ianuario. Indictione duodecima.*

*Gregorius Mauro abbati à sancto Pancratio.*

*Commendat Ecclesiam sancti Pancratij.*

*Caput. XVIII.*

**E**ccliesiarum cura quæ sacerdotalibus officiis euidenter infixa est, ita nos cogit esse sollicitos, vt nulla in eis neglectus culpa appareat. Quoniam verò Ecclesiam sancti Pancratij, quæ erat commissa presbyteris, frequenter neglecta fuisse cognouimus, ita vt venientes dominico die populi missarum solennia audituri, non inuenire presbytero, murmurantes redirent: hoc matura deliberatione nostro sedit arbitrio, vt eis remotis, monachorum congregationem in monasterio eidem Ecclesie coherenti constituere cum dei gratia deliberemus, quatenus abbas qui illic præesset, curam & sollicitudinem antefatæ Ecclesie habere modis omnibus debuisset. In quo etiam monasterio te Maurum abbatem præuidimus præponendum: statuentes vt terras præfatæ Ecclesie, vel quicquid illuc intrauerit, seu de redditibus eius accesserit, antedicto monasterio tuo debeat applicari, atq; illic sine diminutione aliqua pertinere, ita sanè vt quæcunque in ipsa superscripta Ecclesia fienda reparandaque sunt, per te sine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris quibus Ecclesia ipsa fuerat antè commissa, vacare mysterijs videatur: idcirco huic debeas adhibere presbyterum, qui sacra missarum possit solennia celebrare. Quem tamè & in monasterio tuo habitare, & exinde vitæ subsidia habere neccessè est. Sed & hoc præ omnibus curæ tuæ sit, vt ibidem ad sacratissimū corpus beati Pancratij quotidie opus dei proculdubio peragatur. Hæc igitur quæ tibi præcepti huius faciendæ serie deputamus, non solum te perficere, verumetiam & ab his qui in officio locoque tuo successerint, sic in perpetuum seruari volumus & impleri, vt nullus deinceps in superscripta Ecclesia possit inueniri neglectus.

*Gregorius Leoni acolito. Ecclesiam sanctæ Agathe in Suburra commendat. Caput. XIX.*

**L**ocorum venerabilium cura nos admonet de eorum utilitate per omnia cogitare. Quia ergo Ecclesia sanctæ Agathæ sita in Suburra, quæ spelunca fuit aliquando prauitatis hæreticæ: ad catholicæ fidei culturam deo propice ante reducta est: ideo huius authoritatis tenore communitus, pensiones omnium domorum in hac vrbe cōstitutarum, quas prædictam Ecclesiam temporibus habuisse Gothorum cōstitit, annis singulis congregare non desinas: & quantum in factis tectis vel luminaribus, aliisque reparatione eiusdem Ecclesie neccessarium fuerit, erogare modis omnibus studebitis. Quicquid verò exuberare potuerit, fideliter rationibus te Ecclesiasticis inferre præcipimus.

*Mense Aprili. Indictione duodecima.*

*Gregorius Maximiano presumptori in Salona. De excommunicatione illorum episcoporum, qui ei manus contra canonum statuta imposuerunt. Cap. XX.*

**L**icet cætera cuiuspiam talia vite sint merita: vt nihil sit quod ex his sacerdotalibus valeat ordinibus obuiare, tamen solius nephas ambitus seuerissima canonum districtione damnatur. Cognouimus itaque quod vel surrepta vel

*Epist. 18.*

*Epist. 19.*

*Epist. 20.*



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G vel simulata piissimorum principum iussione: dum vita dignus non fueris, te ad sacerdotij ordinem cunctis venerabilem prorupisse. Quod nos ideo sine vlla hesitatione credidimus: quia vitam etatemque tuam non habemus incognitam, ac deinde: quia serenissimi domini imperatoris animum non ignoramus, quod se in causis sacerdotibus miscere non soleat, ne nostris in aliquo peccatis grauetur. Additur inauditum nephas, quod post interdictionem quoque nostram, quae sub excommunicatione tua, ordinantiumque te facta est, ceteris presbyteris, diaconibus, ceteroque clero, manu militari ad medium diceris deductus. Quam rem nos consecratione dicere nullo modo possumus: quia ab excommunicatione est hominibus celebrata. Quia igitur sine illius exempli forma violasti talem tantamque sacerdotij dignitatem, praecipimus ut usque dum dominicus vel responsalis nostri cognouerimus apicibus quod non surreptitia, sed vera fueris iussione ordinatus, nullatenus tu ordinatorelque tui atrectare quicquam praesumptis sacerdotalis officij, neque usque ad rescriptum nostrum, ad cultum sacri altaris accedere. Quod si contra haec agere praesumpseris, anathema vobis sit a deo, & a beato Petro Apostolorum principe, ut contemplatione iudicij vestri, ceteris quoque catholicis Ecclesiis, vltionis vestrae prebeat exemplum.

Menle Maio. Indictione duodecima.

H Gregorius Venantio episcopo Lunensi. Quod tuis a eis non liceat Christiana mancipia habere.

Caput. XXI.

Episto. 21.

M Vltorum ad nos relatione peruenit, a Iudeis in Lunensi ciuitate degentibus ad seruitium Christiana detineri mancipia, quae res nobis tanto visa est asperior, quanto a fraternitatis tuae patientia operosior. Oportebat quippe te respectu loci tui, atque Christianae religionis intuitu, nullam relinquere occasionem superstitioni Iudaicae, ne simplices animae non tam suasionibus quam potestatis iure quodammodo deseruirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut secundum piissimarum legum tramitem, nulli Iudaeo liceat Christianum mancipium in suo retinere dominio. Sed si qui penes eos inueniuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum sanctione seruetur. Hi vero qui in possessionibus eorum sunt, licet & ipsi & legum distractione sint liberi, tamen quia colendis eorum terris diutius adhaeserunt, utpote conditionem loci debentes, ad colenda quae communi fuerant terra permaneant, pensiones praedictis viris praebent: quae cuncta de colonis vel originariis iura praecipit peragat, nihil eis extra hoc oneris amplius indicatur. Quod si quisquam de his vel ad alium migrare locum, vel in obsequio suo retinere voluerit, ipse tibi reputet qui ius coloniarum temeritate sua, ius vero domini sub iuris seueritate dā nauit. In his ergo omnibus ita te volumus solerter impendi, ut nec directi gregis pastor reus existas, nec apud nos minor emulatio fraternitatem tuam reprehensibilem reddat.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi.

Ut Venantio episcopo Lunensi concurrat.

Caput. XXII.

Epistol. 22.

Q Vorumdam de Laudensium venientium partibus ad nos relatione peruenit, religiosos locorum ipsorum ita ab Ecclesiasticae disciplinae tramite denuisse, ut nullatenus in suis moribus actionibusque canonicae dispositionis statuta respiciant. Quae quia erant & examinanda subtilius, & seuerius vltiscenda: praesentium latorem Venantium fratrem & coepiscopum nostrum ut instanter emendaretur, admonui. Sed pro magnitudine inquietudinis excedentium personarum solum se non iudicauit in huiusmodi inquisitione sufficere, ideoque postulauit a nobis, ut in eodem examinando negotio fraternitatis tuae ei addiceretur auctoritatis solatium. Quamquam igitur fraternitatis lectio hoc a te & sine nostris scriptis debeat exigere, tamen praesentibus quoque vos specialiter epistolis adhortamur, ut adhibito vobis praedicto fratre nostro, cunctos clericos ceterosque religiosos praenominatae ciuitatis & territorij eius de excessibus quorum aliquid est suspicionis, ad te venite compellas, atque cuncta secundum deum propter futuri metum

iudicij subtiliter inquirentes, si quae a canonum statutis recessisse reperitis, canonica eum vltione corrigite. Nec patiamini in locis vestris eos qui non gerunt in moribus quod ostendant in habitu, per abrupta diutius euagari. Quos oportet ad rectitudinis normam pastoralis vos circumspectione reducere. Ita ergo fraternitas tua cunctis solertius indagatis, quae nobis in talibus nunciata sunt corrigat, ordinet, atque in futurum sopire festinet, ut & animae tuae proficiat, si tui causas vigilanter atque viuaciter persequeris officij, & nostrum minime frustrari permittas, quod semper de tua maturitate habuimus distractione iudicium.

Gregorius nobilibus ac possessoribus in Sardinia insula consistentibus &c. De rusticis idolis seruientibus. Cap. XXIII.

Epistol. 23.

F Ratri & coepiscopi mei Felicis, & filij mei Ciriaci serui dei, relatione cognoui, penes omnes vos rusticos in vestris possessionibus idololatriam deditos habere. Et valde hac de re contristatus sum, quia scio quod subiectorum culpa, praepositorum deprimit vitam: & cum in subiecto peccatum non corrigitur, in eos qui praesunt sententia retorquetur. Vnde magnifici filij exhortor, ut omni cura, omni sollicitudine animarum vestrarum zelum habere debeatis, & quas rationes omnipotenti deo de subiectis vestris redditori estis, aspiciate. Ad hoc quippe illi vobis commissi sunt, quatenus & ipsi vestre utilitati valeant ad terrena deseruire, & vos per vestram prouidentiam eorum animabus ea quae sunt aeterna prospicere. Si igitur impendunt illi quod debet, vos eis cur non soluitis quod debent? id est, ut assidue illos magnitudo vestra commoneat, ab idololatriae errore compe scat, quatenus eis ad fidem ductis, omnipotentem dominum erga se placabilem faciat. Ecce enim mundum hunc, quia finis vicinus vrget aspiciatis, quod modo humanus in nos, modo diuinus gladius saeuat videtis, & tamen vos veri dei cultores, a commissis vobis lapides adorari conspiciatis, & taceatis. Quid quae so in tremendo iudicio dicturi estis, quando hostes dei & sub potestate vestra suscepistis, & tamen eos deo subdere, atque ad eum reuocare contemnitis? Vnde debitum salutationis alloquium soluens peto, ut magnitudo vestra attendere erga zelum dei vehementer inuigilet, & quis quantos ad Christum perduxerit, suis mihi epistolis indicare festinet. Quod ergo vos agere ex aliqua occasione forsitan minime valeatis, praedicto fratri & coepiscopo nostro Felici vel filio meo Ciriaco iniungite, eique ad opus dei solatium praebete, ut in remuneratione vitae tanto possitis esse participes, quanto nunc bono operi solatium praebetis.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano De Xenodochio Ecclesiae. De Epiphano presbytero. De Paulo clerico malefico. De ordinationibus & nuptiis clericorum. De uirginibus uelendis. De mulieribus a monasterijs egressis. Caput. XXIII.

M

Episto. 24.

O Portebat si quidem fraternitatem tuam ita de rebus piis esse sollicitam, ut nihil ad explendas eas nostris admonitionibus penitus indigeret: tamen quaedam ad nos peruenerunt quae sunt corrigenda capitula, nihil est incongruum si nostrae quoque vobis paginae auctoritatis accedat. Quamobrem significamus peruenisse ad nos, consuetudinem fuisse, ut Xenodochia quae sunt in Caralitanis partibus constituta, apud episcopum ciuitatis singulis quibusque temporibus suas subtiliter rationes exponerent, eius videlicet tuitione atque sollicitudine gubernanda. Quod quia tua haecenus fertur charitas neglexisse: hortamur ut, sicut dictum est, tibi singulis quibusque temporibus rationes suas xenodochi qui in eis sunt constituti vel fuerunt, subtiliter reddant. Atque tales in eis qui praesint ordinentur: qui vita moribus, atque industria inueniantur esse dignissimi, religiosi duntaxat, quos vexandi iudices non habeant potestatem: ne si tales personae fuerint, quas in suum possint euocare iudicium, vastandarum rerum debilius, quae illic reiacent, praebatur occasio: de quibus rebus summam te curam gerere volumus, ut nulli sine tua licentia dentur notitiave, ne vix ad direptionem earum, ex fraternitatis tuae perueniatur incuria. Praeterea nos latorem praesentium Epiphanium presbyterum quorundam

**A**rundam sacerdotum literis criminaliter accusatum. Cuius nos, ut volumus, discutientes causam, nihilque in eo obiectum reperimus, ut ad locum suum reuerteretur, absolvimus. Crimini ergo eius auctores te volumus perferuari. Et nisi qui eandem transmittit epistolam, paratus fuerit hoc quod obfecit, canonicis atque districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctae ministerium communionis accedat. Paulum vero clericum qui saepe dicitur in maiestatem dei, in Aphricam fugerat: si ita est, corporali prius praeveniendo vindicta, praevideamus in poenitentiam dari, quatenus & secundum apostolicam sententiam, ex carnis afflictione spiritus saluus fiat, & terrenas peccatorum sordes, quas pravus contraxisse fertur operibus, lacrymarum possit assiduitate diluere. Eis vero qui ab Ecclesiastica comunione suspensi sunt, nullus religiosus secundum canonum praecipua iungatur. De ordinationibus vero vel de nuptiis clericorum, aut de iis quae velantur virginibus, nullus, ut nunc fieri dicitur, quicquam praemij praesumat accipere, nisi quippiam sua sponte offerre maluerint. In mulieribus quae de monasteriis ad laicam vitam sunt egressae, virosque sortitae, quid fieri debeat, cum praedicto fraternitatis tuae presbytero subtilius sumus locuti, cuius relatione sanctitas vestra potest plenius informari. Religiosi vero clerici conuentus patrociniisque laicorum caueant, qui tuae remissioe secundum canones iurisdictioni subdantur, ne remissione fraternitatis tuae eius cui praes disciplina dissolvatur Ecclesia. Eos autem qui in praedictas mulieres quae egressae sunt de monasteriis transierunt: & nunc dicuntur a communionem suspensi, si fraternitas tua de tali facinore dignae poenituisse praeviderit, ad sacramentum communionis te volumus reuocare.

*Gregorius Zabarde duci Sardiniae. De Barbaricinis conuertendis. Cap. XXV.*

**S**criptis fratris & coepiscopi mei Felicis & Ciriaci serui dei, gloriae vestrae bona cognovimus. Magnaque omnipotenti deo gratias agimus, quod talem ducem Sardinia suscepit: qui sic sciat quae terrena sunt, reipublicae exolvere, ut bene etiam noverit omnipotenti deo obsequia patriae coelestis exhibere. Scripserunt etenim mihi quod eo pacto cum Barbaricinis facere pacem disponitis, ut eosdem Barbaricinos ad Christi servitium adducatis. Hac de re valde letatus sum, & dona vestra si omnipotenti deo placuerit, citius serenissimis principibus immotescere. Vos ergo quod coepistis, explete: omnipotenti deo deuotionem vestrae mentis ostendite: eos quos illuc ad conuertendos Barbaricinos transmissimus, quantum valetis adiuvate, scientes quod talia opera multum vos & ante terrenos principes, & coram coelesti rege praevaleant adiuvare.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De ordinatione Ecclesiarum. De rusticis Paganis. De lapsis ad pristinum officium non reuocandis. Et de chrismate. Caput. XXVI.*

**F**ratris & coepiscopi nostri Felicis, & Ciriaci abbatis relatione cognovimus, quod in insula Sardinia sacerdotes a laicis iudicibus opprimantur: & fraternitatem tuam ministri sui despiciant: dumque solum simplicitati a vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Unde hortor ut omni excusatione postposita, Ecclesiam quam suscepisti, auctore deo regas, disciplinam clericos tenere cogas, nullius verba metuere studeas. Archidiaconem vero tuum, ut audio, cum mulieribus habitare prohibuisti, & nunc quoque in ea prohibitione despiceris. Qui nisi iussioni tuae paruerit, eum a sacro ordine despiceris esse priuatum. Accidit Ecclesiae tuae, nunc quod in infidelitate remanere, negligetia fraternitatis vestrae permisit. Et quid vos admoneo ut extraneos ad deum adducatis, qui vestros ab infidelitate corrigere negligitis: Unde necesse est vos per omnia in eorum conversionem vigilare. Nam si cuiuslibet episcopi in Sardinia insula Paganum rusticum inuenire potuerit, in eundem episcopum fortiter vindicabo. Iam vero si rusticus tanta fuerit perfidia & obstinationis inuetus, ut ad deum venire minime co-

sensit, tanto pensionis onere grauandus est: ut ipsa exactio- nis suae poena compellatur ad rectitudinem festinare. Peruenit etiam ad nos quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post poenitentiam, vel ante ad ministerij sui officium reuocari: quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque cauones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem delapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat.

Sed ne quum ij qui ordinati sunt pereant, prouideri debet quales ordinentur: ut prius aspiciatur si vita eorum continens in annis plurimis fuit, si studium lectionis, si eleemosynarum morem habuerunt. Quaeendum quoque est, ne forte fuerit bigamus. Videndum etiam ne sine literis, aut obnoxium curiae, compellatur post sacrum ordinem ad exactiorem publicam redire. Haec itaque omnia diligenter fraternitas vestra inquirat: ut dum diligenter quilibet exquisitus ordinatur, non celeriter post ordinationem deponatur. Ea autem quae fraternitati vestrae scripsimus, cunctis sub vobis episcopis innotescite, quia ego illis scribere nolui, ne honorem vestrum viderer imminuere. Peruenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere in fronte eos qui baptizandi sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem Ecclesiae nostrae fecimus, sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tangere debeant, concedimus.

*Gregorius Hospitem duci Barbaricorum. De Barbaris conuertendis. Caput. XXVII.*

**C**um de gente vestra nemo Christianus sit, in hoc scio quia omni gente tua es melior, quia tu in ea Christianus inueniris. Dum enim Barbaricini omnes ut insensata animalia uiuant, dum verum uelisciant, ligna autem & lapides adoredant, in eis quod deum verum colis, quantum omnes antecedas, ostendis. Sed fidem verum accepisti, etiam bonis actibus & verbis exequi debes, & Christo, cui credis, offerre quod praevales: ut ad eum quoscunque potueris adducas, eosque baptizari facias, & aeternam vitam diligere admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes, quia ad aliud occuparis, salutem peto, ut hominibus nostris quos illuc transmissimus, scilicet fratri & coepiscopo meo Felici, filioque meo Ciriaco seruo dei, solatiari in omnibus debeas: ut dum eorum labores adiunas, deuotionem tuam omnipotenti domino ostendas: & ipse tibi in bonis actibus adiutor sit, cuius in bono opere, famulis solatiaris. Benedictionem vero sancti Petri Apostoli vobis transmissimus, quam peto ut debeatis benigne suscipere.

*Mense Iunio. Indictione duodecima.*

*Gregorius Candido defensori. De Albino luini- bus priuato. Caput. XXVIII.*

**N**ecessitatem patientibus pontificale conuenit adesse subsidium. Pro quo experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, quatenus Albino priuato luminibus, filio quondam Martini coloni, singulis annis duobus tremiffis sine aliqua dilatione praestare, non dubitatura sine hoc sine dubio rationibus imputari.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De episcopo intra Dardaniam ordinando. Caput. XXIX.*

**P**rocurator ad nos in loco intra prouinciam Sardiniam dicitur Phauliana, consuetudinem fuisse episcopum ordinari, sed pro rerum necessitate longis aboleuisse temporibus. Quia autem nunc sacerdotum indigentia quosdam illic Paganos remanere cognouimus, & serino degentes modo, dei cultum penitus ignorare: hortamur fraternitatem tuam, ut illic secundum pristinum modum ordinare festinet antistitem, talem videlicet qui ad hoc opus moribus ac verbo existat idoneus, & oberrantes ad gregem dominicum pastoraliter studeat amulatione deducere, quatenus eo illic ad animarum vacante compendium, nec vos inueniamini superflua poposcisse, nec olim destructa frustra nos reformasse poeniteat.

*Gregorius Constantiae Augustae. De miraculis Apostolorum Petri & Pauli. Et de monachis Graecis mortuorum*

**D**  
Parte. 1.  
distin. 50.  
Peruenit.

Parte. 1.  
distin. 95.  
Peruenit.  
De consec.  
di. 4. pres.  
baptizatos  
4. senten-  
tiarum.  
dist. 7. c. 1.  
E  
Episto. 27.

Episto. 28.  
F

Epist. 29.

Ca. 23. q. 6.  
Iam vero.

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G tuorum ossa effodientibus, detentisque uendere ea in Oriente pro reliquiis. Et de sudario sancti Pauli.  
Caput. XXX.

Episto. 30.

**S**erenitas vestrae pietatis, religionis studio, & sanctitatis amore conspicua, propter eam quae in honorem sancti Pauli Apostoli in palatio edificatur Ecclesiam, caput eiusdem sancti Pauli, aut aliud quid de corpore ipsius suis ad se iussionibus a me praecipit debere transmitti. Et dum illa mihi desiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, vestram erga me amplius potuissim gratiam prouocare: maior me moestitia tenuit, quod illa praecipitis, quae facere nec possum, nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, tantis in Ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illic timore possit accedi. Denique dum beatae recordationis decessor meus, quia argetum quod supra sacratissimum corpus beati Petri Apostoli erat: longè tamen ab eodem corpore ferè quindecim pedum spatio, mutare voluit, signum ei non parui terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli Apostoli meliorare volui & quia necesse erat, ut iuxta sepulchrum huiusmodi effodi altius debuisset, praepositus loci ipsius ossa aliqua non quidem eidem sepulchro coniuncta reperit. Quae quonia leuare praesumpsit, atque in alium locum transponere, apparentibus quibusdam relictibus signis, subita morte defunctus est. Praeter haec autem sanctae memoriae decessor meus idem ad corpus sancti Laurentij martyris quaedam meliorare desiderans, dum nescitus ubi venerabile corpus ipsius esset collocatum, & effoditur exquirendo, subito sepulchrum ipsius ignoranter appetum est & ij qui praesentes erant atque laborabant, monachi & mansionarij qui corpus eiusdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere praesumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus vitae superesse potuisset, qui sanctum & iustum corpus illius viderat. Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quicquam tangere praesumant de corpore: sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur. Quod leuatum, in Ecclesia quae est dedicanda, debita cum veneratione reconditur: & tanta per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illic specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit ut beatae recordationis Leonis papae temporibus sicut a maioribus traditur: dum quidam Graeci de talibus reliquiis dubitarent, praedictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluerit. In Romanis namque vel totius occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si praesumpserit, certum est quia haec temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Graecorum consuetudine, qui ossa leuare sanctorum se afferunt, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam monachi Graeci huc ante biennium venientes, nocturno silentio iuxta Ecclesiam sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum ossa recondebant, seruantes sibi dum recederent. Qui cum tenti, & cur hoc faceret diligenter fuissent discussi, coefferunt quod illa ossa ad Graeciam essent tanquam sanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo, sicut praedictum est, maior nobis dubietas nata est, utrum verum sit quod leuare veraciter ossa sanctorum dicuntur. De corporibus vero beatorum Apostolorum quid ego dicturus sum, dum constat, quia eo tempore quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut ciuium suorum repeterent? Quae ducta usque ad secundum vrbis miliarium, in loco qui dicitur Catumbas, collocata sunt. Sed dum ea exinde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur, ita eos vis tonitruum atque fulguris nimio metu terruit atque dispersit: ut talia de nouo nullatenus attentare praesumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex domini pietate meruerunt, leuauerunt, & in locis quibus nunc sunt condita, posuerunt. Quis ergo nunc serenissima domina tam temerarius possit existere, ut haec sciens, eorum corpora non dico tan-

H

gere, sed vel aliquatenus praesumat inspicere? Dum igitur talia mihi a vobis praecipita sunt, de quibus parere nullatenus possem, quantum inuenio, non vestrum est: sed quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt: ut mihi, quod absit, voluntatis vestrae gratiam subtraherent, & propterea quae fuerunt capitulum, de quo vobis quasi inobediens inueniret. Sed in omnipotente domino confido, quia nullo modo benignissimae voluntati surrepitorum, & sanctorum Apostolorum virtutem, quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali praesentia, sed ex protectione semper habebitis. Sudarium vero quod similiter transmitti iussistis, cum corpore eius est, quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia serenissimae dominae tam religiosum desiderium esse vacuum non debet, de catenis quas ipse sanctus Paulus Apostolus in collo & in manibus gestauit, ex quibus multa miracula in populo demonstratur, partem aliquam vobis transmittere curabo, si tamen hanc tollere limando praualuero, quia dum frequenter ex catenis eisdem multi venientes, benedictionem petunt, ut parum quid ex limatura accipiant, assistit sacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concite aliquid de catenis ipsis excutitur, ut mora nulla sit. Quibusdam vero petentibus diu per catenas ipsas ducitur lima, & tamen ut aliquid exinde exeat, non obtinetur.

I

Mense Iunio. Indictione duodecima.  
Gregorius Anthemio subdiacono. De Iudaeis conuertendis. Caput. XXXI.

**H**is quos de Iudaica perditione redemptor noster ad se dignatur conuere, rationabili nos oportet moderatione concurrere, ne victus, quod absit, inopiam patiantur. Ideoque tibi huius praecipiti autoritate mandamus, quatenus filiis iuste ex Hebraeis, id est, Iuliano, Redempto, & Fortuno a terdecima succedenti indictione annis singulis solidos dare non differas: quos tuis noueris modis omnibus rationibus imputandos.

**H**ereticoorum nequandissimam prauitatem qualiter habetur incognitum. Hi igitur quos & fidei nostrae integritas, & legum damnatae districtio mundanarum, non leue peccatum est si vestris inueniant temporibus licentiam reserpendi. In illis igitur partibus quantum didicimus, ita Donatistarum creuit audacia, ut non solum de suis Ecclesiis auctoritate pestifera eiciant catholicae fidei sacerdotes, sed & quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuunt. Valdeque miramur, si tamen ita est, ut vobis illic positus huiusmodi liceat hominibus prauis excedere. Primum siquidem quale de vobis iudicium hominibus relinquatis attendite, si hi qui aliorum temporibus iusta ratione compressi sunt, vobis administrantibus viam sui excessus inueniant. Deinde perditorum animas deum nostrum de manu vestra scitote requirere, si tantum nequas, in quantum possibilitas exigit, emendare negligitis. Haec enim excellentia vestra non amare suscipiat. Nam quia vos ut filios proprios diligimus, propterea haec quae vobis prodesse non ambigimus, indicamus. Paulum vero fratrem & coepiscopum nostrum ad nos sub omni festinatione dirigite, ne cuiquam impediendi eum aliqua occasio vel exultatio detur, ut veritatem plenius agnoscentes, qualiter tanti facinoris ultio debeat peruenire, deo adiuvante, rationabili possimus tractatu disponere.

Mense Iunio. Indictione duodecima.  
Gregorius Panthaleoni episcopo Aphricae. De Donatistis comprimendis. Caput. XXXII.

**H**ereticoorum nequandissimam prauitatem qualiter habetur incognitum. Hi igitur quos & fidei nostrae integritas, & legum damnatae districtio mundanarum, non leue peccatum est si vestris inueniant temporibus licentiam reserpendi. In illis igitur partibus quantum didicimus, ita Donatistarum creuit audacia, ut non solum de suis Ecclesiis auctoritate pestifera eiciant catholicae fidei sacerdotes, sed & quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuunt. Valdeque miramur, si tamen ita est, ut vobis illic positus huiusmodi liceat hominibus prauis excedere. Primum siquidem quale de vobis iudicium hominibus relinquatis attendite, si hi qui aliorum temporibus iusta ratione compressi sunt, vobis administrantibus viam sui excessus inueniant. Deinde perditorum animas deum nostrum de manu vestra scitote requirere, si tantum nequas, in quantum possibilitas exigit, emendare negligitis. Haec enim excellentia vestra non amare suscipiat. Nam quia vos ut filios proprios diligimus, propterea haec quae vobis prodesse non ambigimus, indicamus. Paulum vero fratrem & coepiscopum nostrum ad nos sub omni festinatione dirigite, ne cuiquam impediendi eum aliqua occasio vel exultatio detur, ut veritatem plenius agnoscentes, qualiter tanti facinoris ultio debeat peruenire, deo adiuvante, rationabili possimus tractatu disponere.

Gregorius Theodelinde reginae Longobardorum etc. De quarta synodo, et Constantino episcopo. Caput. XXXIII.

**Q**uorundam ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, ut sese a catholicae vnanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tanto de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis: qui non solum ea quae loquuntur nesciunt, sed vix ea quae audierunt, percipere possunt. Qui dum neque legunt,

Gregorius Theodelinde reginae Longobardorum etc. De quarta synodo, et Constantino episcopo. Caput. XXXIII.

**Q**uorundam ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, ut sese a catholicae vnanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tanto de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis: qui non solum ea quae loquuntur nesciunt, sed vix ea quae audierunt, percipere possunt. Qui dum neque legunt,

Gregorius Theodelinde reginae Longobardorum etc. De quarta synodo, et Constantino episcopo. Caput. XXXIII.

**Q**uorundam ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, ut sese a catholicae vnanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tanto de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis: qui non solum ea quae loquuntur nesciunt, sed vix ea quae audierunt, percipere possunt. Qui dum neque legunt,

Gregorius Theodelinde reginae Longobardorum etc. De quarta synodo, et Constantino episcopo. Caput. XXXIII.

**Q**uorundam ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, ut sese a catholicae vnanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tanto de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis: qui non solum ea quae loquuntur nesciunt, sed vix ea quae audierunt, percipere possunt. Qui dum neque legunt,



**A**gunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent quem sibi de nobis fluxerunt. Nos enim veneramus sanctas quatuor synodos: Nicenam, in qua Arius. Constantinopolitanam, in qua Macedonius. Ephesinam primam, in qua Nestorius atque Dioscorus. Chalcedonensem, in qua Euthices damnatus est, profitentes quia quisquis aliter sapit, quam hæc quatuor synodi, a fide veritatis alienus est. Damnamus autem quoscunque damnant: & quoscunque absoluunt, absoluiimus: quoscunque anathematis interpolatione feriētes eum, qui earundem quatuor synodorum, maxime autem Chalcedonensis, de qua quibusdam imperitis hominibus nata est superstitionis occasio, fidei addere, vel adimere, præsumit. Cum itaque integritatem nostram ex aperta mea traditione seu professione cognoscitis, dignum est ut de Ecclesia beati Petri Apostolorum principis nullum ulterius scrupulum dubietatis habeatis, sed in vera fide persistite, & vitam vestram in petra Ecclesie, hoc est in confessione beati Petri Apostolorum principis soliditate, ne tot vestrae lachrymæ, tantaque bona opera pereant, si a fide vera inueniantur aliena. Sicut enim rami sine virtute radicis arisunt, ita opera quantumlibet bona videantur, nulla sunt, si a soliditate fidei disinguntur. Decet ergo gloriam vestram ad reuerentissimum fratrem & coepiscopum nostrum Constantinum: cuius & fides & vita olim mihi bene est approbata, sub omni celeritate transmittere, eique directis epistolis indicare ordinem eius quam benignè suscipitis, & quia ab eius Ecclesie communionem in nullo separemini, ut verè, sicut de bona ac fidei filia, communi exultatione gauderemur. In hoc autem vos ac vestra opera placere cognoscite, si prius quam eius examē veniat, sacerdotum illius iudicio comprobentur.

Gregorius Leoni episcopo Cathanensi. De uxore Speciosi diaconi in monasterium detrusa.

Caput. XXXIII.

**M**ultorum relatione comperimus hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut subdiaconi suis licite miscerentur coniugibus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, a seruo dei, sedis nostræ diacone, ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum: ut eodem tempore si qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum de duobus eligerent: id est, aut a suis vxoribus abstinerent, aut certe nulla ratione ministrare præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus hac pro re ab administrationis se suspendit officio: & vsque in obitus sui tempus notarij quidem gessit officium: & a ministerio quod subdiaconem oportuerat exhibere, cessauit. Post cuius obitum, quia relicta eius Honorata marito est sociata, a tua eam fraternitate in monasterio cognouimus deputatam. Ideoque si, ut fertur, eius se maritus ab administratione suspendit, antedicta mulieri non debet officere quod ad secundam coniugij copulationem migravit: præsertim si non tali merente subdiacono iuncta est, ut a carnadmodum edocti suminet. Si ergo ita se veritatem, quemadmodum edocti suminet, habere cognoscis: prædictam te mulierem de monasterio per omnia conuenit relaxare, ut ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare. De cætero verò fraternitas tua sit omnino sollicita, & quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur, sed ad similitudinem sedis apostolicæ eos cuncta obseruare sua nihilominus distributione constituat.

Gregorius Victori & Columbo episcopis Africæ.

De hæresi Donatistarum. Caput. XXXV.

**Q**ualiter necessitas inter initia morbus vires accipiat, ex nostris necessitatibus, quicunque in hac sumus vita constituti, probauimus. Huic igitur nascenti morbo si doctorum obstaret prouisio medicorum: scimus quidem quia ante solet cessare quousmodi nocet. Huius ergo considerationis ratio vehemēter nos debet impellere: ut animarum morbis intiantibus, tota festinemus possibilitate resistere, ne dum salubria adhibere medicamenta negligimus, multorum nobis vita quos deo nostro contendimus lucrari, subripiatur. Vnde nos oportet ita causas ouium quibus custodes videmur esse

præpositi, vigilantis custodia atque sollicitudine præmunire, quatenus lupus insidians vndique pastores sibi repugnantes inueniat, & viam ingrediendi in eas non habeat. Comperimus liquidem Donatistarum stimulos sic in illis partibus gregem turbasse dominicum: ac si nullius pastoris moderamine regeretur. Nunciatumque nobis est, quod dicere sine graui dolore non possumus, quod plurimi eorum venenatis iam sint dentibus laniati. Denique sacerdotes canonicos prauissima de suis Ecclesiis temeritate repellere. Et multos insuper, quibus salutē regenerationis aqua præbuerat, rebaptizatos, prauitate nephastissima nequissime dicuntur: Quod res animos nostros valde mœstificat, quod vobis positus dānata præsumptioni tantū scelus perpetrare licuerit. Quia de re fraternitatem vestram scriptis præsentibus adhortamur: ut habito tractatu, inuitoque consilio, ita nascēti adhuc morbo inhiante ac tota virtute debeatis obsistere, dummodo nec vires ex neglectu percipiat, nec in commisso vobis grege pestilentia damna cocutiat. Nam si quolibet modo, quod non credimus, incipienti negligitis iniquitati resistere, plurimos erroris sui gladio vulnerabunt. Et est profecto grauissimum laqueo diabolicæ fraudis irretiri permittere, quos prius possumus ne alligentur eripere. Melius est autem ne quisquam vulneretur obsistere, quā vulneratus qualiter sanari possit exquirere. Hoc itaque considerandum, sacrilegam prauitatem sedula oratione ac virtute qua valetis obruite, ut subsequens nūcius Christi gratia suffragante de eorum nos ultione lætificet, magis quam de excessu contristet. Paulus præsertim studio omni sub festinatione dirigite, quatenus ab eo causas subtilis tanti facinoris agnoscentes, huic nephandissimæ prauitati cum creatoris nostri solentis medicinam dignæ possumus correptionis imponere.

Gregorius Maximiano episcopo &c. Præcipit

Euplo bona patris reddi. Caput. XXXVI.

**E**v plus præsentium portitor Eufanium Agrigentinae civitatis episcopum suum fuisse memorat genitorem, matrisque suæ res apud eum plurimas indicat mansisse. Quem quoniam intestatum inquit esse defunctum, ideo & res maternas sibi petit debere restitui, & antedicti episcopi patris sui se permitti substantiam adipisci. Qua de re fraternitati tuæ huius præcepti serie deputamus, quatenus diligenter curet addiscere, & si quid apud prædictam Ecclesiam de rebus matris ipsius inueniri potuerit, si quidem nihil est quod antedicto Euplo rationabiliter possit obsistere, ei secundum suam faciant portionem restitui. Proinde & de rebus paternis quas ante episcopatum dinoscitur habuisse, si eas in ius Ecclesie suæ quodammodo transtulit, ei quantum portioni eius legaliter scit competere, ut satisfieri possit imminet. Nam omnino & contra rationem & contra nostrum probatur esse propositum, si cui ea quæ iuste competunt, restitui ac satisfieri denegemus. Ita ergo hæc fraternitas tua implere festinet: ut supra scripto portitor ad nos deuo ex hac re nulla remeandi necessitas imponatur. Nā quod beatae re nullis decessor noster præceptum direxerat, ut lapsa eo res eius omnes Ecclesie remaneret, hoc ideo eū credimus præcepisse, ne per eas adhuc amplius deperiret, nunc verò æquum esse pensamus, ut filium patris culpa non ingruet. Sed fraternitatis tuæ dispensatione, quicquid ei legaliter potest competere, consequatur.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi &c.

De iuramento non dando ciuibus Brixie. Et de nominatione Ioannis inter missarum solennia, & quatuor synodis. Caput. XXXVII.

**S**criptis sanctitatis vestrae percursis, in graui vos merore esse cognouimus: maxime propter episcopum & ciues Brixie, qui vobis mādant, ut eis epistolam transmittatis, in qua iurare debeatis vos tria capitula minime dānasse. Quod si decessor fraternitatis vestrae Laurentius non fecit, a vobis queri non debet. Si autem fecit, cum vniuersali Ecclesia non fecit, & cautionis suæ iuramenta transcendit. Sed quia eundem virum sua credimus sacramenta seruasse, atque in vnitatem catholicam Ecclesie permanisse, dubium non est

Episto. 34.  
Cā. 27. q. 2  
Multorum.

Episto. 36.

Epistol. 35.

Episto. 37.

**G** est quod nulli episcoporum suorum iuraverit se tria capitula minime dānasse. Ex qua re colligat sanctitas vestra, quia cogi non debet ad hoc quod a decessore vestro factum nullo modo est. Sed ne ij qui vobis ista scripserunt, scandalizari videantur, transmittite eis epistolam, in qua sub anathematis interpositione fateamini, neque vos aliquid de fide Chalcedonensis synodi imminuere, neque eos qui imminuunt recipere: & quoscunque damnauit, damnare, & quoscunque absoluit, absolueret. Vnde credo eis posse celerrime satisfieri. Quod autem scripsistis quia scandalizantur plurimi eorum, quia fratrem & coepiscopum nostrum Iohannem Rauennatis Ecclesie inter missarum solennia nominetis, requirenda vobis consuetudo antiqua est: & si consuetudo fuit, modo a stultis hominibus reprehendenda non est. Si vero consuetudo non fuit, fieri non debet vnde quibusdam scandalum moueri possit: tamen sollicitate perquirere studui si idem Iohannes frater & coepiscopus noster vos ad altare nominet, quod minime dicunt fieri. Et si ille vestri nominis memoriam non facit, quare necessitas cogat ignoro, ut vos illius faciatis. Quod quidem si sine aliquorum scandalo fieri potest, vos tale aliquid facere valde laudabile est, quia charitatem quam erga fratres vestros habetis ostenditis. Quod autem scripsistis quia epistolam meam regine Theodelinde transmittere minime voluistis, pro eo quod in ea quinta synodus nominabatur: si eam exinde scandalizari posse credidistis, recte factum est ut minime transmitteretis. Vade nunc ita facimus sicut vobis placuit, ut quatuor synodos solummodo laudaremus. De illa tamen synodo que in Constantinopoli postmodum facta est, que a multis quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor sanctissimas synodos constituerit vel senserit, quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis de quibus in Chalcedonensi concilio nihil continetur, sed post expressas synodos seu canones facta contentio & extrema actio de personis ventilata est. Nos tamen sicut voluistis, ita fecimus, ut eiusdem synodi nullam memoriam faceremus. Sed & de episcopis que scripsistis, predicta filia nostra regina scripsimus. Vrsinum qui vobis scripsit aliqua contra Iohannem fratrem & coepiscopum nostrum, vos per epistolas & dulcedine & ratione ab intentione sua compescere debetis.

**H** De Fortunato autem fraternitatem vestram esse sollicitam volumus, ne vobis a malis hominibus in aliquo subripiatur. Nam audio eum cum decessore vestro Laurentio ad mensam Ecclesie per annos plurimos nuncisque comedisse, inter nobiles confedisse, & subscripsisse: eumque fratre nostro sciente innumeris annis militasse. Et post tot annos modo videtur fraternitati vestre ut de status sui conditione pulsetur. Quod mihi omnino incongruum videtur. Et ideo hoc per ipsum vobis sed secreto mandavi. Tamen si quid est rationabile quod ei possit opponi: in nostro debet iudicio ventilari. Ad filium vero nostrum dominum Dinamium: si omnipotenti deo placuerit, per hominem nostrum scripta transmittemus.

*Gregorius Marcello scholastico. De presumpcione Maximo. Capitulum. XXXVIII.*

*Episto. 38.*

**G**loria vestre charitas sic in nostro corde semper inuigilat, ut nihil sibi corporalis defendat absentia. Nam quantum a carnalibus oculis longe est, mentis tamen aspectibus nunquam deest. Frequenter enim nos voluntas ad scribendum desideranter impellit: sed occupatio non permittit. Dum ergo nobilitatis vestre peritia non ignoret quantis sit locus noster occupationibus inuolutus: quod a scribendi interdum cessamus officio: non voluntatis sed necessitatis esse consideret. Gloria autem vestra quod tardius sua nos requirit epistola: qua possit excusatione defendere, non videmus. In hoc igitur sola me debui taciturnitate defendere, sed feruor charitatis lingua meam non pertulit habere silentium. Salutantes itaque cum omni affectu atque dulcedine indicamus nos grauiter contristatos: quod illa a vobis voluistis expetere: in quibus voluntatem vestram perficere, quia obstitit ratio, non valemus: contristare vos quod nolumus, videmur. Nam hoc nos sine correctione relinque-

re, Ecclesiastica non finit aliquo modo disciplina: nec vos pro talibus decet petere, ne non reuerentia sed indiscipline, quod absit, videamini consentire. Causa vero eiusdem Maximi, pro quo nobis scribitis, quem si missarum solennia celebrare presumpserit: iam sacri corporis communionem priuauimus, matura quando oportuerit deliberatione: sicut deo nostro placuerit, iudicabitur atque disponetur. Oramus autem omnipotentem dominum, ut & hic vos sua protectione custodiat, & ad aeternae vitae premia perducatur.

*Mense Augusto. Indictione duodecima. Gregorius clero ordini & plebi consistenti Hortone. De obitu episcopi eorum, & uisitatione Ecclesie. Caput. XXXIX.*

**V**estri antistitis obitum cognoscetes: curae nobis fuit, destituta Ecclesie uisitationem fratri & coepiscopo nostro Barbaro solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de redditu, ornatu, ministeriisque a quoquam usurpari patiatur: cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire. Hoc tamen scitote: quia ei ordinandi presbyteros ac diacones: si necesse fuerit: quos dignos ad hoc officium inuenire potuerit, dedimus licentiam, quatenus in Ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur, qui a venerandis canonibus vlla non discrepet ratione, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum postulatus fuerit, cum solenni decreto omnium subscriptionibus roborato, & uisitationis pagina prosequente, ad nos veniat ordinandus. Pronisuri ante omnia ne cuiuslibet vitae vel meriti laicam personam presumatis eligere. Et non solum illic ad episcopatus apicem nulla ratione promoueat, verumetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirare confiterit, ab officio & a communione alienos faciendos proculdubio noueritis.

*Gregorius Valentino abbati. Ne monachi eius faciant sibi commatres. Caput. XL.*

**P**eruenit ad nos quod in monasterio tuo passim mulieres ascendunt, & quod adhuc grauius, monachos tuos mulieres sibi commatres facere, & ex hoc incauti cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos, quod absit, calliditate decipiat, ideo huius te precepti serie commoneamus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere, neque monachos tuos commatres sibi facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras quocumque modo peruenerit, sic te seuerissime noueris ultioni subdendum, ut emendationis tue qualitate caeteri sine dubio corrigantur.

*Gregorius Bonifacio magnifico Africe Sal. etc. De fide sua apud sanctum Petrum exponenda. Caput. XLI.*

**S**i ita ut audieram magnitudo vestra intentione sollicita de anime sue salute cogitaret, nequaquam se mihi de fide sua per epistolas, sed per semetipsum potuit respondere. Nam quod in excusatione molestia corporalis adducit, expectato salutis tempore, labore summo re potuistis pro comodo aeternae salutis assumere, ut & vos de nostra ratione, & nos de vestra credulitate gauderem. Etenim que in eis scripsi epistolis, replicanda nunc non sunt, neque alia rationatione monstranda, quia apud nolentis animi quis sit euidens ratio, haec ipsa obstaculum esse solet. Sed per vos venite, & beati Petri Apostolorum principis liminibus vosmet presentate, & cuncta que scripsi, nisi ex lectione monstrauero, cum qua vultis disputatione recedite. Hortor tamen ut dum vita spatium superest, ab eiusdem beati Petri Ecclesia, cui elites caelestis regni commissae sunt, & ligandi ac soluendi potestas attributa: vestra anima non inueniatur claudat. Hi autem qui dubitationis vestrae participes sunt, si ad me venire voluerint, nullam ex me quasi ex potestate procedentem violentiam pertimescant. Nam nos licet in omnibus causis, in his tamen praecipue que dei sunt, ratione magis stringere homines, quam potestate festinamus.

*Gregorius*





**A** Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De clericis Baucaden. per Siciliam dispersis. Caput. XLII.

**I**ndicauit nobis Baucada frater & coepiscopus noster quosdam de clero suo in Sicilia partibus ad sacros ordines peruenisse. Qui quonia neq; presbyteru, neq; diacones se habere commemorat, eos ad se petuit debere trāmitti. Proinde fraternitas tua vbicunq; illos, latore presentiu indicante, repererit: huc eos sine dilatione transmittat, quatenus & illi ad Ecclesiam in qua olim militauerunt reuocentur, & antedictus episcopus optatum de eis possit habere solatium.

Gregorius Fantino defensori. De Cosma Syro multis debitis obligato. Caput. XLIII.

**L**ator presentiu Cosmas Syrus in negotio quod agebat, debitum se contraxisse perhibuit, quod & multis aliis & lachrymis eius attestantibus verum esse credimus. Et quia centum quinquaginta solidos debebat, volui vt creditor illius cum eo aliquid paciscerentur: quoniam & lex habet vt homo liber pro debito nullatenus teneatur, si res defuerint quae possint eidem debito addici. Creditores ergo suos, vt asserit, ad octoginta solidos consentire possibile est. Sed quia multum est vt a nil habente homine octoginta solidos petant, sexaginta solidos per notarium tuum tibi transmisiimus: vt tu cum eisdem creditoribus subtiliter loquaris, ratione reddas, quia filium eius quem tenere dicuntur, secundum leges tenere non possunt. Et si potest fieri, ad aliquid minus quam nos dedimus condescendant. Et quicquid de eisdem sexaginta solidis remanserit, ipsi redde, vt cum filio suo exiū de viuere valeat. Si autem nil remanet, vel ad eandem summam debitum eius incidere stude, vt possit sibi libere postmodum laborare. Hic tamen solerter age: vt acceptis solidis ei plenariam munionem scripto faciant.

Gregorius Rusticianae Patriciae. De reditu eius a monte Syna. Caput. XLIII.

**E**xcellentiae vestrae scripta suscipiens, libenter agnoui, qualiter ad montem Syna perrexit. Sed mihi credite: Ego quoque voluissim vobiscum ire, sed vobiscum minime redire. Quauis mihi valde difficile fuit credere, quia ad loca sancta fuistis, patres multos vidistis. Nam credo si vidissetis, tam celeriter ad Constantinopolitanam urbem redire minime poteratis. At postquam talis ciuitatis amorem vestro nullo modo recessit, suspicor quia excellentia vestra sancta quae corporaliter vidit, ex corde minime attendit. Sed omnipotens deus mentem vestram gratia suae pietatis illustret, donet vobis sapere, & temporalia omnia quam sint fugitiua pensare, quia dum haec loquimur, & tempus currit, & iudex superuenit, & mundum quem spote nolumus, ecce iam propere est vt inuiti relinquamus. Domnum Apionem & dominam Eusebiam, eorumque filias mea peto vice salutari. Domnam vero illam nutricem meam quam mihi per literas commendatis, omnino diligo, & grauari in nullo volo. Sed tantis angustiis premimur, vt ab angustiis atque oneribus hoc iam tempore, nec nosmetipsos exculemus.

Finiunt epistolae Indictionis duodecimae. Finit liber tertius secundum computationem Gratiani in decretis.

LIBER QVARTVS.

Epistolae Indictionis decimae tertiae ex registro beati Gregorij papae.

Gregorius Ioanni Rauennati archiepiscopo. etc. Monasterium monachorum non per clericos nec laicos ordinandum. Caput. XLV.

Epi. 1. Ca. 18. q. 2. Peruenit



**P**eruenit ad me quod in Ecclesia fraternitatis tuae, aliqua loca dudum monasteriis consecrata, nunc habitacula clericorum aut etiam laicorum facta sunt, dumque hi qui sunt in Ecclesiis, fingunt se religiose viuere, monasteriis praeponi appetunt: & per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo etenim potest & Ecclesiasticis obsequiis deseruire, & in monachica

Ca. 16. q. 1. Nemo.

regula ordinate persistere: vt ipse monasterij districtiōnem teneat, qui quotidie in obsequio Ecclesiastico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua hoc quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior loca sacra vt per clericorum ambitum destruantur. Vos itaque ita agite, vt mihi hac de re correctam causam sub celeritate nunciatis.

Gregorius Felici & Ciriaco abbatibus. De ordinando monasterio Theodosiae. Caput. XLVI.

**Q**uerelam Theodosiae religiosae feminae, subditae vobis satis series narrationis explanat, in qua plura & non ad sacerdotalem pertinentia mansuetudinem, contra Ianuarium fratrem & coepiscopus nostrum capitula comprehensa relegimus: ita vt post fundatum a se seruorum dei monasterium, omne quod ad auaritia turbulentiā prauidiciumque pertinet, tempore dicatur oratorij ipsius dedicationis exhibitum. Quamobrem si ita est: vt antefata eius suggestione cooperimus, & in hoc quicquam cognoscitis indecentius fuisse commissum, hortamur vt Musicum abbatem monasterij Agilitani, remotis prius omnibus prauidiciis, studeatis vt monachos suos quos illic ordinare coepit, summopere vocare festinet: quatenus ipso venerabili loco, decet regulari; modo per vos domino iuante disposito, nec frequens nos praedictae religiosae feminae de non impletis bonis desiderijs suis querela cocutiat: nec cum vestre detrimento sit anime, si tam pium propositum aliqua vobis negligentibus, quod non credimus, dilatione torpescat.

Gregorius Dominico episcopo Carthagenensi. De compescendis haereticis. Caput. XLVII.

**V**eniens ad nos Prosper presentium lator, responsalis vester, post alios vestrae charitatis affectus: secundo nobis vestras epistolas cum allegatione principalium iussionum, apud vobis synodi chartulam porrexit. Quibus relictis, & de vestro gratulati sumus, quem pastoraliter geritis, zelo: & piissimos dominos occasione religionis illatas venialium personarum remouisse calumnias. Maxime autem quia ita studuit fraternitas vestra Africana in incolumitatem seruare prouinciam, vt nullatenus deuias haereticorum sectas cum seruire sacerdotali coercere negligeret. De quibus etiam omnibus sopiendis, & antequam charitatis vestrae consuleremur apicibus, intantum nos subtilius definisse memimus, vt nihil rursus de his vobis responderi necessarium credamus. Quamquam ergo haec ita se habeant, & desideremus omnes haereticos a catholicis sacerdotibus vigore semper rationeque compesci: tamen subtiliter intuentes omnino nos tigit, ne per ea quae apud vos gesta sunt, aliorum conciliorum primatibus, quod auertat dominus, generetur scandalum. Sententia namque a vobis prolata est in conclusione gestorum. In qua dum pro inuestigandis illis haereticis admonetis: subtilitatis eos qui negligunt, substantiarum dignitatumque priuatione plectendos. Optimum est igitur frater charissime: vt in his quae foris corrigenda sunt, prius charitas interna seruetur, & simus mente subiecti. Quod maxime vestrae grauitatis proprium iudicamus: etiam personis dignitate minoribus. Tunc enim totis coadunatis viribus haereticorum commodius obuiatis erroribus, cum secundum morem sacerdotij vestri studueritis Ecclesiasticam custodire concordiam.

Gregorius Victori episcopo Panormitano. De Gregorio abbate: & Martia abbatisa. Caput. XLVIII.

**L**atorem presentium Gregorium Abbatem atque presbyterum monasterij sancti Theodori nulla quidem ratio permittebat vt post lapsum illius poenae generalem ultra ei praesse debuisset. Qui enim tot discipulos per suam negligentiam ad infernum duxit, reliquis vnquam praeponi non debuit. Sed quia longa hic est apud nos poenitentia afflictus, fraternitatem tuam necesse est cum in monasterium praedictum recipere, locoque suo constituere, ita tamen vt vrbicus monasterij mei praepositus dare aliquem de seruis dei debeat: qui eius praepositus fiat, vt quod istius incuria negligitur, illius sollicitudine seruetur. Praeterea ex monasterio ancillarum

zz del,



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G dei, quod est sancti Martini, Martiam sanctimoniam...

Gregorius Venantio episcopo Lunen. De Saturnino episcopo lapsio. Caput. XLIX.

Epi. 5. Parte. 1. di. 50. accedens.

A ccedens ad Gorgonam. Insulam fraternitas vestra...

Mense Octobri. Indictione. xiiij.

Gregorius Cypriano diacono & rectori patrimonii sicil. De Manichæis comprimendis. Caput. L.

Epist. 6.

D E Manichæis qui in possessionibus nostris sunt, frequenter dilectionem tuam admonui...

quid rescripti, commonitione certa ad dandos solidos...

Gregorius Felici episcopo in Sardinia. De obedientia maioribus exhibenda. Caput. LI.

Q Valiter obedientia vel sit reuerentia prepositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis...

Gregorius Petro notario in Sardinia. De ministeriis Miriensis Ecclesie recipiendis. Caput. LII.


M inisteria Ecclesie Miriensis quæ secum Squillatrum quondam episcopus Severinus detulerat...

Gregorius uniuersis Episcopis per Illyricum. De ordinatione Ioannis episcopi. Caput. LIII.

E T nobis confert de sollicitudine vestra latitiam: & fraternitatem vestram de sua reddit ordinatione securam...

Gregorius Ioanni episcopo Rauennæ. De usu pallii. Caput. LIIII.

fraternitatem



Epi. 10.

**A**ternitatem vestra valde inuenio contristata, pro eo quod in letaniis induere pallium rationis censura prohibetur. Sed per excellentissimum Romanum patricium & per eminentissimum praefectum: atque per alios ciuitatis suae nobiles viros importune expetit vt hoc debeat concedi. Nos autem solliciti requirentes ab A deodato diacono quodam fraternitatis tuae cognouimus, quia nunquam consuetudo fuerit decessoribus tuis, vt in letaniis pallio nisi in sollemnitate beati Ioannis Baptistae, & beati Petri Apostoli, & beati martyris Apollinaris vterentur. Cui quidem nequaquam vestire debuimus: nisi quia multi apud ciuitatem fraternitatis vestrae responsales saepius fuerunt: qui se fatentur tale aliquid nunquam vidisse. Et hac de re multis potius credendum est, quam vni pro sua Ecclesia aliquid attestanti. Sed quia nos fraternitatem vestram contristari nolumus: & petitionem filiorum nostrorum apud nos minime frustrari: vsu pallij, donec subtilius veriusque aliquid cognoscamus. In letaniis sollemnibus: id est die natalitio beati Ioannis Baptistae: & beati Petri Apostoli: & beati Apollinaris martyris, atque in ordinationis vestrae celebratione concedimus. In secretario verè secundum morem pristinum susceptis ac dimissis Ecclesiae filiis, induere vestra fraternitas pallium debeat: atque ad missarum solennia ita proficisci, & nihil sibi amplius ausu temerariae praesumptionis arrogare: ne dum in exteriori habitu inordinatè aliquid arripitur, ordinatè etià quae licere poterant amittantur.

*Gregorius Petro episcopo Trecalonitano. De uisitatione Agrigentinae Ecclesiae. Caput. LV.*

Epi. 11.

**Q**uoniam Agrigentinae Ecclesiae a nobis fraternitatis tuae uisitacionis commissa est cura, laboribus tuis aliquid ex ea utile prospeximus consulendum. Propterea Maximiano fratri & coepiscopo nostro scripsimus: vt quartam quam eiusdem Ecclesiae episcopus oportebat accipere, a die uisitacionis tuae, vel quouisque illic eam sollicitudinem gesseris, tibi debeat applicare. Vnde fraternitatem tuam necesse est mente sollicita cogitare: vt cuius fructus Ecclesiae perciperit, opera studeat soleriter impendere, atque ad deum illecebras congregare, prauos ab iniquitate compescere: incipientes bona opera, verbo exhortationis nutrire. Memor quod de Ecclesia vniuersali dictum est: Panem ociosa non comedit.

*Gregorius Gaudentio episcopo Nolano. Uisitacionem Capuanae iniungit Ecclesiae. Caput. LVI.*

Epi. 12.

Parte. 1.

distin. 16.

Quoniam.

**Q**uoniam Sixtus Capuanae Ecclesiae episcopus, in Romana ciuitate positus, de hac luce migravit, curae uobis fuit, quae uniuersis Ecclesiis a nobis impenditur, ad fraternitatem tuam praesentia scripta dirigere: vt memoratae Ecclesiae uisitor accedas: sic tamen vt nihil de prouentionibus clericorum, redditu, ornatu, ministerijsque, vel quicquid praefati loci esse patuerit, a quoquam praesumi patiaris, sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque eiusdem Ecclesiae exhibere te conuenit: vt in uigilijs obsequioque Ecclesiastico sedulè ac deuotè debeant deseruire: quatenus fraternitatis tuae instantia atque adhortatione tales se in seruitio diuino exhibeant, vt irreprehensibile eorum valeat obsequium reperiri.

*Gregorius clero Ecclesiae Capuanae degenti Neapoli. De uisitacione Ecclesiae eiusdem Gaudentio commissa. Caput. LVII.*

Epi. 13.

**Q**uoniam Sixtus Capuanae Ecclesiae episcopus hic positus de hac luce migravit, curae uobis fuit, destitutae Ecclesiae uisitacionem fratri & coepiscopo nostro Gaudentio Nolanae ciuitatis episcopo sollemniter delegare. Cui dedimus in mandatis, vt nihil de prouentionibus clericorum, redditu, ornatu, ministerijsque, a quoquam usurpari patiaris. Cuius uos assiduis adhortationibus conuenit obedire: quatenus in Ecclesiastico obsequio, atque in dei laudibus uigilanti debeatis cura persistere: moresque uestris sub digna Ecclesiasticae regiminis disciplina componere. Nec quisquam uestrum eius audeat praecipitibus obuiare, sed omni tam Ecclesiastica obleruatione, quam etiam Ecclesiae ue-

stra custodia, eius prouisionibus obedientiam exhibere: quatenus dum eius regimini uestra fuerit obedientia commodata: & Ecclesiae uestrae in nullo negligatur utilitas, & eius sit cura propensior.

*Gregorius Ioanni episcopo Rauennae. De irrisorio distatu eius. De duplicitate morum & operum. De contumelia seruorum. De doctrina clericorum. De inordinato usu pallij, & cura pastoralis: & alijs plurimis rebus. Caput. LVIII.*

**P**rimùm me hoc contristat, quia mihi fraternitas tua duplici corde scribit, & alia blandimenta in epistolis suis exhibet, alia in lingua sua seculariter ostendit. Deinde graue mihi est, quia irrisoriae illas quas habere in notarij adhuc pueri solent, uique hodie frater tuus Ioannes in lingua sua retinet. Mordaciter loquitur, & quasi de tali astuta letatur. Amicis praesentibus blanditur, de absentibus obloquitur. Tertio graue mihi & omnino execrabile est, quia seruis suis qua hora furit, turpia crimina imponit: ut escaminati & adhuc grauius hoc apertius uocentur. Post haec accessit quod disciplina ad uitam clericorum custodiendam nulla est, sed tantummodo solum clericis suis dominium exhibet. Vltimùm uerò est quod tamen pondere elationis primum est: scilicet de usu pallij extra Ecclesiam. Quod decessorum meorum temporibus facere nunquam quisquam praesumpsit: nunquam a decessoribus eius praesumptum est, sicut responsales nostri testantur, excepto si reliquiae conderentur. Quod tamen de reliquijs: unum tantummodo potuit inueniri, qui meis diebus in despectum meum cum summa audacia non solum faciebat, sed etiam frequetabat. Ex quibus omnibus inuenio, quia honor episcopatus uestri totus in ostensionis ingenio, non in mente. Et quidem omnipotenti deo gratias ago: quia eo tempore quo ad me hoc peruenit, quod ad aures decessorum meorum nunquam peruenerat, Longobardi inter me & Rauennatem ciuitatem positi fuerant. Nam ostendere forsitan hominibus habui, quantum scio esse districtus. Ne autem credas quia ego Ecclesiam tuam in aliquo granari aut minui uolo: recordare in missarum Romanarum sollemnibus ubi Rauennas diaconus stabat, & require ubi hodie stat, & cognosces quia Ecclesiam Rauennatem honorare desidero. Sed ut quicumque quodlibet ex superbia arripiat: hoc ego tolerare non possum. Tamen hac de re iam diacono nostro ad Constantinopolim scripsi: vt per omnes qui sub se etiam tricenos & quadragenos episcopos habent, requirere debeat. Et sicubi iste usus est, ut in letaniis cum pallijs ambulent, absit ut per me Rauennatis honor Ecclesiae in aliquo imminui uideatur. Haec ergo omnia quae superius dixi, frater charissime recogita: diem tuae uocationis attende, quas rationes de sarcina episcopatus redditurus es, considera. Emenda illos mores notarij. Vide quid in lingua, quid in actu episcopum deceat. Esto totus purus. Fratribus tuis non aliud loquaris & aliud in corde habeas. Nec appetas ultra uideri quam es: ut possis ultra esse quam uideris. Crede mihi, quando ad hunc locum ueni, tantae deliberationis fui, tantaeque charitatis circa fraternitatem tuam, ut si eadem charitatem meam custodire uoluisses, adhuc talem fratrem sicque te pure diligentem: tibi que omni deuotione concurrentem nunquam inueneras: sed cognitis uerbis ac moribus tuis, fateor resiliui. Rogo ergo per omnipotentem deum, emenda omnia illa quae praemisi, maxime duplicitatis uitia. Permite me amare te, & ad futuram uitam utile tibi esse poterit: ut a tuis fratribus amaris. Ad haec autem mihi non uerbis, sed moribus responde.

*Gregorius Ioanni episcopo prima Iustiniana. De usu pallij, & cura pastoralis. Caput. LIX.*

**M**anifestum bonitatis esse liquet indicium, in uisus electione cunctorum conuenire consensum. Quia igitur suscepta fratrum & coepiscoporum nostrorum relatio, ad locum uos sacerdotij totius concilij unito consensu, & serenissimi principis uoluntate declarata accessisti: gratias omnipotenti deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui uitam actusque uestris ita de praeteritis fecit

Epi. 14.

Notariorū mores.

F

Epi. 15.

Parte. 1.

distin. 63.

Quia.

**G** esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile; faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in personam fraternitatis tuae per omnia consentimus. Atque omnipotentem dominum deprecamur, vt charitatem vestram sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Pallium vero ex more transmisiimus, & vices vos Apostolicae sedis agere iterata inuolutione decernimus: admonentes vt ita vos circa subiectos debeatis exhibere placabiles, vt rectitudinem vestram diligere prouocentur potius quam timere: Quorum si culpa forte poposcerit, ita excessus emendare curabitis, vt paternum affectum de animo nullo modo relinquatis. Estote in custodia commissi gregis vigilantes atque solliciti, & disciplinae zelo districti: ne lupus insidians nec ouile turbare dominicum, nec nocere ouibus aliqua fraudis occasione proualeat. Animarum lucrum deo nostro tota mentis intentione facere festinate, nomen nos pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite. Exhibeamus ergo in opere quod signamur in nomine. Sacerdotij prerogatiua si recta consideratione pensemus, sollicitis & bene gerentibus in honorem, ne gligentibus autem profecto erit in onus. Sicut igitur laborantes, & circa animarum salutem sollicitos hoc nomen ante deum aeternam ducit ad gloriam, ita desides ac torpentes vrget ad poenam. In lingua nostra vitam esse aliam plebs commissa agnoscat. Sit illis fraternitatis vestrae doctrina: grauis coeetionis stimulus, & vita imitationis exemplum. Quid enim diligere & quid timere debeant, charitatis vestrae sermo praedicationis aperiat, fructum efficaciam vestra aeternae huiusmodi retributionis acquirat. Inter haec vero & huiusmodi ista vos principaliter deliberationis cura constringat, ne vquam ordinationes facere tentetis illicitas, sed si quos ad clericatus ordinem, vel potiore forte gradum promoueri contigerit: non praemiis aut precibus, sed meritis ordinentur. In nulla ordinatione fraternitati vestrae comoda quo libet modo surrepant: ne laqueis simoniace, quod absit, haereseos illigetur. Quid enim prodest homini, sicut veritas docet, si totum mundum acquirat, & suae faciat animae detrimentum? Vnde necesse est vt deum in omni quod gerimus, attendamus, peritura & temporalia contemnamus: atque ad aeternitatis bona cordis desiderium dirigamus. Exenia autem vestrae sanctitatis suscipere omnino nolueram, quia valde esset incongruum, vt a praedatis atque afflictis fratribus munera percepisse videremur. Sed responsales vestri alio me argumento vicerunt, ad eum illa deferentes, a quo non posset oblatio vestrae fraternitatis repelli. Illud enim vobis praee omnibus studendum est, vt venturo iudici animarum, sicut praediximus, non peritura munera procuretis, quatenus & vos de vestra mercedis operatione, & nos pariter de nostra adhortatione respiciat.

Mat. 16.

**I** Gregorius Venantio episcopo Lunen. De lapsu presbyterorum, diaconorum, et subdiaconorum.

Caput. LX.

Epi. 16.

Parte. 1. di. 50. Præterea.

**R** electa textus quam fraternitas tua direxit epistole, sollicitudinem tuam diligenter innotuit. Sed cognita nos corporis tui molestia contristauit. Veruntamen dominica patienter debent sustineri flagella. Nam frequenter ad emendationem aegritudo conceditur. Et hoc autem deum hominem purgatum statuit: quod in hac illi ad praesens vita contristat. Vnde necesse est vt creatori nostro etiam in infirmitate positi gratias referamus, & vt in illa nobis vita castigatio ista proficiat exoremus. Praeterea ad fraternitatis tuae consulta respondentes, statuimus diaconem & abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse villo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in poenitentiam deputare te conuenit. Cuius si postea actus, conuersatioque meruerit, priorem inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat. Subdiacones quoque quos similis culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconis, alium qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero expresbytero, vt nunquam ad sacri ordinis ministerium praesumat accedere, scriptis cauere decreuimus.

Sed eum in insula Gorgona atque Capraria sollicitudinem de monasteriis gerere: & in eo in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus. Fraternitas ergo tua commissos sibi vigilantem cura custodiat: a malis actibus sua vt valeat, praedicatione corripiat: quatenus & officij sui inueniatur, sicut decet, implere propositum: & deum sibi retributorem suae faciat actionis existere. Nos vero omnino vos videre cupimus: atque in deo de vestra praesentia & salute gaudere. Vestem vero ei quae baptizanda est direximus: atque vt nobis talia scribatis, semper optamus. Codicem vero regulae pastoralis domino Columbo presbytero transmittendum per harum portitorem direximus, quem vos nolite detinere. Nam vsui vestro alium sub celeritate transmittemus.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De his qui depositi sunt quomodo ad poenitentiam deputentur.

Caput. LXI.


**S**i lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur, vigor canonicae proculdubio frangitur disciplina: dum pro reuersionis spe prauae actionis desideria quisque concipere non formidat. Fraternitas siquidem vestra nos consuluit: si Amandinus ex presbytero & abbate qui a suo est decessore culpa exigente depositus, in eo quo fuerat ordine constitutus, debeat reuocari. Quod quidem nec licet, nec fieri posse aliqua ratione decernimus. Eius tamen si conuersio forte meruerit, sacro per omnia sicut est priuatus officio, in monasterio eum ante alios vt prauiduerit monachos ordinate. Illud igitur praee omnibus studete: vt lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo reuocare suadeat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta. Vitalianum vero expresbytero de quo scribitis vt districte debeat custodiri, in Siciliam dirigi faciemus, vt spe discedendi sublata, in poenitentiae se saltem tunc lamenta constringat. Iobinum quoque de portu Veneris quondam diaconem & abbatem suo decreuimus priuandum officio, atque vt alter in eius loco debeat ordinari, scripsimus. Similiter etiam & tres subdiacones quos fraternitas vestra lapsos innotuit: a suo semper vacare, ac decernimus priuatos officio: quibus nihil aliud quam inter laicos sacra est praebenda communio. Saturnum vero expresbytero ne ad sacri ordinis ministerium praesumat vquam accedere, deputauimus facere cautionem. Eumque in eadem qua fuerat insula sacri ordinis priuatione volumus permanere: permittentes ei cura & sollicitudinem de monasteriis habere vel gerere, quoniam & ex suo lapsu cautiorem factum eum credimus commissos sibi iam nunc sollicitus custodire. De Ioanne autem Ecclesiae vestrae notario charitas nos qua vos diligimus, olimque dileximus, vt scriberemus admonuit, ne dum eius culpa prouocat aliquid quod ad peccatum pertinet, fieri mandaretis. Hoc ergo cauentes, Ecclesiae vestrae res subtiliter modis quibus potueritis inquirete, dummodo nec deum offendatis, nec ille vos vnde apud homines accuset, valeat inuenire. Nam nos Ioannem non defendendo, vel contra rationem commendando eius personam, sed ne vestra magis anima, stimulantem furor, in aliquo grauaretur, scripsimus. Vnde necesse est vt, sicut praefati sumus, Ecclesiam vestram subtili investigatione cum dei timore perquirere minime negligatis. Praeterea multum nos de Fortunati persona charissimae fraternitatis vestrae mirari fecit epistola. Sed aut a vobis minime scripta ipsa dictata sunt, aut certe si vestra sunt, nos in eis fratrem nostrum dominum Constantium nequaquam agnoscamus. Debuitis etenim & adhuc debetis attendere, quia pro vestra est opinione quod scribimus. Nam dum illic se praedictus Fortunatus violentiam sustinere, nec defensoris auxilio muniri potuisse commemorat, quid aliud nisi vestra attingit inuidiam? Ergo vt nec opinionem vestram haec res apud quosdam obsulcet, nec Ecclesiae vestrae sit, si bona causa est, detrimentum: instructam hic debetis mandare personam: vt causae qualitas trutinata sine vestra possit inuidia terminari: quoniam praesertim post eius querelam: si illuc pro vestris partibus fuerit dicta sententia, non rationabiliter, sed sola potestate credetur superat. Nos vero pro charitate qua vobis astringimur:

Epi. 17. Parte. 1. di. 50. Si lapsus.

L

M





**A**stringimur quæ pro opinione vestra sunt vt facere debeatis, non desistimus admonere. Scientes quia etsi vos ad tempus adhortatio ista contristat: postea tamen deposita contentio- nis intentio laetificat.

Mense Septembri. Indictione, xij.

*Gregorius Romano exarcho per Italiam. De specioso presbytero, & sanctimonialibus ad seculum reuersis.*

Caput. LXII.

Epi. 18.

**A** pud excellentiam vestram prauorum audacia cor- reptionis debet aculeos, magis quam defensionis in- uenire solatium. Nam satis graue est, vt illic habere prauam contingat actionem refugium, vnde disciplinae de- bet prodire censura. Peruenit itaque ad nos Speciosum quæ- dam presbyterum, qui causa poscente in monasterio à Ioan- ne fratre & coepiscopo nostro fuerat deputatus, contra sui pastoris exinde voluntatem exiisse, & Ecclesiasticæ constitu- tionis vigore despecto, antedicto episcopo, vestra fretu tui- tione, resistere. Quod quia excellentiæ vestræ sine dubio pul- sat inuidiam, necesse est vt ab eius vos, habita discretione, debeatis tuitione suspendere: nesi nominis vestri occasione pastori suo inobediens vel contumax extiterit, ad tempus & vestros contra vos iudices defensare, atque excellentiam ve- stram hac ex re cogatur offendere, & nos pariter de vestra discordia consistare. Comperimus præterea, quod dici nephas est, quædam mulieres quæ nunciuque in religioso atque monachico habitu permanserunt, sacram vestem & suam velaturam deponere, & coniugibus, quod sine graui re- ferre non possumus dolore, sociari. Sed hoc quidem vt dice- re vel attentare præsumant, fauoris vestri patrocinio fulciri dicuntur: quod nos credere peruersitatis ipsius acerbitas non permittit. Petimus ergo vt tanto vos peccato miscere nulla- tenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatem impunita pro- pter deum nullo modo paritur remanere. Vnde iteru quesu- mus: vt excellentia vestra in talium se causarum defensione non misceat: ne & deus suam defendat iniuriam, & inter nos aliorum pariat culpa discordiam.

Mense Februario. Indictione. xij.

*Gregorius Cypriano diacono. De obitu Maximiani, & de episcopo eligendo.*

Caput. LXIII.

Epi. 19.

**A** marissimas tuæ dilectionis epistolæ de domini Ma- ximiani obitu mense Nouembris suscepi. Et quidem ille ad præmia desiderata peruenit, sed infelix po- pulus Syracusanæ ciuitatis lugendus est, qui pastorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua sollicitudinem gerat, vt in eadem Ecclesia talis debeat ad ordinandum eligi, qui post dominum Maximianum eiusdem regiminis locum non videatur immerito sortiri. Et quidem credo quod Traia- num presbyterum maxima pars eligat, qui, vt dicitur, bonæ mentis est, sed quantum suspicor, ad regendum locum illum idoneus non est. Tamen si melior inueniri non valet, & ipse nullis criminibus tenetur inuolutus, condescendi ad eum, co- gente nimia necessitate potest. Si autem mea voluntas ad hanc electione queritur: tibi secretò indico quod volo: quia nullus mihi in eadē Ecclesia post dominū Maximianum tam dignus videtur quam Ioannes archidiaconus Cathanensis Ecclesiæ. Qui si fieri potest vt eligatur, credo quod adepta valde per- sona inueniatur. Sed ipse quoque prius de criminibus quæ im- pedire possunt, à te secretè requirendus est. A quibus si li- ber inuentus fuerit, eligi iure potest. Quod cum factum fue- rit, etiam frater, & coepiscopus noster Leo ei cessionem præ- stare debet, vt liber ad ordinandum possit inueniri. Hæc ergo dilectioni tuæ indicare curam: tuæ iâ sollicitudinis intererit, vt oia sollicitè circûspicias, & ea quæ sūt deo grata disponas

*Gregorius Ioanni episcopo Squillatino. Visitationem Ecclesiæ Rauennatis commendat.*

Caput. LXIII.

Epi. 20.

**O** bitum Ioannis antistitis directæ relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ Ecclesiæ frater- nitati tuæ operam soleanniter delegamus: quam ita re cōuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorū, red- ditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid illud est in patrimo- nio eiusdem, à quoquam præsumatur Ecclesiæ & c. secundum modum præhabitu.

*Gregorius clero, ordini, & plebi consisten. Rauennæ.*

D

*De uisitato Seuero.*

Caput. LXV.

**V** estri antistitis obitum cognoscetes, curæ nobis fuit, Epist. 21. visitationem destitutæ Ecclesiæ fratri & coepisco- po nostro Seuero Paulino soleanniter delegare, cui dedimus in mandatis: vt nihil de prouectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patia- tur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & c. secundum morem habitum.

*Gregorius Cypriano diacono. De obitu Theodori, & alio episcopo eligendo.*

Caput. LXVI.

Epi. 22.

**O** bitum Theodori episcopi dilectionem tuam iam cre- dimus cognouisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse: subtiliter tene quid de rebus Eccle- siæ suæ cōsumpsisset, oportet inquirere. Et siquid eū exinde aliquid incōgruè minuisse didiceris: ita age vt res ipsæ ab eo cuius interest modis omnibus reparentur. Clerū verò & popu- lum loci ipsius admonere te cōuenit: vt omni dilatione post- posita, eligat qui sibi reuelate deo debeat episcopus ordinari.

*Gregorius Castorio Notario. De morte Ioannis: & alio episcopo eligendo.*

Caput. LXVII.

Epi. 23.

**N** imis nos Ioannis fratris & coepiscopi nostri mors cognita contristauit. Maxime quod ciuitas illa hoc tempore amisit pastoralis curæ solatium. Quia igitur plurimæ utilitates exposcunt: vt Ecclesiæ ipsi sacerdos si- ne mora Christo auctore debeat ordinari, ideo experientia tuæ præcipimus, quatenus clerum & populum omni instan- tia studeat adhortari, vt consecrandum sibi non differant eli- gere sacerdotem. Quos tamen præ omnibus admonere te vo- lumus, vt in generali causa utilitates proprias non attendat, nulla ergo sit in hac electione venalitas, ne dum præmia ap- petunt, discretionem electionis amittant: & illum dignum ad hoc esse arbitrentur officium, qui non meritis, sed datione placuerit. Specialiter enim & absolute cognoscant, quia non solum indignus est sacerdotio, sed & aliis profectò erit culpis obnoxius, quisquis dei donum precij præsumperit venalitate mercari. Non itaque largus præmiis, sed dignus meritis eligatur. Nam & electum & eligentes par poena respiciet, si sacerdotij sinceritatem mente sacrilega violare ten- tauerint. Siue autem vnus, siue duo electi fuerint quinque de prioribus presbyteris, & quinque de præcedentibus diaconibus simul venire per omnia commoneto. De clericis verò præter eos qui venire deliberant: si quos alios præsentis esse necessarios æstimas, ad nos sine mora transmittito: vt ad or- dinandum dei Ecclesiam, nec excusatio, nec aliqua possit præ- uenire dilatio.

*Gregorius Castorio diacono. De peruersitate episco- porum, & Valerio monacho.*

Caput. LXVIII.

F

**Q** uedam ad nos de Pisaurēsi episcopo peruenerūt, quæ indiscussa nullo modo sunt relinquenda. Pro- pterea experientia tuæ præcipimus, vt de vita & actibus ipsius subcili indagacione studeat per- scrutari. Et si quid fortasse repererit, quod sacerdotij, quod absit, integritate valeat maculare, ad nos eum cū scriptis tuis de his quæ in veritate cognoueris, omnimodo sub copetenti cautela trāsmitte, vt informati deo reuelante subtilius verita- tē, quid fieri debeat, pertractemus. Non solū autem de eo, sed & de aliorum quoque sacerdotum te vita conuenit esse sol- licitum. Et si de quolibet sinistrum quippiam sentire potue- ris, nobis renunciare festina: vt actuum prauitas salubriter cum dei solatio debeat emendari. Peruenit quoque ad nos Adeodatum quendam ciuem Pisaurensem filio atque vernaculo suo de quibusdam hæredibus institutis Thomam depu- tasse tutorem: hanc conditionē adiciens, vt si fortè hæredes ipsius in pupillari ætate de hac vita trāsirent: omnis eius sub- stantia per manus antedicti tutoris debuisset pauperibus erogari. Sed defunctis qui hæredes fuerunt instituti, ne defun- cti possit voluntas impleri, supra scriptus tutor à quibusdam dicitur impediri. Propterea si, sicut edocti sumus, ita esse in veritate compereris, curæ atque sollicitudinis tuæ sit, an- tedictū tutorē rationabiliter rueri atque defendere: vt quæq; sibi iniuncta sunt, valeat effectui mancipare. Sed quoniam

zz iij dicitur

**G** dicitur eundem tutorem velle aliquid in diaconia quæ ibidē cōstituta est emere, summopere ei solatiari festina, vt ea quæ mercedis intuitu piis causis relicta sunt, te concurrente sine cuiusquam possint impedimento compleri. Valerianum vero monachum quem emendatum in monasterio beati Ioannis in classe posito tradidisti: in eodem eum monasterio sine dubio volumus permanere. Præterea ne quam necessitatem in expensis tua experientia patiat, de redditibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ: qui illic te providente aggregati sunt: omnes expensas tuas te facere volumus. Et si quid super fuerit, nobis cum veneris defer.

*Gregorius Vincomali defensori. Dat sibi potestatem inter ceteros defensores. Caput. LXXIX.*

Epi. 25.

**E**cclesiasticæ utilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio: vt si nulli conditioni vel torpori teneris obnoxius, nec fuisi clericus alterius ciuitatis: aut in nullo tibi canonum obuiant statuta, officium Ecclesiæ defensorum accipias: vt quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis iniunctū fuerit, incorrupte & viuaciter exequaris: vsurus hoc privilegio quod in te habita deliberatione contulimus: vt omnibus quæ tibi à nobis fuerint iniuncta, complendis operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis sub dei nostri iudicio rationem. Hanc autem epistolam Paterio notario Ecclesiæ nostræ subscribendam dictauimus.

Menſe Martio. Indictione. xiiij.

H

*Gregorius Gaudentio episcopo Nolano. De Capuanis clericis Neapoli degentibus. Caput. LXXX.*

Epi. 26.

**Q**ui Ecclesiasticis famulantur obsequiis, Ecclesiasticum, vt possibilitas exigit: debent adipisci subsidium. Proinde fraternitate tuam presentibus hortamur affatibus: vt clericis Capuanæ Ecclesiæ, qui in ciuitate Neapolitana consistunt: quartam in presbyterorum eorum de hoc quod autē Ecclesiæ singulis annis accesserit, iuxta antiquam cōsuetudinem distribuere secundum personarum studeat qualitatem, quatenus aliquod stipendiorum habentes solatium ministerium, officiumque suum circa eandem Ecclesiam deuotiori mente prouocentur impendere. Præterea decem solidos quos Rulico archidiacono suo Festus episcopus superscriptæ Ecclesiæ abstulit, fraternitas tua, omni cessante ambiguitate restituat: quia in tantam dicitur pauperie peruenisse, vt conferendum illi potius esset, quam aliquid ab eo auferendum. Durum enim est & procul à sacerdotis officio, personam positam sub necessitate negligere: & studio cōgregandi indecenter inhiare pecuniis.

*Gregorius Cypriano Diacono. De Cicerone monacho. Caput. LXXXI.*

Epi. 27.

**I**nenatus frater & coepiscopus noster Ciceronem quendam monachum qui pro suis excessibus à dilectissimo filio nostro diacono Petro, tunc autem subdiacono & rectore patrimonij nostri, est in poenitentiam deputatus, iuris Ecclesiæ tuæ famulum esse perhibet: cumque sibi cum rebus suis postulat debere restitui. Necessè est ergo vt dilectio tua studiosè perquirat. Et si ita verum esse constiterit, superscriptum Ciceronem cum rebus suis quæ apud Fautinum defensorem dicuntur esse depositæ, domino Mirenatis Ecclesiæ sine aliqua dilatione restitue, vt postquam à monachica conuersatione culpæ lapsus arripuit, iugum domini sui quod euadere in conuersatione poterat, permanens recognoscat.

Menſe Augusto. Indictione. xiiij.

*Gregorius Cypriano diacono. De monachis Theodosii abbatis. Caput. LXXXII.*

Epi. 28.

**P**ervenit ad nos insinuante Theodosio abbate monasterij sancti Martini, tres se illic in Sicilia monachos, quos pro utilitate monasterij sui transmiserat, ibidem retinuisse: & petiit à nobis vt cum tuo eos solatio in suū debeat monasterium reuocare. Dilectio ergo tua quæ nos huiusmodi causas zelare feruenter cognouit, eos sollicita faciat indagacione perquiri: & inuentos ad superscriptum abbatem cui contumaces extiterunt, sub competenti cautela atque districtione transmitti. Esto itaque sollicitus ne regularis districtio vel dilatione aliqua: vel deputatorum remissio-

ne lædatur. Presentium vero portitoribus qui pro agendis eiusdem monasterij utilitatibus à supradicto Theodosio abbate noscuntur esse transmissi: in omnibus te instanter volumus præberi solatia, quatenus te concurrente, rationabiliter quæ sibi iniuncta sunt, valeant explicare. Mancipia autem eiusdem monasterij quæ prædictus abbas ab hominibus Ecclesiæ nostræ indebitè perhibet detineri, necesse est te modis omnibus perſcrutari. Et si ita repereris, sine aliqua ei facito dilatione restitui.

*Gregorius Seuro scholastico Exarcho. De Agilulpho rege Longobardorum. Caput. LXXXIII.*

Epi. 29.

**Q**ui assunt iudicibus, & sinceris erga eos dilectionibus obstringuntur: illa eis suadere debent atque suggerere, quæ & animam saluent, & opinionum non derogent. Proinde quoniam nouimus quanta fidei sinceritate excellentissimum exarchū diligatis: idcirco magnitudini vestre quæ acta sunt indicare curauimus, vt hæc cognoscentes, ad consentiendum eum rationabiliter prouocetis. Scitote autem quia Agilulfus Longobardorum rex generalē pacem facere nō recusat: si tamen ei dominus Patricius iudicium esse voluerit. Nam multa sibi in locis suis intra pacis terminum queritur esse commissa. Et quoniā sibi, si ratio iudicantium inuenerit, satisfieri postulat, & ipse quoque se satisfacturū modis omnibus pollicetur, si quid à partibus suis cōstitit in pace cōmissum. Quia ergo rationi non ambigitur cōuenire quod petit, oportet esse iudiciū, vt si qua ab utraq; parte malefacta sunt, cōponantur: dummodo generalis pax valeat deo protegente firmari. Nam qualiter sit nobis omnibus necessaria, bene nostis. Sapienter itaque sicut consueuistis agite, vt excellentissim⁹ exarchus ad hoc sine mora debeat cōsentire, ne per eū pax renui, quod non expedit, videatur. Si enim cōsentire noluerit, nobiscum quidem speciale pacem facere repromittit. Sed scimus quia & diuerſæ insulæ & loca sunt alia proculdubio peritura. Hæc autem confideret, & pacem habere festinet, quatenus in hac saltem dilatione & nos quietem possimus habere ad modicum, & reipublicæ resistendi vires adiuuante domino melius reparentur.


*Gregorius Helia presbytero & abbati provincie Isaurie. De Epiphano diacono, & de solidis. Caput. LXXXIII.*

Epi. 30.

**D**ilectissima sanctitatis vestre scripta suscepi, in quibus mihi satisfecistis vt contristari non debeam quod secundum meum desiderium ad beati Petri Apostolorum principis limina non venistis. Et ego quidem omnino vos videre volui, sed si molestia corporis aut ætatis infirmitas obstitit, aut impedimento fuit, hoc mihi sufficit vt ubicunque tua sanctitas fuerit, pro me sollicitè oret: quia & si locis corpore diuidimur, charitate semper indifuncti sumus. Eūgelista autem sicut mandastis transmisiſimus. Filium verò nostrum Epiphanium mandastis vt ad sacrum ordinem prouehere deberemus, vobisque retransmittere. Sed in vno vos au diuimus, in alio autem minimè audire potuimus. Diaconus quidem factus est: sed quisquis semel in hac Ecclesia ordinē acceperit, egrediendi ex ea alterius licentiam non habet. Si ergo vos videre non potui, hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco. Solidos autem nobis voluistis pro necessitatibus cellæ quinquaginta transmitti, quos multum esse existimantes, ex eis nobis decem donastis, vt quadraginta mitteremus. Sed ne forsitan vel hoc graue esset, adhuc alios nobis ex eis estis dignati largiri. Sed quia vos valde in continentia nostra benignos inuenimus: eidem benignitati vice simili respondemus. Quinquaginta transmisiſimus: & ne forsitan minus esset, alios decem superaddidimus. Ne verò & hoc adhuc minus esset: alios duodecim iungi fecimus. In hoc autem cognoscimus charitatem vestram: quia de nobis ita præsumitis, sicut vos præsumere debetis. Sed per omnipotentem dominum rogo, vt assiduas preces pro nobis faciatis: quatenus de peccatis in quibus obligatus teneor, & tribulationibus quibus premor, citius absoluar, & patriæ cœlestis gaudiis perfruar. Hoc autem quod pro me qualiter oratis, in epistolis vestris indicastis, cognoscite quia valde me releuauit. Sed iam post petitionem meam amplius facite, quam etiam

M  
C. I. I. I.  
Filium.





A etiam me non petente fecistis. Praefatum vero dilectissimum filium meum Epiphanium diaconem: quia huic Ecclesiae diaconum interueniente ligauimus, sanctitatem tuam non debet contristare, quod sancto Petro Apostolorum principi, quia per temetipsum corpore non uales: ei per filium tuum ipse deferuas, & lucro caelestis remuneracionis perfruaris. Sancta autem trinitas sua te protectione custodiat, & in praesentis vitae cremo a subsequenibus atque obuiantibus hostibus tegat, ut & si qua sunt nostra praeterita peccata relaxet, & ea quae adhuc ante faciem uenturam, a nobis manu suae pietatis amoueat. Ipsa te ducat & ipsa perducat, atque in aeterno gaudio suscipiat. Det tibi ad electorum sortem pertingere: & pro peccatore me, ut absolui merear, orare.

Mense Iunio. Indictione, xiiij.

Gregorius Mauricio Augusto. Conqueritur se fatuum appellatum. De sacerdotibus honorandis exemplum ponit Constantini, & de frumentis.

Caput. LXXV.

Epi. 31.

I N serenissimis iussionibus suis dominorum pietas dum me de quibusdam redarguere studuit, parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis urbane simplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In scriptura etenim sacra cum in bona intelligentia ponitur simplicitas, saepe prudentiae aut rectitudinis lociatur. Vnde etiam de beato Iob scriptum est: Erat uir simplex & rectus: & beatus Paulus Apostolus admonet dicens: Estote simplices in malo: & prudentes in bono. Et per se metipsum ueritas admonet dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Esse ualde inutile iudicatis. si aut simplicitati prudentia, aut prudentiae simplicitas desit. Ut ergo seruos suos ad cuncta eruditus efficeret, eos & simplices sicut columbas, & prudentes ut serpentes uoluit: quatenus in eis & serpentis astutia columbae simplicitatem acueret, & columbae simplicitas serpentis astutiam temperaret. Ego igitur qui in serenissimis dominorum iussionibus ab Arnulphi astutia deceptus, non adiuncta prudentia simplex denuncior, constat proculdubio quia fatuus appellor: quod ita esse ego quoque ipse confiteor. Nam si hoc uestra pietas taceat, causae clamant. Ego enim si fatuus non fuisset: ad ista toleranda quae inter Longobardorum gladios hoc in loco patior, minime uenisset. In ea autem re quam de Arnulpho perhibui, quia toto corde venire ad rempublicam paratus fui: dum mihi non creditur, etiam mentitus esse reprehendor. Sed & si sacerdos non sum, scio grauem esse hanc iniuriam sacerdoti, ut ueritati seruans, fallax credatur. Et dudum noui, quoniam Arnulpho plus est creditum quam mihi. Leoni amplius est creditum quam mihi: & nunc eis qui esse ad medium uidentur, plusquam meis assertionibus creditas impenditur. Et quidem si terra mea captiuitas per quotidiana momenta non exeresceret, de despectione mea atque irrisione letus tacerem. Sed hoc me uoluntate affligit: quia ego unde crimen falsitatis tolero, inde Italia quotidie ducitur sub Longobardorum iugo captiua. Dumque meis suggestionibus in nullo creditur, vires bestium immaniter exerescunt. Hoc tamen piissimo domino suggero: ut de me mala omnia quilibet existimet: de utilitate uero reipublicae & causa ereptionis Italiae non quibuslibet facile piis aures praebet, sed plus rebus quam uerbis credat. Sacerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur: sed excellenti consideratione propter eum cuius serui sunt, eis ita dominetur, ut etiam debita reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis aliquando sacerdotes dii, aliquando angeli uocantur. Nam & per Moysen de eo qui ad iuramentum deducendus est dicitur: Applica illum ad deos: id est ad sacerdotes. Et rursum scriptum est: Diis non detrahas: scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Quid ergo mirum si illos nostra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens: eos aut angelos, aut deos ipse etiam appellat deus? Ecclesiastica quoque testatur historia: quia cum pia memoria Constantino principi in scripto oblatis accusationes contra episcopos fuissent: libellos quidem accusationis accepit, & eosdem qui accusati fuerant

Iob. 1. Rom. 16. Matth. 10.

Ca. 11. q. 1. Sacerdotibus.

Exo. 22. Ibidem. Mala. 2.

episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit, dicens: Vos dii estis, a uero deo constituti. Ite, & inter uos causas uestras discutite, quia dignum non est ut nos iudicemus deos. In qua tamen sententia pie domine, si bi magis ex humilitate, quam illis aliquid praestitit ex reuerentia impensa. Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt: qui uerum deum nescientes, deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum si Christianus imperator ueri dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut praediximus, principes, honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis & lapideis seruiebant? Haec ergo pietati dominorum non pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. Ego enim homo peccator sum. Et quia omnipotenti deo incessanter quotidie delinquo: aliquod mihi apud tremendum examen illius esse remedium suspicor, si incessantibus quotidie plagis ferior. Et credo, quia eundem omnipotentem dominum tanto uobis amplius placatis, quanto me ei male seruientem districtius affligitis. Multas enim iam plagas acceperam, & superuenientibus dominorum iussionibus inueni consolationes, quas non sperabam. Si enim possum has celeriter plagas enumerare. Primum, quod mihi pax subducta est, quam cum Longobardis in Thufcia positus sine ullo reipublicae dispendio feceram. Deinde corrupta pace, de Romana ciuitate milites ablati sunt & quidem alijab hostibus occisi, alij uero Narnis & Perusis positi: & ut Perusium teneretur, Roma relicta est. Post hoc plaga grauior fuit aduentus Agilulphi, ita ut oculis meis cernerem Romanos more canum in collis funibus ligatos qui ad Franciam ducebantur uenales. Et quia nos qui intra ciuitatem fuimus, deo protegente manus eius euasimus: quaesitum est uide, culpabiles esse uideremur, uidelicet cur frumenta defuerint, quae in hac urbe diu multa seruari nullatenus possunt, sicut in alia suggestionibus plenius indicaui. Et quidem de memetipso in nullo turbatus sum, quia teste conscientia fateor: aduersa quaelibet pati paratus sum, dummodo haec omnia cum salute duntaxat meae animae euadam. Sed de gloriosis uiris Gregorio praefecto & Castorio magistro militum non mediocriter sum afflictus, qui & omnia quae potuerunt fieri, nullo modo facere neglexerunt, & labores uigiliarum & custodiae ciuitatis, in eadem obsessione uehementissimos pertulerunt, & post haec omnia graui dominorum indignatione percussi sunt. De quibus patenter intelligo: quia eos non sua acta, sed mea persona grauat. Cum qua, quia pariter in tribulatione laborauerant, post laborem pariter tribulantur. Quod autem dominorum pietas illud mihi pauendum, & terribile omnipotentis dei iudicium intentat: rogo per eundem omnipotentem dominum, ne hoc ulterius quidem faciat. Nam adhuc nescimus quis sibi qualis sit. Et Paulus egregius praedicator ait: Nolite iudicare ante tempus, 1. Cor. 4. qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Hoc tamen breuiter dico, quoniam indignus & peccator, plus de uenientis Iesu misericordia, quam de uestra pietatis iustitia presumo. Et sunt multa quae de iudicio illius homines ignorant: quia fortasse quae uos laudatis, ille reprehendet: & quae uos reprehenditis, ille laudabit. Intermitto ergo incerta, ad solas lachrymas redeo, petens ut idem omnipotens deus piissimum dominum nostrum, & sua hic manu regat, & in illo terribili iudicio liberum ab omnibus delictis inueniat. Et me ita placere, si necesse est hominibus faciat, ut aeternam eius gratiam non offendam.

Gregorius Mauricio Augusto. De Ioanne episcopo Constantinopolitano, qui sibi uniuersale nomen arripuit. Et de peruersitate episcoporum. Caput. LXXVI.

P iussum atque a deo constitutus dominus noster, inter ceteras angustorum ponderum curas, conseruandae quoque sacerdotali charitati rectitudine studij spiritualis inuigilat, uidelicet pie ueraciterque considerans, neminem posse recte terrena regere, nisi nouerit diuina tractare, pacemque reipublicae ex uniuersalis Ecclesiae pace pendere. Quae enim

D  
F  
E  
F  
Epi. 32.

G serenissime domine virtus humana, quodque carni robur  
brachij contra vestri Christianissimi culmen imperij irreligiosas  
præsumeret manus erigere, si studeret cõcoris sacerdotum mens  
redemptorem suum pro vobis atque ut oportebat meritis exorare? Aut quis  
ferocissimæ gentis gladius in necem fidelium tanta crudelitate grassaretur,  
nisi nostra vita qui sacerdotes nominamur, & non sumus, à prauissimis  
grauaretur operibus? Sed dum nos competentia nobis relinquimus, & nobis  
incompetentia cogitamus, peccata nostra barbaricis viribus sociamus, & culpa  
nostra hostium gladios exacuit, quæ reipublicæ vires grauat. Quid autem  
dicturi sumus, qui populum dei cui indignè præsumus, peccatorum nostrorum  
oneribus premimus: qui quod per linguam prædicamus, per exempla destrui-  
mus: qui iniqua docemur operibus, & sola voce ea quæ sunt iusta præ-  
tendimus. Offa ieiunij atteruntur, & mente turgemus. Corpus despectis  
vestibus tegitur, & elatione cordis purpuram superamus. Iacemus in celi-  
nere, & excelsa respicimus. Doctores humilium, duces superbæ, omnia  
facie, lupinos dentes abscondimus. Sed quis horum finis est, nisi quod  
hominibus suademus, deo autem manifesti sumus? Quamobrem prouidentissimè  
piissimus dominus noster ad compescendos bellicos motus pacem quærit  
Ecclesiæ, atque ad huius compagem sacerdotum dignatur corda reducere.  
Quod quidem ego opto, atque quantum ad me attinet, serenissimis iussio-  
nibus obedientiæ præbeo. Quia vero non causa mea, sed dei est: & quia  
non solus ego, sed tota turbatur Ecclesia: quia piæ leges, quia venerandæ  
synodi, quia ipsa domini nostri Iesu Christi mandata superbi atque  
pompatici cuiusdam sermonis inuentione turbantur: piissimus dominus  
locum secet vulneris, atque resistentem agrum augustæ authoritatis  
vinculis constringat. Astringendo eum, statum reipublice subleuatis: &  
dum talia reciditis, de regni vestri prolixitate tractatis. Cunctis enim  
Euangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto & omnium  
Apostolorum Petro principi apostolo totius Ecclesiæ cura commissæ  
est. Ipsi quippe dicitur: Petre amas me? pascue oues meas. Ipsi dicitur:  
Ecce Satanas expetit cribrare vos sicut triticum, & ego pro te rogavi  
Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerteris confirma  
fratres tuos. Ipsi dicitur: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo  
Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi  
dabo claves regni cælorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit  
ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum &  
in cælis. Ecce claves regni cælestis accipit, potestas ei ligandi & solu-  
endi tribuitur. Cura ei totius Ecclesiæ, & principatus committitur: &  
tamen vniuersalis Apostolus non vocatur, & vir sanctissimus con-  
sacerdos meus Ioannes vocari vniuersalis episcopus conatur. Exclamare  
compellor ac dicere: O tempora, o mores. Ecce cuncta in Europæ  
partibus Barbarorum iuri sunt tradita. Destructæ vrbes, euer-  
sa castra, depopulata prouinciæ, nullus terram cultor inhabitat.  
Sæuiunt & dominantur quotidie in necem fidelium cultores  
idolorum: & tamen sacerdotes qui in pauimento & cinere stantes  
iacere debuerunt, vanitatis sibi nomina expetunt, & nouis ac  
prophanis vocabulis gloriantur. Nunquid ego hac in re piissime  
domine propriam causam defendo? Nunquid specialem iniuriam  
vindico? & non magis causam omnipotentis dei, & causam  
vniuersalis Ecclesiæ? Quis est iste qui contra statuta Euangelica,  
contra canonum decreta, nouum sibi usurpare nomen præsumit?  
Vtinam vel sine aliorum imminutione vnus sit, qui vocari  
appetit vniuersalis. Et certe multos Constantinopolitanæ  
Ecclesiæ in hæreseos voraginem incidisse nouimus sacerdotes,  
& non solum hæreticos, sed etiam hæresiarchas factos. Inde  
quippe Nestorius, qui mediator dei & hominum Iesum Christum  
duas esse personas existimans: quia deum fieri hominem potuisse  
non credit, usque ad Iudæicam perfidiam erupit. Inde Macedonius,  
qui consubstantialem patri & filio spiritum sanctum deum esse  
denegauit. Si igitur illud nomen in ea Ecclesia sibi quisquam  
arripuit, quod apud honorem omnium iudicium fuit: vniuersa  
ergo Ecclesia, quod absit, à statu suo corrumpitur, quando  
is qui appellatur vniuersalis, cadit. Sed absit à cordibus  
Christianorum nomen istud blasphemum, in quo omnium sacerdotum

honor adimitur, dum ab vno sibi dementer arrogatur. Certè  
pro beati Petri Apostolorum principis honore per venerandam  
Chalcedonensem synodum Romano pontifici oblatum est, sed nullus  
eorum vnquam hoc singularitatis vocabulum assumpsit, nec uti  
cõsensit: ne dum priuatum aliquid daretur vni, honore debito  
sacerdotes priuarentur vniuersi. Quid est ergo quod nos huius  
vocabuli gloriam & oblatam non quærimus, & alter sibi hanc  
arripere etiam non oblatam præsumit? Ille ergo magis est  
piissimorum dominorum præceptione flectendus, qui præceptis  
canonicis obedientiam præbere contemnit. Ille coercendus est,  
qui sanctæ vniuersali Ecclesiæ iniuriam facit, qui corde  
tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui  
honori quoque imperij vestri se per priuatum vocabulum  
superponit. Ecce omnes hac de re scādalum patimur. Ad vitam  
ergo rectam reuertatur author scandali, & omnia sacerdotum  
iurgia cessabunt. Ego enim cunctorum sacerdotum seruus sum,  
inquatum ipsi sacerdotaliter viuunt. Nam qui contra  
omnipotentem dominum per inanis gloriæ tumorem, atque  
cõtra statuta patrum suam ceruicem erigit, in omnipotenti  
domino confido, quia meam sibi nec cum gladiis flectit.  
Quid autem nuper in hac vrbe ex huius auditu vocabuli  
gestum sit: Sabiniano diacono ac responsali meo subtilius  
indicaui. Cogitet ergo dominorum pietas de me proprio  
suo, quem specialiter præ cæteris semper fouit atque  
continuit, qui & vobis obedientiam præbere desidero, & ta-  
men de mea negligentia reperiri reus in superno tremendo  
iudicio pertimesco. Ac secundum petitionem prædicti  
Sabiniani diaconi, aut piissimus dominus ipsum dignetur  
iudicare negotium, aut iape nominatum virum, ut ab hac  
tandem intentione cesset, desistere. Si ergo iudicio pietatis  
vestræ iustissimo, vel clementibus admonitionibus cesserit,  
omnipotenti deo gratias referimus, atque de cõcessa per  
omni Ecclesiæ pace gaudemus. Sin autem in eadem diutius  
cõtentione persistiterit, hac de re iam veritatis sententiam  
certam tenemus: quæ ait: Omnis qui se exaltat, humiliabitur.  
Et rursum scriptum est: Ante ruinam exaltabitur cor. Ego  
autem dominorum iussioibus obedientiam præbens, prædicto  
consacerdoti meo & dulciter scripsi, & humiliter, ut ab hac  
inanis gloriæ appetitione sese emendet admonui. Si igitur  
me audire voluerit, habet deuotum fratrem. Si vero in  
superbia persistit, iam quid assequatur aspicio, quia illum  
sibi aduersarium inuenit, de quo scriptum est: Deus  
superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Gregorius, Constantiæ Augustæ. De peruersitate iudicij in Sardinia, & superbia Ioannis episcopi.

Caput. LXXXVII.

Cum serenissimam dominam sciam de cœlesti patria atque animæ suæ vita cogitare, culpam me committere  
vehementer existimo, si ea quæ pro timore omnipotentis  
domini sunt suggerenda, siluero. Dum in Sardinia insula  
multos esse gentiles cognouissem, eosque adhuc prauæ  
gentilitatis more, idolorum sacrificijs deleruire, & eiusdem  
insulæ sacerdotes ad prædicandum redemptorem nostrum  
torpentes existere: vnum illuc ex Italiæ episcopis mihi,  
qui multos gentilium ad fidem domino cooperante conuer-  
tit. Sed quidam rem mihi sacrilegam nunciauit: quia hi qui  
in ea idolis immolant, iudici præmium persoluant, ut eis hoc  
facere liceat. Quorum dum quidam baptizati essent, & im-  
molare iam idolis desuisissent: adhuc ab eodem insulæ iudice  
etiam post baptismum præmium illud exigitur, quod dare  
prius pro idolorum immolatione consueuerant. Quem cum  
prædictus episcopus increparet, tantum se suffragium per-  
mississe respondit, ut nisi de causis etiam talibus impleri non  
possit. Corsica vero insula tanta nimietate exigetium, & gra-  
uamine premitur exactio, ut ipsi qui in illa sunt: eadem  
quæ exiguntur, complere vix filios suos vendendo sufficiant.  
Vnde fit, ut derelicta pia republica, possessores eiusdem  
insulæ ad nephandissimam Longobardorum gentem cogantur  
effugere. Quid enim grauius, quid crudelius à Barbaris  
pati possunt, quam ut contriti atque compressi suos vende-  
re filios compellantur? In Sicilia autem insula Stephanus  
quidam marinarum partium chartularius tanta præiudicia  
tantisque

1048.21.  
Luc. 22.  
Mat. 16.

Luc. 14.  
18.  
Prou. 16.  
Iacob. 4.

Epist. 11.  
M



**A** tantaque oppressio operari dicitur, inuadendo loca singulorum, atque sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponendo: ut si velim acta eius singula quae ad me peruenierunt dicere, magno volumine haec explere non possum. Quae omnia serenissima domina solerter aspiciat, & oppressorum gemitus compescat. Haec enim ego ad piissimas aures vestras peruenisse non suspicor. Nam si peruenire potuissent, nunc tempore permanissent. Quae piissimo domino apto sunt tempore suggerenda: ut ab anima sua, ab imperio, atque a filiis suis tale hoc tantumque facinus peccati que pondus amoueat. Qui scio quoniam dicitur, quia nobis in Italia expensis transmittitur, quicquid de praedictis insulis aggregatur. Sed ego suggero, ut etsi minus expensae in Italia tribuantur, a suo tamen imperio oppressorum calamitates non mitigantur. Nam idcirco fortasse tantae expensae in hac terra minus ad utilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Praecipiant ergo serenissimi domini nil cum peccato colligi. Nam scio, quia & si parum reipublicae attribuitur utilitatibus, ex eo multum reipublica adiuuatur: Quam etsi fortasse contingat expensis minoribus minus adiuuari, melius est tamen temporaliter nos non viuere, quam vos ad eternam vitam obstaculum aliquod inuenire. Quae enim mentes, qualia viscera parentum esse possunt, perpendite, quando filios suos distrahunt, ne torqueantur? Qualiter autem miserendum sit filiis aliorum, hoc bene sciunt qui habent proprios. Vnde mihi haec breuiter suggestisse sufficit, ne si ea quae in his partibus aguntur, pietas vestra non cognosceret, me apud districtum iudicem silentij mei culpa mulctaret.

Gregorius Constantiae Augustae. De superbia Ioannis episcopi: & de Maximo praenaricatore.

Caput. LXXVIII.

Epist. 34.

**O**mnipotens deus, qui pietatis vestrae cor suae dextera maiestatis tenet, & nos ex vobis protegit, & vobis pro temporalibus actibus aeternae premia remunerationis parat. Nam Sabiniano diacono responsali meo scribente cognoui in causis beati Petri Apostolorum principis contra quosdam superbos, humiles facietenus & blandos, quanta se iustitia vestra serenitas impendat. Et in redemptoris nostri largitate confido, quia bonum hoc in serenissimo domino & piissimis filiis in caelestis quoque patriae retributione recipietis. Nec dubium est peccatorum vinculis solutos, eterna vos bona recipere, qui in causis eius Ecclesiae ipsum vobis cui potestas ligandi & soluendi data est, debitorem fecistis. Vnde adhuc peto, ut nullam preualere contra veritatem hypocrisim permittatis: quia sunt quidam qui iuxta egregij praedicatoris vocem, per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium: qui veste quidem despecti sunt, sed corde tument. Et quasi in hoc mundo cuncta despiciunt: sed tamen ea quae mundi sunt, simul cuncta adipisci quaerunt. Qui indignos se omnibus hominibus fatentur, sed priuatis vobis contempti esse non possunt: quia illud appetunt, vnde omnibus digniores esse videantur. Vestra itaque pietas, quam omnipotens deus cum serenissimo domino vniuerso mundo praesse constituit, illi per fauorem iustitiae famulatum suum reddat, a quo ius tantae potestatis accepit: ut quanto verius in executione veritatis auctori omnium seruit, tanto securius commisso sibi mundo dominetur. Praeterea indico, quia piissimi domini scripta suscepi, ut cum fratre & co-sacerdote meo Ioanne debeam esse pacificus. Et quidem sic religiosum dominum decuit, ut ista sacerdotibus praeciperet. Sed cum se noua praesumptione atque superbia idem frater meus vniuersalem episcopum appellet: ita ut sanctae memoriae decessoris mei tempore adscribi se in synodo tali hoc superbo vocabulo faceret: quannis cuncta acta illius synodi sede contradicente apostolica soluta sint, triste mihi aliquid serenissimi domini inuuit, quod non eum corripuit, qui superbit: sed me magis ab intentione mea declinare studuit, qui in hac causa Euangeliorum & canonum statuta, humilitatis atque reuerentiae virtute defendo. Quia in re a praedicto fratre & co-sacerdote meo contra euangelicam sententiam, contra beatum quoque Petrum Apostolum, & contra omnes Ecclesias, contraque canonum

statuta agitur. Sed est omnipotens dominus, in cuius manu sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Et quidem saepe praefatus sanctissimus frater serenissimo domino multa iuadere conatur: sed bene noui, quia tantae illae orationes eius & lachrymae nil ei a quoquam contra rationem aut animam sua furripi permittunt. Triste tamen valde est, ut patienter ferat, quatenus despectis omnibus, praedictus frater & coepiscopus meus solus conetur appellari episcopus. Sed in hac eius superbia quid aliud nisi propinqua iam Antichristi esse tempora designatur, quia illum videlicet imitatur, qui spreto in locali gaudio angelorum legionibus, ad culmen conatus est singularitatis erumpere dicens: Super altra coeli exaltabo solium meum, sededo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, & ascendo super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Vnde per omnipotentem dominum rogo, ne pietatis vestrae tempora permittatis vnius hominis elatione maculari, neque tam peruerso vocabulo vllum quoque modo prebeatis assensum, atque hac in causa nequaquam me pietas vestra dispiciat: quia etsi peccata Gregorij tanta sunt, ut pati talia debeat, Petri tamen apostoli peccata nulla sunt, ut vestris temporibus pati ista mereatur. Vnde iterum atque iterum per omnipotentem dominum rogo, ut sicut parentes priores vestri principes sancti apostoli gratia quaerunt: ita vos quoque & hanc vobis quaerere & conseruare curetis, & propter peccata nostra, qui indigni seruius, eius apud vos honor nullatenus minuatur, qui & modo vobis adiutor esse in omnibus & postmodum vestra valeat peccata dimittere. Viginti autem iam & septem annos ducimus, quod in hac vrbe inter Longobardorum gladios viuimus. Quibus quam multa hac ab Ecclesia quotidianis diebus erogantur: ut inter eos viuere possimus, suggerenda non sunt. Sed breuiter indico, sicut in Rauennae partibus dominorum pietas apud primum exercitum Italiae sacellarium habet, qui causis superuenientibus quotidianas expensas faciat, ita & in hac vrbe in causis talibus eorum sacellarium ego sum. Et tamen haec Ecclesia, quae vno eodemque tempore clericis, monasterijs, pauperibus, populo, atque insuper Longobardis tam multa indefinenter expendit: ecce adhuc ex omnium Ecclesiarum premitur afflictione, quae de hac vnius hominis superbia multum gemunt, etsi nihil dicere praesumunt. Salonitanae vero ciuitatis episcopus me ac responsali meo nesciente ordinatus est, & facta res est quae sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eundem praenaricatore qui inordinate ordinatus est, protinus misi: ut omnino missarum solemnia celebrare nullo modo praesumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent, quod ei sub excommunicationis interpositione mandauit. Et contempto me atque despecto, in audaciam quorundam secularium hominum quibus denudata sua Ecclesia praemia multa praebere dicitur, nunciusque missas facere praesumit, atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem praecceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo qui me nesciente ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me vel responsalem meum praetermittere praesumpsit: ita ex corde laxavi, ac si me auctore fuisset ordinatus. Alia vero peruersa illius, scilicet mala corporalia quae cognouit vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus missas facere praesumpsit, propter deum irrequisita relinquere non possum. Sed opto, & dominum deprecor: quatenus nihil in eo de his quae dicta sunt, valeat inueniri, & sine periculo animae meae causa ipsius terminetur. Prius tamen quam haec cognoscatur, serenissimus dominus discurrente iussione praecipit, ut eum veniente cum honore suscipiam. Et valde graue est, ut vir de quo tanta nunciatur, cum ante requiri & dicenti debeat, honoretur. Et si episcoporum causa mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrociniis disponuntur, innoxius ego in Ecclesia ista quod iustitiam sed ut episcopi mei me despiciat, & contra me refugium ad seculares iudices habeat: omnipotenti deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breuiter suggero, quia aliquantulum expecto: & si ad me diu venire distulerit, in eo exercere restrictionem canonicam nullo modo cessabo: in omnipotenti domino confido, quia longam piissimis dominis vitam

Prover. 21.

Esa. 14.

Parte. 1.  
distin. 63.  
Salonitanae

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G nis vitam tribuet, & nos sub manu vestra non secundum pec-  
cata nostra, sed secundum gratia sua dona disponet. Hæc er-  
go tranquillissime dominæ suggero: quia integerrima serenitatis  
eius constantia quanto moueatur zelo rectitudinis atque iusticiæ, non ignoro.

Gregorius Sebastiano episcopo seriniensi. De malitia  
Romani, & de Bonifacio defensore.

Caput. LXXIX.

Epi. 35.

**D** Vlcissima atq; suavissima fraternitatis tuæ scripta  
suscepi. Quæ mihi quamvis nunquam desit à corde,  
sanctitatem tamen vestram quasi corporaliter præ-  
sentem fecerunt. Sed omnipotentem dominum rogo, vt sua  
vos dextera protegat, nobisque & hic tranquillam vitam, &  
quando ei placuerit præmia eterna concedat. Sed peto, si illo  
me amore diligitis, quo præsentem semper amatis: vt pro me  
enixius exoretis: quateus omnipotens deus à peccatorum meo-  
rum nexibus me citius soluat, & corruptionis huius pon-  
dere exutum suo conspectui liberum existere faciat. Quamvis  
enim inestimabilis sit cælestis patriæ dulcedo quæ trahat:  
multi tamen in hac vita dolores sunt, qui ad amorem cæle-  
stium quotidie impellant. Qui mihi in hoc ipso solum vehe-  
menter placent, quia placere in hoc mundo aliquid non per-  
mittunt. Quæ enim frater sanctissime de amici vestri domi-  
ni Romani persona in hac terra patimur, loqui minimè valea-  
mus. Breuiter tamen dico, quia eius in nos malitia gladius Lō  
gobardorum vicit: ita vt benigniores videantur hostes qui  
nos interimunt, quam reipublicæ iudices, qui nos malitia sua  
rapinis atque fallaciis in cogitatione consumunt. Et vno tem-  
pore curam episcoporum atq; clericorum, monasteriorum quo-  
que & populi gerere, contra hostium insidias sollicitum vi-  
gilare, contra ducum fallacias atq; malitias suspectum semper  
existere, cuius laboris, cuius doloris sit, vestra fraternitas tā  
to verius pensat, quanto me qui hæc patior, purius amat. Pre-  
terea debitu salutationis alloquiū soluens, indico quod ad me  
Bonifacio defensore referente peruenit, quia vir sanctissi-  
mus pater noster dominus Anastasius patriarcha in vna sua-  
rum ciuitatum regendam vobis Ecclesiam committere voluit, &  
consentire noluitis. Quam sensum ac sapientiā vestrā valde  
ego libenter amplexus sum: laudavi vehementer, & vos feci-  
ces, me infelicem esse deputavi, qui hoc tali tempore re-  
gimen Ecclesiæ suscipere cōsensit. Si tamen animus vester for-  
tasse fratribus condescendendo, & misericordie operibus  
intentus, ad hoc vnquam consentire decreuerit, peto vt amo-  
ri meo alium minimè præponatis. Sunt enim in Sicilia insu-  
la Ecclesiæ vacantes episcopis: & si vobis placet authore deo  
Ecclesiam regere, iuxta beati Petri apostoli limina, cum eius  
adiutorio melius potestis. Sin vero non placet, feliciter in-  
sta, & pro nobis infelicibus exora. Omnipotens autem deus  
in quocunq; vos esse loco voluerit, sua protectione custo-  
diat, & ad cælestia vos dona perducatur.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino, & Anastasio  
episcopo Antiocheno. Vt communiter insequantur su-  
perbiam Ioannis episcopi. Caput. LXXX.

Epi. 36.

Rom. 11.

1. Thef. 2.

**D** Vm prædicator egregius dicat: quadiu quidē sum  
gentium apostolus, ministeriū meum honorificabo:  
qui rursus aliās dicit: Facti sum⁹ vt paruuli in me-  
dio vestru: exemplum proculdubio nobis se sequentibus osten-  
dit, vt & humilitatē teneamus in mente: & tamen ordinis no-  
stri dignitatē seruemus in honore, quatenus nec in nobis hu-  
militas timida, nec erectio sit superba. Ante hos siquidē an-  
no octo sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagij tempore,  
frater & coepiscopus noster Ioannes in Cōstantinopolitana  
vrbē ex causa alia occasionem querens synodum fecit, in  
quā se vniuersalē appellare conatus est. Quod mox idem de-  
cessor meus, vt agnouit, directis literis ex autoritate sancti  
Petri apostoli eiusdem synodi acta cassauit. Quarū videlicet  
epistolarū sanctitati vestra exemplaria studui destinare. Dia-  
conem verò qui iuxta morem pro responsis Ecclesiæ facien-  
dis pusillimorum dominorum vestigiis adhærebat, cum præfato  
comacerdote nostro missarū solennia celebrare prohibuit.  
Cum ego quoq; sententiam sequens, similia prædicto con-  
sacerdoti nostro scripta transmisisti, quorum exemplaria vestra

beatitudini censui transmittenda: hoc præcipue intēdens, vt  
hæc de re, quæ ex noua superbia tota vniuersalis Ecclesiæ vi-  
scera perturbantur, prius læpessati fratris nostri animum mo-  
desta intentione pullemus. Qui si nequaquam à suæ elationis ri-  
gore voluerit inclinari, tunc quid fieri debeat, cum omni-  
potentis dei solatio subtilius pertractetur. Sicut enim veneran-  
da vestra sanctitas nouit, mihi per sanctam Chalcedonensem  
synodum pontifici sedis apostolicæ, cui deo disponente de-  
seruio, hoc vniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullus vnq;  
decessorum meorum hoc tam prophano vocabulo vti con-  
sensit: quia videlicet si vnus patriarcha vniuersalis dicit, pa-  
triarcharū nomē ceteris derogat. Sed absit hoc, ablit à Chri-  
stiana mente id sibi velle quempiam arripere, vnde fratrum  
suorum honorem imminuere ex quantulacunque parte vi-  
deatur. Cū ergo nos hunc honorem nolimus oblatum susci-  
pere: pensate quā ignominiosum sit hunc sibi quempiam vio-  
lenter vsurpare voluisse. Propterea sanctitas vestra in suis  
epistolis neminem vnquam vniuersalem nominet, ne sibi de-  
bitū detrahat, cum alteri honorem offert indebitū. Nec hac  
in re de serenissimis dominis animum vestrum mordeat fini-  
stra suspicio, quia omnipotentem dominum metuit, & con-  
tra statuta Evangelica, contra sacratissimos canones agere  
aliquid nullo modo consentit. Ego verò quamvis à vobis per  
longa terrarum atque maris spatia disunctus sim, sum tamē  
omnino vobis corde coniunctus. Ideoque de vestra beatitu-  
dine erga me modis omnibus confido: quia cum me vicissim  
diligitis, à me non longè estis. Vnde magis gratias referim⁹  
grano illi synapsis, qui ex modici despiciabilisque seminis  
specie, ita est ramis ex eadem radice surgentibus, atque se di-  
stendētib; vsquequaq; diffusus, vt in eis volatilia cœli cun-  
cta nidificent. Gratiaque sit fermento illi quod tribus farinae  
satis totius humani generis massam in vnitatem consperfit. At-  
que paruo lapidi, qui abscessus de monte sine manibus, occu-  
pauit vniuersam faciem orbis terræ. Qui ad hoc se vsque-  
quaque distendit, vt ex omni humano genere in vnitatem re-  
ducto totius corpus perficeretur Ecclesiæ: atque ita ad to-  
tius compaginis pertineret commodum, membrorum par-  
tialis ista distinctio. Vnde nos quoque vobis non longè su-  
mus: quia in illo qui vbique est, vnum sumus. Agamus ergo  
ei gratias, qui solutis inimicitias, in carne sua fecit, vt in om-  
ni orbe terrarum vnus esset grex, & vnum ouile sub se vno  
pastore: memores semper quid nos prædicator veritatis ad-  
moneat, dicens: Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo  
pacis: & Pacem sectamini cum hominibus, & sanctimoniam  
sine qua nemo videbit deum. Qui alius quoque discipulis di-  
xit: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus  
pacē habentes. Vidit enim pacem bonos cū malis habere nō  
posse: & idcirco sicut nostis præmisit, si fieri potest. Sed quia  
pax nisi in duabus partibus firmata non valet: cū hanc mali  
fugiunt, boni tenere medullit⁹ debent. Vnde & mirè dicitur,  
quod ex vobis est, vt videlicet in nobis maneat, etiam cū à  
prauorum hominum mente repellitur. Quam videlicet pacē  
tunc veraciter tenemus, cū superborum culpas, cum chari-  
tate simul & iustitia insistente prosequimur: cū eos diligi-  
mus, & eorū vitia odio habemus. Opus quippe dei homo est,  
sed opus hominis vitium. Nos ergo discernamus quid deus,  
quid autem homo fecerit, & neq; propter errorem odio ha-  
beamus hominem, neq; propter hominem diligamus errorem.  
Vnita ergo mente insequamur in homine malum superbiæ,  
vt ab hoste suo videlicet errore prius ipse homo liberetur.  
Præstabit vires omnipotens redemptor noster charitati atque  
iustitiæ: præstabit nobis longè à nobis positam vnitatem spiri-  
tus sui, ipse cuius artificio quasi in arca modū quatuor mū-  
di constructa lateribus, atq; impattribilium lignorum cōpa-  
ge, & bitumine charitatis adstricta, nullius aduersitate spiri-  
tus, nullius venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur  
Ecclesiæ. Sed quemadmodum illius gubernante gratia peten-  
dum est, vt nulla nos superueniens exterius vnda conturbet:  
ita ex totis orandum est visceribus frater charissime, vt suæ  
providentiæ dextera cumulum sentina in nobis interioris  
exhauriat. Aduersarius quippe diabolus qui contra humiles  
sæuiens, sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret: non  
iam, vt cernimus, caulas circuit: sed ita validè in quibusdā  
Ecclesiæ

Eph. 4.

Hebr. 12.

Rom. 12.

M

1. Pet. 5.

Ecclesiæ



**A** Ecclesie necessarius membris detes figit, vt nulli sit dubium, quia nū vnanimiter fauēte domino cunctorum prouida pastorum turba concurrat, omne, quod absit, citius ouile dilaniet. Perpendis frater charissime quis ē vicino subsequitur, cuius & in sacerdotibus erumpunt tam peruersa primordia.

106.41

**B** Quia cum iuxta est ille de quo scriptum est: Ipse est rex super vniuersos filios superbia: quod non sine graui dolore dicere compellor, frater & coepiscopus noster Ioannes madata dominica, Apostolica praecepta, regulas patrū despiciēs, eum per elationem praecurrere conatur in nomine. Vestrae autem beatitudini indicet omnipotens deus, quam graui considerationis huius gemitu torqueor, quod ille quondam mihi modestissimus, ille omnibus dilectus, ille qui in eleemosynis, orationibus, atque ieiuniis videbatur occupatus, ex eo in quo sedebat cinere, ex ea qua pretendebat humilitate, iactantiam sumpsit: ita vt vniuersa sibi tentet adscribere, & omnia quae soli vni capiti coherent, videlicet Christo, per elationem pompatici sermonis eiusdem Christi sibi studeat membra subiugare. Nec mirū, quod ille tentator qui inuitū omnis peccati icit esse superbia: & tunc ea in primo homine ante omnia vsus est, & nunc ea quibusdā hominibus ponit in fine virtutum: vt qui aliquatenus bonis vitae studiis eius videbantur crudelissimas manus effugere, eis in ipsa meta boni operis, & in ipsa quodammodo apponat perfectionis conclusionem tendiculum. Vnde magnopere orandum est, & omnipotens deus assiduis precibus implorandus, vt hunc a mente illius auertat errorem, hoc ab vnitute atque humilitate Ecclesiae malum superbiae & confusionis amoueat. Et fauente domino omnibus viribus concurrentium atque prouidendum, ne in vnius veneno sermonis viuencia in Christi corpore membra moriantur. Si enim hoc dici licenter permittitur, honor patriarcharum omnium negatur. Et cum fortasse is in errore perit, qui vniuersalis dicitur, nullus iam episcopus remansit in statu veritatis inuenitur. Oportet ergo vt constanter ac sine prauiudicio seruetis sicut accepistis Ecclesiam, & nihil sibi in nobis haec tentatio diabolicae usurpationis adscribat. State fortes, state securi, scripta cum vniuersalis nominis falsitate, nec dare vnquam, nec recipere praesumat. Omnes episcopos curae vestrae subiectos, ab huius elationis inquinatioe prohibete: vt vniuersa vos Ecclesia patriarchas, nō solum in bonis operibus, sed in veritatis auctoritate cognoscat. Si qua autē forsitan aduersa subsequitur, vnanimiter persistētes, etiā moriendo debemus ostendere, quia in damno generalitatis nostrum specialiter aliquid non amamus. Dicamus cum

Philip. 1.  
1. Petri. 3.

**C** Paulo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Audiamus quod primus omnium pastorum dicit: Si quid patimini propter iustitiam, beati eritis. Mihi enim credite, quia honorem quem pro praedicanda veritate suscepimus, si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate relinquimus, quam tenemus. Pro me autem, sicut vestram charissimam beatitudinem decet, orate: vt hoc quod vobis loqui audeo, operibus ostendam.

Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. Congratulatur de reuersione eius. Caput. LXXXI.

Epist. 37.

**G**loria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis: quia magnus ille fluuius qui quondam aentia Antiochiae saxa reliquerat, tandem ad proprium alueum reuersus, subiectas & iuxta positas valles rigat: vt & vnum tricesimum, & aliud sexagesimum, aliud verò centesimum fructum ferat. Iam nunc dubium non est, multos in eius vallibus animarum flores excrecere, eosque ad maturos fructus per linguae vestrae fluentia peruenire. Vnde omnipotenti deo debitam laudem cordis atque oris vocibus ex omnibus medullis reddimus, & in vestra beatitudine non vobis tantummodo, sed omnibus qui vobis subiacent, congraudemus. Suscepi vero epistolae dulcissimae mihi atque suauissimae sanctitatis vestrae, ipsum, vt ita dicam, laborem sudantes. Et quidē scio, quod post illa quietis culmina, in quibus secreta caelestia cordis tangebamus manu, graue valde sit exteriora tolerare. Sed memento, quia Apostolicam sedem regis, & dolorem citius temperas, quoniam omnibus omnia factus es. In libris Regum, sicut perfecta vestra sanctitas nouit, qui-

\* al. suadentes.

dam describitur, qui vtraque manu pro dextera utebatur. **D** In qua re ego de dulcissimo atque sanctissimo dudum patrono domino Anastasio dubius non sum: quia dum terrena opera ad caelestem vtilitatem pertrahit, in vsum dexterae vertit sinistram, vt caelestis intentio opus suum videlicet dextera peragat, & cura temporalium dum ad iustitiae vtilitatem ducitur, ad fortitudinem dexterae sinistra permutetur. Equidem haec esse sine graui labore & tadio, nequaquam possunt. Sed recordemur labores praecedentium, & dura non erunt quae toleramus. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Et supra modum grauati sumus: supra etiam virtutem, ita vt taderet nos viuere. Sed & ipsi in nobis spontum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis. Et tamen non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Quomodo igitur sine labore transire possumus aestum huius seculi, infirmas nos oues, in quo grauius sudasse nouimus & arietes? Quantas vero in hac terra, tribulationes de Longobardorum gladiis, de iniquitatibus iudicum, de insolentia atque importunitate caularum, de cura subiectorum, de molestia etiam corporis patior, explere nec calamo, nec lingua sufficio. De quibus & si qua breuiter possum loqui, dubito ne vestrae sanctissimae pietati, dum de suis tribulationibus affligitur, etiam meas augeam. Sed omnipotens deus, & suae largitate pietatis sanctissimae vestrae beatitudinis mentem omni consolatione repleat, & indignum me aliquando ab his quae patior malis quiescere pro vestra intercessione concedat, Amen. Gratia. Quae videlicet verba de scriptis vestris accepta, idcirco in meis epistolis pono, vt de sancto Ignatio vestra beatitudo cognoscat: quia non solum vester est, sed etiam noster. Sicut enim magistrum eius Apostolorum principem habemus communem, ita quoque eiusdem principis discipulum nullus nostrum habet priuatum. Benedictionem autem vestram qua debuimus, mente suscepimus, bene redolentem, bene sapientem. Et omnipotenti deo gratias agimus: quia & odora sunt & saporata quae agitis, quae dicitis, quae datis. De vita igitur vestra dicamus pariter, dicamus omnes, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Acto. 14.

2. Cor. 1.

Rom. 8.

**E**

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. De pace sanctae Ecclesiae ab eo per vniuersale nomen turbata. De synodo per Pelagium papam cassata. Exemplum proponit diaboli contra deum superbientis. Et de superbia eius nimia. Caput. LXXXII.

**E**O tempore quo fraternitas vestra in sacerdotalem honorem prouecta est, quantam Ecclesiarum pacem atque concordiam inuenit, recolit. Sed quo ausu, quodve tumore nescio, nouum sibi conata est nomen arripere, vnde omnium fratrum corda potuissent ad scandalum peruenire. **F** Qua in re vehementer admiror, quia ne ad episcopatum venire potuisses, fugisse velle te memini. Quem tamen adeptum ita exercere desideras, ac si ad eum ambizioso desiderio concurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris, vt episcopus dici debuisses: ad hoc quandoque perductus es, vt despectis fratribus, episcopus appetas solus vocari. Et quidem haec de re sanctae memoriae decessoris mei Pelagii graua ad sanctitatem vestram scripta transmissa sunt. In quibus synodi quae apud vos de fratris quondam & sacerdotis nostri Gregorii causa congregata est, propter nephandum elationis vocabulum, acta dissoluit: & archidiaconum quem iuxta morem ad vestigia dominorum transmiserat, missarum vobiscum solennia celebrare prohibuit. Post eius verò obitum, cum indignus ego ad Ecclesiae regimen adductus sum: & ante per alios responsales meos, & nunc per communem filium meum Sabinianum diaconem alloqui fraternitatem vestram, vt à tali se praesumptione compelleret, non equidem scripto, sed nudo sermone curavi. Et si emendari nolet, eum missarum solennia cum fraternitate vestra celebrare prohibui, vt sanctitatem vestram prius sub quadam verecundiae reuerentia pulsarem: quatenus si emendari nephandum ac prophanus tumor verecundē non posset, tunc ad ea debuisset quae sunt districta atque canonica perueniri. Et quia resocanda vulnera prius

Epi. 38.

**G**ra prius leui manu palanda sunt: rogo, deprecor, & quanta possum dulcedine exposco, vt fraternitas vestra cunctis sibi adulantibus, atque erroris nomen deferentibus contradicat, nec stulto ac superbo vocabulo appellari consentiat. Verè enim flens dico, atque ex intimo viscerum dolore peccatis meis reputo, quod ille meus frater nuncusque ad humilitatem reduci non valuit, qui ad hoc in episcopatus gradu constitutus est, vt aliorum animas ad humilitate perducatur: quod ille qui veritatem docet alios, semetipsum docere, nec me quoque deprecante consensit. Perpende rogo, quia in hac præiumpione temeraria pax totius turbetur Ecclesie, & gratia contradicitur communiter omnibus effusa. In qua nimirum ipse tantum crescere poteris, quantum penes te metipsum decreueris. Tantoque maior efficeris, quanto te à superbi & stulti vocabuli usurpatione restringis. Atque intantum proficis, in quantum tibi non studueris derogando fratribus arrogare. Humilitatem ergo frater charissime totis visceribus dilige: per quam cunctorum fratrum concordia, & sanctæ vniuersalis Ecclesie vnitas valeat custodiri. Certè Paulus Apostolus cum audiret quosdam dicere: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cepha: hanc dilacerationem corporis dominici, per quam membra eius aliis quodammodo se capitibus sociabant: vehementissimè perhorrescens exclamauit, dicens: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo ille membra dominici corporis certis extra Christum quasi capitibus, & ipsis quidem Apostolis subiciit particulariter cuitant: tu quid Christo, vniuersalis scilicet Ecclesie capiti, in extremi iudicij es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibi met conaris vniuersalis appellatione supponere? Quis rogo in hoc tam peruerso vocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum legionibus, secum socialiter constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere: vt & nulli subesse, & solus omnibus præesse videretur? Quietiam dixit: In caelum conscendam: super astra caeli exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quid enim fratres tui omnes vniuersalis Ecclesie episcopi, nisi astra caeli sunt? Quorum vita simul & lingua inter peccata, erroresque hominum quasi inter noctis tenebras lucet. Quibus dum cupis temetipsum vocabulo elationis præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare: quid aliud dicis, nisi in caelum conscendam: super astra caeli exaltabo solium meum? An non vniuersi episcopi: nubes sunt, quæ & verbis prædicationis pluuat, & bonorum operum luce coruscant? Quos dum vestra fraternitas despiciens, sub se premere conatur: quid aliud dicit nisi hoc quod ab antiquo hoste dicitur, Ascendam super altitudinem nubium? Quæ cuncta ego cum flens conspicio, & occulta dei iudicia pertimesco, augentur lachryma, gemitus se in meo corde non capiunt, quod ille vir sanctissimus dominus Ioannes, tantæ abstinentiæ atque humilitatis, suorum familiarium seductione linguarum ad tantam superbiam erupit, vt in appetitu peruersi nominis illi esse conetur similis, qui dum superbe esse similis deo voluit, etiam donatæ similitudinis gratiam amisit: & ideo veram beatitudinem perdidit, quia fallam gloriam quæsiuit. Certè Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesie est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularium sunt plebium capita? Et tamen sub vno capite omnes membra sunt Ecclesie. Atque vt cuncta breui cingulo locutionis astringam: sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus domini, in membris sunt Ecclesie constituti, & nemo se vnquam vniuersalem vocare voluit. Vestra autem sanctitas agnoscat quantum apud se tu meat, quæ illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus præsumpsit, qui veraciter sanctus fuit. Nunquidnam, sicut vestra sanctitas nouit, per venerandum Chalcedonenfè concilium huius Apostolicæ sedis antistites, cui deo disponente deseruio, vniuersales oblato honore vocati sunt? Sed tamen nullus vnquam tali vocabulo appellari voluit: nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit, ne si sibi in potestatis gradu gloriam singularitatis arripere, hanc omnibus fratribus denegasse videretur. Sed hæc, scio, quia vestra sanctitati ab

illis oriuntur, qui nobis deceptiosa familiaritate deseruiunt: contra quos peto, vt vestra fraternitas solerter inuigilet, nec se eorum verbis fallendum præbeat. Tanto enim maiores hostes credendi sunt, quanto magis laudibus adulantur. Relinque tales: & si omnino decepturi sunt, saltem terrenorum hominum, & non sacerdotum corda decipiant. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Vos autem cum propheta dicite: Avertantur statim erubescerent, qui dicunt mihi euge euge. Et rursum: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Vnde & bene quidam sapiens admonet: Multi sint pacifici tui, consiliarius autem sit vnus tibi de mille. Corruptum enim bonos mores colloquia mala. Antiquus enim hostis cor robustum irrumperere non valet, subiectas ei infirmas personas querit, & quasi contra alta moenia scalis appositus ascendit. Sic Adam per subiectam mulierem decepit. Sic beato Iob cum filios occidit, infirmam mulierem reliquit: vt qui eius cor per se minimè poterat, saltem si posset per mulieris verba penetraret. Quicumque ergo iuxta vos infirmi ac seculares sunt, in sua semper persuasione atque adulatione frangantur: quia inde æternas dei inimicitias pariunt, vnde ipsi peruersi amatores videntur. Certè olim clamabatur per Apostolum Ioannem: Filioli, nouissima hora est, secundum quod Christus prædixit. Pestilentia & gladius per mundum sæuit, gentes insurgunt gentibus, terra concutitur, orbis cum habitatoribus suis terra dehiscente sorbetur. Omnia enim quæ prædicta sunt, fiunt. Rex superbiæ propè est: & quod dici nephas est, sacerdotum est præparatus exitus: quia ceruici militant elationis, qui ad hoc positi fuerant, vt ducatum præberet humilitatis. Sed hæc in re, etiam si nostra lingua minimè contradicat, illius virtus contra elationem in vitionem erigitur, qui superbiæ vitio per semetipsum specialiter adueriatur. Hinc enim scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hinc rursus dicitur: Immundus est apud deum qui exaltat cor. Hinc contra superbientem hominem scriptum est: Quid superbis terra & cinis? Hinc per semetipsum veritas dicit: Omnis qui se exaltat humiliabitur. Quæ vt nos ad viam vitæ per humilitatem reduceret, in semetipsa dignata est, quod nos admonet, demonstrare, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque vnigenitus dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit: ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, illusionum probra, passionum tormenta tolerauit, vt superbum non esse hominem doceret humilis deus. Quanta igitur humilitatis virtus est, propter quæ solam veraciter edocendam, is qui sine estimatione magnus est, vsque ad passionem mortis factus est paruus? Quia enim originem perditionis nostræ se præbuit superbia diaboli, instrumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas dei. Hostis quippe noster inter omnia conditus, videri supra omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens supra omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus. Quid ergo nos episcopi dicimus, qui honoris locum ex redemptoris nostri humilitate suscepimus, & tamen superbiam hostis ipsius imitamus? Ecce nouimus creatorem nostrum de suæ celsitudinis culmine, vt humano generi daret gloriam, descendisse: & nos de infimis creati, de fratrum minoratione gloriamur. Humiliauit se vsque ad nostrum puluerem deus, & in caelos os suum ponit, & super terram linguam pertransit pulvis humanus, & non erubescit: non metuit extolli homo putredo, & filius hominis vermibus. Reducamus ad animum frater charissime hoc, quod per sapientissimum Salomonem dicitur: Ante tonitruum præbit coruscatio: & ante ruinam exaltabitur cor. Vbi è diuerso subiungitur, ante gloriam humiliabitur. Humiliemur ergo mente, si ad solidam conamur venire celsitudinem. Nequaquam per elationis fumum oculi cordis obscurantur: qui quanto magis excreuerit, tanto celerius evanescit. Pensemus quid nos precepta admoneant redemptoris nostri dicentis: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Hinc etiam per prophetam dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Certè cum dominus ad humilitatis viam adhuc infirmitatis discipulorum corda reduceret, dixit: Si quis vult inter

1. Cor. 1.

Esa. 14.

I

Luce. 9.  
Psal. 69.  
Psal. 119.

Genes. 3.

1. Jo. 1.

L

Iacobi. 4.

Eccl. 10.

Luce. 14.

E. 18.

Matth. 23.

N

Eccl. 32.

Mat. 5.

Esa. 66.

Mat. 20. A vos primus esse, erit omnium minimus. Qua in re aperte co-  
 Mar. 10. gnoscitur, quoniam ille veraciter sublimis est, qui in suis co-  
 Mat. 23. gnationibus humiliatur. Formidemus ergo in illorum nume-  
 rum adscribi, qui primas in synagogis cathedras quarunt:  
 & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Quo  
 Ibidem. Bicompe discipulis dominus dicit: Vos autem nolite vocari  
 Rabbi. Vnus autem magister vester est, vos autem omnes fra-  
 tres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus  
 est enim pater vester. Quid ergo frater charissime in illo  
 terribili examine venientis iudicij diciturus es, qui non solum  
 pater, sed etiam generalis pater in mundo vocari appetis?  
 Cauetur ergo malorū prana suggestio, fugiatur omnis in-  
 stigatio diaboli. Oportet quidem vt veniant scandala: verū-  
 tamen vā homini illi per quem scandalum venit. Ecce ex hoc  
 nephando elationis vocabulo Ecclesia scinditur. Fratrum om-  
 nium corda ad scandalum prouocantur. Nunquid nam mē-  
 te excidit: quod veritas dicit: Qui scandalizauerit vnum de  
 pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mo-  
 la asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris?

Mat. 18. Scriptum verò est: Charitas non querit quae sua sunt. Ecce ve-  
 tra fraternitas sibi arrogat etiam aliena. Rursum scriptum  
 Ibidem. est: Honore inuicem praeuenientes. Et tu conaris eum omni-  
 bus tollere, quē tibi illicitē desideras singulariter vsurpare.

2. Cor. 13. Vbi est frater charissime quod scriptum est: Pacem habete  
 Rom. 12. cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum?  
 Ibidem. B Vbi est quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam filij dei  
 Mat. 5. vocabuntur? Considerare nos conuenit, ne qua radix amari-  
 tudinis sursum germinans impediatur, & per illam conquinen-  
 tur multi. Quod tamen si considerare negligimus, contra tā-  
 te elationis tumorem iudicia superna vigilabunt. Et nos qui-  
 dem in quos talis tantaq; per animum nepharium culpa com-  
 mittitur, seruamus quod veritas praecepit dicens: Si peccauerit  
 Mat. 18. in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum so-  
 lum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te  
 non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore  
 duorum vel trium testium stet omne verbum: quod si non au-  
 dierit eos, dic Ecclesiae. Si autem Ecclesiam non audierit, sit  
 tibi sicut ethnicus & publicanus. Ego itaque per responsales  
 meos semel & his verbis humilibus hoc quod in tota Ecclesia  
 peccatur, corripere studui, nunc per me scribo. Quicquid fa-  
 cere humiliter debui, non omisi. Sed quia in mea correptione  
 despicior, restat vt Ecclesiam debeam adhibere. Hæc itaque  
 dicens: omnipotens deus fraternitati vestrae indicet, quanto  
 circa vos amore constringor: quantumque in hac causa non  
 contra vos, sed pro vobis lugeo. In qua tamen præceptis Euā-  
 gelicis, institutionibus canonum, vtilitatibus fratrum perso-  
 nam præponere non possum, nec eius quem multum amo.  
 Scripta autem sanctitatis vestrae dulcissima atque suauissima  
 C de causa presbyterorum Ioannis & Athanasij suscepi, de qua  
 vobis in subsequētib; domino adiuuante respondebo:  
 quia sub tantis tribulationibus circūfus; Barbarorum  
 gladiis premor: vt non dico multa tractare, sed mihi respi-  
 rare vix liceat.

Gregorius Aniano diacono Constantinopolitano. De  
 superbia Ioannis episcopi uitanda.

Caput. LXXXIII.

Epi. 39. DE causa fratris nostri viri reuerentissimi Ioannis  
 episcopi Constantinopolitani, duas epistolas facere  
 volui. Sed vna breuiter facta est, quæ vtrunque ha-  
 bere videtur admixtum, id est, & reuerentiam, & blandimen-  
 tum. Tua itaque dilectio eam epistolā quam nūc direxi, pro-  
 pter voluntatem imperatoris dare studeat. Nam de subsequē-  
 ti talis alia transmittitur, de qua eius superbia non lateat.  
 Ad hoc enim vsque peruenit, vt sub occasione Ioannis pres-  
 byteri gesta huc transmitteret, in quibus se pene per omnem  
 versum *ὀνικμδνικδρ* patriarcham nominaret. Sed spero in  
 omnipotentem deum, quia hypocrisis illius superna maie-  
 stas soluet. Miror autem quod dilectionem tuam fallere po-  
 tuit, vt permitteres domino imperatori persuaderi: quatenus  
 ad me sua scripta de hac causa transmitteret, in quibus admo-  
 nerer, vt cum eo pacem habere debuissim. Qui si iusticiam  
 tenere vult, illum debuit admonere: vt se à superbo vocabulo

compesceret, & protinus inter nos pax fieret. Tamen quia id  
 D calliditate à prædicto fratre nostro Ioanne factum sit, mini-  
 me suspicor, pensa sū. Idcirco enim hoc ille fecit, vt audiret  
 dominus imperator, & ille in sua vanitate confirmat esse  
 videretur: aut non à me audiretur, & eius animus contra me  
 irritaretur. Sed nos rectam viam tenemus, nihil in hac causa  
 aliud nisi omnipotentem dominum metuentes. Vnde tua dile-  
 ctio in nullo trepidet. Omnia quæ in hoc seculo videt alta esse  
 se contra veritatem, pro veritate despiciat: in omnipotentis  
 dei gratia, atq; beati Petri apostoli adiutorio confidat. Vocem  
 veritatis recolat dicens: Maior est qui in caelis est, quam  
 Ioan. 14. qui in mundo: & in hac causa quicquid agendum est, cum  
 summa autoritate agat. Postquam enim defendi ab inimi-  
 corum gladiis nullo modo possumus: postquam pro utilita-  
 te reipublicæ, argentum, aurum, mancipia, vestes perdidim;:  
 nimis ignominiosum est, vt per eos etiam fidem perdamus.  
 In isto enim scelesto vocabulo cōsentire, nihil est aliud quam  
 fidem perdere. Vnde sicut ubi iam transactis epistolis scri-  
 pli, nunquam cum eo procedere præsumas.

Gregorius Theodoro medico. Gratias refert de pecu-  
 nia pauperibus transmissa.

Caput. LXXXIII.

A Go omnipotenti deo gratias: quia eorum qui se vi-  
 cissim veraciter diligunt, loca animum non diui-  
 dunt. Ecce enim dulcissime & gloriosissime filij lon-  
 gè à vobis distamus corpore, & tamen presentes vobis  
 existimus charitate. Hoc vestra opera, hoc scripta testan-  
 tur, hoc de presenti expertus sum, hoc de absentibus vestra glo-  
 ria recognosco. Hoc vos & hominibus amabiles, & omni-  
 potenti deo dignos in perpetuum faciat. Quia enim virtutū ma-  
 ter est charitas, idcirco bonos operum fructus profertis,  
 quia ipsam eorundem fructuum in mente radicem tenetis. Ea  
 autem quæ in redemptionem captiuorū, deo vobis aspirante  
 transmisistis, lætus, fateor, & tristis accepi. Lætus videlicet  
 vobis, quos de præparanda mansione coelestis patriæ cogi-  
 tare cognoui. Tristis vero vehementer mihi, qui super curā  
 rerum sancti Petri apostoli, adhuc etiam de rebus dulcissimi  
 filij mei domini Theodori rationes posturus sum: sollicitē  
 an negligenter eas expendere, requirendus vado. Omnipotens  
 autem deus, qui menti vestrae suæ misericordiae viscera  
 infudit, qui vobis sollicitē cogitare concessit, hoc quod de  
 saluatore nostro per egregium prædicatorem dicitur: quia  
 pro vobis egenus factus est, cum diues esset: in eiusdem salua-  
 toris aduentu, vos virtutibus diuites ostendat, ab omni culpa  
 2. Cor. 8. liberos assistere faciat, & pro terrenis caelestia, pro transito-  
 riis gaudia vobis aeterna concedat. Hoc autem quod pro vo-  
 bis agi apud sacratissimum corpus sancti Petri apostoli scri-  
 bitis: certum tenete: quia & si lingua vestra taceat, fieri chari-  
 tas vestra iubet. Sed vtinam digni simus, qui pro vobis ora-  
 re debeamus. Quia vero dignus ego non sum, non ambigo.  
 Sed multi hic digni sunt, qui ex oblatione vestra ab hostibus  
 redimuntur, & fideliter nostro creatori deseruiunt, de quib; Eccl. 29.  
 hoc egistis quod scriptum est: Absconde eleemosynam in si-  
 nu pauperis, & hæc pro te exorabit. Sed quia ille plus diligit  
 qui plus præsumit: erga dulcissimam mentem gloriosissimi  
 filij mei domini Theodori habeo aliquam querelam: quia do-  
 num ingenij, donum rerum, donum misericordiae atque cha-  
 ritatis à sancta trinitate percepit, sed tamē secularibus inde-  
 finenter causis adstringitur, aliuduis processibus occupa-  
 tur, & quotidie legere negligit verba redemptoris sui. Quid  
 est autem scriptura sacra, nisi quedam epistola omnipotentis  
 dei ad creaturam suam? Et certe sicuti esset gloria vestra ali-  
 bi constituta, & scripta terreni iam imperatoris acciperet,  
 non cessaret, non quiesceret, somnum oculis non daret, nisi  
 prius quid sibi imperator terrenus scripsisset, agnouisset. Im-  
 perator caeli, dominus hominum & angelorum, pro vita tua  
 tibi suas epistolas transmisit, & tamen gloriose hii easdem  
 epistolas ardētē legere negligis. Stude ergo quæso, & quo-  
 tidie creatoris tui verba meditare. Dilce cor dei in verbis dei  
 vt ardentius ad eterna suspires, vt mens vestra ad caelestia re-  
 gna maioribus desiderijs accendatur. Tanto enim tunc ma-  
 ior ei erit requies, quanto modo ab amore conditoris sui  
 requies

**G**regorius nulla fuerit. Sed ad hæc agenda infundat vobis omnipotens deus consolatore[m] spiritum. Ipse mentem vestram sua presentia impleat, & implendo leuet. De me autem cognoscite, quia multas hic & innumeras amaritudines patior. Sed ago omnipotenti deo gratias, quia minus affligor valde quam mereor. Charissimum autem filium meum susceptum vestrum dominum Narsetem gloriæ vestræ commendo. Quæ quidem scio, commendatum in omnibus habetis, sed facere vos rogo quod facitis: vt dum peto quod fieri video, mercedi vestræ me petendo subiungam. Præterea excellentiæ vestræ benedictionem, ea qua transmissa est charitate suscepi. Vnam vero anatem cum duobus paruulis atticis pro vestri amoris gratia transmittere præsumpsi: vt quotiens ad respiciendum eam vester oculus ducitur, memoria etiam mei inter occupationes, tumultusque causarum in animum vestrum reuocetur.

*Gregorius Luminoso abbati monasterii sancti Thomæ de Ariminis. Scribit omnia grauamina à monasterio illius auferenda. Caput. LXXXV.*

**P**etitionem tuam congregationisque tuæ libenter suscepimus, secundum statuta iurisque formam tuis precibus accommodantes effectum. Castorio siquidem fratri & coepiscopo nostro, nostra præceptione transmissa est epistola, successoribusque eius à te monasterioque tuo cunctam læsionis funditus abstulimus potestatem: vt nec ultra in vestro versetur grauamine, nec monasterij res describantur, nec publica illic debeat esse processio, illa videlicet eius iurisdictione relicta: vt in defuncti abbatis locum, alium quæ dignum communis consensus congregationis elegerit, debeat ordinare. His autem ita perfectis, in dei opere estote solliciti: & assidue operam orationi date, ne non videatur magis vobis quesita mentis in oratione securitas, sed malè, quod absit, de gentibus episcopalis euitata districtio.

*Gregorius Leontio episcopo uisitati Ariminensis Ecclesiæ. De uisitatione Ariminensi melius procuranda. Caput. LXXXVI.*

**C**lero Ariminensis Ecclesiæ, cuius uisitator es, cõquerente comperimus, quod remotis omnibus clericis fraternitas tua hominibus sui patrimonij eius gubernatione, ceterisque utilitates commiserit peragendas. Quod si ita est, querelam eiusdem cleri ineptam esse non credimus. Ea de re hinc te hortamur affatib⁹, vt omnia quæ ad superscriptam Ecclesiam pertinent: per proprios eius homines, quos ipse præuideris, siue per diaconem latorem presentium gubernari agique disponas, vt nulla eis aduersum te iusta murmurandi relinquatur occasio. Si vero quadam de eis infidelitatis est fortasse suspitio: cum eis quoque homines tuos in actione constitue, vt alterna erga se sollicitudine debeant esse custodes, rationes tibi modis omnibus posituri. Quicquid vero de redditibus Ecclesiæ ipsius accesserit, quatuor iuxta cõsuetudinem oportet fieri portiones: vnam scilicet quæ clero præbenda sit, aliam pauperibus. De reliquis autem duabus partibus tres fieri volumus. Vnam factis tectis profuturam. Aliam pro sustentatione sua Castorio proprio episcopo dirigendam. Reliquam tibi met retinendam. Si quis igitur in superscriptæ Ecclesiæ clero dignus sit presbyter vel diaconus, siue in gradu alio ordinari, liberam habebis ex nostra authoritate eum promouendi licentiam. In lucrandis ergo animabus inuigila, circa cleri reuerentiam esto sollicitus. Utilitates Ecclesiæ, cuius uisitationem geris, inuisitè perire vel deteriorari nulla subiectione permittas: ne, quod absit, & apud deum perpetui labem periculi, & apud nos reatum culpæ possis incurrere. Comperimus præterea aliquid te annonæ de publico consequi: & hac ex re verecundia comprimi, atque in causis Ecclesiæ, vel defensione pauperum, vt congruit, non esse efficacem. Propterea abstinendum est ab hoc quod verecundiam incutit, & stipendiis quæ de Ecclesia consequeris, debes esse cõtentus. Nam si aliter facere post nostram adhortationem volueris, aliam de te æstimationem habebimus. Quippe qui commissos tibi avaritiæ militare doces, quos sufficientibus stipendiis instituis non esse contentos.

*Gregorius Castorio episcopo Ariminensi. Vt Luminoso abbati, eiusque monasterio, nullam inquietudinem faciat.*

*Caput. LXXXVII.*

**L**uminosus abbas monasterij sanctorum Andrea & Thomæ, in Ariminensi ciuitate constituti, quas nobis la-chrymabiliter preces effuderit, indita: textus petitionis informat. Pro qua re fraternitatem tuam hortamur, vt obeunte abbate monasterij ipsius, Ecclesia tua in describendis, prouidendisque acquisitis acquirendis eiusdem monasterij rebus nulla se occasione permisceat. Abbatem vero eisdem monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus disciplinae monasticae communi consensu congregatio tota poposcerit, te volumus ordinare. Missas autem illic publicas per episcopum fieri omnimodo prohibemus, ne in seruatorum dei recessibus, popularibus occasio præbeat vlla conuentibus, & simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat frequentior quoque introitus mulieris. Hanc autem scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore à te vel post te episcopis ordinandis, firmam statuimus illibatamque seruari: vt & tua Ecclesia inuante domino suo tantummodo sit iure conteata, & monasterium illud nulli vterius aliqua ratione generali canonicæ iurisdictioni deseruiens, remotis vexationibus ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa animi deuotione perficiat.

*Gesta synodi habitæ à beato Gregorio papa, tempore Mauricii Augusti, in urbe Roma.*

*Caput. LXXXVIII.*

**R**egnate in perpetuum domino nostro Iesu Christo: temporibus piissimi ac serenissimi domini Mauricii, Tiberij & Theodosij Augustorum eiusdem domini: Imperio Mauricii anno terdecimo, indictione terdecima, quinto die mensis Iulij: Gregorius papa coram sanctissimo beati Petri corpore cum episcopis omnibus ac Romanæ Ecclesiæ presbyteris residens, assistantibus diaconibus, & cuncto clero dixit: In sancta Romana Ecclesia, cui diuina dispensatio præesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis interseruiant, quos ad prædicationis officium, elemosynarumque studium vacare congruebat. Vnde sit plerumque, vt ad sacrum ministerium dum blanda vox queritur, quæri congrua vita negligatur: & cantor minister deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Qua in presenti decreto constituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque lectionis Euangelicæ officium inter missarum solennia exoluant: psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiacones, vel si necessitas fuerit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit: & omnes responderunt, anathema sit. Verecundum mos torporem indiscretionis inuoluit, vt huius sedis pontificibus ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac seculares obsequantur, & cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen, vt dictum est, pueri sciunt seculares. De qua re presenti decreto constituo, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur: vt is qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitam eius in secreta conuersatione videant, & ex uisione sedula exemplum profectus sumant. Cõsuetudo noua in Ecclesia hac, & valde reprehensibilis erupit, vt cum rectores eius patrimonij urbana vel rustica prædia iuri illius competere posse suspicantur, si scali more titulos imprimant: atque hoc quod competere pauperibus æstimant, non iudicio, sed manibus defendant. Et cum per prædicatores suos veritas dicat: Nihil per contentionem, etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcendent: & res qualibet cum æstimatur Ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde presenti decreto constituo: vt si quis Ecclesiasticorum vnquam titulos ponere sine in rustico, siue in urbano prædio sua sponte præsumperit, anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. Is autem qui Ecclesiæ præest, si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præce-



Epi. 41.

Ca. 41. Abbat.


Epi. 41.

Epi. 41.

Epi. 42.

M

Philip. 2.



**A** praecipione factum digna punire animaduersione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. Sicut indignos nos pro beati Petri Apostoli reuerentia mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatem decet semetipsum semper agnoscere, & impensa sibi venerationis onera deponere. Ex amore quippe fidelium, huius sedis rectoribus mos ultra meritum erupit: ut cum eorum corpora humanda deferuntur, & haec dalmaticis contegant, eisdem dalmaticas pro sanctitatis reuerentia sibi met partendas populus scindat: & cum assint multa a sacris corporibus Apostolorum, martyrumque velamina, a peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reuerentia reseruatur: de qua re praesenti decreto constituo, ut feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere, sedis huius presbyteros ac diacones censeo. Si quis vero ex eorum ordine haec curare neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. Antiquam patrum regulam sequens, nihil inquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam noua per ambitionem simulatione inuenit appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo potifex manum imponit, Euangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit, sicut pontificem non decet, manum quam imponit vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione sua eius vocem suam, vel calamum venditare. Pro ordinatione vero vel pallio seu chartis atque pastello eundem qui ordinandus vel ordinatus est, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus praedictis rebus si quis hunc aliquid commo di appellatione exigere, vel deferre forte praesumpserit, in districto dei omnipotentis examine reatu subiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas, & pallium aliquid cuilibet ex clero gratiae tantummodo cauta dare voluerit: hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpae maculam ingerit, quae ex accipientis ambitu non processit. Multos de Ecclesiastica familia nouimus ad omnipotentis dei seruitium festinare, ut ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant in monasterio conuersari: quod si passim dimitimus, omnibus fugiendi Ecclesiastici iuris dominium, occasionem praebemus. Cui vero festinantes, ab omnipotentis dei seruitio incaute retinemus, illi inuenimur negare quaedam, qui dedit omnia. Vnde necesse est, ut quisquis ex iuris Ecclesiastici seruitute ad dei seruitium conuerti desiderat, probeatur prius in laico habitu constitutus, & si mores eius atque conuersatio bono desiderio eius testimonium ferunt, absque retractatione seruire in monasterio omnipotenti domino permittatur, & ab humano seruitio liber recedat, qui diuini obsequij districtiorem appetit seruitutem.

Subscriptio episcoporum.

**G**regorius dei gratia episcopus his decretis subscripsit. Maurianus episcopus ciuitatis Rauennae, subscripsit. Paulus episcopus ciuitatis Nepefin. Ioannes episcopus ciuitatis Surrentinae. Gratianus ciuitatis Nomentumae. Ioannes episcopus ciuitatis Falantinae. Angelus episcopus ciuitatis Terracinae. Romanus episcopus ciuitatis Blentanae. Dominicus episcopus ciuitatis Centumcellensis. Pelagius episcopus ciuitatis Anagninae. Felix episcopus ciuitatis Portuenfis. Ioannes episcopus ciuitatis Viterbanae. Candidus episcopus ciuitatis Bulcinensis. Luminosus episcopus ciuitatis Ferentinae. Baldinus episcopus ciuitatis Rosellas. Secundinus episcopus ciuitatis Tauromeniae. Marcianus episcopus ciuitatis Ferenfis. Homobonus episcopus ciuitatis Albanensis. Dominicus episcopus ciuitatis Vtricolanae. Constantius episcopus ciuitatis Narniensis. Fortunatus episcopus ciuitatis Neapolitanae. Anastasius episcopus ciuitatis Tiburtinae. Proculus episcopus ciuitatis Praenestinae.

Subscriptio presbyterorum

**L**aurētius presbyter tituli sancti Syluestri subscripsit. Ioannes presbyter sancti Vitalis. Speciosus presbyter sancti Clementis. Deusdedit presbyter sancti Ioannis & Pauli. Andromachus presbyter Apostolorum.

Crescens presbyter sancti Laurentij. Rusticus presbyter sanctae Sufannae. Vilibus presbyter sancti Marcelli. Petrus presbyter sancti Iulij & Calixti. Spectatus presbyter sancti Vitalis. Stephanus presbyter sancti Martij. Felix presbyter sancti Sixti. Petrus presbyter sanctae Balbinae. Iustus presbyter sanctorum Nerxi & Achillaei. Speciosus presbyter sancti Damasi. Maurus presbyter sanctae Priscae. Placidus presbyter sanctae Balbinae. Victor sanctae Ceciliae. Ioannes sancti Grisogoni. Auentius sanctae Praxedis. Andreas sancti Marci. Ioannes sancti Ioannis & Pauli. Agapitus Apostolorum. Felix sanctae Sabinae. Bonus sancti Eulebij. Bassus sancti Prudentis. Ioannes sancti Syluestri. Albinus sanctorum Marcellini & Petri. Antonius sanctae Balbinae. Candidus sancti Clementis. Romanus sancti Marcelli. Leo sancti Damasi. Auentius sancti Quiriaci. Fortunatus sanctorum quatuor coronatorum.

Gregorius Andreae scholastico. De ordinatione Marini presbyteri ad episcopatum.

Caput. LXXXIX.

**E**xcellentissimi viri domini patricij voluntatem in persona Donati archidiaconi implere voluimus: sed quia valde periculosum est animae, temere cuiquam manum imponere: curam nobis fuit, vitam actusque eius subtili investigatione discutere. Et quoniam multa inuenta sunt, sicut eidem domino patricio scripsimus: quae eum procul ab episcopatu remouerent, dei iudicium metuentes, in ordinando eo non praesumpimus consentire. Sed nec Ioannem presbyterum psalmorum nescium praesumpimus ordinare, quia haec eum res minus sui profectio habere studium demonstrabat. His igitur remotis, cum ad eligendum de suis a nobis partibus vrgerentur, & nullum se habere ad hoc officium faterentur idoneum, maiorque nos vna cum eis teneret afflictio: tandem venerabilem fratrem presbyterum Marinianum, quem diu mecum didicere in monasterio conuersatum, communi concordantique voce atque consensu sapienter petiuerunt. Cui refugienti, diuersis modis vix aliquando potuit suaderi, ut eorum preberet petitioni consentium. Et quia bene nobis eius vita est cognita, atque in lucrandis animabus illum nouimus esse sollicitum, nullam in ordinatione ipsius moram attulimus. Gloria itaque vestra eum, sicut decet, suscipiat, nouitatisque eius consolationis auxiliū praebet. Nam omnibus, sicut nostis, cuiuslibet officij valde onerosa est nouitas. Ego autem magnam confidentiam habeo, quia omnipotens deus qui eum dignatus est suo gregi preponere, & ad interiora illum curanda exacuet, & ad exteriora gerenda gratiae suae pietate confortabit. Sed quia post longa quietis otia, eius, ut praediximus, nouitas proculdubio perturbatur: peto, ut cum venerit tempestatum secularium procellas fugiens, semper apud vestram mentem portum quietis inueniat, & de vestrae bono charitatis hilarescat. Quantum vero vobis cum illo conuenire valeat, citius cognoscetis, quia ad episcopatum venit inuitus.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum. De libris in expositionem beati Iob. Caput. XC.

**Q**uanto ardore videre te sitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarum spatio disiunctum te videre nequeo: vnum quod mihi de te dictauit charitas, feci, ut librum regulae pastoralis, quem in episcopatus mei exordio scripsi, & libros quos in expositionem beati Iob, iam dudum me fecisse cognouisti: sanctitati tuae cum communi filio Probino presbytero venienti transmitterem. Et tuae quidem charitati in eo opere tertiae & quartae partis codices non transmissi, quia eos solummodo inuenio, quos ex eisdem partibus codices iam monasteriis dedi. Hos itaque sanctitas tua studiosè percurrat, & peccata mea studiosius defecat, ne mihi culpae grauioris sit, quod quasi scire videor, quod agere praetermitto. In hac vero Ecclesia quantis causarum tumultibus premor: ipsa charitati tuae epistolae meae breuitas innotescit, quando ei parum loquor, quem magis omnibus diligo.

Gregorius nobilibus Syracusanis. De episcopo eis eligendo. Caput. XCI.

Laudis

Epi. 47.

**L** Audis vestrae testimonium, quam direxistis epistola, electionis vos onera sapienter declinasse significat. Et quoniam nostro hoc arbitrio commisit, ac multa bona de veneranda memoria quondam Maximiano episcopo referentes, talem vobis ordinari deposcitis: vos quidem sicut decet fideles filios, facitis: quia hæc de digno sollicito; patre testamini, & obtrectantibus aliis bona ipsius etiam post obitum non tacetis. Vnde oramus omnipotentem dominum, ut & vobis pro sinceritatis vestrae voluntate retribuat, & obloquentibus clementer ignoscat. Hoc tamen sciat magnitudo vestra: quia civitati illi quem dare possumus, Maximiano reuerentissimo simile non habemus. Sed quia à clero & plebe Ecclesie Syracusanæ Agatho, ab aliquibus autem alter eligitur, hunc qui à clero & plebe electus est: ad nos interim venire necesse est, ut utrisque cominus constitutis: ille qui deo placuerit, & utilior visus fuerit, ordinetur. Nam desiderij nostri est, talem illic cum Christi gratia ordinari pontificem, qui honorum supradicti episcopi cuius vos actionibus testimonium perhibetis, in omnibus debeat deo adiutore, imitator existere.

*Gregorius Ioanni abbati de Regio. De correctione monasterij sancti Andree. Caput. XCII.*

Epi. 48.

**E** A que ad correptionem religionum pertinet personarum, nos præterire non decet, nec conuenit. Peruenit itaque ad nos, in monasterio sancti Andree, quod iuxta Vulcanum est positum multa perpetrari facinora. Atque ideo nostræ autoritatis præceptione suffultum, ad id te monasterium proficisci necesse est: & omnia quæ dicuntur, subtili inuelligatione discutere. Et si ita, quod absit, inuenieris: sic in illos regulariter vindicabis, ut digna eos coercitio à prauis & illicitis de cætero doceat actibus abstinere.

*Gregorius Petro & Prudentio episcopis de Histria. Scribit de fide eis satisfacturum se. Caput. XCIII.*

Epi. 49.

**D** Eus qui lætatur in unitate fidelium, & reuelat querentibus veritatem, cordibus vestris dilectissimi fratres aperiat, quanto vos desiderio in gremio cupiæ sanctæ vniuersalis Ecclesie contineri, & in eius manere unitate concordēs. Quod fore non dubito, si abiectio contentionis stimulo, satisfieri vobis veraciter de his de quibus est dubietas intendatis. Remeantem autem Castorij notarij mei relatione edoctus sum, fraternitatem vestram ad me habere desiderium veniendi, si promissum fuerit, quia nullam molestiam sustinebit. Hoc ego cognoscens, & opto, & succensus ardore charitatis inuito: ut ad me veniendi debeatis laborem assumere: quatenus pariter conferentes, quæ vera & redemptori nostro sunt placita, & communiter loquamur, & modis omnibus teneamus. Ego verò diuinæ protectionis gratia suffragante, satisfacere vobis de quibus dubitatis paratus sum, & confido de omnipotentis dei misericordia: quod ita vobis satisfactio mea interius inhaerebit, ut nihil charitati vestrae de cætero possit ambiguum remanere. Nam illa que sanctissimæ quatuor synodi sapuerunt atque definiuerunt, sicuti prædecessor noster sanctissimus Leo papa, ita ea & nos sapimus, sequimur ac tenemus, nec ab earum fide aliquo modo dissentimus. Sed quia plus persona præsens quam epistola satisfacit: hortor dilectissimi fratres, ut ad me venire, sicut præfatus sum debeatis, dummodo ratione percepta ad concordiam sanctæ vniuersalis Ecclesie dissentio vos nulla dissociet. Hoc tamen certa sit vestra charitas, quia vos & cum affectu quo decet suscipio, & cum gratia relaxabo. Nec aliquam vos vel quoscumque alios qui pro hac ad me causa venire voluerint, afflictionem vel molestiam sustinere permitto. Sed seu ad consentiendum mihi cor vestrum misericordia diuina compunxerit, siue, quod absit, in ea vos durare dissentione contigerit, ad propria vos remeare quando volueritis, iuxta promissionem meam sine læsione, vel molestia relaxare curabimus.

*Gregorius Ioanni episcopo Corinthiorum. De Anastasio episcopo deposito, & diacono eius. Caput. XCIII.*

Epi. 50.

**A** Equitatem atque sollicitudinem Secundini fratris & coepiscopi nostri que olim bene nobis est cognita, etiam series iudicij & scriptorum vestrorum mon-

strauit. In qua re valde placuit, letosque nos reddidit: quia in causa Anastasij quondam episcopi quam ei examinandam iniunximus, vigilantiam suam & diligenter exercuit, & cognita crimina, ut iustitia poscebat & oportuit, vindicauit. Sed his in omnibus gratias omnipotentis deo referimus, qui desistentibus quibusdam accusatoribus, cognitioni eius veritatem, ne tantorum causa facinorum latere potuisset, ostendit. Quoniam vero in eadem sententia in qua superscriptum Anastasium iuste damnatum constat atque depositum: sic quasdam superscriptus frater & coepiscopus noster vltus personas est, ut nostro arbitrio reseruetur: idcirco quid de eis tenendum seruandumque sit, præsentem epistola perspeximus. Paulum itaque diaconem latorem præsentium, quantum culpa sua vehementer confundat atque redarguat, quod deceptus promissione, ab accusatione nuper depositi quondam episcopi sui destiterit, & cupiditatis studio silere contra animam suam potius quam prodere vera consenserit: tamen quia plus esse conuenit nos misericordes quam districtos, hæc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine locoque suo recipiendum esse censemus. Nam ei à tempore prolatae sententiæ afflictionem quam pertulit, credimus ad vindictam huius posse culpæ sufficere. Euphemium verò atque Thomam, qui pro deserenda accusatione sacros ordines acceperunt, eidem sacris priuatos ordinibus esse, atque ita sicuti sunt depositi, volumus permanere, nec vnquam eos sub qualibet excusationis specie sacros ordines reuocari decernimus. Nam nimis indignum & contra Ecclesiasticæ regulam disciplinæ est, ut honore quem non ex meritis, sed pro sceleris præmio perceperunt, fungantur. Quia tamen plus misericordie, quam districtæ nos conuenit operam dare iustitiæ: eosdem Euphemium atque Thomam in ordine locoque tantummodo vnde ad ordines sacros promoti fuerat volumus reuocari, & cunctis diebus vitæ suæ eorundem locorum continentiam sicut cõluenerant antè percipiant. Clematum verò lectorè simili benignitatis intuitu, in ordinem locumque suum reuocandum esse constituo. Quibus & omnibus, id est, Paulo diacono, Euphemio, Thomæ atque Clematio cõmoda sua secundum locum & ordinem in quo quisque eorum est, sicut solitus erat accipere, à præsentem tertiadecima indictione vestra fraternitas sine aliqua studeat imminutione præbere. Quia igitur superscriptus Paulus diaconus multa se pro utilitate Ecclesie vestrae memorat expendisse, & ut ea possit recipere, fraternitatis vestrae solatio desiderat adiuuari: hortamur, ut si ita est, omni ei possibilitate ad recipienda quæ dedit, debeatis concurrere, atque vestris eum auxiliis adiuuare: quia nulla ratio patitur, ut in his que pro utilitate generalitatis impedit, aliquid sustineat iniuste dispendium. Præterea tres libras auri quas imminente superscripto fratre & coepiscopo nostro Secundino, eundem Paulum diaconem pro utilitate vestrae dedisse constat Ecclesie, fraternitas vestra eas cessante dilatione restituat: ne, quod absit, non rationabiliter, sed sola eum grauari voluntate tantummodo videatur.

*Menſe Augusto. Indictione. xiiij.*

*Gregorius Virgilio episcopo Arelatenſi. De uſu pallij, & de ſacris ordinibus per uenalitatem non dandis: & de ſimoniaca hæreſi condemnanda.*

*Caput. XCV.*

**Q**uam bona est charitas, que absentia per imaginem, presentia sibi metipsis exhibet per amorem: diuisa vnit, confusa ordinat, inæqualia lociat, imperfecta consummat. Quam rectè prædicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem ceteræ perfectionem generant: sed tamen eas charitas etiã ligat, ut ab amantis mente dissoluiam nequeant. Hac itaque virtute frater charissime plenum te esse reperio, sicut mihi de te, & hi qui ex Gallianis partibus veniunt, & epistolæ tuæ ad me directæ verba testantur. Quod verò in eis iuxta antiquum morem, vsum pallij, ac vices sedis apostolicæ postulasti: absit, ne aut transitorie potestatis culmen, aut exterioris cultus ornamentum in vicibus nostris ac pallio quæsisse te suspicer. Sed quia cunctis liquet, vnde in Galliarum regionibus fides sancta prodierit, cum prisicam cõsuetudinem sedis Apostolicæ fraternitas vestra

Gregorius uniuersis episcopis Galliarum. De Virgilio eis prelato, & de synodo. Caput. XCVI.

D

Episto. 52.  
Parte. 1.  
distin. 89.  
Ad hoc.

**A**D hoc diuinæ dispensationis prouisio, gradus & diuersos constituit ordines esse distinctos: ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordia fieret ex diuersitate cōtextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim uniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruaret. Quia uero creatura in una eademque qualitate gubernari vel uiuere non potest, coelestium militiarū exemplar nos instruit: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet quod non æquales sunt, sed in potestate & ordine, sicut nostis, differt vnus ab altero. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt, istam constat esse distinctionem: quis hominum abnuat huic se dispositioni libenter submittere, cui nouit etiam angelos obedire? Hinc etenim pax & charitas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordia in alterna & deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque tūc salubriter completur officium: cum fuerit vnus ad quem possit recurri præpositus, idcirco opportunū esse perspeximus, in Ecclesiis quæ sub regno præcellentissimi filij nostri Childeberti regis sunt, secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Virgilio Arelatenis ciuitatis episcopo vices nostras tribuere: quatenus & catholicae fidei integritas, id est, sanctarum quatuor synodorum, deo protegente, sollicita deuotione seruetur: & si inter fratres, conciacordetque nostros aliqua enenerit fortè contentio, autoritatis suæ vigore, vicibus nempe sedis Apostolicae functus, discreta moderatione compescat. Cui etiam iniunximus, ut si quarūdam causarum tale fuerit certamē exortum, in quo aliorum præsentia opus sit: congregatis sibi in numero competenti fratribus, & coepiscopis nostris, salubriter hoc seruata æquitate discutiat, & canonica integritate definiat. Si quam uero contentionem, quod longè faciat diuina potentia, de fidei causa euenire contigerit: aut negotium emerferit, cuius uehemens sit fortasse dubietas, & pro sui magnitudine iudicio sedis Apostolicae indigeat: examinata diligentius veritate, relatione sua ad nostram studeat perducere notionem: quatenus à nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari. Et quoniam necesse est, ut ad eum cui nostras vices iniunximus, quotiens oportere perspexerit, pro facienda collatione aptis debeant episcopi temporibus conuenire: hortamur, ut nullus mandatis eius inobediens esse præsumat, nec communi congregationi interesse postponat, nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse uerit, aut cuiusquam eum causæ iusta excusatio minimè uentre permiserit. Hi tamen qui prohibente aliqua necessitate nequeunt in synodum conuenire, loco suo presbyterum aut diaconem dirigant: quatenus quæ à nostro vicario deo auxiliante fuerint definita, ad eum qui absens est, per ipsum quem miserit, fida relatione perueniant: ut inconcussa firmitate seruentur, & nullius ea quæ constituerit, audeat occasionis excusatio violare. Hoc etiam vos pariter præuidimus admonendos, ut nullus uestrū ad longinquiora loca sine præfati fratris & coepiscopi nostri Virgilio autoritate tentet aliquo modo proficisci: scientes quia & prædecessorum nostrorum qui vices suas eius prædecessoribus commiserunt, sic proculdubio mandata definiunt. Hortamur præterea, ut de officio suo sit quisque uestrum sollicitus, ut qui promissam cupit mercedem passionis accipere, commissum sibi gregem sollicitudine & oratione custodiat: ne lupo insidians oues creditas inuadendo dilaniet, & sit in retributione poena pro munere. Optamus igitur fratres charissimi, & totis omnipotentem dominum precibus exoramus, ut dilectionem uestram in amoris sui cōstantia faciat magis magisque seruescere, atque in pace Ecclesiae, & in una uos concedat manere concordia. Nunciatum uero nobis est, quod per simoniacam hæresim ad sacros quidam ordines adducantur, & hoc supra scripto fratri & coepiscopo nostro Virgilio per omnia prohibendum mandauimus: quod ut uestra fraternitas recognoscat, & studiose custodiat, & ipsa coram uobis est epistola relegenda.

AA Gregorius

**A** uestra repetit, quid aliud quam bona soboles ad sinum matris Ecclesiae recurrat? Libenti ergo animo postulata concedimus, ne aut uobis quicquam de debito honore subtrahere, aut præcellentissimi filij nostri Childeberti regis petitionem contempnissimè videamur. Sed iam nunc studio maiori res iudiget, ut eam honor crescat, etiam sollicitudo proficiat, & erga cæterorum custodiam uigilantia exerceat: uitæ quoque merita subiectis in exemplum ueniant, & nunquam sua per suscepti honoris gratiam, sed lucra cœlestis patriæ ueltra fraternitas acquirat. Nostis enim quid beatus Apostolus gemens dicat: Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Christi Iesu. Quibusdam nanque narrantibus agnoui, quod in Galliarum uel Germaniæ partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, siens dico, gemens denuncio: quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum, cathedras uendentium columbas euertit. Columbas enim uendere, est de spiritu sancto quem deus omnipotens consubstantiali sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, malo iam innuitur quid sequatur. Quia qui in templo dei columbas uendere præsumpserunt, eorum deo iudice, cathedrae ceciderunt, qui uidelicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque uel precio ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice uitiat: paratior est aliis uenundare quod emit. Vbi est quod scriptum est: Gratis accepistis, gratis date. Et cum primum simoniaca hæresis sit contra sanctam Ecclesiam exorta: cur non perpenditur, cur non uidetur, quia eum quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit ut hæreticus fiat? Alia quoque nobis res est ualde detestabilis nunciata: quod quidam ex laico habitu per appetitum gloriæ temporalis defunctis episcopis tonsurantur, & fiunt subito sacerdotes. Qua in re iam notum est qualis ad sacerdotium uenerit, qui repente de laico habitu ad sacrum transit ducatur. Et qui miles nunquam extitit, dux religiosorum fieri non pertimescit. Quam ille suam prædicationem habiturus est, qui fortasse nunquam audiuit alienam? Aut quando aliena mala corrigat, qui necdum sua fleuit? Et cum ad sacros ordines Paulus apostolus Neophytum uenire prohibeat: sciendum nobis est, quia sicut Neophytus tunc vocabatur, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide: ita nunc inter Neophytos deputamus, qui adhuc nouus est in sancta conuersatione. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur: ne si ante pondera quæ solidantur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant. Et cum ad ædificium arbuta succidimus, ut prius uiriditatis humor exiccari debeat, expectamus: ne si eis adhuc recentibus fabricæ pondus imponitur, ex ipsa nouitate curuentur, & contracta citius corruant, quæ immaturè in altum leuata uidebantur. Cur ergo hoc non subtiliter in hominibus custoditur, quod in lignis quoque ac lapidibus tanta cōsideratione perpenditur? Qua de re necesse est, ut uestra fraternitas præcellentissimum filium nostrum Childebertum regem admonere studeat, ut huius peccati maculam à regno suo funditus repellat: quatenus omnipotens deus tanto illi apud se maiora retribuatur, quanto eum conspiciat, & amare quod ipse diligit, & uitare quod odit. Itaque fraternitati uestræ vices nostras in Ecclesiis quæ sub regno sunt præcellentissimi filij nostri Childeberti, iuxta antiquum morem deo auctore committimus. Singulis siquidem metropolitans secundum priscam consuetudinem proprio honore seruato, palliū quoque transmissimus, quo fraternitas tua intra Ecclesiam ad sola missarum solennia utatur. Sicubi autem longius episcoporum quisquam pergere fortè uoluerit, sine tuæ sanctitatis auctoritate ei ad loca alia transire non liceat. Si qua uero inquisitio de fide, uel fortasse aliarum rerum inter episcopos causa emerferit, quæ discerni difficiliter possit, collectis duodecim episcopis uentiletur atque decidatur. Si autem decidi nequiverit, discussa ueritate ad nostrum iudicium referatur. Omnipotens autem deus sua uos protectione custodiat, honoremque perceptum uos in moribus seruare concedat.

Philip. 2.

Mat. 21.

Matt. 10.

Parte. 1.  
distin. 48.  
Sicut.

Parte. 1.  
distin. 100.  
Pallium.

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G Gregorius Childeberto regi Francorum. De multis rebus corrigendis in regno eius. Caput. XC VII.

Epistol. 53. **L** Aetos nos excellentiæ vestræ vehementer fecit epistola, quæ pia vos affectione de honore & reuerentia sacerdotali testatur esse sollicitos. Hinc etenim cunctis ostenditis fideles dei vos esse cultores, dum sacerdotes ipsius grata ac debita veneratione diligitis, & Christiana deuotione quicquid ad eorum augmentum pertinet, agere festinatis. Vnde & gratanter quæ scripsistis, accepimus: & quæ voluistis, animo libenti concessimus: atque ideo fratri nostro Virgilio Arelatensis ciuitatis episcopo, vices nostras iuxta antiquum morem, & excellentiæ vestræ desiderium deo fauente commisimus: cui etiam & pallij vsum sicut prisca habuit consuetudo, concessimus. Sed quia aliqua ad nos perlatæ sunt, quæ & omnipotentem deum nimis offendunt, & quam plurimum sacerdotij honorem reuerentiamque confundunt: quæsumus, vt potestatis vestræ annuente censura, modis omnibus emendentur, ne dum laudandæ deuotioni vestræ res temerariæ ac peruersæ repugnant: aliorum, quod absit, culpa aut regnum vestram grauetur, aut anima. Peruenit autem ad nos, obeuntibus episcopis, quosdam ex laicis tonsurari, atque ad episcopatum precipiti saltu conscendere. Et qui discipulus non fuit, inconsiderata ambitione magister efficitur. Et quoniam quod possit docere, non didicit, sacerdotium tantummodo gerit in nomine: nã laicus in sermone pristino perseuerat & opere. Quomodo ergo pro aliorum peccatis intercessurus est, qui sua primitus non desseuit? Talis enim pastor non munit gregem, sed decipit: quia dum contradicente verecundia, non potest aliis hoc quod ipse non facit persuadere: quid est aliud nisi vt plebs dominica prædonibus populanda remaneat, & inde sumat interitum, vnde salutiferæ protectionis magnum debuit habere subsidium? Quod quam prauum sit, quam peruersum, ex sua quoque ordinatione excellentiæ vestræ celsitudo perpendat. Certum nanque est, nõ vos ante exercitui ducem præponere, nisi vobis labor eius si desique probata constiterit, nisi eum antea vitæ virtus & sollicitudo aptum esse monstrauerit. Si verò non aliis, nisi huiusmodi vitis committitur gubernandus exercitus, qualis dux esse debeat animarum, ex istius bene rei cõparatione colligitur. Sed verecundum nobis est, & dicere pudet: quia ducatum sibi sacerdotes arripiunt, qui exordium religiosæ militiæ non viderunt. Simul autem & illud valde execrandum nobis est nunciatum: quod sacri ordines per simoniacam hæresim, id est, accepto precio conferantur. Et quia pestiferum nimis est, & sanctæ Ecclesiæ vniuersali contrarium, in sacrum quempiam ordinem non meritis, sed precio collocari: hortamur vt tam detestabile facinus de regno suo excellentiæ vestra prohiberi præcipiat. Nam ipse se ad hoc officium ostendit prorsus indignum, qui donum dei pecunia mercari non

H metuit: & commodis præsumit appetere, quod habere per gratiam non meretur. Hæc igitur præcellentissime fili idcirco admonco, quia animam vestram saluari desidero. Quæ etiam dudum scribere volui, si voluntatem meam innumeræ occupationes minime præpedissent. At postquã se congruū rescribendi tempus ingressit, quod facere me oportuit, non omisi. Salutantes itaque excellentiam vestram, paternæ charitatis affectu petimus, vt cuncta quæ supra scripto fratri & coepiscopo nostro fieri, seruarique mandauimus, fauoris vestri præsidio compleantur, nec cuiusquam ea aliquo modo elatione aut superbia conuelli permittatis. Sed sicut per prædecessores eius singulos in patris vestri regno seruata sunt, ita quoque auxilio vestro sollicita & modo deuotione seruentur. Oportebit ergo vt hoc nobis vicariè rependatur: & sicut nos vestram implere non distulimus voluntatem, ita & vos propter deum, & beatum Petrum Apostolorum principem nostra faciatis in omnibus seruari statuta: quatenus excellentiæ vestræ laudabilis, & deo placita se circunquaue tendat opinio.

Gregorius Martiniano episcopo Rauennæ. De vsu pallij ei concesso. Cap. XC VIII.

Episto. 54. **A** Postolicæ sedis beneuolentiæ, & antiquæ consuetudinis ordine prouocati, fraternitati tuæ quam in Ra-

uennati Ecclesia gubernationis suscepisse constat officium, & pallij vsum præuidimus concedendum. Quo non aliter te vti memineris, nisi in propria tuæ ciuitatis dimissis iam filiis Ecclesia procedens à saluatorio ad sacra missarum solennia celebranda: peractis ergo missis, id in saluatorio rursum curabis deponere. Extra Ecclesiam verò non amplius illo tibi, nisi quater in anno, in lætantiis quas ad decessorem tuum Ioannem expressimus, vti permittimus, hoc nihilominus admonentes, vt sicut à nobis huiusmodi decoris vsum ad sacerdotalis officij honorem largiente domino percepisti, ita etiam morum atque actuum probitate ad Christi gloriã susceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris inuicem decore conspicuus: si ad huiusmodi corporis habitum, mentis quoque tuæ bona concordent. Omnia etiam priuilegia quæ tuæ pridem concessa esse constat Ecclesiæ, nostrâ autoritate firmamus, & illibata decernimus permanere.

Gregorius Ioanni episcopo Corinthiorum. Quomodo gregem dei gubernare debeat. Cap. XC IX.

Epistol. **P** Ostquam deus noster, cui nihil occultum est, de Ecclesiæ suæ gubernatione nephanda pollutionis pestem abiciens, vos ad eius voluit regimem adducere, magna vobis præcauendum est prouisione, vt post vulnera & diuersa prioris mali pastoris contagia, in fraternitate vestra grex dominicus consolationem ac salubre medicamentum inueniat. Sic ergo præcedentis contagij maculam manus vestræ actionis abstergat, vt nulla execrandæ prauitatis illius vestigia, nullam inat manere memoriam. Sit igitur erga subiectos sollicitudo laudabilis. Exhibeatur cum mansuetudine disciplina. Sit cum discretione correctio. Iræ benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuat: & ita alterum condatur ex altero, vt nec immoderata vltio plusquam oportet, affligat, nec iterum frangat rectitudinem disciplinæ remissio. Instructio commissi populi, fraternitatis vestræ sit actio. Videat in vobis quod diligit, cernat quod imitari festinet. Exemplo vestro viuere doceatur. A recto itinere te duce non deuiet, ad deum vos sequendo perueniat: vt tot ab humani generis saluatore retributiones accipias, quot lucra ei operatus fueris animarum. Labora itaque frater charissime, & ita totam mentis & cordis ad hoc efficaciam dirige: quatenus dignè merearis in futuro audire: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Pallium verò sicut per epistolam vestram, quam per Andream fratrem, & coepiscopum nostrum suscepimus, postulastis, direximus: quo ita vos, vt necesse est, sicut prædecessores vestri vsi, concedentibus nostris prædecessoribus, approbantur. Præterea peruenit ad nos, quod in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine cõmodi datione perueniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio: quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum, cathedras vendentium columbas euerit. Columbas enim vendere, est de sancto spiritu, quæ deus omnipotens consubstantiali sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, cõmodum temporale percipere. Ex quo, vt prædixi, malo, iam inuuitur quid sequatur: quia qui in templo dei columbas vendere præsumpserunt, horum deo iudice cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratior est aliis venundare quod emit. Et vbi est quod scriptum est: Gratis accepistis, gratis date: Et cum primum simoniaca hæresis sit exorta contra sanctam Ecclesiam: cur non perpenditur, cur nõ videtur, quia eum quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit vt hæreticus fiat? Quia ergo hanc nephandissimam prauitatem sancta vniuersalis omnino damnat Ecclesia: hortamur fraternitatem vestram, vt tam detestabile, & tam immane peccatum de locis omnibus que sub se sunt, sollicitudinis suæ modis omnibus compeecat instantia. Nam si quid tale aliquid deinceps fieri senserimus, iam non verbis, sed canonica hoc vltione corrigemus: & de vobis, quod non oportet, aliud incipiemus habere iudiciũ. Nouit autem fraternitas vestra: quia prius pallium nisi dato cõmodo

Luc. 19.

M

Matt. 21.

Matt. 23.


Part. 1.

dist. 100.

Novit.

modo





A modo non datur. Quod quoniam incongruum erat, facto consilio ante corpus beati Petri Apostolorum principis, tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere sub distri- cta interdictione vetuimus. Oportet ergo vt neque per com- modum, neque per gratiam, aut quorūdam supplicationem, aliquos ad sacros ordines consentiat, vel permittatis ad- duci. Nam est peccatum, sicut diximus, graue, & sine corre- ptione hoc non patimur remanere. Supra scriptum verò An- dream fratrem, & coepiscopum nostrum ob hoc tardè sus- cepimus, quia renūciante fratre & coepiscopo nostro. Secū- dino, didicimus epistolas nostras sibi eum in Ioannis Larissēi episcopi executione fluxisse. Et nisi bona vestra nobis que au- diuimus suauissēnt, nulla illum habuimus ratione suscipere.

C. 1. q. 1. De ordina- tionibus.

Episto. 56.

Matt. 10.

Psal. 39.

C. 1. q. 1. Quibusdā.

Matt. 21.

Matt. 10.

Gregorius vniuersis episcopis per Helledam provin- ciam constitutis. Vt nullam per premium ordinent. Pariterq; exponit, quōd dominus cathedras columbas uendentium euertit. Caput. CX.

**G**ratias omnipotenti deo vobiscum fratres charissi- mi refero, qui latens vulnus quod antiquus hostis in- tulerat, ad omnium fecit peruenire notitiam, & de Ecclesie sue corpore salutifera illud incisione compescuit. Ex qua re & gaudendum nobis est, & dolendum. Gaudendum quippe de correctione facinoris, dolendum verò de casu fra- tris. Sed quoniam plerunq; alterius casus, alterius solet esse cautela: hoc quisque timet cadere, attendit: aditum hosti nō praebeat, non putet latere quod agitur: nam veritas clamat, Nihil opertum quod non reueletur: & occultum quod non sciatur. Hæc etenim vox actioni nostræ iam præco est, & ip- so teste modis omnibus adducitur ad publicū, quod agitur in secreto. Aut quis actus suos ante illum nitatur absconde- re, qui eorum & testis & iudex est? Quia verò nonnunquam aliud attenditur, aliud non cauetur, oportet vt contra omnes hostis insidias quisque debeat esse sollicitus: ne dum in vno vincit, superetur in altero. Nam & terrenus hostis, qui munita loca cupit inuadere, pugnandi arte sic vitur. Laten- ter quidem ponit insidias, & ad vnius loci se expugnationē totus ostendit: vt dum ad defensionem loci illius vbi instat pe- riculum conuenitur, loca alia de quibus nulla est suspitio ca- piantur. Et enenit, vt qui cognitus resistentis virtute repulsus est, latens obineat quod certando non potuit. Sed quia in his omnibus diuinæ protectionis auxilio opus est, voce cordis singuli clamemus ad dominum, dicentes: Domine, ne longè facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam respice. Manifestum nanque est, quia nisi ipse auxiliatus fuerit, & ad se clamantes defenderit, hostis noster vinci non poterit. Pre- terea epistolam charitatis vestræ per Andream fratrem, & coepiscopum nostrum suscipiens, pallium Ioanni fratri no- stro Corinthiorum episcopo nos trāmississe cognoscite: cui vos magnopere conuenit obedire: præsertim dum hoc sibi & antiquæ consuetudinis ordo defendat, & bona eius quibus ipsi testimonium perhibetis, inuitent. Quibusdam nanq; nar- rantibus agnouit, quōd in illis partibus nullus ad sacrum or- dinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, stens dico, gemens denunciatio, quia eum sacerdotalis ordo intus ce- cidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus in templum, cathedras vendentium columbas euertit. Columbas quippe vendere, est de sancto spiritu, quē sibi consubstantialem deus omnipotens per impositionē ma- num hominibus tribuit, commodum temporale percipere: ex quo, vt prædixi, innuitur quid sequatur: quia qui in tem- plo dei columbas vendere præsumpserunt, eorum deo iudi- ce cathedra ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum or- dinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiat, paratior est aliis vendere quod emit. Et vbi est quod scriptū est: Gratis accepistis, gratis date? Et cum primò contra san- ctam Ecclesiam simoniaca hæresis sit exorta: cur non perpē- ditur, cur non videtur: quia eum quem quis cum precio or- dinat, prouehendo agit vt hereticus fiat: Ideoque hortamur, vt nullus vestrum deuotio hoc fieri patiatur: sed neque gratia alicuius, neque supplicatione aliquos ad sacros ordines au-

deat promouere, nisi eum quem vitæ & actionis qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit. Nam si aliter factum deuotio senserimus, districta ac canonica illud noueritis ultione compesci.

Finit liber quartus, secundum compu- tationem Gratiani. Finitur epistola Indictionis. xiiij.

LIBER QUINTVS.

Incipiunt epistolæ Indictionis. xiiij. ex Registro beati Gregori papæ, huius nominis primi.

Gregorius Maximiano episcopo Rauennæ. De testa- mento à Ioanne episcopo condito. Caput. CXI.



**S**icut iniusta poscentibus nullus est tri- buendus effectus, ita legitima deside- rantium non est differenda petitio. Presbyteri igitur ac diacones atq; cle- rus fraternitatis vestræ, oblata nobis petitione conquesti sunt, Ioannē quō- dam decessorem tuum condito testa- mento diuersa in Ecclesie sue graua- mina conscripsisse. Et petuerunt vt hæc in damnum Eccle- sie, prohibente quippe lege, nulla deberēt occasione persol- ui. Et quanuis postquam hæreditas illius, successioque repu- diata est: ad hæc te satisfacienda ratio nulla constringat: ve- runtamen ex abundantia his te hortamur assaribus: vt ea que de Ecclesia sua, vel de acquisitis in episcopatu rebus contra legum fieri statuta disposuit, fraternitas vestra nec autori- tatem præbeat, nec aliqua ratione consentiat. Si quid autem de propriis rebus quas ante episcopatum habuit, quod qui- dem prius Ecclesie sue non contulit, fieri voluit vel decre- uit, firmum per omnia robur obtinere necesse est: nec quis- quam Ecclesiasticorum id contra rationem tentet qualibet excusatione conuellere. Quia vero dum viueret, sapius à no- bis expetiit, vt ea que in monasterio illo contulerat, quod iux- ta Ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra debuissēmus autoritate firmare, & nos facturos hoc esse promissimus, fraternitatem vestram necessariò duximus ad- hortandam, vt nihil de his que illic contulit atque consti- tuit, aliquo modo patiatur imminui, sed omnia firma studeat stabilitate seruari. Huius igitur monasterij & collatarum il- lic rerum: quia in testamento quod condidit fecisse noscitur mentionem: sciendum vobis est non ea nos ideo confirmasse, quoniam supremam eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc, sicut diximus, viuenti promissimus. Hæc itaque sic solli- cite fraternitas vestra implere festinet, quatenus & que in su- prascripto constituit, & à nobis sunt firmata, seruentur: & illa que in damnū dari vel fieri per testamentū suæ decreuit Ecclesie, nullā, prohibente nepe lege, obtineant firmitatem.

Epistola. 1.

E

Causa. 12. q. 5. Quia uero.

F

Gregorius clero & plebi Ecclesie Rauennæ. De Ma- ximiano episcopo, quōd recte fidei sit. Cap. CII.

**P**ervenit ad nos quosdam homines maligni spiritus in- stigatōne persuasos, erga opinionem fratris & coepi- scopi nostri Maximiani mentes vestras corrumpere falsa locutione voluisse, dicentes quōd idē frater noster mi- nus quā decet sanctam Chalcedonensem synodum veneretur. De qua re omnibus vobis & ipse præsens de integritate suæ fidei satisfaciat: & nos per omnia testamur eum à cuna- bulis in sanctæ vniuersalis Ecclesie gremio nutritū, rectam prædicationem fidei cum vitæ suæ attestatōne tenuisse. Ve- neratur enim sanctam Nicenam synodum, in qua Arius: Con- stantinopolitanā, in qua Macedonius: Ephesinam primam, in qua Nestorius: & sanctam Chalcedonensem synodum, in qua Nestorius, Dioscorus, atque Euthices damnatus est. Si quis autem contra harum quatuor synodorum fidem, & contra sanctæ memoriæ Leonis papæ tomum atq; definitionem ali- quid vquam loqui præsumat, anathema sit. Proinde satisfa- ctionem plenissimam recipietes, charitate integra, puro cor- de, pastorem vestrum diligite, vt apud deū purius susa eius- dem vobis valeat prodesse intercessio pastoris.

Epistola. 2.

Gregorius Maximiano præsumptori Ecclesie Salo- nitana. Quōd per simoniacam hæresim ordinatus est.

AA ij Cap.

Epist. 3.

Caput. CIII.

**Q**uoties contra Ecclesiasticam quid gestum dicitur disciplinam, ne nos ante deum culpa ex dissimulatione redarguat, irrequisitum hoc relinquere non audemus. Peruenit itaque ad nos, quod per simoniacam heresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum quod maxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere ne missarum solennia celebrare debuisses: donec quid esset, verius potuissim' addiscere. Ne ergo filij Ecclesie diu videantur non habere pastorem: & ne per hac quae dicuntur, si indiscussa remauerint, huiusmodi se vitium tendat in plurimos, hortamur vt ad nos venire omni postposita excusatione festiuus: quatenus seruata iustitia, hac & cognoscere & finire secundum canonica instituta Christo reuelante possimus. Ita autem fac, vt ad uenendum amplius iam moras non ingeras, ne ipsa te magis absentia obnoxium his quae dicuntur assignet, & nos in te hac res non solum propter dicta et imina quae purgare subter fugis, sed etiam propter inobedientiae culpam durius, scilicet vt in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium.

Gregorius Cypriano diacono. Praecipit modios tritici pauperibus erogare duo milia. Caput. CIII.

Epist. 4.

**Z**enon frater, & coepiscopus noster quosdam in ciuitate sua alimoniarum necessitate innotuit sustinere: quibus quoniam, vt possibile est, aliquod desideramus ferre consultum: idcirco dilectionem tuam antedicto fratri & coepiscopo nostro mille modios tritici: aut si plus leuare potuerit, vsque ad duo milia scriptis te dare presentibus deputamus. Hortamur igitur, vt in his praebendis nullam moram aut excusationem adducas: quatenus dum tempus finit, & hic cum dei adiutorio sine periculo ad propria remeare, & citius valeat necessitatem patientibus subuenire.

Gregorius Brunichilde reginae Francorum. Candidum presbyterum rectorem patrimoniū commendat. Caput. CV.

Epist. 5.

**E**xcellentiae vestrae predicandam ac deo placitam bonitatem, & gubernacula regni testatur, & educatio filij manifestat. Cui non solum incolumem rerum temporalium gloriam prouida sollicitudine conseruastis, verum etiam aeternae vitae praemia prouidistis, dum metem ipsius in radicem verae fidei materna, vt decuit, & laudabili institutione plantastis. Vnde non immerito contigit, vt cuncta gentium regna praecelleret: quippe qui earumdem gentium creatorem & pure colit, & veraciter confitetur. Sed vt laudabilius in eo fides cum operibus enitescat, adhortationis vestrae cum verba succendant: quatenus sicut sublimem illum inter homines potentia regalis ostendit, ita ante deum magnum faciat pietas actionis. Quia vero multarum rerum experimeta nos admonent de excellentiae vestrae Christianitate confidere: idcirco paterno salutates affectu, quosumus, vt propter amorem beati Petri Apostolorum principis, quem toto vos scimus corde diligere: dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum presentium portitorem, vna cum patrimoniolo, ad cuius eum gubernationem transmisisimus, auxilij vestri patrocinio foueatis: quatenus potestatis vestrae gratia roboratus, patrimoniolum ipsum quod pauperum constat expensis proficere, & salubriter regere: & si qua exinde ablata sunt, vestro fultu auxilio diligenter inquirere, & deo propicio in pristinum possit reformare statum. Ad ipsius vero patrimonioli regimen proprius Ecclesiae homo transmissus est. Excellentia ergo vestra ita se libenter in his quae poscimus dignetur impendere, vt beatus Petrus Apostolorum princeps, cui a domino Iesu Christo ligandi ac soluendi data est potestas: & hic excellentiam vestram in sobole gaudere concedat, & post multorum annorum curricula a malis omnibus absolutam ante conspectum aeterni faciat iudicis inueniri.

Gregorius Childeberto regi Francorum Candidum presbyterum commendat. Caput. CVI.

Epist. 6.

**Q**uanto ceteros homines regia dignitas antecellit, tanto ceterarum gentium regna regni vestri profectio culmen excellit. Esse autem regem, quia sunt & alij, non mirum

est: sed esse catholicum, quod alij non merentur, hoc satis est. Sicut enim magnae lampadis splendor in tetrae noctis obscuritate, luminis sui claritate fulgescit, ita fidei vestrae claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat ac coruscet. Quicquid autem reges se ceteri gloriantur habere, habetis. Sed ipsi in hac re vehementius superantur, quoniam hoc principale bonum non habent quod habetis. Vt ergo sicut fide, ita & actione vincantur, benignam se excellentia vestra suis subiectis semper exhibeat. Et si qua sunt quae eius animu offendere valeant, ea indiscussa non sinat. Tunc enim vereregi regum, id est, omnipotenti domino amplius placebit, si potestatem suam restringens, minus sibi crediderit licere quam potest. Quia igitur sinceritatem fidei, & mente seruatis & opere, beati Petri Apostolorum principis amor, qui in vobis est, euidenter ostendit, cuius res sub Christianae religionis intuitu sub vestri culminis potestate bene haecenus gubernatae & conseruatae sunt. Sed quoniam Dinamius patricius, qui ex nostra commendatione rebus ipsis sollicitudinem impendebat, eas modo gubernare, vt cognouimus, non potest: ne patrimoniolum ibidem constitutum faciente negligentia deperiret: idcirco praesentium portitorem dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum ad id gubernandum transmisisimus, quem excellentiae vestrae, praemissa paterna charitate salutationis alloquio in omnibus commendamus: petentes vt si aliquod illic fortasse prauidicium factum est, aut res eiusdem patrimonioli ab aliquo detinentur, potestatis vestrae iustitia corrigatur, & iuri pristino quae ablata sunt, reformentur: quatenus sicut fides vestra, ita & aequitas omnibus, quod est valde gloriosum atque laudabile, gentibus enitescat. Clauis praeterea sancti Petri in quibus de vinculis catenarum eius inclusum est, excellentiae vestrae direximus, quae collo vestro suspensa a malis vos omnibus tueatur.

Gregorius Theodoro & Demetrio, Philippo, Zenoni, & Alcissono episcopis Epiri. De ordinatione Andreae episcopi. De usu pallii, & quid sit in templo dei columbas uendere. Caput. CVII.

**S**criptorum vestrorum insinuatio, fratres charissimi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicomeditanaciuuitatis episcopum deo propicio solenniter ordinatum. Cuius quoniam consecrationem cleri & prouincialium prouenisse significatis assensu: gaudemus, atque bona quae de ipso testamini, vt in eo maneat, & dei gratia cooperante augmentum accipiant, exoramus: quia bonitas praepositorum, salus est vtrique subditorum. Oportet ergo vt ea quae in persona ipsius placere vobis laudantes ostendistis, imitari studiosius festinetis. Nam & apud homines culpa, & apud deum poena est nolle quenquam bonum imitari quod placet. Testimonio itaque vestro obedientia fidem accommodet, nullus ei in his quae integritate seruata Ecclesiae pro communi utilitate iniunxerit, contradicat. Deuotionem suam quisque vestrum libenter exhibeat, vt dum deo placita inter vos sacerdotalis fuerit & non ficta concordia, nulla vos a charitatis mutuae vinculo inuidia dissoluere valeat aut turbare diuersitas. Nec enim callido hosti in cordibus vestris vilis erit accessus: quoniam scit se nullatenus nec capi posse nec recipi, vbi plene sincereque locum charitas innenerit. Estote praeterea solliciti fratres charissimi, & commisso gregi vigilantiam quam suscepistis, vt debetis, impendite: inimici fraudibus sollicitudine & oratione resistite, & obedite incontaminata fide, deo nostro cui praestis populum resignate, vt officium vobis sacerdotale ante conspectum aeterni iudicis non ad poenam, sed proficiat ad coronam. Supra scripto igitur Andrae fratri & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite: atque priuilegia cuncta concessisse quae praedecessores nostri eius praedecessoribus contulere. Praeterea peruenit ad nos, quod sacri ordines in illis partibus curatione commodi conferatur. Quod si ita est, fletus dico, gemens denuncio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum cathedras vendentium columbas euerit. Columbas enim uendere, est de spiritu sancto, quem deus omnipotens





Mat. 10.

**A** omnipotens consubstantialis sibi per impositionem manuum hominibus tribuit commodum temporale percipere. Ex quo ut praedixi, malo iam innuitur quid sequatur: quia qui in templo dei columbas vendere praesumpserunt; eorum, deo iudice, cathedra ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum auiore propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratus est aliis vendere quod emit. Et ubi est quod scriptum est: *Gratis accepistis, gratis date.* Et cum prima contra sanctam Ecclesiam simoniaca haeresis orta sit: cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit ut haereticus fiat? Pro qua re admoneo atque confessor, ut omnino debeatis esse solliciti: ut nihil sibi commodi datio, nil gratia, nil quarumlibet supplicatio personarum in sacris ordinibus vendicet. Sed ille ad hoc officium perducatur, quem morum grauitas commendat & actio. Nam si quod non credimus, fieri tale aliquid senserimus, canonica illud, ut dignum est, seueritate corrigemus. Deus autem omnipotens qui sapientiae suae potestate cuncta mirabiliter ordinat, & misericorditer ordinata custodit: ipse vobis & velle tribuat, & operari quod praecipit.

*Gregorius Maximiano episcopo Rauennae. De usu pallii. Caput. CVIII.*

Epist. 8.

**A** postolicae sedis beneuolentia atque antiquae consuetudinis ordine pronocati, fraternitati tuae quam in Messanenensis Ecclesiae gubernatione suscepisse constat officium, pallii usum prauidimus concedendum, illis videlicet temporibus atque ordine, quibus decessorem quoque tuum esse vnum non ambigimus: hoc nihilominus admonentes, ut sicut a nobis huiuscemodi decoris usum ad sacerdotalis officij honorem accepisse te gaudes: ita etiam morum atque actuum probitate ad gloriam in Christo nostram, susceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris inuicem decore conspicuus, si ad huiuscemodi corporis habitum mentis quoque tuae bona concordent omnia. Omnia enim privilegia quae tuae pridem concessa esse constat Ecclesiae: nostra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permanere.

*Gregorius Bonifacio episcopo Regitano, ubi ei Carinensem coniungit Ecclesiam. Caput. CIX.*

Epistol. 9.

**P**ostquam Ecclesiae Carinensis, defuncto eius antistite, alium ordinari, nec loci desertio, nec finit imminutio personarum, maiori cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus, consistentes ibidem si pastores fuerint moderamine destituti, per inuia fidei hostis callidi rapiantur insidiis. Sed hoc nostro sedet cordi consilium, tuae eam sollicitudini debere committi, quod facere per praesentia scripta perspeximus. Cuius ut curam gubernationemque studiosius habere gerereque festines, tuae eam Ecclesiae aggregari vniuique censemus: quatenus vtrarumque Ecclesiarum sacerdos recte Christo adiutore possis existere: & quaeque tibi de eius patrimonio vel cleri ordinatione ac canonica vigilanti visa fuerint cura disponere: quippe ut sacerdos proprius, libera habeas ex praesenti nostra permissione licentiam. Quapropter frater charissime, dominicorum reminiscens salubriter mandatorum: ita in commissae plebis regimine, lucrandisque animabus inuigila: ut ante tribunal aeterni iudicis constitutus, fructum bonae operationis, quod ad mercedem tuam pertinet, redemptori nostro, in quo latari possit, exhibeas.

*Gregorius Candido presbytero eunti ad patrimonium Galliae. Patrimonium sancti Petri commendat in Gallis. Caput. CX.*

Epist. 10.

**P**ergens auxiliante domino deo nostro Iesu Christo ad patrimonium quod est in Galliis gubernandum, volumus ut dilectio tua ex solidis quos acceperit, vestimenta pauperum, vel pueros Anglos qui ab annis decem & septem vel decem & octo sunt in monasteriis dati, ut deo proficiant comparet: quatenus solidi Galliarum qui in terra nostra expendi non possunt, apud locum proprium vtiliter expendantur. Si quid vero de pecuniis reddituum quae dicuntur ablatae, recipere poteris: ex his quoque vestimenta paupe-

rum comparare te volumus, vel, sicut praefati sumus, pueros qui in omnipotentis dei seruitio proficiant. Sed quia Pagani sunt qui illic inueniri possunt, volo ut cum eis presbyter transmittatur, ne quid aegritudinis contingat in via: ut quos mortuos conspexerit, debeat baptizare. Ita igitur tua dilectio faciat, ut haec diligenter implere festinet.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Gratiano diacono, & cura pastoralis. Cap. CXI.*

**F**raternitatem tuae a nobis petisse recolimus, ut Gratianum Ecclesiae Benephrae diaconum tuae concederemus Ecclesiae cardinalium. Et quoniam nec episcopum cui obsecundare, nec propriae habet Ecclesiae, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere, petitione tuae non prauidimus differenda: idcirco scriptis tibi praesentibus eum necessario duximus concedendum, habituro licentiam diaconum illi nostra interueniente auctoritate Ecclesiae tuae deo propitio constituere cardinalem. Quia vero peruenit ad nos clericos, aliasque ciuitatis ac parociae tuae religiosas personas ab aliis conueniri, fieri hoc de cetero prohibemus, & neque clericum tuum, & neque monachum, vel quamlibet ciuitatis aliam religiosam personam parociae tuae conueniri a quoquam, vel ad alterius volumus iudicium exhiberi. Sed si quis contra huiusmodi personas cuiuslibet negotij mouere voluerit quaestionem, fraternitatem tuae nouerit aduendam. Aut si forte, ut affolet, aliqua illis quolibet modo fuerit nata suspitio, & electorum desiderauerit fortasse iudicium, sub tua executione eligendi fas habeant cognitores: quatenus hoc modo nec tu amississe iurisdictionem, nec actor apud suspectum ligando videatur prauidicium sustinere. Hoc enim seruandum & Anthemio subdiacono nos praecipisse cognosce. Oportet ergo ut fraternitas tua erga monasteria ciuitatis, parociaeque tuae omnes subiectos pastoralis cura diligenter inuigilet, & de vita actusque eorum sit omnino sollicita: ut sicut nos haec tibi privilegia seruare dignoscimur, ita & tu vigilantiam tuam in cunctis, ut decet, solerter exhibeas, quatenus in nulla re possis de neglectu reprehensibilis inueniri. Porro autem si tu, quod non optinamus, dissimulandum putaueris, rectori patrimonij Ecclesiae nostrae, qui illic est, vel fuerit constitutus, noueris esse licentiam: ut quod sponte postponis, eius facere iustantia modis omnibus ut gearis. Sed & illud studere te conuenit: ut hi qui contra quoslibet iurisdictioni tuae suppositos causam habuerint, nullis apud fraternitatem tuam frustratoris debeant dilationibus lacerari, ne ad fatigationem & damnum ulterius haec tibi seruasse privilegia videamur.

*Gregorius Montano & Thome. Libertatem per testamentum dat. Cap. CXII.*

**C**um redemptor noster totius conditor creaturae ad hoc propiciatus humanam voluerit carnem assumere, ut diuinitatis suae gratia disrupto quo tenebamur capti vinculo seruitutis, pristinae nos restitueret libertati: salubriter agitur, si homines quos ab initio natura creauit liberos, & protulit, & ius gentium iugo substituit seruitutis: in ea in qua nati fuerant, manumittentis beneficio, libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei consideratione permoti, Montanum atque Thomam famulos sanctae Romanae Ecclesiae, cui, deo adiutore, deseruimus, liberos ex hac die ciuileque Romanos effecimus, omnesque vestrum vobis relaxamus seruitutis peculium. Et quia tu Motane animos ad conuersionem fateris appulisse monachicam: idcirco duas vncias quas tibi quondam Gaudiosus presbyter per supremam suae voluntatis arbitrium institutionis modo noscitur reliquisse, hac die tibi donamus atque concedimus, omnia scilicet monasterio sancti Laurentij, cui Constantia abbatissa praefest, in quo conuerti deo miserante festinas, modis omnibus profutura. Si quid vero de rebus superscripti Gaudiosi te aliquo modo eglasse conspicerit, id totum Ecclesiae nostrae surri sine dubio mancipetur. Tibi autem superscripto Thome, quem pro libertatis tuae cumulo etiam inter notarios volumus militare, quinque vncias quas praefatus Gaudiosus presbyter per ultimam voluntatem hereditario tibi nomine dereliquit, simul & spofalia quae matri tuae conscripserat: simili-

Epistol. 11. Parte. 1. distin. 71. Fraternalitatem.

Epistol. 12. Ca. 12. q. 2. Cum redemptor.



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

ter hac die per huius manumissionis paginam donamus atque concedimus, ea sane lege atque conditione subnexa: vt si sine filiis legitimis, hoc est de legitimo susceptis coniugio te obire contigerit, omnia quae tibi concessimus, ad ius sanctae Romanae Ecclesiae sine diminutione aliqua reuertantur. Si autem filios de coniugio, sicut diximus, cognitos lege suscepseris, eosque superstitibus reliqueris, earundem te rerum dominum sine quadam statuimus conditione persistere, & testamenti de his faciendi liberam tibi tribuimus potestatem. Hac igitur quae per huius manumissionis chartulam statuimus atque concessimus, nos successoresque nostros sine aliqua sciente refragatione seruare. Nam iustitiae ac rationis ordo suadet, vt qui sua a successoribus desiderat mandata seruari, decessoris sui proculdubio voluntatem & statuta custodiat. Hanc autem manumissionis paginam Paterno notario scribendam dictauimus, & propria manu vna cum tribus presbyteris prioribus, & tribus diaconibus, pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

Ca. 25. q. 1. Iustitia.

Gregorius Cypriano diacono rectori Siciliae. De ordinando episcopo Lilibitanae Ecclesiae. Caput. CXIII.

Epistol. 13.

Lilibitanae clerus Ecclesiae huc pro ordinando sibi veniens sacerdote, licentiam eis de requirendo sibi episcopo nos dedisse cognoscat. Qui reperiens Decimum Forentem presbyterum sibi eum consecrari multis precibus poposcerunt, quorum petitionem necessarium duximus adimplere, & ideo dilectio tua in omnibus ei solatiari non negligat: vt quia Theodorus quondam eiusdem Ecclesiae episcopus dereliquit plurima quae emendari debeant, tuo in omnibus adiutus auxilio, duntaxat aequitate seruata, a causarum inquietudinibus liberior, in dei laudibus possit existere.

Gregorius Narfi Comiti. De Pelagiana heresi. De anima Adae in peccato mortua. De synodo Ephesina, & de causa Ioannis presbyteri. Cap. CXIII.

Epistol. 14.

Charitas vestra sollicitudinem nostrae opinionis habens, scribere studuit quid de illo codice qui contra Athanasium presbyterum transmissus est, sentit. Quae nos ex parte aliqua subtiliter percurrentes, in Manichaei inuenimus dogma cecidisse. Sed is qui loca aliqua esse haeretica signo contrapposito ostendit, ipse quoque in Pelagianam heresim labitur, quia quaedam loca catholice dicta, & omnino orthodoxa velut haeretica annotauit. Hoc enim vbi scriptum est, quia cum peccauit Adam, eius est anima mortua: qualiter mortuam dixerit, inferius ostendit, quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisquis negat: catholicus non est. Deus autem dixerat: Qua hora comederitis, morte moriemini. Cum ergo comedit de ligno vetito Adam, quia in corpore mortuus non est, nouimus: quia post hoc filios genuit, atque annis multis vixit. Si itaque in anima mortuus non est, quod dici nephas est, ipse mentitus est: qui hunc praedixit die qua peccasset, moriturum. Sed sciendum est, quia mors duobus accidit modis, aut absentia viuendi, aut a qualitate viuendi. In hoc ergo quod comedendo vetitum eius anima dicitur mortua, non absentia viuendi, sed a qualitate viuendi, vt post modum viueret in peccato, qui ad hoc creatus fuerat, vt beate viueret in letitia. Huc ergo locum qui in eodem codice qui mihi a fratre meo Ioanne episcopo transmissus est, annotauit haeticum, Pelagianus est: quia sententia ista euidenter Pelagij est. Quam Paulus Apostolus aperte in suis epistolis destruxit. Quae loca epistolarum eius singula dicere praetermitto, quia scienti loquor. Pelagius vero qui in Ephesina synodo damnatus est, ea intentione hoc dixit, vt ostenderet nos a Christo vacue redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus, quod dicere nephas est, vacue redempti sumus. Ephesinam autem synodum perscrutantes, de Adelpho & Sana, & caeteris aliis, qui illic dicuntur esse damnati, omnino nihil inuenimus, & existimamus, quia sicut Chalcedonensis synodus in vno loco ab Ecclesia Constantinopolitana falsata est, sic aliquid in Ephesina synodo factum est. Charitas ergo vestra vetustos omnino codices eiusdem synodi requirat, & illic inde videat, si quid tale inuenitur, mihi quoque eundem codicem quem inuenierit, transmittat: quem mox vt

Gene. 2.

et. Jo. 1.

et. p. 21. 1.

et. 1. 1.

et. 1. 1.

et. 1. 1.

legero, retransmitto. Nouis enim codicibus passim non credit, ex qua re dubius factus sum, & nihil adhuc volui de hac causa praedicto fratri meo Ioanni episcopo rescribere. Romani autem codices multo veriores sunt quam Graeci: quia nostri sicut non acumina, ita nec imposturas habent. De Ioanne vero presbytero cognoscite, quia illius causa per synodum decisa est, in qua aperte cognoui, quia eius aduersarij eum facere haeticum volebant, & diu conati sunt, sed minime potuerunt. Vestros qui nostri sunt, mea vice salutate: & nostri qui vestri sunt, per me vos multum saluant. Omnipotens deus sua te manu inter tot spinas protegat, vt eos illaesus, quos dominus elegit, flores decerpas.

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano.

De Ioanne presbytero iniuste damnato.

Caput. CXV.

Sicut haeticorum prauitas zelo rectae fidei comprimenda, ita verae confessionis est integritas amplectenda. Nam si credi fideliter consenti despicitur, cunctorum in dubium fides adducitur, atque errores ex incauta generantur distractione mortiferi. Et hinc non solum errantes oues ad caulas minime dominicas reuocantur, sed etiam intro posite feris dentibus lanianda: crudeliter exponuntur. Hoc ergo frater sanctissime subtiliter perpendamus, & sub praetextu haeresis affligi quempiam veraciter profitentem fidem catholicam non sinamus: ne, quod absit, haeresim fieri sub emendationis magis specie permittamus. Valde autem mirati sumus, cur hi qui in causa fidei iudices contra Ioannem Chalcedonensis Ecclesiae presbyterum a vobis fuerant deputati, negligentes veritatem, opinionioni crediderint, & credere districte profitemi noluerint: maxime dum accusatores ipsius Marcianistarum, quam commemorabant, haeresim, vnde eum reum moliebantur efficere: interrogati quae esset, nescire se manifesta professione responderunt. Ex qua re euidenter agnoscitur, quia personam ipsius sine dei respectu non iuste, sed contra animas suas sola grauari voluntate tantummodo voluerint. Nos itaque facto concilio, sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit, cuncta quae erant necessaria subtiliter perscrutantes ac tractantes, quoniam in nullo antedictum presbyterum, reum inuenire potuimus, praecipue quia libellus quem delegatis a vobis iudicibus obtulit: rectae fidei per omnia sinceritati concordat: ea propter eorundem indicum reprobantes sententiam, nostra cum diffinitione catholicam, & ab omni haeretico crimine liberum esse Christi dei redemptoris nostri misericordia & gratia reuelante denunciamus. Quem quoniam ad vestram transmissimus sanctitatem: oportet vt eum, sicut se cunctis exhibet, benignè suscipiat, & charitatem illi sacerdotalem impendat, atque a cuncta eum inquietudine tueatur, nec quenquam se in eius molestia occupare permittat: sed sicut alios ab oppressionibus defenditis, ita huic vestra subtrahere solatia non debetis.

Gregorius Mauricio Augusto. De Ioanne presbytero recipiendo iniuste damnato. Caput. CXVI.


Cum sincera in vobis Christianissime principum velut emissum celeriter iubar fidei rectitudo resplicendat: cumque notum sit omnibus serenitatem vestram, qua deo pollet propicio, integram professionem vehementer amplecti, & toto corde diligere: necessarium esse valde perspeximus pro his quos vna eademque fides illustrat, suggerendo deposcere: quatinus dominorum pietas sua eos gratia protegat, & ab omni molestia tueatur. Quorum dum confessionem quidam despiciunt, verae fidei contradicere videtur. Nam cum oris confessionem fieri clamet Apostolus ad salutem, qui rectae confessioni credere non consentit: in eo quod alium improbat, se accusat. Relatis igitur in concilio quae contra Ioannem Chalcedonensis presbyterum Ecclesiae acta sunt, simul & serie iudicati, maiorem illum iniustitiam sustinuisse cognouimus: quippe quae clamant se atque monstrant catholicum esse non reatus culpa, sed diu accusatio incerta contriuit. Intantum, quia accusatores ipsius, Marcianistarum quam commemorabant haeresim se nescire aperta responsione professi sunt. Et qui ilico in ipso fuerat iudicij limine repellendi, in accusatione

Epistol. 13.

L

M

Epistol. 16.



**A**ccusatione eius permanere incerti permitti sunt: sed ne dicta cum saltem lacerare potuisset opinio, libellū fidei protulit, in quo se patenter ostendere fidei rectæ professorem studuit & sequacem. Sed hunc à sanctissimo Ioanne fratre & coepiscopo nostro iudices deputati, iniuste ac irrationabiliter negligentes, dum in eius se nituntur occupare grauatine, se potius reprehensibiles ostenderunt. Nam nullus ambigit, infidelitatem esse, fidē fidelibus nō habere. Quia ergo omnibus subtiliter rimatis atq; tractatis, catholicū supratcriptū Ioan nem presbyterum sancti concilij meū definitio diuinæ potentia reuelante gratia declarauit, nec quādā in ipso hæreticæ macula prauitatis inuenta est: obsecro, vt pia serenitatis vestrae protectio illegum illum ab omni molestia seruari præcipiat, ne catholicæ fidei confessore aliquam sinat inquietudinem sustinere. Nam veraciter confitenti non credere, non est hæresim purgare, sed facere. Quod si licuerit, surgit infidelitatis occasio: & ipsi in eas quas incautē volunt euadere, culpas incurrunt. Hæc igitur serenissimus dominus pia prouidentia cōsideret: & sicut poposci profusus iterum precibus rogo: vt affligi denuo innocentē velut obnoxiiū non permittat: quatinus deus omnipotēs qui placitam sibi catholicæ re- ctitudinis integritatem clementiā vestram amare ceruit atq; defendere: & hic deuictis hostibus pacatæ vos imperare rei publicæ, & cum sanctis suis in æterna faciat vita regnare.

*Gregorius Theotisto cognato imperatoris. Commem- dat Ioannem presbyterum iniuste damnatum.*

*Caput. CXVII.*

*Episto. 17.*

**S**cimus excellentiæ vestrae Christianitatem bonis inten- tam semper operibus: & idcirco mercedis vobis cau- sam qua nos diligere certum est, prouidemus, vt nos ve- stris meritis prouidendo iungamur. Iudicamus itaque vobis Ioannem presbyterum latorem presentium liberum ab his quibus accusatus fuerat extitisse. Cuius fidem factō consilio subtili examinatione, vt petuit, perscrutantes, nullā in eo cul- pam præuæ confessionis inuenimus. Sed quia rectæ fidei deo misere profector ac cultor apparuit, nostra eum diffinitio- ne absoluius. Præsertim cum accusatores ipsius, quæ esset Marcianistarum quam commemorabant, hæresim se nesci- re professi sunt. Eapropter paterno salutantes affectu, qua- sumus: vt fauoris vestri cum gratia tueri dignemini. Et ne quisquam illum frustra post hoc velit affligere, aut aliquam ei pro hac re quolibet modo molestiam irrogare: ita eū ex- cellentiæ vestrae defensio contra hæc instatius pro sua mer- cede protegat ac defendat, vt nec hūc amplius tribulatio ini- iusta consumat, & eius vobis vicem humani generis condi- tor ac redemptor quem sincera confessione colitis, inter bo- na plurima quæ agitis, recompenset.

*Mense Octobri. Indictione decimaquarta.*

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De usu pallii. Caput. CXVIII.*

*Episto. 18.*

**A**postolica sedis beneuolentia, & antiquæ consuetu- dinis ordine prouocati, fraternitati tuæ quam in Sy- racusana Ecclesia gubernationis officium constat suscepisse, pallij vsū prouidimus concedendum, illis vide- licet temporibus atque eo ordine quibus decessorem tuum vsū esse non ambigit, hoc nihilominus admonentes. vt si- cut à nobis huius pallij vsū ad sacerdotalis officij honorē accepisse te gaudes: ita etiam morum atque actuum probita- te ad gloriam in Christo nostram, susceptum adornare con- tendas officium. Sic enim alterno eris inuicem honore con- spicius, si ad huius corporis habitum mens quoque tua con- cordet. Omnia enim priuilegia quæ tuæ pridem concessa ef- se constat Ecclesiæ nostra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permaturæ.

*Gregorius Dominico episcopo Apricano scribit. petens pro se orari. Caput. CXIX.*

*Episto. 19.*

**E**pistoliarum vestrarum plena sacerdotali charitate e- locutio, ita sanctitatem vestram memoriter nostris fa- cit mentibus inhaerere, vt non credatur abesse corpo- re, quippe quæ per affectum semper manet in corde. Vt er- go hæc quam ad alterutrum habemus dilectio, cœlestiū nobis commodum acquirat gaudiorum: nostri sumus inuicem adiu-

tores, & auxilium nobis orationis mutua porrigamus: quati- nus diuina misericordia clemētiæ suæ nobis dono concedat, & prædicare quod diligit, & sequi hoc quod per nos præ- dicare concessit. Sicque officij nostri ministerium pietatis suæ protectione disponat, vt fructum de creditis eidem ve- nienti domino reportemus, & ad futura æquitatis premia cū aliorum lucro eius adiuuante gratia perducamur. Quia verò scriptum est: Orate pro inuicem, vt saluemini: vt ad hæc per- uenire mereamur, & me pro vobis apud sacratissimum beati Petri Apostolorum principis corpus: & vos pro me apud sanctum Cyprianum martyrem orationibus decet incumbere. Preces etenim nostræ tanto celerius in dominicæ pietatis aurem subleuantur: quanto eas vicissim pro nobis suas charitatis ardor exacuit. Sed quia sanctitas vestra nudis me verbis alloqui recusat: epistolis quoque xenia coniunxit. Quæ nos cum gratiarum actione suscepimus, sed tamē plus mentis vestrae affectu, quàm rerum copia delectamur.

*Gregorius Cypriano diacono. Præcipit adiutorium impendere. Ioanni episcopo. Caput. CXX.*

**S**icut dilectio tua studiose laborauit pro persona fra- tris & coepiscopi nostri Ioannis, vt in Syracusana Ec- clesia auctore deo debuisset ordinari: ita nunc neces- se est vt per dilectionis tuæ studia ei quoque regiminis sola- tia ministrantur. Quendam enim presbyterum proprium ha- buisse se perhibet, qui tamen à fratre & coepiscopo nostro Leone in Catinensi Ecclesia dicitur ordinatus: & quia in no- uam Ecclesiam vadit, & suos illic proprios homines habere necesse est: vt cum causarum tumultibus premitur, in secre- to suo inueniat vbi requiescat: prædicto fratri & coepisco- po nostro Leoni blandē & leniter persuadere debes, vt ei præfatum presbyterum cedere debeat, ne quem tam beni- gnus ad ordinandum cessit, ordinatum destituere fortasse videatur. Sed sicut idem frater & coepiscopus noster Ioan- nes, quantum ego in eius mente didici, eius se esse archidia- conum, nec ob episcopatum susceptum obliuiscitur, ita eum sepefatus frater & coepiscopus noster Leo suum proprium debet attendere: & non solum de vnus persona presbyteri, sed in quacunque re eius solatio indiguerit, sua ei ministra- re auxilia.

*Mense Nouembri. Indictione decimaquarta.*

*Gregorius Petro episcopo Hydruntino uisitori Brundusii & Gallipolensi. Caput. CXXI.*

**P**astoralis nos cura constringit Ecclesiis sacerdotis mo- deramine destitutis, sollicita consideratione prospice- re, ne proprio decedente rectore, contrarium, quod absit, aliquid patrum regulis oriatur. Quia igitur Ecclesias Brundusij Lippias atque Gallipoli, obeuntibus earum ponti- ficibus, omnino destitutas agnouimus, idcirco fraternitati tuæ uisitationis earum operam duximus iniungēdam. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericor- um, redditu, ornatu, ministerijsque vel quicquid illud est in patrimonio earum, à quoquam patiaris imminui. Et ideo fraternitas tua ad prædictas Ecclesias ire properabit, & af- fiduis adhortationibus clerum plebemque earundem Eccle- siarum admonere festinet: vt remoto studio, vno eodemque consensu tales sibi præficiendos expetant sacerdotes, qui & tanto ministerio digni valeant reperiri, & à venerandis ca- nonibus nullatenus respuantur. Qui dum fuerint postulati, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos veniant consecrandi: prouisurus ante omnia ne ad hoc cuiuslibet cō- uersationis seu meriti laicæ personæ aspirare præsumant, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monaste- ria autem si qua sunt in earum parocchia constituta: sub tua cura dispositioneque, quousque illic fuerit proprius episco- pus ordinatus, esse concedimus: vt sollicitudinis tuæ vigi- lantia proposito suo congrua deo adiuuante actione re- spondeant.

*Mense Ianuario. Indictione decimaquarta.*

*Gregorius Petro episcopo Alexandria de Corsica. De baptisterio faciendō in possessione Cellascupias. Caput. CXXII.*

AA liij Quoniam

D

Iacobi. 5.

Episto. 20.

Episto. 21.

F

Epistol. 22.

**Q**uoniam in insula Corsica in loco Nigeuno in possessione qua Cellascupias appellatur, iuris sanctae Romanae, cui deo adiutore deseruimus, Ecclesiae, basilicam cum baptisterio in honorem beati Apostolorum principis Petri, atque Laurentij martyris pro lucrandis animabus fundari praecipimus, idcirco fraternitatem tuam his hortamur assatibus: quatenus praedictum locum debeat incunctanter accedere, & venerandae solennia dedicationis impendens, praedictam Ecclesiam & baptisterium sollemniter consecrare te volumus. Sanctuaria vero recepta sui cum reuerentia collocabis.

Gregorius Athenio subdiacono. De Pignenio Amalphicano episcopo. Caput. CXXIII.

Episto. 23. Ca. 7. q. 1. Peruenit.

**P**eruenit ad nos Pignenium Amalphicanae ciuitatis episcopum in Ecclesia sua residere non esse contentum: sed foris per diuersa loca vagari: quod videntes alij nec ipsi in castro se retinent, sed ipsius exemplum sequentes, foris magis eligunt habitare. Et quia agentes ipsi potius ad suam hostes depredationem inuitant: idcirco hac tibi auctoritate praecipimus, ut supra dicto episcopo interminari non desinas: quatinus hoc de caetero facere non praesumat, sed in Ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoueris, in monasterio eum deputare, & nobis curabis modis omnibus indicare, ut quid facere debeas, nostra iterum praecipione cognoscas.

H Gregorius Mariano episcopo. Rauennae. De disceptatione inter Ecclesiam Rauennatensem, & Claudinum abbatem. Commemoratur dubias quoque causas Romae determinandas. Cap. CXXIII.

Epist. 24.

**S**cripta fraternitatis vestrae Vigilio diacono deferente suscepimus, in quibus indicastis quosdam de clero & populo clamitasse, contra leges & canones esse, ut inter Ecclesiam vestram & Claudinum abbatem causa hic examinari debeat ac iudicari. Qui si Ecclesiasticum ordinem, vel inter quos vertitur, nolent aduertere, se a superflua querela modis omnibus abstinere, praesertim quia nec causa dici illic possit, ubi se praedictus abbas a decessore vestro questus est iniustitiam pertulisse, & ex ea haec laborare. Hoc enim poterat fortassis opponi, si non ad maiorem recurreret, & apud eum causa inique peteret meritum terminari. Nunquid non ipse nosti quia in causa qua a Ioanne presbytero contra Ioannem Constantinopolitanum fratrem & coepiscopum nostrum orta est, secundum canones ad sedem Apostolicam recurrit, & nostra est sententia definita? Si ergo de illa ciuitate ubi princeps est, ad nostram causa cognitionem deducta est, quanto magis negotium quod contra vos est, hic est veritate cognita terminandum? Vos autem ibi stultorum verba non moueant, nec per nos credatis aliquod dispendium Ecclesiae vestrae fieri. Nam si seruum dei diaconem vestrum atque Castorium notarium nostrum requireris, ab eis agnosceris qualiter causam istam iam decessor vester voluerit ordinare. Fraternitas autem vestra sapienter egit personas pro negotio ipso transmittere, & verba inania non audire. Confidimus autem in omnipotenti deo: quia examinata subtilius veritate, ita deo placitus huic causa finis imponetur, ut nec aliqua denuo querela remaneat, nec pars quelibet contra iustitiam praegravetur. Spartam vero quam apud decessorem vestrum dilectissimus filius noster Petrus diaconus tunc illic defensor reliquerat, nobis per secundum seruum dei, atque Castorium notarium praesentium portitores transmittite.

Gregorius Maximo in Salona, qui episcopatum arripuit. Praecipit ut humiliatus Romam ueniat, & Paulino episcopo & Honorato archidiacono amplius nimis non inferat. Caput. CXXV.

Epist. 25.


**D**um scriptis nostris quaesitis quibusdam excusationibus differas obedientiam exhibere, dum pro veritatis satisfactione toties a nobis admonitus venire postponis, iis quae aduersum te dicta sunt, fidem ex hoc magis accommodas, & vel si qua alia deesse videbatur quae grauent aut noceant, id agis ut sola te dilatio faciat & accuset

esse culpabilem. Humiliare tandem, & obedientiam te submitte, atque ad nos sine exculatione aliqua venire festina, ut requisita & cognita veritate, secundum dei timorem, quicquid aequum canonicumque fuerit, decernatur. Certus enim esto: quia iustitiam tibi, & canonum statuta seruabimus, atque causa tua reuelante domino veritatis auctore amicum iustitiae finem imponemus. Nam quod ais ut illic personam dirigere debeamus, qua praesente de his quae dicuntur, possit esse probatio: esset utique excusabile si unquam ratio ei qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi sed accusantibus hoc onus imponitur, ad nos, sicut praefati sumus, dilatione cessante venire non desinas: & aut si ne mora aderit accusator, qui ea quae de simoniaca heresi vel aliis dicta sunt, congruenti probatione suffulciat, aut certe in his quae ad salubritatem negotij ipsius pertinent, interueniente beato Petro Apostolorum principe, dispensatio iusta praeniat, quatenus nulla ante deum dissimulatione pro eo quod haec ad nostram conscientiam peruenire, reatus culpa possit confundere. Quod vero indicas serenissimos dominos, ut illic debeat esse cognitio, praecipisse: nos quidem nullas eorum alias de hac re, nisi ut ad nos venire debeas, iussiones accepimus. Sed & si forsitan pro reipublicae suae utilitate, quae diuina sibi largitate concessa est, multa cogitantibus, & in diuersis sollicitudinibus occupatis suggestum est, & eorum iussio per obreptionem illicita, postquam & nobis & omnibus notum est piissimos dominos disciplinam diligere, & ordines seruare, canones venerari, & in causis se sacerdotalibus non miscere, instanter exequimur quod & illorum iuuat animam atque rempublicam, & ad quod nos terribilis tremendaque iudicis respectus impellit. Quiescite ergo a cunctis exculationibus, & huc adesse non differas, ut veritatis indagatione roborati, causa tua tandem terminus imponatur.

Quod autem valde te pertimescere ac omnino trepidare cognouimus, ne hoc fortasse in te vlciscamur quod sine nostro consensu ad sacerdotalem ordinem cognoscere inordinatam prorupisse, intolerabilis quidem culpa est, sed hanc secundum iussiones serenissimi domini imperatoris, si nequaquam amplius in contumacia tua errore persisteris, laxamus, & de hac re contra te minimè mouemur. Sed & alia quae nobis dicta sunt irrequisita praeterire non patimur. Quia vero dudum scripta tibi transmisiimus, ut quoad usque voluntate eisdem serenissimi domini cognosceremus, missarum solennia nullo modo celebrare audeas: sed tu elata mente egisti calidè ne eadem scripta susciperes: quae tamen eorum esset sententia, quoquo modo cognouisti, sed seruare noluit: ideo ea quae tibi prius scripta transmisiimus confirmamus, ut missarum solennia celebrare non audeas, donec omnia quae contra te dicta sunt, subtiliter inquisita fuerint ac discussa. Qui si peruerso forsitan ausu celebrare praesumpseris, ab interdictione pridem communionis interminatione liberum te non esse cognoscas. Nam etiam si alij excessus desint, pro ista solummodo culpa superbiae, dominici te corporis ac sanguinis communionem priuamus. Pro qua re obedientiam quam decet exhibens, ad nos summopere, sicut diximus, venire festina, ita ut triginta dierum spatium habeas, quatenus iter tuum praeparas, & omni exculatione postposita, huc adesse non differas. Si qua autem a iudicibus, vel manu militari, vel a populo ad contradicendum itineri tuo occasio fuerit exorta, qua calliditate agatur, agnoscimus. Ipse ergo videas quam vel hic hominibus, vel in futuro iudicio omnipotenti deo de tua reddas obligatione rationem, qui districtam in te ex tuo contemptu provocasti sententiam. Praeterea peruenit ad me: quia Paulinus frater & coepiscopus meus, & Honoratus Ecclesiae Salonitanae archidiaconus pro eo quod praesumptioni tuae noluerunt praebere consensum, graues a te molestias patiantur, ita ut datis fideiussoribus sint constructi, quatenus eis ciuitatem vel domos suas egredi omnino non liceat. Quod si ita est, vel serò iam ad sensus salutis rediens, scriptis praesentibus acceptis, ab utrorumque te suspende molestia, ut eis libera sit licentia, vel ad me veniendi, si voluerint, vel quomodolibet alibi pro suis utilitatibus proficisci.

Gregorius dilectissimis filiis, clero & nobilibus Salonae consistentibus. Caput. CXXVI.

Peruenit



**A** Pervenit ad me quosdam peruersę mentis homines vt dilectionis vestrae animos vulnerarent, vobis insinuare conatos: quia ego contra Maximum quodam odio mouear, & non magis quę canonica, sed ea quę foris sunt exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit a sacerdotali animo, vt in quolibet causa priuato zelo moueatur. Ego autem & vestra dilectioni providens, & meę animę omnipotentis dei iudicium pertimescens, eiusdem Maximi causam subtiliter exquiri desidero, si nullis criminibus pressus quę sacro ordini contradicunt, si non per simoniacam hęresim, id est, premia quibusdam se eligentibus prębendo, ad sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud dominum intercessor erit, si non obligatus de suis ad locum intercessionis venerit. Cuius tamen culpa superbię in aperto monstratur, quod euocatus vt ad nos venire debeat, diuersis excusationibus renititur, refugit, metuit. Vnde ergo trepidat, si eum de his in quibus inelamatus est, conscientia non accusat: Ecce enim iam diu dilectio vestra sine pastore est, & sicut vobis omnipotens deus innotescat, vehementer destitutioni vestrae, & medullitus, & toto corde compator. Audio enim quę in grege domini dilacerationes fiant. Sed cum pastor deest, quis contra lupos inuigilat? Ideoq; prędictum Maximum, vt huc ad nos veniat vrgete, quatenus si hęc innocentem inuenire possimus, cõfirmemus. Sin verõ ea quę de eo dicta sunt, vera patuerint, non iam tam diu dilectio vestra per interpositionem personę eius destituta sit. De me enim certum tenete: quia nec odio, nec priuati studij zelo contra eum mouear, sed quicquid canonicum, iustumq; fuerit, auctore deo decerno. Miratus autem valde sum: quia in tanto Salonitanae Ecclesię clero vel populo vix duo ex saceris ordinibus inuenti sunt, frater scilicet & coepiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem Ecclesię, qui communicare Maximo sacerdoti rapienti, minimę consentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuitis enim filij charissimi pensare ordines vestros, & quę sedes Apostolica repellere, repulsum cognoscere, vt prius si posset ab illatis criminibus mūdaretur, & tunc ei vestra dilectio cõmunicaret, ne particeps obligationis eius existeret. Nos tamen erga charitatem vestram visceribus pietatis adstringimur: & quia quosdam violenter pressos ad consentiendum ei, & ad communicandum cognouimus, omnipotentem dominum deprecamur, vt vos ab omni reatu peccatorum vestrorum atque ab omnibus vinculis alienę obligationis absoluat, vobisq; & in presenti vita suę protectionis gratiam tribuat, & nos de vobis in aeterna patria gaudere concedat.

Menſe Martio. Indictione. xiiiij.

Gregorius Candido episcopo de urbe ueteri maiore.

De presbyteris ordinandis. Caput. CXXXVII.

**I**ndicauit nobis fraternitas tua se non habere presbyteros, & ex hac causa necessitatem non modicam sustinere. Et quia in quibusdam monasteriis in sua parœcia constitutis quosdam esse monachos perhibet qui ad hoc apti possint esse officium, & eos secum nostra auctoritate ad hęc postulat ordinem promoueri: propterea presentibus vobis licentiam damus epistolis, monachos de monasteriis in tua parœcia positos cum consensu abbatis sui tollere, & presbyteros ordinare. Sed illud prę omnibus estote solliciti, vt vitam actusq; horum qui in hoc sunt officio constituendi, subtiliter debeatis inquirere, & tunc eos si digni fuerint ordinare. Si verõ aliqua in eis culpa cęlauerit, quę hos ad hęc ordinem canonica prohibitione prouehi non permittat, nullius vobis supplicatio aut gratia personę surrepat, vt talibus debeatis manum imponere, ne, quod absit, hic honor, & illis pœna, & vobis incipiat esse peccatum.

Gregorius Mariano episcopo Rauennę. De importunitate clericorum in monasterio.

Caput. CXXXVIII.

**M**iramur cur sic in breui fraternitatis tuę fuerit immutata discretio, vt ea quę postulat non aduertat: ex qua re dolemus: quia manifestum prębet indicium plus apud te verba malę suadētium valuisse, quàm diuinę lectionis studium profecisse. Cum ergo monasteria

oporteat defensare, & religiosos illic summopere congregare, vt lucrum de animarum congregatione possis efficere, in eorum te e diuerso grauamina, sicut literę tuę testantur, desideras exercere: & quod est deterius, nos tuę culpę studeas fieri debere participes, scilicet, dum cum nostro consensu monasterium quod decessor tuus condidit, cupis sub quarundam rerum atque causarum nomine pręgrauare. Debes enim recolere: quia te presente, diuersis etiã presbyteris & diaconibus clericisq; tuis presentibus, contra ipsius pręceptum sicut postulauere concessimus. Vbi tamen eiusdem decessoris tui dispositio, quam fecerat de monasterio ipso, firmata est, tu nunc ista dissimulans, cõtraria nos poscis debere pręcipere. Et hęc quidem scimus non tua sunt, sed dum incongrua dicentes audire non renuis, non solum opinionem tuam, sed grauas & animam. Quia ergo te multum diligo, instanter admoneo, quod sic rectę consideres vt non plus pecunię quam animabus studeas. Illud a latere respiciendum est, ad hoc autem tota mentis intentione laborandum ac vehementius innitendum. Huic rei operam & sollicitudinem vigilanter impende: quia redemptor noster a sacerdotis officio non querit aurũ, sed animas. Pręterea peruenit ad nos: quia monasteria quę sub fraternitate tua sunt constituta, clericorum importunitatibus, & diuersis eorum molestiis pręgrauentur: quod ne decetero fiat, districta hoc interminatione compesce, quatenus monachis illic degentibus liberę in dei nostri laudibus liceat exultare. Romanum verõ atque Dominicum clericos, qui de hac vrbe ausu temerario sine nostra pręsumserunt benedictione decedere, licet maiori fuerint ultione plectendi, tamen relaxari eis benignitatis studio debet, vt ad suum remeare officium videantur.

Suprascripto mense Aprili. Indictione. xiiiij.

Gregorius Secundino seruo dei non aparibus. De pace Agilulfi, & Mariniano episcopo increpando.

Caput. CXXXIX.

**P**ostquam reuertens Castorius omnia nobis quę inter vos & Arnulphum regem acta sunt indicauit, ne excusationem contra nos de mora potuisset aliquis inuenire, sub omni eum celeritate illuc transmittendum pręuidimus. Ab eo ergo quę sunt agenda cognoscens, esto sollicitus, & omnimodo immine, vt pax ista debeat ordinari: quia, quantum dicitur, aliqui hoc impedire conantur, pro qua re festina sollicitę agere, vt labor vester sine effectu nõ valeat remanere. Nam iam & partes istę, & diuersę insulę in graui sunt periculo positę. Fratrem nostrum Marinianum episcopum verbis quibus vales excita: quia obdormisse eum suspicor. Nam venerunt quidam ad me senes mendicantes, quia me discussi sunt a quibus quid acceperint, & per singula retulerunt quata eis & a quibus in itinere data sunt. Quos dum sollicitę de prędicto fratre requirerem quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed ab eo se omnino nihil accepisse, ita vt neque panem in via acceperint, quod dare omnibus illi Ecclesię semper familiare fuit. Dixerunt enim. Respondit nobis dicens: Non habeo quod vobis dare possim. Et miror si is qui vestes habet, argẽtum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare, nõ habet. Dic ergo ei, vt cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solam lectionem & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minimę fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam seum credat: quia si hęc non habet, vacuum episcopi nomen tenet. Quædam verõ eum per epistolam meam de anima suã admonuit, sed nihil mihi omnino respondit. Vnde credo quia eam neque legere dignatus est. Pro qua re iam necessarium non fuit, vt eum per epistolam meam admonere aliquid debuissim, sed tatum illa scripsi, quę in causis terrenis consiliarius dictare potuit. Nam ego ad hominem non legentem fatigari in dictatu non debui. Tua ergo dilectio secretõ ei omnia loquatur, & admoneat qualiter se disponere debeat, ne per presentem negligentiam vitam, quod absit, priorem perdat.

Gregorius fratribus & coepiscopis, sacerdotibus, leuitis, & omni



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G *Omni populo Ravennae. Excommunicat quendam qui nocte contestationem posuit. Cap. CXXX.*

Epi. 30.

**Q**uidam maligni spiritus consilio repletus, contra Castorium notarium ac responsalem nostrum nocturno silentio in civitatis loco contestationem posuit in eius crimine loquentem, mihiq; etiam de faciendâ pace callidè contradicentem. Et quia quisquis veraciter loquitur, semetipsum innotescere non debet formidare, oportet ut publicè exeat, & quaq; in contestatione sua loqui præsumpsit ostendat: quòd si non exierit, nec publicè confessus fuerit, quisquis ille sit qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tantâ iniquitatis consilio præbuit, ex dei & domini nostri Iesu Christi spiritu definimus, ut sancti eius corporis ac sanguinis participatione priuatus sit. Si verò quia latet, & quoniam nescitur, teneri à disciplina non valet, tanti mali conicius, etiam prohibitus corpus ac sanguinem domini percipere præsumit, anathematis ultione percussus sit, ut fallax ac pestifer à sanctæ Ecclesiæ corpore sit diuisus. Si quis autem fortasse talis est, quem nos huius facti actorem ac participem esse scientes, ad eum bona optantes, Epistolas transmittamus, ipsa pro eo apud omnipotentem dominum deprecatione sit vacua. Sin autem in eadem ciuitate egressus ad publicum potuerit docere quæ dixit, vel certè sciens se non posse quæ scripsit ostendere, errorem suum fuerit apertè confessus, dominici corporis ac sanguinis participatione non sit priuatus, neque à corpore sanctæ Ecclesiæ alienus existat: quia nos apud omnipotentem dominum ex nostris quotidie culpis agnoscimus, ut quatenus seruato disciplinæ moderamine, aliorum tamen erratis parcendo indulgeamus.

Mense Aprili. Indictione. xiiij.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De iudæis & de mancipiis ab eis comparatis.*

*Caput. CXXXI.*

Epi. 31.

Parte. 1.  
Dist. 54.  
Fraternitatem.

**F**raternitati vestræ ante hoc tempus scripsimus, ut hos qui de Iudæica superstitione ad Christianam fidem aspirante venire desiderant, dominis eorum nulla esset licentia venundandi, sed ex eo quo voluntatis suæ desiderium prodidissent, defendi in libertate per omnia debuissent. Sed quia quantum cognouimus, nec voluntatem nostram, nec legum statuta subuli scientes diceretione pensare, in paganis seruis hac se non arbitrantur conditione constringi, fraternitatem vestram oportet de his esse sollicita: & si de Iudæorum seruitio non solum Iudæus, sed etiam quisquam Paganorum fieri voluerit Christianus, postquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio vel argumento cupiam Iudæorum venundandi facultas sit, sed is qui ad Christianam conuertit fidem desiderat, defensione vestra in libertatem modis omnibus vendicetur. Hi verò quos huiusmodi oportet seruos amittere, ne forsitan utilitates suas irrationabiliter æstimant impediri, sollicita vos hæc conuenit consideratione seruare, ut si Paganos quos mercimonij causa de externis finibus emerint, intra tres menses dum emptor cui vendi debeant non inuenitur, fugere ad Ecclesiam fortè contigerit, & velle se fieri dixerint Christianos, vel etiam extra Ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint, precium eorum à Christiano scilicet emptore percipiant. Si autem post præfinitos tres menses quisquam huiusmodi seruorum velle suum edixerit, & fieri voluerit Christianus, nec aliquis eum postmodum emere, nec dominus quolibet occasionis specie audeat venundare, sed ad libertatis procul dubio præmia perducatur: quia hunc non ad vendendum, sed ad seruendum sibi intelligitur reseruasse. Hæc igitur omnia fraternitas vestra ita vigilanter obseruet, quatenus ei nec supplicatio quorundam valeat, nec persona surreperere.

*Gregorius Leoni episcopo Cathinensi. De Samaritanis qui Pagana mancipia emerunt & circumcidunt.*

*Caput. CXXXII.*

Epi. 32.

**R**es ad nos detestabilis & omnino legibus inimica peruenit, quæ si vera est, fraternitatem vestram vehementer accusat: quia eam de minori sollicitudine probat esse culpabilem. Comperimus autem quòd Sama-

rei degentes Cathinæ pagana mancipia emerint, atque ea circumcidere ausu temerario præsumpsissent. Atque idcirco necesse est, ut omnimodo zelum in hac causa sacerdotali exercens, cum omni hoc viuacitate ac sollicitudine studeas perscrutari: & si ita repereris mancipia ipsa sine mora in libertatem modis omnibus vindicare, & Ecclesiasticâ eius tuitionem impende, nec quicquam dominos eorum de precio quolibet modo recipere patiaris, qui non solum hoc damno mulctandi, sed etiam alia erant pœna de legibus feriendi.

*Gregorius Castorio Notario. De usu pallii secundum morem antiquum Andreae episcopo.*

*Caput. CXXXIII.*

**V**ir magnificus dominus Andreas \* crebrò mihi imminet de usu pallii secundum antiquam consuetudinem in Ravennati Ecclesia restituendo. Et scis quia Ioannes episcopus mihi scripserit, quòd in letaniis sollempnibus consuetudo fuit eiusdem Ecclesiæ, episcopos uti pallio. Huius Ecclesiæ diaconus Adeodatus cum me pro eadem causa fortiter rogaret, iureiurando satisfecit: quia quater in anno uti in letaniis pallio eiusdem loci episcopi solebant. Prædictus dñs Andreas in epistolis suis dicit: quia præterquam in quadragesima, omni tempore Ravennas episcopus in letaniis pallio utebatur. Et ipsas asserit letanias solennes, quas non erubescit dicere quotidianas. Vnde omnino miratus sum. Sed tua experientia nullius personam, nullius verba consideret, solum dei timorem & rectitudinem ante oculos habeat, & seniores personas, & eiusdem Ecclesiæ archidiaconem, quem non suspicor pro alterius honore periclitari, & alios antiquiores qui in sacris ordinibus ante Ioannis episcopi tempora fuerant, requirat, vel si qui maturiores sunt extra sacros ordines, & veniant ante corpus sancti Apollinaris, & tacto eius sepulchro, iurent, quæ consuetudo ante Ioannis episcopi tempora fuerat: quia sicut scis, idem vir multum præsumptor extitit, & multa sibi per superbiam conabatur arrogare. Et quicquid à fidelioribus viris & grauibus iuratum fuerit, secundum indiculum qui subter annexus est, hoc volumus in eadem Ecclesia conseruari. Sed vide ne negligenter agas, ne quis fidem tuam aut deuotionem tuam in hac causa corrumpat: zelum enim tuum scio, age sollicitè, ita tamen ut prædicta Ecclesia contra iustitiam non grauetur, sed usus qui ante Ioannis episcopi tempora extitit, ei conseruetur. Personas autem non duas vel tres ad satisfaciendum tibi, sed quantas antiquiores & grauiores inuenis require, ut neque quod usus fuit antiquior eiusdem Ecclesiæ denegemus, neque quod nouo ausu appetitum est, concedamus. Sed omnia age blandè & dulciter, ut actio tua districta sit, & lingua mitis. Spatam quæ illic dimissa est, sicut iam pridem scripsimus, tecum reuoca, & hoc quod tibi filius noster Bonifacius diaconus, & vir magnificus Maurentius chartularius scripsit, sollicitè attende. Iuro ergo per patrem & filium & spiritum sanctum, inseparabilem diuine potentie trinitatem, & hoc corpus beati Apollinaris martyris, me pro nullius fauore personæ, neque commodo aliquo interueniente testari, sed hoc scio & per memetipsum cognoui: quia ante tempora Ioannis quondam episcopi Ravennas episcopus præsentem Apocryfario sedis Apostolicæ illo atq; illo, illis & illis diebus consuetudinem utendi pallio habuit, & non cognoui quia hoc latenter vel absente Apocryfario usurpasset.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De receptione captiuorum. Caput. CXXXIII.*

**Q**uantus dolor, quantaq; sit nostro cordi afflictio de his quæ in partibus Campaniæ contigerunt, dicere non possumus, sed ex calamitatis magnitudine potes ipse cognoscere. Ea de re pro remedio captiuorum qui tenti sunt, solidos experientie tuæ per horum portitorem Stephanum virum magnificum transmissimus, admonentes ut omnino debeas esse sollicitus, ac strenuè peragas, & liberos homines quos ad redemptionem suam sufficere non posse cognoscis, tu eos festines redimere. Qui verò serui fuerint, & dominos eorum ita pauperes esse compereris, ut eos redimere non assurgant,

Epi. 33.  
al. Quoniam in nua Andrea.

M

Epi. 34.



Affurgant, & hos quoque comparare non desinas. Pariter etiam & seruos Ecclesie qui tua negligentia perierunt, curabis redimere. Quoscumque autem redemeris, subtiliter nota que nomina eorum, vel quis vbi maneat, siue quid modis omnibus, seu vnde sit continuo facere studebis, quam tecum possis afferre cum veneris. Ita autem in hac re re studiose exhibere festina, ut is qui redimendi sunt, nullum te negligente periculum possint incurrere, & tu apud nos postea vehementer incipias esse culpabilis. Sed & hoc quam maxime age, ut si fieri potest, captiuos ipsos minori possis precio comparare. Substantiam vero sub omni puritate atque subtilitate describe, & ipsam nobis descriptionem cum celeritate trans mitte.

Mense Maio. Indictione. xiii.

Gregorius secundino episcopo Zaurone. De Syncero latore presentis epistole. Caput. CXXXV.

Episto. 35.

Et legum ratio, & aequitas admonet naturalis, ut quisquis hereditatem aut reuuit, aut parentum successione se abstinet, hereditaria non debeat onera sustinere. Quia ergo Syncerus lator presentium Hilarium socerum suum omnino inopem defunctum innotuit, & uxorem suam filiamque ipsius in qualibet re eius se substantie minime miscuisse, & ad perfoluendum paternum debitum eam ab eius creditoribus queritur perurgeri, idcirco fraternitas vestra diligenter inquirat, & si ea qua ait, veritate subsistunt, sacerdotalem illis studeat tuitionem impendere, nec eos contra rationis ordinem vexari, aut damnum permittat aliquod sustinere. Nam valde durum est, ut vnde nullum sensit commodum, sustineat iniuste dispendium. Supradictus autem portitor, si huc cum uxore sua venire voluerit: quia illic se dicit non posse subsistere, vestris propter deum solatiis potiantur, nec cuiusquam eos illic aduersitas pro sua tantum voluntate retineat, aut eis irrationabiliter molestus existat, sed liberam habeant quo voluerint eundi licentiam, quatenus vinendi subsidium alibi saltem deo largiente reperiant.

Mense Iunio. Indictione. xiii.

Gregorius Columbo episcopo Numidia. De Petro quodam episcopo, & de Donatistis.

Caput. CXXXVI.

Episto. 36.

Scripta fraternitatis vestrae sacerdotali plena dulcedine presentium portitore Rogitano diacono deferente suscepimus. Et valde nos eorum letificauit benigna locutio. Praesertim, quia per ea de vestra, quod desiderii nostri est, incolumitate cognouimus. Deuotionem vero sanctitatis vestrae & olim nouimus, & nunc sicut scribitis sic habemus. Nam qualis erga nos sinceritas fraternitatis vestrae sit, satisfactione non egemus: quia eam ex mentis nostrae, quae circa vos est, dilectione cognoscimus. Suprascripto autem latori quem nobis epistolariter commendastis, scripta ad rectorem patrimonii Siciliae dedimus, ut aduersam partem facere qua iusta sunt urgeat, quatenus frustratoria excusatione postposita, ad finem citius perducatur totius causa: eo tentio. Indicamus itaque sanctitati vestrae venisse ad nos quandam hominem Petrum nomine, qui se asserit fuisse episcopum, atque causae suae a nobis remedium postulasse. Et prius quidem retulit quae digna esse miseratione potuissent, sed requirentes, postea multo aliter quam indicauit inuenimus, & vehementer nos eius actio contristauit. Sed quia causa ipsius interna subtiliter nequaquam addicere tam longo stimeris interuallo dissonati potuimus, eam, incerti quippe, definire nequiuimus. Nunc vero quoniam remeans supradictus diaconus secum eum relaxari poposcit, & ipse ad vos se petit debere transmitti, scientes sanctitatem vestram, zelum, sicut decet, fidei, & amorem debere iustitiae, nobis gratum fuit, & ea quae petierunt concessimus. Quia ergo praesentes causam subtilius potestis scire, hortamur ut eidem Petro ita seruare quicquid iustum canonicumque fuerit debeat, quatenus & rectitudinis vigor a vobis in omnibus impleatur, & causa ipsius secundum dei timorem & Ecclesiae videatur regulas iudicata. Si quis vero conscius vel particeps praefato Petro in his quae accusatur, dicitur extitisse, subtiliter requirendum est, & veritate cognita, similiter canonicè iudicandum. Praeterea res ad nos omnino dura, & re-

tae fidei inimica peruenit: quia, quod dici nephas est, catholici homines & religiosi, quod est deterius, filios mancipiaque sua, vel alios quos in potestate habent, in Donatistarum heresi baptizari consentiunt, & ideo si verum est, fraternitas vestra hoc summopere studeat emendare, quatenus sinceritas fidei vestra sollicitudine intemerata consistat, & innocentes animae quae catholico baptisate saluari poterant, hereticorum infectione non pereant. Quisquis ergo de his personis quas superius commemorauimus, quemquam suorum apud Donatistas passus est baptizari, ad catholicam eos fidem omni virtute omnique instantia studeat reuocare. Si quis vero talium decetero hoc fieri de suis quilibet excusatione pertulerit, a clero sit modis omnibus alienus.

Gregorius Anthemio subdiacono. Alexandriam reliquam Vincomali commendat.

Caput. CXXXVII.

Episto. 37.

Quanto viduae bene viuentes virorum sunt solatio destituta, tanto eis enixius Ecclesiastica est impendenda tuitio. Atque ideo huius tibi praecipi pagina deputamus, quatenus Alexandriae magnificae foeminae relictae quondam Vincomali omni instantia omnique sollicitudine, vbi necesse fuerit, seruata scilicet aequitate, tuitionem festines impendere, atque eius vtilitatibus studiosè concurrere, nec eam a quouam vexari permittas, aut molestia sustinere, sed ita, sicut praediximus, vbi causa poposcit, ope tuae sollicitudinis potiat, ut nullus se in afflictione oppressionisque ipsius te illic coram posito tentet aliquatenus occupare.

Gregorius Cypriano diacono. Ioannem religiosum commendat.

Caput. CXXXVIII.

Episto. 38.

Ioannem religiosum presentium latorem qui ex Histriceorum schismate ad sinum sanctae Ecclesiae deo reuelante accepta ratione reuersus est, dilectionem tuam, aequitate seruata, habere necesse est in omnibus commendatum, atque ei in quibus causa poposcit, Ecclesiasticam tuitionem impendere. Cui etiam pro dispendiorum suorum subsidio, ab hac quartadecima indictione annis singulis octo solidos dare te volumus, quos tuis per omnia noueris rationibus impetandos.

Gregorius Dono episcopo Messanensi. Georgium si emendare se uoluerit, commendat.

Caput. CXXXIX.

Episto. 39.

Georgius presentium portitor degere, ut ait, in ciuitate vestra desiderans, apud fraternitatem vestram non se petit epistola commendari. Cui quoniam a praua se promisit actione compescere, quod petebat, prauidimus non denegandum. Et ideo sanctitas vestra de anima eius studeat propter deum esse sollicita, atque cum adhortationibus suis ad viam deo placitam reuocare: & si adiuuante domino, ut promisit, ab omni se prauitate suspendens, viuere honestè voluerit, fraternitas vestra pro mercede sua, ut prospexerit, eius sustentationi subueniat, ne forsitan ad male agendum excusationem sibi ex necessitate videatur assumere. Quid autem fraternitas vestra ex eius importunitate sit passura consideret, qui ad vos cum nostris epistolis venit, quem nos sine autoritate aliqua importunum valde in prece pertulimus.

Gregorius Rufino episcopo Viuonensi. De presbytero ordinando in ecclesia Massanichoterana.

Caput. CXL.

Episto. 40.

Ex habitatorum Massanichoteranae, quorum episcopus pro quibusdam culpis in poenitentiam deputatus est, relatione cognouimus, nullum illic esse presbyterum, qui sacra possit missarum solennia celebrare, intantum ut etiam filios suos sine baptisate asserant remansisse. Et quia hac pro causa magnopere petierunt sibi in eadem Ecclesia cui fraternitas vestra operam visitationis impendit, debere presbyterum ordinari, ea propter scriptis vos praesentibus adhortamur, ut de clero eiusdem Ecclesiae requirere debeatis, cuius vita & mores ad hoc possint officium conuenire, & eum illic presbyterum festinetis auxiliante domino consecrare. Nam valde durum est, ut quousque causa

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G causa episcopi eorum subtiliter requiratur, non habeat Ecclesia illa presbyterum qui sacrum illic opus valeat celebrare.

Mense Julio. Indictione. xiiij.

Gregorius Victori episcopo Panormitano.

Caput. CXXI.

**Epi. 41.** **V**rbicus abbas monasterij sancti Hermæ, quod Panormi situm est, à nobis cum aggregatione sua magnopere postulavit in eodem monasterio presbyterum, qui sacra missarum solennia celebrare debeat, ordinari. Et quia huiusmodi non est differenda petitio, fraternitatem vestram scriptis presentibus necessario duximus adhortandam, ut eum qui ad hoc ministerium de hac congregatione electus fuerit, cuius vita, mores & actio tanto possint ministerio convenire sine mora auxiliante domino valeat consecrari, quatenus nec ille de monasterio suo hac pro causa egredi, nec extraneum sibi ad peragendum sacrum opus cogatur adducere.

Gregorius Venantio patricio exmonarcho. De discordia inter ipsum & Ioannem episcopum.

Caput. CXXII.

**Epi. 42.** **H**ultum ea quam direxistis iam nos contristatos inuenit epistola, quod inter vos & Ioannem fratrem & coepiscopum nostrum, de quorum desiderabamus gaudere concordia, scandalum produisse cognovimus. Quævis enim causa fuisset, non usque ad hoc debuit furor erumpere, ut armati homines vestri, sicut audiimus, in episcopum irruerent, & diversa hostili more committerent, atque vos hæc res à paterna charitate interim divideret. Nunquid non poterat quælibet contentio fuerit, tranquillè disponi, ut nec partium utilitas detrimentum, nec sentiret gratia lesionem? Cuius autem gravitatis, cuius sanctitatis, cuius mansuetudinis supradictus frater noster sit, non habemus incognitum. Ex qua re colligimus: quia nisi vis eù doloris nimia coegisset, ad hanc rem de qua vos contristatos asseritis, eius fraternitas nullo modo pervenisset. Nos tamen ut hoc eo scribente comperimus, ilico ei scripsimus, admonentes ut & oblationes vestras sicut antè susciperet, & missas in domo vestra non solum celebrari permitteret, sed si velitis etiam ipse perageret, causamq; suam servata charitate exequi debuisset. Et quia nullos discordes vel fieri volumus vel manere, eandem adhortationem iterandam esse prospeximus. Unde necesse est charissime fili, ut & vos sacerdotalem illi reuerentiam exhibere, sicut decet filios, debeatis, nec eius ad iracundiam animos provocetis. Nam cum quo fidam estis gratiam habituri, si vobis, quod absit, cum sacerdote fuerit discordia? Itaque animarum errore deposito, sic agere causas quas habetis inuicem studeat, ut & charitas inter vos intemerata permaneat, & alterutra mansuetè procuretur utilitas.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De discordia inter ipsum & Venantium patricium facta.

Caput. CXXIII.

**Epi. 43.** **Q**uanis causa fuerit quæ fraternitatis vestræ animos ad iracundiam non immeritò provocaret, ut nec oblationes dñi Venantij voluissetis suscipere, nec in domo ipsius sacra missarum sine-  
retis solennia celebrari, tamen quia ita terrena agi debet utilitas, ut nullum vos iurgium à charitatis valeat connexionne disungere: proinde charitatem vestram, sicut dudum scripsimus, adhortamur, quatenus & oblationes antedicti viri omnino in dulcedine & deo placita debeatis sinceritate suscipere, & in domo ipsius missarum peragi mysteria permittatis, aut sicut scripsimus, si fortasse voluerit, per vos debeat accedere, & celebrando apud eum missas, priorem gratiam reformare. Oportet nanque filiis sacerdotalem vos anorem impendere, & in causis, prout ratio suffragatur, iurisdictionem Ecclesiæ vestræ minime præterire. Hoc ergo considerans, necesse est, ut ita se circa eos fraternitas vestra discreta moderatione exhibere studeat, ut & quod negotij qualitas exigit, salubriter peragat, & à paternæ charitatis gratia non recedat.

Gregorius Bono abbati. De monasterio eius in melius transmutando. Caput. CXXIII.

**E**cclasiastica damnum non sentit utilitas, si res aliis competentes, cognita veritate restituantur, atq; ideo cognovimus Ioannem quondam presbyterum sanctæ Romanæ, cui deo authore præsidemus, Ecclesiæ, in domo iuris sui posita in hac vrbe Roma iuxta thermas Agrippinas oratorium construxisse, ibique quosdam redditus legati titulo per testamenti sui seriem reliquisse. In quo etiam oratorio servorum dei congregationem esse constituit, & hæc omnia ut debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctæ memoriæ decessori nostro Pelagio dicitur deputasse. Sed quia morte occupatus, necdum hoc occurrit implere, & domus ipsa cum horto suo ab authoribus nostræ Ecclesiæ detinetur, & idcirco hæcenus necdum voluntas defuncti completa est, nostra sollicitudine piæ dispositionis voluntatem, & hoc quod decessori nostro iniunctum est, prævidimus esse complendum. Ideoque necessarium esse perspeximus, ut dedicari oratorium ipsum protegente domino debuisset: & quia monasterium ubi prius fuisti, in ruina erat periculo constitutum, te illic cū congregatione tua consistere per omnia debere, quatenus & in suprascriptæ domus monasterio esse congregatio potuisset, & imminens res periculum euitaret. Unde necesse est ut & nūc, & in futuris temporibus dei illic laudes per eam quæ modo est vel successura est congregationem modis omnibus celebrentur. Considerantes igitur antedicti presbyteri voluntatem, perpetuo illic tempore monasterium esse, atque ad eandem domum in integro cum horto suo, & rebus inferius designatis, quæ à testatore relicte sunt, proprietatis iure constitimus pertinere, id est, massam Magulianensem cum appendiciis suis, via Numentana, miliario plus minus undecimo, tabernam in hac vrbe, quæ est posita iuxta Palacenis, & Salgamum positum ante domum suprascripti monasterij. Oportet ergo ut ita dilectio tua diligenter inuigilet, ut dei illic, sicut præfati sumus, laudes deo te ut moris est celebrent, & suprascriptæ res in eius ius pertinentes, nulla te negligente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum à te, sed etiam à tuis successoribus in prædicto oratorio & rebus superius designatis constitimus nihilominus exhiberi.

Gregorius Leontio episcopo Ariminensi. De Ecclesia sancti Stephani dedicanda. Caput. CXXIV.

**B**asilicam beati Stephani martyris, quam fraternitas vestra incendio asserit concrematam, quam etiam nuper instauratam esse commemorat, facultatem tribuimus dedicandi, in qua etiam reliquiarum sanctuariorum eiusdem beati Stephani martyris volumus collocari. Et ideo frater charissime ad prædictam te Ecclesiam ire necesse est, & tam Ecclesiæ quam etiam altaris nouiter constructi dedicationem solenniter exhibere, ut expectantium de eadem consecratione deuotio domino valeat auxiliante compleri. Quicquid præterea eidem loco à fundatoribus olim concessum est, in ea qua dimissum est voluntate ac firmitate volumus permanere.

Gregorius Felici episcopo Pisarenensi. De decimis monasterij à Ioanne constructi. Caput. CXXV.

**M**iramur fraternitatem vestram quod serie præcepti neglecta, quam ad vos sanctæ memoriæ decessor noster dederat, monasterium à Ioanne presentium portore constructam, aliter quam antiquæ consuetudinis usus exigit consecraret. Dum etiam in eodem præcepto inter alia mandatum sit, ut locum ipsum absque missis publicis dedicaret, ut ad nos pervenit, cathedra posita illic publice missarum solennia celebrantur. Quod si verum est, his vos hortamur assatibus, ut omni excusatione cessante, cathedram vestram exinde amoveri modis omnibus faciatis, nec demo illic missas publicas peragatis. Sed & sicut consuetudo & præcepti tenor eloquitur, si missas ibidem celebrari voluerint, ad te presbyter dirigatur: in eodem autem monasterio congregationem servorum dei, sicut prædictus Ioannes & petit, & nunc est, cum dei gratia semper volumus permanere. Calicem verò quem sibi à fraternitate vestra



**A**stra ablatum innotuit, ei, si ita est, restituere festinate. Hæc ergo sanctitas vestra ita studeat adimplere, vt deuo ad nos prædictus portitor pro hac causa necessitatem remeandi non habeat.

*Gregorius Leoni episcopo Fanensi. De schismaticis ad unitatem Ecclesiæ redeuntibus.*

*Caput. CXLVII.*

Epi. 47.

**S**icut in schismaticis prauo studio perdurantes, obiurgandi detestandi que sunt, sic ad sinum matris Ecclesiæ redeuntibus, consolandi ac nihilominus refouendi. Quia igitur Ioannes religiosus præsentium lator recepta ratione ad unitatem sanctæ Ecclesiæ ab errore Histricorum deo miserante conuersus est, capropter fraternitatem vestram hortari præuidimus, vt eum, salua ratione, habere debeat in omnibus commendatum, atque suo fauore protegere. Cui etiam ne possit post conuersionem alicui necessitati succumbere, aliquid de Ecclesia illi præuidimus annis singulis consulendum. Quia ergo vestræ sanctitati se summopere petiit commendari, prouidendum vobis pro vestra mercede est, vt, sicut diximus, vestris in omnibus solatiis fulciatur.

*Gregorius Presbyteris, diaconibus et clero, nobilibus ac populo Iaderæ consistentibus, et militibus, qui Maximo prauaricatori communicauerant.*

*Caput. CXLVIII.*

Epi. 48.

**P**eruenit ad me quosdam vestrum ignorantia vel necessitate deceptos, his qui ab Apostolica sede culpa, sicut nostis, exigente, communionem priuati sunt, communicasse, quosdam verò se salubri discretione, protegente domino, suspendisse, & quantum de constantibus gaudeo, tantum de deuantibus ingenisco, quoniam sacræ communionis mysteria, quæ ad absolutionem vobis diuina pietate concessa sunt, in detrimentum magis suæ animæ perceperunt. Et quia sicut vobis omnipotens deus vehementer innotescat, charitati vestræ medullitus & ex toto corde compatior, paterno affectu obtestor atque suadeo, vt ab illicita communionem se quisque suspendat, & quos Apostolica sedes in cõmunionis suæ consortium non recipit, omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum æterni iudicis vnde poterat saluari consistat. Comperi autem quod quidam peruersæ mentis homines illic insinuare conati sunt: quia ego contra Maximum quodam odio mouear, & non ea quæ canonica, sed ea potius quæ furoris sunt, exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit à sacerdotali animo, vt in qualibet causa priuato zelo moueatur. Ego verò populo in illis partibus consistenti, ac meæ animæ prouidens, & omnipotentis dei iudicium pertimescens, cauillas eiusdem Maximi exquiri volo, & cum omni sinceritate reuelante domino quod est canonicum definiri. Cui quoniam frequenter scripsimus, vt non prius sacra missarum solennia celebraret, quam causam potuisset agnoscere, alioquin esset communionem priuatus: ex hoc iam superbie ipsius culpa in aperto monstratur, quod sepius, sicut dixi, admonitus vt ad nos veniret, diuersis excusationibus renititur, refugit, metuit. Vnde ergo trepidat, si eum de his quæ dicta sunt, conscientia non accusat? Hoc ergo cognoscentes, postquam vobis nullam de ignorantia excusationem assumere potestis, rogo, hortor, & moneo vt è prohibita vos communionis consortio per omnia suspendatis, ne cuiquam sacerdoti suprascripto Maximo communicanti, cõtra animam suam quicquam vestrum communicare præsumat. Quia tamen audio, sicut præfatus sum, quosdam vestrum ignorantia lapsos, quosdam etiam ad communicandum violenter esse oppressos, omnipotentem dominum deprecor, vt & eos qui huic prauitati minimè consenserunt, perpetua gratiæ suæ protectione custodiat, & optata eis largitate respondeat. Et illos quos aut studium, aut ignorantia, aut alia qualibet causa traxit in culpam, ab omni reatu peccatorum, atque ab omnibus vinculis alienæ obligationis absoluat in omnibus, qui & in præsentis vite protectionis suæ gratiam tribuat, & nos de vobis in æterna patria gaudere concedat. Vt igitur hæc vobis intercessio apud deum saluatoris nostrum proficiat, adhortantibus nobis, pro animæ vestræ salute obedientiam exhibete, & ab illis sacram communionem

Ca. 11. q. 3.  
Rogo.

percipite, quos se antedicti Maximi communionem abstinentes se vel abstinere cognoscitis.

*Gregorius Urbico abbati monasterii Hermetis, quod in Paormo situm est. De Agathone suscipiendo.*

*Cap. CXLIX.*

**Q**uisquis diuina inspiratione compunctus, relicta seculi huius actionibus, ad deum conuerti festinat, ita cum charitate suscipiendus est, & blandis per omnia consolationibus refouendus, vt in ea quam elegit, deo adiuuante, delectetur modis omnibus conuersione persistere. Quia igitur Agatho præsentium lator in monasterio dilectionis tuæ conuerti desiderat, hortamur vt cum omni eum dulcedine ac deuotione suscipias, atque ad æternam vitam desiderium continua adhortatione succendas, & circa animæ ipsius salutem diligenter studeas esse sollicitus, quatenus dum in dei nostri seruitio, te admonente, deuota mente persistit, & illi pro sit seculum reliquisse, & tibi eius conuersione proficiat ad mercedem. Quem tamen ita suscipiendum esse cognosce, si & vxor ipsius similiter conuerti voluerit. Nam dum vnum utrorumque corpus coniugij copulatione sit factum, incongruum est partem conuerti, & partem in seculo remanere.

Epi. 49.

Ca. 27. q.

2. Agatha.

*Gregorius Palladio episcopo Sanctonis. De reliquiis Apostolorum Petri et Pauli suscipiendis.*

*Caput. CL.*

E

**V**eniens lator præsentium Leuparicus presbyter vester insinuauit nobis fraternitatem vestram Ecclesiam in honore beati Petri & Pauli Apostolorum, necnon Laurentij atque Pancratij martyrum construxisse, atque illic tredecim altaria collocasse, ex quibus quatuor necdum dedicata comperimus remansisse, ob hoc quod suprascriptorum sanctorum reliquias illic collocare deo annuente disponitis. Et quia reliquias sanctorum Petri & Pauli, necnon Laurentij atque Pancratij martyrum cum ueneratione præbuimus, hortamur vt eas cum reuerentia suscipere & collocare, auxiliante domino, debeatis. Prouisuri ante omnia, vt seruientibus ibidem non debeant alimoniarum deesse suffragia.

Epi. 50.

*Gregorius Brunichylda reginæ Francorum. De reliquiis Apostolorum Petri et Pauli.*

*Caput. CLI.*

**E**pistolæ vestrarum series, quæ religiosum animum & piæ mentis studium continebat, nos solum voluntatis vestræ fecit nos laudare propositum, sed etiam libenter inuitauit postulata concedere. Nec enim nos negare decuit, quod Christiana deuotio & recti cordis desiderium flagitabat, præsertim dum illa postulari & tota amplecti mente cognouimus, quæ credentium fidem valde protegere, & animarum salutem operari nihilominus poterunt ac seruari. Atque ideo congruo honore vestram excellentiam salutantes, indicamus latori præsentium Leuparico, quem vos esse presbyterum scripsistis, per quem eloquia vestrarum suscepimus literarum, reliquias nos beatorum Apostolorum Petri & Pauli, iuxta excellentiæ vestræ petitionem cum ea ueneratione qua dignum est præbuisse. Sed vt in vobis magis magisque laudabilis & religiosa possit clarere deuotio, prouidendum vobis est, vt sanctorum beneficia cum reuerentia & debito honore condantur. Et seruientes ibidem nullis oneribus nullisque molestiis affligantur, ne forsitan necessitate exterius imminente, in dei seruitio inutiles segnesque reddantur: & iniuriam, quod absit, neglectumque beneficia sanctorum collata sustineant. Quæ ergo eorum excellentiæ vestra prospiciat, quatenus dum vestro beneficio liberi ab omni fuerint inquietudine custoditi, & illi deo nostro secura mente laudes exoluant, & vobis in æterna vita merces accrescat.

Episto. 51.

*Gregorius Pelagio de Turinis, et Sereno de Massilia, episcopis Galliarum eparibus. Commendat Augustinum.*

*Caput. CLII.*

**L**icet apud sacerdotes habentes deo placitam charitatem, religiosi viri nullius commendationis indigeant: quia tamen aptum scribendi tempus ingessit, fraternitati

Epi. 52.



**G** fraternitati vestre nos transmittere scripta curauimus, in-  
finuantes latorem presentium Augustinum seruum dei, de  
cuius certi sumus studio, cum aliis seruis dei illuc nos pro  
utilitate animarum, auxiliante domino, direxisse. Quem ne-  
cesse est vt sacerdotali studio sanctitas vestra adiuuare, &  
sua ei solatia præbere festinet. Cui etiam vt promptiores ad  
suffragandum possitis existere, causam vobis iniunximus  
subtiliter indicare, scientes quod ea cognita, tota vos pro-  
pter deum deuotione ad solatiandum, quia res exigit, com-  
modetis. Candidum præterea presbyterum communem fi-  
lium, quem ad gubernationem patrimonioli Ecclesie no-  
stræ transmisisimus, charitati vestre in omnibus commen-  
damus.

*Gregorius Virgilio episcopo Arelatenfi Metropolita-  
no Gallie. Augustinum episcopum & Candidum  
commendat. Caput. CLIII.*

Epist. 53.

**Q** Vanis fraternitatem vestram bonis esse Intentam  
operibus, & sponte se in causis exhibere deo placitis  
confidamus, veruntamen vtile esse fraterna vos alloqui ve-  
ritate credimus, vt solatia quæ vos vltro decet impendere,  
nostris quoque prouocati epistolis augeatis. Atque ideo in-  
dicamus sanctitati vestre Augustinum seruum dei præsen-  
tium fortitorem, cuius zelus & studium bene nobis est co-  
gnitum, cum aliis seruis dei pro animarum nos illuc compen-  
dio transmississe, sicut ipse vobis coram positus poterit indi-  
care. In qua re oratione vos cum & auxiliis adiuuare necesse  
est, atque vbi opus exegerit, solatorum vestrorum ei præbe-  
re suffragia: & paterna ac sacerdotali illum consolatione,  
sicut conuenit, refouere: quatenus dum sanctitatis vestre fue-  
rit solamina consecutus, si quid deo nostro lucrifacere, sicut  
optamus, valuerit, & vos possitis pariter mercedem acqui-  
rere: quia ad bona opera suffragij vestri deuote copiam mi-  
nistratis. Candidum autem presbyterum, communem fi-  
lium, & patrimoniolum Ecclesie nostræ fraternitatem ves-  
tra, quippe vt vnanimis nobis, studeat habere commedatū,  
vt aliquid inde pauperum alimonis sanctitate vestra valeat  
adiuuante proficere. Quia igitur patrimoniolum ipsum per  
annos plurimos prædecessor vester tenuit, & collectas apud  
se pensiones seruauit, fraternitas vestra cuius sint res, vel cui  
erogentur consideret, atque eas animæ suæ respectu supra-  
scripto filio nostro Candido presbytero nobis restituat di-  
rigendas. Nam valde est execrabile, vt quod à regibus gen-  
tium seruatum est, ab episcopis dicatur ablatum.

*Gregorius Desiderio Vienenfi & Siagrio Augustino  
episcopis Gallie aparibus. Augustinum commendat.*

*Caput. CLIIII.*

Epist. 54.

**D**E fraternitatis vestre sincera charitate bene confi-  
dimus, quod amore beati Petri Apostolorum prin-  
cipis hominibus nostris vestra deuota solatia com-  
modetis, præsertim dum causæ qualitas exigit, vbi etiam  
sponte concurrere, & laborare magis opteris. Indicamus ita-  
que sanctitati vestre Augustinum seruum dei presentium  
portitorem, cuius zelus & studium bene nobis est cognitū,  
cum aliis seruis dei pro animarum illic causa, disponente do-  
mino, direxisse: cuius relatione quid sibi iniunctum sit, subti-  
liter agnoscens fraternitas vestra ei modis omnibus in quibus  
causa poposcerit, impendat solatia, vt boni operis ad-  
iutores, sicut decet & conuenit, possitis existere. Ita ergo fra-  
ternitas vestra in hac re se deuotam studeat demonstrare, vt  
bona quæ de vobis opinione narrante didicimus, vera esse  
opere comprobemus. Dilectum verò communem filium  
Candidum, cui patrimoniolum Ecclesie nostræ commi-  
simus in illis partibus constitutum, vobis per omnia com-  
mendamus.

*Gregorius Protasio episcopo de aquis Gallie. Vt  
Virgilio episcopo de pensionibus Ecclesie insinuet.*

*Caput. CLV.*

Epist. 55.

**Q** Vantus in vobis beati Petri Apostolorum principis  
amor excellat, non solum officij vestri prerogatiua,  
sed etiam deuotio quam circa utilitates Ecclesie ipsius ge-  
ritis patefecit. Quam quia Augustino seruo dei presentium  
latore cognouimus referente, de affectu & veritatis studio

quod in vobis est, valde congaudemus, & gratias agimus: **K**  
quia etsi corpore absentes, mente tamen & animo nobiscum  
vos esse monstratis, quippe erga quos charitatem fraternam,  
vt conuenit, exhibetis. Vt igitur bona quæ de vobis prædi-  
cauit opinio, rerum possit veritas confirmare: Virgilio fra-  
tri & coepiscopo nostro dicite, vt pensiones quas prædeces-  
sor eius per annos plurimos de patrimoniolo nostro perce-  
pit, & apud se retinuit, ad nos, quia pauperum res sunt, stu-  
deat delinere. Qui si forte aliquo se modo, quod non cre-  
dimus, excusare voluerit, vos qui veritatem ipsam subtilius  
nostris, reuera qui in Ecclesia ipsa tempore illo curam vice  
domini gerebatis, qualiter se habeat causa disserite, & ne res  
sancti Petri & pauperum eius apud se retinere debeat, admo-  
nete. Sed & si fortasse hominibus nostris necessarium fuerit,  
vestrum in causa testimonium non negate, vt tam pro ve-  
ritatis quam pro voluntatis vestre deuotione beatus Petrus  
Apostolus, cuius amore hæc facitis, sua vobis & hic & in fu-  
tura vita intercessione respondeat. Candidum presbyterum  
communem filium cui patrimoniolum ipsum commisisimus,  
sanctitati vestre magnopere commendamus.

*Gregorius stephano abbati à Gallis. Vt sollicitus  
sit circa congregationem sibi commissam.*

*Caput. CLVI.*

**L** Aetos nos relatio Augustini serui dei presentium por-  
titoris effecit, quod dilectionem tuam, vt oportet, vi-  
gilantem esse narravit: denique & presbyteros & diaco-  
nes, cunctamque congregationem vnanimes viuere ac cōcor-  
des affirmat. Et quoniam præpositorum bonitas, subiecto-  
rum salubris est regula, omnipotentem dominum deprecamur,  
vt in bonis te semper operibus gratia suæ pietatis accē-  
dat, & commissos tibi ab omni diabolica fraudis tentatione  
custodiat, & tecum cum charitate & placita sibi viuere con-  
uersatione cōcedat. Quia verò humani generis inimicus in-  
fidiari nostris actibus non quiescit, sed assidua calliditate  
hoc nititur, vt deo seruientes animas in qualibet parte deci-  
piat, ideo dilectissime fili hortamur, vt sollicitudinem tuam  
vigilanter exerceas, & ita commissos tibi oratione & cura  
prouidenti custodias, vt lupus circuiens nullam dilanandi  
occasionem inueniat: quatenus dum deo nostro incolumes  
quorum suscepisti curam reddideris, & præmia labori tuo  
gratia sua respondeat, & tibi aeternæ vitæ desideria multi-  
plicet. Cocleares verò & circulos quos direxisti suscepimus,  
& charitati tuæ gratias agimus: quia qualiter pauperes di-  
ligas ostendisti, qui ad vltus eorum quæ sunt necessaria traf-  
misisti.

*Gregorius Arigio patricio de Gallia. Augustinum  
episcopum, & Candidum presbyterum, commendat.*


*Caput. CLVII.*

**Q** Vanta in vobis bonitas, quantaque mansuetudo cum  
Christo placita charitate resplendeat, latore præsen-  
tium Augustino seruo dei referente comperimus: atque omni  
potenti deo gratias agimus, qui hæc vobis pietatis suæ dona  
concessit, per quæ inter homines valde laudabiles, & ante cō-  
spectum ipsius, quod est veraciter vtile, gloriosi possitis exi-  
stere. Oramus ergo omnipotentem dominum, vt hæc in vo-  
bis quæ concessit dona multiplicet, & sua vos cum omnibus  
vestris protectione custodiat, & ita actionem gloriæ vestre  
in hoc seculo disponat, vt & hic vobis & in futura gloria,  
quod magis optandum est, vita proficiat. Saluantes itaque glo-  
riam vestram paterna dulcedine petimus, vt lator presentium  
& serui dei qui cum eo sunt, vestra in quibus necesse fuerit,  
solatia consequantur: quatenus dum vestrum fauorem inue-  
nerit, iniuncta sibi melius, adiuuante domino, valeat adim-  
plere. Præterea filium nostrum Candidum presbyterum,  
quem ad gubernationem patrimoni Ecclesie nostræ quod  
illic est transmisisimus, vobis per omnia commendamus, con-  
fidentes à deo nostro vos mercedis vicem recipere, si re-  
bus pauperum solatia sua gloria vestra deuota mente præ-  
stiterit.

*Gregorius Theodorico, & Theodeberto, regibus.  
Francorum. De Augustino seruo dei.*

*Caput. CLVIII.*

Postquam



Episto. 58.

**A** Postquam deus omnipotens regnum vestrum fidei re-  
 putudine decorauit, & integritate Christianæ reli-  
 gionis inter gentes alias fecit esse conspicuum, ma-  
 gnā de vobis materiam presumēdi concepimus, quod sub-  
 iectos vestros ad eam conuerti fidem per omnia cupiatis, in  
 quibus nempe reges estis & domini. Atque ideo perue-  
 nit ad nos Anglorum gentem ad fidem Christianam deo mi-  
 serante desideranter velle conuerti, sed sacerdotes tuos ē vi-  
 cino negligere, & desideria eorum cessare sua adhortatio-  
 ne succedere. Ob hoc igitur Augustinum seruum dei præ-  
 sentium portitorem, cuius zelus & studium bene nobis est  
 cognitum, cum aliis seruis dei præuidimus illuc dirigēdum.  
 Quibus etiam iniunximus vt aliquos secum ē vicino debeant  
 presbyteros ducere, cum quibus eorum possint mētes agno-  
 scere, & voluntatem admonitione sua, quantum deus dona-  
 uerit, adiuuare. In qua re vt efficaces valeant atque idonei  
 apparere, excellentiam vestram paterna salutates charitate  
 quæsumus, vt hi quos direximus, fauoris vestri inuenire gra-  
 tiam mereantur. Et quia animarum causa est, vestra eos po-  
 testas tueatur & adiuuet, vt deus omnipotens qui vos in cau-  
 sa sua deuota mente & toto studio solatiari cognoscit, cau-  
 sas vestras sua protectione disponat, & post terrenam pote-  
 statem ad cœlestia vos regna perducatur. Præterea dilectissi-  
 mum filium nostrum Candidum presbyterum, & patrimo-  
 niolum Ecclesiæ nostræ, quod in illis partibus est constitu-  
 tum, vt commendatum excellentia vestra habere debeat po-  
 stulamus, quatenus beatus Petrus Apostolorum princeps sua  
 vobis intercessione respondeat, qui mercedis intuitu, tuitio-  
 nem in rebus pauperum eius impenditis.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De conuer-  
 sione Anglorum & Augustino. Caput. CLIX.

Epi. 59.

**E**xcellentia vestra Christianitas ita nobis veraciter  
 olim innotuit, vt de bonitate eius nullatenus dubite-  
 mus, sed magis certum modis omnibus teneamus: quia  
 in causa fidei deuotē & studiosē concurrat, & religiosæ sin-  
 ceritati sua solatia copiosissimē subministret. Ex qua re be-  
 ne confidentes paterna charitate salutantes indicamus ad  
 nos peruenisse, Anglorum gentem deo annuente velle fieri  
 Christianam, sed sacerdotes qui in vicino sunt, pastoralem  
 erga eos sollicitudinem non habere. Quorum ne anima in  
 æterna damnatione valeant deperire, curæ nobis fuit præ-  
 sentium portitorem Augustinum seruum dei, cuius zelus &  
 studium bene nobis est cognitum, cum aliis seruis dei illuc  
 dirigere, vt per eos potuissemus ipsorum volūtates addisce-  
 re, & de eorum conuersione vobis quoque annitentibus, in-  
 quantum est possibile, cogitare. Quibus etiam iniunximus,  
 vt ad agenda hæc ē vicino secum debeant presbyteros ducere.  
 Excellentia ergo vestra, quæ prona in bonis consuevit esse  
 operibus, tam pro nostra petitione, quàm etiam diuini timo-  
 ris consideratione, cum dignetur in omnibus habere com-  
 mendatum, atque ei tuitionis suæ gratiam vehemēter impen-  
 dat, & labori eius patrocini sui ferat auxilium, & vt plenissi-  
 mē possit habere mercedem, ad supra scriptam Anglorum  
 gentem sua tuitione securum iter præuideat: quatenus deus  
 noster qui in hoc seculo vos bonis sibi placitis decorauit, hic  
 & in æterna requie cum suis vos sanctis faciat gratulari. Præ-  
 terea dilectum filium nostrum Candidum presbyterum, &  
 patrimoniolum Ecclesiæ nostræ quod illic constitutum est,  
 vestræ Christianitati commēdantes, petimus vt tuitionis ve-  
 stræ gratiam in omnibus consequatur.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De laude cha-  
 ritatis, & persecutione Longobardorum. Caput. CLX.

Episto. 60.

**M**ater & custos honorū omnium charitas, quæ mul-  
 torum corda vniendo constringit, absentem non  
 æstimat eum quem oculis mētis habet præsentem.  
 In huius ergo radice cum frater charissime teneamur, nihil  
 sibi in nobis corporalis absentia, nihil poterit regionum vē-  
 dicare longinquitas: quippe quia scilicet longē a nobis non  
 sumus, qui vnum sumus. Hanc autem esse nobis cum cæteris  
 fratribus communē semper optemus. Est tamē aliquid quod  
 nos erga Alexandrinam Ecclesiam quadam peculiaritate cō-  
 stringit, & in eius amore proniores existere speciali quodā-

modo lege compellit. Nam sicut omnibus liquet, quia beatus euāgelista Marcus sancto Petro Apostolo magistro suo Alexandriam sit transmissus, huius nos magistri & discipuli vnitatem constringimur, vt & ego sedi discipuli præsidere videar propter magistrum, & vos sedi magistri propter discipulum. Ad hanc autem vnitatem cordium etiā vestræ sanctitatis meritis ligamur, quos authoris sui salubriter sequi instituta cognoscimus, & semper ad magistri sui gremium vnde illi prædicatio salutis exorta est, tota se conferre deuotione sentimus. Atque ideo sanctitatis vestræ susceptis apicibus, quantum cor nostrum de fraterna visitatione gauisum est, tantū de indictis quæ significasti oneribus molestitia premitur, & fraterna cōpassione vobiscum gemimus quod doletis. Sed quia in diuersa se tendit vbi concussio, & communi necessitate, minus est de propria dolēdum, sed studendum magis est vt patienter tolerando vincamus, quod omnino deuitare non possumus. Quanta autem nos a Longobardorum gladiis in quotidiana nostrorum ciuium deprædatione vel detruncatione atque interitu patimur, narrare reculamur, ne dum dolores nostros loquimur, ex compassione quam nobis impenditis, vestros augeamus. Præterea ante aliquantū temporis communi filio Sabiniano diacono respōsa Ecclesiæ in vrbe regia facienti, scripta nostra transmisi-  
 mus, quæ vestra fraternitati debuisset dirigere. Quæ si suscepistis, miramur cur nobis ad ea minime respondistis. Et ideo quia cauendū est ne cuiuslibet superbia scandalum Ecclesiæ introducat, necesse est vt eadem scripta subtiliter relegentes, omni studio & tota intentione qua ad honorem vestrum & pacem Ecclesiæ pertinent, conseruetis. Omnipotens autem deus qui pietatis suæ gratia sacerdotalem vobis animum & charitatem cōtulit, in suo vos seruitio protegat, atque ab omni aduersitate interius exteriusque custodiat, & conuerti ad se errantium animas vestra propitius prædicatione concedat. Latorem autem præsentium Isidorum diaconem communem filium cum ea qua oportuit charitate suscepimus, benedictionē vobis sancti Marci euāgelistæ deferentem. Et vos quidem bonæ vitæ merito resplendentes, ea quæ paradiso vicina sunt, benevolentia nobis ligna transmisistis. Nos verò quia videlicet peccatores sumus, ab Occidente vobis ligna transmisiimus, quæ construendis apta nauibus, nostræ mentis tumultum signantia, in marinis semper fluctibus agitantur, & quidem transmittere maiora volumus, sed hæc nauis angusta non recepit.  
 Mense Augusto. Indictione. xiiiij.

Gregorius Gennadio patricio Africæ. De Paulo episcopo. Caput. CLXI.

F

**E**xcellentiam vestram non ambigimus reminisci, quia ante biennium pro Paulo fratre & coepiscopo nostro scripsimus, vt ei ad nos venire desideranti, dignitatis vestræ suffragia præberetis, ob hoc quod a Donatistis insecutionis dicebatur molestiam sustinere: quatenus postquā dum contra eos nunciatum est habere subsidium non posse, cognita veritate, fraterna ei compassione potuissemus ferre consilium, & salubri dispositione quid cōtra pestiferæ præsumptionis insaniam debuisset fieri, tractaremus. Et quātum nobis prædictus frater innotuit, non solum nullum meruit cuiusquam habere solatium, sed ne minimē ad Romanam potuisset urbem accedere, diuerso est impedimento prohibitus. Cui tamen dum vestram relegi fecissemus Epistolam, respōdit se non quorundam odio quia Donatistas prohibebat laborare, sed magis pro defensione catholica fidei multorum perhibere ingrattudines sustinere: multa que alia retulit, quæ quoniam aptum dicendi tempus non extitit, silentio reticere præuidimus. Quia ergo non de rebus terrenis, sed de animarum salute tractatur, & vestra atque illius diuersa existit assertio, nihil indiscussa veritate subtiliter respondere potuimus: quia tempore quo excellentia vestræ scripta suscepimus, corporis ægritudine tenebamur. Sed dum nos omnipotens deus si ei placuerit, pristinae salutis reddiderit veritatem diligenti, vt possumus, inquisitione rimabimur. Et secundum ea quæ valuerimus addiscere, ita causam deo miserante disponemus, vt animarum quarum vos curæ pro vestra mercede stu-

Episto. 61.

**G**mercede studere dignamini, salus non solum quæ ab errantibus iam amissa est reparatur, sed etiã quæ nostræ fidei cultrix est, redemptoris nostri gratia disponente seruetur. De supra scripto autem episcopo, quem communionem priuatum esse asseritis, valde mirati sumus, cur nobis hoc non primatis eius, sed excellentiæ vestræ Epistola indicauit.

*Gregorius Dominico episcopo Carthaginis. De laude charitatis, & cura pastoralis. Caput. CLXII.*

*Episto. 62.*

**V**erè mirabilis charitatis virtus est dilecte frater, quæ aduentu supernæ gratiæ postquam spiritualia inclinauit ad infima, postquam ipsum sibi met vnum quæque carnalibus illecebris discordantem pacauit hominem, ita in humanis se dilatauit mentibus, vt sublimia inclinaret, humilia sublimaret, pacaret discordantia, ferocia mansueta faceret, dissociata conglutinet, scissa sarciret, diuisas tot aquarum terrarumque spatium climatiumque diuersitatibus hominum nationes compaginatis ad vnum mentibus suæ vinculo suauitatis adstringeret. Huius amplitudinis præconia quando humanæ infirmitatis exponere lingua sufficiat? Huius autem laus in cælis perfecta est, in terris verò forma eius ostendenda potius est quàm dicenda: vt qualis quantaque sit postquam ore nostro plenè non potest, ex nostra magis compassione monstratur. Quam & si vtrunq; laudamus ore, simul necesse est vt fateamur manu: ne si laudator eius tantum est quisquam & non factor, sententiã sibi magis exacuatur: quia in conspectu iudicis hoc fauoribus exaggerat quod omisit.

**H**anc nos licet locorum interuallis disuncti, atque corpore longè à vobis positi, auxiliante dei potentia erga vos studiosissimè conseruamus: hanc vos non solum circa nos, sed erga fratres filiosque vestros paternis, fraternisque oportet visceribus exhibere. Nam quomodo hoc non sit studiosissimè faciendum, quando eius non tam in fratrum, filiorumque est, quàm in inimicorum quoque dilectione perfectio? Quamobrem charissime nos quos pastoralis curæ constringit officium, diligamus fratres. Ipsos quoque aduersarios nostros propter mandatum domini cum nostro circa nos copulemus affectu. Pacem sequamur cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. In piis versemur operibus, virtutibus polleamus, fulgeat in nostro pectore rationale iudicij cum superhumeralis actione continctum. Ita in dei conspectu procedamus, atque totius Israël. Huiusmodi commissio nobis gregi præbeamus exempla, vt videant nostra opera bona, & glorificent patrem nostrum qui in cælis est. Sit in lingua sermo, sit zeli feruor in animo, vt verè de illorum dicamur numero de quibus legitur: Apparuerunt illis dispartitæ linguæ sicut ignis, seditque supra singulos eorum. Verè enim in nobis igne linguæ resident, si in fraterna filiorumque exhortatione diuini feruore spiritus accendamus. Creditum nobis agrum dominicum exerceamus, dum licet: seminemus in timore, dum tempus est: bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Simus de illis de quibus Psalmi sta dicit: Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua. Ad cuius rei fructum nos prouocans subdidit: Venientes autem venient, cum exultatione, portantes manipulos suos. Vigilemus itaque, & relinquentes terrena negocia, celestibus anhelemus. Ea quæ retrò sunt obliuiscetes, in his quæ antè sunt, nosmetipsos enixius extendamus. Mens nostra seculari varietate non diffusetur, sed tota in vnum currat atque confluat finem, quem mira suauitate Dauid respexerat, cum dicebat: Vnam petij à domino, hæc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Hoc amore liquefiat boni corda rectoris. In his se mens tota suspēdat. Dum adhuc in terris sumus positi, frequēs à nobis lachrymarum imber in cælo copulatiois nube fructificet. Tunc enim bene atque verè dilecte mi frater ad proximorum dilectionem descendimus, si in dilectione dei ex toto corde, ex tota anima & mente, atque ex totis viribus persistimus. Xenia verò temporalia à vobis directa, licet nos talibus non egeamus, tamen cum debita charitate suscepimus. Egemus autem debita charitate atque commissi vobis regimini sollicitudine gratulari. Multo enim nobis hæc dulcissima sunt, cum sacerdotum mentes piæ conuersationis fuerint suauitate condita.

*Act. 2.*

*Psal. 125.  
Ibidem.*

*Psal. 26.*

*Gregorius Mauricio Tiberio Augusto episcopo. De Donatistis, & episcopis ad eum transmissis. Caput. CLXIII.*

**I**nter armorum curas & innumeras sollicitudines, quas indefesso studio pro Christianæ reipublice regimine sustinetis: magna mihi cum vniuerso mundo lætitiæ causa est, quod pietas vestra custodię fidei, qua dominorum fulget imperium, præcipua sollicitudine semper inuigilat. Vnde oïno confido quia sicut vos dei causas religiosæ mentis amore tuemini, ita deus vestras maiestatis suę gratia tuetur & adiuuat. Qualiter autem pietatis vestræ serenitas contra Donatistarum flagitiosissimam prauitatem consideratione iustitiæ & sincerissimæ religionis zelo comota sit, directarum lucidissimæ tenor insinuauit iussionum. Sed venientes viri reuerentissimi ex Africana prouincia episcopi, asserunt ita esse incauta dissimulatioe postpositas, vt nec dei illic iudicij haberetur in metu, nec principales hæcenus iussiones fortirentur effectum. Hoc etiam subiungentes, quod in præfata prouincia Donatistarum premiis preualentibus fides catholica publice venudetur. At contra gloriosus vir Gennadius de vno eorum mihi similia questus est, qui talia querebatur. Cui etiam duo alij in re eadè testimoniū ferebant. Sed quia in causa ipsa secularis iudicis intererat, eosdem episcopos ad pietatis vestræ existimauit esse vestigia dirigendos: vt per semetipsos serenissimis auribus suggerant, quæ se fatentur pro fide catholica pertulisse. Eapropter obsecro vt dominorum christianitas pro salute animæ, & vita piissimæ sobolis sua eos quos tales esse cognoscit, districta vlcisci iussioe præcipiat, & ruinam pereuntium ereptionis manu suspendat, atque insanis mentibus correptionis medicinam adhibeat, & errorum ab eis morbos expellat: quatenus dum piæ prouisionis vestræ remedio, pestiferæ prauitatis fuerit caligo depulsa, & vera illic fides radios suæ serenitatis asperferit, celestis vos ante redemptoris sui oculos triumphus expectet: quia quos exterius ab hoste defenditis, etiam interius à diabolice fraudis veneno, quod est gloriosius, liberatis.

*Gregorius Athanasio presbytero de Isauria. De damnatione heretica. Caput. CLXIII.*

**S**icut de eis quos ab vnitatis Ecclesiæ hæreticæ prauitate error abscedit, affligimur & dolemus: ita his quos intra finem suum catholicæ fidei professioni continet, cogaudemus. Et vt pastoralis sollicitudine illorum nos oportet impietatibus obuiare: sic piis eorum professionibus congruit fauorem impendere, & sincera esse quæ sapiunt declarare. Atque ideo dum tibi Athanasio presbytero monasterij sancti Mile, cui est vocabulū Tánaco, quod in Lycaonia est prouincia constitutum, contraria integre fidei fuisset orta suspitio: vt professionis tuæ potuisset integritas apparere, ad apostolicam sedem, cui præsidemus, elegisti recurrere: asserens etiam te corporaliter verberatum aliqua iniuste ac violenter fecisse. Et quanquam ea quæ vi impulsionis fiunt, canonum minimè censura recipiat, & iure habeantur infirma: quia ipse ea dissoluit qui iniustum fateri compellit: sed magis illa insciptenda est & amplectenda confessio, quæ ex spontanea voluntate monstratur procedere, sicut apud nos fecisse dignosceris: ne quid tamè nobis ambiguum potuisset existere, sanctissimo Ioanni quondam fratri & coepiscopo nostro Constantinopolitanę ciuitatis antistiti, de te prauidimus scribendum, vt suis nos quid actum esset epistolis informaret. Qui sæpe à nobis admonitus, rescribens innotuit codicem apud te fuisse inuentum, in quo plurima continebantur hæretica: & ob hoc se aduersus dilectionem tuam fuisse commotum. Quem quia ad nos studuit pro satisfactione transmittere, priores eius partes sollicita lectioe percurrimus. Et quoniam manifesta in eo hæreticę prauitatis venena reperimus, ne denuo debuisset legi, vetuimus. Sed quia hunc te simpliciter testatus es legisse: & ad amputandam ambiguarum suspicionis materiam libellum nobis manu tua porrexisti percriptum, in quo fidem tuam exponens, omnes generaliter hæreses, vel quicquid aduersus catholicæ fidei vel professionis integritatem est, apertissimè condemnasti: & cuncta quæ sanctæ quatuor vniuersales

*Epist. 64.*

*M*



A vniuersales synodi recipiunt, te se recepisse ac recipere: & quae cōdē-  
nāt, cōdēnāte, cōdēnāteq; p̄fessus es: ea quoq; synodū que Iustiniani  
ep̄ib⁹ de trīs capitulis facta est, & suscipere & custodire p̄misisti, &  
p̄mitti a nobis cōdicē ipsū legere, i quo pestifere fraudis virus inxū  
est, libere cōsentit: reprobas ēt atq; cōdēnās ea oia que cōtra ca-  
tholicā fidei p̄prietatē in eo dicta vel latēter inserta sunt: nec eū te le-  
gere dēmo p̄mitti: hāc rōne p̄moti, postq̄ etiā ex probata a te libel-  
li paginā, fides tua nobis catholica deo custodiēte p̄claruit, ab omni te  
haeretice p̄uersitatis macula, iuxta p̄fessionē tuā liberū esse decerni-  
mus, atq; catholicū & sincere fidei in oib⁹ p̄fessorē atq; sequacē Chri-  
sti Iesu saluatoris gr̄a claruisse, p̄nūciam⁹: liberā quoq; tribuim⁹ licē  
tū ad tuū monasteriū i tuo te loco vel ordine nihilomin⁹ remeare. De  
hoc quoq; & dilectō fr̄i n̄ro Cōstātiopolitane ciuitatis antistiti, q̄ i su-  
pradicti s̄c̄i Ioānis loco ordiat⁹ ē, n̄ra volum⁹ scripta trāsmittere. Sed  
q̄a cōsuetudo nō ē vt pri⁹ q̄ ad nos ei⁹ synodica deferat⁹, debeam⁹ scri-  
bere, idcirco distulim⁹. Sed postea ei, hāc dū iplēta fuerit, iudicabim⁹.

Finit liber quintus, secundum computa-  
tionem Gratiani.

Finiunt epistola: Indictionis. xiiij.

## LIBER SEXTVS.

Incipiunt epistola: beati Gregorij Papae per Indi-  
ctionem quintamdecimam.

B Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De muliere quadam ut-  
ro iungenda.

Caput. CLXV.



VIVS rei causa cum matre sua huc cōpulsā  
anno praterito praesentium venerit latris, fra-  
ternitas vestra cautius nouit. Quā q̄a maritus  
suus clericus vester ob hoc quod de seruilis fue-  
rat cōditione pullata, a suo noscitur remouisse  
cōsortio: vosq; hic positos asserunt promi-  
sisse, vt si liberā probare se adiuuante domino  
valuisset, suo eā vos coniugi reformare: fraterni-  
tas vestra cognoscit, quod reuelante deo libertatis auctore appro-  
bata sit libera, nullaq; seruilis in ea macula inuenta. His igitur cogi-  
tis, sine mora aliqua suo per vos eam volumus marito restitui: nec vl-  
terius idem vir eius argumenta sibi aliqua occasione exquirat, quibus  
eam possit abucere. Nā si a vobis quod non credimus, minimē fuerit  
adimpletum, eamq; recipere forte distulerit, vos illud cognoscatis cū  
districta vindicta corrigere.

Gregorius Columbo episcopo Numidae. De Paulo episcopo.

Caput. CLXVI.

EPISTOLAM fraternitatis v̄rae harū latore diacono v̄ro deferēte sus-  
cepim⁹. In qua nobis de p̄sona Pauli ep̄isopi quae apud vos acta  
sunt, indicastis. Qd̄ tā serō factū est, vt p̄sona ipsa hic iā valuisset mi-  
nimē repiri. Nā & vir excellētissim⁹ filius n̄r̄ Gennadi⁹ patrici⁹ suū ad  
nos p̄ eā eadē cācellariū destinauit. Sed dū fecissem⁹ inquiri: vtrū cū eo  
nobis corā positus vellet inire cōsiliū: r̄ndit ad hāc se minimē fuisse  
trāsmissum: sed solumō tres quosdā huc de ei⁹ Ecclesia deduxisse, q̄  
cōtra eū plurima dicere debuissent. Dū ergo neq; illū ad inferēdas a-  
ctiōes paratū inuenim⁹: neq; p̄sonarū illarū nos qualitas mouit, q̄ in ac-  
cusatione ep̄isopi valuisset idonei repiri, s̄peditō Paulo ep̄isopo  
ad urbē se regiā relaxari debuisset precib⁹ sperari, nō potuim⁹. Cōtra-  
dictiōis moras asserre: sed mox eū sc̄dm̄ petitionē suā cū aliis duob⁹  
secū deductis ep̄isopis ambulare p̄misim⁹. Si qua ergo fuere quae cō-  
tra eū dici rōnabiliter poterāt: mox eo huc veniēte v̄ra debuit, qd̄ nō  
fecit, fraternitas cūcta subtiliter indicare. Quod em̄ multorū vos ini-  
micitias ob hoc q̄ n̄ris vos frequēt⁹ visitam⁹ ep̄istolis, pati signastis:  
dubū nō ē reuerēdissime fr̄ bonos prauorū odia sustinere, diuinisq;  
intētis operib⁹ p̄uersorū aduersitatib⁹ lacerari. Sed quāto hāc quae  
sunt praua circūstāt, tāto in cōmissi vobis cura regiminis debetis cō-  
stantius occupari, circa gregis Christi inuigilare custodiā: quātoq;  
iniquorū vos cōtrarietas premit, tāto alacriores, ac de p̄missa remue-  
ratioe certissimos, pastoralis sollicitudinis cura debet accēdere: qua-  
tenus pastori summo lucrū de iniuncto vobis opere valeatis offerre.

Gregorius Gennadio patricio de Africa. De Ruferio &

Anastasio.

Caput. CLXVII.

HIS qui se ap̄ excellentiā v̄ram n̄ris desiderāt ep̄istolis cōmēda-  
ri, securi de v̄ra benignitate facim⁹ qd̄ petimur. Ruforius liqui-  
dem comes, cum aliis conciuibus suis, a vobis, vt cognouimus, ad A-  
phricanā euocati pronūciā, petierunt scriptorū nostrorū suffra-  
gia sibi apud vos prodesse. Quapropter excellentiā v̄strā paterno sa-

lutantes affectu, petimus, vt eos in nullo a quoq; patiamini apud v̄ros  
animos cōtra iustitiā p̄regranari: sed sicut circa cōmissos vobis pia  
discretiq; vos nouimus inuigilare cautela: ita vt de his trāq̄lē dispo-  
nere inspirate vobis d̄no debeatis, atq; de insula ipsius sollicitius tra-  
ctare cautela: ne si illuc exercitus sine p̄sona vtili, quae hunc gu-  
bernare valeat, & incauta dispositione trāsmittit, adiuuētū hostibus  
praebeat. Qui aut Anastasiū tribunū, quē illic excellētia v̄stra ordina-  
uerat, b̄n̄ secū egisse, atq; in nulla lēione eū asserunt miscuisse se pro-  
uincia: quē etiā nūc esse remotū grauiter ferūt: p̄cipiat excellētia  
v̄stra illic eū iterū destinari, suiq; adhortationibus formari vt q̄ de  
bona actiōe iā placuit, nulli⁹ ad malē agēdū suasionib⁹ incitet: ne tan-  
torū iudiciū qd̄ ex bona administratiōe habere meruit, deteri⁹ p̄dat,  
qd̄ nō optam⁹, agēdo cōtraria. Ita ergo petimus vt v̄ra excellētia fa-  
ciat, quatenus bonū v̄m qd̄ testatur Africa, etiā Corfica cognoscat.

Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano. De conser-  
uanda pace sanctae Ecclesiae.

Caput. CLXVIII.

DV Dū in vrbe regia respōsa sedis apollolica facere, bona v̄ra  
sanctitatis agnouit. Et quia vobis aiarū nūc cura cōmissa est, val-  
de gaudeo. Et quis indignus, oipotētē d̄m̄ q̄bus valeo precib⁹ exo-  
ro: vt in vobis suā gr̄am semp̄ augeat, vosq; ad aeternā patriam faciat  
aiarū lucra cōgregare. Quia verō ad hoc opus ad qd̄ p̄ducti estis, in-  
firmos vos esse dicitis: scim⁹ quia priā virtus est cognitio infirmitatis,  
atq; ex eo colligim⁹ posse vos b̄n̄ susceptū ministeriū implere, q̄a vos  
videmus infirmitate, p̄pria ex humilitate cognoscere. Oēs em̄ infirmi  
sum⁹: sed ille est infirmior, q̄ suā cōsiderare nō valet infirmitatē. Vos  
verō beatissimi fratres ideo fortes estis, q̄a de fortitudine p̄pria diffi-  
dentes, in oipotētis dei virtute cōfiditis. Quāto verō mēs mea cha-  
ritati v̄ra ligata sit, verbis ep̄istolaribus explere nō possū. Sed oro vt  
oipotēs deus eandē quae inter nos est charitatē, ex gr̄a suae dono mul-  
tiplicet, omnēq; occasionē sc̄dali auferat: ne sancta Ecclesia cōfessio-  
ne verae fidei v̄nita, & cōiunctis fidelīū cordib⁹ cōstipata, detrimentū  
aliqud̄, qd̄ abūt, sacerdotib⁹ inter se disceptantibus sentiat. Quāuis ego  
in omē qd̄ loquor, in omne qd̄ sup̄bis quorundā actib⁹ cōtradico, ex  
omnipotētis d̄ni largitate charitatis intime custodiā nunq; relinquo:  
sed sic ea quae sunt iniuria, foris exequor: vt ea quae intus amoris & di-  
lectionis sunt, minimē postponā. Vos aut semp̄ mihi amoris mei vicē  
reddite: & ea quae pacis & dilectionis sunt, custodite: vt vnū in mente  
permanētes, quo nullā dissensionē inter nos intrare permittim⁹, eo ob-  
tinere quae petim⁹, ap̄ d̄m̄ ex ipsa meli⁹ cordiū n̄rorū v̄nitate valea-  
mus. Præterea Ioānē Chalcedonēse p̄sbyterū, & Athanasīū Lycoa-  
niā, sanctitati v̄rē cōmēdo: vt null⁹ vobis cōtra eos falsidica locutione  
surrepat: q̄a eorū fidē subtiliter discussi, eosq; rectos in suis cōfessio-  
nibus, quae & scripto datę sunt, inueni. Sancta aut trinitas sua vos manu  
ptegat, & circa aiarū custodiā semp̄ vos vigilantes & sollicitos red-  
dat: quatenus in aeterna retributione valeatis non solū de v̄stro ope-  
re, sed etiam de subiectorum v̄strorum melioratione coronari.

Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano. De custo-  
dienda charitate & v̄nitate sanctae Ecclesiae: ubi etiam inserit multa  
testimonia valde utilia sacrae scripturae.

Caput. CLXIX.

COMMUNES filios Georgiū p̄sbyterū & Theodorū diaconē v̄m,  
ea qua decuit charitate suscepim⁹, vosq; ab ecclesiasticarū rerū cu-  
ra ad aiarū regimē venisse gaudem⁹: q̄a iuxta veritatis vocē, q̄ in mo-  
dico fidelis est, & in magnis fidelis est: & b̄n̄ ministrati seruo dicitur:  
Quia em̄ in pauca fidelis fuisti, supra multa te cōstitua. Cui etiā mox  
de aeterna retributione subiūgit: Intra in gaudiū d̄ni tui. In scriptis aut  
v̄ris vos magnope requiē quesiisse narratis. Sed p̄ hoc ad pastorālē sol-  
licitudinē vos cōgruē venisse ostēditis, q̄a sicut loc⁹ regiminis deside-  
rātibus negādus est, ita fugiētib⁹ offerēdus est. Et sicut scriptum est:  
Nec quisq; sumit sibi honorē, sed qui vocat⁹ a deo tanq̄ Aaron. Et rur-  
sus idē p̄dicator egregius dicit: Si vn⁹ p̄ oib⁹ mortuus est, ergo oēs  
mortui sunt: & vnus p̄ oibus mortuus est Christus, vt q̄ viuūt, iā nō si-  
bi viuāt, sed ei qui p̄ eis mortuus est & resurrexit. Et pastori sanctae  
Ecclesiae dicit: Simou Ioānis amas mēs? Pasce oues meas. Ex qb⁹ verbis  
colligit: q̄a si is q̄ valet, omnipotētis dei oues renuit pascere, ostendit  
se pastore summū minimē amare. Si em̄ vnigenit⁹ p̄ris, p̄ explēda vti-  
litate omniū, de secreto p̄ris egressus est ad publicū nostrū: nos qd̄ d̄  
auri sum⁹, si secretū nostrū p̄ponim⁹ vtilitati, p̄ximorū: Quis ita-  
que nobis ex corde appetēda est: & t̄n̄ pro multorū lucro aliqui post-  
ponēda. Nā sicut toto desiderio debem⁹ occupationē fugere, ita si de-  
sit q̄ p̄dicet, occupatiōis on⁹ libētī necesse est aīo subire. Qd̄ ex du-  
orū propheta rum opere docemur: quorū vnus p̄dicatiōis officiū  
vitare conatus est, & alter appetiit. Nā mittenti se d̄no Hieremias re-  
spondit


**G** spondit dicens: A, a, domine deus nescio loqui, quia puer ego sum. Et cum omnipotens deus personam ad predicandum quaereret, dicens: Quem mittam, & quis ibit ex vobis? vitro se Elaias obtulit dicens: Ecce ego, mitte me. En ab utrisque exterius diuersa vox prodit, sed non a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt praecepta charitatis, dei videlicet amor, & proximi. Per actiua igitur vita prodesse proximis cupiens Elaias officium praedicationis appetit: per contemplatiua vero Hieremias amori conditoris sui sedulo inhaerere desiderat: ne mitti ad praedicandum debeat, contradicit. Quae ergo laudabiliter unum appetit, hoc laudabiliter alter expauit. Ille ne tacite contemplatiua lucra loquendo perdet: ille ne dana studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque est subtiliter intuentium: quia & is qui recusauit, plene non restitit: & is qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisque sacra ministeria audeat: aut quae suprema gratia eligit, sub humilitatis specie superbe contradicat. Magno autem desiderio vos in epistolis vestris inuenio serenitatem mentis quaerere: & repulsa perturbatione, ad tranquillitatem cogitationis anhelare. Sed qua ratione ad hoc vestra fraternitas pertingere possit, ignoro. Qui enim regendam nauem suscipit, tanto amplius necesse est vigilet, quanto amplius litus relinquit: ut aliquam futuram percellam ex signo praevideat: aliquam venientes aut directo clauo si pravae sint superet: aut si vehementer intumescunt, dato in obliquum late re iuvenes declinet: & saepe solus vigilat, cum cuncti illi quibus nulla navis cura commissa est, quiescant. Quomodo autem suscepto pastoralis onere habere serenitatem cogitationum potestis, cum scriptum sit: Ecce gigantes gemunt sub aquis: iuxta Ioannis etenim vocem, quae populi sunt. Et gigantes sub aquis gemere est: quia quisque in hoc mundo quasi quadam corporis mole, ordine potestatis excreuerit, tanto potera maioris tribulationis sentit, quanto super se regendorum populorum curam susceperit. Sed si sancti spiritus virtus afflictam mentem afflauerit: protinus hoc quod Israelitico populo corporaliter factum est, nobis spiritualiter contingit. Scriptum quippe est: Filii Israel ambulauerunt per sicum per medium mare. Et per prophetam dominus pollicetur dicens: Cum transieris per aquas, tecum ero: & flumina non operiet te. Illos enim flumina operiunt, quos actiones huius seculi mentis perturbatione confundunt. Nam qui sancti spiritus gratiam tenet in mente, transit aquas, & tamen fluminibus non operit: quia etiam inter medias populorum turmas sic peragitur gressus sui itineris: ut non submittat actionibus seculi caput mentis. Ego quoque qui indignus ad locum regiminis veni, infirmitatis meae conscia, secretiora loca petere aliquando decreueram: sed superna mihi iudicia aduersari conspiciens, iugo conditoris subdidi cervicem cordis: hoc praecipue pendens, quia qualibet occulta loca sine dei gratia iam saluate non possunt, quod aliquando in ipsis quoque conspiciuntur errantibus electorum. Nam Loth in pueria ciuitate iustus fuit, in monte peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso iocundius? Quid caelo securius? & tamen homo ex paradiso peccando, & angelus cecidit de caelo. Illius ergo nobis virtus quaerenda est, & gratia postulanda, sine qua nusquam absque periculo & culpa: cum quo nusquam sine iustitia esse non possumus. Curandum ergo est, ut perturbatione cogitationum non exuperet animus: nam repellere funditus nullatenus potest. Quisquis enim est in loco regiminis, aliquando necesse est habeat etiam terrena cogitare, & exteriorum quoque curam gerere: ut grex commissus valeat ad ea quae sibi sunt exploranda subsistere. Sed magnopere semper providendum est, ne haec eadem cura modum transeat: ut cum ad cor licet admittit, nimis excrecere non permittat. Unde recte per Ezechielem prophetam dicitur: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam suam nutriant: sed tondentes attondeant capita sua. Quid enim per significationem sunt capilli in capite, nisi cogitationes in mente? qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitae praesentis designant, quae ex sensu negligenti quia importune aliquando procedunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui praesunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent: nec tamen eis vehementer incumbere: sacerdotes recte & caput prohibetur radere, & comam nutrire, ut cogitationes carnales de vita subditorum nec a se funditus amputet, nec rursus ad crescendum nimis relaxet. Vbi & bene dicitur: Tondentes tondent capita sua: ut videlicet curae temporalis sollicitudines, & quantum necesse est prodeant, & tamen recedant citius, ne immoderatus excrecant. Dum igitur & per administrata exteriora providentia corporum vita protegitur: & rursus per immoderata cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis & seruati ut cutem cooperant, & refecant ne oculos claudant. Praeterea epistolas vestras directas plenas fide suscepimus. Atque omnipotenti deo gratias agimus: quod incosutile tunicam desuper contextam, videlicet Ecclesiam suam, vicaria confessione fidelium in unitate gratiae ab omni erroris scissione custodit: & contra peccatis mundi, ut ita dicam, tot culpam diluuii, ex multis lignis arcam costruxit, in qua omnipotentis dei electi seruentur ad vitam. Nam cum vicissim nobis fidei nostrae confessionem transmittimus, & charitatem nostram erga vos ostendimus: quid aliud in sancta Ecclesia agimus, nisi arcam bitumine linimus, ne vnda erroris intret: & vel spirituales quosque tanquam homines intret, vel carnales tanquam animalia occidat? Sed cum sapienter a vobis recta fides prolata sit: restat ut proculdubio debeatis pacem cordium prudentius custodire, propter hoc quod veritas dicit: Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Et Paulus Apostolus admonet dicens: Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis, qui rursus ait: Pacem sequimini cum omnibus & sanctorum, sine qua nemo videbit deum. Quam videlicet pacem tunc nobiscum veraciter habebitis, si prophanae uocis superbiam declinetis, iuxta quod idem magister gentium dicit: O Tumbae depositum custodi, deuotans prophanas uocum vanitates. Nunc quippe iniquum est, si hi qui praedicatores humilitatis facti sunt: de uani uocis elatione gloriantur: cum uerum praedicator dicat: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ille ergo uere glorians est: qui non de temporalis potentia, sed per Christi nomine de sua passionis gloria tur. In hoc itaque uos medullitus amplectimur. In hoc sacerdotes uos esse recognoscimus, si repulsa uanitate uerborum, sanctitatis locum cum sancti humilitate teneatis. Ecce enim in nephadi appellatione uocis scandalizati sumus, & non minimas querelas seruamus in mente, & promissum in uoce. Vestra autem fraternitas nouit quod ueritas dicit: Si offers munus tuum ante altare & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum: & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc uenies offerre munus tuum. Qua in re pensandum est, quia cum omnis culpa oblato sacrificio deleatur, tantum est malum scandalum alieno cordi generari, ut ab eo quod peccatum nec ipsum sacrificium dominus accipiat, quod delere peccatum solet. Curate ergo cordis uestri festine scandalum detergere, ut possit omnipotens deus oblationis uestrae sacrificium acceptabile habere. Praeterea cum recta a uobis fides ueraciter & subtiliter sit, plura inter eos quos per sanctissimas generales synodos danandos esse censuistis, Eudoxium quendam uos danasse commemoramus: cuius nomen in Latina lingua neque in synodis, neque in libris beatae memoriae episcoporum Epiphanius, Augustinus, & Philastrius, quos contra haereticos praecipue disputasse nouimus, positum reperimus. Quod si quis ueraciter de catholicis patribus danat, ei proculdubio sententia sequitur. Vos tamen si in synodica uestra epistola eos quoque nominatum danare uolueritis, quae extra sanctas synodos per patrum scripta danant: multos scriptis suis uestra fraternitas minus posuit: si autem eos quos generales synodi respiciunt: hinc unum amplius. Sed inter haec sciendum est, quia ut nobis licet rectam fide liberet fateri, & cuncta quae agenda sunt, concorditer in pace disponere, per serenissimorum dominorum uita, propria quoque sobole necessitate orandum est: ut omnipotens deus eorum pedibus barbaras nationes subiciat: longa eis & foelicia tempora concedat: quatenus per Christianum imperium ea quae in Christo est, fides regnet.

Gregorius Mauricio Augusto. De ordinatione Cyriaci episcopi. C. LXX.

**O**mnipotens deus qui pietate uestram pacem Ecclesiasticam fecit esse cultum dei, ipsa uos fide seruet, qua uos sacerdotali unitate seruatis: cuiusque supernae pietatis iugo cor humiliter subditis, caelesti gratia agitur, ut hostes uestros pede fortitudinis prematis. Non enim parumpotuit esse mercedis, quod Ioanne sanctae memoriae de hac luce subtracto, ad ordinandum sacerdotem pietas uestra diu haesitauit, tempus paulo longius distulit, cum metu omnipotentis domini consilio quiescit: ut uidelicet causa dei cum magno debuisset timore disponi. Vnde & apte ualde existeret in pastoralis regimine fratrem atque consacerdotem meum Cyriacum existimo: quod ad eum de ordine pietatis uestrae consilia longa genuerunt. Qui in administranda dudum rebus Ecclesiasticis quae sollicitus, & quo fuerit exercitus, cuncti nouimus. Vnde & suprema gestu dispositione non ambigo: ut quae benemina gestu ferat, congrue maiora susciperet: atque a cura rerum, ad animarum regiminem transiret. Pro qua re totis precibus deprecamur, ut bonum hoc omnipotens deus serenitati dominorum pieque eorum sobole & in presenti seculo atque in perpetua remuneratione retribuat: & praedicto fratri & consacerdoti meo, quod domino gregi praelatus est, animarum curam plena sollicitudine exhibere concedat: ut irreprehensibiliter possit subditorum suorum & prava corrigere, & recta ad crescendum fonere: quatenus de eo pietatis uestrae iudicium non solum ante homines, sed etiam ante supernae quoque maiestatis oculos claudat. Venerabiles autem uiros Georgium presbyterum, & Theodorum diaconem pro iussione dominorum atque pro imminetia huiusmodi temporis in hac urbe moras perpeti non permisi.

Gregorius Mauricio patricio, Petro Donatiano & Elpidio episcopis &c. De ordinatione Cyriaci episcopi, atque reprehendit declamationem eius de ordinatione: quia clamauerunt, haec dies quam fecit dominus. Dicit quoque quia non conuenit homini nisi solum filio dei. Sed culpam ignoscit: quia ex charitate processit. Caput. C. LXXI.

**O**rdinationem uiri sanctissimi Cyriaci fratris & consacerdotis mei cum magna uos letitia suscepisse uehementer exultor & quia



**1. Corin. 12.** G & q̄a Paulo Apostolo predicāte didicim⁹, si gaudet vnū membrū, cōgaudent cetera mēbra: p̄sare vos necesse est, quāta vobis hac in re exultatiōe cōgaudeo, in qua nō vnū mēbrū, sed multa Christi mēbra gauila sunt. Sicut tñ scripta fraternitatis v̄stra potui trāscurreo pp̄dere: magna letitia in immoderata eulōie fratris mei laudē vos rapuit. Nā hūc sicut solē i Ecclēsia apparuisse dicitis, ita vt cūcti clamaretis: Hac dies quā fecit dñs, exultem⁹ & letemur i ea. Et certē sequētis vitæ p̄missio est, qua d̄r: Fulgebūt iusti sicut sol. Nā in hac vita adhuc q̄ que positus quātalibet virtute polleat: quō sicut sol fulget, in qua corp⁹ q̄d corrūp̄t aggrauat aīam, & deprimat terrēa inhabitatio sensum multa cogitatē: In qua videm⁹ aliā legē i mēbris nostris repugnātē legi mētis nostræ, & captiuos nos ducētē in lege peccati, quæ est in mēbris nostris: in qua & in nobismetipsis r̄sum mortis habem⁹, vt nō sim⁹ fidētes in nobis. In qua etiā p̄pheta clamat: Timor & tremor venerūt super me, & cōtulerūt me tenebrę. Nā & q̄d scriptū est: Sapiēs vt sol p̄manet, fatū⁹ vt luna mutātinō ad claritatis fulgorē, sed ad p̄seruantia boni opis cōparatio est solis deducta. Bonū verō ordinatiōis ei⁹ initiū potuit videri: sed necdū potuit de p̄seruantia a vobis laudari. Quod autē hęc dies quā fecit dñs, clamasse vos dicitis, de quo hoc dictū sit, p̄sare debuistis. Præmissū q̄ p̄ est: Lapidē quē reprobanerūt ædificātēs, hic factus est in caput anguli. A dño factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Atq; de hoc eodē lapide p̄tin⁹ subdit: Hęc dies quā fecit dñs. Ipse em̄ q̄ p̄ fortitudine cōstruatiōis d̄r lapis, p̄ illuminationis gratia appellat⁹ est dies, q̄ etiā fact⁹ est, q̄a incarnat⁹ est. In quo exultare & letari precipimur, quia erroris nostri tenebras suę in nobis virtutis luce lupauit. In creaturæ autē laudē vox illa dari nō debuit, quæ soli cōuenit creatori. Sed cur ista reprehēdo, q̄ quātū gaudia mētē rapiūt, scio: Charitas etenim v̄stra magna nobis letitiā genuit, quā videlicet mētis letitiā in fauore lingua sequuta est. Quod cū ita sit, laus ista culpa iā dici nō p̄t, quā charitas inuenit. Mihi verō de sanctissimo fratre meo dici breuiter debuit, q̄d sufficiētē accipere: q̄a scire q̄s esset q̄ hac mihi præcipuē dudū suæ magnitudinis p̄bationē dedit, quōd in tā multis disp̄satiōis Ecclesiasticę causis occupat⁹ tranquillū cor inter turbas turbulētās frequēt⁹ tenuit, seq; ipsū semp̄ sub māsuetudine restrinxit. Quod videlicet nō parua laus magni & incōculsi est animi, inter causarū turbas nō fuisse turbatū. Præterea assiduis insistere fraternitas tua precibus debet, vt omnipotēs de⁹ in prædicto fratre & cōsacerdote nostro bñ cepta custodiat, & semp̄ ad meliora p̄ducatur. Hoc sanctissimis vobis, hoc subiecto ei populo semp̄ orādū est. Nā ita sibi regētū merita cōnectū & plebiū, vt sæpe ex culpa p̄cedētū deterior fiat vita subiectōrū: & sæpe ex merito plebiū delinquat vita pastorū. Quia em̄ mala actio p̄sidentis valde noceat subditis, testant̄ Pharisæi, de qb⁹ scriptū est: Clauditis em̄ regnū celorū aī hoīes. Vos em̄ nō intratis, nec introētes finitis introire. Et quia culpa plebiū multū noceat vitæ pastorū, in David factō cognoscim⁹. Ille em̄ deo attestatē laudat⁹, ille superiorū mysteriorū cōscius: timore repētinae elatiōis infatus, populū numerādo peccauit: & tñ vindictā popul⁹ David peccate suscepit. Cur hoc? quia videlicet scdm̄ meritū plebiū disponunt corda regētū. Iust⁹ verō iudex peccatis vitū ex ipso animaduersione corripuit, ex quorū causa peccauit. Sed quia ipse sua scilicet voluntate sup̄biēs, a culpa alien⁹ nō fuit, vindictā culpæ etiā ipse suscepit. Nā ira sæuēs quæ corporaliter populū p̄culti, rectorē quoq; populi intimo cordis dolore p̄strauit. Hęc itaq; cōsiderate inimicē: & sicut is qui vobis, plebiūsq; p̄ralat⁹ est, intercedere p̄ oib⁹, ita p̄ ei⁹ cōuersatiōe & morib⁹ orare oēs debetis: vt ap̄d oīpotentē deū & vos illi⁹ valeatis imitatiōe p̄ficere, & ille meritis v̄ris adiuuet. Cūcti autē cōcorditer p̄serenissimis dñis, eorūq; pia sobole cū magnis inquantū possum⁹ assidue fletib⁹ orem⁹: vt eorū vitā ḡa p̄regēs sup̄na custodiat, & Christiano ipio gētū colla subternat.

*Gregorius Stephano episcopo. De Maria patricia cōuersa, & Cōstantinū p̄fectū cōmēdat. Caput. CLXXII.*

**Ep̄la. 8.** Scripta v̄sæ sanctitatis medullata mihi charitatis verba locuta sunt: ita vt p̄ calamū sic in ep̄stolas anim⁹ trāsiret, ac si mihi p̄ semetip̄sū loqueret. Quia de re magnas omnipotēti deo ḡas refero: q̄a & diuisis corporib⁹, nobisq; a vobis recedētib⁹ lōgē, charitas iter nos p̄manet indiuisa. Et q̄d multū mihi,

& vltra q̄ indignus audire debui, fanorē in ep̄stolis demōstratis. Et scriptū est: Ne laudes hoīem q̄ diu viuit. Tñ & si audire talia nō dign⁹ fui, oīonib⁹ v̄ris peto, vt dignus efficiar: vt si bona in me nō ideo dixistis quia sunt, ideo sint quia dixistis. De gloria autē Maria patricia valde letat⁹ sum: q̄a in sc̄to dei ouili aggregata est, q̄d ex v̄ra factū assidua p̄dicatiōe nō dubito: q̄a ex ipso fructu ostēditis quantū pro fide catholica laboratis. Multos etiā p̄ illā venire ad Ecclesiā suspicor, q̄d totū v̄stra laudi p̄ficat, q̄a scriptū est: Vbi plurimæ segetes, ibi maxima fortitudo boū. Manifestat em̄ virtus p̄dicariū, vbi surgit seges aīarū. Cōmūcē verō filiū excellentissimū virū dñm Cōstantinū p̄fectū quātū plus diligitis, tñ exhortari cōtinuē debetis: vt in causis in qb⁹ mixtus est, semp̄ oīpotētis dei iudiciū ante oculos cordis habeat: ei⁹, soli placere studeat, q̄ & in p̄senti vita valet protegere, & cœlestis patrię p̄mia cōp̄sare.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Gratias agit de bonitate elemosynarum. Caput. CLXXIII.*

**Ep̄la. 9.** Benedictionē quā pauperib⁹ fraternitas v̄stra trāsmissit, labor p̄sentiū hō vester, Cādidus nobis disp̄santibus suis manib⁹ erogauit: q̄d vobis scdm̄ animū v̄strū fortasse parū v̄sum est. Nos tamē scdm̄ modū v̄strę substantiæ esse nimium & vltra modū æstimam⁹: vt qui illic ap̄d vos innumeros pauperes habetis, p̄ explēda largitate misericordię, etiā loca alia & lōgē posita requiratis. De causis verō aliis a vobis scriptis prioribus iā respōdisse memini: & nihil aliud querere debetis, nisi vt sub cōsideratione solī oīpotētis dei cūcta faciatis: & nulli⁹ p̄sona vos a vigore disciplinę emolliat: necq; vehemēs indignatio in rigore, q̄d ablit, aliquo immoderate districtiōis obduret. Præterea audio quōd aliqua de his quæ scripsisse me memini, fraternitas v̄stra ad mēlam suā corā extraneis legi faciat, q̄d mihi nō videtur esse faciendum: quia hoc quod vos pro charitate facitis, possunt quidā quantū ad me est, vanæ glorię deputare. Ideoq; coram extraneis antiquorū dicta legite: ex quorum autoritate valeant qui audierint informari.

*Gregorius Agnello episcopo de Arimino. De p̄posito ordinando, & cura monasterii. Cap. CLXXXIII.*

**Ep̄sto. 10.** Filio nostro Secūdo seruo dei renūciante didicim⁹, quōd dilectio tua p̄positū nō habēs, omnino in regēdis fratrib⁹ elaboret. Si ergo qui vos ex ordine sequitur, talis est vt circa cellę ordinationē fratrumq; custodiā, necnō & in hūc lucrādīs animab⁹ solers valeat inueniri: is debet ad hūc locū incunctatē accedere. Si verō talis nō est, qualē loc⁹ exposcit, de quolibet etiā vltimo gradu si talis inter fratres domino protegente fuerit reperit⁹: qui vitæ meritis dignū cōuersatiōis suę p̄beat documentū, diuiniq; in eo timoris vigor inuigilet, hui⁹ p̄fecto nō loc⁹, sed est vtilitas p̄fecto p̄uidēda: vt tali exēplo ad bonę imitacionis normā cūcti se fratres extēdat: nec eos adhuc loc⁹ inferior ad bene operandū tepidos reddat: dū in illo qui p̄fecerit, de p̄senti q̄d imitent̄ aspiciūt. Dilectiōi quæ propter tuā in hac ordinationē sit nulla dubietas, quōd nō loc⁹ sed actio apta p̄quiritur: quia & ante deū ille prioris obtinet locū, qui in cui⁹ dē oculis, etiā si hic abiect⁹ sit, bonæ actiōis instrumētō placuerit. Circa fratres nāq; sollicita vos, sicut cōfidimus, decet inuigilare custodia: ne a recto cōuersationis itinere per illicitas enagādo cogitatiōes exorbitēt: atq; inimico p̄ inerte custodiā irruptionis aditū p̄stēt. Sed eos oratiōi decet in stātū adherere, quaten⁹ pia cepta eorū, suę propitiatiōis dono perficiāt: & imp̄fecta ad cumulū faciāt p̄fectionis ascēdere.

*Gregorius Rufino episcopo Ephesi. Cōmēdat clericum quendam literas nescientem. Cap. CLXXXV.*

**Ep̄sto. 11.** Amicitiarū v̄strarū antiqua nos charitas mouit fraternitatem v̄strā scriptis p̄sentiū v̄sitare. Magno etenim sumus gaudio releuati, quōd de v̄stræ salutis indicio prospera cūcta cognouim⁹: sed in his omnipotētē dñm deprecamur: vt sicut nos in p̄senti vita, quæ quodā modo vmbra futuræ est, de trāsitoria, p̄stitit corporis incolumitate gaudere, ita in illa cœlesti patria, in qua vita vera est, de p̄fecta animæ salute gratulari, cōiq; faciat exultatiōe gaudere. Harū nāq; latero nostris se apud vos desideras ep̄stolis cōmēdari, a nobis inquisitus: vtrū, sicut decet clericū, l̄ras didicisset, eas se ignorare respōdit. Quid ergo cōmēdatiōis de eo apud fraternitatē v̄strā amplius agā, ignoro, nisi vt de eius anima debeatis esse solliciti

BB ij ti, ac

**G**ti, ac circa eū pastoralis inuigilare studio, vt qui nescit legere, lingua vestra illi sit codex: in bono predicatiōis vestre vel operis, quod imitel aspiciat. Solet enim plerunq; strictius cor viuā vox trahere, q̄ lectio dicta p̄ trāsitu. Sed dū hęc ei interi<sup>9</sup> spiritalis à vobis magisterij doctrina tribuet, exterior quoq; sollicitudo nō desit: vt eius adiuuēto ad spiritalia appetēda perueniat. Trāsitoria quoq; percipiat: ne si hoc despicitur, desit cui predicatio ministraretur.

*Gregorius Respēctē abbatisse de Gallis Massilie. De priuilegijs monasterij sui. Caput. CLXXVI.*

**Epi. 12.**

**P**le postulatio voluntatis effectu debet prosequente cōpleri: quaten<sup>9</sup> & deuotiōis sinceritas laudabiliter enitescat, & vtilitas postulata vires indubitātē assumat. Proinde monasterio qđ in honorē facti Cassiani est cōsecratū, i quo p̄cesse dinoscitur: iuxta petitionē filiorū nostrorū Dinamij atq; Aureliani qui id religiosa deuotiōe domui sui iuris iūctis vniuersis edificijs cōprobāt, & priuilegia p̄euidim<sup>9</sup> indulgeri. Cōstituētes, vt obeūte antedicti monasterij abbatisse, nō extranea, sed quā cōgregatio sibi de suis elegerit ordinēt, quā tñ si digna hoc ministerio iudicata fuerit, eiusdē loci episcop<sup>9</sup> ordinēt. In rebus aut vel in dispositiōe monasterij eiusdē, nec episcopū, neq; ecclēsiasticorū quēquālibet aliquid habere decernimus potestate: sed hęc ad sollicitudinē tuā curā vel quę post te in eodē loco fuerit abbatisse, statim<sup>9</sup> p̄ oia p̄tinere. Die siquidē natalis vel de

**H**cōueniat solēnia celebrare. A quo tñ ita est hoc officij exolue dū, vt cathedra ei<sup>9</sup> nisi p̄dictis diebus dū illic missarū solēnia celebrat, nō ponat. Quo discedēte similiter etiā cathedra illius de eodē oratorio auferat. Ceteris verō diebus p̄ presbyterū qui ab eodē episcopo fuerit deputat<sup>9</sup>, missarū officia pagant. Præterea erga vitā actūs; ancillarū dei siue abbatisse quę in suprascripto fuerit monasterio cōstitutā: episcopo secundū dei timorē, sollicitudinē statim<sup>9</sup> adhibere, vt si aliquā de illic habitantib<sup>9</sup> exigente culpa oportuerit vltioni submitti: ipse iuxta sacrorū canonū vigorē modis oib<sup>9</sup> debeat vindicare. His ergo à nobis statutis atq; cōcessis, ita te in cōgregatiōis tuę dispositiōe custodiā stude sollicitiorē enixius in oib<sup>9</sup> exhibere, vt iniqui hostis malitia nihil ibi quod maculari possit inueniat. Hęc igit oia quę hui<sup>9</sup> pagina p̄ceptionis amplecti: monasterio tuo i oib<sup>9</sup>, & ab oib<sup>9</sup> in p̄petuū seruari Christo p̄tegente cōsem: quatenus indultorū priuilegiōrū beneficia, in sua semper inuiolabiliter firmitate permaneant.

Mense Nouembri. Indictione. xv.

*Gregorius Fortunato episcopo Fanensi. Scribit sacra uasa pro redēptione captiuorū uenundāda. Caput. CLXXVII.*

**Epi. 13.**

**S**icut reprehēdibile & vltione dignū est sacrata quēquālibet uasa, præterq; in his quę lex & sacri canones p̄cipiunt, uenundare: ita nulla est obiurgatiōe vel vindicta plectēdum: si pietatis causa p̄ captiuorū fuerint redēptiōe distracta. Quia ergo fraternitate vestra indicatē cōperim<sup>9</sup> ad redēptionē captiuorum mutuā se fecisse pecuniā: & eā vñ solueret nō habere: atq; ob hoc cū nostra vos auctoritate sacrata uelle uasa distrahere, in hac re, quia & legū & canonū decreta cōsentiūt, nostrū cōsentium præbere curauim<sup>9</sup>, & in distrahēdis sacratis uasis vobis licentiā indulgem<sup>9</sup>. Sed ne eorū uēditio ad uestrā possit inuidiā p̄tinere: oportet vt in ioānis desētoris nostri p̄sentia vsq; ad quantitātē debiti distrahi, & eorū solui p̄ciū creditorib<sup>9</sup> debeat: quaten<sup>9</sup> dū hæc res huiusmodi fuerit obseruatione completa, nec creditores mutuę pecunię damna sentiant, nec fraternitas vestra inuidiam nunc vel quandoq; sustineat.

*Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De non curandis obrectationibus malorum. Caput. CLXXVIII.*

**Episto. 14.**

**Cā. 11. q. 2. Sed in curā.**

**A**ntiquus humani generis inimicus quibus vos linguarū iaculis, & malorū cordiū insidijs existimauit impetēdos: relatione multorū iam dudū me audisse cognoscite. Sed in eūctis quę in hac uita aduersa p̄ueniūt, sola est, sicut nostis, oipotētis dei districtio p̄sanda, atq; ad cor semp̄ p̄p̄riū recurrēdū: vt null<sup>9</sup> nos ibi lingua implicet, vbi cōsciētia nō accusat. Quę enim cōsciētia defendit, & inter accusationē liber est, & liber vel sine accusatiōe esse nō p̄t, si sola quę interius audit cōsciētia accusat. De uestra igit sanctitate ablit à Christianorū iudicio: vt ea quę maledicorū hominū rumorib<sup>9</sup> cōficta sunt, credam<sup>9</sup> in qualicūq; modulo suspitiōis adduci: quia ex sacri elo-

quij testimonio tenemus, vt maiora mala cūm forsitā dicūt, nisi probata credi nō debeāt: sed pbata citius vlcisci. Nā ipse qui oia creauit, & cūcta quę cōdidit intuet deus, malorū grauiū vltiōe cōmotus ait: Clamor Sodomæ & Gomorræ alcēdit ad me, descēdā vt videā vtrū clamorē quē audiui, opere cōpleuerint, & vlciscar, an nō est ita vt scia<sup>9</sup>? Quō enim descenderet deus, vt quę essent facta cognosceret? Aut quid nō is qui vbiq; est sciret? Sed vt nostrę ignoratię exemplū discretiōis daret, quatenus deberemus mala grauia audita nō credere: ipse se dicit ad cognoscendū descēdere, de quo oib<sup>9</sup> liquet: quia & nō descēdēs oia sciret. Hęc igit dixi, vt nimie esse leuitatis ostēderē, si quis mala grauia credere studeat, quę probari nō possunt. Vñ sanctitas uestra debet mentē suā à maledicorū hominū rumoribus atq; obrectatiōe disūgere: & sola quę æternę vitę sunt, atq; ad vtilitatē subditorū p̄ficiūt, cogitare: quia & ad hoc fortasse antiquus hostis tali cura implicari vos voluit: vt dū fraternitatis uestrę animus erga ea quę sua sunt indefinēter occupat, aliena minus cogitet: & nullū verbi solatiū subditis inferat, atq; p̄uersę agētibus nulla districtiōe cōtradicat. Sic namq; in corporali p̄lio fieri solet: vt is qui in certamine vexillū portat, ipsū hostis vehemētē impetat: quatenus si ipse qui à ceteris attēdit, vulnus accepit, multitudo omnis citius disperla capiat. Hoc igit opinionis illatę vulnus sentire uestra fraternitas nō debet: sed vitā atq; melioratiōe sibi cōmissorū curare: quatenus vlturo iudici bonā possitis & de uestra innocētia, & de subiectorū melioratiōe ponere rationē. Cetera autē quę ad vtilitatē tēporis cōgruūt, per Marianū desētorē uestrū vobis verbo intimāda mandauim<sup>9</sup>. Illū vero episcopū quē à fraternitate tua inuenimus esse depositū: postq; lacri canones, sicut nostis, vltra tres mēses Ecclesiā p̄cipiat nō vacare, si manifestū in eo crimē apparuit, loco eius episcopum studiū uestri sit modis omnibus ordinare: quia diu sine proprio rectorē esse non debet Ecclesia. Mēse Maio. Indictione. xv.

*Gregorius Georgio presbytero & Theodoro diacono Ecclesię Constantinopolitane. Quos dominus, descendens ad inferos, secum assumpsit. Caput. CLXXIX.*

**M**emor bonitatis uestrę atq; charitatis, memetipsum ualde reprehēdo: quod vos ad remeandū citius relaxauim<sup>9</sup> quia semel ac secundo iportunē mihi de relaxatiōe uestra vos insistentes vidi, p̄p̄edi ne graue esset, si uestra apud nos dilectiō moraretur. Postq; verō cognouimus vos propter hyemis tēpus iā lōgo tēpore in itinere remāsisse, fateor citius dimissos esse vos dolui. Si enim iter propositū uestra dilectiō peragere nō valebat, melius fuerat vt apud me morā q̄ extra me faceret. Præterea post discessum uestrū dilectissimis filiis meis diaconibus narrātibus agnouim<sup>9</sup>, quod dilectiō uestra dixisset omnipotentē dñm saluatorē nostrū Iesum Christū ad inferos descēdētē, oēs qui illic cōsisterēt eū deū, saluasse, atq; a p̄enis debitis liberasse. De qua re volo vt fraternitas uestra lōgē alter sentiat. Descēdēs quippe ad inferos, solos per suā gratiā liberauit, qui eū & vlturū esse crediderūt, & p̄cepta eius viuēdo tenuerūt. Cōstat autē quia post incarnationē dñi nullus ex his etiā saluari potest: qui fidē illius tenēt, & vitā fidei non habent: quia scriptū est: Cōsistēt se nosse deū, factis autē negāt, & ioānes ait: Qui dicit quia nouit eū, & mādātā eius nō cūttodit, mēdax est. Iacobus quoq; frater dñi scribit dicens: Fides sine operibus mortua est. Si ergo fideles nūc sine operibus bonis nō saluātur: & infideles ac reprobi sine bonā dētiōe dñi ad inferos descēdētē saluati sunt, melior illorū fors fuit, qui incarnationē dñi minimē viderūt, q̄ horū qui post incarnationē eius mysteriū nati sunt. Quod quāte fatuitatis sit dicere vel sentire, ipse dñs testatur discipulis dicens: Multi reges & p̄phetę voluerūt videre quę vos videtis, & nō viderūt. Sed ne dilectiōe uestrā in mea disputatiōe immerer: quid de hac hæresi Philaster in libro quē de hæresib<sup>9</sup> scripsit dixerit cognoscat. Cui<sup>9</sup> hęc uerba sunt: Sūt heretici q̄ dicūt dñm in infernū descēdisse, & oib<sup>9</sup> post mortē etiā ibidē se nūciasse, vt cōsistētes ibidē saluarent: cū hoc sit cōtrariū dicētī, p̄phetę David: in inferno aut q̄s cōsistētib<sup>9</sup> tibi? Et Apost. Quotquot sine lege peccauerūt, sine lege p̄bit. Cui<sup>9</sup> uerbis beūs quoq; Ang. i eo lib. cōcordat, quē de hæresib<sup>9</sup> scripsit. Hęc itaq; oia p̄tractātes, nihil aliud teneatis, nisi qđ uera fides p̄ catholicā Ecclesiā docet: quę descēdēs ad inferos dñs illos solummodo ab inferni claustris eripuit, quos

Gene. 18.

L

Epi. 15.

M

ad Timo. 1.


1. Io. 3. 2.

Iacob. 4.

Mat. 13.

Psal. 6.

Roma. 2.



Ioan. 12.

A quos viuentes in carne p sua gratia in fide & bona operatioe seruant. Quod est per Euageliu dicit: Cum exaltatus fuero a terra, oia traha ad meipsum: oia videlicet electa: na trahi ad deu post morte no potuit, qui se a deo male viuendo separauit. Omnipotes deus sua vos protectioe custodiat, vt vbicunq; estis, & in anima & in corpore gratiae eius auxiliu sentiat.

Gregorius Agnello episcopo Terracines. De obitu Becandae, & uisitatione Ecclesiae eius. Cap. CLXXX.

Epi. 16.

Obitum Becandae antistitis directa relatio patefecit: quapropter uisitationis Ecclesiae destitutum fraternitati tuae operam solenniter delegamus, quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reddito vel ornatu ministerijsq; vel quicquid est in patrimonio eiusdem, a quoquam praesumatur, Ecclesiam monere festinet, vt remoto studio, vno eodemq; consensu talem sibi praeficiendum expetant sacerdotem, qui tanto ministerio dignus valeat reperiri: & a uenerandis canonibus nullatenus respuatur, qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati: & dilectionis tuae testimonio literaru ad nos sacrandus oc curat: commonetes etia fraternitate tua, vt nullu de altera eligi per mittatis Ecclesiam: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua uisitationis impedis officiu: nullus ad episcopatu dignus, quod euenire no credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia ne ad hoc cuiuslibet couersationis seu meriti laice personae aspi rare praesumatur: & tu periculū ordinis tui, qd absit, incurras.

B Gregorius Sabiniano episcopo Iadrentinen. De non communicando Maximo praearicatori. Ca. CLXXXI.

Epi. 17.

S I dispensationis Ecclesiasticae regulam, & antiquae consuetudinis ordinem, sollicita studium praesumptionis culpa surreperet, nec alij occasione tui peccati discrimen incurrerent. Itaque cognouisse te non est ambiguum: quia ad nos quaedam de Maximo peruenissent, quae sacerdotij prouectum non leuiter impedirent, nostrum in eius persona non fuisse consensum, nec prius eum voluisse ad hoc quod nitebatur accedere, quam digna de his quae dicta erant satisfactio prouideret. Quod cum seruare & tu omnimodo debuisses, actum magis est vt antedictus Maximus caecae mentis auuiditate episcopatum arripiens, ad suam te incaute uoluntatem, contra nostrum uetum inclinaret. Sed ne vel tunc irrequisita, quae ad nos perlata fuerant, permanerent: nostris vt huc ueniret epistolis est accersitus. Quem etiam prauo studio differentem, curae nobis fuit sub interdictione communionis iteratis epistolis admonere, vt ad nos pro sui purificatione uenire, excusatione postposita, properaret: sed elegit excommunicationi succumbere: quam obedientiam exhibere. Vnde contigit vt peruersa ipsius mentis prauitas in sua alios secum, quod dici nehas est, perditionem conuolueret. C Nunc autem quia ab eis te nequitia cognouimus dissensit, demique vt nec ei communices, nec nominis ipsius facias inter sacra missarum solennia mentionem: vt animae tuae vel sero te ab eo discordasse proficiat, scriptis te praesentibus adhortamur, quatenus ad nos mora submota uenire non differas: sed & alios tecum, quos tamen potueris, episcopos, ceterosque religiosos festines adducere, vt causa subtilius examinata: & uestra, si res exegerit, congrue, decenterq; debeat absolutio prouenire: & hi qui in peccato eiusdem temeritatis collapsi sunt: ad uiam salutis auxiliante beato Petro Apostolorum principe dispositione deo placita reuocentur. Sciat autem quisquis ad nos episcopus vel religiosus uenerit, nullum se praedictum vel iniuriam sustinere: sed ita interius cognita ueritate, quae redemptori nostro placuerit ordinari: quatenus ex ipsa nostra dispositione domino suffragate cunctis appareat, non nos proprio odio contra aliquem, sed dei zelo & Ecclesiasticae ordinis libramine commoueri.

Gregorius Martino diacono & abbati. De absolutione eius. Caput. CLXXXII

Epi. 18.

Sicut ueraciter aduersus religiosos dicta crimina digna sunt ultione plectenda: ita ab illicitis sunt nihilominus absoluedi, quando nullus eos culpe reatus adstringit. Quia igitur aliqua nobis de te fuerant nunciata, quae officij tui propositum non leuiter macularent: curae nobis

fuit ea diu ac subtili inuestigatione perquirere. Et quoniam D nil quod tibi noceret inuenimus: ne qua de his quae dicta fuerant, suspitio remaneret, ad plenissimam te satisfactio nem si ab eis insons extiteris: ad sacratissimum corpus beati Petri Apostolorum principis districta fecimus sacramenta praebere. Et ideo postquam nobis, vt oportuit, satisfactum est: dilectionem tuam prauidimus modis omnibus absoluedam, atque ad tuam te Ecclesiam: in eo uidelicet quo fuisti loco & ordine per oia statuimus remeare, & nullam te a quo qua sustinere: ad inuentionem de his quae ad nos perlata fuerat sustinere: admonetes vt ita te de caetero cautu sollicituq; debeas exhibere, quatenus & officio tuo moribus & actione respondeas: & omnis contra te penitus aduersio opinio nis dicendi subtrahatur occasio. Mense Maio. Indictione. xv.

Gregorius Cypriano diacono. De conuentu episcoporum, & consolatione Libertini. Cap. CLXXXIII.

Epi. 19.

N Ouit dilectio tua hanc olim consuetudinem tenuisse, vt fratres & coepiscopi nostri Romam semel in triennio de Sicilia conuenirent: sed nos eorum labori consulentes, constituisse: vt suam huc semel in quinque nio praesentiam exhiberent. Et quia iam diu est quod huc minime conuenerunt, eos hortari te uolumus: vt natalem sancti Petri hic deo perducente nobiscum debeant celebrare. Sed ne forte praetori aliqua possit nasci suspitio, si eos huc admonitos uenire cognouerit: uoluntatem nostram intelligens, ita hoc ex te facere stude, vt & ipsi, sicut praediximus, ad diem constitutum huc ueniant: & nulla de eis praetori possit esse suspitio. Liparitanum uero & Regitanum episcopos vt huc ueniant, pariter commonebis. Circa Libertinum uero uirum magnanimo esto sollicitus: ut nullus illum dolus decipiat: quia aliqua nobis de Raucennari urbe scripta sunt, ipsamque ad te epistola misimus: ut ex ea qualiter te erga eum debeas exhibere, possis addiscere. Consolare autem eum, vt se non affligat: quia credimus quod nos dilectissimus atq; excellentissimus filius noster ex archus non contristet. Nam de persona ipsius scribere non distulimus. Sed quia in Pado idem ex archus occupatus est, minime scripta eius suscepimus.

Gregorius Fortunato episcopo & Anthemio defensori. De desponsata conuersa. Cap. CLXXXIII.

Epi. 20.

C Atellus praesentium lator nobis innotuit, fororem suam quae Stephano cuidam fuerat desponsata, diuina propiciationis instinctu, Neapoli in monasterio esse conuersam: atque eundem Stephanum domum & res eius aliquas indebitè detinere. Et quia decreta legalia desponsatam si conuerti uoluerit, nullo omnino censuerit damno mulctare: fraternitas tua una cum Anthemio subdiacono ueritatem diligenti curiositate studeat perferutari. Et si ut edocti sumus, domum uel quid aliud superscriptum Stephanum iniuste tenere cognoscitis, eum adhortatio uestra instanter adhortatione: ut quae indebitè detinet, sine aliqua mora uel alteratione restituat, ne rerum alienaru restitutionem sub qualibet excusationis specie differat. Quem si adhortatione uestra negligere fortasse cognoscitis: nobis tam hoc quam etia qualiter se cause ueritas habeat, subtiliter indicate: quatenus cognito negocij merito, alter cogatur, aequitate suadente, restituere, quod facere propria sponte honestatis consideratione contemnit. Latorem uero praesentium fraternitati tuae commendantes hortamur ut eum illic moras pati hac pro causa diutius non permittas.

Gregorius Candido presbytero Gallie. De redemptione captiuorum a iudeis detentorum. Cap. CLXXXV.

Epi. 21.

D Omnicus praesentium portitor lachrymabiliter nobis innotuit quatuor fratres suos de captiuitate a Iudeis redemptos esse: atq; eos nunc Narbonae in eorundem Iudeorum seruitio detineri. Et quia omnino graue execrandumq; est Christianos esse in seruitio Iudeoru, dilectionem tuam scriptis praesentibus adhortamur: ut cum omni subtilitate & sollicitudine studeat perferutari. Et si reuera ita est, atq; manifesta tibi ueritate constiterit: quia nec ipsi uide de redimere, nec superscriptus portitor habet, eos studij tui sit redimere: sciens quia quicquid in eis dederis, tuis sine dubio rationibus imputabitur.

Mense Ianuario. Indictione. xv. BB ij Gre

G Gregorius Gregoriae cubiculariae Augusta. De eo quod scriptum est: Dimissa sunt ei peccata multa, aliisq; testimoniis multis. De misericordia dei.

Caput. CLXXXVI.

Episto. 22.

**D**esiderata dulcedinis vestrae scripta suscepi: in quibus vos omnino de peccatorum multitudine studiis accusare: sed scio quia omnipotentem dominum feruenter diligitis, atque in eius misericordia confido quia illa de vobis sententia ex ore veritatis procedit: quae de quadam sancta muliere dicta est: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quomodo autem fuerint dimissa, in hoc etiam monstratum est, quod postmodum est sequutum: quia ad pedes domini sedebat, & verbum ex ore illius audiebat. In contemplatiua enim vita suspensa, iam actiuam transcenderat: quam adhuc Martha illius soror tenebat. Sepulchrum quoque dominum requisitum, studiosè ad monumentum inclinata corpus illius non inuenit. Sed etiam recedentibus discipulis ipsa ante ianuam monumenti plorans perstitit: & quem mortuum quae rebat, viuente videre meruit: & quia resurrexisset dominus, discipulis nunciauit. Et hoc mira dispensatione pietatis dei fuit, vt ex ore mulieris nunciaretur vita: quia ex ore mulieris mors fuerat in paradiso propinata. Quae alio quoque tempore cum Maria altera dominum post resurrectionem vidit, & accedens pedes eius tenuit. Duc rogo ante oculos, quae manus, cuius tenuerunt pedes: illa mulier quae fuerat in ciuitate peccatrix, illae manus quae fuerant iniquitate pollutae, illius tetigerunt pedes, qui ad patris dexteram super angelorum verticem sedet. Pensamus si possumus quae sint ista supernae pietatis viscera: vt mulier quae in profundo voraginis fuerat demersa per culpam, ex amoris penna sic in altum leuaretur per gratiam. Impletum est dulcissima filia, impletum quod de hoc sanctae Ecclesiae tempore prophetica nobis voce promissum est: Et in die illo erit domus David fons patens in ablutionem peccatoris & menstruata. Domus enim David vobis peccatoribus fons patens in ablutionem est: quia ab iniquitatum nostrarum sordibus per David filium saluatorem nostrum aperta iam misericordia lauamur. Quod verò dulcedo tua in suis epistolis subiunxit: importunam se mihi existere, quoad usque scribam mihi esse reuelatum quia peccata tua dimissa sunt: rem & difficilem etiam & inutilem postulasti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat. Inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quae dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare. Certe Paulus Apostolus iam ad tertium caelum ascenderat: in paradysum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quae homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidans dicebat: Castigo corpus meum, & seruituti subiicio: ne forte aliis predicans, ipse reprobus efficiat. Adhuc timet qui iam ad caelum ducitur: & iam timere non vult qui adhuc in terra conuersatur: Perpende dulcissima filia quia mater negligentiae solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris. Scriptum est enim: Beatus vir qui semper est pavidus. Et rursus scriptum est: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. In paucis ergo huius vitae tempore mentem vestram necesse est vt tremor teneat: quatenus per securitatis gaudium sine fine postmodum exultet. Omnipotens deus sancti Spiritus sui gratia mentem vestram repleat: & post fletus quos quotidie in oratione funditis, ad gaudia vos aeterna perducatur.

Luca. 7.

Mat. 28.

Luca. 24.

Zacha. 13.

Mulieris stulta petiit.

2. Cori. 12.

1. Corint. 9.

Prover. 28

Psal. 2.

Episto. 23.

Exod. 15.

**H** fuerant iniquitate pollutae, illius tetigerunt pedes, qui ad patris dexteram super angelorum verticem sedet. Pensamus si possumus quae sint ista supernae pietatis viscera: vt mulier quae in profundo voraginis fuerat demersa per culpam, ex amoris penna sic in altum leuaretur per gratiam. Impletum est dulcissima filia, impletum quod de hoc sanctae Ecclesiae tempore prophetica nobis voce promissum est: Et in die illo erit domus David fons patens in ablutionem peccatoris & menstruata. Domus enim David vobis peccatoribus fons patens in ablutionem est: quia ab iniquitatum nostrarum sordibus per David filium saluatorem nostrum aperta iam misericordia lauamur. Quod verò dulcedo tua in suis epistolis subiunxit: importunam se mihi existere, quoad usque scribam mihi esse reuelatum quia peccata tua dimissa sunt: rem & difficilem etiam & inutilem postulasti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat. Inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quae dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare. Certe Paulus Apostolus iam ad tertium caelum ascenderat: in paradysum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quae homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidans dicebat: Castigo corpus meum, & seruituti subiicio: ne forte aliis predicans, ipse reprobus efficiat. Adhuc timet qui iam ad caelum ducitur: & iam timere non vult qui adhuc in terra conuersatur: Perpende dulcissima filia quia mater negligentiae solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris. Scriptum est enim: Beatus vir qui semper est pavidus. Et rursus scriptum est: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. In paucis ergo huius vitae tempore mentem vestram necesse est vt tremor teneat: quatenus per securitatis gaudium sine fine postmodum exultet. Omnipotens deus sancti Spiritus sui gratia mentem vestram repleat: & post fletus quos quotidie in oratione funditis, ad gaudia vos aeterna perducatur.


Gregorius Theotisto pariter & Andrea. De duobus generibus compunctionis. Necnon gratias agit de pecunia in redemptionem captiuorum collata. Et de miraculo per clauem sancti Petri transpositam facto.

Caput. CLXXXVII.

**Q**uod in tanto tumultu causarum vestra excellenti apostolice: sacri verbi libertate plena est, atque ad aeterna incessanter gaudia suspirat: magnas omnipotentis deo gratias ago: quia hoc in vobis impletum video, quod de dilectis patribus scriptum est: Filij autem Israel ambula-

uerunt per siccum per medium mare: at contra: Ego veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Vos verò ad re promissionis patriam inter vndas causarum secularium sicis, vt video, gressibus ambulatis. Agamus ergo gratias spiritui qui corda quae implet leuat: qui inter tumultus hominum, solitudinem in mente facit. In cuius praesentia nullus locus compunctae animae est secretus. Aeternae enim suauitatis odorem trahitis, atque ideo sponsum animae ardentè amatis, ita vt cum caelesti sponsa ei dicere possitis: Trahe me post te: in odorem vnguentorum tuorum currimus. In epistolis autem excellentiae vestrae hoc minus reperi: quia mihi de serenissima domina indicare noluit, quae studiose legat, vel in lectione qualiter compungatur. Prodesse quidem ei multum debet vestra praesentia: vt inter causarum fluctus quas assidue paritur, ex quibus velit nolit foras trahitur, semper ad amorem caelestis patriae interius reuocetur: & hoc quoque inuestigare debetis, quoties ei pro sua anima lachrymae dantur: vitrum adhuc ex timore, an iam ex amore compungatur. Duo quippe sunt compunctionis genera, sicut scitis. Vnum quod aeternas poenas metuit, aliud quod caelestibus praemiis suspirat: quia deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. Ante enim semetipsam in lachrymis afficit: quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti supplicia aeterna pertimescit. At verò cum longa moeroris anxietate fuerit formido consumpta, quaedam iam de praesumptione veniae securitas nascitur: & in amore caelestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat antequam duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissime incipit quia differtur à regno. Contemplatur etenim mens qui sunt illi angelorum chori, quae ipsa societas beatorum spirituum, quae visio internae charitatis dei: & amplius plangit quia à bonis perennibus deest, quam flebat prius cum mala aeterna metuebat: sicque sit vt perfecta compunctio formidinis trahat animam ad compunctionem dilectionis. Quod bene in sacra veteraque historia figurata narratione describitur, quae ait. Axa filia Caleph sedens super Asinam suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram Australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Et dedit ei pater suus irriguum inferius, & irriguum superius. Axa quidem super asinam sedet, cum irrationabilibus carnis suae motibus anima praesidet. Quae suspirans à patre terram irriguam petit: quia à creatore nostro cum magno desiderio quaerenda est lachrymarum gratia. Sunt namque nonnulli qui iam in dono percipiunt liberè pro lititia loqui, oppressos tueri, indigentibus propria tribuere, ardorem fidei habere: sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram Australem & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent. In bonis enim operibus positi, in quibus magni atque feruentes sunt: optant valde vt aut timore supplicij, aut amore regni caelestis peccata sine quibus viuere non possunt, quotidie plorent. Sed quia, vt dixi, duo sunt compunctionis genera: dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima, cum se in lachrymis regni caelestis desiderio affigit. Irriguum vero inferius accipit, cum inferni supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, & post irriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris magna dignitate praeminet: necesse fuit vt prius irriguum superius, & post irriguum inferius diceretur. Vos ergo quae operante omnipotente domino vitae compunctionis genera experimento nostis: quantum per verba serenissimae dominae vestrae prodesitis, quotidie sollicitè perscrutari debetis. Peto autem vt paruulos dominos quos nutritis, praecipue moribus instruere curetis: & gloriosos emuchos qui eis deputati sunt admonete: vt ea illis loqui debeant, quae eorum mentes in charitate circa se inuicem, & erga subiectos in mansuetudine compungant: ne si quid odij modo inter se conceperint, in aperto postea erumpat. Verba siquidem nutrientium aut lac erunt si bona sunt, aut venenum si mala. Talia ergo nunc eis suggerant, quae postmodum ostendant quam bona fuerint, quae à nutritorum suorum ore suxerunt. Praeterea triginta auri libras dilectus filius meus Sabinianus diaconus ab excellentia vestra transmissas in redem-





**A** in redemptionem captiuorum dandas, atque pauperibus erogandas detulit, de quibus vobis gaudeo, sed mihi pertimesco: quia apud tremendum iudicem non solum de sancti Petri Apostolorum principis substantia, sed etiam de vestris rebus rationem redditurus vado. Vobis autem omnipotens deus, quo ceteris caelestia, pro temporalibus aeterna restituit. Indico vero quia ex Crotonensi ciuitate quae super Adriaticum mare in terra Italiae posita, transacto anno a Longobardis capta est: multi viri ac multae mulieres nobiles in praedam ductae sunt, & filij a parentibus, parentes a filiis, & coniuges a coniugibus diuisi, ex quibus aliqui iam redempti sunt. Sed quia grauius precia eis indicunt, multi apud nephan dissimos Longobardos haecenus remanserunt. Mox autem medietatem pecuniae quam transmisistis, in eorum redemptionem transmisisti. De medietate vero ancillis dei quas vos Graeca lingua monasticas dicitis, lectisteruia emere disposui: quia in lectis suis graui nuditate in huius hyemis vehementissimo frigore laborabat, quae in hac vrbe multae sunt. Nam iuxta notitiam qua dispensantur, tria milia reperiuntur. Et quidem de sancti Petri Apostolorum principis rebus, octoginta annuas libras accipiunt. Sed ad tantam multitudinem ista quid sunt? maximè in hac vrbe, vbi omnia grauius precio emuntur. Harum vero vita talis est, atque intantum lachrymis & abstinentia districta: vt credamus quia si ipse non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Longobardorum gladios potuisset. Praeterea benedictionem sancti Petri Apostoli clauem a sacratissimo eius corpore transmisisti, de qua videlicet clauis hoc est gestum quod narro miraculum. Dum eam quidam Longobardorum ciuitatem ingressus in transpadanis partibus inuenisset: quia sancti Petri clauis esset despiciens, sed pro eo quod eam auream vidit, facere sibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum vt eam incidere: Qui mox cultellum cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per spiritum, sibi in gutture dehixit, eademque hora defunctus est. Et dum illic rex Longobardorum Antharith atque alij multi eius homines adessent: & is qui se percusserat, seorsum mortuus, clauis vero haec seorsum faceret in terra: factus est omnibus vehementissimus timor: vt eandem clauem de terra leuare nullus praesumeret. Tunc quidam Longobardus catholicus, qui sciebatur orationi & eleemosynis deditus, Minulfus nomine, vocatus est, atque ipse hanc leuauit de terra. Antharith vero pro eodem miraculo aliam clauem auream fecit, atque cum ea pariter ad sanctae memoriae decessorem meum transmisit: indicans quale per eam miraculum contigisset. Ipsam ergo vestrae excellentiae transmittere studui, per quam omnipotens deus superbientem & perfidum hominem peremit, vt per eam vos qui eum timetis & diligitis, & praesentem salutem & aeternam habere valeatis.

*Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. De Cyriaco episcopo & prophano vocabulo.*

*Caput. CLXXXVIII.*

**E**pis. 24. **D**esideratam suauissimae vestrae sanctitatis epistolam communi filio meo Sabiniano diacono deferente suscepimus, in qua non linguae sed animae verba profuebant. Et non mirum si bene loquitur qui perfecte viuit. Quia enim per magistrum spiritum in schola cordis per praecipua vitae didicimus terrena cuncta despiciere, ad caelestem patriam festinare: quantum vos in bono profecistis, tantum bona etiam de aliis sentitis. Dum vero in scriptis vestrae beatitudinis multa de me dici laudabilia audirem, intellexi studium: quia commemorare voluistis non quid sum, sed quid esse debeam. Illud vero quod me dicitis morum meorum debere reminisci, & maligno spiritui querenti aias cribrare, pro nulla causa locum dare: ego quidem malis semper me moribus recolo, atque eosdem in me mores si possum vincere ac deletere festino summopere. Si tamen, vt vos creditis, aliquid boni habui, in omnipotentis dei adiutorio confido, quia oblitus non sum. Sed sanctitas vestra, vt video, in praemissis verbis dulcedinis, & subsequenti hoc verbo epistolam suam apertissime similem voluit, quae mel simul & aculeum portat: vt me & melle fatiaret, & aculeo pungeret. Sed inter haec ego ad meditantam Solomonis vocem redeo: quia meliora sunt vul-

nera diligentis, quam inimici blandientis oscula. Quod vero dicitis pro nulla causa dare nos locum scandalo debere: haec mihi & piissimus dominus filius vester, pro cuius vita incessanter orandum est, iam saepius scripsit: & quod ille ex potestate, scio quia hoc vos ex amore dicitis. Nec miratus sum vos in vestris epistolis imperialia verba posuisse: quia habent inter se maximam cognationem amor & potestas. Nam vtraque principaliter praesumunt, vtraque per auctoritatem semper loquuntur. Et quidem in suscipienda fraternitas & confacerdotis nostri Cyriaci synodica epistola dignum non fuit vt pro causa prophani vocabuli moras facerem, ne vnitatem sanctae Ecclesiae perturbarem: sed tamen de eodem superstitioso & superbo vocabulo eum admonere studui, dicens quia pacem nobiscum habere non posset, nisi elationem praedicti verbi corrigeret: quam primus apostata inuenit. Vos tamen eandem causam nullam esse dicere non debetis: quia si hanc aequanimiter portamus, vniuersae ecclesiae fidem corrumpimus. Scitis enim quanti non solum haeretici, sed etiam haesiarchae de Constantinopolitana Ecclesia sunt egressi. Et vt de honoris vestri iniuria taceam, si vnus episcopus vocatur vniuersalis, vniuersa Ecclesia corruit, si vnus vniuersus cadit. Sed absit haec stultitia, absit haec leuitas ab auribus meis. In omnipotente autem domino confido: quia quod promisit, citius impleturus est: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Haec occupatus in multis, ad epistolarum vestrarum dicta in breuitate respondi: nam quae modo loqui per scripta non debeo, in animo signata manent. E Peto vt me beatitudo vestra in suis sanctis orationibus semper ad memoriam reducat: quatenus a malis me temporalibus & aeternis vestrae intercessionibus eripiant. Pro serenissimo autem domino imperatore studiosè & seruenter orate: quia valde est eius vita mundo necessaria. Cesso autem amplius dicere, quia & vos non dubito scire.

*Gregorius Theodoro medico Constantinopolitano. De largitate eleemosynarum eius.*

*Caput. CLXXXIX.*

**D**ilectissimus filius meus Sabinianus diaconus ad me reuersus, nulla gloriae vestrae scripta detulit: sed ea quae transmissa sunt, captiuis & pauperibus deportauit. vnde & intellexi causam, ideo enim homini loqui per epistolas noluitis: quia omnipotenti deo verbum in bona operatione feceratis. Habet enim vestra operatio vocem propriam: quae ad aures dei secreta clamat: sicut scriptum est, Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & haec pro te orabit. Et quidem mihi (fateor) triuste est aliena expendere: & super eas quas de substantia Ecclesiastica habeo: adhuc etiam de rebus sanctissimi filij domni Theodori rationes ponere. Vestrae tamen benignitati congaudeo: quia sollicitè attenditis atque custoditis hoc quod veritas dicit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et hoc quod scriptum est: sicut aqua extinguit ignem: sic eleemosyna extinguit peccatum. Paulus quoque Apostolus ait, Vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundantia vestrae sit inopiae supplementum. Tobias filium admonet dicens, Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem parum, etiam de exiguo libenter impartite. Vos itaque haec omnia praecipua seruatis: sed pro nobis vt oretis petimus, ne laborum nostrorum fructus indiscretè & non sicut necesse est dispensemus: ne vnde vos peccata minuitis, nos inde enmulemus. Omnipotens autem deus sua vos protectione custodiat: sicque vobis in tereno palatio humanam gratiam tribuat: vt post longa vos tempora ad caelestis palatii gaudia aeterna perducatur. Benedictionem vero sancti Petri apostolorum principis quem multum diligitis, clauem a sacratissimo eius corpore vobis transmisimus: in qua ferrum de catenis eius clausum est: vt quod illius collum ligauit ad martyrium, vestrum ab omnibus peccatis soluat.

*Gregorius Andreae. De contemnendo hoc seculo.*

*Caput. CXC.*

**M**agnitudinis vestrae scripta suscipiens, cognita salute vestra gauisus sum: & de benignitate piissimè dñae: quae erga vos suam gratiam ostendere dignata est: val-

*Luc. 14. 18.*

*E*

*Epi. 25.*

*Ecc. 29.*

*F*

*Luc. 11.*

*Ecc. 3.*

*2. Corin. 8.*

*Tob. 4.*

*Epi. 26.*

*BB iij est: val-*

**G** est: valde letatus. Et quod domina Cōstantia clarissima puella prius quam nuptias faceret: ab huius mundi illecebris est erepta, vehementer exulto. Illud autem quod vos in militiam sponsum eius intrasse dixistis: & quod serenissimo domino imperatori commendari voluistis: vt vobis aliqua iniungat: vbi vos vtilis esse existimat: mentem meam nō modico mōrore tetigit: quia ego bonitatem morū vestrorū ad aliud tēdere semper existimaui. Multos autē noui qui in seruitio reipublice positi vehementer affliguntur: quia eis non licet vacare & peccata sua plangere: & vos quare nescio occupari desideratis. Cur enim magnifice fili non consideras: quia mūdus in fine est? Omnia vrgentur quotidie, ad reddendas rationes aeterno & tremēdo iudici, ducimur. Quid ergo aliud nisi de aduētū illius cogitare debemus? Vita enim nostra nauiganti est similis: is naque qui nauigat, stat, sedet, iacet, vadit: quia impulsu nauis ducitur. Ita ergo & nos sumus, qui siue vigilātes, siue dormiētes, siue tacentes, siue loquētes, siue ambulātes, siue volētes, siue nolētes, per momēta tēporū quotidie ad finem tendimus. Cum igitur finis nostri dies aduenit, vbi nobis erit omne quod modo cum tanta cura quaeritur, & cum sollicitudine cōgregatur? Non ergo honor, non diuitiae quaerendae sunt, quae dimittuntur. Sed si bona quaerimus: illa diligamus, quae sine fine habebimus. Si autē mala pertimescimus, illa timeamus quae a reprobis sine fine tolerantur. Hoc ipsum vero esse in obsequio piissimi principis, quanta est mentis occupatio in appetitu terrena gratiae: & quantus est timor ne haec eadem gratia perdat si adepta fuerit? Perpēde ergo quae poena sit, aut prosperitatis desiderio fatigari, aut aduersitatis timore pauescere. Vnde magis suadeo vt magnitudo vestra in suo proposito quondam, in pauco tempore delectabili receptaculo peregrinationis viuere studeat: & quietam ac tranquillam vitam ducere, sacris lectionibus vacare, caelestia verba meditari, in aeternitatis amore se accendere, de terrenis rebus secundum vires bona opera agere, & regnum perpetuum in eorum remuneratione sperare. Sic autem viuere, iam in aeternitatis vita partem habere est. Haec magnifice fili loquor, quia multum te diligo. Et quia in procellas & fluctus cordis tendis, verborum meorum funibus te ad littus reuoco: & si trahentem sequi volueris, quae pericula euaseris, quae gaudia inueneris, in ipso quietis tuae littore positus agnosces. Praeterea gratias ago, quia me de duabus personis quae cum glorioso Gallitio venerūt, cautum reddere studuistis, quauis personae eius quam prius magnitudo vestra nominauit, iam in malis non modicum experimentum tenemus. Sed quia mala sunt tempora, omnia cum gemitu portamus. Omnipotēs autem deus sua vos protectione custodiat: detque vobis & hic bene agere: & apud se in perpetuum in aeterna vita gaudere.

**I** Gregorius Narse religioso. De persecutione non timenda: & salute plurimorum amicorum.

Caput. CXCI.

Epi. 27.

**C**um Romanum defensorem ad urbem regiam mitterem, diu scripta vestra requisivi: sed inueniri minime potuerunt: postmodum verò inter multas aliorum epistolas sunt inuenta: in quibus mihi dulcedo vestrae suas afflictiones & tribulationes spiritus indicat: & aduersitates malorum hominum manifestat. Sed rogo in his omnibus reuoca ad mentem hoc quod credo quia nunquam obliuisceris, Quia omnes qui volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Qua in re ego fidenter dico: quia minus pie uiuis, si minus persecutionem pertuleris. Idem quoque doctor gentium quid aliud discipulis dicat audiamus: Ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed ante passi & contumelias affecti. Ecce dulcissime fili, praedicator sanctus ingressum suum vacuum fuisse perhibuit, si contumelias non pertulisset, & tua charitas dici bona uult, sed mala perpeti recusat. Vnde necesse est vt inter aduersa se strictius accingat: vt desiderium ad amorem dei atque studium bonae operationis ipsa plus aduersitas augeat. Sic semina messium gelu cooperta fertilius germinant. Sic ignis flatu premitur vt crescat. Scio quidem quia ex totularum linguarum sermonibus peruersis tempestatem vali-

2. Timo. 3.

1. Thes. 2.

dam pateris: in mente contradictionum fluctus sustines. Sed redeat ad animum quod per Psalmistam dominus dicit: Exaudiui te in abscondito tempestatibus: probaui te ad aquas contradictionis. Si enim inter contradicentes ea quae dei sunt egeris, tunc verus operator probaris. Dulcissima autem vestra charitas mihi scripsit, vt monasteriis quae per orationes & magisterium vestrum a filio nostro domino Paulo instituta sunt, aliquid admonendo scriberem. Sed si dei sunt vasa, scio quia per compunctionis gratiam fontem sapientiae intus habent: & mea siccitatis guttas paruulas suscipere non debent. Perfecta verò vestra sapientia recolit, quia in paradiso pluuia non fuit: sed fons ascendebat de medio paradisi, qui irrigaret faciem terrae. Ille ergo animae quae per compunctionis gratiam fontem in semetipsis habent, de aliena lingua pluuiam necessariam non habent. Per scripta autem vestra mihi transitum domnae Esichiae nunciastis, & magna exultatione gauisus sum: quia illa bona anima sceleriter ad suam patriam peruenit: quae in patria laborabat aliena. Gloriosas autem filias meas domnam Dominicam, & domnam Eudochiam mea vice salutate. Sed quia praedictam domnam Dominicam iam diu est quod audio praepositam factam: hoc circa eam vestra charitas vigilet, vt quia iam seruire in labore terreni palatii non compellitur, omnes mundi huius strepitus perfecte fugiat, totam se deo confectat, nihil de se extra se relinquat. Sed & quantas uolet animas in creatoris sui seruitium colligat: vt earum mentes per verbum eius gratiam compunctionis accipiant: & tanto celerius ipsa ab omnibus peccatis suis absoluta sit, quanto per eius vitam & linguam etiam aliarum animarum peccatorum suorum nexibus eruperint. Quia autem nemo hominum in hoc mundo sine peccato est: (& quid est aliud peccare nisi a deo fugere?) fiducialiter dico etiam eandem filiam meam peccata aliqua habere. Vt ergo dominae suae, id est aeternae sapientiae perfecte satisficiat: quae sola fugit, cum multis redeat. Auerisionis enim suae culpa nulli imputabitur, quae reuertens lucrum reportat. Dominum autem Alexandrum & dominum Theodorum mea per vos peto vice salutari. Quod verò scribitis, vt excellentissimae filiae meae domnae Gurdiae: & sanctissimae filiae eius domnae Theotistae: & magnificis earum hominibus domino Marino & domino Chritodoro scribere debeam: eosque aliquid de anima sua admonere, bene scit dulcissima vestra magnitudo, quia hodie in Constantinopolitana ciuitate: qui de Latino in Graecum dictata bene transferant, non sunt. Dum enim verba custodiunt, & lenius minime attendunt: nec verba intelligi faciunt, & lenius frangunt. Pro qua re praedictae filiae meae domnae Gurdiae breuiter scripsi, nam ceteris tacui. Duas autem camillas, & quatuor oraria vobis transmissi: quae praedictis uiris ex benedictione sancti Petri peto humiliter offerri. Praeterea quidam moriens uuum mihi puerulum dimisit: de cuius anima cogitans, cum dulcedini vestrae transmissi: vt in eius uiuat in hac terra seruitio, per quem ad libertatem caeli valeat peruenire. Dilectissimum autem filium meum Anatholium diaconem, quem ad faciendam responsam Ecclesiae in urbem regiam transmissi: peto vt frequenter dulcissima vestra charitas uisitet, vt post labores quos in causis secularibus patitur, in verbo dei uobiscum requiem inueniat, & quasi quodam candido linteo eiusdem laboris terreni sudorem detergat. Quem personis omnibus: quae uobis notae sunt commendate: quamuis scio quia si perfecte cognoscitur, commendatione non eget. Vos autem quantum sanctum Petrum Apostolum, quantum me diligitis, in ipso modo monstrate. Omnipotens autem deus dulcissimam mihi charitatem uestram ab interioribus hostibus exterioribusque custodiat, & quando ei placuerit, ad caelestia uos reuocet.

Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano.

De submouendo prophano uocabulo.

Caput. CXCH.

**S**cripta beatitudinis uestrae suscepimus, quae nobis non lingua: sed anime uerba loquebatur. Aperiebant etenim uentem, quae tamen mihi clausa non erat: quia per memetipsum

Epi. 28.

**A** memetipsum suauitatis ipsius experimentum tenebam. Vnde omnipotenti deo incessanter gratias refero, quia si erga nos in corde nostro virtutū mater charitas permanet: bonorum operum ramos nunquam amittitis, quia ipsam bonitatis radicem tenetis. Oportet ergo vt mihi atque omnibus fratribus vestris eius charitatis pulchritudinem in hoc primū opere monstratis, vt verbum superbiæ, per quod graue scandalum in Ecclesijs generatur, auferre festinetis: hoc modis omnibus implentes, quod scriptum est: Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et rursus, Nullam occasionē dare aduersario maledicti gratia. Tunc enim ostensa charitas vera est, si per typum superbiæ inter nos schisma nō fuerit. Ego enim Iesum testem inuoco in anima mea: quia à summo vsque ad vltimum nulli hominum dare scandalum occasionem volo. Omnes magnos esse & honorabiles cupio: quorum tamen honor honor omnipotentis dei non detrahat. Nam quisquis se contra deum honorari appetit: mihi honorabilis non est. Sed vt cognoscatis quam erga vestram beatitudinem habeam voluntatem, dilectissimum nlium meum Anatholium diaconem ad piissimorum dominorum vestigia transmisi, qui eorum pietati ac vestræ fraternitati satisfaciatur: quia nulli in hac causa nocere appeto, sed humilitatem deo placitam, & sanctæ Ecclesiæ concordiam custodire. Et quia hostis omnipotentis dei Antichristus iuxta est, studiose cupio ne propriam quid inueniat non solum in moribus, sed etiam nec in vocabulo sacerdotum. Ea ergo quæ nouo modo introducta sunt, ipso ordine quo illata sunt, auferantur: & pax in domino illibata permanebit. Nam quæ erit inter nos dulcedo: quæ charitas si nosmetipsos voce refouemus, & rebus pungimus? Hoc ergo vestra sanctitas agat, vt bona quæ dicitis, nos in cordis medulla sentiamus, quatenus dū in vnanimitate corda fuerint sacerdotum, pro piissimorum dominorum vita deprecantes tanto citius exaudiri mereamur, quanto & orationes vestras ante dei oculos pax illuminat: & discordiæ macula non obfcurat.

*Gregorius Anastasio presbytero. De contentione inter ipsum & Hierosolymorum Episcopum. Caput. CXCIII.*

**Q**uia bonus homo de bono thesauro cordis sui bona profert, hoc tua charitas & semper viuendo, & modo mihi in epistola sua loquendo monstrauit, in qua inueni duos quosdam de virtutibus litigantes: te videlicet pro charitate: atque alium pro timore & humilitate contendere. Et quanuis in multis occupatus, quanuis Græcæ linguæ nescius, in contentione tamen vestra iudex resedi: sed requisita veritate in meo iudicio contradicteorem tuum ipse vicisti per apostolicam sententiam, quam vobis contententibus protuli, quia timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniā timor penam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Tua itaque fraternitas quantum in charitate perfecta sit scio. Et quia omnipotentem deum multum diligit, oportet vt de proximo multum præsumat. Non enim loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt. Quia ergo adhuc incertum est quis interius qualis sit, cur non audebas scribere: cum inter me & te quis sit superior ignores? Et quidem bene te viuere scio, me autem multis oneratum peccatis noui. Sed etsi ipse peccator es, me tamen multo melior: quia tu tua tatummodo, ego verò & eorum qui mihi commissi sunt peccata porto. In hoc ergo te altum, in hoc te magnum aspicio, qui ante humanos oculos in magno atque in alto loco minime profecisti: in quo sæpe dum exterius ab hominibus honor tribuitur, ad ima animus mergitur: quia curis diserpentibus grauatur. Tibi autem omnipotens deus iuxta hoc quod scriptum est: Ascensus in corde disposuit, in cōnalle lachrymarum. Multo autem mihi alior, multo sublimior videri poterat, si neque ducatum monasterij quod Neas dicitur suscepisset: quia in eodem monasterio (sicut audio) monachorum quidē species tenetur, multa verò sub sanctitatis habitu secularia aguntur. Sed etiam ad hoc te existimabo cœlesti gratia peruenisse, si ea quæ in loco illo omnipotenti deo displi-

cent, te fuerint duce correctæ. Sed quia inter patrem eiusdem monasterij & pastorem Hierosolymorum Ecclesiæ semper esse iurgia consueuerunt, credo quod omnipotens deus idcirco dilectionem tuam & sanctissimum fratrem & cōsacerdotem meum ambos esse vno tempore Hierosolymis voluit: vt ea quæ prædixi iurgia tollerentur. Nunc ergo ostendite quantum vos prius amastis. Scio quia vtrique abstinentes, vtrique docti, vtrique humiles estis: vnde necesse est vt saluatoris nostri gloria in vobis iuxta vocē Psalmistæ resonet, in tympano & choro laudetur. In tympano etenim corium ex pelle sicca est: in choro verò vocum concordia. Quid igitur per tympanū, nisi abstinentia: quid per chorum, nisi vnanimitas designatur? Quia ergo per abstinentiam dominum laudatis in tympano, peto vt per vnanimitatem laudatis in choro. Per semetipsam quoque veritas dicit: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Quid per sal nisi sapientia designatur? Paulo attestante qui ait: Sermo vester in gratia semper sale sit conditus. Quia ergo per doctrinam verbi cœlestis sal habere vos nouimus, restat vt per charitatis gratiam etiam inter vos pacem toto corde teneatis. Hæc charissime frater dico, quia vtroque vos multum diligo, atque omnino pertimesco ne orationum vestrarū sacrificia ex aliqua inter vos dissensione maculentur. Benedictionem verò quam & prius per exhilaratum Secūdicerium, & postmodum per Sauiuanum diaconem trāsmisistis, cum gratiarum actione suscepi, quia de sancto loco decuit vos sancta transmittere, & cui assidue ministratis, ex vestro ipso munere demonstrare. Omnipotens deus, sua vos dextera protegat: atque à malis omnibus seruet illætos.

*Gregorius Mauricio Augusto. Quod qui vniuersalem se nominat, praco sit Antichristi. Caput. CXCIII.*

**D**ominorum pietas prouida ne quid fortasse scandalum in vnitatem sanctæ Ecclesiæ ex sacerdotum dissensione generari potuisset, semel ac bis me admonere dignata est, vt responsales fratris & cōsacerdotis mei Cyriaci benignè susciperem, eoque ad remeandum citius relaxarem. Et licet piissime domine apte & prouide cuncta percipiat, ego tamen inuenio quia eorum iudicio indiscretus esse ex hac tali admonitione reprehendor. Nunquid nam si ex superbo ac prophano vocabulo meus non in modico est animus vulneratus, tantæ indiscretionis esse potui, vt nescirē quid vnitati fidei, quid concordie ecclesiasticæ deberem, & fratris mei responsales & synodicam epistolam suscipere cuiuslibet causæ amaritudine interueniente recusarem? Absit hoc. Nimis mihi fuerat desipuisse, sic sapere. Aliud nanque est quod conferuendæ vnitati fidei, atque aliud quod debemus compreruendæ elationi. Distinguenda ergo erant tempora, ne prædicti fratris mei ex quolibet articulo nouitas turbaretur. Vnde & responsales eius cum magno affectu suscepi. Quicquid debui charitatis exhibui, meliusque eos quam consuetudo prisca fuerat honorauit: & mecum feci eos sacra missarum solēnia celebrare, quia sicut meus diaconus ad exhibenda sancta mysteria illi non debet ministrare qui elationis culpam aut commisit, aut commissam ab aliis ipse non corrigi: ita ministri illius in celebratione missarū mihi adesse debuerunt: qui, custodiēte deo, in superbiæ errorem nō cecidi. Eundem verò fratrem & cōsacerdotem meum studiose admonere curauit, vt si habere pacem omnium concordieque desiderat, ab stulti vocabuli se appellatione compescat. De qua re mihi in suis iussionibus dominorum pietas præcepit dicens, vt pro appellatione friuoli nominis inter nos scandalum generari non debeat. Sed rogo vt imperialis pietas penset: quia alia sunt friuola valde innoxia, atque alia vehementer nociua. Nunquid non cum se Antichristus veniens deum dixerit, friuolum valde erit, sed tamen nimis perniciosum: si quantitatem sermonis attendimus, duæ sunt syllabæ. Si verò pondus iniquitatis, vniuersa perniciēs. Ego autem fidei dico, quia quisquis se vniuersalem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit: quia superbiēdo se ceteris præponit. Nec dispari superbia ad errorem ducitur, quia sicut peruersus ille, deus videtur

Mar. 9.

Col. 4.

Epist. 30.

F

riult

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

Luce. 14.  
et 18.

**G**ri vult super omnes homines, ita quisquis iste est qui solus sacerdos appellari appetit, super ceteros sacerdotes se extollit. Sed quoniam veritas dicit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: scio quia quælibet elatio tanto citius rumpitur, quanto amplius inflatur. Illis ergo pietas vestra præcipiat, nec quod per appellationem friuoli nominis scandalum gignat, qui in superbiæ typhum ceciderunt. Nam peccator ego, qui authore deo humilitatem teneo, admonendus ad humilitatē non sum. Omnipotens autem deus serenissimi domini nostri vitam, & ad pacem sanctæ Ecclesiæ, & ad vtilitatem reipublicæ Romanæ per tempora longa custodiat. Certi etenim sumus: quia si vos viuistis, qui cæli dominum timetis, nulla contra veritatem superba præualere permittitis.

*Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino, et Anastasio episcopo Antiocheno. De responsalibus Cyriaci episcopi, in causa fidei commissorum. De suo diacono cum eo non processuro. De dānatione Eudoxii sibi incognita. De historia Sozomeni, ab apostolica sede reprobata. De anima Adæ, quod in peccato mortua est. Dicit quoque eum per penitentiam saluatum. Et quod diabolus cor hominis ingreditur.*

Caput. CXCIV.

Epistol. 31.

**C**haritas qua vobis valde constrictus sum, tacere me minime permittit: vt sanctitas vestra quæcūque apud nos aguntur agnoscat, & falsis rumoribus non decipiat, suæ iustitiæ atque rectitudinis viam, sicut perfectè cepit, perfectius teneat. Responsales siquidem fratris & coepiscopi nostri Cyriaci venientes, eius ad me synodicam detulerunt epistolam. Et quidem inter nos & ipsum, sicut vestra beatitudo nouit, propter appellationem prophani nominis est grauis discordia, sed in causa fidei transmissos responsales eius existimari esse suscipiendos, ne culpa elationis quæ in Constantinopolitana Ecclesia penè contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei & rixam ecclesiasticæ faceret vnitati. Eisdem verò responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, missarum solennia mecum celebrare feci, quia sicut & serenissimo domino imperatori nostro intimare studui, responsales fratris & confacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerūt, quia authore deo in elationis errorem non cecidi. Meus verò diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco missarum solennia celebrare non debet: quia per prophanium vocabulum culpam superbiæ aut committit, aut sequitur: ne si, quod absit, procedit, ei in tali elatione posito vanitatē stulti nominis confirmare videamur. Eandem verò fratrem admonere studui, vt se à tali elatione corrigat: quia si hanc non correxerit, pacem nobiscum nullo modo habebit. Præterea idem frater noster omnia in suis synodicis catholicè, deo authore, locutus est. Quendam verò Eudoxium damnauit, quem neque in synodis damnatum inuenimus: neque à decessoribus eius in suis synodis reprobatum. Et canones quidem Constantinopolitani concilii Eudoxianos damnant: sed quis fuerit eorum author Eudoxius, minime dicunt. Romana autem Ecclesia eosdem canones vel gesta synodi illius hæcenus non habet, nec accipit: in hoc autē eandem synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas verò hæreses quæ illic memoratæ sunt, ab aliis iam patribus damnatas reprobant. De Eudoxianis verò nihil hæcenus agnouit. In historia autem Sozomeni, de quodam Eudoxio qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam sedes Apostolica recipere recusat: quoniam multa mentitur, & Theodorum Monsuellæ nimium laudat, atque vsq; ad diem obitus sui magnum doctorem ecclesiæ fuisse perhibet. Restat ergo vt si quis illam historiam recipit, synodo quæ piæ memoriæ Iustiniani temporibus, de tribus capitulis facta est, contradicat. Qui verò huic contradicere non valet, illam historiam necesse est vt repellat. In Latina verò lingua de hoc Eudoxio nuncusq; neque in Philastro, neque in beato Augustino, qui multa de hæresibus conscripserunt: neque in aliis patribus aliquid inuenimus. Charitas igitur vestra si quis apud Græcos probatorum patrum de eo sermonem fecit: suis mihi epistolis innotescat. Præter-

ea ante triennium, cogente causa monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur, satisfaciens mihi quondam frater & confacerdos meus dominus Ioannes literas misit: quibus nitentur ostendere eos Ephesiæ synodi definitionibus contradixisse: & velut ex eadem synodo certa nobis quibus ipsi obfisterent capitula destinauit. Inter alia autem scriptum illic continebatur, de Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit: eo quod diabolus in cor hominis non ingrediebatur: & si quis hoc dixisset, anathema esset. Quæ cum mihi relata fuissent, valde contristatus sum. Si enim Adæ, qui primus peccauit, anima in peccato mortua non est: quomodo de ligno vetito ei dictum est: In quacunque die comederitis ex eo morte moriemini? & ecce comedit Adam & Eua de ligno vetito: & tamen in carne sua ultra nongentos annos postmodum vixerunt. Constat itaque quia in carne non est mortuus. Si ergo in anima mortuus non est, quod dici nephas est, falsam sententiam de illo protulit deus qui dixit, quia qua die comederet, moreretur. Sed absit hic error: absit à vera fide. Nos enim primum hominem qua die peccauit, anima mortuum dicimus: atque per huic omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. Per secundum verò hominē & modo à morte animæ, & postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione liberari nos posse confidimus. Sicut autem & prædictis responsalibus diximus, Adæ animam in peccato mortuam dicimus, non à substantia viuēdi: sed à qualitate viuendi. Quia enim aliud est substantia, atque aliud qualitas, non est eius anima ita mortua vt non esset: sed ita mortua, vt beata non esset. Qui tamē Adam postmodum per penitentiam ad vitam rediit. Quod verò diabolus cor hominis ingreditur: si Euangelio creditur, non negatur, ibi enim scriptum est: Et post buccellam introiit in eum Satanas. Et rursum ibi dicitur: Cum diabolus iam se misisset in cor Iudæ vt traderet eum Iudas. Hoc autem qui negat, in Pelagianam hæresim cadit. Quia ergo perscrutantes Ephesiæ synodum, nihil in ea tale inuenimus contineri: de Rauennati quoque Ecclesiæ vetustum valde codicem eiusdē synodi ad nos deferri fecimus: & synodum quam habebamus, eum ita concordare inuenimus, vt in nullo discreparet: & nihil aliud continet in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod duodecim capitula beate memoriæ Cyrilli reprobant. Hanc autem totam rationem multo latius subtiliusque prædictis responsalibus eius in præsentis positus reddidimus, atque ei plenissime satisfecimus. Igitur ne vel hæc, vel aliqua similia illic surrepant quæ sanctam Ecclesiam scandalizent, necesse nobis fuit hæc ipsa sanctitati vestre indicare. Et quauis te fratrem & coepiscopum nostrum Cyriacum nouerimus orthodoxum: tamen propter alios cauti esse debemus, vt antequam ad publicum prodeant errorum semina conculcentur. Scripta autem vestre sanctitatis communi filio Sabiniano diacono veniente suscepi. Sed quia harum lator, iam ad egrediendum paratus, retineri non potuit: ad hæc responsali meo diacono veniente respondebo.

*Gregorius Dominico episcopo Carthaginiensi. Ne monachi contra abbates ab episcopis defendantur.*

Caput. CXCVI.

**L**icet fraternitatem tuam erga monasteriorum curam pastorali vigilantia credamus esse sollicitam: ea tamē quæ de monasterio, in Africana prouincia posito, cognouimus: vobis necessario preuidimus indicare. Queritur autem Concodeus abbas, lator præsentium, quia si quando monachos, quibus præesse dimoscitur, sub regulari voluerit disciplina restringere: monasterium temerè deserant, & licitè quocunque voluerint vagantes existant. Quia ergo hoc & ipsis omnino perniciosum est, & aliis perditionis monstrat exemplum: hortamur fraternitatem vestram, vt si ita est, ecclesiasticam in illos correptionem exercent: & congrua eos vitione à tali proculdubio præsumptione compescat: atque ita ad obediendum salubri prouisione superbientes animos inigo disciplinæ subiiciat, vt quos ad huius prauitatis excessum, eorum poterat imitatio prouocare, emendatio à culpa reuocet: & suis, vt dignū est, doceat præpositis obedire. Quia verò à quibusdam episcopis excedentes monachos perhibet defendari:

Gen. 2.

Ioan. 14.

Epistol. 32.



**A** defensori fraternitas vestra in hoc studeat esse sollicita: & eos a tali defensione, sua modis omnibus interminatione sustentat.

Mense Iulio. Indictione. xix.

Gregorius Dinamio & Aurelia per Franciam.

Ut ad meliora proficiant. Et de codice transmissio.

Caput. CXCVII.

**Episto. 33.** **S**criptorum vestrorum pagina lectione percursa, magnam nobis studio vestro indicato contulit laetitiam: quia per hoc quod vos sacrae lectionis pabula quaerere, & supernae patriae desiderare gaudia nunciavit, dilectionem vestram religiosam conuersionem non solum amare nomine, sed etiam tenere vita monstravit. Et quoniam desiderata vos adepturos esse confidimus: vehementi vobis cor nostrum exultatione congaudet. Nam quia huiusmodi desiderium gratia divina non deserat, ipsa nos veritas testimonio suae vocis informat, dicens: Omnis qui quaerit, inuenit: qui petit, accipit: & pulsanti aperietur. Hac itaque fulti certitudine, de eiusdem redemptoris nostri misericordia nihil ambigere, sed spe debemus indubitata praesumere. Nec enim muneris sui largitate frustrabitur: sed vires obtinendi prorsus indulget, qui velle concessit. Nam iam ipsum desiderantes appetere, donum est. Quia tamen ita de gratia debemus superna praesumere, ut non simul negligentes in oratione vel opere, voce eiusdem veritatis exprimitur: Oportet semper orare, & non deficere. Petamus igitur orando, quaeramus legendo, pulsamus operando. Sit igitur mens vigilans, sit vnde suspecta, sit ubique sollicita: ut insidiantis possit laqueos praecavere. Sed quia quanto hostis noster cautum contra se vniuersumque cognoscit, tanto corda sibi resistentium subtili molitur arte subvertere: omnipotentem dominum assiduis lachrymis & deprecatione poscimus, ut nos veneni eius non sinat infectione corrumpi: sed contra certamina & latentes suggestiones quas ingerit, potentiae suae nos scuto circumtegat, in quo iacula illius illisa frangantur: & cor nostrum percussione ipsius contactus non vulneret: sed gratiae suae dono eius nobis insidias & intelligere donet, & vincere. Codicem vero quem dirigeremus, talem qui vos ut petistis instrueret, minime paratum habuimus: sed in subsequenti transmittemus.

Gregorius Dominicae uxori Ioannis. Ut adiuuam suam reuertatur.

Caput. CXCVIII.

**Episto. 34.** **L**actos nos vestrae nimis epistolae reddiderunt: quod vos vnitati ecclesiae sociatos deo protegente cognouimus, Et quidem sicut & ipsae scribitis, ante hoc facere debuistis: quia talis viri coniugem, nec ad modicum esse decuit a communionis vnitatem disiunctam. Considerare enim debuisti gloriosa filia, quanta multitudo fidelium in matris Ecclesiae sinu consistat: quatisque virtutibus sacerdotes, qui in ista fide defuncti sunt, coruscant: vel quata ad corpora sua miracula faciant: atque eos non diiudicare, sed plus tantis viris ac sacerdotibus quam tibi credere debuisti. Inter haec tamen omnipotenti deo gratias agimus: qui ita cordi vestro lumen suae veritatis infudit, ut erroris sui pulla caligine, rectam vobis viam quam sequi & tenere debeatis, ostenderet. Gloriosum autem coniugem vestrum quousque viuimus, a nobis dimittere nolumus: & ideo eum ad vos reuerti nullatenus confidatis. Et quidem ipse ad vos venire desiderat: sed postquam in ciuitate Romana est, non potest, non ei licet: quia amoris nostri omnino tenetur vinculis alligatus. Melius est ergo ut vos ad eum venire modis omnibus festinetis: quia caput suum potius membra & sequi debent: & quocumque iuerit, comitari.

Gregorius Domino episcopo Messanensi. De uasis sacris pro redemptione captiuorum distrabendis.

Caput. CXCIX.

**Episto. 35.** **E**t sacrorum canonum, & legalia statuta permittunt, ministeria Ecclesiae pro captiuorum esse redemptione vendenda. Et ideo quoniam Faustinus lator praesentium ut filias suas de ingo potuisset captiuitatis exuere, trecentorum triginta solidorum probatur debitum contraxisse: ex quibus triginta redditis, ad reliqua quantitates restitutionem eum certum est non posse sufficere: fraternitatem tuam his hortamur assatibus, ut de argento Mericensis Ecclesiae, cuius miles

esse dignoscitur, quod apud vos est, quindecim ei libras accepto ab eo de suscepto dare modis omnibus debeatis: ut eo venundato, & restituto debito, necessitate valeat obligationis absolutus. Sed & illud fraternitas vestra debet esse sollicita, ut siquidem de praedicta Ecclesia vniuersale argentum est, superscriptam quantitatem accipiat: alioquin de sacratis vasis hac in re eam quam praediximus quantitatem praebere necesse est. Nam sicut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria venundare: sic iterum culpa est imminente huiusmodi necessitate res, maxime desolatae, Ecclesiae captiuis suis praepone, & in eorum redemptionem cessare.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De contentione monasteriorum terminandis.

Caput. CC.

**N**e religiosorum virorum corda secularium rerum contentio a mutua, quod absit, charitate disungat: magna est sollicitudine studendum, ut facillimum finem res possit in altercationem deducta percipere. Quia ergo indicante Caesario abbate monasterii sancti Petri, quod in loco est qui Baias dicitur constitutum, competimus inter eum & Ioannem abbatem monasterii sanctae Luciae in Syracusana ciuitate constituti, grauem esse exortam de quibusdam finibus quaestionem: ne ipsa inter eos valeat contentio prolongari, certamina eorum agrimensoris definitione propeximis finienda. Et ideo scripsimus Fantino defensori, ut Ioannem agrimensorem, qui de Romana vrbe Panormum profectus est, illuc ad fraternitatem vestram debeat destinare.

Hortamur ergo ut cum eo ad loca, de quibus est contentio debeatis accedere: & utraque parte cominus constituta, per loca quae in lite sunt, vestra faciat praesentia terminari: quadraginta tamen annorum utriusque praesentia definitione seruata. Quaecumque vero definita fuerint, ita seruari fraternitas vestra sollicitudine studioseque prouideat, ut demum nec iurgium exinde aliquod excitari, nec querela ad nos valeat aliqua peruenire. Caesarius abbas venerabilis, quia noster olim fuerit, fraternitatem vestram credimus non latere: & ideo eum vobis, salua aequitate, in omnibus commendamus. Et quia in secularibus causis omnino in expertus est, vestra eum sollicitudine necesse est adiuuari: sic tamen ut in cunctis, sicut decet, rationem & iustitiam conseruetis.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De quatuor apostolicis sedibus, & de lignis transmissis.

Caput. CCI.

**S**uausissima mihi sanctitas vestra multa in epistolis suis de sancti Petri Apostolorum principis cathedra locuta est, dicens quod ipse in ea nunciusque in suis successoribus sedeat. Et quidem ego indignum me esse non solum in honore praesidentium, sed etiam in numero stantium agnosco. Sed cuncta quae dicta sunt, in eo libenter accepi: quod ille mihi de Petri cathedra locutus est qui Petri cathedram sedet. Et cum me specialis honor nullo modo delectet, valde tamen laetatus sum, quia vos sanctissimi quod mihi impendistis, vobismetipsis dedistis. Quis enim nesciat sanctam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, quia firmitatem mentis traxit in nomine: ut Petrus a petra vocaretur? Cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo clauem regni caelorum. Cui rursus dicitur: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Iterumque: Simon Ioannis amas me? palce oues meas. Itaque cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in autoritate conualuit, quae in tribus locis vnus est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & praesentem vitam finire dignatus est. Ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit. Ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quauis discessurus, sedit. Cum ergo vnus atque vna sit sedes cui ex autoritate diuina tres nunc episcopi praesident: quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo. Si quid de me boni creditis, hoc vestris meritis imputate: quia in illo vnum sumus qui ait: Ut omnes vni sint: sicut & tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis vnum sint. Debitum autem salutationis alloquium persoluens, indico quia magno gaudio exulto, quod vos contra haereticorum latratu assidue laborare cognoui:

Epistol. 36.

E

Episto. 37.

Matt. 16.

Luc. 22.

Ioan. 21.

Ioan. 14.

**G** cognoui: atque omnipotentem dominum deprecor, ut beatitudinem vestram sua protectione adiuet: quatenus per linguam vestram de sinu sanctæ Ecclesiæ omnem radicem amaritudinis euellat: ne rursus germinans impediatur multos, & per illam coinquinentur multi. Accepto etenim talento cogitatis quod præceptum est: *Negotiamini dum venio, Ego autem etsi negotiari non valeo: lucris tamen negotij vestri congaudeo, hoc videlicet sciens, quia & si me participem operatio non facit, laboris vestri me participem charitas facit: quia, sicut existimo, bonum proximi etiam otioso commune fit, qui de alterius actibus gaudere communiter scit.* Præterea ligna transmittere volui, sed beatitudo vestra si essent necessaria non indicauit: & maiora multo mittere possumus, sed nequaquam talis nauis huc mittitur, quæ hæc capere valeat. Minora autem mittere verecundum puto. Quid tamen facere debeam, beatitudo vestra suis mihi epistolis innotescat. Paruulam vero benedictionem de amatoris vestri sancti Petri Ecclesiæ sex minora Aquitanica pallia, & duo oraria transmisisti: quia enim multum diligo, etiam de paruis presumo. Habet enim ipsa dilectio auctoritatem suam, & omnino certa est, quia iniuria non erit in omne quod amando presumpserit. Suscepi autem benedictionem sancti Euangelistæ Marci, iuxta breue vestris epistolis insertum. Sed quia collatum ac iuritheum \* non libenter bibo, præsumens cogniduum requiro, quod in hac vrbe post multa tempora vestra innotescere transacto anno sanctitas fecit. Nam nos hic à negotiatoribus nomen cognidij, & nõ substantiam, comparamus. Peto autem ut contra omnes amaritudines quas in hac vita patior, vestrae me sanctitatis oratio fulciat, atque ab his apud omnipotentem dominum, suis intercessionibus defendat.

Luc. 19.

\* iuritheum.

*Gregorius Cypriano rectori nostro per Siciliam.  
De episcopo Lucen. Ecclesiæ ordinando.*

Caput. CCII.

**H**abitatores Lucensis ciuitatis quendam ad nos presbyterum adduxerunt, qui eis debuisset episcopus ordinari. Sed quia minime dignus inuentus est, ne diu sine proprio possint consistere sacerdote: à nobis admoniti in scrinio promiserunt alium studiose querere, & ad nos consecrandum deo adiuuante perducere. Et ideo ad dilectionem tuam latore presentium veniente Marcianum presbyterum dioceseos Taurianensis Ecclesiæ, qui nunc habitat in Ecclesia quæ est in Massalargia constituta, diocesis Cathenensis Ecclesiæ: ad te facito modis omnibus euocari, atque eius studiij tui sit de criminibus quæ ad episcopatum accedere nõ permittunt, cum omni subtilitate requirere. Et si eorum se expertem esse responderit, cum presentium portitore eum festina dirigere, ut factò in eum decreto ad nos veniat deo adiuuante, ordinandus. Si vero est aliquid quod ei possit obfistere, hunc qui ad dilectionem tuam venit, cum omni cura & celeritate dimitte: ut eo ad loca sua remeante, alter secundum ea quæ præmissa sunt, requiratur:

Epist. 38.

*Gregorius Mariano Episcopo Rauennæ de ordinando episcopo in Corneliensi Ecclesia, loco alterius lapsi.*

Cap. CCIII.

**F**raternitatis vestrae epistola nunciante cõperimus Corneliensis Ecclesiæ filios assidua supplicatione in loco lapsi quondam episcopi sui consecrandum sibi à vobis polcere sacerdotem: atque vos quid de ea re fieri debeat dubitare, & nostrum euidentem expectare mandatum. Postquam ergo quenquam criminaliter abscedentem in locum de quo lapsus est nulla permittit ratio reuocari, & ultra tres menses Ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittit, ne cadente pastore dominicum gregem antiquus, quod absit, hostis insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare. Nam dum non petentes eos etiã ante vestris ad hoc debueratis adhortationibus admonere, postulantes nulla vos oportet excusatione differre: quia Ecclesiæ dei diu viduata proprio episcopo remanere non debet.

Epist. 39.

*Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De submouendo clericorum domino in monasteriis.*

Caput. CCIII.

**V**dum ad nos multorum relatione peruenerat, monasteria in Rauennæ partibus cõstituta omnino clericorum vestrorum dominio prægrauari, ita ut occasione quasi regiminis, ea, quod dici graue est, velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus, ut hoc emendare per omnia debuisset. Sed quoniam vitæ est termino citius occupatus, ne hoc onus monasteriis remaneret, fraternitati vestrae hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, ut comperimus, in huius rei hætenus correptione cessatum est, hæc ad vos iterum præuidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora, omniq; excusatione iubmota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare, quatenus nullam definceps in eis clerici vel hi qui in sacro ordine constituti, ob aliud habeant nisi orandi tantummodo causa accedendi licentiam: aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint initiati mysteria. Sed ne pro cuiuslibet monachi aut abbatis promotione, aliquid onus fortasse sustineant, studendum vobis est, ut si quispiam abbatum aut monachorum ex quocunq; monasterio ad clericatus officium vel ordinem sacrum accesserit, non illic aliquam habeat vterius, ut diximus, potestatem: ne monasteria huius occasionis velamine, ea quæ prohibemus, sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura emendare iam secundo communita sanctitas vestra non differat, ne si post hoc negligentes vos esse, quod non credimus, senserimus: aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam vobis notum sit quia tantæ necessitati seruorum dei cõgregationem amplius iubiaccere non patimur. Ne verò aliqua vobis excusatio de monachis oriatur: personam huc quam præuiderit vilem ex opere fraternitas vestra transmittat, & ei nos qui cum eo ad vos venire possint, monachos deputamus, quos ut prospexeritis debeatis in monasteriis ordinare, si tamen talia loca sunt, ut sit ibi vnde subsistere valeant.

K  
Epist. 40.

Ca. 16. 2. a.  
Ne proci  
iustit.

L

*Gregorius Cypriano diacono per Siciliam: De Paula & quodam iudeo.*

Caput. CCV.

**Q**vesta nobis est Paula presentium latrice quendam Theodorum ex Iudæo sibi nimis frustra inimicum existere, intantum ut, quod dici nephias est, iniquitate maleficiorum eam lædere molitur, atque ab hominibus ecclesiæ Messanensis eundem Theodorum contra hoc facinus fortius vindicari. Dilectio igitur tua studeat, ut nullus ecclesiasticorum prædictæ mulieri in hac causa tentet aduersus existere. Sed ad inuestigandum hoc ipse, ut potueris, esto sollicitus. Et si superscriptus Theodorus tantæ iniquitati obnoxius esse patuerit, ita hoc districta vltione per hos quorum interest facias vindicari, ut & deus placari possit, & aliis exemplum correptionis sit.

Epist. 41.

*Finit liber. iij. Registri beati Gregorij papæ, qui secundum aliam computationem domini Gratiani in decretis est sextus.*

M

*Finiunt epistolæ Indictionis. xv.*

*Incipit liber quartus secundum aliam computationem.*

**LIBER SEPTIMVS.**

*Incipiunt epistolæ beati Gregorij papæ. Indictione prima.*

*Gregorius Sabiniano diacono. De causa Maximi, & presumptione eius.*

Caput. I.

**D**e causa Maximi prauaricatoris quid actum sit, cognouisti. Sed postquam serenissimus dominus imperator iussiones transmisit ut ordinare minime debuisset, tunc ad altiore superbiã erupit. Nam homines glorioli viri Patricij Romani ab eo premia acceperunt, eumque ita ordinari fecerunt, ut Antonium subdiaconem & rectorem patrimonij nisi fugisset occiderent. Ego autem epistolas transmissi, postquam eum ordinatum contra rationem cognoui & contra consuetudinem, ut missarum solennia celebrare non præsumeret, nisi prius

Epist. 42.



**A** prius serenissimis dominis cognoscerem, quid de eius persona iussissent. Quae scripta mea publice relecta, vel in ciuitate posita, publice scindi fecit atque in contemptum sedis Apostolicae apertius exiliit. Quod ego qualiter patiar scis, qui ante paratior sum mori, quam beati Petri Apostoli Ecclesiam meis diebus degenerare. Mores autem meos bene cognitos habes, quia diu porto: sed si semel deliberauero non portare, contra omnia pericula laetus vado. Vnde necesse est cum dei auxilio periculo succurrere, ne cogatur excedendo peccare. Vide quae dico, & pensa ex quanto dolore sunt. Peruenit vero ad me quia transmisit nescio quem clericum, qui diceret quia Malcus episcopus in custodia pro solidis occisus sit. De qua re vnum est quod breuiter suggeras serenissimis dominis vestris, quia si ego seruus eorum in morte Longobardorum me miscere voluisssem, hodie Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atq; in summa confusione esset diuisa. Sed quia deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido. Quod autem Malcus episcopus neque in custodia fuit, neq; in aliqua afflictione, sed die qua causam dixit, & addictus est, nesciente me a Bonifacio notario in domum eius ductus est, cui & praedium factum est, ubique prandit & honoratus est ab eo, & nocte subito mortuus est, iam dilectionem tuam arbitror cognouisse. Exhilaratum autem nostrum pro ea re dirigere volui.

**B** Sed quia iam eandem causam actam existimaui, idcirco me retinui. Domino autem Romano dilectio tua dicat, quia pro Felice, sicut scripsit ad virum excellentissimum magistrum epistolas, si deus iusserit facio, & per hominem meum transmittito. Nam modo post quam nulli alteri scribo, durum mihi fuit soli magistro scribere. Cui etiam dicendum est, quia Ca tellus palatinus substantiam eius quantum Virigantinus dicit, male exterminat. Cui vix potui imponere, vt expensas eidem Virigantino in monasterio quo lectioni vacat, & laborare non potest, parum aliquid de substantia matris suae dare debuisset.

*Gregorius Cryfanto episcopo Spolitano. De conuertendis ab idolorum cultura. Et de quinquaginta solidis baptizandis transmissis. Caput. II.*

*Epistol. 2.*

**S** Vscēptis epistolis fraternitatis vestrae magnas omnipotenti deo gratias retulimus, quia de congregatione multarum animarum nos dignatus es releuare. Et ideo fraternitas vestra sollicitē studeat opus quod cepit auxiliante domino ad perfectionem deducere. Et siue eos qui aliquando fideles fuerunt, sed ad cultum idolorum negligentia aut necessitate faciente reuersi sunt, festinet cum indicta poenitentia aliquantorum dierum ad fidem reducere, vt reatum suum plangere debeant, & tato firmiter teneant hoc ad quod deo adiuuante reuertuntur, quanto illud perfecte defleuerint vnde discedunt. Siue eos qui necdum baptizati sunt admonendo, cogando, de venturo iudicio terrendo, rationē quoq; reddendo, quia ligna & lapides colere non debent, festinet fraternitas tua omnipotenti domino congregare: vt in aduentu eius cum districtus dies iudicij venerit, in numero sanctorum possit tua sanctitas inueniri. Quod enim opus vtilius & sublimius acturus es, quam vt de animarum viuificatione & collectione cogites, & tuo domino qui tibi locum praedicandi dedit, immortale lucrum reportes? Transmissimus autem fraternitati tuae quinquaginta solidos pro vestimentis eorum qui baptizandi sunt comparandis: presbytero quoque Ecclesiae quae in Negeugno monte sita est, possessionem quam tua fraternitas petiit, dari fecimus, ita vt quantum praestat, tantum de solidis quos accipere consueuerat, minus accipiat. Vestra autem fraternitas petiit, vt sibi episcopum in Ecclesia quae non longe ab eodem monte est facere debeat, quod omnino libenter accepi quia quantum vicina fuerit, tantum prodesse animabus illic consistentibus amplius poterit. Latorem vero praesentium pro intercessione sanctitatis vestrae acolitum fecimus, quem ad obsequia tua transmittimus, vt si in lucrands animabus amplius seruerit, proficere amplius possit.

*Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. Consolatoriam scribit epistolam de aduersitatibus huius*

*C. I. q. I. Latorem.*

*mundi. De Barbarorum gladiis, ac diuersis aduersitatibus. Caput. III.*

**D**

**S** Vscēpti epistolas suauissimae beatitudinis vestrae, quae pro verbis lachrymas pluebant. Vidi nanque in eis nubem more suo in altum volantem, sed quandam caliginem tristitiae ferentem, nec penetrare in ipso exordio facie valui, vnde ex quo iret, quia praeter ipsa quam dixi caligine, ad plenum causas non intellexi. Hoc tamen sanctissimos vos semper sicut & facitis reducere ad mentem decet, quod praedicator gentium dicit: In nouissimis temporibus inlabunt tempora periculosa, & erunt homines seipos amantes, cupidi, elati, & caetera, quae mihi labor est dicere, & vobis non est necessarium audire. Ecce in senectute sancta vestra beatitudo multis tribulationibus laborat, sed perpendat cuius sedem teneat. Nunquid non illius cui voce veritatis dictum est: Cum senueris, alius te cinget, & ducet quod tu non vis? Sed haec dicens recolo quod sanctitas vestra in multis aduersitatibus etiam a iuuentute defudauit. Cum bono ergo rege dicat: Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animae meae. Sūt autem multi qui delectationem suam, sicut scribitis, de nostris sibi vulneribus faciunt, sed scimus qui dixit: Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contrista bimini. Et protinus adiunxit: Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Quia vero iam praedicta patimur, restat vt etiā promissa sperare debeamus. Hi enim de quibus dicitis, quia ipsi addunt onera qui subleuare debuerūt, scio quia illi sunt qui veniunt in vestitu ouium, & intus sunt lupi rapaces. Sed tanto magis tolerandi sunt, quanto non solum per malitiosam mentem, sed etiam per religiosum habitum persequuntur. In hoc autem quod soli praeter alios haberi appetunt, quod dignum non fuerat vt vel cum fratribus haberent, nullo modo turbamur, quia omnipotenti confidimus, quia hi qui aliena appetunt, etiam suis citius priuantur. Scimus enim qui dixit: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et rursus scriptum est: Ante ruinam exaltabitur cor. His autem diebus, sicut inuenio, noua haereticorum bella consurgunt, de quibus vestrae beatitudini iam antea scripsi, ita vt prophetias, Evangelia, & dicta patrum omnia euacuare moliantur. Sed permanente vita vestrae sanctitatis, in protectoris nostri gratia speramus, quod eorum ora citius obmutescant, quae contra soliditatem veritatis aperta sunt, quia & quamlibet acuti gladij mittantur cum saxum feriunt, fracti resiliunt. Hoc autem magna omnipotentis dei est gratia, quod in ipsis qui a sanctae Ecclesiae doctrina diuisi sunt, vnitas non est, quoniam omne regnum in se diuisum non stabit. Et sancta Ecclesia subtilius in sua semper eruditione instruitur, dum haereticorum questionibus impugnatur, ita vt aperte impleatur quod per Psalmistam contra haereticos de deo dictum est: Diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Nam dū ipsi in suo prauo errore diuiduntur, cor nobis dei appropinquat, quia eruditi aduersitatibus intellectum eius subtilius inuenimus. Quae autem mala a Barbarorum gladiis quae a peruersitate iudicij patimur, beatitudini vestrae narrare refugio, ne eius gemitum augeam quem minuere consolando debueram. Sed in his omnibus authoris nostri me praecipua consolantur dicentis: Haec locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis. Pense enim quibus dictum est: Haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Si ergo potestas lucis postea erit, quia electis dictum est: Vos estis lux mundi, & sicut scriptum est: Obtinebant eos iusti in matutino, omne quod in hora & potestate tenebrarum patimur, lugendum non est. Indicat autem mihi suauissima sanctitas vestra quod mecum, si potuisset fieri, sine charta & calamo loqui voluisset, & dolet quod nobis Orientis penae & Occidentis spatium interiacet. Sed hoc quod sentio, verum dico: & in charta mihi mens vestra sine charta loquitur, quia in verba vestrae sanctitatis sola charitas sonat: & diuisi locis non sumus, qui ex dono omnipotentis domini dilectionis vinculo vniti sumus. Cur igitur accipere pennas columbae deargentatae queritis, quas iam habetis? Pennae quippe eius sunt charitas dei, & proximi. Per ipsas enim sancta Ecclesia euolat, per ipsas terrena omnia transcendit, quas si vestra sanctitas non haberet, ad me cum tanta charitate per epistolas non venisset.

*Epistola. 3.*

*2. Tim. 3.*

*Ioan. 21.*

*Esai. 38.*

*Ioan. 16.*

**E**  
*Matt. 7.*

*Luc. 14.*  
*Pror. 16.*

*Luc. 11.*

*Psal. 54.*

**F**  
*Ioan. 16.*

*Luc. 22.*

*Matt. 5.*

*Psal. 48.*

G venisset. Rogo autē vt pro mei cordis infirmitate enixius oretis, quatenus omnipotens deus mētem meam à malis omnibus pro vestra intercessione tuatur, & citius me de tot procellis huius tempestatis eripiat, atque in aeternae quietis littore perducatur. Benedictiones verò locupletissimas omnes quae directae sunt suscepi, quae mihi vir dei pauper spiritu transmisisti, de quibus dicitis: Quid enim det pauper nisi ea quae pauperia sunt: Sed nisi vos per humilitatis spiritum pauperes essetis, benedictiones vestrae locupletes non fuissent. Omnipotens deus sua vos à malis omnibus protectione defendat, & quoniam vita vestra bonis omnibus valde est necessaria, post longa adhuc tempora vos ad caelestis patriae gaudia perducatur.

*Gregorius episcopo Messalino. De precio pro sepultura aliqua nunquam recipiendo, & proponit exemplum Abrahae & Sichimitarum. Caput. III.*

Epist. 4.

**F**ilius noster Faustinus vir eloquentissimus ad nos veniens questus nobis est, quod pater eius quodam Peltrinus aliqua vestrae Ecclesiae sepulturae sua gratia iuris alieni reliquerit. Et quidem quid de hac re seculi leges habeant, & ipsi nostis, & nos audivimus, quia haeres ad soluendum cogitur, si author eius vel testator aliena legauerit. Sed quia fraternitatem vestram lege dei, non autem lege seculi volumus vivere, valde mihi iniustum videtur, vt calix electrinus & puer qui cuiusdam Ecclesiae, in possessione eius posita, diceleos Constantinae Ecclesiae esse perhibetur, à tua fraternitate teneatur. Cum enim & vir reuerentissimus Palumbus nunc episcopus, tunc vero archidiaconus ita fuisse testatus est, vos omnino eius fidei credere, & aliena restituere debuistis. Fibulam vero auream quam praedictus vir moriens pariter reliquit considerare, vt arbitror, debuistis, quae esset summa eius substantiae: si quid esset vnde hi quos reliquerat, sustentari debuissent, & tunc pro sepultura eius accipere, quantum secundum nostrum institutum noueritis nos illicitam antiquam consuetudinem à nostra Ecclesia omnino vetuisse, nec cuiquam assensum praebere, vt loca humani corporis precio possint adipisci. Nam si gentiles, vt arbitramur, viri Sichimitae Abrahae pro Sara mortua, atque in loco proprio humana sepulturam gratis obtulerunt, & vix magna eius importunitate coacti sunt vt precium de loco sepulturae perciperent, nos qui episcopi dicimur, de humanis fidelium corporibus penam quid facere debemus. Hoc ergo fraternitatis vestrae iudicio committo. Et haec quoque nobis praedictus eloquentissimus vir questus est Siliianum defensorem Ecclesiae tuae irrationabiliter iuri suo mancipia competentia detinere. De quibus etiam iudicio sanctae memoriae Maximiani episcopi, vt ea detentator redderet, esse asserit definitum, sed eorum restitutionem haecenus voluntarie distulisse. Hortamur ergo fraternitatem tuam, vt si manifeste causa iam iudicata est, quae statuta sunt, compleantur. Alioquin deputato defensore ad fratris & coepiscopi secundum nostras partes fac iudicium conuenire, vt dum cuius sint iuris mancipia, de quibus quaestio vertitur, eius fuerit sententia declaratum, nec hic prejudicium, nec ille videatur iniuriam sustinere.

*Gregorius Brunichildae reginae Francorum. De Pallio Siagrii episcopo concedendo, & sacris ordinibus premio non concedendis, & de schismaticis.*

*Caput. V.*

Epist. 5.

**Q**uanta in omnipotentis dei timore excellentiae vestrae mens soliditate firmata sit, inter alia bona quae agitis, etiam in sacerdotum eius laudabiliter dilectione monstratis: & magna nobis sit de Christianitate vestra letitia, quoniam quos venerantes vt famulos reuera Christi diligitis, augere honoribus studetis. Decet enim vos excellentissima filia, decet tales existere, vt subiectae possitis esse dominatori. In eo enim timore regnum potestatis vestrae & subiectis gentibus confirmatis, in quo timori omnipotentis domini mentis colla subicitis, & vnde vosmetipsas seruitio creatoris subditis, inde vobis vestros subditos ad seruitium deuotius obligatis. Susceptis itaque epistolis vestris, valde nobis excellentiae vestrae studium placuisse signamus, atque fratri & coepiscopo nostro Siagrii pallium dirigere secundum postulationem

vestram volumus, propter quod & serenissimi domini imperatoris, quantum vobis diaconus noster qui apud eum responsa Ecclesiae faciebat, innotuit, prona voluntas est, & concedi haec omnino desiderat, atque multa de praedicto fratre nostro tam vobis quam etiam aliis testificantibus ad nos bona perlata sunt: maxime vitam eius Ioanne regionario ad nos remeante cognouimus. Et quid in fratre nostro Augustino fecerit audientes, redemptorem nostrum benedicimus, quia eum sacerdotis nomen etiam operibus implere sentimus. Sed res plurimae restiterunt, quae nos hoc interim facere minime permiserunt. Primum siquidem quia is qui pallium ipsum venerat accepturus, schismaticorum tenetur errore implicatus. Deinde quod non id ex vestra petitione, sed ex nobis transmissum voluistis intelligi. Extra hoc autem quia nec is qui eo uti desiderat, directa ad nos hoc sibi largiri speciali petitione poposcerat, & tantam causam nullo modo praebere sine eius postulatione debuimus, maxime quia & prisca consuetudo retinuit, vt honor pallii nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat. Nos tamen ne vestrae excellentiae desiderium sub praetextu cuiusdam excusationis forsitan videremur velle differre, dilectissimo filio nostro Candido presbytero pallium prauidimus dirigendum, iniungentes ei vt vice nostra congrua id debeat obseruatione tribuere. Vnde necesse est vt ex eo opere superscriptus frater & coepiscopus noster Siagrius facta cum aliquantis suis episcopis petitione hoc sperare, atque eam praedicto debeat dare presbytero: quatenus digne eiusdem pallii usum cum dei gratia valeat adipisci. Vt ergo haec vobis cura ante oculos creatoris nostri in fructu sit, christianitatis vestrae sollicitudo diligenter inuigilet, & nullum qui sub regno vestro est, ad sacrum ordinem ex datione pecuniae, vel quarumlibet patrocinio personarum, seu proximitatis iure patiat accedere: sed ille ad episcopatum vel alterius sacri ordinis officium eligatur, quem dignum vita & mores ostenderint: ne si quod non optamus, honor venalis fuerit sacerdotalis, simoniaca in illis partibus haereticis, quae prima in ecclesia prodit, & patrum sententia damnata est, conflurgat: & regni vestri, quod absit, vires imminuat. Nam graue omnino & vltra quam dici potest facinus est, spiritum sanctum, qui omnia redemit venundare. Sed & hoc curae vobis sit, vt quia, sicut nostis, Neophytum egregius praedicator ad sacerdotii regimen omnino vetat accedere, nullum ex laico patiamini episcopum consecrari. Nam qualis magister erit, qui discipulus non fuerit? Aut quemadmodum ducatum gregi dominico praebet, qui disciplinae pastoris subditus ante non fuerit? Si cuius ergo vita talis constiterit, vt ad hunc dignus sit ordinem promoueri, prius ministerio debet ecclesiae deservire: quatenus longe exercitationis usu videat quod imitetur, & discat quod doceat, ne forte onus regimini conuersionis nouitas non ferat, & ruinae occasio de prouectis in maturitate conflurgat. Qualiter autem se excellentia vestra erga fratrem & coepiscopum nostrum Augustinum exhibuerit, quantumque illi sibi deo aspirante charitatem impenderit, diuersorum fidelium relatione cognouimus, pro quo gratias referentes, diuinae potentiae misericordiam deprecamur, vt & hic vos sua protectione custodiat, & sicut inter homines, ita quoque & post multorum annorum tempora, in aeterna faciat vita regnare. Praeterea hos quos ab unitate Ecclesiae schismaticorum error dissociat, ad unitatem studete concordiae pro vestra mercede reuocare. Nam non ob aliud ignorantiae suae haecenus cecitate voluntur, nisi vt ecclesiasticam fugiant disciplinam, & peruerse habeant, vt voluerint, viuendi licentiam: quia nec quid defendant, nec quid sequantur intelligunt. Nos autem Chalcedonensem synodum de qua illi sibi pestiferae nebulas excusationis assumunt, per omnia veneramus & sequimur: & si quis de fide eius minuere aut addere aliquid praesumpserit, anathematizamus. Sed ita illos erroris labes imbibit, vt ignorantiae suae credentes, vniuersalem Ecclesiam atque omnes quatuor partes non ratione, sed malitiosa mente tantummodo refugiant, ita vt is qui ad nos à vestra excellentia missus est, cum quereretur à nobis cur ab vniuersali Ecclesia separatus existeret, se ignorare professus sit. Sed neque quid diceret, neque quid aliud audiret, valuit scire. Hoc quoque pariter

Dist. 100. Prisca.

L

M



**A** pariter hortamur, vt & ceteros subiectos vestros sub disciplina debeatis moderatione restringere, vt idolis nō immolent, cultores arborum non existant, de animalium capitibus sacrificia sacrilega non exhibeāt: quia peruenit ad nos quōd multi Christianorum & ad Ecclesias occurrant, & quod dicitur *Reptilis est, & culturis dæmonum non discedat*. Quoniam verō omnino deo nostro hæc displicent, & diuisas mentes nō possident: prouidete vt ab his debeant illicitis salubriter coerceri, ne, quod absit, non eis ad ereptionem, sed ad poenam sacri fiat baptismatis sacramentum. Si quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures vel aliis prauis actibus studere cognoscitis, deum de eorum correctione placare festinate, vt super vos flagellum perfidarū gentium, quod, quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est, non inducat: ne si, quod non credimus, diuine ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam dei præcepta non reuocāt. Necesse est ergo vt omni studio, & oratione assidua ad redemptoris nostri cōuerti misericordiam festinamus, vbi tutus omnibus locus est, vbi magna securitas. Nam illic quenquam solide perficientem, nec periculum conerit, nec metus exagitat. Codicem vero, sicut scripsistis, prædicto dilectissimo filio Candido presbytero vobis offerendū transmittimus, quia boni vestri studij esse participes festinamus. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, atque a perfidis gentibus regnum vestrum sui brachij extensione defendat, vosque post longa annorum curricula ad gaudia æterna perducatur.

*Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De monasterio suo consecrando. Caput. VI.*

*Episto. 6.*

**F**raternitatis vestræ insinuatione didicimus, quæ habetur in subditis, intra ciuitatem Lunensem in domo te propria monasterium ancillarum dei pro vestra deuotione fundasse, quod in honore beati Petri Apostolorū principis, & sanctorum martyrum Ioannis & Pauli, atque Hermæ & Sebastiani desideras consecrari. Et ideo frater charissime, si nullum corpus ibidem constat humatum, data primitus a fraternitate tua donatione legitima, id est, calicem argenteū vnum habentem uncias sex, patenam argenteam habentem libras duas, syndones duas, coopertorium super altare vnum, lecta strata numero. x. in eramentis cap. xx. in ferramentis cap. xxx. in cespite fundum Faborianum, & lumbicate in integro constitutum, in territorio Lunensi miliario ab vrbe eadem plus minus secundo, iuxta fluuium Macra, cum seruis duobus, id est, Mauro & Ioanne, & boum parum. ij. tatum gestisque municipalibus alligatis prædicti monasterij oratorium absque missis publicis solemniter consecrabis. & cetera secundum morem.

*C. Mense Nouembrio. Indictione prima.*

*Gregorius Amos episcopo Hierosolymitano. De Petro acolyto fugiuo. Caput. VII.*

*Episto. 7.*

**C**um fraternitatem vestram confidamus canonum statuta, & vigorem diligere disciplinæ, ne clerici vestri vobis ad euitandam discretionem ecclesiastici ordinis falsitas surripere valeat, eius culpam sanctitati vestræ indicare prospeximus, vt sollicitudine vestra disciplinæ possit submitti quam refugit. Comperimus autem quōd Petrus acolytus, quem dilectissimo filio nostro Sabiano diacono responsa ecclesiastica facienti obseruare in vrbe regia feceramus, fugiens ad vestram Ecclesiam venerit. Quod si verum est, in tuto eum facere fraternitas vestra, & inuenta huc studeat occasione remittere. Aut si forte hoc metuens a vestra discesserit Ecclesia, & per diuersa loca, ne comprehendi valeat, latitet: in omnibus parocciis vestris vt diligenter requiratur iniungite, & inuentum ad nos, sicut præfati sumus, retransmittite. quem etiam volumus per vos quia sit communionem priuatus agnoscere, nec dominici corporis ac sanguinis quousque ad nos redeat, audeat mysteria sumere, nisi forte vicino mortis insistente periculo.

*Gregorius Leoni episcopo Catenensium. De porcionibus clericorum. Caput. VIII.*

**A**d hoc locorū gradus, rationis ordo distinxit, & iudicia esse constituit, vt nec præpositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos, nec subiectis iterum contra suos præpositos effrenata sit resultandi licentia. Et ideo quia per. xv. nuper indictionem elapsam Ecclesiæ tuæ acolyti, dato contra te capitulari, quædā conuelli sunt, ne aut in tuæ fraternitatis inuidia remanerent, aut illos in suis videremur petitionibus non audire, dilectissimo filio nostro Cypriano diacono ea subtiliter inquirenda mādauimus. Qui iniuncta cognoscens, quid de capitulo vnoquoque decreuerit, inquisitioni nostræ est subtilius patefactum. Et quia inter alia de quarta portione clerus hoc tenendum statuit, vt vnā portione hi qui in sacro loco sunt positi, & reliquas tuas clerus accipiat, & latores præsentū Donatus presbyter, necnon & Theodolimus atque Viator diacones: aliorum quoque qui in sacro sunt ordine constituti, relationem ad nos deferentes conuelli sunt, hoc contra antiquam consuetudinem in suo grauamine præiudicialiter statutum: quippe quia de eadem quarta semper duas se partes, & tertiam clerum perhibent consecutum: & petiuerunt ne hæc definitio in suo præiudicio permaneat, nos hoc fraternitatis tuæ dispositioni oportere præuidimus committendū. Volumus ergo vt quicquid Ecclesiæ tuæ ex reddito vel quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeat segregare, atque eam secundum dei timorem presbyteris, diaconibus, ac clero vt tibi visum fuerit, discretè diuidere, ita sanè vt unicuique sicut meritum laboris exegerit, libera tibi sit, iuxta quod præuideris, largiendi licentia: quatenus & hi qui merentur, etiam temporali se sentiant commodo consolatos, & alij adiuuante domino eorum ad melius contendant imitatione proficere.

*Gregorius Vitaliano episcopo Sipontino. De filia Tulliani magistri militie. Caput. IX.*

**S**il cultos religiosi habitus, aut esse nosse Episcopus, filiam gloriose memoriæ Tulliani magistri militie, te illic posito, nec proiectis religiosis vestibus ad secularem reuerti habitum, nec ad nos licuisset peruersam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præsens illicita impune commissa est. Nam, sicut præfati sumus, si sollicitus extitisses, prius ad nos ultio mulieris prauissimæ: quàm culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum habes, tantumque es negligens, vt nisi canonicam in te fueris coercionem expertus, in aliis disciplinæ distictionem nescias custodire: qualiter debeas esse sollicitus, congruo tibi, si domino placuerit, tempore demonstrabimus. Præsentia igitur scripta suscipiens euigila, & excitatus saltem exequere, quod pressus nuncusque ignauia distulisti. Instantia ergo tuæ sit, prædictam mulierem vnā cum Sergio defensore nostro comprehendere: & statim non solum ad malè contemptum habitum sine aliqua excusatione reuocare, sed etiam in monasterium, vbi omnino districte valeat custodiri, detrudere: & ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, vt quàm sit nefarium quod commisit, ex tua possit distictione cognoscere. Qua in re si quis, quod non credimus, clericorum vel laicorum aliquo tibi ingenio tentauerit obistendum, a sacratissimæ eum cōmunionis participatione suspendere: nobisque renuciare festina, vt quantum sit execrabile quod præsumpserit, postquam cōsideratione propria non aduertit, emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita te cautum stude ac vigilantem ostendere, vt culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquantisper valeat sollicitudo minuere.

*Gregorius Sergio defensori. De filia Tulliani magistri militie. Caput. X.*

**S**i homo esses, aut discretionem aliquam habuisses, ita regularis disciplinæ debuisti custos existere, vt ea quæ illicitè illic committuntur, antè vindicta corrigeret, quàm ad nos eius nuncius perueniret. Sed dum nimia te facit stultitia negligentem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad vlciscendum desidiam tuam nihilominus prouocamur. Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita, filiam gloriose memoriæ Tulliani magistri militie, quæ

*D. Episto. 8. C. 7. 16. q. 1. Ad hoc.*

*Episto. 9. C. 7. 27. q. 1. Si custos.*

*Episto. 10.*

**G**uæ proiectis quas spontaneas assumpsit religiosis vestibus indumentis se laicis deturpavit, unâ cum fratre & coepiscopo nostro Vitaliano festina comprehendere, atque ad religiosum rursus habitum reuocare, ac in monasterium mittere, vbi strictè omnino valeat custodiri: Nec eius custodiam aliquatenus releuari permittas, quousque nostra denuo scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens vel lentus extiteris, ita in te noueris districtissime vindicandum, vt quod ex te nescis, poena possis resecante cognoscere: quia sicut diximus, si intellectum hominis habuisses, hæc quæ modo facere præcipis, antè debueram etiam cum vltione facta cognoscere.

*Gregorius Eusebio Thessalonicensi, Vrbisio Deracitano, Constantino Mediolanen. Andrea Nicopol. Ioanni Corinthi, Ioanni primæ Iustinianæ, Ioanni Cretensi Coritano, Ioanni Larissæo, Mariano Rauendæ, Ian. Claræ. Sarð. & omnibus episcopis Siciliæ. De lege Imperatoris, quod ex militari habitu nullus ante triennium suscipiendus sit. Cap. XI.*

Episto. 11.  
Parte. 1.  
distin. 53.  
Legem.

**L**egem quam piissimus Imperator dedit, ne fortasse hi qui militiae vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad Ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis conuertantur, vestrae studii fraternitati transmittere: hoc maxime exhortas, quod hi qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesie præproperè suscipiendi non sunt: quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam vixerant viuunt, nequaquam student seculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quoque monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt: nisi prius actionibus publicis absoluti fuerint. Si qui vero ex militaribus viris in monasteriis conuerti festinant, non sunt temerè suscipiendi: nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari: & tunc monachicum habitum deo auctore suscipere. Qui si ita sunt probati atque suscepti: & pro anima sua poenitentiam de perpetratis culpis agere student, pro eorum vita & lucro coelesti, non est eorum conuersio renouenda. Qua de re etiam serenissimus & christianissimus imperator, mihi credite, omni modo placatur, & libenter eorum conuersionem suscipit: quos in rationibus publicis implicatos non esse cognoscit.

*Menſe Decembri. Indictione prima.*

*Gregorius Sabiniâno Episcopo Iadertino. De poenitentia eius & florentino Episcopo. Caput. XII.*

Episto. 12.

**S**icut perseveranti culpa debetur iure vindicta, ita resipiscens est venia concedenda. Nam vt res illa contra se merito iracundiam excitare: sic hæc in sua proteruitate tua a consortio & communionem Maximi, vbi te prius neglectus impulerat, intantum postea grauitas sacerdotij ad animum reducta suspendit, vt eius sola nullatenus pateretis esse congregatione contentus, nisi & in monasterij te claustra recipiens dudum commissa desleres: eapropter in nostram te gratiam ac communionem receptum esse non dubites. nam quantum nos prius culpa tuae charitatis offenderat, tantum poenitentia mitigauit. Hortor igitur dilectissime frater vt gregi dominico pastorem sollicitudine instantè impendas, lucrum de commissis ouibus facere diligenter inuigiles, vt tanto tibi copiosæ retributio mercedis exuberet, quanto in aduentu æterni iudicis multiplices laboris fructus obtuleris. Stude itaque in culpa lapsos eruere, stude errantibus regrediendi viam ostendere, stude communionem priuatos ad communionem salubriter gratiam reuocare. Sit cæteris charitatis vestrae reuerſio ereptionis officium, sit salutis exemplum: quatenus dum errantes gressus ouium ad septa summi pastoris sollicitudinis vestrae cura direxerit, nec ipsæ luporum dentibus relinquuntur exposita, & te in æterna vita, quod summoperè petendum est, dignæ compensationis retributionis excipiat. De causa vero quam nobis scripsistis, vt debeamus ne in vrbe regia contra vos surri-

piatur esse solliciti, animos vestros res ista non turbet. Nam K responsali nostro omnino studiose mandauimus, vt sollicitum cautumque se debeat exhibere. Et confidimus de dei nostri potentia, quia id agitur vt vos nullius contra rationem aut turbare quoquo modo aut premere possit aduersitas. Præterea habitores Epitauriensis ciuitatis Florentium, quem suum esse dicunt episcopum, sibi à nobis restituendum studiosissime poposcerunt, asserentes frustra eum ad solam tantummodo voluntatem Natalis episcopi detrusum exilio. Et ideo si quid de eius causa fraternitas vestra cognouit: nobis suis subtiliter epistolis innotescat. Si autem necdum cognouit, requirat, nobisque renunciet: vt quicquid de eo statuendum sit certi, deliberare adiutore domino valeamus.

*Menſe Februario. Indictione prima.*

*Gregorius Candido Abbati monasterij sancti Andrea ad cliuum Scauri. De contentione inter ipsum & Maurentium. Caput. XIII.*

**S**icut loci nostri consideratio prouidere nos admonet, vt monasteriorum negotia pacis intentio salubri fine distinguat: sic iterum ratione constringimur, consensus nostri autoritate quæ vtiliter decisa fuerint, roborare: ne fortè cuiquam exultationis obiectu, quod à religioso proposito & æquitate valde dissentit, aliquid in dubium contentio recidua perducatur, & gignat ex pace litigium. Proinde quoniã inter te & candidum abbatem monasterij sancti Andrea apostoli, positi in hac vrbe Romana in cliuo Scauri, agentem utilitates eiusdem monasterij, & Maurentium gloriosum magistrum militiae, causa successione hereditariæque Ioannis fratris consanguinei prædicti viri, qui in supra scripto monasterio conuersus est, ac defunctus: cum nostro quoque consensu commodæ sollicitæque transactionis pagina interueniente decisa est: denique quia, cum fidei memorati gloriosi sinceritas olim nobis veraciter nota sit & bene comperta, vt ad satisfactionem posset omnino sufficere, etiã dato corporaliter sacramento firmaret nihil se in fraude verfatum, aut aliquid occultasse, sed omnia in integro prodidisse: idcirco huius decreti, præceptique nostri serie transactionem decisionemque inter te & præfatum Maurentium gloriosum habitam, ratam habentes, per omnia confirmamus, nec in totum partemve aliqua ratione conuelli, sed eam habere perpetuam decernimus firmitatem. Cui rei si quis, quod non credimus, contrariam asserere quoquo modo tentauerit voluntatem: ille quidem reum se ante deum esse noverit, qui nititur ea quæ vtiliter sunt finita rescindere: nam eidem decisioni transactionique nihil se derogare cognoscat. Vt ergo & sæpèdicti gloriosi Maurentij maneret illibata securitas, & tu nihil de his quæ decisa sunt valeas dubitare, simile ei præceptum pro vtraque partium munitione concessimus.

*Gregorius Adeodato & Maurentio episcopis Aphricæ apariibus. Perseuerantiam boni operis commendat, laudatque. Caput. XIII.*

**M**ultum frater charissime sinceritatis tuae bono congaudeo, quod grauitatem qua præditu te dudum audieram, præsentium portitoris Pauli fratris & coepiscopi nostri testificatio confirmat. Qui tanto latius quanta in nobis sollicitudo ecclesiastici ordinis, quantaque cura sit rectitudinis indicauit, quanto hoc & præsens compertit, & in sua amplius defensione cognouit. Quia ergo magnum, sicut nos, coram deo nostro est in bonis quæquam indefinenter operibus permanere, fraternitatis vestrae se sollicitudo ad fouendas partes iustitiæ decenter exacuat: & contra Ecclesiastici vigoris moderamina prout possibile fuerit prouisionis suæ sollicitudine fieri nihil permittat. Nec vos res aliqua ab huiusmodi intentione remoueat: sed si quæ sunt quæ dilectionis vestrae sinceritatem offendunt, & regulas canonicæ discretionis excedunt, vigilantem studete curam imponere, atque ea hortando, suadendo, terrendo emendare, charitatis vnitatem seruata, in quantum vires suppetunt, deo adiuuante contendite, & excessus authorem, coërectionis freno sacerdotali constringite, atque cum ab iniurio itinere lingua duce & actione reducite, & ita vestram in omnibus efficaciam


Episto.

L

M

Episto. 14.





efficaciam exhibere: vt deus omnipotens qui bonae voluntatis auctor, & interioris inspector est, velle vestrum & hic adiuret, & in futura vita remuneret. Supradictum vero Paulum fratrem & coepiscopum nostrum fraternitati vestrae commendantes hortamur, vt idonee charitatem vestram debeat experiri quam praedicat.

Gregorius Victori & Columbo episcopis Numidiae. De contentione parocciarum. Caput. XV.

Epi. 15. **Q**vanto cordi nostro letitiam Ecclesiae ordo inculpabiliter custoditis infundit, tanto recisus tedium doloris imponit, quod prauitatis temeritas in euersionem disciplinae tentat, & quae sunt olim laudabiliter statuta dissoluere, & quae fortius punienda, praesumere. Praesentium itaque portitoris Crisouij fratris & coepiscopi nostri querela ad nos insinuante peruenit, quod nulla exigente culpa, vel concilij deficiente sententia, Ecclesiae eius parociae antiquitus deputatae, a Valentione fratre & coepiscopo nostro, ante fere quindecim annos sint irratiocinabiliter occupatae: atque cum insuper res decessoris ipsius ad suum, quod dici graue est, arbitrium abstulisse. Quod si ita veritas se habet, quam peruersum, quamve sit execrandum, praecipue religioso praeposito, dicere non valeamus. Haec igitur in re, quia nec leuitas, neque aliqua debet esse dilatio, fraternitatem vestram praesentis epistola commonemus, vt sollicitius requiratis. Et si querela eius manifesta esse conuenerit: ablatarum rerum & occupatarum parocciarum restitutionem dilectio vestra sine mora succurrere prouideat: & ita omnia vobis solatiantibus cessante excusatione iustitia fauente recipiat, vt nec hunc labor obseruationis afficiat, nec de eius damno aliquid lucri inualsor acquirat. Accendat ergo vos zelus aequitatis, accendat iustitiae rectitudo. Ad custodiendam in cunctis antiquam Ecclesiastici ordinis dispositionem, operam instantem impendite. Districtos sollicitosque vos inter culpas & innocentiam exhibete: quatenus & iustitiam habentibus magna de rectitudinis vestrae sit zelo fiducia, & inquietis de futuro omnis excedendi amputetur occasio.

Gregorius Columbo episcopo Numidiae. Paulum episcopum commendat. Caput. XVI.

Epi. 16. **Q**ualiter de fraternitatis vestrae debeamus charitate confidere, ex mentis nostrae quam circa vos habemus, qualitate colligimus. Nec aliter vos apostolicam sedem diligere, quam ipsa vos diligit arbitramur. Vnde necesse est, vt eos quos in Ecclesia beati Petri Apostolorum principis, vt oportet, deuotos esse cognoscimus: vobis cuius vitam & actio sacerdotis ornata & dignitas, peculiarius commendemus: de cuius scilicet sinceritate firmum experimentum de praeteritis iam tenemus. Frater igitur & coepiscopus noster Paulus praesentium portitor, quantis illic fluctibus, quantisque aduersitatibus quatuor sanctitatem vestram memorat non latere. Qui quoniam querelas quas de eo ad vos peruenisse signatis, non veras esse, sed inuigilatione aduersantium contra se asserit excitari: & omnia se fidei patrocinate veritate, vobis cognoscentibus adiutore posse domino superare: hortamur dilectissime frater vt ei in quibus fuerit iustitiae ratio manifesta manum decenter praebere solatiij, atque sacerdotali eum compassione debeas adiuuare. Nulla ergo vos res ab aequitatis studio, nulla suspēdat potentia personarum. Sed inuitens praecipis dominicis, omnia quae sunt certitudini aduersa contemne. In defendendis partibus iustitiae, constanter insiste. Odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non renuas, vt tanto maiorem, in aduentu redemptoris nostri fructum mercedis inuenias: quanto eius mandata non negligens, in fauorem iustitiae & defensionem impenderis.

Mense Martio. Indictione prima.

Gregorius Bonifacio primo defensori priuil. primicerii. Defensori priuilegium primicerii concedit.

Caput. XVII.

Epi. 17. **E**cclēsticis vtilitatibus fideliter insudantes, congrue remunerationis sunt beneficio prosequendi, vt & nos respondisse eorum dignae obsequijs videamur & illi ex

indulta consolationis gratia vtiliores existant. Quia igitur D defensorum officium in causis Ecclesiae & obsequijs nolentur laborare pontificum: hac eos concessa prospeximus recompensationis praerogatiua gaudere: constituentes sicut in schola notariorum atque subdiaconorum per indulgentiam longē retro pontificum largitatem sunt regionarij constituti: ita quoque in defensoribus septem qui ostensa suae experientiae vtilitate placuerint, honore regionario decorentur. Quos quolibet per absentiam pontificis & sedendi in conuentu clericorum habere licentiam & honoris sui priuilegia in omnibus statuimus obtinere. Praeterea si quis ad prioris locum veniens, in alia fortasse prouincia propter vtilitatem propriam degit: hunc necesse est primatus loco per omnia curare, vt ille prior defensorum omnium possit existere, qui & ante prioratus locum in Ecclesiasticis vtilitatibus obsequijs pontificis non destitit per sedulam praesentiam permanere. Haec itaque constitutionis nostrae decreta, quae pro defensorum sunt priuilegijs & ordinatione disposita: perpetua stabilitate & sine aliqua constitutum refragatione seruari: siue quae scripto decreuimus, seu quae in eius nostra praesentia videntur esse disposita: nec a quoquam pontificum in totum partemve ea qualibet occasione conuelli decernimus vel mutari. Nam nimis est asperum & praecipue bonis sacerdotum moribus inimicum, nisi quempiam quacunque rationis excusatione, & quae bene sunt ordinata rescindere, & exemplo suo docere, ceteros sua quandoque post se constituta dissoluere.

Mense Aprili. Indictione prima.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennati. Priuilegium dat monasterio sanctorum Ioannis & Stephani. Caput. XVIII.

**Q**uam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere: & de eorum perpetua securitate tractare: anteaquam vos officium, quod in regimine monasterij exhibuistis, informat. Et ideo quia monasterium beatorum Ioannis & Stephani, quod in Classitana est ciuitate constitutum, cui communis filius Claudius praesens praesens dimoscitur: multa a predecessoribus vestris prauidicia atque grauamina pertulisse cognouimus, oportet vt fraternitatis vestrae prouisio eorum de futuro quietem salubri ordinatione disponat: quatenus conuersantes illic in dei seruitio ipsius quoque gratia suffragante mente libera perueuerent. Sed ne ex ea quae magis emendanda est consuetudine quisquam illic quolibet tempore quicquam molestiae praesumat inferre: necesse est vt haec quae inferius numeranda curauimus, ita fraternitatis vestrae studio debeant custodiri: vt ex eis non possit ulterius inferendae inquietudinis occasio reperiri. Nullus igitur ultra audeat de redditibus: de rebus vel chartis praedicti monasterij, vel de loco aliquo qui ad eum pertinet: quocunque modo qualibet exquisitione minuere, nec immisiones vel dolositates aliquas facere. Sed si qua forte causa inter Rauennatem Ecclesiam & praefatum monasterium euenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud electos a partibus, timentes deum, sine voluntaria dilatione, medijs sacrosanctis euangelicis, finiatur. Defuncto vero abbate, non extraneus nisi de eadem conuersatione, quem sibi propria voluntate congregatio elegerit: & qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur: quod si aptam inter se personam inuenire nequiverint: solerter de alijs monasterijs sibi similiter eligant ordinandum. Neque venienti abbati quacunque persona qualibet occasione in suo monasterio praeposatur, nisi forte extantibus, quod absit, criminibus, quae sacri canones punire monstrantur. Pariter autem custodiendum est vt inuito eiusdem monasterij abbate ad ordinanda alia monasteria, aut ad ordinis vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Sed si abundantes fuerint, & ad celebrandas deo laudes vel vtilitates monasteriorum complendas sufficientes: abbas cum deuotione de his qui super fuerint offerat, quos dignos coram deo putauerit. Quod si sufficienter habere non uoluerit, tunc Rauennas episcopus ad ordinanda alia monasteria de his qui supersunt tollat. Ad ecclesiasticum tamen officium nullus exinde producat, nisi quem abbas loci admonitus

Epi. 18. Ca. 18. q. 2. Quam sit.

Eadem ca. & capitulo F

Ea. q. 1. cap.

Ea. q. 1. ca.

Vbi supra.

CC admonitus



**G**admonitus propria voluntate obtulerit. Quisquis autem ex prædicto monasterio ad ecclesiasticum ordinem peruenit, vltius illic nec aliquam potestatem, nec licentiam habeat habitandi. Obseruandum quoque est vt descriptio rerum aut chartarum eiusdem monasterij ab Ecclesiasticis fieri non debeat, si quando res exigit: sed abbas loci cum abbatibus alijs rerum inuentarum attestacionem faciat. Quoties autem pro vtilitate monasterij sui ad Romanum pontificem abbas venire vel transmittere fortè voluerit, ei modis omnibus liceat. Præterea cum episcoporum aduentus desideranter à monasterijs debeant expectari, quia tamen hospitandi occasione prædictum monasterium temporibus decessoris vestri nobis fuisse nunciatum est prægrauatum: oportet vt hoc sanctitas vestra deceenter debeat temperare: vt, visitandi, exhortandiq; gratia ad monasterium, quoties placuerit, ab eiusdem ciuitatis antistite accedatur. Sed sic charitatis officium illic episcopus impleat, vt grauamen aliquod monasterium non incurrat. Vestram quoque fraternitatem prædictus abbas non solum non metuat ad monasterium frequenter accedere, sed etiam desiderabiliter concupiscat: sciens quod per vos substantia monasterij omnino grauari non possit.

*C. 18. q. 2. Visitandi.*

*Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De Claudio abbate. Caput. XIX.*

*Epi. 19.*

**H** **Q**uod communem filium Claudium abbatem latorem presentium longa apud nos hæc tēpore retinuit, res illa fecit quod magnum nobis, sicut nobis, erat in verbo dei solatium, quæ etiam hic adhuc volueramus diutius retinere, nisi & ipse ad suum monasterium festinasset, & nos congregationi fratrum eius presentiam esse omnino necessariam sciremus. Et ideo quia illud sicut petiit & exigebat vtilitas, relaxandum esse prospeximus: commendantes eum, hortamur vt sanctitas vestra sacerdotali illum affectione suscipiat, paternam illi monasterijque ipsius charitatem, sicut decet, impendat: benignitatis sue eam consolatione refoueat, in eius se tuitionem instanter accommodet, & præsidij sui beneficio liberum ab omni inquietudine redditum, quieti & vtilitatibus fratrum vacare permittat, atque peculiariter sicut à nobis eum scit diligere, diligat: quatenus & charitatis vestræ affectum, quem olim expertus est, in se multiplicius recognoscat, & nos in vobis inuenisse se gaudeat.

*Gregorius Agnello episcopo Terratine. De his qui idola colebant & arbores. Caput. XX.*

*Epi. 20.*

**P**eruenit ad nos quosdam illic, quod dici nephas est, arbores colere, & multa alia contra Christianam fidem illicita perpetrare. Et miramur cur hoc fraternitas vestra districta emendare vltione distulerit. Eapropter scriptis vos presentibus adhortamur, vt hos diligenti inuestigatione perquiratis: & veritate cognita, talem in eis faciatis exerceri vindictam, quatenus & deus placari possit, & alijs eorum vltio correptionis exemplum sit. Scripsimus autem & Mauro tunc vicecomiti, vt fraternitati vestræ in hac re debeat adhibere solatia, dummodo ad comprehendendos eos inuenire excusationem aliquam non possitis. Quia vero comperimus multos se à murorum vigilijs excusare, sit fraternitas vestra sollicita, vt nullum nec per nostræ vel Ecclesiæ suæ nomen, aut quolibet alio modo defendi à vigilijs patitur, sed omnes generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus, melius auxiliante domino ciuitatis valeat custodia procurari.

*Gregorius Mariano episcopo Rauennæ. De molestia uxoris cuiusdam Ioannis. Caput. XXI.*

*Epi. 21.*

**I**oannes presentium portitor queritur uxorem suam molestias Georgij cuiusdam refugientem diu in septis venerabilibus retinere, & nullum hæc tēpore inuenire solatium. Cuius quia de conditione esse controuersiam asserit, & vestræ eam fraternitati petiit commendandam, his vos hortamur assatibus, vt eidem mulieri, seruata æquitate, tuitionem debeatis impendere, & à nullo eam contra rationis ordinem grauari aliquo modo permittatis. Sed si de statu eius questio perseuerat, studij vestri sit, vt sine oppressione aliqua, legali

modo ad iudicium veniatur, quatenus dum veritate cognita quod iuris ordo suaserit, fuerit definitum, neutra se pars ali quod doleat præiudicium pertulisse.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De Felice quodam, Samaræo donato. Caput. XXII.*

*Epi. 22.*

**F**elix presentium portitor questus nobis est, cum sit de Christianis natus parentibus: à quodam Christiano, Samaræo se, quod dici scelus est, esse donatum. Et dum huiusmodi superstitionis homines Christiana quolibet modo mancipia possidere, nec ratio legis, nec reuerentia religionis admittat: se tamen per decem & octo annos in eius asserit seruitio permansisse. Sed cognoscente hoc sanctæ memoriæ decessore vestro Maximiano ab eo se zelo, sicut decuit, sacerdotali commoto, de Samaræi seruitio nefario dicit liberatum. Sed quia eiusdem Samaræi filius post quinque annos factus dicitur Christianus, & supradictum Felicem in eius seruitium, quantum ipse dicit, quidam nituntur redigere, sanctitas vestra hæc quæ edocti sumus, diligenter inquirat: & si ita esse constiterit, eum tueri studeat: & à nullo suo qualibet occasione grauari permittat, quia dum superstitionis sectæ mancipia dominos suos ad fidem præcedentia seruitio eorum aperte redigi iura prohibeant, quanto magis hic de Christianis parentibus natus, & factus à paruulo Christianus, hanc non debet questionem aliquo modo sustinere: maxime quia nec patris eius esse seruus potuit: quem liquet ex praua potius præsumptione pœnam posse venientem de legibus sustinere? Et ideo, sicut diximus, ita eum sanctitatis vestræ defensio rationabiliter tueatur, vt nulli eum sub quolibet argumento sit aliquateus affligendi licentia.

*Gregorius Rusticanae patriciæ. Vt Romam ueniat. Et de precio in captiuos expenso. Caput. XXIII.*

*Epi. 23.*

**I**amdudum vestræ excellentiæ me scripsisse, & sapius inuississe reminiscor, vt beati Petri Apostolorum principis limina festinet reuidere. Et quæ tanta sit Constantinopolitanae ciuitatis delectatio, quæque Romanæ vrbs obliuio, ignoro: obtinere apud vos hæc ex re nunciusque nil merui. Quantum enim ad colligendas æternæ vitæ mercedes vestræ animæ expedire possit, quantum etiam gloriosæ filia vestræ dominæ Eusebiæ in omnibus congruat, & nos subtiliter attendimus, & vos considerare subtilius potestis. Filium meum Petrum hominem vestrum, quem vltra ætatem suam sapere, & maturitati studere cognouimus: si requiritis, inuenietis quantus hic omnium habitantium circa excellentiam vestram amor sit, quantumque desiderium vt vos reuidere mercamur. Et si præcipiente deo, sanctis eloquijs admonemur, vt etiam inimicos diligere debeamus: pensandum nobis est quantæ culpæ sit etiam amantes minimè amare. At si fortè dicitur quod amamur, nos certissime scimus, quia nemo potest diligere quos non vult videre. Sin verò gladios Italiae ac bella formidatis, sollicitè debetis aspiciere quanta beati Petri Apostolorum principis in hac vrbe protectio est: in qua sine magnitudine populi, & sine adiutoris militum tot annis inter gladios illæsi, deo auctore, seruamur. Hæc nos, quia amamus vos, dicimus. Sed omnipotens deus quicquid animæ vestræ in perpetuum, quicquid opinionum domus in presenti conspicit expedire, concedat. Decem verò auri libras quas in captiuorum redemptionem excellentia vestra transmisit, præfato filio meo deserente suscepi. Sed peto vt superna gratia, quæ vobis concessit eas pro animæ vestræ mercede tribuere, mihi etiam concedat sine aliquo peccati contagio dispensare: vnde vos peccata detergatis, nos inde maculemur. Omnipotens deus qui debilitatem corporis vestri, & peregrinationem vestram conspicit, de sua semper gratia, & dulcissimi filij mei domini Strategij: vos vita & salute consoletur: quatenus eum & vobis per longa tempora, & sibi ad eternitatem nutriat: vosque cum omni domo vestra, & bonis presentibus repleat, & supernam gloriam habere concedat. Gloriosum vero domnum Eudoxium nostra petimus vice salutari.

*Gregorius Faustino defensori. De conuersione Iudeorum in Agrigentino territorio. Caput. XXIII.*

*Domina*

**Epi. 24.** **A** Omnia Abbatissa monasterij sancti Stephani, quod in Agrigentino est territorio constitutum, indicante comperimus: multos Iudaeorum ad Christianam fidem diuina gratia inspirante velle conuerti, sed esse necessarium vt aliquis illuc ex nostro mandato debeat proficisci. Proinde huius tibi autoritatis tenore praecipimus, vt omni excusatione submota, ad praedictum locum pergere, & desiderium eorum tuis, deo propicio, adhortationibus adiuuare festines. Quibus tamen si longum vel triste videtur solennitatem sustinere paschalem, & eos nunc ad baptismum festinare cognoscis: ne, quod absit, longa dilatio eorum retro possit animos reuocare: cum fratre nostro episcopo loci ipsius loquere, vt poenitentia ac abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die dominico, aut si celeberrima festiuitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis dei misericordia protegente baptizes: quia & temporis qualitas propter eam quae sibi imminet cladem, impellit vt desideria eorum nulla debeant dilatione differri. Quoscumque vero ex eis pauperes, & ad vestem sibi emendam non sufficere posse cognoscis: te eis vestem quam ad baptismum habeant comparare volumus ac praebere: in quibus precium quod dederis, tuis noueris rationibus imputandum. Si vero sanctum Pascha elegerint expectare: iterum cu Episcopo loquere, vt modo quidem catechumeni fiat: atque ad eos frequenter accedat, geratque sollicitudinem, & animos eorum admonitione suae adhortationis accendat: vt quanto quae expectatur est longa festiuitas, tanto se preparent, vt eam desiderio seruenti debeant sustinere. Praeterea cum omni studio ac diligentia studij tui sit perscrutari: vt rum supradictum monasterium cui antedicta domina praest: sufficiens sibi sit: an necessitatem aliquam patiatur. Et quicquid in veritate cognoueris: vel quid de his qui baptizari desiderant, actum fuerit: nobis subtiliter indicare festina.

Mense Iunio. Indictione prima.

Gregorius Sauintiano episcopo Iadertino. De obedientia eius: & contumacia Maximi.

Caput. XXV.

**Epi. 25.** **S**atis frater charissime de sinceritate tua laetificor, quod eam solliciti discretionis iudicij, & ubi obediendum est obedire, & ubi resistendum est resistere studioso sacerdotali cognosco. Cum quanta nante te deuotionis sinceritate submiseris his quae ob culpam praeteriti excessus indiximus, literarum tuarum quas per latorem praesentium direxisti, pagina referauit. Nec enim poterat aliter a dilecto fratre suscipi, quam a diligente mandatum est. Vnde in omnipotentis dei miseratione confido, quia ita eius te gratia protegit, vt per hoc etiam ab aliis absolutus, salubriter paruisse gaudeas. De hoc vero quod se contristari charitas tua Maximi prauaricatoris & excommunicati amulatione significauit: turbari non debet: sed decet vt ad modicum tumentes inaniter fluctus patienter tolerando sustineas: & vndarum spumas perseverantiae virtute subternas. Nouit enim patientia leuigare quod graue est: & constantia superare quod laeuat. Animos ergo tuos aduersitas non deuiciat, sed accendat. Audacior te in omnibus vigor sacerdotalis ostendat. Nam vera documenta veritatis sunt, promptiorem in duris, & fortiozem se quenquam quandoque in contrariis exhibere. Vt igitur rectitudinis robur a bono deliberationis suae nulla valeat impulsione conueli: mentis gressus in eius petrae soliditate, sicut coepistis, dirigite, in qua redemptorem nostrum per totum mundum fundasse nostis Ecclesiam: quatenus certa sinceri cordis vestigia in deum itinere non offendant. Ea vero quae nobis scripsistis, vel praesentium lator coram positus explicauit, non nos cre datis negligenter omittere: sed de his omnino sollicito cogitamus. Dilectissimo autem filio nostro Anatholio diacono iam & prius & nunc iterum omnia subtiliter indicauimus: hortantes vt quicquid ad utilitatem ac quietem charitatis vestrae vel filiorum vestrorum pertinet, creatoris nostri auxilio suffragate agere districto ac studiose festinet. Et ideo fraternitate vestra nec moror afficiat, nec inimicitia cuiuslibet affligat. Nam diuinitatis gratia opitulante, in proximo a desse cofidimus: vt & praefati prauaricatoris & excommunicati praesumptio districtius reprimatur, & vestra quies, sicut desideratis, adue

niat. Excellentissimo quoque filio nostro Exarcho, qui nobis cum studet commendare, de prauitate ipsius scribere nequam omisimus. Presbyterum vero de quo nos fraternitas tua latoris praesentium relatione consuluit: nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitius agendum est: propterea quod commissum facinus facili dicitur professione confessus. Praeterea pariter hic portitor quaedam Ecclesiae vestre priuilegia a nostris concessa praedecessoribus intinuit. De quibus scriptis charitatis vestrae nos subtilius volumus informari: vel si qua ex eis scripta in Ecclesiae vestre scrinio reiacent, eorum huc exemplaria transmitti necesse est: vt quicquid ad honoris vestri reuerentiam vel gentium praefatae Ecclesiae pertinet, libenti animo praeparare possimus. Glorioso autem communi filio domino Marcello: si huc venire voluerit, instantius suadete: quia omnino eum videre desidero. Si vero illic stare elegerit: ita vos ei in charitate qua comenit exhibete, vt affectui ipsius quem circa vos habet, respondere sicut condecet valeatis. Omnipotens deus gratiae suae dono, vos custodiens protegat, & cor vestrum in ea quae ei sunt placita semper accendat.

Gregorius Victori episcopo Panormitano. De Iudeis non opprimendis iniuste. Caput. XXVI.

**S**icut Iudeis non debet esse licentia quicquam in synagoga suis ultra quam permittum est lege praesumere: ita in his quae eis concessa sunt, nullum debent praedictum sustinere. Quae autem nobis in hac vrbe Romana habitantes Hebraei pro his qui Panormi degunt, conquesti sunt, data vos ab eis petitio quae in subditis tenetur, informat. Si igitur querimonia eorum veritate fulcitur, oportet quod paternitas vestra, legis serie diligenter inspecta, ita eis quicquid hac de re decretum est, custodire debeat ac seruare: vt nec ipsa aliquid iniustum facere, nec illi pati praedictum videantur. Si vero est aliquid quod ad restituendum ea quae sunt ex postulata rationabiliter possit obsistere: iudices a partibus eligantur: qui ea quae aequitati conueniant, valeant definire. Quod si forte illic contentio ipsa finiri nequiverit: ad nos venire causam necesse est: quatenus sine vestra inuidia, quae amici iustitiae visa fuerint decernantur. Quousque ergo causa ipsa finem accipiat, a consecratione locorum quae ablata dicuntur, fraternitas vestra se suspendat.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De clericis sacra uasa uendentibus. Caput. XXVII.

**Q**uia peruenit ad nos, quod quidam ex Italiae Ecclesia clerici uasa sacra in Sicilia uendunt: idcirco Panthaleone notarium nostrum direximus, vt eadem uasa sollicita inquisitione requireret. Qui postquam in vestre sanctitatis est obsequio occupatus, eandem causam cum cognouimus neglexisse. Oportet ergo vt fraternitas tua congrua debeat sollicitudine prouidere: & tempore quo utile esse crediderit, eum ad peragenda ea ipsa debeat relaxare: quatenus & ipsa de illo possit habere solatiu, & ipse salubriter valeat quae sibi mandata sunt deo adiunante peragere: quia necesse est vt indictione subsequenti huc veniat, & subtiliter nos coram positus de cunctis informet.

Gregorius episcopo Syracusano. De praesumptione clericorum Cathinensium. Caput. XXVIII.

**E**cclasiastici vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita praesumantur, aut impune non concessa tententur. Peruenit itaque ad nos diacones Ecclesiae Cathinensis calciatos compagis procedere praesumpsisse: quod quia nulli haecenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo diaconibus Ecclesiae Messanenensis, quibus olim a praedecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantae temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si ita sicut ad nos peruenit inuenit verum esse, vtum vel a se, vel alicuius hoc autoritate praesumpserint, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea quae male usurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus.

Mense Iunio. Indictione prima.

CC ij Gregorius

**D**  
Parte. 1.  
di. 50. Prae  
byterum.

**Epi. 26.**  
B

**Epi. 27.**

**Epi. 28.**

Parte. 1.  
di. 93.  
peruenit.

**G** Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De libris  
Eusebii, & lignis transmissis.  
Caput. XXIX.

Epi. 29.

**V**tilis semper est docti viri allocutio: quia aut discit  
audiens quod nescire se nonerat: aut cognoscit, quod  
est amplius, id quod se & nescisse nesciebat. Qua  
in re ex audientiu numero ego nunc factus sum, cui sanctissi-  
ma vestra beatitudo scribere studuit, vt cunctoru martyru  
gesta, quae pie memorie Constantini temporibus ab Eusebio  
Cesariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed haec neq;  
si collecta sunt, neq; si sint, ante vestrae beatitudinis scripta  
cogaui. Ago ergo gratias, quia sanctissime vestre doctrine  
scriptis eruditus ceppi scire quod nescieba. Praeter illa enim  
quae in eiusdem Eusebii libris de gestis sanctorum martyru  
continentur, nulla in archino huius nostrae Ecclesiae, vel in  
Romane vrbs bibliothecis esse cognoui, nisi pauca quaedam  
in vnus codicis volumine collecta. Nos autem penè omnium  
martyrum distinctis per dies singulos passionibus, collecta  
in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in  
eorum veneratione missarum solennia agimus. Non tamen  
in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur, sed ra-  
tummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur. Vnde fit  
vt multi ex diuersis terris atque prouincijs per dies, vt  
praedixi, singulos cognoscantur martyrio coronati. Sed haec  
**H** habere vos beatissimos credimus. Ea vero quae transmitti  
voluistis, quarentes quidem non inuenimus, sed adhuc non  
inuenientes quaerimus, & si potuerint inueniri, transmittem-  
us. De lignis autem, quod scribitis, quia breuia fuerint, na-  
uis per quam transmissa sunt, qualitas fecit, quia si maior na-  
uis venisset, potuimus ligna etiam maiora transmittere. Quod  
autem dicitis: quia si maiora transmittimus, precium datis:  
largitati quidem gratias agimus: sed accipere precium, E-  
uangelio interdicens, prohibemur. Nos enim ea quae trans-  
mittimus ligna non enimus: & quomodo possumus precium  
accipere, cum scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date?  
Nunc ergo iuxta modum nauis per nauclerum parua ligna  
transmissimus, quorum notitia subter annexa est. Sequenti  
vero anno, si omnipotenti deo placuerit, maiora prepara-  
mus. Benedictionem autem sancti Marci Euangelistae, imò  
quod est verius, sancti Petri Apostoli in ea dulcedine qua  
est transmissa suscepimus, & salutationis alloquium persol-  
uentes petimus vt beatitudo vestra pro nobis orare dignetur:  
quatenus & a malis praesentibus mereamur citius eripi, & a  
futuris gaudijs non excludi.

Mat. 10.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. Vbi commemo-  
rat in sancta Chalcedonensi synodo papam Romanum uni-  
uersalem appellatum.  
Caput. XXX.

Epi. 30.

**C**ommunis filius praesentium lator sanctitatis vestrae  
scripta deferens, agrum me reperit, agru reliquit:  
qua ex re contigit vt ad largum vestrae beatitudinis  
fontem breuis epistole me vix parua potuisset aqua refer-  
uare. Superni autem muneris fuit, vt in dolore corporis posi-  
tus, suauissima vestrae sanctitatis scripta suscipere: quae me  
de doctrina Alexandrinae Ecclesiae, de conversione haereti-  
corum, de concordia fidelium sublimiter letificaret: quatenus  
ipsa mentis laetitia immanitatem mihi molestiae temperaret.  
Et quidem de bonis vestris noua semper exultatione gaude-  
mus, sed tamen ita nos perfecte agere, noua esse nullo modo  
deputamus. Quod enim crescit sanctae Ecclesiae populus,  
quod ad caeleste horreum spirituales segetes multiplicantur,  
hoc de omnipotentis dei gratia quae in beatissimis vobis lar-  
ge influit, nunquam habuimus incertum. Gratias itaque om-  
nipotenti deo solouimus, quia impletum videmus in nobis es-  
se, quod scriptum est: Vbi plurime segetes, ibi manifesta for-  
tudo bouum. Si enim vox fortisaratum linguae in terra cor-  
dis audientium non transfixisset, tanta fidelium seges minime  
surrexisset. Sed quoniam verè in bonis quae agitis, scio quod  
& alius congaudetis, vestrae vobis gratiae vicem reddo, & non  
dissimilia nuncio: quia dum gens Anglorum in mundi an-  
gulo posita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nuncijs  
remaneret, ex vestrae mihi orationis adiutorio placuit, vt ad

Prover. 14

eam monasterij mei monachum in praedicationem transmit-  
tere deo authore debuissim. Qui data a me licentia, a Germa-  
norum episcopis, episcopus factus, cum eorum quoque solati-  
is ad praedictam gentem in fine mundi perductus est, & iam  
nunc de eius salute & opere ad nos scripta peruenerunt, quia  
tantis miraculis vel ipse, vel hi qui cum eo transmissi sunt,  
in gente eadem coruscant, vt Apostolorum virtutes in signis  
quae exhibent, imitari videantur. In solennitate autem do-  
minicae natiuitatis quae hac prima indictione transacta est,  
plusquam decem milia Angli ab eodem nunciati sunt fratre  
& coepiscopo nostro baptizati. Quod idcirco narraui, vt  
cognoscatis quid in Alexandrino populo loquendo, & quid  
in mundi finibus agitis orando. Vestrae enim orationes sunt  
in eo loco vbi non estis, quorum operationes sanctae monstra-  
tur in eo loco in quo estis. Praeterea de Eudoxij haeretici per-  
sona, de cuius errore in Latina lingua nihil reperi, mihi a ve-  
stra beatitudine largissime gaudeo satisfactum. Viroru quip-  
pe fortissimorum Basilij, Gregorij, atque Epiphaniij testimo-  
nia protulistis, & manifeste peremptum cognoscimus cu in  
quem heroes nostri tot iacula dederunt. De his vero erro-  
ribus qui nunc in Constantinopolitana Ecclesia probantur  
exortis: doctissime omnia, & vt iudicium tantae sedis profer-  
re decuit, respondistis. Vnde omnipotenti deo gratias agimus,  
quia adhuc arce dei insunt tabulae testamenti. Quid est enim  
sacerdotale cor, nisi arca testamenti in qua quia spiritualis do-  
ctrina viget: proculdubio tabulae legis iacet. Indicare quoq;  
vestra beatitudo studuit, iam se quibusdam non scribere su-  
perba vocabula, quae ex vanitatis radice prodierunt: & mihi  
loquitur dicens, Sicut iussistis, quod verbum iussionis peto  
a meo auditu remouete: quia scio quis sum, qui estis. Loco e-  
nim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo iussi, sed  
quae vtilia visa sunt indicare curauim. Non tamen inuenio ve-  
stram beatitudinem, hoc ipsum quod memoriae vestre intuli,  
perfecte retinere voluisse. Nam dixi nec mihi vos, nec cuiquam  
alteri tale aliquid scribere debere: & ecce in praefati-  
one epistolae, quam ad me ipsum qui prohibui direxistis, su-  
perbe appellationis verbum, vniuersalem me papam dicen-  
tes, imprimere curastis. Quod peto dulcissima mihi sancti-  
tas vestra vltra non faciat, quia vobis subtrahitur quod al-  
teri plusquam ratio exigit praebet. Ego enim non verbis  
quero prosperari, sed moribus. Nec honorem esse deputo in  
quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus  
nanq; honor est, honor vniuersalis Ecclesiae. Meus honor est,  
fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego verè honoratus  
sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si  
enim vniuersalem me papam vestrae sanctitas dicit: negat se  
hoc esse quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant  
verba quae vanitatem inflant, charitatem vulnerant. Et quidem  
in sancta Chalcedonensi synodo atque post a subsequentibus  
patribus hoc decessoribus meis oblatum vestrae sanctitas no-  
uit. Sed tamen nullus eorum vt hoc vnquam vocabulo voluit:  
vt dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligenter om-  
nium, apud omnipotentem deum custodirent suum. Proinde  
debitum salutationis alloquium soluens, peto vt in sanctis ora-  
tionibus vestris mei memores esse dignemini: quatenus a pec-  
catorum meorum nexibus, quia meis meritis non valeo, ve-  
stris intercessionibus me dominus absoluat.


Gregorius Secundo episcopo Taurum. De querimonia  
monachorum monasterij Castellien. Caput. XXXI.

**Q**uerimonia monachorum monasterij Castellien-  
sis oblata ab eis peritio quae tenetur in subditis, pa-  
tescit. Proinde fraternitas vestra haec quae asserunt,  
sollicita persecrari cura studeat. Et si ea inue-  
nerit in veritate subsistere, ratione tuitionis illis impedit, &  
monasteriu quod monasterio eoru vnium est, secundu con-  
suetudinem deputatis de congregacione eoru illic monachis  
prouideat ordinari: quia rationis ordo non patitur, vt mona-  
sterium ipsum, & maxime contra voluntate fundatorum, ab  
eorum dispositione, ad arbitrium suum, praesertim laica per-  
sona, subducatur: aut aliquid sibi in id ius debeat vindicare.

Gregorius Dominico episcopo Carthaginis. De laude  
charitatis. Caput. XXXII.

Scripta





**A** Scripta sanctorum vestra, qua latore presentium deferente suscepimus, ita sacerdotalem modestiam loquebantur, ut auctoritas sui corporalem nobis quodammodo presentiam blandirentur. Nec enim sermo rarus aliquid officii ubi manet in animis continuis dilectionis affectus. Magna autem charitatis virtus est dilecte frater, qua sinceritatis vinculo alterna mutuo affectu corda constringit: & ea a gratia non sunt compage dissolui: dissociata coniungit, vnita custodit, & ignotos sibi imagine reddit cognitos per amorem. Quisquis igitur in huius cardine mentem figit, cum de superna patriae habitaculo cuiuslibet aduersitatis impulsio non euellit: quoniam quocumque se verterit, a mandatorum limine non excedit. Vnde & in eiusdem charitatis laude per egregium praedicatorum dicitur, Quae est vinculum perfectionis. Quanta itaque sit laudis aspicimus, quae perfectionem non solum in mente generat, sed etiam ligat. Quia igitur huius virtutis igne succensum tuarum te prodit locutio literarum: vberi in domino exultatione laetificor, atque opto ut haec in te magis magisque resplendeat: quia lux gregis flamma est pastoris. Decet enim decet dominicum sacerdotem moribus & vita clarescere, quatenus in eo tanquam in vitae suae speculo plebs commissa & eligere quod sequatur, & videre possit quod corrigat. Scientes praeterea vnde in Africanis partibus sumpserit ordinatio sacerdotalis exordium laudabiliter agitis quod sedem Apostolicam diligendo, ad officij vestri originem prudenti recordatione recurritis: & probabili in eius affectu constantia permanetis. Certum quippe est: quia vestro honori additis, quicquid reuerentiae ac deuotionis ordini sacerdotali exhiberis: quia per hoc ut vicaria erga vos dilectione adstringi debeat, inuitatis. Quod superest charissime frater, omnipotentem dominum assidua oratione poscimus: quatenus cordis nostri gressus in veritatis suae tramitem dirigat: & ut ad caelestia regna perducatur, nominis officium protectionis suae gratia operibus nos exhibere concedat.

Colo. 3.

Epi. 33.

C

*Gregorius Ioanni Schillitano. De oppressione monachorum Castellien. monasterii. Caput. XXXIII.*

**G**raue nimis & contra sacerdotale constat esse propositum: velle cuiusquam monasterij privilegia olim indulta confundere, & ad irritum quae sunt pro quiete disposita niti deducere. Quae itaque nobis sunt monachi Castellien. monasterij: quod in fraternitatis vestrae ciuitate est constitutum, quia eidem monasterio quaedam contra ea quae a praedecessoribus nostris permessa, ac consuetudine longa seruata sunt, festinetis superinducere, & antiquam ordinationem quadam praedijci nouitate turbare. Proinde his fraternitatem vestram hortamur assatibus, ut si ita est, ab eius molestia se sine aliqua exculpatione contineat: & quae ei sunt diutius custodita: nullius occasionis tetet vsurpatione conuelleri: sed cuncta illibata, & sine aliqua studeat refragatione seruare, & plus sibi in eodem monasterio quam praedecessoribus suis licuit, nouerit non licere. Quia vero pariter quae sunt fraternitatem tuam quaedam de monasterio xenij quasi specie abstulisse, necesse est ut si quid te indecenter recolis accepisse, sine dilatione restituas, ne auaritia te grauius culpa redarguat, quem largum erga monasteria sacerdotalis magis debuerat munificentia demonstrare. Seruatis itaque omnibus, quae a tuis, sicut diximus, praedecessoribus permessa sunt ac seruata, cura tua sit circa actus ac vitam consistentium illic monachorum vigilatam insistere, & si quempiam illic praue conuersari, aut in aliquam immunditiam, quod absit, culpam inueneris incidisse, districta ac regulari emendatione corrigere. Nam sicut ab iis quae incogruue vsurpantur, fraternitatem vestram volumus abstinere, ita in his quae ad disciplinae rectitudinem vel animarum custodiam pertinent, esse sollicitam modis omnibus admonemus. Indicauerunt etiam praedicti monasterij monachi castrum quod Schillitanum dicitur, in solo iuris monasterij eorum esse fundatum: atque ob hoc habitantes illic factis libellis solatium annis singulis spondidisse perfoluere: sed postea contempnissse, & ab eadem se praestatione superuacue suspendisse. Fraternalitas

ergo vestra subtiliter veritatem curet addiscere, & si ita repererit, instanter studeat ut ea quae promiserunt (quia & ratio exigit) praebere non differant, quatenus & illi quiete quod tenent, possideant, & monasterij iura praedictum non incurrant. Praeterea quae sunt praedicti monasterij monachi abbatem suum terram intra Schillitanum castrum, quae in sexcentos pedes extenditur, sub praetextu fabricandae Ecclesiae fraternitati tuae donationis titulo concessisse: & ideo volumus quantum parietes possunt edificatae ecclesiae circumdare iuri ecclesiae vendicari. Quicquid vero extra parietes eisdem ecclesiae esse poterit, ad iura monasterij sine difficultate aliqua reuertatur: quia mundanarum legum nec sacrorum canonum statuta permittunt res monasterij de iure eius quolibet titulo segregari. Eapropter donationem eiusdem terrae, quae contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue.

*Gregorius Leontio exconsuli. De caelesti Hierusalem & Babylone. Caput. XXXIII.*

**Q**uia in magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quaedam quidem in honore, quaedam autem in contumelia: quis ignoret quod & in vniuersae Ecclesiae sinu, alij velut vasa contumeliae rebus deputantur infimis: alij vero ut honoris vasa rebus deputentur mundis: Et tamen plerumque contingit, ut & ciues Babyloniae in angaria seruiant Hierusalem, & ciues Hierusalem, id est, caelestis patriae, in angaria deputentur Babyloniae. Cum enim electi dei magnis moribus praediti, modestia ornati, luera propria non quaerentes, terrenis deputantur rebus, quid aliud quam sanctae Hierusalem ciues in Babyloniae opere seruiunt? Et cum quidam in prauis moribus effrenati, locum sancti honoris tenent: atque in ipsis quae benefacere videntur, propriam laudem quaerunt, quid aliud quam ciues Babyloniae supernae Hierusalem angarias exolunt? Sic enim Iudas Apostolis admixtus diu redemptorem humani generis praedicaui: signa cum caeteris fecit. Sed quia Babyloniae ciuis fuit: Hierusalem caelesti opus suum in angaria perioluit. At contra Ioseph in Aegyptum ductus, terreno palatio seruiuit, curam ministerij in rebus temporalibus gessit, quicquid iuste regno transitorio debebatur exhibuit. Sed quia sanctae Hierusalem ciuis extitit: seruitium Babyloniae in sola, ut dictum est, angaria ministravit. Huius ergo bone vir esse te sequace credo: quae terrenis actibus implicatum, mansueti spiritu agere, humilitatis arcem per omnia custodire: & singulis quae iusta sunt tribuere cognosco. Tanta enim de vestra gloria a multis bona referuntur, ut mihi haec non libeat audire, sed cernere: eius tamen quae videre non licet, bona me pascit opinio. Sanctae autem Ecclesiae, id est omnium electorum, typum tenes mulier, quae alabastrum fudit, domum repleuit unguento. Et nos quotiens de bonis aliquid audimus, iuauitatis auram quasi per nares trahimus. Et Paulus Apostolus cum dicebat: Christi bonus odor sumus deo, patenter datur intelligi quae saporem se quidem praesentibus, sed odorem absentibus exhibebat. Nos itaque qui per praesentiae saporem non possumus, per odorem vestrae absentiae nutrimur. Hoc etiam valde gaudemus quod munera quae transmisisse, vestris moribus dissimilia non fuerint. Oleum quippe sanctae crucis, & aloes lignum suscepimus. Vnum quod tactum benedicat, aliud quod incensum redoleat. Decebat igitur ut bonus vir ea transmitteret, quae iram nobis domini placare potuissent. Alia quoque in cellariis multa misistis, quia sicut mente & carne subsistimus, necessarium fuit ut a vobis tunc in vitroque contineri deberemus. De quibus transmissis cur dulcissima mens vestra valde se erubescere fatetur, atque eidem verecundiae scutum charitatis opponere: Sed in his ego verbis omnimodo gaudeo, quia in tali eius attestacione cognosco quod nunquam possit aliena tollere, & hoc ipsum erubescit, quod propria largitur. Parua vero appellatis munera vestra, quae magna sunt, sed credo ut adhuc amplius ex ipsa gloria vestrae humilitate proficiant. Et petitis ut haec bona mente suscipiam. Sed inter ista ad memoria cuiusdam viduae duo minuta reducite. Si enim illa deo placuit, quae bono animo pauca obtulit, cur non hominibus placeat, qui mente humili multa dedit? Praeterea benedictione vobis sancti Petri Apostolorum principis, clauae sanctissimi sepulchri eius in qua benedictio de caeteris

Epi. 34.

B

Luc. 7.

F 2. Cor. 2.

Luc. 21



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

Illius est inserta, transmissimus, ut quod eius collum ligauit ad martyrium, hoc vestrum ab omnibus peccatis absoluat.

Finiunt epistola: Indictionis prima.

Incipiunt epistolae indictionis secundae ex Registro beati Gregorii papae.

Mense septembri. Indictione secunda.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De exarata messe cuiusdam ante missarum solennia dominicorum die, et terminis eradicatis post missarum solennia. Caput. I.

Epi. 1. Ca. 2. q. 7. Paulus. 1.



Radicator omnipotentis domini Apostolus dicit: Seniores ne increpaueris. Sed haec eius regula in eo seruanda est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum praebet, ibi districta increpatione feriendus est, na scri- ptum est: Laqueus iuuenum omnes vos. Et rursus propheta dicit: Et peccator centum annorum maledictus est. Tanta autem nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, ut eam nisi adhuc humanitus pensarem, fixa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est, quod dominicorum die priusquam missarum solennia celebrares, ad exarandam messem latoris praesentium perrexisti, & post exarationem eius missarum solennia celebrasti. Post missarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quae poena debuit insequi, omnes qui audiunt sciunt. Dubium autem de tanta hac peruersitate fueramus, sed filius noster Cyriacus abbas a nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur aliquando respice senex, atque a tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compesce. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior atque timidior debes. Et quidem poena sententia in te fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. Eos vero quorum consiliis haec egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus, ita tamen ut si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus euenerit, benedictione uaticini non priuentur. Deinceps autem ab eorum consiliis caute existete quoque sollicitudine custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuae ulterius, nec senectuti parcamus.

Esa. 42. Esa. 65. Parte. 1. H di. 86. Tanta.

I Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De pace facta cum rege Longobardorum. Caput. II.

Epi. 2.

Quid in Sardinia hostes nostri fuerunt operati, priusquam fraternitatis vestrae epistola ad nos perueniret, agnouimus. Et quia hoc futurum dudum metuimus, euenisse quod prauidimus, nobiscum nunc gemimus. Quod si secundum ea quae tam uobis, quam excellentissimo filio nostro Gennadio hoc fore nunciantes scripsimus, sollicitudo fuisset adhibita, inimici illuc aut non accederent, aut accedentes periculum quod fecerunt mererent. Vel nunc ergo ea quae contigerunt, uigilantiam uestram in futura exacuant. Nam & nos quicquid prodesse possumus, facere domino auxiliante nequaquam omittimus. Cognoscatis autem abbatem quem ad Agulphum ante multum iam tempus transmisisimus, pacem cum eo, deo propicio, quantum uobis ab excellentissimo exarcho scriptum est, ordinasse. Et ideo quousque pacta de confirmatione pacis ipsius conscribatur, ne forte hostes nostri in hac dilatione ad partes illas iterum uelint accedere, marorum uigilias, & sollicitudinem in locis facite omnibus adhiberi. Et confidimus in redemptoris nostri potentia, quia aduersariorum nobis incuris uel insidiae de nunc non nocebunt. Hoc uero quod scripsistis, multos contra uos nobis querelas deponere, uerum est, sed inter diuersa non nos sic res alia contristauit quomodo id quod nobis dilectissimus filius noster Cyriacus abbas retulit, quia die domini-

co ante missas messem de agro quem Donatus possidebat, feceris exarari. Quod ne parum esset, expleto sacrificio, per te metipsum illuc accedens terminos effodisses. Ob quam rem hortor ut officium quod geris, sollicita mente consideres, & quicquid grauare potest aut opinionem tuam aut animam, omnino relinquant, & te committere illud nullius suasionem consentias. Nam non terrenarum rerum curam, sed animarum te ducatum suscepisse cognoscas. Ibi ergo cor figere, ibi sollicitudinem, ibi totum debes studium adhibere, atque de earum lucro diligentius cogitare, ut dum uenienti domino multiplicata quae tradidit talenta reddideris, retributionis ab eo fructum consequi, & inter fideles famulos in aeterna merearis gloria exaltari. Hoc autem quod obiurgo uel increpo, non ex asperitate, sed ex fraterna scito dilectione descendere, quia sacerdotem te apud omnipotentem deum non nomine, quod solum ad poenam est, sed etiam meritis, quod ad mercedem respicit, inueniri desidero. Nam dum unum in redemptoris nostri corpore membrum sumus, sicut in culpa tua dilaceror, ita quoque in bona actione letificor. Illud praeterea quod uultis, ut personam a nostro latere deponamus, cui causas uestras insinuare nobis referendas subtiliter debeatis, dilectissimo filio nostro Petro & Theodoro consiliario, quocumque uultis scribite, ut per eorum nobis insinuata, quicquid de his ratio suaserit domino ualeat reuelate disponi. De fratre autem & coepiscopo nostro Mariniano dum pax praedicto Agulpho perfecte fuerit consummata, erit cognitio, & fiet quicquid rationis ordo dictauerit. Gregorius Marcellino proconsuli Dalmatiae. Scribit redarguens de fauore Maximo praenicatori praestito. Caput. III.

Epistola magnitudinis uestrae suscepimus in qua uos nostram incurrisse ingratitude indicatis, atque ob hoc per directam satisfactionem habere nostram uelle uos gratiam. Et quidem tanta ad nos de uestra magnitudine peruenit, quanta a fidele uiro minime committi debuerant. Vos enim tanti mali de causa Maximi omnes astruunt auctores existere, per quos spoliatio illius ecclesiae uel tantarum animarum perditio, atque inaudite praesumptionis audacia sumpsit initium. Et quidem quod uestra uelle gratiam habere petitis: conuenit in redemptori nostro pro his talibus satisfacere tota intentione mentis, ut dignum est, cum lachrymis debeatis: quia si illi satisfactum non fuerit: quid uestra relaxatio uel gratia poterit certe conferre? Dum tamen adhuc in praesumptorum, uinis uel errantium defensionibus messe uos cernimus: qualis uel deo, uel hominibus uestra sit satisfactio, non uidemus. Tunc enim deo & hominibus se satisfacere magnitudo uestra patenter euidetur: cognoscat, si & de uia ad rectitudinem, & praesumptina ad humilitatis normam reducat. Quod si factum fuerit, per hoc uos & dei percepturos & hominum gratiam cognoscatis. Gregorius Andreae scholastico. Castorium chartularium recommendat. Caput. IIII.

Epistola. Valiter de glorie uestrae debeamus sinceritate praesumere, cognita deuotionis qualitas, quam beato Petro Apostolorum principi olim exhibuistis, ostendit. Cuius licet causis mente uos adesse praestissima consideramus: non tamen ab re est, si ea quae sponte egistis, uestra ex abundantia epistola deposcamus. Atque ideo salutantes paternae charitatis affectu petimus, ut quia latorem praesentium Castorium chartularium nostrum pro necessariis illis causis direximus: uestra eum ope in omnibus adiuuatis, atque illi bonitatis uestrae consilio quocumque necesse fuerit concurratis: quatenus sultus Christianitatis uestrae solatio, ad explenda quae sibi iniuncta sunt, solers & idoneus possit inueniri. Sic etenim & uos quae uestra sunt facitis, & nos pro uobis enixius orare compellitis. Omnipotens deus gratiae suae uos tuitione praemuniat, & ita actus uestris in suo sicut desideratis propicius timore disponat, ut & a malis omnibus hic exuat, & ad gaudia uos aeterna perducatur.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. Scribit de excessu Petri neophyti contra Iudeos. Caput. V.

Iudei de ciuitate uestra huc uenientes quesi nobis sunt, quod in synagoga eorum quae Caralis sita est, Petrus qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum deo

deco volente perditus est, adhibitis sibi quibusdam indisci-  
plinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est dominico in ipsa  
festiuitate paschali, cum graui scandalo sine vestra occupa-  
uerit voluntate, atq; imaginem illic genitricis dei dominicę  
nostrę, & venerandam crucem, vel birrum album quo de fon-  
te surgens indutus fuerat, poluisset. De qua re & filiorū no-  
strorum supradicti gloriosi magistri militum, atque magnifi-  
ci p̄i in domino p̄sidis, aliorumq; nobilium ciuitatis ve-  
strę ad nos hęc eadem scripta attestantia cucurrerunt. Qui  
etiam adiecerunt a vobis hoc p̄sensum: & p̄dictum Pe-  
trum ne hoc auderet fuisse prohibitum. Quod cognoscentes  
omnino laudauimus: quia sicut reuera bonum decuit sacer-  
dotē, nil fieri vnde iusta esset reprehensio voluistis. Sed quia  
per hoc quod minimē vos in his quę praua sunt miscuistis,  
displicere vobis quod factum est demonstrastis, considera-  
tes hac de re vestrę voluntatis intentum, ac magis iudicium  
his hortamur affatibus, vt sublata exinde cū ea qua dignum  
est veneratione, imagine atq; cruce, debeatis quod violenter  
ablatū est, reformare, quia sicut legalis diffinitio Iudeos no-  
uas nō patitur erigere synagogas, ita quoq; eos sine inque-  
titudine veteres habere permittit. Ne ergo supradictus Petrus  
vel alij qui ei in hac indisciplinationis prauitate p̄buere  
solatiū, sine cōsensu hoc zelo fidei se fecisse respondeant, vt  
per hoc quali eis necessitas fieret cōuertendi, admonēdi sunt  
atq; scire debent, quia hac circa eos tēperantia magis vten-  
dum est: vt trabatur ab eis velle non reniti, non vt adducatur  
inquit, quia scriptū est: Voluntariē sacrificabo tibi, id est ex  
voluntate mea confitebor illi. Sanctitas ergo vestra gratiam  
inter ciuitatis suę habitatores adhibitis sibi filiis suis, quibus  
vnā vobis hęc displicēt, sacerdotali adhortatiōe, sicut cōde-  
cet, studeat facere, quia in hoc maximē tempore quando de  
hoste formido est, diuisum habere populum non debetis.  
Quia verō non minorem de vobis, quā de nobis sollicitu-  
dinem gerimus, hoc quoque pariter indicādum curauimus,  
quod finita hac pace, Agilulfus Longobardorum rex pacem  
non faciat. Vnde necesse est vt fraternitas vestra, dum licet,  
ciuitatem suam vel alia loca fortius muniri provideat, atque  
immineat vt abundanter in eis condita procurentur, quatenus  
dum hostis illuc, deo sibi irato, accesserit, non inueniat, quod  
lędat, sed confusus abscedat. Sed & nos pro vobis quantum  
possumus cogitamus, & iis quorum interest, vt se ad obsidē-  
dum deo adiutore p̄parare debeant, imminemus, quia si-  
cut vos nostras tribulationes vestras attenditis, ita quoq; nos  
vestras afflictiones nostras similiter reputamus.

Gregorius Eusebio archiepiscopo Thessal. De pace, &  
Luca presbytero heretico. Caput. VI.

**S**I quā magna sit frater charissime pacis virtus atten-  
dimus, quo a nobis studio sit colenda agnoscimus. Hęc  
quippe dominus & redemptor noster in magno mune-  
re discipulis suis relinquere ac dare dignatus est, vt eos qui  
firmitate ei fidei cohęrebant, per hanc sibi pia faceret parti-  
cipatione confortes. Scriptum nanque est: Beati pacifici, quo-  
niam filij dei vocabuntur. Quisquis ergo patris hęc esse  
desiderat, filius existeret hanc custodiendo non rennat. Nam  
qui locum prabet discordię, ipse profectō tanti se muneris  
exortem esse constituit. Cū igitur fidelitę sinceritas catho-  
lica nobis, vt oportuit, deo propicio sit rectitudine declara-  
ta, magna nimis admiratiōe suspēdimur, vt eos quos bene cre-  
dere & rectē sentire cognoscis, frustra quorundam scādali-  
zari vitio patiaris, vt aliorū culpa, fraternitatis tuę suscetur  
opinio. Nā quomodo sine erroris suspitione sit, qui patientiā  
p̄stat erranti? Aut quā de se aestimatiōe p̄beat, si ea quę  
feruor fidei postulat, aperta purgari satisfactiōe nō p̄ui-  
det? Fertur siquidem Lucam presbyterum tuū, & Petrū Chal-  
cedonensem lynodum nolle suscipere, atque ex hoc filiorum  
tuorum orthodoxorum corda non leui scandalo perturbari.  
Quorum quia zelus non solum laudandus, verum etiam om-  
nino fouendus est, hortamur vt cū omni viuacitate ac sollici-  
tudine fraternitatis hoc vestrę rimari cura non desinat. Et si  
ab hac eos insontes prauitate repererit, scandalum de filio-  
rum suorum mentibus habita eorum satisfactiōe remoueat  
atque inter omnes hęc res Seuerum ac Nestoriū anathema-  
tizent, vt quibus sinistra de eis suspitio discessionem amore

fidei genuit, gignat purificatio charitatem. Et salubriter vnus  
concordię necat affectus: quos catholica sincera & vna te-  
net confessio veritatis. Nec satisfactiō dubitantibus existime-  
tur indigna, quia dominica voce p̄cipitur: Ne contemna-  
tis vnum ex his minimis. Qui ergo non despici a p̄cipiente  
desiderat: p̄ceptoris verba non renuat: quia & is quę vas  
electionis redemptor sibi noster testatus est esse, seruare nos  
vnitate spiritus in vinculo pacis admonuit. Vnde quisquis  
hoc se teneri salutis vinculo non recusat, quę sunt pacis stu-  
deat, & locum hosti non p̄beat, vt facta fortius valeat vni-  
tate calcari, qui in fratrum sęua poterat diuisione grassari.  
Si vero, quod non optamus, erroris huius deprehenduntur  
saculo vulnerati: Ecclesiasticę adhortationis est adhibenda  
curatio: vt aut inter oues dominicas, si sanati fuerint, per-  
maneant, aut ab vnitate Ecclesiasticę corporis excidantur:  
quatenus & magnum ex damno modico lucrum fiat, & totū  
faciat liberum pars amissa. Nam & prouidi sollicitudo pallo-  
ris ouem languidam quę curationem non recipit, ne alias lā-  
guoris sui labe contamineat, a sanarum consortio non differt  
eicere, sciens caterarum se sanitatem non aliter nisi huius  
posse eiectione seruare. Proinde iterum fraterna charitate cō-  
moneo, vt summa hoc vigilantia perscrutari, & summo quę  
scripsimus seruare studio debeatis, nec rectam fidem quam  
geritis, aliorum dubiam consortio faciatis. Nam qui nō cor-  
rigit refecanda, committit. Itaque magna vobis sollicitudine,  
magna omnino prouisione penlandum est, vt nec aliis eorum  
perloria scandalum, nec vobis opinio sit nociua, quatenus tā-  
to fraternitati vestrę de commissis ouibus pastoris lucra  
proficiant: quāto vos ad earum custodiam & sincera dilectio  
& credita fecerit cura sollicitos.

Gregorius Ianuario episcopo Cavalitano. De Grauinie  
abbatissę sacramento. Caput. VII.

**Q**uia ingredientibus monasterium conuertendi gra-  
tia, vltimus nulla sit testandi licentia: sed res eorum  
eiusdem monasterij iuris fiant, aperta legis  
definitione decretum est. Quod cum penē omnibus  
notum sit, in magna nos Grauinie abbatissę monasterij san-  
ctorum Gauini & Luxorij insinuatio admiratione perduxit.  
Quę Siricam monasterij sui abbatissam postquam regendi  
suscepit officium, condito testamento legata quibusdam asse-  
ruit reliquisse. Et dū de sanctitatis vestrę sollicitudine quere-  
remus, cur res monasterio competentes ab aliis pertulerit de-  
tineri, cōmunis filij Epiphanius archipresbyter vester p̄-  
sens inuentus respōdit memoratam abbatissam vsque ad diē  
obitus induisse monachica velle noluisse: sed in vestibus qui-  
bus loci illius vtuntur presbyterę permansisse. Ad hęc repli-  
cabat p̄dicta Grauinia hoc penē ex consuetudine licuisse,  
adeo vt abbatissam quę ante superscriptam Siricam fuerat,  
talibus vsam fuisse vestibus allegaret. Cum ergo de qualita-  
te vestium nec nos mediocriter cōpissimus ambigere, neces-  
sarium visum est, vt tam cum consiliariis nostris, quā cum  
aliis huius ciuitatis doctis viris quid esset de lege tractarem.  
Qui tractantes responderunt: Postquam solenni more abba-  
tissa ab episcopo ordinata est, & in monasterij regimine per  
annos plurimos vsque ad vitę suę transitum p̄stitit: vestis  
qualitatem ad culpam forte episcopi respicere, qui eam sic  
permiserit, non tamen potuisse monasterio p̄iudicium irro-  
gare: sed res ipsius eidem loco ex eo quod illuc ingressa ab-  
batissa constituta est, manifesto iure competere. Et ideo quia  
ex dimissis illicite rebus xenodochium possessionem asserit  
indebitē retinere, his vos hortamur affatibus, vt quia & mo-  
nasterium & xenodochium ipsum in vestra est ciuitate posi-  
tum, omni cura ac studio providere debeat, quatenus si pos-  
sessio ipsa ex nullo p̄cedēti cōtractu, sed ex memoratę Siri-  
cę legato descendit: antedicto monasterio postposito strepi-  
tu vel excusatione reddat. Si vero ex alio sorte dicis obuenit  
se cōtractu: aut fraternitas vestra inter partes cognita verita-  
te quod legalis suaserit ordo definit, aut mutuo sibi cōsensu  
arbitros eligant, qui eorū valeant allegationes discindere.  
A quibus quicquid fuerit statutū, ita vestra prouisione serue-  
tur, vt nullum inter venerabilia loca iurgium remaneat, quę  
magnopore altera pacis sunt fouenda cōcordia. Alia igitur  
omnia quę ex testamēto p̄nominatę Siricę detinent, quippe  
CC iij quod

Mat. 18.

Epi. 7.  
Cā. 19. q. 3.  
Quia ingre-  
dientibus.

Epi. 6.

Mat. 5.

**G** quod nullum esse legali sanctione permittitur: necesse est ut iuri monasterij fraternitatis vestrae sollicitudine sacerdotali per omnia studio reparentur, quia imperiali constitutione aperte sancitum est, ut ea quae contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.

*Gregorius Vincentio, atque quam plurimis episcopis. De tempore paschae requirendo. Caput. VIII.*

*Epi. 8.*

**C**ognominis quod mos vestrae sit insula post paschale festiuitatem vobis euntibus aut directis responsalibus vestris ad metropolitanum vestrum: vtrum sciatis, an minime, ipse vobis de venturo pascha scripta debeat denunciatione mandare. Et quantum dicitur quidam vestrum hoc facere secundum consuetudinem postponentes, aliorum quoque ad non obediendum corda peruertunt. Additur etiam quod ex vobis aliqui pro Ecclesiae suae emergentibus causis transmarina petentes, sine praedicti metropolitani sui cognitione vel epistolis, sicut canonum ordo constituit, audeant ambulare. Hortamur ergo fraternitatem vestram, ut antiquam Ecclesiarum vestrarum consuetudinem exequentes: tam de suscipienda paschali denunciatione, quam etiam si quenuquam vestrum pro causis propriis ubicunque compulerit ambulare necessitas, ab eodem metropolitanum vestro secundum inditam vobis regulam petere cessionem debeatis, nec eum postponere in aliquo praesumatis, excepto si, quod non optamus, contra eundem metropolitanum vestrum habere vos aliquid causae contingat, ut ob hoc sedis Apostolicae iudicium requiratis. Nam iis qui petere festinant licentiam, quod scitis, per canones etiam antiquorum patrum institutione habere permissum est.

*Gregorius Basilio de schismaticis, et de peruerso consilio Iustini. Caput. IX.*

*Epi. 9.*

**I**nter haec quod mihi de Sclauis victorias nunciastis, magna me letitia releuatum esse cognoscite: quod latores praesentium de Capritana insula vnitati sanctae Ecclesiae coniungi festinantes, ad beatum Petrum Apostolorum principem ab excellentia vestra transmissi sunt. In hoc enim contra hostes vestros amplius praevaletis, si eos quos dei hostes agnoscitis, sub iugo veri domini reuocatis, tantoque vestras causas apud homines fortiter agitis, quanto dei causas in hominibus sinceram ac deuota mente feceritis. Quod autem exemplar iussionis quae ad vos pro schismaticorum defensione transmissa est, mihi ostendi voluistis: pensare sollicitum dulcissima mihi vestra excellentia debuit, quia quauis iussio ipsa subrepta est, non tamen in ea vobis praecipuum est, ut venientes ad vnitatem Ecclesiae repellatis, sed ut venire nolentes hoc incerto tempore non compellatis. Vnde necesse est ut haec ipsa piissimis imperatoribus nostris suggerere festine debeatis, quatenus cognoscant quod eorum temporibus schismatici cum omnipotentis dei solatio & labore nostro sua sponte reuertuntur. Quae autem de insula Capritana ordinatione decreuerim, per reuerentissimum fratrem & coepiscopum meum Mariniannum vestra excellentia agnoscat. Illud vero cognoscite, quia me non modice contristauit, quod maior domus vestrae qui petitionem episcopi volentis reuertit suscepit, eam se perdidisse professus est: & postmodum ab aduersariis Ecclesiae tenebatur. Quod non negligentia sed venalitate eius factum arbitror. Vnde miror quia in eo culpam hanc minime vestra excellentia vindicauit. Sed tamen quia hoc miratus sum, memetipsum citius reprehendi. Nam ubi dominus Iustinus consilium praebet, qui pacem cum catholica Ecclesia non habet, ibi non possunt haeretici adduci. Praterea sancti Petri Apostolorum principis natalitium die in Romana ciuitate vos facere velle perhibetis. Et oramus omnipotentem dominum ut sua vos misericordia protegat, & vota vestra vos implere concedat. Sed praedictus vir eloquentissimus peto ut simul veniat: qui si non venerit, a vestris obsequiis recedat. Vel certe si vestra excellentia fortasse emergentibus causis venire nequiverit: ipse aut sanctae Ecclesiae vnitati communicet, aut peto ut vestrorum consiliorum particeps non sit. Bonum enim virum audio, si pessimi non esset erroris. De causa vero Maximi, quia importunitatem dulcedinis vestrae iam ferre non possumus, quid decreuimus Castorio notario suggerente cognoscetis.

*Gregorius Mariniano episcopo Rauennae de episcopis Hystriae, scilicet Nouano & Caprulensi. K*

*Caput. X.*

**L**atores praesentium ad nos viri clarissimi atque defensores venerunt, asserentes quod in castello quod Nouas dicitur, episcopus quidam Ioannes nomine, de Pannoniis veniens fuerit constitutus, cui castello eorum insulae que Capritana dicitur, erat quasi per diocesim coniuncta. Adiungunt autem quod eodem episcopo violenter expulso, alius illic fuerit ordinatus. De quo tamen hoc placuisse referunt, ut non in praedicto castro, sed in sua insula habitare debuisset. Qui cum illic cum eis degeret, in errore se schismatici detinere noluit, atque cum omni plebe sua excellentissimo filio nostro Callinico exarcho petitionem dedit ut catholice Ecclesiae cum omnibus qui cum ipso erant, sicut praediximus, vni de- buisset. Qui ut aiunt, a schismaticis persuasus post semetipsum rediit, & nunc omnis ille populus qui in praedicta insula colit, sacerdotis protectione priuatus est: quia dum sanctae Ecclesiae vni desiderat, illum iam recipere non potest qui ad schismaticorum errorem reuersus est, & petunt sibi ordinari alium debere. Sed nos quia cuncta necesse est districte & subtiliter perscrutari: hoc ordinandum esse praediximus, ut fraternitas tua ad eundem episcopum mittat, eumque reuertit ad Ecclesiae vnitatem & ad propria plebem admoneat. Qui si iam monitus redire contempserit, grex dei decipi non debet in errore pastoris. Et idcirco sanctitas tua illic episcopum ordinet eandemque insulam in sua diocesi habeat, quousque ad fidem catholicam Hystrii episcopi reuertantur, ut & vincunt Ecclesiae fugi diocesanos iura seruemus, & destituta a pastore populo non desit protectio & cura regiminis. In his tamen omnibus fraternitatem tuam decet sollicitum vigilare, ut plebs eadem quae ad Ecclesiam venit, studiosius admoneatur, quatenus constantiter in sua reuersione fixa sit, ne vagis cogitationibus in erroris iterum foueam relabatur. Excellentissimum vero exarchum petere studeat, ut haec ipsa suis suggestionibus piissimis imperatorum auribus innotescat: quia quauis iussio quae ad eum delata est, subrepta esse videatur, non tamen in ea iussione ei praecipuum est, ut volentes ad Ecclesiam redire non permittat, sed ut inuitos hoc interim tempore minime compellat. Huius ergo causae ordinationem in suam curam praedictus filius noster suscipiat: quatenus suis responsis agat, ut quicquid ordinauerit, dubium non fiat. Quod tamen & nos communi filio Anatholio scripsimus, ut haec piissimis principibus subtiliter innotescat. Excellentissimi filij mei domini Callinici exarchi assidue & importune pro persona Maximi scripta suscepimus. Cuius importunitate victus, nihil habui quod amplius facere debuissim, nisi eiusdem Maximi causam tuae fraternitati committerem. Si igitur ad fraternitatem vestram venerit idem Maximus, deducatur & Honoratus eius Ecclesiae archidiaconus, & cognoscat sanctitas tua si recte ordinatus est, si in Simoniacam haeresim lapsus non est, si ei de criminibus corporalibus nihil obuiauit, si se non cognouit excommunicatum quando missas facere praesumpsit: & quicquid sub timore dei tibi visum fuerit, decerne: ut nos dispositioni tuae consensum deo auctore praestemus. Si autem tuam fraternitatem suspectam praedictus filius noster habuerit, etiam reuerentissimus vir frater noster Constantius Mediolanensis episcopus Rauennam veniat, tecum resideat, & de eadem causa pariter decernite, & quod vtrisque vobis placuerit, mihi placitum esse certum tenete. Sicut enim obstinati esse humilibus non debemus, ita districti existere superbis debemus. Vestra ergo fraternitas sicut in scripturae sacrae paginis didicit, quicquid iustum perpenderit, in eius negotio decernat.

*Gregorius Serentino episcopo & pluribus aliis. De reliquis concedendis Gregorio expresso. Caput. XI.*

**G**loriosus filius noster Gregorius expressus: sanctuarum beatorum martyrum in diocesi vestrae locis quiescentium, sibi postulat debere concedi: in quorum honorem Basilicam propriis sumptibus edificari desiderat. Et ideo fratres charissimi praefati viri desiderium ex nostra praecipione conuenit obedire: ut deuotionis suae in consecratione quam postulat potiatur effectum.

*Gregorius*



**A** Gregorius episcopo Chrysanto. De reliquiis collocandis in Ecclesia sanctæ Mariæ. Caput. XII.

**P**rius Ecclesiæ Reatinæ diaconus, petitoria nobis insinuatione poposcit: ut ad fontes in basilica beatæ Mariæ semper virginis genitricis dei & domini nostri Iesu Christi, quæ est intra ciuitatem Reatinam posita, reliquiæ beatorum martyrum Hermetis & Hyacinthi & Maximi debeant collocari. Et ideo frater charissime si in eodem loco nullum corpus constat humatum, sanctuaria prædictorum martyrum cum reuerentia sine ambiguitate suscepta diligenter consecrabis.

Gregorius Scuero episcopo Anconitanensi. De argento Ecclesiæ, apud Serenum diaconem deposito, requirendo. Caput. XIII.

**V**ir reuerentissimus Passius frater & coepiscopus noster, ad nos veniens, indicauit argentum Ecclesiæ suæ à decessore suo Fabio apud Serenum diaconem tuum pro temporis qualitate esse depositum. Cuius parte aliqua restituta, partem apud eum asserit iacere, & restituere eam quædam excusatione differre. Proinde his fraternitatem tuam hortamur assatibus, ut eum admonere studeat, quatenus quæ accepit, sine contentione restituat. Aut si forte ab eius restitutione aliqua se excusari ratione confidit, necesse est ut inter eum & authores Firmanæ Ecclesiæ vnâ cum Armenio fratre & coepiscopo nostro cognoscere debeatis, & subtiliter veritate discussa ita huic causæ finem imponere, ut nec antedictus diaconus pati præiudicium, nec præfata iniuste damnus videatur Ecclesia sustinere.

Gregorius Demetrio & Valeriano clericis firmariis. De pecunia expensa ab Ecclesia pro eorum redemptione. Caput. XIII.

**E**t sacrorum canonum itatuta, & legalis permittit auctoritas licite res Ecclesiasticas in redemptionem captiuorum impendi. Et ideo quia edocti à vobis sumus, ante annos ferè decem & octo, virum reuerentissimum quendam Fabium episcopum Ecclesiæ Firmanæ pro redemptione vestra, ac patris vestri Passii fratris & coepiscopi nostri, tunc verò clerici, necnon matris vestræ libras undecim argenti de eadem Ecclesia hostibus impendisse, atque vos ex hoc quandam habere formidinem, ne hoc quod datum est, à vobis quolibet tempore repetatur: huius præcepti auctoritate suspensionem vestram præuidimus auferendam, constituentes nullam vos exinde hæredesque vestros quolibet tempore repetitionis molestiam sustinere, nec à quoquam vobis aliqua obuii quaestione, quia ratio æquitatis exposcit, ut quod studio pietatis impensum est, ad redemptorum onus vel afflictionem non debeat pertinere.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Quod cõsecret Ecclesiam sancti Petri Apostoli, & sancti Michaelis archangeli. Caput. XV.

**T**heodosius abbas monasterij sancti Martini petitoria nobis insinuatione suggestit, quæ habetur in subditis, in domo quondam Martini ex eius voluntate decessorem suum Andream abbatem monasterium, in quo monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id in honorem beati Petri Apostolorum principis, & sancti archangeli, postulat dedicari, dilectionem tuam presentibus apicibus duximus adhortandam, quatenus ad prædictum locum cum postulatuerit ingrante accedens, venerandæ solennis dedicationis impendens. Et quotiens necesse fuerit, à presbyteris Ecclesiæ tuæ in loco sancto deseruientibus celebrentur sacrificia veneranda missarum: ita ut in eodem monasterio nec fraternitas tua, nec presbyteri præter diligentiam disciplinæ aliquid molestiarum inferant: aut si quid illic pro diuersorum deuotione commoditatis accesserit, sibi existiment vendicari: cum monachis in eodem loco deseruientibus debeat proficere, quicquid à fidelibus offerri contigerit.

Gregorius Romano defensori. De monasterio in Sicilia construendo. Caput. XVI.

**F**ilius noster Theodosius abbas monasterij à Libero quondam patricio in Campaniæ parte constructi no-

bis noscitur intima Rusticam quondam illustrem sceminam ante nos ferè viginti & vno annis condito testamento Felicem fugalem suum hæredem instituisse, eique de construendo illic in Sicilia monasterio hac conditione interposita delegasse, ut si intra anni spatium omnia libertis dimissa legata non solueret, vel prædictum monasterium ita, ut voluit, minime ordinaret, tunc sancta Romana Ecclesia portionem quam in fundo Comas habere visa est, sibi deberet sine dubio vindicare: & ipsa ad persoluenda eadem legata vel constructionem ipsius monasterij solatia commodaret. Vnde quia quantum dicitur, dimissa res hætenus minime ipsi monasterio est completa: atque ab eius nuncusque hæredibus possessionis pars aliqua detinetur, cum omni subtilitate experientia tua causam exquirat atque discutiat. Et primum quidem si in conditione testamenti hæres incidit, per quod nostra habeat causas Ecclesiæ: inuestigare te volumus atque euidenter addiscere, & vtilitatem pauperum, sicut rei ordo poposcerit exequi: & tunc pro ordinatione cellæ illius, vel redintegratione dimissæ rei instanter esse sollicitum, quatenus pia testatrix voluntas in vtroque valeat adimpleri, & detectores iniusti culpam retentionis indebitæ ex iusta amissione cognoscant. Cum omni ergo viuacitate te causam hanc & exquirere, & ad effectum volumus, domino auxiliante, perducere, ut pia ordinantis deuotio tandem sortiatur effectum. Sed & monasterio ipsi in omnibus, salua iustitia solatiari te volumus, ut laicæ personæ quasi ex conditoris nomine quæ iuuenis debuerunt ferre solatium, lædendi non habeant, sicut asseritur, facultatem.

Gregorius Romano defensori. Patrimonium Ecclesiæ in Sicilia commendat. Caput. XVII.

**P**ropositi nostri cura nos admoet Ecclesiasticas utilitates strenuis agendas mandare personis. Et ideo quia te Romanum defensorem fidelem sollicitumque probauimus extitisse, patrimonium sanctæ Romanæ cui deo miserante deseruimus Ecclesiæ, in partibus Syracusanis, Cathinensibus, Agrigentinis vel Milensibus constitutum, à presenti secunda indictione gubernationi tuæ præuidimus committendum. Vnde necesse est te illic indifferenter accedere, ut diuini consideratione iudicij, nostræ quoque admonitionis memoria te efficaciter ac fideliter studeas exhibere, ut nullius neglectus vel fraudis, quod absit, inueniaris sustinere periculum. Magis autem id agas, quatenus de fide & industria tua diuinæ possis gratiæ commendari. Ad familiam verò eiusdem patrimonij secundum morem præcepta direximus, ut nihil sit quod te ad peragenda ea quæ tibi iniuncta sunt, valeat impedire.

Gregorius colonis patrimonij Syracusani. Ut obediant Romano defensori. Caput. XVIII.

**C**ognoscatis volo quia ad sollicitudinem vos defensoris nostri dispositio nostra pertinere constituit. Et ideo præcipimus ut ea quæ vobis peragenda pro utilitatibus Ecclesiasticis præuiderit & iniunxerit, sine aliqua debeat difficultate obedire. Cui talem dedimus potestatem, ut eos qui inobedientes vel attentauerint contumaces existere: districta ultione corripiat. Pariterque illi demandauimus, ut mancipia quæ foris latitant, vel à quoquam aliqui fines inuasi sunt, sollicitudinis suæ instantia iure Ecclesiastico reuocare non differat. Noueritis etenim periculo suo fuisse communitum, ut nullam aliquando violentiam rebus alienis, vel raptum aliqua excusatione facere præsumat.

Gregorius Petro Siciliensi. Quod Romano patrimonij Ecclesiæ commendasset. Caput. XIX.

**S**cientes deuotionis affectum paternis commendationibus ampliari, necesse est ut ea quæ agere vos sponte cõfidimus, gloriæ vestræ in his fauorem nostris augere epistolis festinemus. Indicamus itaque Romano defensori laici presentium, patrimonium Ecclesiæ quod in Syracusanis, Cathinensibus, & vicinis locis noscitur esse constitutum, dei protegente gratia credidisse. Et propterea salutantes paterno affectu petimus ut vestra eum fouere prouidentia debeatis, atque ei in omnibus vestrum, sicut de vobis confidimus, auxilium commodetis: ut dum in gloriæ vestræ solatio

D

Epi. 17.

F Epi. 18.

Epi. 19.

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

**G** solatio vel fauore subsidium consolationis habuerit, & vos qualem circa nos charitatem geritis manifestius ostendatis, & nos voluntati vestrae respondere, dum necesse fuerit, per omnia festinemus.

*Gregorius Libertino ex praefecto. De patrimonio in Sicilia Romano commendato. Caput. XX.*

Epi. 20.

\* curam.

**G**loriae vestrae & experta & cognita nos deuotio prouocat epistolari vos alloquio causis Ecclesiasticis exhibere adiutores. Et ideo quia Romano defensori praesentium portitori causam\* patrimonij Ecclesiae nostrae quod in Syracusano atque Cathinensi territorio situm est, deo auctore commissimus, salutantes gloriam vestram petimus, ut concurrere illi ac ferre solatium in omnibus debeatis. Et ne forsitan de nouitate minus aliqua quae sunt utilia comprehendat, vestris eum subtiliter consiliis informate, atque ad agenda haec vestram illi sicut consueuistis, opera adhibete: quatenus dum vobis opitulanti bus utiliter quae iniuncta sunt peregerit, & vos de bono vestro mercedem recipere valeatis & nos pro gloriae vestrae vita omnipotentis dei misericordiam exorare enixius inuitemur. De capitulo autem de quo mihi lator praesentium est locutus, vel reuerentissimus frater noster Ioannes episcopus scripsit, interim vel tentari vel agi nil potuit, quia persona apud quam agi poterat, necdum est in potestate aliqua confirmata.

**H** *Gregorius Libertino Ciridano. Romanum defensorem commendat. Caput. XXI.*

Epi. 21.

**G**loriae vestrae bonitas nuncio veraci diffusa, tantam nobis de se certitudinem praebet, ut nihil de eo diffidere, sed magis sicut reuera sapienti filio Ecclesiae nostrae debeamus specialiter causam commendare. Et ideo Romanum defensorem nostrum praesentium portitorem ad gubernationem patrimonij Ecclesiae nostrae in Cathinensibus ac Syracusanis partibus constituti, deo protegente transmissimus. Salutantes igitur paterna dilectione gloriam vestram petimus ut in cunctis affectum vestrae charitatis inueniat, & fauoris vestri solatiis quocumque necesse fuerit potiat, ut vobis praesentibus nos absentes esse non sentiat, quatenus cum iniuncta sibi salubriter vestra ope expleuerit, & nos vobis gratiarum possimus existere debitores, & beatus Petrus Apostolorum princeps, in cuius causis vos impenditis, hic vobis & in futuro compenset.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De querimonia Leontii contra Leonem episcopum. Caput. XXII.*

Epi. 22.

**F**ilius noster gloriosus vir Leontius ex consulatu de fratre & coepiscopo nostro Leone grauiter est questus, nosque eius querela omnimodo turbauit, quia ita precipitanter & leuiter ab episcopo agi non debuit. Quam causam subtiliter exequendam venienti Romano defensori commissimus. De vestra autem fraternitate is qui ab eo directus est queritur quod Marchilae viri clarissimi medici defensione fratris & coepiscopi nostri Domitiani metropolitae utilitas grauetur. Et quidem tueri iuste filios suos, vel sicut est forte sanctae Ecclesiae negotia fraternitas vestra debet, & nullam occasionem dare aduersariis maledicti gratia. Quod tamen vos per omnia custodire: etiam ista loquendo non ambigo, eidem tamen Romano venienti etiam de hac causa iniungimus, ut vobiscum debeat quae sunt recta disponere.

*Gregorius Romano defensori. De Stephania & Calixeno filio eius. Caput. XXIII.*

Epi. 23.

**Q**uanquam ea quae ad Ecclesiae iura perueniunt, alienari legis ratio non permittat, temperanda tamen interdum est censura distractionis, ubi misericordiae respectus inuitat, maxime quando tanta est quantitas, quae nec dante onerat, & accipietis pauperie iuxta aliquid consolatur. Et ideo quia Stephania praesentium latrice cum Calixeno filio suo parvulo, quem de Petro quondam viro suo se suscepisse, & nimia asserit pauperie laborasse, huc veniens assidua obsecratione & lachrymis a nobis exigit, ut domum possessionis in ciuitate Cathinensium, quam Ammonia quondam socrus eius, Ecclesiae nostrae titulo donationis obtulerat, eidem Calixeno restitui faceremus: memoratam Ammoniam asserens alienandi eam non habere licentiam, sed antefati

Calixeni per omnia iuris esse. Cui rei filius noster Cyprianus diaconus, qui causam cognitam habuit, contradictor extitit: Inquiens quod praedictae mulieris querimonia non haberet iustitiam, nec posse rationabiliter ad filij sui nomen domum ipsam vindicare, siue repetere. Sed ne suprascriptae mulieris lachrymas inanes relinquere, & pl<sup>us</sup> sequi rigoris viam quam causas videamur pietatis complecti, hac tibi praeeptione mandamus, ut memoratam domum sepefate Calixeno simul & donationem ab Ammonia factam de domo ipsa, quia illic in Sicilia esse noscitur, reddere debeas: quia, sicut diximus, melius est in dubiis non distractionem exequi, sed ad benignas potius partes inflecti, praesertim dum ex paruae rei cessione nec Ecclesia grauetur, & orphano atque pauperi misericorditer subuenitur.

*Gregorius Romano defensori. Laicis non temere tuitionem Ecclesiasticam impendere.*

*Caput. XXIII.*

**P**eruenit ad nos quia quidam homines minorem omnimodo discretionem tenentes, in suis nos periculis implicari desiderant, atque ita volunt ab Ecclesiasticis personis defendi, ut ipsae quoque personae Ecclesiasticae eorum culpa teneantur. Idcirco praesentem te praeeptione ad-moneo, & per te fratrem & coepiscopum nostrum domnum Ioannem vel ceteros qui interesse possunt, ut patrocinia Ecclesiastica, siue mea suscipiatis scripta, siue etiam minime fuerint directa, sub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus hi qui in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur iniuste defendi, ne opinionem male agentium ex indiscretis defensionis ausu in nos villo modo transferamus: sed quantum decet Ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valeatis succurrere, ut & illis opem feratis, & opinionem sanctae Ecclesiae non inquinatis.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Visitationem Messenatis Ecclesiae iniungit.*

*Caput. XXV.*

**C**ognoscentes Messenatem Ecclesiam sacerdotis regimine destitutam, visitationis eiusdem Ecclesiae fraternitati tuae operam solenniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, ut nihil de prouectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid aliud est in patrimonio eiusdem a quoquam praesumatur Ecclesiae. Et ideo charitas tua ad praedictam Ecclesiam ire properabit, & assiduis adhortationibus plebem, clerumque eiusdem Ecclesiae admonere festinet: ut remoto contentioni diuerso studio, vno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expectat sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri: & venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, & cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roboratus, dilectionis tuae testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesiae, nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia ne huc cuiuslibet conuersationis vel meriti laicae personae aspirare praesumant, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

*Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti Messanae. De eligendo episcopo.*

*Caput. XXVI.*

**C**ognoscentes Ecclesiam vestram sacerdotis regimine destitutam, curae nostrae fuit visitationem eiusdem Ecclesiae, fratri & coepiscopo nostro fortunato solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de prouectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & remoto strepitu, vno eodemque consensu talem vobis praeficiendum expectate sacerdotem, qui & a venerandis canonibus nulla discrepet ratione, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequente, ad nos veniat ordinandos. Prouisuri ante omnia, nec cuiuslibet vitae vel meriti laicae personae praesumatis

Epi. 24.

Ca. 14. q. 5  
Hi qui.

Epi. 25.

M

Epi. 26.

tis



**A**tis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehetur, verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite, sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse constiterit, ab officio & a communiōne alienos faciendos proculdubio noueritis.

*Gregorius Antonio subdiacono, & Dominico abbati atque presbytero apertibus. De concordia facta inter Ecclesias & monasteria.*

## Caput. XXVII.

Epi. 27.

**S**icut graue & plenum vituperationis est, inter personas omnipotenti deo militantes, de secularibus negotiis ortam diu controuersiam permanere: ita laudabile & studio est religiosum conueniens, terrenis gratam deo pacem preferre compendius, & ex rebus transitoriis mansura super charitatis lucra mercari. Et ideo quia de possessionibus Faiani, Naluniani, & Labianiani, positus in prouincia Sicilia territorio Panormitano de quibus inter prapropositos monasterij sanctorum Maximi & Agathe, quod Lucufianum dicitur, & e diuerso administratores xenodochij in hac vrbe constituti, quod Valerij nuncupatur, longa se traxit contentio: nunc vero inter te Antonium subdiaconem nostrum memorati xenodochij prapropositum, & e diuerso dilectissimum filium nostrum Dominicum abbatem atque presbyterum dicti monasterij pactis interuenientibus salubris processit, deo auctore decilio: igitur necesse est vt omnis discordia possit occasio prapueniri, ea quae gesta sunt, interueniente auctoritate firmari. Prouide per huius prapcepti seriem hoc decernendum esse perspexim, vt omnia instrumeta, vel quicquid est aliud quod partibus, quod absit, ad inuicem contra se venire cupientibus quoquo modo vel ex temporis percriptione, seu aliter opem de lege, aut quocunq; privilegio poterat ministrare: sit, sicut & vos potestis, vacuum, & omni virtute cassatum: & sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissima munitionis & soliditatis ex hac nostra auctoritate suscipiat, nec superesse aliquid valeat: vnde ea quae religioso studio prouide, vt oportuit, ac pacifice terminata sunt, ne quocumque tempore quicquam dubietatis incurrant, sed omnia quae in eisdem pactis tenentur adscripta, firma, illibata, & sine aliqua refragatione persistant, quatenus amota penitus totius altercationis materia, inter eos quos charitatis immutabiliter decet manere concordia, nulla queat deinceps litigiosa contentio generari. Pro munitione vero suprascripti monasterij memorato Dominico abbati atque presbytero prapceptum simile dedimus.

*Gregorius Venantio Episcopo Lunensi. De contentione Adeodatae & matris eius.*

## Caput. XXVIII.

Epi. 28.

**Q**ua sit Adeodatae ancillae dei, latricis praesentium, aduersus Fidentiam matrem suam querimonia, ex pagina petitionis oblatae quae tenetur in subditis, fraternitas vestra cognoscit. Et quoniae aequitatis censura admonet, vt maximam conuersis, salua ratione, episcopale debeat esse solatium, idcirco his fraternitatem vestram epistolis adhortamur, vt praedictam matrem ipsius ad se faciat euocari, & tranquilla ei adhortatione suadeat, vt facere sponte non desinat quod legali potest ratione compelli: quatenus nec illa affligi, nec ista videatur praedictum sustinere. Quae si, quod non credimus, admonitionem vestram differre voluerit, praedictae Adeodatae religiosae contra eam tuitionem impendite, atque vestris eam solatiis apud iudicem, vel quocumque vsu exegerit, instantius adiunate. Et ita in exequendam vos hanc causam impendite, vt legali ratione constricta, inuita vrgeatur facere quod sponte postponit. Memoratam vero latricem fraternitas vestra ita seruata aequitate habeat in omnibus commendatam, vt vobis ei tuitionem impendentibus, in eo quem assumpsit habitu sine aliqua, deo protegente, concussionem permaneat.

*Gregorius Antonio subdiacono Campaniae. De Massae Veneris Stephano abbati.*

## Caput. XXIX.

**A**equitatis ius exigit: vt hoc quod a praedecessoribus nostris cognita veritate est redditum, nostra indebitate denuo Ecclesia tenere non debeat: ne, quod omnino contra religiosum constat esse propositum, non vera, sed imaginaria ac magis dolosa fuisse restitutio videatur. Et ideo quoniae Stephanus abbas monasterij sancti Marci, quod constitutum iuxta muros Spoletanae ciuitatis esse dinoscitur, questus est nobis massam Veneris in prouincia Campania sitam, territorio Minturnensi, quam ei beatae memoriae decessoris nostri Benedicti redditam praedictione cognouimus, ab Ecclesia nostra nunc indebitate detineri: idcirco hac tibi auctoritate praecipimus, vt si manifeste ab Ecclesia nostra hominibus detinetur, in iura eam praedicti monasterij sine aliqua mora vel altercatione restituas. Si vero non a nostris, sed a quibusdam forsitan extraneis detinetur: strenua te agere sollicitudine volumus, vt in iure modis omnibus memorati debeat monasterij reformari: quatenus & ipse quod suum est, te solatiante sine aliqua fatigatione recipiat, & alter de dispendio monasterij iniuste lucrum non habeat.

*Gregorius Fausto. De ministerijs Ecclesiasticis a filio Constantii recipiendis.*

## Caput. XXX.

Epi. 29.  
D

**S**icut res Ecclesiasticae competentibus personis sine aliqua dilacione reddenda, ita restituendis adhibenda cautela est, vt nulla possit postmodum ex ipsa nasci restitutione molestia. Et ideo quoniae tempore quo quondam Consentius defensor paternae gloriae vestrae, commissi sibi patrimonij Campaniae curam gessit, ministeria Ecclesiae Vulturnae, quae erat pro peccatis clero & potifice destituta, apud se propter iniunctam sibi sollicitudinem tulisse dignoscitur, quae vos nunc reddere sine nostro consensu dubitare cognouimus: ea propter his vos hortamur epistolis, vt ea Antonio subdiacono sub depositi emissionem restituere sine aliqua difficultate debeatis, quatenus & res Ecclesiae in tuto apud eos quos conuenit habeantur, & gloria vestra ab omni dubitatione sit libera.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De ministerijs Ecclesiae Vulturnae.*

## Caput. XXXI.

Epist. 30.

**C**omperimus ministeria Ecclesiae Vulturnae, quae Consentius defensor propter iniunctam sibi sollicitudinem deficiente clero vel episcopo eiusdem Ecclesiae tulerat, apud haeredem ipsius remanuisse. Et quia gloriosum virum Faustum filium ipsius ea reddere sine nostro consensu dubitare cognouimus, nostris eum hortati sumus epistolis, vt experientiae tuae ministeria eiusdem Ecclesiae reddere sine dubietate aliqua debuisset. Et ideo experientia tua ministeria ipsa sub depositi emissionem suscipiat, atque in tuto habere studeat, & modum ac qualitatem ipsorum nobis facta notitia omni subtilitate innotescat.

*Gregorius Andreae. De infirmitate eius, & quod flagellat deus omnem filium quem recipit.*

## Caput. XXXII.

Epi. 31.

**A**videns quod gloriam vestram vehementer affligerit luctus & egritudo, valde condolui. Sed protinus agnoscens quod te morbus perfecte reliquerit, dolorem mox in laetitia verti, magnaque omnipotenti deo gratias retuli, quia percussit, vt sanaret: afflixit, vt ad gaudia vera perduceret. Hinc enim scriptum est: Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Hinc per semetipsum veritas dicit: Pater meus agricola est: & omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & eu qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Palmes enim infructuosus tollitur, quia peccator funditus eradicatur. Palmes vero fructuosus purgari dicitur, quia per disciplinam reciditur: vt ad vberiore gratiam perducatur. Sic enim spicarum grana tribulis attrita, aristas & paleas nudantur. Sic oliuae prelo pressae, in olei pinguedinem desiliunt. Sic botri vinearum tuis calcibus, in vinum liquecunt. Gaude igitur bone vir quia in hoc flagello tuo & proectu conspicis quod ab aeterno iudice amaris. Praeterea filiam meam gloriosam coniugem vestram mea peto vice salutari. Omnipotens autem deus caelesti vos protectione custodiat, vosque & modo

Epi. 32.

Hebr. 12.

Ioan. 15.

modo consoletur de largitate donorum, & postmodum de retributione pramiorum.

*Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De presbyteris & diaconibus Aldioni ordinandis.*

*Caput. XXXIII.*

Epi. 33.

**Q**uotiens ea que hortari nos conuenit, postulamus, moras ad concedendum facere non debemus: ne differre bona desideria, quæ magis fouenda sunt, videamur. Et ideo quia gloriosus Aldio magister militum in ciuitate ipsius presbyteros vel diacones omnino, sicut suis nobis epistolis indicauit, desiderat ordinari, eos qui ad consecrandum eliguntur, fraternitas vestra diligenter inquirat. Et si nihil est quod canonicè eorū ordinatione impediatur, deo illos propicio studeat ordinare. Cū quibus nos etiā loqui cōuenit, ut adhortationis suæ sollicitudine degentē illic populū ab infidelitate reuocare, ac contendat a gentiliū cultu suspendere, atque eos in omnipotentis dei doceant timore persistere, & præmia æternæ uitæ diligere, quatenus hæc consecratio & illis ante deum ad gloriam, & habitanti illic populo proficiat ad salutem.

*Gregorius Constantio Mediolanensi. De pecunia Virgilio præstita.*

*Caput. XXXIII.*

Epi. 34.

**Q**uamuis ita fraternitas vestra conuenienti sibi grauitate discreta sit, ut non admonita, sed ex se quid cui sit impendendū intelligat, tamen quia lator presentium Ioannes vir memorandus, qui præfeturæ vices illic acturus aduenit, nostra se petit epistola commendari, sanctitas ei vestra, dum necesse fuerit, salua ratione presidium sui fauoris impendat: & ita eum sacerdotaliter studeat suis solatijs adiuuare, quatenus vobis presentibus nec aliorum debeat iniuste oppressionibus laborare, nec ipse aliis contra rationem grauis existat. Quia vero peruenit ad nos quod Virgilius qui vices illic ante hunc præfecturæ gessit, per scriptorum nostrorum occasionem, quibus eum petitione eius cōpulsū cōmendauimus: mutuas a vobis, ut ita dicamus, pecunias exegisset, egrè, si verum est sustinemus: ut hoc non ex se, sed quasi per nostram epistolam obtineret. Et ideo fraternitatem tuam scire necesse est ita sibi a nobis eos qui hoc exigant commendari, ut eis adesse in quantum possibile & iustum est debeat: non tamen ut Ecclesiæ suæ huius rei occasione aliquod grauamen imponat.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Iudeis & Christianis mancipiis.*

*Caput. XXXV.*

Epi. 35.

**C**ognoscētes qualis fraternitatem vestram zelus pro Christianis mancipiis, quæ Iudæi de Galliarum finibus emunt accenderit, adeo nobis sollicitudinem vestram placuisse signamus, ut inhibendos eos ab huiusmodi negociatione nostra etiam deliberatio iudicaret. Sed Basilio Iudæo cum aliis Hebræis veniente comperimus hanc illis a diuersis iudicibus reipublicæ emptionem iniungi, atque euenire ut inter paganos & Christiani pariter comparentur. Unde necesse fuit ita causam ordinatione cauta disponi, ut nec mandantes frustrari, nec hi qui contra voluntatem suam se inquirunt obedire, aliqua sustineant iniuste dispēdia. Proinde fraternitas vestra hoc vigilanti sollicitudine obseruari ac custodiri provideat: ut reuertentibus eis de præfata prouincia Christiana mancipia quæ ab ipsis adduci contigerit, aut mandatoribus cotradantur: aut certè Christianis emptoribus intra diem quadragesimum venundentur. Et transacto hoc dierum numero, nullus apud eos quolibet modo remaneat. Si autē quædam ex eisdem mancipiis talem ægritudinē fortasse incurrerint, ut intra statutos dies vendi non valeant, adhibenda sollicitudo est, ut dum saluti fuerint pristina restituta, similiter modis omnibus distrahantur: quia rem quæ culpa caret, ad damnū vocari non cōuenit. Quoniam verò quotiens nouum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, ut multis dispendiis præterita non cōmodent, si qua apud eos mancipia de emptione anni præteriti remanserunt, vel a vobis nuper ablata sunt, dum apud vos sunt posita, ea habeant alienandi licentiam, ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere, quod eos dignum est

postmodum vetitos sustinere. Nunciatum præterea nobis est: & suprascriptum Basilium filiis suis deo propicio Christianis quædam mancipia ad hoc velle titulo donationis concedere ut ei huius occasionis obtentu, domini solummodo nomine ablato deseruiant, & post hoc si ad Ecclesiā cōfugiendū fore crediderint, ut fieri debeant Christiana, non in libertatem, sed eorū dominio, quibus antea donata sunt, vendicetur. In qua re fraternitatem vestram decenter cōuenit vigilare. Et si qua filiis suis mancipia donare voluerit, ut cuncta fraudis tollatur occasio, fiant modis omnibus Christiana, & in domo eius non maneat, sed cum res exegerit, ut eorum debeat uti solatijs, hoc illi iubeantur impendere, quod etiam a suis filiis ei decet, & propter deum conuenit exhiberi.

*Gregorius Chrisanto episcopo Spoletano. De monachis ab eo non defensis.*

*Caput. XXXVI.*

**C**um sit proprium disciplinæ ab illicitis prohibere, & excessus culpas salubriter refecare, studiose eius seruanda censura est. Nam si negligitur, cuncta in confusionem deueniunt, dum alter destruit, quicquid ea custodiendo alter ædificat. Valentinus itaque presbyter questus est a vobis, quia si monachus monasterij ipsius exigente culpa fuerit communionem priuatus, ad loca vestra se conferat, & communionem sine aliqua reservatione percipiat. Quod si ita se res habet, quoniam non solum regularis ordo dissoluitur, sed etiam perditionis ex hoc materia ministratur, qui sub vobis sunt presbyteris districtè ac sollicitius interdiceret vos necesse est: ut hoc facere de cætero non præsumant. Sed si fortè iniuste se excommunicatum quis queritur, fraternitas vestra & subtili indagatione cognoscat, & ita causam cognita veritate disponat, ut nec iniustitia diu insontis afflictioe preualeat, nec disciplinæ vigor aut frangi, aut ex indiscreta valeat presumptione dissolui. Et pariter suprascriptus presbyter nobis questus est diaconem quendam duo iuris sui sub hac conditione manumississe mancipia, ut monachi fieri, & in eodem monasterio debuissent, ubi ipse fuerat, permanere: adiciendum ut si quis contra facere præsumpisset, iugo iterum seruitutis per omnia subderetur: atque vnū ex eis hanc omnino conditionem despexisset: & monasterium temerario ausu deseruisset, atque se inter clericos sociasse. Fraternitas igitur vestra & hoc subtili indagatione discutiat, & si ita repererit, sic sacerdotali se zelo hac in re decenter exhibeat, ut nec illi monasterium deserendi facultas sit, & manumittentis voluntas nihilominus conseruata, aliqua præteriri exultatione non valeat.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De Mauro multis debitis obligato.*

*Caput. XXXVII.*

**M**aurus presentium portitor in quadringentis solidis quasdam merces a Felice viro memorando se masserit suscepisse, atque promississe sex siliquas per solidum lucri causa persolvere precij. Quia lucri quantitate in vnū cōgesta, duas se cautiones, id est vnā de quadringentis quinquaginta, & alterā de quinquaginta solidis emisit, spondens certo tempore quod debeat exsoluere. Sed quia, ut perhibet, in eisdem mercibus passus est non leue dispendium, & restitutis quadringentis decem solidis quod reliquum lucri est implere compellitur, atque ex hoc maiori se necessitati ac potius desperationi ingemit subiaccere: & propterea aliquo sibi subueniri petit auxilio, experientia tua, si ita est, apud magnificum filium nostrum vnā cum reuerentissimo fratre & cōepiscopo nostro Fortunato, ac glorioso filio nostro Maurentio magistro militum, quia & ipsi scribimus, agere studeat, ut hac in re, sicut Christianū decet & nobilem, plus benignus quam rigidus, plus misericors esse debeat quam districtus, & lucrum de damno alterius non expectet, sed recepta precij sit sorte cōtentus: quatenus quicquid pauperi cesserit: omnipotens ei deus multiplicata, sicut promissit, restitutione cōpenset. Ita ergo studiose experientia tua agat: ut illi modis omnibus hoc pro mercede ipsius imponere, & hunc ab afflictione possit obligationis exuere.

*Gregorius Romano defensori siciliæ. De Gaudiosi penuria sustentanda.*

*Caput. XXXVIII.*

*Diuinorum*



**Epi. 38. A** **D**iuinorū nos admonent eloquia præceptorum, necessitatem patiētibz, Ecclesiasticum præbere subsidium. Quia ergo dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus Gaudioium defensorē sedis nostræ, qui Syraculis degere comprobatur, paupertatis asseruit inopia **B** **con**stingit, idcirco experientia tua præsentium autoritate mandamus: vt à præsentī secunda indictione sex solidos annis singulis ei dare non differas, vt & ille huius remedij solatio potiatur, & tu quod dederis tuis sine dubio noueris rationibus imputandum.

*Gregorius Romano defensori, Fantino defensori, Sabino subdiacono, Adriano notario, Felici subdiacono, Sergio defensori, Bonifacio defensori, aparibus & sex patronis, Vt episcopi cum mulieribus non habitent.*

*Caput. XXXIX.*

**Epi. 39.**

**Q**uia sicut cauta prouisio, culparum vias obstruere & nouit quæ sunt noxia declinare: ita neglectus patet excessibus, & quæ sunt cauēda solet incurrere, magnā sollicitudinis oportet curā impendere, & fratrum sacerdotumq; nostrorum opinioni pariter & cauteq; prospicere. Peruenit autē ad nos quosdā episcoporum sub prætextu quasi solatij in vna domo cum mulieribus cōueruari. Et ideo ne per hoc aut subāmatoribus iusta obtretationis detur occasio, aut facilem antiquus humani generis inimicus materiam deceptionis assumat, huius tibi serie præceptionis iniungimus, vt strenuum te studeas ac sollicitū exhibere. Et si qui episcoporum, quos cōmissi tibi patrimonij finis includit, cum mulieribus degunt, hoc omnino compescas & decetero eas illic habitare nullo modo patiaris, exceptis eis quas sacrorum canonum censura permittit: id est matrē, amitam germanam, & alias huiusmodi, de quibus praua non possit esse suspicio. Melius tamen faciunt, si etiam à taliū se cohabitatione contineant. Nā legitur quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consueuerit\*, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis debet esse instructio. Nam incaute præsumptionis est, quod fortis pauet, minus validum non timere. Sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam non uti concessis: Et quidem nos nullos in hoc nolentes adstringimus, sed sicut facere solent medici: & si ad tempus tristēm curam, tamen pro salute dictamus. Et idcirco necessitatem non imponimus, sed si imitari doctum sanctumq; virum elegerint, ipsorum voluntati relinquimus. Tua igitur experientia, vt seruari debeant quæ prohibenda mandauimus, studiū & sollicitudinem gerat. Nam si aliter postmodum inueniri cōtigerit, non leue se apud nos nouerit periculum incursum. Præterea curæ tuæ sit eisdem fratres nostros episcopos adhortari: vt subiectos sibi in sacris videlicet ordinibus constitutos, quod ipsi seruant, ad similitudinē sui modis omnibus seruare commoneant. Hoc tantummodo adiecto, vt hi, sicut canonica decreuit autoritas, vxores quas castē debent regere, non relinquunt.

*Gregorius Romano defensori. De Calixeno filio Stephanie.*

*Caput. XL.*

**Epi. 40.**

**M**ense Nouembrio præsentis secundæ indictionis, experientia tue præceptione nostra mandauimus, vt Calixeno filio Stephanie domum Catinae possessionis, quam Ammonia auia eiusdem Calixeni Ecclesie nostræ facta donatione contulerat, reddere ei donationem eandem tandem debuisses. Quod hac, vt dicitur, excusatione facere distulisti, quia notitia eiusdem donationis non esset de pollicitis caraxata. Quod incongruē te dixisse cognoscas, dū ad munitionē tuam præcepti nostri pagina posset valde sufficere. Proinde præsentī autoritate suscepta, prædictam domum & donationem antefato Calixeno orphano sine mora restitue. Nam quod iustum & ipse sentias nouimus, & nos tamen prædicto eidem orphano supradictam domum ex benignitate largimur.

*Gregorius Agilulpho regi Longobardorum. Gratias agit de pace facta*

*Caput. XLI.*

**G**ratias excellentiæ vestræ referimus, quia petitionē nostram audientes, pacem quæ vtriusque esset partibus profutura, sicut de vobis confidentiam habuimus, ordinastis. Ex qua re excellentiæ vestræ prudentiam & bonitatem valde laudauimus, quia pacem diligendo, deum vos, qui author est ipsius, amare monstrastis. Nam si quod absit, facta non fuisset, quid aliud agi habuit, nisi vt cum peccato & periculo partium, miserorum rusticorū sanguis, quorum labor vtriusque proficit, funderetur? Sed vt prodesse nobis eandem pacem sentiamus, quemadmodum à vobis facta est, paterna charitate salutantes petimus: vt quotiens se occasio dederit, ducibus vestris per diuersa loca, & maxime in his partibus constitutis, vestris præcipiatis epistolis, vt hanc pacem, sicut promissum est, purē custodiant, & occasiones sibi aliquas non querant, vnde aut contentio quædam, aut ingratitudo nascatur, quatenus voluntati vestræ amplius agere gratias valeamus. Latores verò presentium, sicut re vera homines vestros, in eo quo decuit affectu suscepimus, quia iustum fuit vt viros sapientes, & qui pacem factam deo propicio nunciauerunt, cum charitate & suscipere & dimittere deberemus.

*Gregorius Theodelindæ Longobardorum reginæ. Gratias refert de pace facta.*

*Caput. XLII.*

**Q**uia excellentia vestra ad faciendam se pacem studiosius & benigne, sicut solet, impēderit, renunciante filio nostro Probo abbate cognouimus. Neque enim aliter de Christianitate vestra fuerat cōsidendum, nisi quia in causa pacis laborem & bonitatem vestram modis omnibus monstraretis. Vnde omnipotenti deo gratias agimus, qui ita cor vestrum sua pietate regit, vt sicut rectam fidem tribuit, ita quoque placita sibi vos semper operari concedit. Non enim excellentissima filia de sanguine qui ab vtraque parte fundendus fuerat, paruam te credas acquisisse mercedem. Ex qua re voluntati vestræ gratias referentes, dei nostri misericordiam deprecamur, vt bonorum vobis vitam in corpore & in anima hic & in futuro compenset. Salutantes præterea paternam dilectione hortamur, vt apud excellentissimum coniugem vestrum illa agatis, quatenus Christianæ reipublice societatem non renuat. Nam sicut & vos scire credimus, multis modis est vtile si se ad eius amicitias conferre voluerit. Vos ergo more vestro, quæ ad gratiam partium pertinent, semper studeat, atque vbi causa mercedis se dederit laborate, vt bona vestra amplius ante omnipotentis dei oculos commendetis.

*Gregorius Felici in Sicilia. De reuerentia & iustitia Ioannis episcopi.*

*Caput. XLIII.*

**C**um reuerentissimi fratris nostri Ioannis episcopi bene nobis nota sit grauitas, mirari nos gloriæ vestræ valde fecit epistola, quod nihil eum secundum admonitionem nostram facere voluisse significabat. Et quidem durum nobis videbatur, aut vobis non credere, aut de illo talia suspicari: quippe cuius cogniti nobis mores & actio tale non permittebant habere iudicium. Cum ergo noster animus dubius in vtroque penderet, comperimus eum inter vos & Ecclesiam suam voluisse esse iudicium, sed vestram magis gloriam distulisse. Quod negare neq; homo vester lator præsentium potuit. Et cōtristati sumus cur gloria vestra quæ iudiciū refugit, contra eum queri voluerit, postquam cōstat quia quod rationis fuit, vel vitro, vt scripsimus, obediuit. Nec ei scribere iterum necessarium erat, ne distulisse prius secundum animum videretur. Sed ne vos cōtristare forsitan videremur, ex abundanti rursus preuidimus scribendum. Et quoniā certissimum quia quicquid æquitas ordinauerit, facere nō recuset: oportet vt gloria vestra animos suos contra eius inuidiā non accēdat, sed studeat inire iudicium, in quo vna eademq; cognitione & momenti & proprietatis causa valeat distinguere. Nam nos venire ad iudicium cupienti, præiudicialiter scribere quædam non possumus: quia ita nos vni parti accommodare decet auditum, vt tamen alteri, præsertim inaudite allegationis, sine dubio rem integram referuimus. Et ideo agite, sicut diximus, vt negotiorum vestrorum merita veritate cognita iudicij censura definiat. Nam dum nullum velimus

G mus præiudicium sustinere, multo magis vobis, sicut reuera filiis, volumus seruari quod iustum est.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De possessionibus iniuste peruasus. Caput. XLIII.*

Epi. 44.

**A**nte aliquantū temporis filius noster vir gloriosus Felix, suis nobis epistolis questus est, quarundā possessionum suarum fines ab hominibus Ecclesie vestre violenter esse peruasos, & nullam se apud vos inuenire iustitiam. Sed nobis incredibile visum est, hoc aut vobis esse presentibus perpetratum, aut certē si ad aures vestras peruenit, non fuisse correctum. Ne tamen eius prætermittere queriniam videremur, fraternitati vestre scripsimus, vt aut ea si vera essent compesci, aut certē actores Ecclesie sue cum eo faceret subire iudicium. Post hæc vero hominem cum epistola ad nos dirigenz, indicauit nihil vos facere voluisse. De qua re, scientes sanctitatis vestre discretionem, dum noster animus dubitaret, comperimus illum magis distulisse. Nam vos paratos extitisse, vt debuisset esse iudicium. Et quamuis hac de causa denuo vobis non fuerat scribendum: quippe quia ea que rationis sunt, ante vos manifestum est facere voluisse: tamen ne querelam ipsius neglexisse forsitan videamur, hanc ad vos idcirco epistolam dedimus, hortantes vt cum eo etiā nunc mora postposita, vestros ad iudicium homines trāmittatis, in quo & momenti & proprietatis valeat questio terminari, vt posthac nec ille habeat quod queratur, nec Ecclesia vestra tenere aliquid præiudicialiter videatur. Quia vero homo quem ad nos misit, schedam cōpromissæ ac iudicati protulit, vbi legebatur possessionem eam quæ Alinaria dicitur, quam ab hominibus vestris inuasam nuper asseruit: decessoris vestri recordandæ memoriæ Maximiani temporibus esse ex iudicio restitutam, necessarium esse præuidimus eius exemplar transmittere, & ideo si ita actum manifeste cognoscitis, si possessio ipsa decessore vestro consentiente restituta est, & à dicto viro possessa, sine aliqua eam facite contentione restituta, manente scilicet proprietatis sicut in eodem iudicio cōstitutum est questione. Si vero aliter est, & hoc pariter iudicij necesse est diffinitione distingui. Hæc igitur omnia ita fraternitas vestra indita sibi tranquillitate sine aliqua mora fieri prouideat, quatenus nec contra vos murmur excitetur inuidia, nec vobis prædictus vir importunus denuo cogatur existere.

*Gregorius Sergio defensori. De Panthaleone notario & substantia auunculi eius. Caput. XLV.*

Epi. 45.

**Q**uia Pāthaleo notarius sit in Ecclesiasticis utilitatibus occupatus, experientia tua nō habet incertū. Et ideo quia Ioānes auunculus Megalis socrus ipsius nullo alio proximiorie existente obisse intestatus, & sine filiis memoratur, ne per absentiam generi sui illa damnum possit incurrere: quia, si ita est, lex prædictam mulierem ad intestati auunculi successorem vocare dinoscitur, hac tibi præceptione iniungimus, vt reuerentissimum fratrem & cōepiscopum nostrum Vitalianum atque Bonifacium notarium in solatio tuo adhibeas: & quascunque res eū qui defunctus est consulerit reliquisse, sub breui annotari, quousque prædictus Panthaleon redeat, in totum studiose facere debeas. Quod vt melius possis implere, filium nostrum Ioannem virum memorandum tribunum in tuo pariter stude adhibere solatio. De quo omnino confidimus, quia si ei voluntatem nostram prodideris, deuotē se tibi accommodare non deneget. Pariter etiam studij tui sit, quoniam quædam apud se sacrata prædictus Ioannes habuisse ministeria perhibetur & ea diligenter inquirere, & cum omni cautela in tutum facere, nobisq; subtiliter quicquid inuētum fuerit indicare. Ita ergo experientia tua, hæc que scripsimus facere sollicitē ac vrbane festinet: vt nō possit esse culpabilis. Nam si negligendum esse putaueris, ita te nostros noueris motus incurrere, vt nulla te postmodum possis excusatione defendere.

*Gregorius Sabino subdiacono. De Bonifacio episcopo & clero suo accusato. Caput. XLVI.*

Epi. 46.

**C**lerus Ecclesie Regitanæ multa contra reuerentissimum fratrem nostrum Bonifacium episcopum suum data nobis petitione conquestus est, petens vt ad nos

debuisset habere veniendi licentiam, quatenus causæ ipse hic subtiliter probarentur. Sed quia nos interim prædictum fratrem nostrum hic modo non præuidimus deducendum, visum nobis est illic deputare causam eandē cognoscendam. Et ideo mediis sacrosanctis euangelis experientia tua: vnā cum Paulino, Proculo, Palumbo vel Venerio, atque Martino reuerentissimis fratribus cōepiscopisque nostris sine cuiusquā personæ respectu: tam clericorum querela, quam aduersus suum, sicut diximus, habent episcopum, vel si quam fortē ille contra eos habuerit, cum omni æquitate ac sollicitudine perscrutetur. Et quicquid in veritate cognouerit, nobis vnā cum prædictis fratribus nostris subtiliter diligenterque significet: vt renunciatione vestra redditi certiores, quid fieri debeat, decernamus.

*Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. De cura pastorali, De eo quod non recte fidei homines ad sacros ordines minime prouehi debeant. Et de obseruatione quatuor conciliorum: Et de damnatione Pelagii & Celestini. Caput. XLVII.*

**F**raternitatis tuæ scripta suscepi, professionem fidei recte seruantia. Magna que omnipotenti deo gratias retuli, qui & immutatis gregis sui pastoribus, fidem quam semel sanctis patribus tradidit, etiam post eos immutabilem custodit. Prædicator autem egregius dicit: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quisquis ergo cum dilectione dei & proximi, fidei quæ in Christo est, firmitatem tenet, eundē Iesum Christum dei & hominis filium apud se posuit fundamentū. Sperandum ergo est, quod vbi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur ædificium. Ipsa quoque per se veritas dicit: Qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: qui autē per ostium intrat, pastor est ouium. Qui paulopost subiicit dicens: Ego sum ostiū. Ille ergo ad ouile ouiu intrat per ostiū, qui intrat per Christū. Ipse autē per Christū ingreditur, qui de eodem creatore ac redemptore humani generis vera sentit & prædicat, & prædicata custodit. Culmen regiminis ad officium portandi oneris suscipit, non ad appetitum glorie transitorij honoris. Curæ quoque suscepti ouilis solerter inuigilat, ne oues dei aut perueri homines praua loquentes dilantent, aut maligni spiritus oblectamenta vitiorum suadentes deua stent. Certē beatum Iacob qui pro vxoribus suis diu seruierat, dixisse meminimus. Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ steriles non fuerunt. Arietes tui gregis non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam, quicquid furto perierat, à me exigebas. Die noctuq; æstu vrebatur & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat & vigilat qui pascit oues Laban, quanto labori, quantilq; vigiliis debet intendere, qui pascit oues dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui propter nos homo factus est, qui dignatus est fieri quod fecit. Ipse & infirmitati meæ, & tuæ charitati spiritum sui amoris infundat, atque in omni sollicitudine custodiat, circumspectionis oculum nostrum cordis aperiat. Quod verò ad sacros ordines recte fidei viri perducantur, eidem omnipotenti deo gratiæ sine cessatione soluendæ sunt, & pro vita piissimi & Christianissimi domini nostri Imperatoris, & tranquillissima eius coniuge, & mansuetissima sobole semper orandum est, quorum temporibus hæreticorum ora conticescant: quia etiam eorum corda in insania perversi sensus ebulliunt, Catholici tamen Imperatoris tempore praua quæ sentiunt, eloqui non præsumunt. Præterea dum de sanctorum conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesinam synodum primā se custodire professæ est. Sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia vrbe transmissus est, agnoui hoc quod quædam capitula catholica cū hereticis fuerant repta hæta, quia quidā illam Ephesinam primam synodum in eadē vrbe existimat, quæ quondā ab hæreticis traditur esse composita, omnino necesse est vt charitas vestra eandē synodum apud sanctā Alexandrinam atque Antiochenam Ecclesiā requirat: & qualiter in veritate se habeat, inueniat. Vel si placet, hinc dirigimus quæ ab antiquitate seruata in scriptis habemus.

**A**bemus. Illa enim synodus que sub primę Ephesinę imagine facta est, quędã in se oblata capitula asserit approbata, quę sunt Celestini atque Pelagij prædicamenta. Et cum Celestinus atque Pelagius in ea synodo sint damnati, quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur authores? Quia vero peruenit ad nos in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum ordinem nisi ex præmiorum datione peruenire, si ita esse vestra fraternitas agnoscat, hanc primam oblationem omnipotenti deo offerat, ut à subiectis sibi Ecclesiis errorem simoniacę hæreseos compescat. Nam, ut alia taceam: quales esse in sacris ordinibus poterunt, qui ad hoc non merito, sed præmiis euehuntur? Omnipotens deus dilectionem tuam gratia cœlesti custodiat, & de iis qui sibi commissi sunt, fructum multiplicem ac mensuram superaffluentem ad æterna gaudia reportare concedat.

*Gregorius Bonę abbatisse. De monasterio eius in melius transmutando.*

*Caput. XLVIII.*

*Epi. 48.*

**E**cclēsiastica damnum non sentit utilitas, si res aliis competentes cognita veritate restituantur. Cognouimus itaque Ioannem quondam presbyterum sanctę Romanę Ecclesię, cui authore deo delerimus, in domo iuris sui posita in hac vrbe Roma iuxta thermas Agrippinas oratorium construxisse, atque illic quosdam redditus legati titulo reliquisse: in quo etiam oratorio seruorum dei congregationem esse constituit. Et hæc omnia ut debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctę memorię Pelagio decessori nostro mandauerat. Sed quia morte occupatus hoc non occurrit implere, & domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostrę Ecclesię detinetur, iustitię nos ratio vehementer incitat, huiusmodi pię dispositionis arbitrium adimplere. Sed quoniam illic pro difficultate temporis noua seruorum dei congregatio adhiberi non potuit, foeminarum saltem ibi cōgregationem constituendam esse decernimus, atque ideo & locum ipsum solemniter dedicare. Et quia monasterium tuum, ubi prius fuisti, in ruinę erat periculo constitutum: te illic cum congregatione tua consistere deo annuente perpeximus: quatenus & in superscriptę domus monasterio iuxta voluntatem defuncti, domino redemptori nostro seruiens habitare congregatio debuisset, & imminens potuisses periculum euitare. Præterea considerantes antedicti presbyteri voluntatē, perpetuo illic tempore monasterium esse, atque ad eandem domum in integro cum horto suo & rebus inferius designatis, quę à testatore relicte sunt, proprietatis iure constituimus pertinere, id est, massam Magulianensem cum appendiciis suis via Numentana miliario plus minus. xj. tabernam in hac vrbe quę est posita iuxta Palatinios, & Salgamum positum ante domum supradicti monasterij. His igitur ita concessis atque dispositis, dilectio tua diligenter inuigilet, ut & dei illic laudes salubri studio deuotissimę, ut moris est, celebrentur: & supradictę res ad ius ipsius pertinentes, nulla te negligente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum te, sed etiam eas que loco tuo successerint, in prædicto monasterio & rebus superius designatis constituimus nihilominus exhibere.

*Gregorius Mariniano archiepiscopo Rauennę. De Ariminensi Ecclesia propter infirmitatem episcopi destituta. Atque hortatur ciues alium eligere.*

*Caput. XLIX.*

*Epi. 49.*

**Q**ualiter ordinati à nobis sacerdotis, corporis qua nostis impediēte molestia, Ariminensis Ecclesia pastorali hætenus sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognouit. Quę dum habitatorum loci illius precibus permoti sæpius hortaremur: ut si de eadē capitis qua detinebatur molestia, melioratū se esse sentiret, ad suam auxiliatē domino, reuenteretur Ecclesiam, datis induciis in hoc quadriennio expectatus est. Quem dum monitu cleri ciuiumque illinc venientium, nolque precibus arguentium, instantius hortaremur: ut si valeret, cum eis auxiliante domino remearet, data in scriptis supplicatione nos petiit, ut quia ad eiusdē Ecclesię regimen vel susceptum officium pro eadem qua detinetur molestia assurgere nullatenus possit, Ecclesię ipsi ordinare episcopū deberemus. Vnde

quia cunctarū Ecclesiarū inuicta nos sollicitudinis cura cōstringit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precibus huiusque ex sui impossibilitate renunciatione cōpuli, visum nobis est eidē Ariminensi Ecclesię debere episcopum ordinari, & datis ex more præceptis, clerum plebemque eiusdem Ecclesię non destitimus admonere, quatenus ad eligendum sibi antistitem cōcordi prouisione concurrat. Hortamur igitur ut fraternitas vestra eum quem vno consensu omnes elegerint, sicut & ipsi à nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat euocari, quem cauta ex omnibus examinatione discutite. Et si ea in eo quę in textu heptatici morte muletata sunt, minimē domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium personarum relatione eius nobis quidem vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina vestre quoque addita testificationis epistola destinate: quatenus eiusdem à nobis Ecclesię disponente domino consecratur antistes.

*Gregorius Leoni episcopo in Corsica. Propter infirmitatem episcopi sui precipit alium eligendum.*

*Caput. L.*

**P**astoralis nos cura constringit, Ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis, sollicita consideratione concurrere. Et ideo quia Ecclesia vestra diu sacerdotis proprii corporis, qua nostis impediēte molestia, pastorali est regimine destituta, vestris precibus permoti, eundem episcopum non destitimus admonere, ut si ex eadem molestia se melioratū esse sentiret, ad suscepti sacerdotij debuisset remeare mysterium. Qui semel à nobis sæpiusve commonitus, eadem urgente molestia, nunc in scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intinuisse, nullatenus se ad regimen eiusdem Ecclesię vel susceptum officium, impediēte molestia, assurgere posse. Qua personę eius desperatione compulsi, necessarium duximus de ordinatione nos eiusdem Ecclesię cogitare. Hortamur ergo ut vno omnes eodemque consensu, remoto strepitu, talem vobis præficiendum eligatis, auxiliante domino, sacerdotem: qui & venerandis canonibus nullatenus respuatur, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti, omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequente, ad nos veniat ordinandus: quatenus Ecclesia vestra, disponente domino, proprium valeat habere sacerdotem. Volumus autem ut eum quem vnanimitas vestra elegerit, ad fratrem & coepiscopum nostrum Marinianum Rauenam sine dilatione aliqua perducatis, ut ab eo subtiliter inquisitus atque perspectus, ipsius quoque ad nos veniens testimonio roboretur.

*Gregorius Leoni episcopo in Corsica. De eligendo episcopo in Arimino.*

*Caput. LI.*

**P**astoralis nos cura cōstringit, Ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis, sollicita consideratione concurrere. Et ideo, quia Ariminensis Ecclesia cui fraternitas vestra visitationis impendit officium, diu sacerdotis proprii, corporis, qua nostis, impediēte molestia, pastorali est regimine destituta, cleri vel ciuium precibus permoti, eundem episcopum nō destitimus admonere: ut si ex eadem molestia se melioratum esse sentiret, ad suscepti sacerdotij debuisset ministerium remeare. Qui semel à nobis sæpiusve commonitus, eadem urgente molestia nunc in scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intinuisse: nullatenus se ad regimen eiusdē Ecclesię vel susceptum officium impediēte molestia assurgere posse. Qua personę eius desperatione compulsi, necessarium duximus de ordinatione nos eiusdem Ecclesię cogitare. Hortamur ergo ut clerum, plebemque Ecclesię eiusdem sollicita debeatis admonitione compellere, ut sibi cum domini auxilio talem præficiendum eligant sacerdotem, qui & aptus tanto ministerio valeat inueniri, & à venerandis canonibus nullo modo respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cū solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, vestrarum quoque testimonio literarum huc sacrandus occurrat, quatenus Ecclesia ipsa proprium, auxiliante domino, habere valeat sacerdotem.

*Gregorius Anthemio Campano subdiacono. De testamento importuni, Attellanę ciuitatis episcopi.*

*Caput. LII. Quorundam*

Epi. 52. G

**Q**uorundam ad nos relatione peruenit, quod Impor-  
tunus, Attellanae ciuitatis episcopus, dum de hac lu-  
ce migraret, condito testamento in octo vaciis to-  
tius substantiae suae nura suam heredem in-  
stituerit, & Ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur  
ergo experientiam tuam, ut sollicita inquisitione discutias, &  
quicquid Ecclesiae ipsius esse patuerit, a qualibet persona de-  
tineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum quod eum ante epi-  
scopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid  
verò vel ante Ecclesiam ipsius esse cognoueris, vel in epi-  
scopatus ordine praedictum episcopum acquisisse: in eiusdem  
Ecclesiae conseruetur dominio, nec quisquam exinde aliquid  
vsurpare qualibet occasione praesumat. Clerum vero ple-  
bemque eiusdem Ecclesiae cum omni te volumus instantia com-  
monere, quatenus praeficiendum sibi sine dilatione aliqua eli-  
gant sacerdotem, qui clerum plebemque, vel res Ecclesiae ip-  
sius, cauta regularique valeat obseruatione disponere. Pari-  
ter etiam clerum, plebemque ipsius Ecclesiae, vel aliarum que  
ei vnitae sunt coram instantius commoneto: quatenus & ipsi om-  
ni mora dilationeque postposita, aptum sibi eligere debeant  
sacerdotem: ne diu, & tali praesertim tempore, pastoris pro-  
prij sint regimine destituta.

*Gregorius Secundino seruo dei incluso. De insidijs an-  
tiqui hostis. De Chalcedonensi synodo omnimode recipi-  
da. De Iba & Cyrillo. De ordinatione apostolicae se-  
dis. De sacerdotali officio post lapsam, si poenitentia se-  
cuta fuerit, in pristinum gradum restituendo. De mune-  
neribus ab eo transmissis. De paruulorum animabus, quae  
sine baptismo moriuntur. Et de imaginibus transmissis.*

Caput. LIII.

Epi. 53.

**D**ilectionis tuae scripta suscepi, quae in meo sensu, a-  
moris melle condita sapuerunt. O quanta aspira-  
tione vitae plena sunt, quae per gratiam spiritus proferuntur? Non in eis cultus eloquentiae, non verborum typhus appa-  
rebat, sed solam veritatis atque charitatis radicem tenentia,  
per omne quod locuta sunt, coelestis patria: amorem flagra-  
bant. In eis vero tua a me dilectio petere studuit: ut ad hanc li-  
bellum exhortatorium scribere deberem. Sed scire te neces-  
se est, fili charissime quia tantis podagrae doloribus, tantisque  
curarum tumultibus premor, ve quauis nunquam me ali-  
quid fuisse reminiscar, valde tamen me videam non esse qui  
fuerim. Quod autem tua se charitas & vlrta atate quinquagenariam adhuc iuuenilibus desideriis asserit subiacere, in  
hoc quoque diuini oraculi implet praecipuum: quo scriptum  
est, iustus in principio accusator est sui. Nec tamen dubito  
maiores te insidias hostis callidi perpeti, qui maiora contra  
eum bella praeparasti. Tanto quippe ille deceptionis molimi-  
na ardentius exquirat, quanto te coelestis patriae feruentius  
inhiare cognoscit. Et nos quidem qui vitam cum pluribus du-  
cimur: etsi formidolosi ac timidi, tamen quia contra antiquum  
hostem bella proposuimus, quasi in acie stamus. Vos autem  
qui solitariam vitam ducitis, quid aliud quam monachos di-  
xerim, qui seruore virtutis etiam ante aciem exire festinatise  
Cur ergo eum non singulariter hostis impetat, a quo se im-  
peti singulariter spectat? Et nos quidem qui inter homines vi-  
uimus, saepe per homines a callido hoste tentamur. Vos autem  
qui viam vitae praesentis extra hominum frequentiam ducitis,  
tanto maiora certamina pati necesse est, quanto ad vos ipse  
se tentationum magister accedit. Neque enim vacare oratio-  
nibus ac laudibus dei sine aliqua interruptione temporis po-  
telligit: quia etsi intentio continuè prompta est, ipsa tamen  
humanitatis infirmitas ad semetipsam relabitur, ut aliquan-  
do fessila faceat, atque ab studij exercitatione torpescat. Anti-  
quus vero hostis mox ut ociosam mentem inuenit, ad eam  
sub quibusdam occasionibus locuturus venit: & quaedam ei  
de gestis praeteritis ad memoriam reducit, audita quondam  
verba indecenter cogitationi resonat, & si qua dudum tur-  
piter acta sunt, eorum species oculis cordis apponit: ut quem  
de praesentibus non valet inquinare, de malis transactis vio-  
let. Et decepta mens saepe inde delectationem reparat, unde  
diu iam se per poenitentiam affixit: ita ut verè cum Psalmista  
dicat: Coputruerunt & deteriorate sunt cicatrices meae, a fa-

Psal. 37.

cie insipientiae meae. Cicatrix quippe figura est vulneris, sed  
sanati. Cicatrix ergo ad putredinem redit, quando peccati vul-  
nus, quod iam per poenitentiam sanatum est, in delectatione sui  
animi concutit. Sepe quod nunquam fecimus, per hostis callidi  
insidias cordis oculis videmus. Cumque insensibiliter in hoc  
delectatio furripit, quauis iam plangat quae fecerat, tedit ta-  
men infelicem animum quaedam non fecisse quae plagar. Haec  
sunt cordis nostri tenebrae, quas in hac vita volentes nolentes-  
que sustinemus. Quis contra haec quaerendus est, nisi adiutor  
in opportunitatibus in tribulatione? Valde autem libere acce-  
pi quod tua me charitas de sua dubitatione requisivit, an O-  
rientales Ecclesiae, fidem atque doctrinam sanctae memoriae  
Leonis sequantur, ne fortasse earum sensus inter semetipias  
pro trium capitulorum defensione diuisus sit. Vnde certam  
dilectionem tuam esse desidero, quia praedictae sanctissimae  
Orientales Ecclesiae vno sensu, vna doctrina, fidem eiusdem  
sanctae memoriae Leonis tenent, sanctamque Chalcedonensem  
synodum ita nobiscum custodiunt atque venerantur: ut nul-  
lus esse episcopus reputetur, qui eiusdem synodi defensor  
sectatorque non fuerit. Hinc est etiam quod quotiens in qua-  
tuor praecipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi  
epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonem  
sem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fatean-  
tur: sicut & nos auerlamur, atque anathemate plectendos du-  
cimur, qui de fide eiusdem synodi aliquid minuere, vel ali-  
quid in ea addere praesumunt. Nam synodus quae post eam  
generaliter facta est, idcirco a nobis recipitur, quia eiusdem  
synodi in omnibus sequax, honorem illius auctoritatemque  
custodit. Vnde necesse est ut dulcissima mihi tua dilectio in  
hoc quod praecipue in bonis moribus viuit, quod se per absti-  
nentiam affligit, quod doctrinae dei vehemèntius insistit, hoc stu-  
diosius cogitet, ne errorem schismaticorum sequens, a san-  
cta vniuersali Ecclesia diuisa possit inueniri. Et quid tot la-  
bores proderunt, si in veritate fidei inuenta non fuerint, quae  
ante dei omnipotentis oculos in bonis actionibus animam praeci-  
pue custodit? Hinc enim dicitur, Vna est coluba mea, per-  
fecta mea. Hinc ad Moysen dominus dicit: Est locus penes me,  
& stabis super petram. Quis est locus qui non sit in deo, dum  
cuncta ab ipso per quem creata sunt continentur? Sed tamen  
est locus apud eum, videlicet sanctae Ecclesiae vnitatis, in qua  
super petram statur, dum confessionis eius humiliter soli-  
ditas tenetur. De quo loco subiungitur: Tunc videbis poste-  
riora mea. In petra enim, id est, in sancta Ecclesia stantes, dei  
posteriora videbimus: quando iam ea quae in fine promissa  
sunt coelestis patriae gaudia contemplabimur. Peruersi autem  
homines qui trium capitulorum occasione reperta, Ecclesia-  
sticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus repre-  
hendi pertimescunt, subesse sedis apostolicae praecipuis no-  
lunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt.  
Et dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus  
intenti, student ut certare pro fide videantur. Sicque fit ut  
quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quae  
quasi de zelo seruatoris, videri etiam laudabilis apperit. Sed  
iuxta hoc quod scriptum est: Ex operibus eorum cognosce-  
tis eos: vitam eorum tua charitas attendat: & meritum inten-  
tionis aspiciat. Ut enim dilectioni tuae de eadem re breuiter  
loquar, sancta Chalcedonensis synodus usque ad definitio-  
nem fidei, & prolotionem canonum de generalibus causis locu-  
ta est. Nam post prolotionem canonum, specialia episcopo-  
rum certamina sopire curauit. Epistola vero quam in ea re-  
uerentissimus Ibas denegat suam: quod in extrema parte sy-  
nodi iaceat, agnoscat. Quae videlicet epistola Nestorium inau-  
ditum, & inquisitione non facta damnatum asserit. Cyrillum  
vero in Apollinaris dogma cecidisse suspicatur. Et si totus  
superius textus praedictae synodi legitur, quantum haec epi-  
stola eidem synodo aduersetur, inuenitur: quia scilicet sancta  
synodus & Nestorium, sicut est, haereticum denunciat: & bea-  
tum Cyrillum patrem catholicum veneratur. Epistola ergo quae  
illum defendit qui a synodo damnatus est, & illum accusat qui  
a synodo veneratur, proculdubio definitioni sanctae synodi  
probatu aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere quod  
hanc Ibas eo tempore scripsit quo adhuc Cyrillus propter  
duodecim capitula quae necdum exposuerat, dubiè habebatur,  
in ipsa

Can. 6.  
Exod. 33.

Ibidem.

Mat. 7.



**A** in ipsa hac epistola perpende: quia legitur quod inter Orientales episcopus, & beatus Cyrillus pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amotae dubitationis, hac eadem epistola scripta est, constat quia non est catholica, quae patrem catholicum, atque in toto synodi volumine laudat, haereticum appellat. Haec paucis dixi, quia ex quibus precipue causis hac in re dubitationem tuae charitatis habet, in epistolis non inueni. Et quia tua sanctitas hoc a nobis requisivit, ut tibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse: alias resurgendi, alias nequaquam posse: ideo generalissima quae a Niceno concilio incipiunt, cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nam & nos praecedentes patres sequi debemus, qui auctore deo, a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, usque ad quartum altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, ut sicut minorem maior praecedat in honore, ita & in crimine. Et quem maior sequitur culpa, maiori plectatur vindicta, quae post poenitentiam credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? Aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse reddi ad honorem, dicente propheta: Nunquid qui cadit, non adiciet ut resurgat? & Qui auersus est, non reuertetur? Et peccatori ait: In quacunque die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Vnde & Psalmista ait: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua, & spiritum sanctum ne auferas a me. Dum enim petuit, ne a domino proiceretur pro culpa sua, alienam rex & propheta simul rapuisse uxorem tremefactus expauit, & propheta indicante flagitium suum, poenitentiam agens addebat: Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim condignam deo poenitentiam non fecisset, nequaquam aliis predicaret. Ait enim: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Dum enim peccata prospexit propheta mundatus per poenitentiam, non dubitauit predicando curare aliena, & sacrificium de semetipso deo offerre studuit, quum dicebat: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Ad hoc ista sufficerent, sed omnis sententia quod plus sacrae scripturae testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. De hoc peccantibus dicitur: Peccator in quacunque die conuersus ingemuerit, saluus erit: omnes iniquitates eius obliuioni tradentur. Si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed iustificare uenit, in obliuione peccantium delicta derelinquit, quis hominum condemnanda reseruat, quum Apostolus dicat: Si deus iustificat, quis est qui condemnet? Ad fontem misericordiae recurrentes, euangelij proferamus sententiam: Gaudeo, inquit, super uno peccatore poenitentiam agente, magis quam super nonagintanouem iustis qui non indigent poenitentia. Et ouem perditam, nonagintanouem non errantibus relictis, humero pijs pastoris ad ouile reportatam dominus ipse testatur. Si ouis perditam errantem post inuentionem ad ouile humero reportatur, cur post poenitentiam ad Ecclesiae ministerium lapsus non reuocetur? Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inueniuntur, aut dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum Apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem poenitentia secuta est, & post poenitentiam misericordia data est: quia postea ab illo ab Apostolatu deiectus non est, qui ante quidem ipsum se negare praedixit. Tibi haec filii charissime dicta sufficiant, ut illum quem conspicias delicta fle tu delere, in conspectu diuinitatis non dubites misericordiam consequi: quia ille peccatorem reuersum non despicit, qui peccatores sanguine suo redimere uenit. De ordinationibus uero apostolicae sedis pontificum, utrum post beatissimum uirum Hormisdam aliqua sint addita, uestra charitas requirit. Sed usque ad Vigilijs papa: tempora, expositas ordinationes praesulum esse cognoscas. Aloam uero, thymiam, styracem & balsamum, sanctorum martyrum corporibus offerenda, latore praesentium deferente transmisiimus. In extremo uero epistola: quaesisti quid eis respondendum sit, qui dilectionem

tua de paruulorum animabus requirunt, qui sine gratia baptismatis moriuntur, dicens: si corpus originali tenetur culpa, unde anima quae a deo datur, ita erit, quae adhuc in actuali delicto corpori non consensit: sed hac de re dulcissima mihi tua charitas sciat, quia de origine animae inter sanctos patres requisitio non parua versata est: sed utrum ipsa ab Adama descenderit, an certe singulis detur, incertum remansit. Eamque in hac uita insolubilem fassi sunt esse quaestionem. Grauis enim est quaestio: nec ualet ab homine comprehendi: quia si de Adam substantia anima cum carne nascitur, cur non etiam cum carne moritur? Si uero cum carne non nascitur, cur in ea carne quae de Adam prolata est, obligata peccatis tenetur? Sed cum hoc sit incertum, illud incertum non est, quia nisi sacri baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati uinculis est obstricta. Hinc enim scriptum est: Non est mundus in conspectu eius, nec unius diei inians super terram. Hinc Dauid ait: In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Hinc ipsa ueritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non introibit in regnum caelorum. Hinc Paulus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Cur ergo infans qui nihil egit, in conspectu omnipotentis dei non ualet esse mundus? Cur Psalmista ex legitimo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus est? Cur nisi qui mundatus aqua baptismatis fuerit, mundus non est? Cur in Adam omnis homo moritur, si originalis peccati uinculis non tenetur? Sed quia genus humanum in parte primo uelut in radice putruit, & ariditatem traxit in ramis. Et inde omnis homo cum peccato nascitur, unde primus homo permanere noluit sine peccato. De his autem subtilius & latius loqui debueram, sed dum me & cararum tumultus premunt, & harum portitor ut laxari debuisset importunus extitit: unde multa debui, pauca locutus sum. Rogo autem omnipotentem deum, ut sua te gratia protegat, & beati Petri Apostolorum principis intercessionem a malis omnibus illaesum seruet, quatenus seruator caelestis desiderij in tua mente quotidie ardentius excrescat, ut semper nouus, & semper seipso robustior ad caelestia praemia multipliciter percipienda pertingas. Transmisi autem duos homiliarum codices, quas dixi in Ecclesia dum adhuc loqui praualerem: ut quia ipse te videre, tibi que sedule colloqui non possum, charitati tuae uel per ea quae scribere ualui, absens non sim. Exiguam quoque uestimentum transmittere studui, per quod tua charitas, quia Australi in animo calore feruet, foris a corpore Arcturi frigus repellat. Peto autem ut pro me orare enixius debeas: ut tuae intercessionis ope, & a malis praesentibus eripi, & aeternis merear gaudijs praesentari. Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidum diaconem rogasti, misimus. Vnde ualde nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione diligis, cuius imaginem praesentibus oculis habere desideras. Ab re non facimus, si per uisibilia inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium ardentem videre desiderat, aut sponsam amans videre conatur, si contigerit eam ad balneum, aut ad Ecclesiam ire, statim per uiam incedenti se praeparat: ut de uisione eius hilari recedat. Scio quidem quod imaginem saluatoris nostri non ideo petis, ut quasi deum colas, sed ob recordationem filij dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illum prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem, aut natum, aut passum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filij dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione laetificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem dei saluatoris, & sanctae dei genitricis Mariae, beatorumque Apostolorum Petri & Pauli continentes, per supradictum filium nostrum, & unam crucem, clauim etiam pro benedictione a sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis: ut per ipsum a maligno sis defensus, per cuius signum munitum te esse credis: & ex eo te protegat, qui iuuenilia semper suggerit recordari: ut in bonis actibus perseuerans, alios in eius amore accedas, propter quem te fecisti haberi, ut uitae huius mala quaeque inimicus suggerit retroacta metis praesentibus quasi facilius inardescas, pro cuius amore uitam etiam

Psal. 50.

Ioan. 3.

I. Cor. 15.

\*causarum

Nota de imaginibus

F

DD uelis

G velis finire. Ipse quoque te protegat usque in finem. qui cunctum mundum dignatus est redimere Iesus Christus dominus noster, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

Gregorius Adeodate illustri. Eam ad superna meditata corroborat. Cap. LIII.

Epist. 54.

**M**agnam nobis laetitiam gloriae vestrae ingessit epistola, quae aeternae vitae desiderium vos habere significavit: sed quia huiusmodi studium fugitiva solet mundi gloria praepedire: hortamur ut mentis vestrae saluberrimam deliberationem res quaelibet transitura non reuocet, nec ab incepto eam tramite deuierit. Sed magis superne patrie amor accendat, praemia mansura sollicitent, & ad venturi iudicis promissionem certa semper aspiret, atque ex temporalibus aeterna mercetur: ut ex hoc & in vera gloria esse, & inter matronas possitis coelestes adscribi. Reducite ad animos prosperitates temporum, multitudinem hominum, dignitatum pompas, matronarum gloriam, diuitiarum abundantiam. Attendite haec omnia ubi vel quid facta sunt, & ex hoc pensate quod nulla sint: & quia qui ista diligit, somnium vigilas videt. Haec itaque recordatio magna vobis debet esse instructio, quoniam pro magno diligi non debet quicquid sine concluditur. Illa ergo petenda, illa summopere diligenda sunt, quae nec inuenta transeunt, nec adepta deficient. Sed quia ad horum desiderium anhelaere sine diuinae misericordiae gratia nullus valet, oramus omnipotentem dominum, ut haec vobis & eligendi velle, & posse tribuat obtinendi: quatenus & hic vos in suo viuere timore concedat, & postea in sanctarum matronarum sorte recipiat. Paterna itaque charitate gloriam vestram salutantes indicamus de causa fratris & coepiscopi nostri Decij hoc nobis visum fuisse, ut eam audiendam fratri & coepiscopo nostro Iohanni, & Leontio viro glorioso, quia bonus & iustus vir dicitur, committere deberemus: securi maxime, quia ubi praedictis fratri & coepiscopi nostri in iudicio charitas interest, nec eis surripatur, nec pars Ecclesiae possit praesudicium sustinere.

Gregorius Ianuario episcopo Sardiniae. Quod nihil pro sepultura exigendum est. Caput. LV.

Epist. 55. Ca. 13. q. 2. Quae.

**Q**uarta nobis est Nereida clarissima foemina quod ab ea centum solidos pro filiae suae sepultura, fraternitas vestra non erubescat exigere: atque ei super doloris gemitum, maiorem dispendij studeat inferre molestiam. Quod, si ita se veritas habet, quia graue nimis est, & procul nimis est a sacerdotis officio, precium de terra concessa putredini quaerere, & de alieno velle facere luctu compendium, ab hac se patratione fraternitas vestra contineat, & molesta ei de caetero non existat. Maxime quia & hortulanum quendam de quo seipsum asserit filiam suscepisse, Ecclesiae vestrae non in parua quantitate munificum memorat extitisse. Hoc autem vitium & nos postquam, deo auctore, ad episcopatus honorem accessimus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, & prauam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores quia dum Abraham a filiis Emor, hoc est Ephron, filio Seor, sepulchri terram precio ad humandum corpus coningis postularet, premium accipere renuit, ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantae considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Unde ne hoc auaritia vitium, ne vel in alienis denuo tentari praesumatur, admoneo. Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, si quidem parentes ipsius, proximi vel haeredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi omnino prohibemus. Quod valde irreligiosum est, ne aut venalis fortasse, quod ablit, dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari: si ex eorum cadaueribus studeatis quaerere quolibet modo compendium. Alias vero causas quas praedictae Nereidae est complexa petitio: hortamur ut aut pacifica si fieri potest, ordinatione desinias: aut certe in deputatum a nobis iudicium personam instructam dirigere non omitas: quia ad hoc Redemptum defensorem nostrum praesentium portitorem illuc direximus: ut & partes in iudicio obseruare compellat, & executionis suae instantia ad effectum quae fuerint iudicata perducatur.

Gene. 23.

Gregorius Constantio episcopo Mediolan. De clericis Cumanis ad unitatem Ecclesiae reducendis.

Caput. LVI.

**L**atore praesentium communi filio Euctio diacono qui fraternitatis vestrae nobis scripta detulit, referente cognouimus, clericos Ecclesiae Cumanis quos sacerdotali studio reuerti ad unitatem Ecclesiae monuistis, respondisse, non sibi talem a vobis affectum impendi, ut ad hoc redire charitate suadente praeualeant: asserentes res diuersas suas iniuste ab aliis, inter quos & a nostra Ecclesia possessionem quae villa Auriana dicitur, detineri. Nos quidem sanctitatis vestrae sollicitudinem omnino laudauimus, quia quod vos oportuit facere minime neglexistis. Sed nec nos praedictam possessionem, si eis iure competet, etiam si ad communionem forte reuerti distulerint, contra rationis ordinem patimur detineri, sed eam cognita volumus veritate restitui. Si vero ad unitatem Ecclesiae, quod optamus, deo se inspirante conuerterint, etiam si nihil illis competat, eam illis parati sumus concedere. Nam nulla occasione excusare volumus, quod ad matris Ecclesiae sinum redire desiderabiliter expectamus. De hortis vero quos in capitulare transmissio ex substantia, & Italiae Ecclesiae competere signastis, vel praedictus vobis portitor indicauit, in subsequenti illuc personam transmittemus, cui inter alia curabimus euidenter iniungere, ut veritatem congrua indagatione cognoscat, & quicquid iustum fuerit faciat. Nam nos qui alios contristare contra aequitatem non patimur, multo magis vos quos multum diligimus, tristes relinquere non valemus. De aliis autem causis, quales nostrum ad singula sit responsum, supra dicti communis filij relatione cognoscetis. Scripta vero ad dilectissimum filium nostrum Anatholium diaconem, pro commendatione hominum vestrorum, sicut voluistis, fecimus.

Gregorius Anatholio diacono Constant. Homines Constantii episcopi recommendat. Caput. LVII.

**R**euertissimus frater & coepiscopus noster Constantii suos homines illuc pro Ecclesiae suae utilitatibus festinans transmittere, tuae eos dilectioni voluit commendari. Proinde in quantum, deo iubente, potueris: eis salua ratione, ubi necesse fuerit, concurras atque seras solatiu: quatenus dum tua fuerint, sicut dignum est, opitulatione suffulti, & ipsi illic minus valeant laborare, & praedictus frater noster Ecclesiae suae utilitates adiutum, te suffragante, cognoscat.

Gregorius Fantino defensori. De synagogis Iudeorum irrationabiliter occupatis. Caput. LVIII.

**A**nte aliquantum tempus Victori fratri & coepiscopo nostro scripsimus, ut quoniam quidam Iudeorum data nobis petitione questi fuerunt, synagogas in ciuitate Panormitana positas, cum hospitibus suis fuisse ab eo irrationabiliter occupatas, quousque causa vtrius iuste factum esset, potuisset agnosci, ab eorum suspenderet se congregatione: ne forte in eorum sola voluntate versari iudicium videretur. Et quidem nos praedictum fratrem nostrum incongrue aliquid egisse, sacerdotij eius respectus facile credere non permisit. Sed quia Salerio notario nostro, qui illic praesens postea inuentus est, renunciantem comperimus, nullam extitisse causam pro qua potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsulte ac temere consecratas: idcirco experientiae tuae praecipimus: ut quia quod semel consecratum est, Iudeis ultra non valet restitui, quantum a filiis glorioso Venantio Patricio, & Urbicio abbate, synagoga ipsa cum his hospitibus quae sub ipsis sunt, vel earum parietibus coherent, atque hortis sibi coniunctis, aestimatae fuerint, studij tui sit ut praefatus frater & coepiscopus noster dare precium debeat: quatenus hoc quod occupari fecit, in ius Ecclesiae ipsius valeat permanere, & illi opprimi aut aliquam pati iniustitiam nullo modo videantur. Codices vero vel ornamenta pariter ablata quaerantur. Quae si manifeste culta sunt, & ipsa sine ambiguitate aliqua volumus restitui: quia sicut illis quicquam in synagogis suis facere, ut & ipsi prius scripsimus, ultra quam lege decretum est, non debet esse licentia: ita eis contra iustitiam & aequitatem, nec praesudicium, nec aliquod debet inferri dispendium.

Gregorius





**A** Gregorius Fantino defensori. De Tamno Iudeo. Caput. LIX.

**Episto. 59.** **I**ndicauit nobis Tamnus Iudeus presentium portitor, nam suam atque res suas Candidum defensorem nostrum cum aliis creditoribus occupasse, atque eas pro credita qua dederant pecunia venundasse, & a cunctis debitis cautionibus restitatis solum apud se praefatum defensorem obligationis chirographum tenuisse, & saepius se supplicantiem ideo reddere contempsisse: Et quia, ut ait, fors est debiti satisfacta, experientiae tuae praecipimus, ut cum omni subtilitate curet addiscere, & si ita repererit, districta compulsionem perurge, quatenus omni mero postposita, cautionem praedicti portitoris restituat. Ita ergo sollicitudo tua studeat, ut denuo ad nos hac de causa querela non redeat.

Gregorius Praeecti illustri. Gesta inter ipsum & Fantinum defensorem approbat. Caput. LX.

**Episto. 60.** **Q**uotiens in conuentionibus quibusdam nos ter expectatur assensus, ne in dubium veniant quae geruntur, ratio ea pro securitate partium debet habita solidare. Proinde cognoscetes quid inter dilectionem tuam & Fantinum defensorem ac rectorem patri-monijs partium Panormitanarum conuenerit de portionibus tibi competentibus in Massaleuas & Samanteria, in prouincia Sicilia, & in territorio Panormitano, & domo in Panormitana ciuitate sita, quam Ecclesiae nostrae dudum titulo donationis obtuleras, nostrum in his accommodamus assensum: atque omnia sicuti inter vos gesta sunt, per huius rationis paginam confirmamus: nec quicquam eorum a nobis, successoribusque nostris deduci in irritum profitemur: quia valde Ecclesiasticae est moderationi conueniens, ut quaeque ordinata fuerint vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

Gregorius Martino scholastico. Quod episcoporum cause magna cum diligentia sunt perscrutandae. Caput. LXI.

**Episto. 61.** **C**um de negotiis cuiuslibet exorta occasio maioris, ut magnitudini tuae notum est, requisitionis indigeat, quanta cura, quantaque vigilantia episcoporum causa debeant perscrutari, sapientia tua consideret. In ea vero epistola, quam per latorem praesentium transmisisisti, pro quibus ad nos causae Crementis fratris & coepiscopi nostro transmissas fueris, superficialitatem indicasti, & earum qualitas interius manifesta, quid de eis discernendum esset, praedicti fratris vestri animos responsione utique patenti ac congrua firmaremus. Illud tamen nobis omnino displicuit, quod aliquos episcoporum sine primatis sui epistolis ad comitatum profectos esse, vel conuentus significas illicitos celebrare. Sed quia, sicut praefati sumus, causarum origo vel qualitas omnino nobis ignota est, pronunciarum aliquid definitiue non licet, nec possumus: ut ne, quod reprehensibile nimis est, de rebus non bene cognitis proferre sententiam videamur. Unde valde necessarium fuerat, si hic pro plenissima instructione nostra, magnitudo tua nostris interrogationibus responsura, tempore quo in Sicilia dilata est, perrexisset. Sed tamen postquam fratrem & coepiscopum nostrum Ioannem vidistis: in eo & vos vidisse nos credimus. Et ideo quia de eisdem nobis & ipse causas scribere studuit, ei quae nobis sunt visa rescripsimus. Qui quoniam maturi prouidique consilij sacerdos est, si cum ipso causa pro quibus missus est tractare uolueris, certum sumus quod in ea, & quod utile est, & quod rationem habet, inuenies.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De deponendo Lucillo episcopo. Caput. LXII.

**Episto. 62.** **Q**uae aduersus Lucillum Miletinae ciuitatis episcopum querela commota sit, ex epistolarum uestrarum, & gestorum quae ad nos direxistis pagina, declaratum est. Et ideo quia tanti facinoris ultio nulla debet dilatione differri, fraternitas uestra tres vel quatuor de fratribus ac sacerdotibus sibi nostris adhibeat, ut ipsis quoque praesentibus praedicta ac satisfacta veritate praedictum Lucillum de episcopatus ordine quem huius sce-

leris contagio maculauit, studeat sine ambiguitate deponere. Quia uero presbyteri vel diacones quidam proditae iniquitatis fuisse conscij ac participes memorantur, sanctitatis uestra subtili indagatione discutiat. Et si ita repererit, ab honoris sui & ipsos similiter gradu deiciat, & in monasterijs ubi digne valeant poenitentiam agere, deputet. Sed quia per hos multi in huius labem peccati perhibentur esse collapsi, cunctos qui rei esse claruerint, dominici corporis ac sanguinis participatione priuare vos conuenit, atque eos uestris epistolis strictius admonere, ut letanijs & orationibus opera dent, & peccati quam contraxerunt maculam flendo tergant. Qui bus quando sit secundum modum poenitentiae reddenda communitio, iudicio uestro committimus. Hoc tamen sollicito vos prouidere necesse est: ut iis qui mortis uirgetur periculo, uaticum non negetur. Cura praeterea sit uobis, clericum & populum Miletinae ciuitatis hortari, ut quia sine proprio pastore esse non poterunt, ordinandum sibi eligant deo propitio sacerdotem. Causam uero presbyterorum ac diaconorum, qui in lapsu accusati sunt, sollicito omnino rimamini. Et si rei criminis esse patuerint, seueram in eis ultionem & canonicam exhibete: ut quanto illorum iniquitas deum potuit ad iracundiam prouocare, tanto cum uos placare emendatione districtissima ualeatis.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Contra aliquorum murmuracionem, rationem reddit de missae ordinatione. Caput. LXIII.

**Episto. 63.** **V**eniens quidam de Sicilia, mihi dixit quod aliqui amici eius uel Graeci uel Latini, nescio quid quasi sub zelo sanctae Romanae Ecclesiae de meis dispositionibus murmurarent, dicentes: Quomodo Ecclesiam Constantinopolitanam disposuit comprimere, qui eius consuetudines per omnia sequitur? Cum enim dicerem quas consuetudines sequimur, respondit: Quia halleluia dici ad missas extra pentecostes tempora fecistis: quia subdiacones spoliatos procedere: quia kyrie eleison dici: quia orationem dominicam mox post canonem dici statuistis. Cui ergo respondi: quia in nullo eorum secuti aliam Ecclesiam sumus. Nam ut halleluia hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatae memoriae Damasi papae traditur tractum: & ideo magis in hac sede illam consuetudinem amputauimus, quae hic a Graecis fuerat tradita. Subdiacones autem ut spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo Ecclesiae fuit. Sed placuit cuidam nostro pontifici, nescio cui, qui eos uestitos procedere praecipit. Nam uestra Ecclesia, nunquid traditionem a Graecis acceperunt? Unde habent ergo hodie ut subdiaconi lineis in tunicis procedant, nisi quia hoc a matre sua Romana Ecclesia perceperunt? Kyrie eleison autem nos neque diximus, neque dicimus, sicut a Graecis dicitur: quia in Graecis simul omnes dicunt: apud nos autem a clericis dicitur: a populo respondetur: & totidem uicibus etiam Christe eleison dicitur: quod apud Graecos nullo modo dicitur. In quotidianis autem missis alia quae dici solent tacemus: tantummodo kyrie eleison, & Christe eleison dicimus, ut in his deprecationis uocibus paulo diutius occupemur. Orationem autem dominicam idcirco mox post precem dicimus: quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Et ualde mihi inconueniens uisum est, ut precem quam scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem non diceremus. Sed & dominica oratio apud Graecos ab omni populo dicitur: apud nos autem a solo sacerdote. In quo ergo Graecorum consuetudines secuti sumus, qui aut ueteres nostras reparauimus, aut nouas & utiles constituimus, in quibus tamen alios comprobamus imitari? Ergo uestra charitas cum occasio dederit, ut ad Cathenensem ciuitatem pergat, uel in Syracusana Ecclesia eos quos credit atque intelligit, quia de hac re murmurare potuerunt, facta collo-cutione doceat: & quasi alia ex occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitana Ecclesia, quod dicunt, quis eam dubitet sedi apostolicae esse subiectam? Quod & dominus piissimus imperator, & frater noster Eusebius

¶ eiusdem ciuitatis episcopus assidue profiteatur. Tamen si quid boni vel ipsa vel altera Ecclesia habet: ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari parat<sup>9</sup> sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, ut bona quae viderit, discere contemnat.

*Gregorius Iouanni episcopo Syracusano. De episcopo Constantinopolitano, de crimine accusato.*

*Caput. LXXXIIII.*

*Epist. 64.*

**F**raternitatis vestrae scripta suscepi, in quibus indicatis Martinum virum eloquentissimum de Africana prouincia Syraculas venisse: vobisque aliquid secretum locutum fuisse. Et quidem fraternitas vestra quotiens occasionem reperit, amorem suum circa beatum Petrum Apostolum non cessat ostendere. Vnde omnipotenti deo gratias agimus, quia vbi illa est, ibi nos abentes non inuenimur. Causam tamen de qua agitur, necdum sanctitas vestra subtiliter agnouit. In quodam enim crimine Byzantenus primas fuerat accusatus: & piissimus imperator eum iuxta statuta canonica per nos voluit iudicari. Sed acceptis decem auri libris, tunc Theodorus magister obtulit, ut minime fieret. Tamen piissimus imperator admonuit ut transmitteremus, & quicquid esset canonicum faceremus. Sed videntes contrarietates hominum, eandem causam inire volumus. Nunc autem idem primas aliqua de consilio suo loquitur. Et valde dubium est utrum pure an certe: quia a coepiscopis suis impetitur, nobis modo talia loquatur. Nam quod se dicit sedi apostolicae subiecti: si qua culpa in episcopis inuenit, nescio quis ei episcopus subiectus non sit. Cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sunt. Tamen quod vestrae fraternitati placet, cum praedicto eloquentissimo Martino loquimini. Vos enim tractate quid agere debeat. Cui nos de causa breuiter rescripsimus, quia & hominibus incognitis passim nos credere non debemus. Si tamen vos qui eum in praesenti conspiciatis, ei loquendum fixius aliquid iudicatis, vestrae hoc charitati committimus, de cuius amore in omnipotentis dei causa certi sumus. Quae autem vos agitis, nos egisse non dubitatis.

*Gregorius Vitali defensori. Quod praesidium defensionis non praestet clericis ab episcopis suis punitis pro eorum excessibus.*

*Cap. LXXV.*

*Epist. 65.*

**I**ndicatum est nobis quod quidam Caralitanae Ecclesiae clerici disciplinam sui refugientes episcopi, contra eum solatium tuae defensionis exquirant, atque per hoc illi quod dici graue est, contumaces existant. Quam rem, si ita est, omnino dure suscepimus. Dicitur etiam quod suae actus deferentes Ecclesiae, in aliarum se obsequiis ac laboribus occupantes, vbi nomen dederunt militiae, inueniantur extranei. Experimentiae ergo tuae denunciamus ut non deinceps tale aliquid facere praesumant: sed si cuiusquam clerici, ut assolet, culpa casus emerferit, in qua te sibi petere debeant adiutorem, ad eundem episcopum reuerenter accede, & sicut causa meritum cognoueris, apud eum non defensor culpa, sed potius intercessor existe: ut hac prouisione & poscenti feras auxilium, & iura praepositi non turbentur. Si qui vero sunt qui iusta poposcerint, eis per te auxilium sedis apostolicae non est negandum. Sed tamen ita seruandum est vniuscuiusque episcopi reuerentia, ut clericorum disciplina per defensionis tuae experientiam minime soluat. Dicitum est nobis etiam quod rustici possessionis eiusdem Caralitanae Ecclesiae iura propria deserentes, in priuatorum possessionibus culturam laboris exhibeat. Ex qua re agitur ut possessiones Ecclesiae proprio in alios occupato cultore depereant, atque ad tributa sua persoluenda idoneae non existant: in qua re experientiam tuam volumus omnino esse sollicitam, ne tale quidquam fieri post hac nostra autoritate data tibi permittere debeas, sciturus quod si neglexeris, nostros exinde de minori contra se sollicitudine animos commoueri. Cognouimus etiam quod monasteria seruorum dei, vel etiam saecularum pro suo quisque libito & diuersarum causarum executione perturbant, quod omnino non grate suscipimus, tuamque experientiam ex hoc commouemus, ne quaequam hoc usurpare denuo accepta nostra autoritate permittas, sed ut episcopis loci ipsius sub cuius degunt

moderamine, curae sit eorum causas utilitateque disponere. Valde enim est incongruum ut omisso eo, alius quilibet eorum se causis admisceat. Sed ille eorum vitam competenti regularique, debet moderatione disponere, qui pro commissis eorum sibi animabus compellitur reddere rationem.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De clericis suis ei non obedientibus, & aliis multis.*

*Caput. LXXVI.*

*Epist. 66.*

**P**eruenit ad nos quod quidam de vestris clericis spiritu elationis inflati, quod dici graue est fraternitatis vestrae iussionibus obedire postponant, atque in aliorum se magis obsequiis ac laboribus occupantes, suae deserant, vbi sunt necessarii, actus Ecclesiae. Ex qua re nimium admiramur, cur in eis Ecclesiasticae non teneatis regulam disciplinae, nec eos dissolute vagantes in deuis, ad normam suscepti officii districti moderaminis freno restringatis. Dicitur etiam quod aliqui ex eisdem contumacibus clericis, ut defendi contra vos valeant, ad Vitalis defensoris nostri patrocinia conuolarint. Vnde ad eum scripta nostra direximus, ne quaquam clericorum vestrorum contra vos irrationabiliter denuo audeat defendere: sed si culpa casus emerferit, & grauis non est, sed veniam mereatur, intercessor apud vos magis accedere debeat, quam defensor. Ne ergo tale ad nos deinceps de subiectorum vestrorum contemtu quicquam proueniat, praecauete. Cognouimus etiam quod monasterio sancti Iuliani quaedam vidua suam substantiam derelinquens, a clerico vestro, qui eiusdem defuncti mulieris actus, dum adhuc viueret, gubernabat, ipsa sit direpta substantia, nuncque calidum ad reddendum existere. Hortamur ergo ut eum si, ut dicitur, ita verum esse patuerit, districta faciatis executione constringi, quatenus res monasterio derelictas restituere sine imminutione festinet, & quod adire seruata fidei suae puritate non debuit, vel cum pudoris sui damno reddere compellatur. Quam vero verecundum sit, ut fraternitatem vestram nos admonere videamur, quatenus clericum suum sub disciplinae vigore constringat, credo quod eadem fraternitas vestra tacita etiam ipsa consideret. Contra idolorum namque cultores vel aruspicum atque sortilegum, fraternitatem vestram vehementius pastoralis hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo, contra huius rei viros sermonem facere, eosque a tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & praesentis vitae paruulo, adhortatione sua oria reuocare. Quos tamen si emendare se a talibus atque corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus, & si quidem serui sunt, verberibus cruciatibusque, quibus ad emendationem peruenire valeant, castigare. Si vero sunt liberi, inclusione digna districtaque sunt in penitentiam dirigendi: ut qui salubria, & a mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt: cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. Indicatum etiam nobis est quod laicis quibusdam curam vestri patrimonij committentes, postmodum in rusticorum vestrorum depredationibus, atque per hoc & fatigationibus fuerint deprehensi, & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suae ditionis, quippe vestrae non suppositi curationi, postponant: vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districte a vobis discuti conuenit, atque inter eos Ecclesiaeque vestrae rusticos causam examinare subtilius. Et quicquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum poena legibus statuta reddere compellantur. De caetero vero cauendum a fraternitate vestra est, ne secularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res Ecclesiasticae committantur, sed probatis de vestro officio clericis. In quibus si quid reperiri poterit prauitatis, ut in subditis, emendare quod illicite gestum fuerit valeatis: quos apud vos habitus sui magis officium comedit quam excusat.

*Gregorius Anatholio diacono Constan. De his qui ex Hystriae partibus ad unitatem fidei uenerunt.*

*Caput. LXXVII.*

*Epist. 67.*

**L**atores praesentium, qui de Hystricorum schismate ad unitatem Ecclesiae deo miserante reuersi sunt, multa de prauitate

**A** de prauitate episcoporum qui in illis partibus sunt, conque-  
runtur. Et quia ea pro re Constantinopolim festinantes tua  
sibi petunt adesse debere solatia, dilectionem tuam his hor-  
tamur affatibus, ut eis salua ratione solatiari debeat atque cō-  
currere: quatenus te opitulante & minus illic fatigari, & quod  
iustum est, facilius valeant adipisci.

*Gregorius Constantino episcopo Mediolan.  
De Maximo Salonitano episcopo.*

*Caput. LXVIII.*

*Epist. 68.*

**M**aximus Salonitanae Ecclesiae prauaricator, post-  
quam per potestates maiores seculi obtinere nihil  
valuit, ad minores sese contulit. Nobisque tam ni-  
miate precum, quae attestacione bonorum operum praeualere  
contendit. Ex qua re inhumanum credidi, si is qui se quasi mul-  
tam timere me dicit: in aliquo temperatiorem minime inue-  
nire potuisset. Et ideo decreui ut reuerentissimus frater & co-  
episcopus noster Marinianus eius causam debeat in Rauennati  
urbe cognoscere. Si autem persona eius suspecta forsi-  
tan habetur, volumus ut vestra quoque fraternitas, si ei labo-  
riosum non est, ad eandem ciuitatem fatigare se debeat, &  
cum praedicto fratre in eodem iudicio pariter sedere. Quic-  
quid autem vestrae utrorumque sanctitati placuerit, scitote  
mihi modis omnibus placitum, & vestrum ego iudicium  
meum deputo, & quae utrique vos relaxanda esse censetis,  
me relaxare certum tenete. Hoc tamen solliciti penitentes, ne  
aut cum peccato remissi, aut cum iniuria sanctae Ecclesiae ef-  
se videamur austeri. Huius autem causae executionem Casto-  
rio chartulario iniunximus, ut ipse nobis debeat cuncta quae  
acta fuerint, subtiliter renunciare.

*Gregorius Eusebio Thessalonicensi, aliisque complu-  
ribus episcopis. De superbia Ioannis episcopi Con-  
stantinopolitani, & Cyriaci. Caput. LXIX.*

*Epist. 69.*

**S**ucepti regiminis cura constringimur officij nostri  
sollicitudinem vigilanter extendere, & fratrum nostrorum  
animos sermone admonitionis instruere: ut nec igno-  
rantes praesumptio praua decipere, nec scientes dissimulatio  
quaedam valeat excusare. Cognoscat siquidem fraternitas  
vestra Ioannem quondam Constantinopolitanae ciuitatis an-  
tistitem, contra deum, contra pacem Ecclesiae, in omnium de-  
spectum & iniuriam sacerdotum, modestiae ac mensurae suae  
terminos excessisse: & illicite in synodo superbum ac pesti-  
ferum Icomenicon, hoc est vniuersalis sibi vocabulum usur-  
passe. Quod beatae recordationis Pelagius decessor noster  
agnoscens, omnia gesta eiusdem synodi, praeter illa quae il-  
lic de causa venerandae memoriae Gregorii episcopi Antio-  
cheni sunt habita, valida omnino districtione cassauit, distri-  
ctissima illum increpatione corripiens, ut se a nouo & teme-  
rario superstitionis nomine cohiberet: a deo ut suum illi dia-  
conem nisi tantum nephas emendaret, procedere prohiberet.

**C**uius nos rectitudinis zelo per omnia inherentes, statuta ip-  
sius sine refragatione deo protegente seruamus, quia dignum  
est ut recta decessoris sui viam gressibus inoffensis incedat,  
quem de eodem loco ad reddendam rationem aeterni iudicis  
tribunal expectat. In qua re ne quid omittere quod ad pacem  
Ecclesiae pertinet videremur, nostris eundem sanctissimum  
Ioannem scriptis semel iterumque conuenimus, ut amoto su-  
perbiae vocabulo, cordis sui elationem ad humilitatem quam  
magister & dominus noster docuit, inclinaret. Quem quo-  
niam neglexisse comperimus, haec eadem & beatissimum fra-  
trem & confacerdotem nostrum Cyriacum successorem ip-  
sius concordiae studio non destitimus admonere. Sed quia  
iam ut videmus, mundi huius termino propinquante, in praecur-  
sione sua apparuit humani generis inimicus: ut ipsos qui  
ei contradicere bene atque humiliter viuendo debuerunt, per  
hoc superbiae vocabulum praecursores habeat sacerdotes:  
hortor atque suadeo ut nullus vestrum hoc nomen aliquan-  
do recipiat, nullus id consentiat, nullus scribat, nullus ubi fu-  
erit scriptum admittat, vel subscriptionem suam adiciat. Sed  
sicut omnipotentis dei ministros decet, integrum se ab hu-  
iusemodi venenata infectione custodiat, & callido insidia-  
tori in se locum non praebet, quoniam hoc in totius Eccle-  
siae iniuriam ac dissensionem, & sicut diximus, in omnium ve-

strum despectum sit. Nam si vnus, ut putat, vniuersalis est, re-  
stat ut vos episcopi non sitis. Praeterea peruenit ad nos, quod  
fraternitas vestra ad urbem Constantinopolim sit conuoca-  
ta. Et quanuis piissimus noster imperator agi illic illicita non  
permittat: tamen ne peruersi homines conuentus vestri occa-  
sione percepta, aut per huius nominis superstitionem locum  
subreptionis requirant, aut ob aliam rem facere synodum  
cogitent, quatenus hoc in ea callidis machinationibus indu-  
cant, quanuis sine apostolicae sedis autoritate atque consen-  
su nullas quaeque acta fuerint vires habeant, veruntamen co-  
ram omnipotente deo contestor & admoneo, ut nullius ve-  
strum illic quibuslibet blandimentis, quibuslibet premijs, qui-  
buslibet terroribus teneatur assensus, sed pro aeterni iudicij  
consideratione, aduersos vos prauis desiderijs salubriter ac  
vniuersim exhibere, & pastoralis constantia atque apostolica  
autoritate suffulti, praedonem, irruentemque lupum exclu-  
dite, & in dissensionem Ecclesiae saeuienti non cedite: nec de  
hac re quacumque surreptione synodum patiamini, quae neque  
legitima quidem, nec synodus dicenda est, celebrari. Hoc quo-  
que pariter admonemus, ut si forte nil actum de huius forte  
colligitur, omnino sitis cauti, circumspiciti, vigilantes atque  
solliciti, ne quid illic circa locum aliquem vel personam pra-  
iudicialiter siue illicite, vel aduersus canones censeatur. Sed  
si quid incidentis utilitatis causa tractandum est, sic causa de  
qua agitur formas accipiat ut statuta vetera nulla conuallat.  
Vnde iterum coram deo & sanctis ipsius admonemus: ut haec  
omnia summo studio, & tota mentis intentione seruetis. Nam  
si quis, quod non credimus, scripta praesentia aliqua in par-  
te neglexerit, a beati Petri Apostolorum principis pace se no-  
uerit segregatum. Ita ergo fraternitas vestra agat, ut cum pa-  
stor paltori in iudicio venerit, de loco regiminis quem ac-  
cepit, reatum habere non possit.

*Gregorius Maurentio, magistro militum, Theodorum  
commendat oppressum. Caput. LXX.*

**V**alde mirati sumus quod vobis in Neapolitana ci-  
uitate positis, venire ad nos pro quibusdam causis  
Theodorus vir memorandus praesentium portitor  
cogeretur, maxime dum in illa se re contra antiquum morem  
a fratre & coepiscopo nostro Fortunato queratur praedi-  
cium pertulisset: quam ad curam dispositionemque patroni ci-  
uitatis eiusdem gloria vestra teste asserit sine dubio pertinere.  
Quod si ita se res habet, omnino contristamur, cur in eius  
vos defensione veritas non permouit, ut & liberet quod esset  
ratio diceretis, & reseruati quod longa sibi consuetudo iure ve-  
dicat faceretis. Quia ergo graue nimis est contra veterem  
sacerdotes sibi quicquam arripere: vnde in laicorum vi-  
dentur actus incidere: praedicto fratri coepiscopoque nostro  
scribere quae nobis sunt visa curauimus, ipsorumque ad vos  
scriptorum exemplar transmisimus, ut ex eis quid debeat seru-  
tari gloria vestra cognoscat. Praeterea indicauit nobis supra  
dictus portitor, Vectano qui comes fuit in Missinati castello  
propterea quod eum nobilem fuisse nouerat, & paupertate ni-  
mia laborabat, viginti vinas vini per duos annos de insula  
Prochita, quae ei vicina erat, misericordiae intuitu se fuisse  
largitum, & nunc eas de eadem insula successoris ipsius tan-  
quam debitas violenter exigere. Et quoniam hoc ne decate-  
ro tetari debeat, postulat prohiberi, gloria vestra curet ad-  
discere. Et si hoc quod querit, veritate subsistit, & haec ante co-  
suetudo non fuit, huiusmodi grauiam iustitia suadere coep-  
cat, & studeat ut pietatis administratio in praefata insula o-  
nus praedicti non imponat. Quia vero privilegia ciuitatis  
suae, vel causas insulae illius, a nobis gloriae vestrae petit com-  
mendandas: hortamur ut vestram ei tuitionem impendere ser-  
uata aequitate quocumque necesse fuerit debeatis, & si qua  
in re utilitas populi cui praestit contra rationis, sicut ait, or-  
dinem praegravatur, imposita onera usque ad modum iusti-  
tiae vobis infragantibus releuentur: nec privilegia eorum  
quolibet modo calcantur: sed omnia quae usus antiquitatis  
statuit, in omnibus intemerata seruentur. Ita ergo in his glo-  
ria vestra se decenter exhibeat, ut & ipsa partes louere iusti-  
tiae comprobetur: & i) qui commendati sunt, bona nobis ve-  
stra quae de vobis cupimus semper audire renuncient.

*DD iij Gre-*

**G** Gregorius Passivo episcopo Firmano. Mandat consecrare oratorium sancti Sauini. Cap. LXXI.

**Episto. 71.** **V**alerianus notarius Ecclesie Firmanae fraternitatis tuae petitoria nobis insinuatione suggestit, quae habetur in subditis, in fundo Visiano iuris sui iuxta muros ciuitatis Firmanae oratorium se pro sua deuotione fundasse. Quod in honorem beati martyris Sauini desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuae parociae memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est in reddito solidos tres, liberos a tributis fiscalibus, gestisque municipalibus alligata, praedictum oratorium absque missis publicis soleniter consecrabis: ita ut in eodem loco nec temporibus futuris baptisterium construatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Et si missas ibi fieri forte maluerit, a dilectione tua presbyterum nouerit postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote vllatenus praesumatur. Sanctuaria vero recepta, sui cum reuerentia collocabis.

Gregorius Crisanto episcopo Spoletano. Mandat sanctuaria sancti Sauini Valeriano notario Firmano dari. Caput. LXXII.

**Episto. 72.** **V**alerianus notarius Ecclesie Firmanae sanctuaria beati martyris Sauini oblata petitione sibi postulat debere cedere, quatenus in eius nomine oratorium propriis constructum sumptibus possit solenniter consecrari. Et ideo frater charissime praefati desiderii ex nostro te mandato conuenit obedire: ut deuotionis suae in conseruatione quam postulat, potiatur effectu.

Gregorius Constantio episcopo Panormitano. Ecclesiae Terracinenensis uisitationem committit. Caput. LXXIII.

**Episto. 73.** **F**raternitati uestrae Ecclesiae Terracinenensis uisitationis operam nos olim mandasse recolimus. Sed quia peruenit ad nos quod peccatis facientibus nec clerus illic, nec plebs tanta remaserit, quibus debeat interim episcopus ordinari: utile esse perspeximus eandem Ecclesiam, vel quicquid ipsius est, quousque illam ut domino placuerit ordinemus, uestrae deo auctore dispositioni committere. Et ideo sollicitudinem vos conuenit adhibere, ut quicquid possessionibus Ecclesiae ipsius in qualibet re accedere potuerit, vobis in reparationem eiusdem Ecclesiae siue cleri ipsius subuentionem proficiat: quatenus & nos remedium pro vestro labore capere, & illi aliquod valeant sustentationis habere solatium. Mobilia vero praedictae Ecclesiae facta subtiliter volumus describi notitia, nobisque transmitti, ut ex hoc quid fieri debeat, auctore domino disponamus. Circa actus autem vel disciplinam cleri vel filiorum Ecclesiae ipsius magnam te habere curam necesse est, atque ita super pastoralis studio vigilare: ut de animabus eorum non culpabilis sis, sed apud omnipotentem deum mercedem potius possis acquirere.

Gregorius Maurentio magistro militum. Theodosium abbatem commendat. Caput. LXXIII.

**Episto. 74.** **F**ilius noster Theodosius abbas monasterij quod a Libero quondam patricio in Campaniae partibus nascitur esse constructum, a nobis precibus impetrauit, ut eum cum congregatione sua uestrae deberemus gloriae commendare. Asserit enim se in murorum uigiliis ultra vires suas uenemeter assiligi. Petimus ergo gloriam uestram, ut, siquidem est possibile, de eodem per vos onere releuetur. Si uero ex toto ut non fiat hoc est omnino difficile, vel ita illi ex nostra commendatione ipsum leuigantes pondus sollicitudinis temperetis, ut dum in dei laudibus liberior vacare uoluerit, pro uobis, cuius opere ut leuationem aliquam habeat, factum est, securior valeat domini exorare, sed & nostram sibi apud gloriam uestram sentiat epistolam profuisse.

Gregorius Crisanto episcopo Spoletano. De ordinatione clericorum Viuanensis Ecclesiae. Caput. LXXV.

**Episto. 75.** **A**n te hoc biennium fraternitati tuae Viuanensis Ecclesiae uisitationis deputauimus officium, in quo de amore Scrinij nostri nihil vos de prouectionibus fa-

cere uolumus clericorum. Nunc uero uenientes huc praesentium portitores praedictae Ecclesiae clerici, dixerunt sacerdotes se nec in eadem Ecclesia, nec in eius parocciis habere. Hortamur igitur fraternitatem tuam, ut si quidem talem potuerint reperire personam, qui dignus ad episcopalis officij apicem valeat promoueri: huc eum cum solennitate decreti, uestrarumque testimonio literaru celerius dirigatis. Sin uero hoc inueniri non potest, cum omni studio ac uiuacitate personas exquirite, qui illic in presbyterij ordine ualeant consecrari. Quorum vitam actusque subtili prius inquisitione discutite, ut in nullo eis uel sacri canones, uel Ecclesiasticae regulae ualeant obuiare, ut hac prouisione populus illic degens communionem qua se priuatos ob sacerdotum necessitatem flebiliter conqueruntur, recepisse se gaudeant, & in Ecclesiis illis sacra missarum solennia deesse non debeant. Sed & pro consignandis infantibus fraternitas tua illuc curet accedere: ut nihil sit quod pastoralis sollicitudinis neglecta uos cura remordeat.

Gregorius Castorio notario Rauennae. De legitimo usu pallij. Caput. LXXVI.

**Episto. 76.** **D**um Florentinus Rauennatis Ecclesiae diaconus apud nos pro reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Marimano de usu pallij ageret, requisitus a nobis quae esset antiqua consuetudo, respondit quod in omnibus letaniis pallio Rauennatis Ecclesiae episcopus ueretur. Quod ita non esse & ab alijs didicimus, & ex epistolis Ioannis quondam episcopi, quas ei ostendi fecimus, euidenter apparuit. Sed hoc asseruit quod dicere iussus est. Nam tempore quo a te idem Ioannes quondam episcopus est inhibitus ne pallio inordinatè ac temerè uti praesumeret: scripsit nobis hanc fuisse praesentem consuetudinem, ut ciuitatis ipsius episcopus pallio in letanijs solennibus ueretur. Quarum tibi literarum exemplaria pro tua informatione transmissimus. Adeodatus uero praedictae Ecclesiae diaconus, dum apud nos tempore quo hic fuit, similiter de eisdem usu pallij agere enixius studeret, uolentes cognoscere ueritatem, eum similiter quae esset consuetudo curauimus requirendum. Qui ut credi sibi suaderet, atque a nobis ualere quod petebat exigere: sub iureiurando testatus est, antiquam consuetudinem fuisse: ut in quatuor aut quinque solennibus letanijs pallio ciuitatis suae episcopus ueretur. Experientia ergo tua diligenter inuigilet, & cum omni sollicitudine quot letaniae solennes ab antiquitate fuerint, requirat. Nec eas solennes nominando requirete studeat, sed maiores: ut per hoc quod nobis praefatus Adeodatus diaconus testatus est, & praedicti Ioannis episcopi fatetur epistola, dum constiterit quanta letaniae solennes fuerint, quotiens indui solebat in letanijs pallium cognoscentes, libentissime concedamus. Sed hoc non ab illis perquirat, qui ab Ecclesiasticis exhibentur, sed ab alijs quos sine fauore partis esse cognoscat, & quaeque sollicita indagatione repererit, nobis subtiliter indicet, ut ueritate, sicut diximus, cognita, fratris & coepiscopi nostri reuerentissimi Marimani annos releuemus.

Gregorius Tonello episcopo Erogatori. De eo quod amat anima amantem se. Caput. LXXVII.

**Episto. 77.** **I**n nostra mente uestra magnitudo quantae sit dulcedinis, ex uestra, ut suspicor, mente pensatis: quia, sicut scriptum est, amat anima amantem se. In eo ergo quod me diligitis, uos quoque a me diligi scitis. Et quod prius illuc Castorio chartulario nostro ueniente, uobis minime scripsi, non torporis fuisse credite, sed aegritudinis & occupationis. Nam nos & praesentes uos uidere cupimus, & absentibus colloqui saltem per epistolam desideramus. Unde & optamus ut uos beatus Petrus Apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducatur, quatenus in omnipotentis dei gratia perfrui praesentia uestra mereamur.

Gregorius Eulogio patriarchae Alexandrino. De possessione Ecclesiae, & lignis. Caput. LXXVIII.

**Episto. 78.** **S**cripta dulcissima uestrae sanctitatis latore praesentium deferente suscepi, quae mihi de eius causa citius terminanda locuta sunt. Sed mox ut uenit, qualiter possessio qua querebat, ab Ecclesia nostra tenebat agnouit, sibi ipsi citius



**A**ctius rationem reddidit. Ea autem quæ cum aliis habuit, sine strepitu decidit. De causa verò de qua mihi omnino scribendum fuerat, nihil vestra sanctitas scripsit, in qua me & tardum esse iudicauit, quæ ne fortasse in scandalo diuisionis erumperet, eiusdem diuisionis nolui author existere. Elegi enim vt ea quæ secutura sunt, per alios exirent. Sed subsequente tempore, deo auctore, probabitur: quia in causa in qua deo placere cupio, homines non formido. De qua vobis iam etiã in Constantinopolitanam urbem venientibus scribere curavi. Ligna verò, sicut beatitudo vestra scripserat, maiora paraueram: sed ita parua nauis huc transmissa est, vt nisi rescissa essent, ferre non posset. Quæ rescindi nolui, sed vestro iudicio quid de his fieri debeat reseruari. Si autem non sunt necessaria hic, ea in aliis vñibus aptamus. Peto autem vt pro me enixius vestra sanctitas orare debeat, quia & podagræ doloribus, & Barbarorum gladiis, & curarum afflictionibus incessanter premor. Sed si mihi orationis vestræ opem impenditis, credo quòd me contra aduersa omnia fortiter iuuetis.

*Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. Quid de Maximo agendum sit. Caput. LXXXIX.*

**Epiſto. 79.** **Q**uæ de causa Maximi sint agenda, ex epistolis quas ad vos antè transmisiſimus, agnouistis. Sed quia qualis hac de re fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis petitio, præſente latore Castorio chartulario nostro renunciantè cognouimus: ideo si idem Maximus coram vobis & prædicto chartulario nostro de simoniaca hæresi præſtito se sacramento purgauerit: atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris, sicut scripsimus, tantummodo requisitus, liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestræ, de eo quòd excommunicatus missarum solennia agere præſumpſit, iudicio committimus: qua debeat pœnitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis secundum deum placet, securi disponite: nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam si quid à vobis hac de causa fuerit ordinatum, nos & gratè suscipimus, & libenter admittimus. Hortamur tamen vt debeatis esse solliciti, & ita quæ fienda prospicitis temperetis, quatenus & illi quod videbitur benigne præſtetis, & vigoris Ecclesiastici genium, vt oportet, cõgrua dispensatione seruetis. Supraſcriptum verò portitorem in præſenti quid vobiscum ei sit agendum instruximus. A quo cuncta subtiliter addiscentes, sic vos in omnibus exhibete, vt in vestra sollicitudine nostram fuisse præſentiam sentiamus.

*Gregorius Castorio notario. Post pœnitentiam consolatoriam Maximo dare iubet epistolam.*

*Caput. LXXX.*

**Epiſto. 80.** **Q**vanto credi tibi à nobis, & necessarias vides causas iniungi, tanto te strenuum debes & sollicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus præſtito sacramento firmauerit simoniaca se hæresi non teneri: atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus, innoxium se esse responderit: & de inobedientia sua pœnitentiam, sicut deputauimus, egerit: volumus vt ad consolandum illum epistolam quam ad eum scripsimus, vbi ei & gratiam nostrã, & communionem nos reddidisse signauimus, experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humilitatis & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus. Præterea de fratre nostro Sauiano episcopo Iadertino, atque Honorato archidiacono Salonitano, vel aliis qui se ad sedem Apostolicam contulerunt, cum eodem Maximo omnino studiosè agendum est, vt illos in ea qua decet charitate suscipiat: & dolorem contra eos nullo modo in corde retineat, sed pura cum eis gratia & sincera dilectione viuat.

*Gregorius Maximo Salonitanensi episcopo. De usu pallii concesso. Cap. LXXXI.*

**Epiſto. 81.** **Q**uanis culpabilibus ordinationis tuæ primordiis graue malum per inobedientiæ culpam addideris, nos tamen sedis Apostolicæ autoritatem eo quo decuit moderamine temperantes, nunquam contra te vsque adhuc, vt causa poscebat, exarsimus. Sed vt

longius se ingratitude nostra quam tu tibi excitasti produceret, credita nos sollicitudo vehementer angebat: ne quædam illicita quæ de te audieramus, negligenter omittere videremur. Quæ si bene consideres, ipse per te satisfacere differendo firmabas, atque ex hoc aduersum te zelum nostrum acrius incitabas. At vbi tandem salubri consilio vsus, iugo te obedientiæ humiliter submisisti: & tua dilectio pœnitentiam agens, digna se, vt deputauimus, satisfactione purgauit, redditam tibi gratiam fraternæ charitatis intellige, atque in nostro te receptum consortio gratulare: quia sicut perleuerantibus in culpa districtos, ita respicientibus nos benignos esse decet ad veniam. Postquam ergo fraternitas tua Apostolica sedis communionem se reparasse cognouit, perlonam ad nos transmittat, quæ pallium tibi deferendum ex more percipiat. Nam quemadmodum illicita perpetrari non patimur, sic quæ sunt consuetudinis non negamus. Licet autem ad hæc concedenda dispensatio nos loci nostri vocauerit, multum tamen à nobis petitio dulcissimi atque excellentissimi filii nostri domini Galinici exarchi vt temperatius erga te ageremus, exegit. Cuius charissimam voluntatem nec perulimus, nec potuimus contristare.

*Gregorius Anatholio diacono Marcellinum commendat. Caput. LXXXII.*

**Epiſto. 82.** **B**onis deuotisque filiis ita nos opere dignum est respondere: vt quia debitum reddimus, id quod vltro nos conuenit impendere, duplicemus. Quia igitur lator præsentium filius noster magnificus Marcellinus sic in causa se fratris & coepiscopi Maximi atque Hystricorum exhibuit, & in Ecclesiæ nostræ utilitates festinat impendere, vt sinceritatis suæ affectum non solum verbis sed etiam opere magis magisque valeat demonstrare, idcirco dilectionem tuam his hortamur affectibus, vt ei in vrbe regia venienti toto studio, totaque intentione concurras, atque cum ita in omnibus tuis studeas solatiis adiuuare, vt omnipotentis dei ac tuis fultus auxiliis, minus illic debeat laborare. Quem etiam ita sicut reuera nostrum proprium attendere, atque ei affectum meæ charitatis in omnibus studebis impendere, quatenus & de præteritis sibi vicem redditam recognoscat, & magnam de futuro deuotionis suæ, quam se ecclesiasticis exhibere utilitatibus pollicetur, spem possit retributionis assumere. Quoniam verò, quantum didicimus, prædictum magnificum filium nostrum serenissimus dominus imperator ad sua sub festinatione iusserat vestigia properare, quæ sita opportunitate inferre te conuenit: quia non inobedientiæ culpa, sed fratris & coepiscopi nostri Maximi eum causa retinuit. Quæ etsi tardè finem tamen eo studente percepit. Hoc autem dilectionem tuam volumus sollicitè attendere, ne se in quacunque causa vbi grauamen est pauperum, misceri consentiat, ne fortè potentia personarum aliquatenus pressus, cogatur agere quod animæ illius non possit expedire. Cuncta ergo fœcu dei timore tractâtes, æternam maxime mercedem perpẽdite.

*Gregorius Pantino defensori. De molestia Ianuarie ab Anastasio. Caput. LXXXIII.*

**Epiſto. 83.** **I**anuaria præsentium latris maximam se molestiam ab ingenuo Anastasio atque Bonifacio contra iustitiam pati commemorat, adeo vt de possessione quam per plurimos annos asseritur possedisse, eam, sicut ipsa ait, nitantur expellere. Et quia contra eos se ecclesiastica debere petit tuitione defendi, experientia tua prædictos viros ad se euocet, eosque admoneat, vt illi mali facere nihil præsumant. Sed si quid sibi contra supraſcriptam mulierem credunt iuste posse competere, iudices cum ea eligant, & quæ inter eos fuerint diffinita, tuo pro quiete partium solatio compleantur. Si verò eos differre cognoueris, antefatæ mulieri, salua æquitate, tuitionem impendas, & eam contra rationis ordinem nullo modo grauari permittas.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Ianuarie reliquias sanctorum Seuerini & Iulianæ dare iubet. Caput. LXXXIII.*

**Epiſto. 84.** **I**Anuarie religiosa fœmina, petitoria nobis insinuatione suggestit, quod habetur in subditis, in massa Furiana iuris sui oratorium se pro sua deuotione fundasse, quod in DD liii honorem

**G** honorem sanctorum Severini confessoris, & Iulianæ martyris desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ paræcia: memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est, in redditu præstantes liberos à tributis fiscalibus solidos decem, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solemniter consecrabis: ita ut in eodem loco, nec futuris temporibus baptisterium constituatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Sed si missas ibi fieri supra scripta conditrix forte maluerit, à dilectione tua presbyterum nouerit postulandum: quatenus nihil tale à quolibet alio sacerdote ullatenus præsumatur. Sanctuaria verò suscepta sui cum reuerentia collocabis.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Ianuariæ reliquias sanctorum Severini & Iulianæ dare iubet.*

*Caput. LXXXV.*

**Epist. 85.** **I** Anuaria religiosa foemina sanctuaria beatorum Severini confessoris, & Iulianæ martyris oblata petitione sibi postulat debere concedi: quatenus in eorum nomine oratorium propriis sumptibus constructum possit solemniter consecrari. Et ideo frater charissime præfatæ Ianuariæ desiderii ex nostra te præceptione cõuenit obedire: ut deuotionis suæ in consecratione quam postulat potiatur effectum.

**H** *Gregorius Constantio episcopo Mediolan. De reliquiis sanctorum Ioannis & Pancratii martyrum.*

*Caput. LXXXVI.*

**Epist. 86.** **L** ator præsentium Euentius diaconus fraternitatis vestræ nobis talia intimat sibi à vobis iniuncta, ut reliquias beati Pauli Apostoli, sed & beatorum Ioannis & Pancratij per eum ad vos dirigere deberemus. Quam petitionem vestram curauimus effectui mancipandam. Fraternitas ergo vestra solito studio perscrutari non differat, quatenus in locis quibus condendæ sunt, luminaria vel alimonia ibidem seruientium ante dedicationem loci ipsius debeant profligari, & tunc in eisdem locis directa, sanctuaria sui cum reuerentia collocentur: ne loca deo dicata si prædicta prouisio omiſsa nunc fuerit, futuris temporibus destituta, quod absit, seruientium reperiantur obsequiis.

*Gregorius Fortunato episcopo Mediolanensi. De uisitatione Cadinensis Ecclesie. Cap. LXXXVII.*

**Epist. 87.** **C** ognoscentes Ecclesiam Cadinensem diu sacerdotis proprii regimine destitutam, fraternitati tuæ eiusdem Ecclesie uisitationis operam solemniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere: ut nihil de prouectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministerijsq; vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem, à quoquã præsumatur Ecclesie. Et ideo fraternitas tua ad prædictam Ecclesiam ire properet: & assiduis adhortationibus clericum, plebemq; eiusdem Ecclesie admonere festinet, ut remoto studio, vno eodemq; consensu talem sibi præficiendũ expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri: & à venerandis canonibus nullatenus respiciatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandum occurrat. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesie: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua uisitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia ne cuiuslibet conuersationis seu meriti laicæ personæ aspirare præsumant: & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

*Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti Tadinæ.*

*De episcopo eligendo. Cap. LXXXVIII.*

**Epist. 88.** **C** ognoscentes Ecclesiam vestram diu sacerdotali regimine destitutam, curæ nobis fuit eiusdem Ecclesie uisitationem fratri & coepiscopo nostro Gaudioso Egabina Ecclesie solemniter delegare. Cui dedimus in mandatis: ut nihil de prouectionibus clericorum, redditu, ornatu, ministerijsq; à quoquam usurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & remoto strepitu, vno eodemq; consensu talem vobis præficiendum expetere sa-

cerdotem, qui & à venerandis canonibus nulla discrepet ratione, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & uisitationis pagina prosequente ad nos ueniat ordinandus. Prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehatur: verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirante constiterit: ab officio & à communione alienos faciendos proculdubio noueritis.

*Gregorius Seuero episcopo Anconitano. Uisitationem iniungit Ausinæ ciuitatis. Caput. LXXXIX.*

**Epist. 89.** **P** ostquam ciuitas Ausina deo iuuante recuperata est, atque à republica teneri dinoscitur: magna de Ecclesia ipsa sollicitudo habenda est: maxime quia gloriosus filius noster Bahan magister militum à nobis pro hac re auxiliũ sperasse dinoscitur, atq; ideo ad fraternitatem tuam præsentia curauimus scripta dirigere: ut eidem Ecclesie ex more uisitator accedas. Quam ita te conuenit exhibere: ut nihil de prouectionibus clericorum &c. ut supra epistola. lxxxviij.

*Gregorius clero, ordini & plebi Ausinæ ciuitatis.*

*De eligendo episcopo. Caput. XC.*

**Epist. 90.** **C** ognoscentes Ecclesiam vestram diu pastorali sollicitudine destitutam: postquam ciuitatem vestram recuperatam, & in iure reipublicæ, auxiliante domino, cognouimus restitutam: curæ nobis fuit Ecclesie vestræ uisitationem fratri & coepiscopo nostro Seuero Anconitanæ ciuitatis episcopo solemniter delegare. Cui etiam dedimus in mandatis &c. ut supra epistola. lxxxviij.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De abbate instituendo. Caput. XCI.*

**Epist. 91.** **Q** uia seruorum dei pater quem in Neapolitana ciuitate transmiseram: deo, sicut ei placuit, disponente defunctus est: visum mihi est latorem præsentium Barbatianum monachum pro eorundem monachorum gubernatione transmittere. Quem ad præsens præpositum esse decernimus, ut si eius vita tuæ fraternitati placuerit: hunc post aliquantum temporis eorum patre debeas ordinare. Sunt enim bona quæ in eo placeant. Sed hoc est in illo uehemens vitium, quia valde sibi esse sapiens videtur. Ex qua radice quanti rami peccati valeat prodire, patet agnoscitur. Tua itaque sanctitas circa eum sollicitè inuigilet, & si hunc cautum in regimine, & humilem in suo sensu fieri cognouerit, tunc eum ad abbatis honorem, deo auctore, perducat. Si uero minus in humilitate proficit: eius ordinationem differat, mihiq; renunciet.

*Gregorius Victori episcopo Panormitano. De ordinando sacerdote in monasterio Præcoritano.*

*Caput. XCII.*

**Epist. 92.** **D** esiderium quod ad religiosum propositum, & animarum salutem pertinere monstratur: sine aliqua deo auctore, est dilatione complendũ. Et ideo quia monachorum congregatio quæ in monasterio Præcoritano consistit, pro sacris missarum solemnibus peragendis presbyteri indigere probatur officio: atq; de sua sibi congregatione in hoc ordine postulant consecrandum: fraternitatem vestram scriptis præsentibus adhortamur, ut eum quem sibi de congregatione sua unanimes duxerint eligendum, in prædicto monasterio sine mora vel excusatione aliqua presbyterum debeat ordinare, atq; eum nec in Ecclesia, nec in loco alio obseruare, sed illic iugiter permanere ex nostra quoque auctoritate constituat: quatenus & ille dum alibi non fuerit occupatus in officio suo assiduus possit & utilis inueniri: & congregatio quæ sibi eum postulat ordinari, quotiens necesse fuerit, ipso sacrificij solemnitate ueneratione debita celebrante, valeat refoueri.

*Gregorius Basilio. De schismaticis. Cap. XCIII.*

**Epist. 93.** **M** ultum cor nostrum vestræ magnitudini congaudet, quod sic vos studiosos in vestris actionibus inuenimus, ut vobis & apud homines gloria, & apud omnipotentem deum præmia mercedis acquiratis. Inter alia igitur laudanda

A laudanda quæ agitis, qualiter vos contra Hystricorum schisma pro vnitatis Ecclesie amoris olim feruor accenderit: & multorum testificatione, & nostrorum modo plenè relatione cognouimus. Vnde redemptoris nostri misericordiam exoramus, vt sua vobis in omnibus gratia suffragetur: & effectu vos implere tribuat, quod velle concessit. Quia ergo hac in re tanto commoda retributionis accrescunt, quanto & studium laboris augetur, paterna dilectione salutantes: hortamur vt opportunitate occasionis inuenta, efficaciam vestram exercere enixius debeat. Atque id modis quibus possibile fuerit omni studio agere contendatis: quatenus prædicabile desiderium vestrum de reuersione errantium adiuuante domino compleatis. Præsentium verò portitorem Castorium chartularium nostrum, quem pro quibusdã illic causis transmissimus: maguitudo vestra vt bona sua multiplicet, suis in omnibus studeat solatijs adiuuare. Omnipotens deus sua vos protectione cum filiis & omni domo vestra ab omni aduersitate tueatur atque custodiat: vobisq; & præsentis vitæ prosperitatem, & lætitiã futuræ concedat.

Gregorius Mastalonî. De zelo eius iusto pro domino.

Caput. XCIII.

Epi. 94.

**R**esponsalium nostrorũ relatione cõperimus, quod pro amore vnitatis Ecclesie tantus vos diuini zeli ardor accenderit, vt quoscunq; valueritis non desinat ad sinum matris Ecclesie reuocare, atque vt bonus fidelisq; famulus lucrum quotidie de accepto dono, domino & redemptori nostro cum summa mentis intentione facere non desistatis. Et quidem venientẽ ad nos vt potuimus ex corporalibus visus ostensione didicimus: bonum verò quod ex diuina inspiratione in mētis tuæ charitate manebat occultum, desiderabilius nunc operis attestacione cognoscimus. Vnde diuinæ misericordiæ gratias ineffabili laude reddentes: hortamur dilectionem tuam, atque quibus valemus admonitionibus confortamus, vt quantum te acceptum talentum occultantis poena perturbat: tantum lucrum facientium, atque per hoc de cœlestis regni perceptione latantium, dominicæ vocis inuitatio te desiderabiliter ad petenda corroboret. Scire te namq; dilectissime fili conuenit, quod fructus huius quem apprehendisti studij, retributionis suæ nõ careat sine. Et ideo præpedientium te nulla, vel si est, debet contrarietas perturbare: quia quanto ex difficultate causæ bonum perfici domino cooperante valueris, tanto tibi erit & gloriosius retributionis spes. Excellentior namq; nascitur ex desperatione victoria, quæcunq; fuerit laboris nimij adepta sudoribus. Cognouimus etiã quod Theodosius filius noster tui sequax: boniq; cooperator studij, pariter tecum in sollicitudine lucrandarũ animarum solerter inuigilet. Cui omnipotentem deum intercessionem beati Petri Apostolorum principis retributorẽ citius esse confidimus.

Gregorius Gulsari magistro militum. Vt melius quotidie proficiat.

Caput. XCV.

Epi. 95.

**L**atores præsentium de Histria ad nos partibus venientes, tanta nobis bona gloriæ vestræ retulerũt, vt in redendam nos vobis gratiarum actionem vehementer accenderent. Cognouimus namq; quod inter curas iniunctæ vobis gubernationis illarum partium præcipuam de animarũ lucris sollicitudinem habeatis: & ita erratũ corda ad vnitatem festinare vos Ecclesie reuocare, vt quantum ad desiderium vestrum pertinet, nullum illic ab Apostolica segregatum remanere velitis Ecclesie: tantũq; vos beati Petri Apostolorum principis amor accenderit: vt ouile ipsius cui a domino omnes creaturæ sunt traditæ, summo reintegrare cum desiderio cupiatis. Habe gloriosi fili ex tanto talique opere præfixam de diuina retributione fiduciam, in qua vos nõ solum nostra adhortatio, sed Apostolicus quoque sermo confirmat: quia is qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Quantalibet enim sit temporalis affluentia vel certe prosperitas, habet finem suum terminum mortis. Hoc verò quod de animarum lucris apprehendistis studium: tenet fixam spei suæ certitudinem, æternæ scilicet vitæ retributionem. Quapropter paterno salutationis affectu

hortamur gloriã vestram: vt pro vnitatis sanctæ fidei zelum quem vobis ipse vnitatis author tribuit, studiosius peragatis: & quousque potueritis, in sinum matris Ecclesie ab schismatis sui reuocantes errore, adhortatione continua foueatis. Hoc etiam peragetes, vt & quos per vos dominus suo ouili reintegrari concesserit: ita defensionis vestræ solatijs protegatis, vt non sit quò hi qui adhuc in errore sunt positi, reuertentes ad salubre consilium valeant applicare. Dum enim vos causas dei in terra agitis, ipse & hic actus vestros protectionis suæ feliciter ope disponit: & in æterna vobis vita quam cupitis, pro tanto bono vestro retributio existet.

Gregorius Romano defensori. De Histrianis ad vnitatem Ecclesie reuersis.

Caput. XCVI.

Epi. 96.

**P**ræsentium portitores huc de Histria partibus venientes, ad episcopum suum, qui nunc in Sicilia degit partibus, cum nostro se perrexisse solatio poposcerunt. Quos hinc ordinantes fecimus ambulare. Suscipies ergo eos experientia tua ordinet qualiter ad prædictum episcopum suum velocius valeant peruenire: ne sicut astruunt, schismaticorum illarum partium eos alij ad persuadendum præueniant. Quantum enim indicant, ipse episcopus pro vnitatis fidei ad nos habet desiderium veniendi. Concurrentium ergo illis est: vt bona quæ cupiunt, domino adiuuante valeant perficere. Sed experientia tua aut per se si in vicino est: aut suis epistolis eundem episcopum adhortetur, vt propiciante domino, ad Apostolorum limina properare festinet, sciturus quod a nobis cū omni suscipiatur affectu. Cui expensam itineris qualiter ad nos veniat, præbere te volumus. Sin verò onerosum illi est huc venire: & Siciliã habitare disponit, atq; in vnitatis Ecclesie apud scripturarum peruersores cum cautela permanere consentit: & hoc nobis tua suggestione indicare non differas: vt qualiter illic consultum habeat, expensare auxiliante domino disponamus. Sed & harum latores quemadmodum ad eundem episcopum suum veniant, tuæ concurfionis sit atq; solatijs: vt venientes a nobis nihil minus sentiant.

Gregorius Gallinico exarcho Italia. De schismaticis ad Ecclesiam redeuntibus.

Caput. XCVII.

Epi. 97.

**A**pud excellentiam vestram tanto nobis quæ petimus velut impetrata iam credimus: quanto & hoc quod petitur, ab officio nostro non discrepat: & vos inter curas fluctuationum secularium æternæ quoq; ex hoc cumulus retributionis expectat. Harum siquidem latores de Histria ad nos partibus venientes, schismaticorum, inter quos erant positi, vitantes errorem, vnitati Ecclesie subdi salubriter cupierunt. Quorum boni intentionem operis perpendentes, in sinum matris Ecclesie competenti cum exhortatione suscepimus, eosq; nostræ desideratæ Ecclesie militare gratè concessimus. Præmissis quapropter excellentiæ vestræ paternæ salutationis affectu: petimus vt eos pro bono desiderij sui quo ad Apostolorum principis petram solidam concurrerunt: ne fluctuantium adhuc erroribus mixti naufragium desperata salutis incurrerent, habere dignemini commendatos: quatenus ad propria remeates, nullis propter hoc bonum quod appetisse noscuntur, peruersorum inquietudinibus perturbentur: sed magis in omnibus auxilium vestræ tuitionis inueniant: vt ex eorum quiete, aliorũ adhuc in schismate positorum corda flectantur, atque horum per bonum vestri patrocinijs prouocati sequaces existant. Ad augmentum namque mercedis vestræ pertinet, si inter curas bellicas sicut corpus ab exteriori hoste, sic animam ab interni insidiatoris impugnatione protegatis.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De schismaticis ad Ecclesie unitatem reuersis.

Cap. XCVIII.

Epi. 98.

**L**atores præsentium ad nos de Histria partibus venientes, vnitati se Ecclesie subdi auxiliante domino cupientes: Quos pro sui laude desiderij cum affectu suscepimus: eosq; de conseruatione adeptæ vnitatis præmissa exhortatione, nostræ quoq; sicut eorum desiderium erat, Ecclesie fecimus militare. Quos fraternitas vestra geatanter excipiat, eisq; opem vt exegerint libenter impendat: quatenus

Gnas ad propria revertentes, nullis, vt boni operis sui poenitent, peruersorum inquietudinibus fatigentur. Magis autē apud excellentissimum filium nostrum Exarchum id studiosius peragite: vt suis illos iussionibus apud eos, quorum illic interest, securus in omnibus reddat: vt horum quiete aliorū quoque adhuc in schismate positorum animi ad conuersionis gratiam prouocentur.

*Gregorius habitatoribus Capree insulae. De episcopo eis constituendo. Caput. XCIX.*

Epi. 99.

**R**edemptor noster dei hominumque mediator conditionis humanae non immemor, sic in his summa coniungit: vt ipse in vnitatis permanentes, ita temporalia occulto instantu pia consulens moderatione disponat, quatenus de eius manu antiquus hostis nullatenus rapiat, quos ante secula intra sinu matris Ecclesiae coadunandos esse praesciuit. Nam etsi quisquam eorum inter quos corporaliter degit, flatibus motus ad tempus vt palmes titubet, radix tamen rectae fidei, quae ex occulto prodit, diuino iudicio virens manet: quae accepto tempore fructum de se ostentare valeat qui latebat. Quod in vobis nunc ex desiderio vestro gestum esse superni respectus illustratione cognoscimus: qui schismaticorum inter quos habitatis pertinaciam refutantes, coadunari ouili dominico mente promptissima ipsa rei operatione monstratis. Quibus enim scissura displicet, sanos velle se esse testantur: & reprobantes errorem, ostenditis vos amare quod rectum est, vitare quod deuium. Hinc est quod nos & vestra dudum directa petitio, & latorum praesentium responsalium vestrorum salubria postulantium laetificauit aduentus: per quos significastis vos & deuios reprobare gressus errantium, & rectum salutis iter querere, per quod vnitati vos sanctae Ecclesiae reformantes, ad retributionem bene operantium, qui intra eius sinum constituta est debitam, tenderetis. Vnde sic laudabilem, vestraeque in eternum animae profuturam voluntatem vestram cum omni gaudio sumus libenter amplexi. Hoc cum domini auxilio disponentes, vt siquidem episcopus quem vobis in vestra reformari petiueratis Ecclesia, a schismaticorum lapsu se segregans, Ecclesiae voluerit vnitati coniungi: fratri & coepiscopo nostro Mariniano euidenter scripsimus, qualiter petitionem vestram ex nostra autoritate debeat confirmare. Sin vero, quod optandum a nobis non est, ab illorum se noluerit schismate separare, idem quomodo vestra Ecclesia proprium habere valeat sacerdotem, praedicto fratri & coepiscopo nostro scripsimus: quatenus in vtroque & pia mentis vestrae deuotio sortiatur effectum: & grex dominicus contra insidiantis inimici iacula sit securus.

*Gregorius Felici in Sicilia. Conqueritur ab Ecclesia suas possessiones fuisse occupatas. Caput. C.*

Epi. 100.

**S**uceptis magnitudinis vestrae epistolae contristati sumus: quod ab actoribus Ecclesiae Syracusanae quaedam possessiones, quas vos tenuisse dicitis, occupatas irrationabiliter indicastis. Sed credimus quia hoc ad fratris & coepiscopi nostri Ioannis notitiam non peruenit. Nam absolute poterat cognita veritate si quid illicitum factum est, emendare. Et ideo quia legali prouisione decretum est tam momenti quam proprietatis causam in vno eodemque iudicio debere cognosci, nec nos contra inaudita aliquid possumus definire: praedicto fratri nostro scripsimus, vt actores Ecclesiae suae deputare debeat: qui nobiscum sine mora electorum possint subire iudicium: ne aut vos res vestras sine cognitione, sicut querelam facitis, amittere: aut pars altera videatur praedictum sustinere. Gloria ergo vestra nullas in eligendo iudices moras interserat aut difficultates, vel differat ad causam accedere. Nam omnino de supra dicti fratris & coepiscopi nostri moribus certi sumus, quia facere quicquid rationis ordo exegerit, non recuset.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Quod cum Felice iudicium subeat. Caput. CI.*

Epi. 101.

**F**elix vir memorandus suis nobis epistolis questus est, frateruitatis vestrae actionarios possessiones quas tenuerat, illicitum & contra iuris ordinem perualuisse, petens

ablata sibi restitui: & se cum eis, si tamen causam voluerint dicere, paratum esse in iudicio sine aliqua dilatione consistere. Quod si ita est, quia quid legalis ratio habeat non nescitis: oportet vt omni mora postposita, actores vestrae Ecclesiae deputetis, vt cum eo debeant eligere cognitores: qui tam momenti, quam principalis rei quaestiones cognoscere valeant & finire: ne si qualibet occasione dilatum fuerit, & ipse pati praedictum, & partes Ecclesiae non habere iustitiam videantur. Ita ergo agite, vt sub omni celeritate iudicium eligatur. Nam nos sic causas Ecclesiae vestrae fieri volumus, vt nec dispendium contra aequitatem sustineat: nec ad vestram possit aliquid inuidiam sustinere.

*Gregorius Theodoro curatori Rauennae. De pace facta cum Longobardis. Caput. CII.*

**L**icet multa de vobis ad nos olim, referentibus responsalibus nostris, quae animos nostros laetificarent peruenirent: nunc autem remeans filius noster Probus abbas, tanta de gloriae vestrae amplius charitate retulit, quanta de bono reuera & Christianissimo decet filio praedicari. Et quoniam tantum sibi affectum impensum, ac tale studium in ordinanda pace vos habuisse narrauit: quale nec in nostris ciuibus, qui illic ante inuenti sunt extitit, supernae protectionis misericordiam postulamus, vt hanc vobis vicem in corpore & in anima hic & in futuro retribuat: qui pro multorum salute vigilanter agere quae erant vtilia non cessastis. Indicamus itaque Arnulphum de seruanda pace, non vt rex ipse iurauit, sed sub conditione si sibi in quoque excessum non fuerit: aut si nullus contra Arogis exercitum ambulauerit, sacramenta praestitisse. Quod quia omnino iniquum & dolo sum est, nos tanquam si non iurasset putamus: quia in aliquid parum facili sibi exercendi occasionem inueniet: & plus nos si de eo suspecti non fuerimus, decipiet. Vnarnilfrida vero ad cuius concilium idem Arnulphus cuncta agit, omnino iurare despexit. Et id contingit vt ex pace quam multum desiderauimus, nos in his partibus nullum penes remedium habere possimus: quia de eisdem hostibus de quibus suspecti nuncius fuimus, adhuc & in posterum suspecti sumus. Cognoscat praeterea gloria vestra homines regis qui huc transmissi sunt, imminere, vt in pacto debeamus subscribere. Sed recordantes eorum quae Agilulphus Basilio viro clarissimo conuitia super nos in beati Petri dixisse fertur iniuriam: quauis hoc penitus idem Agilulphus negauerit, a subscriptione tamen abstinere praesudimus: ne nos qui inter eum & excellentissimum filium nostrum dominum Exarchum petitores sumus & medij, si quid forte clam sublatum fuerit, falli in aliquo videamur: & nostra ei promissio in dubium veniat: & si qua de futuro, quod absit, necessitas fuerit, occasionem inueniat qualiter nostrae petitioni consentire non debeat. Et ideo petimus vt sicut & a praedicto filio nostro excellentissimo poposcimus, gloria vestra ea qua nobis charitate vnita est peragat: quatenus antequam homines ipsi ab Arogis reuertantur, rex eis sub festinatione scripta transmittat: quae tamen ad nos deferantur, in quibus eis praecipiat vt nos subscribere non petant. Sed si tantum est, gloriosum fratrem nostrum vel de episcopis vnum, aut certe archidiaconum subscribere faciemus. De persona vero Augusti gratias agimus, atque studemus, vt cum aduersario suo causam suam secundum aequitatem definiat: quia ita illi ne illuc exhiberetur laborem imponi voluimus: vt tamen aduersario ipsius iustitiam non negemus. De aliis autem quia digne vobis gratias agere necdum occurrimus, in subsequenti responsalem dirigimus, per quem in charitate qua ad alterutrum nexi sumus, amplius misericordie domino constringamur. Praeterea gloriae vestrae marmor nos vehementer afficit. Sed quia vir sapiens ea quae per consolationem dicenda sunt, cuncta nouit, verbis consolari cessamus: sed oratione prosequimur, petentes vt omnipotens deus vitam & salutem vestram vestrorumque omnium pietatis suae protectione custodiat: & cor vestrum in afflictione positum consoletur.

*Gregorius Occiliano tribuno. De ordinatione eius, & de Sauno episcopo. Caput. CIII.*

**A** C Ognoscentes magnitudinem vestram de Rauennatis partibus cum ordinatione excellentissimi filij nostri domini Exarchi Hydrontinam ciuitatē foeliciter remeasse, gratē suscepimus: & dominum exoramus quo actus vestros tuae propiciationis opitulatione disponat. Sauius siquidem frater & coepiscopus noster ad nos veniens, graues uoluntates suorum querelas innotuit: asserens à viatore ex tribuno Hydrontinae ciuitatis multa se haecenus illicita per tulisse. Magnitudinem ergo vestram paterno salutantes affectu hortamur: ut quicquid pridem male gestum esse cognoscitis, iudiciaria debeatis emendatione corrigere. Scitis etenim quod locus ipse Ecclesiae nostrae sit proprius: & ipsi pauci qui illic rustici remanserunt, si in aliquibus incompetentibus angariis vel oppressionibus affliguntur, locum ipsum deserunt: & quod non optamus, hostibus datur illum occasio peruadendi. Praedictum ergo episcopum, omnesque habitatores loci ipsius, vobis peculiariter commendamus: ut non solum nullis illicitis inuentionibus onerentur: sed magis ex commendatione nostra vestra sibi in omnibus sentiant adesse solatia: ut & beatus Petrus Apostolorum princeps, cuius res ipsa est, vobis retributor existat: & nos in vestris proptius utilitatibus commodemus.

Gregorius Sauiiano episcopo Calliopolis. De hominibus suis ab aduersariis defendendis.

Caput. CIII.

**Epi. 104.** **I**ndicatum nobis est quod homines Callipolitani castris, in quo te propiciante domino esse constituimus sacerdotem, grauibus diversorum molestiis affligantur: atque in longinquis angariis multaque dispendiis conterantur. Hortamur ergo fraternitatem tuam, ut quia & locus ipse nostrae, sicut cunctis notum est, Ecclesiae esse dinoscitur, sollicitudinem tuam recte defensionis zelo succedat: eosque non permittas illicitis praegravari: quia & exemplaria tibi priuilegiorum Ecclesiae de sermone nostro ob hoc fecimus dari: quatenus informatus ex omnibus qualiter habitatores loci illius defendere valeas, non ignores. Volumus etiam ut massae ipsius Callipolitanae homines sub sollicitudinis tuae cura, à futura tertia indictione habere debeas, atque de eorum releuandis molestiis esse cautissimum: & adhibita sollicitudinis cura, vniuscuiusque vires quid praestare de sua pensione Ecclesiae utilitatibus valeant, caute cognoscere: ac secundum vires suas ad perfoluendum quaeque disponere. De qua ordinatione fraternitas tua subtiliter facta notitia quid dare ipsi homines totius Callipolitanae massae possunt, indicare non differas: ut sciamus quid exinde disponere auxiliante domino valeamus. Ad Sergium verò defensorem praecipua direximus: ut in hac tibi re non solum audeat esse contrarius, sed vobis magis ubi valuerit solatia subministret.

Gregorius Sergio defensori. De Frustrando obnoxio Ecclesiae Hydrontinae.

Caput. CV.

**Epi. 105.** **R**euertentissimus frater noster Petrus Hydrontinae ciuitatis episcopus, questus est nobis per Vincentium diaconem suum, Frustrandum Ecclesiae suae in multis existere debitorem: & non solum nolle eum satisfacere de his quibus tenetur obstrictus: sed etiam contemnere subire iudicium. Inde experientiae tuae praesenti autoritate praecipimus, ut eum admonere studeat: quatenus si quid de obstrictu Ecclesiae se redhibere cognoscit, satisfacere dilatione postposita non desistat. Alioquin mora cessante ad electorum te compelleant accedat iudicium. Et quicquid veritate cognita mediis sacrosanctis Euangelis fuerit statutum: ita ad effectum executionis tua instantia perducatur, ut huius rei querela ad nos denuo non redeat.

Gregorius Sergio defensori. De Petro puero fuga lapsa.

Caput. CVI.

**Epi. 106.** **F**ilius noster vir magnificus Occilla tribunus Sirontinae ciuitatis ad nos veniens puerum unum, Petrum nomine, artis pistoriae ex iure germani nostri ad eum noscitur perduxisse. Quae nunc fuga lapsam ad partes illas reuertit cognouimus. Experientia ergo tua antequam ad Reatinam ciuitatem valeatis ipse contingere: sub qua valueris celeritate,

vel ad episcopum Hydrontinae ciuitatis, vel ad praedictum D. tribunum, vel ad alium quem in loco tuo te habere cognoscis, scripta dirigas, ut uxorem vel filios praedicti mancipij sub omni habere debeant cautela, atque de ipso sollicitudinem gerere, ut perueniens valeat detineri: & mox cum rebus suis omnia quaeque ad eos pertineant, navi impositis per fidelem personam huc modis omnibus destinari. Experientia itaque tua cum omni hoc studeat efficacia, solertiaque perficere: ne de neglectu vel mora nostros, quod non optamus, animos offendamus.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Ne milites in monasterio uirginum hospitentur.

Caput. CVII.

**Epi. 107.** **I**nsinuauit nobis latrice praesentium Angela Abbatisa quod intra monasterium ipsius milites hospitentur. Et omnino de fraternitatis vestrae sollicitudine mirati sumus, cur hoc patienter tulerit, & non illud cum omni celeritate fecerit emendari. Vnde hortamur ut vel nunc studij vestri sit instanter eis quorum interest imminere: quatenus sine aliqua exinde exultatione tollantur: & nullus illic ulterius hospitium accipiat, ne callidus hostis occasionem inueniens deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De diuisione populi Neapolitani.

Caput. CVIII.

**Epi. 108.** **Q**uorundam in Neapolitana consistentium ciuitate relatione de quibusdam capitulis Stephano defecrate suscepimus. De quibus Theodorus vir magnificus maior populi ad nos veniens, ante questus iam fuerat, à fraternitate tua in eis fuisse praedicta irrogata: Sed & alteram quorundam relationem in praedicta vrbe degentium: qui praedicti maioris populi partem sequuntur, accepimus. Ex quibus liquido comperimus in duas se partes populum diuisisse. Et quia nobis triste & tibi graue est inter habitatores memoratae ciuitatis prodisse discordiam: quorum vnitati studere debueras ac concordia: ideo fraternitatem tuam his hortamur assatibus, ut cessante omni exultatione, personam huc instructam sub festinatione transmittas: quae aut in electorum, aut certe in deputatorum à nobis iudicio, si qua pro tuis partibus sunt agenda, aduersariorum intentionibus ac obiectis per omnia valeat respondere: ut veritate cognita, salubrem hic finem causa suscipiat: quatenus rationaliter omnibus capitulis quae in altercationem venerant terminatis, nullas in hac contentione ingrauedo vires accipiat: sed sola inter te & filios tuos pax, sicut decet, & charitas perseueret. Quia ergo exortae contentiones nulla illic possunt ratione distingui: quippe ubi tanta in habitatoribus est nata dissensio, ut nullus sit qui possit in iudicio respondere, siue defendendae alterae partis studio remanere: ita fraternitas tua agat ut in transmittenda persona, sicut diximus, nullam tarditatem qualibet excusatione subiungat.

Gregorius Sereno episcopo Massilien. De imaginibus in Ecclesiis non confringendis.

Caput. CIX.

**Epi. 109.** **Q**uod fraternitati vestrae tam sero transmittimus, non hoc torpori, sed occupationi deputate. Latorem vero praesentium dilectissimum filium nostrum Cyriacum monasterij nostri patrem vobis in omnibus commendamus: ut nulla hunc in Massiliensi ciuitate mora detineat: sed ad fratrem & coepiscopum nostrum Syagrium cum sanctitatis vestrae solatio deo protegente proficiat. Praeterea indico dudum ad nos peruenisse quod fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem Ecclesiae imagines contregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari possit, habuisse laudauimus: sed frangere easdem imagines non debuisset indicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, ut hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quae legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas & illas seruare & ab earum adoratu populum prohibere debuit: quatenus & literarum nescij haberent vnde scientiam historiae colligerent: & populus in picturae adoratione minime peccaret.

Gregorius

Imagines quid proficiunt.

**G** Gregorius Syagrio, Betherio, Virgilio, & Desiderio, episcopis apertis. De simoniaca heresi, & quod neophytus non ordinetur: nec episcopi cum mulieribus maneat. *Capit. CX.*

**Epi. 110.** **C** Apud nostrum, quod Christus est, ad hoc sua esse membra nos voluit: ut per compagem charitatis & fidei, unum nos in se corpus efficeret. Cui ita corde adherere nos convenit: ut quia sine ipso nihil esse possumus, per ipsum possimus esse quod dicimur. Ab arce capitis nostri res nulla nos diuidat, ne ab ea, si ei<sup>9</sup> esse membra refugim<sup>9</sup>, relinquamur: & velut eieci de vite palmites arescamus. Ut ergo redemptoris nostri esse habitaculum mereamur, in dilectione ipsius toto mentis studio maneamus. Ipse namq; ait:

**Ioan. 14.** Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & mansionem apud eum faciemus. Sed quoniam honorum auctori habere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis, quae omnium malorum radix est, abscindamus: per scripta praesentia quae alterno adinuicem desideratae visitationis sermone nos sociant, fraternitatem vestram institutis Apostolicis commonemus: ut patrum regulis & praecipis dominicis inuitentes, de templo si dei auaritiam, quae idolorum est seruitus, excludamus, ut in domo domini nil noxium, nilque debeat esse confusum. Nuncio siquidem apud nos olim discurrente vulgatum est quod in Galliarum partibus sacri ordines per simoniacam haereseos conferantur. Et vehementi taedio moreris afficimur, si

**H** in Ecclesiasticis officis quenquam habeat locum pecunia, & sit seculare quod sacrum est. Quicumque vero hoc praecipij studet datione mercari: dum non officium, sed nomen attendit: sacerdos non esse sed dici tantummodo inaniter concipi scit. Quid scilicet? quid per hoc aliud agitur, nisi ut nulla de actu probatio: nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio: sed ille solummodo dignus, qui dare precium suffecerit, aestimetur? Ex qua re si recti libraminis examinatione pensetur: dum improbe ad inanem gloriam locum festinat utilitatis arripere: eo ipso magis quod honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is qui inuitatus renuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus admouendus: sic qui ultro ambit, vel importune se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui se nititur ad altiora conscendere, quid agit nisi ut crescedo decescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? Itaque fratres charissimi in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, pura praefertur electio: ut ad summa sacerdotij non suffragio venditorum prouectus, sed dei credatur esse iudicio. Nam quia graue omnino sit facinus, dei donum velle precio comparare, vel vendere, Euangelica est testis auctoritas. Templum enim dominus & redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas euerit. Quid est columbas vendere, nisi precium de manus impositione percipere, & sanctum spiritum quem omnipotens deus hominibus tribuit, venditare? Quorum sacerdotium ante oculos dei cadere, cathedrarum utique patenter euersione signatum est. Et tamen exercit adhuc nequitiae prauitas vires suas. Nam cogit vendere quos decipit ut emerent. Et dum non attenditur quod diuina voce praecipitur: Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat, & geminata fiat in vno eodemque delicti contagio, ementis scilicet & venditis. Et cum liqueat hanc haereseos ante omnes radice pestifera surrepseratque in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc ut fiat haereticus, promouetur? Praerunque ergo aduersarius animarum dum non potest in his quae ad faciendū sunt praua surrepere: callide specie quasi pietatis iniecit, nititur supplantare. Suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari: dummodo vel sic venena mortifera elemosynae celerata obumbratione transfundat. Nam nec venator seram, aut auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum in esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subuertere,

**Mat. 21.** Idras vendentium columbas euerit. Quid est columbas vendere, nisi precium de manus impositione percipere, & sanctum spiritum quem omnipotens deus hominibus tribuit, venditare? Quorum sacerdotium ante oculos dei cadere, cathedrarum utique patenter euersione signatum est. Et tamen exercit adhuc nequitiae prauitas vires suas. Nam cogit vendere quos decipit ut emerent. Et dum non attenditur quod diuina voce praecipitur: Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat, & geminata fiat in vno eodemque delicti contagio, ementis scilicet & venditis. Et cum liqueat hanc haereseos ante omnes radice pestifera surrepseratque in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc ut fiat haereticus, promouetur? Praerunque ergo aduersarius animarum dum non potest in his quae ad faciendū sunt praua surrepere: callide specie quasi pietatis iniecit, nititur supplantare. Suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari: dummodo vel sic venena mortifera elemosynae celerata obumbratione transfundat. Nam nec venator seram, aut auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum in esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subuertere,

**Mat. 10.** Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat, & geminata fiat in vno eodemque delicti contagio, ementis scilicet & venditis. Et cum liqueat hanc haereseos ante omnes radice pestifera surrepseratque in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc ut fiat haereticus, promouetur? Praerunque ergo aduersarius animarum dum non potest in his quae ad faciendū sunt praua surrepere: callide specie quasi pietatis iniecit, nititur supplantare. Suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari: dummodo vel sic venena mortifera elemosynae celerata obumbratione transfundat. Nam nec venator seram, aut auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum in esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subuertere,

**1. q. 1. ca. Cū liqueat.** ementis scilicet & venditis. Et cum liqueat hanc haereseos ante omnes radice pestifera surrepseratque in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc ut fiat haereticus, promouetur? Praerunque ergo aduersarius animarum dum non potest in his quae ad faciendū sunt praua surrepere: callide specie quasi pietatis iniecit, nititur supplantare. Suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari: dummodo vel sic venena mortifera elemosynae celerata obumbratione transfundat. Nam nec venator seram, aut auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum in esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subuertere,

latente telo sauius valeat trucidare. Neque enim elemosyna reputanda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispense, grauat potius quam iuuatur. Elemosyna redemptoris nostri oculis illa placet: quae non de illicitis rebus & iniquitate congeritur, sed quae de rebus concessis & bene acquisitis impenditur. Vnde etiam illud certum est, quia & si monasteria aut xenodochia vel quid aliud de pecunia quae pro sacris ordinibus datur, construuntur: mercedi non proficit: quoniam dum peruersus & emptor honoris in locum sanctum transmittitur, & alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu elemosynae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra scriptura nos prohibet dicens: Quicquid enim in dei sacrificio ex scelere offertur: omnipotenti dei non placet iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: Honora dominum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit, ut quasi bene praebat, constat sine dubio quia domini non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor patris sit peredamus, si in eius conspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus, quantum apud deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est dilectissimi fratres sub obtentu elemosynae, peccata simoniaca haereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosynas facere, aliud propter elemosynas peccata committere. Hoc quoque ad nos peruenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quod quidam delirio honoris inflati, defunctis episcopis tonsurantur, & sunt repente ex laicis sacerdotes, atque inuerecunde religiosi praepositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quod isti subiectis praestaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attingant, tenere locum magistrorum non formidant? Qua de re necesse est, ut quauis inculpati quique sit meritiante tamen per distinctos ordines Ecclesiasticis exerceatur officijs. Videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat ut postea non debeat errare qui eligitur viam erranti demonstrare. Diu ergo religiosa meditatione poliatur ut placeat, & sic lucerna super candelabrum posita luceat: ut aduersa ventorum vis irruens, contemptam eruditionis flammam non extinguat, sed augeat. Nam cum scriptum sit: ut prius quis probetur, & sic ministret: multo amplius ante probandus est, qui populi intercessor assumitur, ne sicut causa ruinae populi sacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio: quia cunctis liquidum notum est quae sit in huius rei negligentia egregij sollicitudo doctoris, qui neophytum ad ordines vetat sacros accedere. Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui in sanctae fidei erat conuersione plantatus, sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores sacros irrepsit. Ordinate ergo ad ordines accedendum est: nam casum appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. Et cum idem Apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum: manum non esse eniquam citius imponendam, quid hoc celerius, quidve praecipitans, quam ut exoriatur a summitate principium, & ante esse incipiat episcopus quam minister? Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum hoc quod est subiturus onere metiatur, ut & impar abstineat, & ad id cum metu etiam qui se sufficere existimat accedat. Ab re autem non facimus, si ad argumentum rationabile, usum rerum irrationabilium colligamus. Aptae namque aedificationibus de syluis ligna succiduntur, nec tamen adhuc viridibus aedificij pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccauerit, & apta ad necessarium usum effecerit. Quae obseruantia si forte negligitur, citius superimposita mole franguntur: & gignit ruinam ad auxilium res prouisa. Hinc enim & medici, qui curam gerunt de corpore, quaedam adiutoria recenti adhuc confectione



**K** 1. q. 1. ca. Non est p... tanda.  
**Prouer. 11**  
**Prouer. 3**  
**Eccli. 34**  
**L**  
**M** Prima par... te dis. 48. c. Sicut neophytus.  
**1. Timo. 5.**  
**1. q. 1. ca. nos est putanda in si. cap.**

**A**ctiōe formata, indigenti non offerunt sed maceranda temporibus derelinquunt. Nam si immaturè quis dederit, dubiū non est quia sit causa periculi, res salutis. Discant itaque, discant in officio suo sacerdotes quibus animarum credita est cura, seruare quod diuersarum artium homines docente ratione custodiunt: & à præcipiti se ambitione si non metu, saltem pudore contineant. Sed ne forsitan adhuc prauæ se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis vestræ discretio rationis eos freno coerceat, & labi in illicitis non permittat: quia quicquid vltione dignum est, non ad imitationis, sed in exemplum potius debet correptionis adduci. Neque autem hoc quod similiter corrigendum est, patimur negligētē omittere. Nā quid prodest cuncta munisse, si per vnum locū perniciosus hosti præbeatur accessus? Cū his itaque qui in sacro sunt ordine constituti, habitare mulieres prohibent. De quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet, omnium desiniendum consensu est: vt præter eas quas sacri canones complectuntur, alias secum mulieres habere non debeant. Quæ interdictio & si fortè aliquibus ad tempus amara est: certum est quia postmodum ex ipsa anime vtilitate dulcescit, si vnde inimicus superare potuit, superet. Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus: quod de habendis per paræcias concilii patrum prudentia vtilitatis causa sancitum est. Vnde ne qua inter fratres dissensio, nequa inter præpositos & subiectos sint fomenta discordiæ, in vnum conuenire sacerdotes necesse est: vt & de incidentibus causis disceptatio, & sit salubris de Ecclesiastica obseruatione collatio: quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens dominus fratrum concordia collaudetur. Cuius vobis adesse præsentiam, si hæc obseruabitis, scitote, quia scriptum est: Vbi fuerint congregati duo aut tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si ergo adesse dignatur vbi duo vel tres fuerint, quanto magis non deerit, vbi plures conuenerint sacerdotes? Et quidem quia de habendo bis in anno concilio patrum sit regulis statutum, non later. Sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat: semel tamen sine excusatione aliqua decernimus congregari, vt expectatione concilii nihil prauum, nihil præsumatur illicitum. Nam plerumque etsi non amore iustitiæ, metu tamen examinis abstinetur ab hoc quod omnium notum est posse displicere iudicio. Hanc fratres charissime obseruantiam nostris relinquendam posteris teneamus: & omnia quæ ad eruditionem nostram sacris apicibus scripta sunt, meditemur: atque ad ea quoscunque possumus incitemus. Certum quippe est, quia si toto corde præceptis nos salutaribus occupamus, omnium vitiorum labem efugimus: quia dum in his quibus ædificamur innitimur, locum sine dubio deceptionis excludimus. De his itaque quæ superius dicta sunt fraternitatem vestram, auctore deo, volumus synodum congregare: atque in ea reuerentissimo fratre nostro Aregio cœpiscopo, & dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus, omnia quæ sanctis canonibus, sicut prædiximus, sunt aduersa, districtè sub anathematis interpositione damnentur: id est, vt nullus pro adipiscendis Ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum præsumat, vel pro datis accipere, nec ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis peruenire. Neque vt alie mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi quæ sacris, vt prædictum est, canonibus sunt permittæ. De quibus cunctis reuerentissimus frater noster Syagrius episcopus cum omni synodo dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate remeate, nobis quæ acta sunt, studeat renunciare: vt subtiliter agnoscentes quid, & cum qua cautela, vel qualiter sit decretum, omnipotenti deo de vita vestra ac moribus gratias incessabiliter persoluamus.

*Gregorius Aregio episcopo. Consolatoriã scribit epistolã, de interitu hominum suorum: & usum Dalmaticarum concedit, & de synodo faciendã hortatur. Caput. CXI.*

Epi. III.

**F**raternitatis vestræ afflictio quam de amissione vestrorum vos hominum habuisse cognouimus, tantam nobis causam mœroris iniecit: vt quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor nostrum in vestris specialiter vri tribula-

tionibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuæ ad animum reducta discretio, quam & patiēter ferre tristitiam: & decet de morte, spe vitæ alterius, longam non habere mœstitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente se teneat, hortor quiescere dolere, desine tristis esse. Nam indecens est de illis tædio afflictionis addici, quos credendum est ad veram vitam moriendo peruenisse. Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitā alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum non cōsidunt. Nos autem qui nouimus, qui hoc credimus & docemus, contristari nimium de obeuntibus nō debemus: ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentia quodammodo genus est: contra hoc quod quisque prædicat, torqueri mœstitia, dicente Apostolo: Nolimus autē vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini: sicut & ceteri, qui spem non habent. Hac itaque frater charissime ratione perspecta, studendum nobis est: vt, sicut diximus, de mortuis non affligamur: sed affectum viuētibz impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem: & sit ad fructum dilectio. Proinde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando pdesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit: prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget: pigros exacuat, desides hortatu succedat: refugientibus suadeat, & speris blandiatur, desperatos consoletur. Et quia ductores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quando per deuia ouem de commissis gregibus error abduxerit: toto illam adnitu ad causas reuocare dominicas contendamus: vt de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus diuinæ gratiæ adiutorio opus est, omnipotentis dei assiduis precibus clementiam exoremus: quatenus ad hæc nobis operanda & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis: quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat: vt sine quo facere nihil assurgimus, per ipsum implere omnia valeamus. Præterea communis filius Petrus diaconus nobis innotuit, quod fraternitas vestra tempore quo hic fuit poposcerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit: vt nec ipse mœror incumbens diu, vt dignum erat, & res deside rata poscebat, sineret imminere: & nos in multis implicitos Ecclesiasticæ rationis consideratio nouum hoc inconsultè & subito non permitteret indulgere: idcirco postulatē rei prolongatus ad animum, huius authoritatis nostræ serie petita cōcedimus: atque te vel archidiaconem tuum dalmaticarū vsu decorandos esse concessimus: easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisiimus. Præterea in ea synodo quam contra simoniacā hæresim per fratrem & cœpiscopum nostrum Syagrium decreuimus cōgregari, sanctitatem vestram volumus interesse: atque eidē fratri ita pallium quod transmisiimus tribui: si prius se promiserit illicita quæ prohibuimus, per definitionem synodicam à sancta Ecclesia remoueri. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nunciare: vt ipse cum nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

*Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi. De conuersione gentis Anglorum, & Augustino episcopo, & de synodo. Caput. CXII.*

**M**agistra bonorum omnium charitas: quæ nil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum, ita exercet corda & corroborat: vt nihil graue, nil difficile existimet, sed fiat totū dulce quod agitur. Huius igitur cū sit proprium nutrire concordiam, seruare coniuncta, dissociata coniungere, praua dirigere, & virtutes ceteras perfectionis sue mummine solidare, quisquis in eius radices se inserit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inanescit: quia humorem fecunditatis opus efficax non amittit. Atque ideo multum tibi condelector atque congaudeo quod sic eadem charitate

1. Thef. 4.

Parte. I. dif. 25. ca. C. om. munis.

Epi. III.

G charitate te p̄ditum multorum testificatione comperio: vt & ipse quæ sacerdotis sunt decenter exhibeas, & aliis te laudabiliter imitandū ostendas. Quia igitur in prædicationis opere, quādiu cogitās Anglorū gēti per Augustinum quōdam monasterij mei præpositum nunc fratrem & coepiscopum nostrum impendere studui, ita sollicitum atq; deuotum, adiutoremq; in omnibus te, vt oportuit, fuisse cognouimus: vt magnum me sibi fraternitas tua hac de re faceret debitorem, tantæ rei consideratione commonemus, ne infructuosus erga te viderer existere, fraternitatis tuæ petitionem nulla pertuli ratione postponere. Proinde secundum postulationis tuæ desiderium, pallij te vsu, quod intra Ecclesiam tuam habere debeas: ad sacra tantum missarum solennia celebranda deo authore, præuidimus honorandum. Quod tamen ita tibi dandum esse decreuimus, si prius per synodi definitionem emendari promiseris quæ corrigenda mandauimus: quia dignum profectō esse credimus, vt cum mentis grauitate qua deo te propitio pollere didicimus, habitus quoq; exterioris clarior in te cultus accresceret: præsertim cum te hunc non ad superflue elationis pompam, sed pro genio & honore tue arbitramur Ecclesie: petiuisse. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contulisse: hoc etiā pariter prospeximus concedendum, vt metropolitæ suo per omnia loco & honore seruato, Ecclesia ciuitatis Angustudunæ, cui omnipotens deus præesse te voluit, post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat: & hunc sibi locum & ordinem ex nostra authoritatis indulgentia vindicare. Ceteros verò episcopos secundum ordinationis tuæ tempus, siue ad confedendum in concilio, siue ad conscribendum, vel in qualibet alia re sua attendere loca decreuimus: & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare: quia omnino rationis ordo nos admonet vt cum vsu pallij aliqua simul, sicut diximus, largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoq; sollicitudinis debet accrescere: vt cultui vestro actionis quoq; ornamenta conueniant, oportet vt enixius in cunctis se studiosè vestra fraternitas exerceat. Sit circa subiectorum actus vigilans, vestrum illis exemplum instructio & vita magistra sit. Linguae vestrae exhortatione discant quod metuant, & doceantur quod diligant: vt dum talenta credita lucro multiplicata reddideris, in die retributionis audire sis meritis: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Curam præterea congregandæ synodi, quam vobis atque aliis fratribus nostris pro illicitarum rerum prohibitionem faciendam scripsimus, vestra specialiter sollicitudini noveritis incumbere. Vnde quia præcellentissimos filios nostros Francorum reges magnam vobis nouimus dilectionem impendere, omni vos studio omniq; agere annisu necesse est: vt quod de synodo congreganda mandauimus, fraternitatis vestrae vigilantia compleatur: atque omnia illic quæ pro animarum salute scripsimus censeantur: quatenus per hoc & vos zelum vestrū, & qualiter vobis illicita displiceant ostendatis: & nos vtiliter prouidisse, qui vestram ad hoc præcæteris personam eligimus, videamur.

*Gregorius Brunichilde reginae Francorum. De laicis ad episcopatum nō adhibendis. De simoniaca heresi. De synodo. De iudeis Christiana mancipia possidentibus. Caput. CXIII.*

**P**ostquam excellentiæ vestrae sollicitudo, regia est ubique gubernatione laudabilis, ad augmentum gloriae suae vigilantiores se debet & prouidam exhibere: vt quos consilio regit exterius, perire interius non permittat: quatenus per fructum piæ sollicitudinis post huius, quod geritis, temporalis regni fastigium: ad æterna, deo authore, possitis regna pertingere. Quod quidem hac vobis confidimus posse ratione contingere, si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gesseritis. Quorum officium in tantam illic, sicut didicimus, ambitionem perductum est: vt sacerdotes subito, quod graue nimis est, ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi, quid populo præstaturi sunt: qui non ad utilitatem, sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? Hi ergo qui necdum quod docere debeant didicerunt: quid aliud agunt nisi vt paucorū prouectus illicitus, fiat multis interi-

tus: & in confusionem Ecclesiasticæ moderationis obseruantia deducatur? quippe vbi nullus regularis ordo obseruatur. Nam qui ad eius regimen improuidus, & ob hoc præcipitatus magis accedit, qua admonitione subiectos edificet: cuius exemplum non rationem docuit, sed errorem? Pudet profectō, pudet aliis tales imperare, quod ipsi nesciunt custodire. Nec illud quidem quod simili emendationi tradendum est, præterimus: sed omnino execrabile & esse grauissimum detestamur: quod sacri illic ordines per simoniacam heresim: quæ prima contra Ecclesiam orta, & districta maledictione damnata est, conferantur. Hinc igitur agitur: vt sacerdotij dignitas in despectu, & sanctus sit honor in crimine. Perit utique reuerentia, adimitur disciplina: quia qui culpas debuit emendare, committit: & nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauatione censura. Nam quis denuo veneretur quod venditur: aut quis non vile putet esse quod emitur? Vnde valde contristor, & terræ illi condoleo: quia dum sanctum spiritum, quem per manus impositionem omnipotens deus hominibus largiri dignatur, diuino munere habere despiciunt, sed præmiis assequuntur, sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam vbi dona supernæ gratiæ venalia iudicantur: ad dei seruitium non vti queritur, sed magis contra deum pecuniæ venerantur. Quia igitur tantum facinus non solum illis periculum: verum etiam vestro regno satis est noxium, salutantes excellentiam vestram paterno affectu, petimus vt de huius prauitatis emendatione deum vobis placabilem faciatis. Et vt nulla deuiceps valeat occasione committi, synodum fieri iussio vestra constituat: vbi præsentem dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate, sub districta anathematis interpositione debeat interdici: ne vllus ex laico habitu subito ad episcopatus audeat gradum accedere: neque pro Ecclesiasticis ordinibus quilibet quicquam dare, vel ausus sit accipere: vt dominus & redemptor noster sic quæ vestra sunt faciat, sicut excellentiam vestram in iis quæ sua sunt, pia esse viderit deuotione sollicitam. Curam verò & sollicitudinem eiusdem synodi quam faciendam decreuimus, fratri coepiscopoque nostro Syagriō, quem vestrum nouimus specialiter delegare curauimus: quem petimus vt & supplicitem libenter audire, & opere iuuare dignemini: quatenus quod ad mercedem vestram respiciat, remoto huius mali contagio in cunctis finibus iuri vestro subiectis, pia & deo placita procedat ordinatio sacerdotū. Cui fratri nostro pro eo quod se in ea prædicatione quæ Anglorum genti, authore domino, facta est, deuotum vehementer exhibuit, pallium ad missarum solennia vtendum transmisisimus: vt quia iuuare spiritalia studuit, apostolorum principis solatio in ipso quoq; inueniatur spiritali ordine profectisse. Omnino præterea admirati sumus, quod in regno vestro iudeos Christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt Christiani omnes nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorū caput cuncti nouimus quia fideliter honoratis. Sed quā diuersum sit, excellentiæ vestrae perpendat, caput honorare, & membra ipsius hostibus calcanda submittere. Atque ideo petimus vt excellentiæ vestrae constitutio de regno suo huius prauitatis mala remoueat: vt in hoc vos amplius dignas cultrices omnipotentis domini demonstretis quod fideles illius ab inimicis eius absoluitis.

*Gregorius Theoderico & Theoberto regibus Francorum apud. De simoniaca heresi. Et ut ex laicali habitu nullus fiat episcopus. De synodo faciendâ. Caput. CXIII.*

**C**um regni vestri nomen inter cæteras gentes gratia olim Christianæ religionis effulserit, valde studendum est, vt vnde gloriosiores cæteris gentibus eminetis: inde omnipotenti domino qui dat salutem regibus, perfectius placeatis, & fidem quam colitis, adiutricem in omnibus habeatis. Optaueramus quidem præcellentissimi filij nostrum ad vos solita dirigere visitatione sermonem: vt charitatis officis paternum monstrarem affectum. Sed quia animum res contristat illicita: sic vnum nos conuenit exhibere, vt aliud sub silentio, quod emendatione indiget, minime



Parte. 1. dis. 17. ca. Episcopos.

Parte. 1. dis. 100. ca. Rationis.

Mat. 25. & Lu. 19.

Epist. 113.

Parte. 1. dis. 61. ca. Sacerdotale.

K

L

M

Epi. 114.

**A** me relinquamus. Quod si diligenter attenditis, pro salutis vestrae nos loqui prius incolumitate cognoscetis. Fertur autem simoniacam haeresim, quae prima contra dei Ecclesiam diabolica plantatione surrexit: & in ipso ortu suo, zelo Apostolicae vitionis percussa atque damnata est, in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: Fides sine operibus mortua est. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per praemium? ex qua re agitur ut ipsi quoque qui sacros ordines appetunt non vitam corrigere, non mores componere studeant: sed diuitias quibus honor sacer emitur, satagant congregare. Hinc fit etiam ut insontes & pauperes a sacris ordinibus prohibiti, despectique resiliant. Et dum innocentia displicet, dubium non est quod praemium illic delicta commendent: quia ubi aurum placet, ibi & vitium. Hinc igitur non solum in ordinatis & ordinati animam letale vulnus infligitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuari debuerat, praegravatur. Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat ut nihil sibi in honores Ecclesiasticos grauitas, nil defendat industria: sed totum auri prophanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum vltoris is qui fortasse fuerat vltiscendus adducitur: atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locus illis fore calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui dei in se magis iracundiam prouocant, quam per semetipsos populis placare debuerant. Audiuius autem quia Ecclesiarum praedia tributa nunc praebent, & magna super hoc admiratione suspendimur: si ab eis illicita quaerantur accipi, quibus etiam licita relaxentur. Nec hoc quoque malum sollicitudo nostra patitur negligenter omittere: quod quidam instinctu gloriae inanis electi, ex laico repente habitu sacerdotii honorem arripiunt: & quod dicere pudet, & graue tacere est, regendi rectores, & qui docendi sunt doctores nec erubescunt fieri, nec metuunt. Ducatum animarum impudenter assumunt, quibus via omnis ignota ductoris est, & quo vel ipsi gradiantur, ignari sunt. Quod quam prauum quamve sit temerarium, seculari etiam ordine & disciplina monstratur. Nam dum dux exercitus non nisi labore & sollicitudine expertus eligitur: quales animarum duces esse debeant, qui ad episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione conscendere: huius saltem rei comparatione considerent, & aggredi repente inexpertos labores abstineant: ne caeca honoris ambitio & ipsis in poenam sit, & aliis pestifera erroris semina iaciat: quippe qui non didicerunt, quod ipsi doceant. Proinde

**C** paterno salutantes affectu petimus excellentissimi filii: ut hoc tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohibere: & nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inueniat: quia facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Qua de re ut magnum omnipotenti domino munus valeatis offerre, synodum congregari praecipite. In qua sicut fratribus coepiscopisque nostris mandauimus, praesente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate, sub anathematis debeat obligatione constitui: nullum pro Ecclesiastico ordine aliquid unquam dare nullum accipere, nec quenquam ex laicis ad sacerdotium repente transire, quatenus hanc vobis mercedem, & hic, & in futura vita redemptor noster cuius sacerdotes interius ab hoste perire non sinitis, recompenset. Omnino praeterea admirati sumus, quod in regno vestro Iudaeos Christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt Christiani omnes, nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorum caput cuncti nouimus, quia fideliter honoratis: sed quam diuersum sit excellentia vestra perpendat, caput honorare, & membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque ideo petimus ut excellentiae vestrae con-

stitutio de regno suo huius prauitatis mala remoneat, ut D in hoc vos amplius dignos cultores omnipotentis domini demonstretis, quod fideles illius ab inimicis eius absoluitis.

*Gregorius Virgilio episcopo Arelatenfi. De priuilegio monasterii Arelatenfis.*

Caput. CXV.

**C**um pia desiderium voluntatis, & laudanda deuotionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quae pro quiete monachorum religiosaeque conuersationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quaedam valeat praesumptio perturbare. Sed sicut hoc quod ratio exigebat utilitatis, oportuit definiri, ita quod definitum est, non debet violari. Igitur gloriosae memoriae Childebertus Francorum rex catholicae religionis amore succensus, intra muros Arelatenfis ciuitatis, monasterium virorum, ut scripto reperimus, pro sua mercede constituens, quaedam ibidem pro habitantium sustentatione concessit. Cuius ne voluntas unquam duceretur in irritum, & ea quae pro quiete monachorum disposita fuerant, turbarentur, quaeque contulit in iure monasterii, Epistolis suis Apostolica petiit autoritate firmari. Hoc quoque suae petitioni subiungens, ut eidem monasterio tam in dispositione rerum, quam in ordinatione abbatis, quaedam pariter priuilegia largirentur. Sciens quippe eam Apostolicae sedi reuerentia a fidelibus exhiberi, ut quae eius fuissent decreto disposita, nullius deinceps illicitae usurpationis molestia quaterentur. Unde quia effectum & regia voluntas, & res valde desiderata poscebat, a praedecessore nostro Virgilio Romanae sedis antistite ad praedecessorem vestrum Aurelium scripta transmissa sunt, ubi omnia quae amplectenda voluntatis studium deposcebat, Apostolicae autoritatis libenter annuui firmata sunt: quia difficultatem pati non potuit huiusmodi res petita. Sed ut fraternitas vestra, quae fuerant tempore illo decreta cognoscat, antedicti praedecessoris nostri scripta his prauidimus scriptis adiungi: Quibus lectione percuris hortamur ut omnia sacerdotali, sicut decet, studio inuiolata conserues, nihilque illi de indebitis, nihil permittas de illicitis irrogari, nec ea quadam patiaris usurpatione conuelli. Nam licet ea quae semel Apostolicae sedis autoritate sancita sunt, nil egeant firmitatis, ex abundantia tamen nostra cuncta quae pro huius rei quiete a praedecessore nostro statuta sunt, nostra iterum autoritate in omnibus roboramus. Fraternitas ergo vestra ita se in custodiendis eis exhibeat, quatenus & omnem occasionem inquietudinis excludat, & aliis haec operari studeat, dum se in custodienda defuncti piissima voluntate sollicitam, ut decet, exhibuerit & deuotam.

*Gregorius Desiderio episcopo. De priuilegiis Ecclesiae suae.*

Caput. CXVI.

**F**raternitatis vestrae desiderium Ioannis regionarij relatione cognouimus quod quidem libenter parati sumus implere, si diligenter fuerimus de his quae retulit informati. Inquit autem a vestra sibi relatum dilectione quod Ecclesiae vestrae quaedam olim priuilegia ab Apostolica sede concessa sunt, atque usum pallii eius sacerdotes antiquitus habuisse. Quod quia vobis magnopere poscitis reformari, in Ecclesiae nostrae scrinio requiri fecimus, & inueniri nil potuit. Sed quoniam quanto studiosius ista cupitis adipisci, tanto vos arbitramur esse sollicitos, in requirendis chartis Ecclesiae vestrae vigilantius curam impendite, & si qua exinde scripta inueniri potuerint quae nos valeant informare, huc curae vestrae sit transmittere. Nam qui noua concedimus, vetera libentissimè reparamus.

*Gregorius Syagrius episcopo Augustudunensi. De Menate & Theodoro episcopis male uiuentibus.*

Caput. CXVII.

**C**um sacerdotalis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quisquis ea ornatus est, cunctis se imitandum debet ostendere, ut exemplo sui nulli nocere, sed vitam potius valeat componere subiectorum. Nam si actus

Epi. 15.  
Ca. 25. q. 2.  
ca. Cii. p. 10.

E

F

Epi. 16.

Epi. 17.

dissentiat



G dissentiat à nomine, quanto pontificatus ipse plus erigit, tanto magis addicit. Itaque Menatem quendam episcopum, qui illic de dioecesi Romanae Ecclesiae nostrae ordinatione profectus est, in tantam se leuitatem didicimus exhibere, ut & nobis de eo maior sit verecundia, & illi episcopatus nomē non sit in honore, sed onere. Quod quia pudoris uobis est de eo illa cognoscere, quae in aliarum prouinciarum omnino reprehendimus sacerdotibus, fraternitas uestra eum illic immorari amplius non permittat, sed ad nos quantocyus reuerti compellat, ac magis inuenta per omnia occasione transmittat, ut sub ea qua dignum est obseruantia refrenatus, seculares mores ad sacerdotalem studeat conuertere grauitatem. Nam satis noxium atque perniciosum est, ut imitatione ipsius, quae aedificari debuerant, destruantur. In qua re non solum ille culpabilis, sed etiam qui non resisterit inuenitur. Quia uero Theodorus quidam episcopus de dioecesi reuerentissimi fratris nostri Constantij Mediolanensis Ecclesiae episcopi disciplinam, ut dicitur, euitans, illic uenisse firmatur, hortamur ut & isto diligentius requisito, ad episcopum suum uestra fraternitas transmittat. Et quia sicut legitur: Qui abiicit disciplinam, infelix est, nulla eum illic se excusatione patiamini retinere, quatenus ipsi qui leuitatis eorum uitio possunt decipi, liberentur, & de ipsis habere mercedem ne in hac stultitia pereant valeatis.

Sapient. 3.

Gregorius, Virgilio & Syagrio episcopis Galliae.

H

De Syagria defendenda.

Caput. CXVIII.

Epist. 118.

Commisi officij qualitas me fratres charissimi in uocem cogit doloris erumpere, & dilectionem uestram anxietate charitatis exasperare, quod illic uos nimium negligentes & remissos dicitur extitisse, ubi studium uestrum acriter iustitiae rectitudo, & zelus debuit castitatis accedere. Peruenit enim ad nos Syagriam quodam vitam religiosam, mutatis etiam uerbis assecutam, postea marito uolenter esse, quod dici iniquum est, sociatam, & nullo uos in eius defensione dolore permotos. Quod si ita est, uehementius ingemisco, ne apud omnipotentem dominum, quod abist, mercenarii officium, & non pastorem meritum habeatis. Quippe qui in ore lupi ouem lanandam sine certamine reliquistis. Quid enim dicturi, quam ue rationem futuro estis iudici reddaturi, quos stupri scortatio non commouit, quos ad defendendum fauor nequaquam religiosi habitus excitauit, quos ad tutandam pudicitiae integritatem sacerdotalis consideratio non erexit? Vel nunc ergo neglectus ad memoriam redeat, huius recordatio culpae sollicitet, & officij uestri consideratio ad praedictae mulieris uos adhortationem impellat. Et ne forte per tempus transisset in uoluntatem necessitas, lingua illi uestra medela sit, atque admonentibus uobis, orationibus operam det, de memoria lamenta poenitentiae non recedant, redemptori nostro cor poenitens exhibeat, & castitatis damna quam ei corpore seruare non licuit, fletu resarciat. Quia ergo praedicta mulier res suas etiam nunc pijs, ut fertur, desiderat causis impendere, hortamur ut fraternitatis uestrae hac in re fauorem inueniat, solatijs potiatur, & seruata competenti filij portione, fas illi sit de substantia sua iudicare quod uelit. Uestrum enim sine dubio bonum facitis, si bona uolentibus opem fertis. Haec igitur dilectissimi fratres quae loquimur, ex quanto procedant amore pensate, & omnia cum ea qua dicuntur charitate suscipite. Nam dum unum in redemptoris nostri corpore corpus sumus, in his quae uobis nocere sentio, simul uxor. Qua autem intentione, quouero affectu hanc uobis epistolam miserim, cordi uestro ueritatis auctor aperiat. Et ideo haec fraterna uos admonitio non contristet: quia & asperum poculum libenter accipitur, quod intentione salutis offertur. Quod superest, charissimi fratres, iunctis dei nostri misericordiam precibus exoremus, ut vitam uestram in suo propicijs timore disponat, quatenus & hic illi sacerdotaliter deseruire, & in conspectu ipsius in futuro securi assistere & sine metu ualeamus.

Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi. De Vrsicino Tauritanæ ciuitatis episcopo. Caput. CXIX.

In rebus secularibus suum cuique ius & proprius ordo seruandus est: quanto magis in Ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio: ne ibi discordia locum inueniat, unde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione seruabitur, si nihil potestati, sed totum aequitati tribuitur. Perlatum siquidem ad nos est, dilectissimum fratrem nostrum Vrsicinum Tauritanæ ciuitatis episcopum: post captiuitatem & depredationem quam pertulit, graue in paroccijs suis, quae in Francorum sita terminis perhibentur, praedudicium pertulisse: denique ut alter illic contra Ecclesiastica statuta nullo eius crimine deposcente constitueretur antistes. Et ne leue forsitan uideretur huius rei praedudiciale commissum: etiam aliquid doloris est additum: ut res ei Ecclesiae iug quas habere potuit, tollerentur. Quod si haec ueritate subsistunt: quia crudele nimis est, & aperte sacris canonibus inimicum, ut ab altari proprio infante ambitio remoueat sacerdotem, qui non meretur ex crimine successorem, sua in huius praedudicium cuncti causam attendant, & quod nolunt perpeti, nec alijs imponant. Nam si prauae rei aditus antequam diu pateat non clauditur, uisus sit latior, & erit consuetudine licitum, quod ratione constat esse prohibitum. Sed praeter ceteris fraternitatis uestrae sollicitudo pro uestra commendatione, ac diuinae considerationis intuitu, in eius se enixius defensione impendat: & a suis illud amplius contra rationem remotum esse paroccijs non permittat. Sed tam per se, quae supplicando praecellentissimis regibus, quos uos in nullo credimus contristare, id peragat, ut & hoc quod malefactum est corrigatur: & quae uolenter ablata sunt, ueritate patrocinante reddantur: quia cum scriptum sit: Frater fratrem adiuuans exaltabitur, tanto se ab omnipotente deo charitas uestra nouerit recepturam, quanto praeccepta ipsius in adiuuando fratre libenter atque constanter fuerit executi.

R Epist. 119.

Gregorius Theoderico & Theoberto regibus Francorum. De Vrsicino episcopo.

Caput. CXX.

Summum in regibus bonum est, iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare: & subiectis non sinere quod potestatis est fieri, sed quod aequum est custodire. Quod quia uos & diligere & omnino confidimus custodire: excellentiae uestrae indicare ea quae emendationem expetunt inuitamur: ut per hoc oppressis succurrere, & uobis mercedem acquirere nostris epistolis ualeamus. Fratrem itaque & coepiscopum nostrum Vrsicinum Tauritanæ ciuitatis antistitem in paroccijs suis quae intra regni uestri sunt terminum constituta, omnino dicitur praedudicium sustinere, adeo ut contra Ecclesiasticam obseruantiam, contra sacerdotalem grauitatem, & contra sacrorum canonum definita: nullo eius exigente crimine, alter illic non metuerit episcopus ordinari. Et quia parum uisum est si illicitis non iungerentur illicita, etiam res Ecclesiae suae, ut fertur, ablatae sunt. Quod si ita se ueritas habet, quoniam intolerabile nimis est, ut ui opprimeretur cui culpa non nocuit, praemisso paterna charitate salutationis alio loquio, petimus ut quod excellentia uestra amore Ecclesiasticae reuerentiae, & aequitatis contemplatione sponte potest impendere, uestra studeat benignius intercessione concedere: & iustitiam illi, sicut de aequitatis eius bono confidimus, faciat in omnibus custodiri: atque patefacta ueritate, & quod illic actum est corrigi: & res ei uolenter ablatas aequitate iubeat fauente restitui. Nec quod ad tempus eius ab hostibus detinetur, debet illi aliquid officere, sed hoc ad subueniendum Christianitatis uestrae magis ac magis debet animos permouere, ut largitatis uestrae munere consolatus, captiuitatis quam pertulit, non possit damna sentire. Pro utilitate ergo animae uestrae, haec apud uos exhortatio locum inueniat, ut ad mercedem uestram deiectionem ipsius porrecta manu iustitiae releuetis, quatenus per hoc quod aequitate sacerdotibus custoditis, eorum precibus ante dei semper oculos floreatis.


Promer. 11.

Epist. 120.

Gregorius Brunichildæ reginae Francorum. Hilarium commendat. Caput. CXXI.

Uim in regni regimine uirtus iustitiae, & potestas egeat aequitate, nec ad hoc alterum sine altero possit iustificare, quanto in uobis amore horum cura praesulgeat,

Epi. 121.



**A**ger ex hoc vltiq; ostenditur patenter, dum turbas gentium laudabiliter gubernatis. Quis ergo hæc considerans, de excellentia vestrae bonitate diffidat? aut de impetratione sit dubius, quando illa à vobis quæ subiectis vos libeuter posse nouit impendere, duxerit postulanda? Lator itaq; presentium Hilariorum excellentiæ vestrae famulus, nostra se interuentione apud potestatem vestram æstimans adiuari, commendationis nostræ sibi poposcit epistolas suffragari, certum tenens sibi vberius, sicut cæteris cõceditis, promereri, si nostra pro eo intercessio loqueretur. Proinde paternæ charitatis affectu salutationis persoluentes alloquia, petimus vt quia quorundam se perhibet nequitia aduersitatibus laborare, excellentiæ vestrae cum tuitio muniat, & ne contra rationem valeat prægrauari, sua illum iussione tutum esse præcipiat, quatenus dū vobis iubentibus atq; propiciis nullius aduersitas iniuste & pro sola tantummodo voluntate locū habuerit, & nos de impetratis quæ pro vestra magis mercede poscimus gratias referamus, & excellentiæ vestrae beatus Petrus Apollolorum princeps, quem in omnibus concedendo quæ petimus Christiana deuotione veneramini, recompenset.

Gregorius Vantilono & Aregio. Hilarium commendat.

Caput. CXXII.

Epi. 122.

**A**D magnam gloriæ vestrae laudem accedit quod Hilarium presentium lator valido se fudit præsidio releuari, si assequi fauorem tuitiois vestrae meruerit. **B** Quod adeo, sicut est, magnum existimat, vt ad hoc obrindum etiam nostram sui commendationem adhibere studuerit adiutricem. Hunc igitur quoniam ad vestrum patrociniū videmus desideranter velle confugere, scribere pro eo nō iudicauimus differendum, confidentes tanto vos defensionē petentibus libenter impartiri, quanto eam in tristitia & in stricō positos cognoscitis suppliciter expectare. Ea de re gloriā vestram paterna dulcedine salutantes, petimus vt quia prædictus portitor aliquorū inimicitias se contra rationē asserit lubiacere, patrociniū vestrum quod magnopere cupit, inueniat, & nullam illum contra æquitatē molestiam, nullam vexationem patiamini sustinere, sed ab omni eum afflictioe, quam non ratio, sed aduersantium volūtas ingesserit, patrociniū vestri gratia tneatur, vt & hic optatum se in vobis, vt sperat, lætetur inuenisse refugium, & aliquid vobis ad mercedem proficiat, ac vestrum quidem in nobis alij similiter querere discant in tribulatione solatium.

Gregorius Asclipiadoto. Hilarium commendat.

Caput. CXXIII.

Epi. 123.

**Q**ui terrenis rebus adhærent, quantum eis præstandi locus conceditur, tanto promiores in causis debet mercedis existere, vt fructu boni operis & hic eorum quibus seruiūt gratia perfruantur, & cœlestis regni aulam introire postea mereantur. Vnde licet hoc diligere, & in hoc vos esse confidamus intentos, verumta men quia paternum alloquium aliquid bonis mentibus semper addit, hortamur vt quoties congruum iuandi tempus affuerit, nequaquam quod operandum vobis est differatis. Nam qui fratrem relictum releuat, apprehensum eripit, mentem consolatur, ab illo sibi retribui, cui totum impendit nō dubitet, qui ait: Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Quia igitur Hilarium presentium portitor pro eo quod frustra contra se quorundam perhibet inimicitias exarsisse, vestra se tuitioi nostra petiit Epistola commendari, certus quod patrocinantibus vobis cuiquam contra rationem aduersitas ei nocere non valeat: idcirco paterno gloriam vestram salutantes affectu, petimus vt fauoris vestri gratia muniat, & quod cæteris iusta petentibus indulgetis, huic quoq; pro nostra intercessione largius impendatis, atq; eam contra æquitatem opprimi non sinatis, sed manum illi auxiliij vbi rationis ordo vocauerit, porrigatis, quatenus ad mercedē gloriæ vestrae, & ipse in vobis quod omnino ardu ē quæsi inueniat, & vos afflictō & humiliter supplicanti videamini, quod valde gloriosum est, subuenisse.

Gregorius Claudio in Hispaniis. De familiaritate regis Gothorum.

Caput. CXXIII.

Mat. 25.

**Q**uia vnguenti more bonorū fragrat opinio, vestrae gloriae de occidentibus partibus hucusq; odor tendit. Cuius profecto auræ suauitate respersus, multum fateor quem nesciebam dilexi: atque intra sinum cordis amotia manu te rapui, nec iam eū nesciēs diligebam, cuius bona cognoueram. Qui enim mihi magna intentione notus, sed corporis visione manet incognitus, de eo proculdubio veraciter dicere possum: quia personam illius scio, sed domum nescio. Magna autem vestrae laudis datur assertio, quod excellenti Gothorū regi vestra gloria sedulē adherere perhibetur: quia dum malis boni semper displiceant, bonos vos esse certū est, qui bono placuistis. Propterea debitum salutationis alloquium soluens, opto vos in his quæ cœpistis exerceri, vt in vobis cõpleatur veridica Salomonis illa sententia quæ ait: Iustorū semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsq; ad perfectum diem. Nunc enim cum lux nobis veritatis insulget, cum sese regni cœlestis suauitas mentibus aperit, iam quidem dies est, sed adhuc perfectus non est. Tunc autē dies perfectus erit, quando iam quicq; de nocte peccati in mente nostra non erit. Vos autem vsq; ad perfectum diem crescite, vt quousq; patria æterna videatur, bonorum hic operum augmenta dilatentur, quatenus tanto post in retributione maior sit fructus muneris, quanto nunc studium creuerit laboris. Propterea dilectissimum filiū nostrum Cyriacum monasterij nostri patrem vestrae gloriæ cõmendamus, vt peractis quæ ei iniūcta sunt, nulla illū remeandi mora præpediat. Omnipotens deus cœlestis vos brachij protectione tueatur, & nunc gloriosos inter homines, & post longa annorum curricula inter angelos esse concedat.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum. De laude charitatis. De honore suæ prælationis. De palio ad sacra tantum missarum solennia transmissio.

Caput. CXXV.

**S**ancitatis tuæ sulcepti Epistolam, solius charitatis calamo scriptam. Ex corde enim lingua tinxerat quod in chartæ pagina refundebat. Boni autem sapientesq; viri cum legeretur affuerunt, quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Cœpit quisq; amoris manu in suo corde te rapere: quia in illa Epistola tuæ mentis dulcedinem nō erat audire, sed cernere. Accendebantur & mirabantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat qui fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus quanta charitate tua mens arserit, quæ sic & alios accendit. Vita verò vestram, cuius ego semper cū magna veneratione reminiscor, minimè nouerat, sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cunctis esse imitabilem illa vestra Epistola loquitur. Sed quod non est ita vt dicitur, sit ita quia dicitur, ne qui nō solet, mentiatur. Ad hæc autē breuiter cuiusdam bonæ mulieris verba loquor: Nolite me vocare Noëmi, id est pulchrâ, sed vocate me Mara: quia amaritudine plena sum. Neq; enim bone vir hodie ego sum ille quē nosti. Multū fateor exterius proficendo, interius cecidi: neque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptū est: Deiecisti eos dum alleuarentur. Cūm alleuatur enim deicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Ego enim vias mei capitis sequens, summo opere esse decreueram opprobrium hominū, & abiectio plebis: atque in eius fortē currere, de quo rursus per Psalmistam dicitur: Ascensus in corde suo disposuit in valle lachrymarum: vt videlicet tanto verius intus ascenderem, quanto per conuallem lachrymarū foris humiliter iacerem. Ad me multum nunc deprimat honor onerosus, curæ innumeræ perstrepunt, & cum sese ad deū animus colligit, hūc suis impulsibus, quasi quibusdam gladiis scindunt. Nulla cordis quies est. Prostratum in infimis iacet suæ cogitationis pondere depressum. Aut rara valde aut nulla hoc in sublimia penna contemplationis leuat. Torpet ignaua mens, & circumlatrantibus curis temporalibus iam penē ad stuporem deducta, cogitur modo terrena agere, modo etiam quæ sunt carnalia dispensare. Aliquando verò fastidio exigente compellitur, quædam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquat? Victa suo pondere sanguinem em fudat. Nisi enim

Epi. 124.

Proh. 4.

E

Epi. 125.

F

Ruth. 1.

Psal. 72.

Psal. 83.

EE sanguinis

**G** sanguinis nomine culpa censeretur, Psalmista non diceret: **Psal. 50.** Libera me de sanguinibus. Cum vero culpam culpis iungimus, hoc quoque quod per alium prophetam dictum est implemus: Sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, cum culpa culpæ adiungitur, ut iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter hæc per omnipotentem deum deprecor, in perturbationis fluctibus lapsum tuæ orationis manu me teneas. Quasi enim prospero flatu nauigabam, cum tranquillam vitam in monasterio ducerem. Sed procellosis subito motibus tempestas exorta, in sua perturbatione me rapuit, & prosperitatem itineris amisi: quia quiete perdita mentis naufragium pertuli. Ecce nunc in undis versor, & tuæ intercessionis tabulam quero, ut qui in nauis integra diues peruenire non meruit, saltem post damna ad litus per tabulam reducar. De podagræ verò molestia sanctitas vestra ut scribit affligitur, cuius dolore assiduo & ipse vehementer attritus sum. Sed facilis erit consolatio, si inter flagella quæ patimur, quæq; fecimus ad memoriâ delicta reuocemus, atque hæc non iam flagella sed dona esse conspiciamus, si quia carnis delectatione peccauimus, carnis dolore purgamur. Præterea ex benedictione beati Petri Apostolorum principis palliū vobis transmisi, valde debui qualiter vobis esset viuendum admonere. Sed locutionem supprimo, quia verba moribus anteitis. Omnipotēs deus sua vos protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ cū multiplici animarū fructu perducatur. **H** Ego autem quanta occupatione deprimar & debilitate, breuis attestatur Epistola, in qua ei quem multum diligo, parum loquor.

*Gregorius Necharedo regi Visigothorum. De muneribus sancto Petro transmissis. Factum David ad memoriam reducit, qui aquam noluit bibere. Crucem transmittit in qua de ligno domini erat, & de capillis sancti Ioannis Baptiste.*

Caput. CXXVI.

**E**xplere verbis excellentissime fili non valeo, quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe noui diebus nostris virtute miraculi, quod per excellentiā tuā cuncta Gothorum gens ab errore Arianae hæresis in fidei rectæ soliditatem translata est, exclamare cum propheta libet: **Psal. 76.** Hæc est immutatio dexteræ excelsi. Cuius enim vel saxeam peccus tūto hoc opere cognito nō statim in omnipotentis dei laudibus, atque in tuæ excellentiæ amore mollescat: Hæc me fateor quæ per vos acta sunt sæpe conuenientibus filiis meis dicere, sæpe cum eis pariter admirari delectat. Hæc me plerunque etiam contra me excitant, quod piger ego & inutilis tunc inerti otio torpeo, quando in animarum congregationibus pro lucro cœlestis patriæ reges elaborant. Quid itaq; ego in illo tremendo examine iudici venienti dicturus sum, si tunc illuc vacuus venero, vbi tua excellentia greges post se fidelium ducet, quos modo ad veræ fidei gratiam per studiosam & continuam prædicationem traxit? Sed est mihi bone vir hoc ex dei munere in magna consolatione: quia opus sanctum quod in me non habeo, diligo in te. Cumque de tuis actibus magna exhortatione gaudeo, ea quæ per laborem tua sunt, per charitatem mea sunt. De conuersione igitur Gothorum in vestro opere, & in nostra exultatione libet cū angelis exclamare: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nos enim, ut existimo, gratiarū amplius omnipotenti domino debitores sumus, qui & si vobiscum nihil egimus, vestro tamen operi congaudendo participes sumus. Beatus verò Petrus Apostolorum princeps quā libenter munera excellentiæ vestræ suscepit, ipsa cunctis liquidō vita vestra testatur. Scriptum quippe est: **Prover. 15.** Vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis dei iudicio quid datur, sed à quo datur aspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: **Genes. 4.** Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius nō respexit. Dicitur quippe quia dominus respexit ad munera, præmisit sollicitē quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur: quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio quā sit grata ostenditis, qui daturi au-

rum, prius ex conuersione gentis subditę animatum munera deditis. Quod verò transmissos abbates, qui oblationem vestram beato Petro Apostolo deferrebant, vi maris dicitis fatigatos ex ipso itinere ad Hispanias remeasse, non munera vestra repulsa sunt quæ postmodum peruenerunt, sed eorū qui transmissi fuerant constantia est probata, an scirent sancto desiderio obiecta pericula vincere, & in fatigatione corporis mente minime lassari. Aduersitas enim quæ bonis votis obicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis. Quis enim nesciat quā prosperum fuit quod beatus Paulus Apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat, & tamen veniens naufragiū pertulit? Sed nauis cordis in marinis fluctibus integra stetit. Præterea indico, quia creuit de vestro opere in laudibus dei hoc quod dilectissimo filio meo Probino presbytero narrante cognoui: quia cum vestra excellentia cōstitutionem quandam contra Iudæorum perfidiam dedisset, hi de quibus prolata fuerat, rectitudinem vestræ mentis iniectere pecuniarum summam offerendo moliti sunt, quā excellentia vestra contempsit, & omnipotentis dei placere indicio requirens, auro innocentiam prætulit. Quia in re mihi David regis factum ad memoriam venit, cui dum concupita aqua de cisterna Bethleemica quæ inter hostiles cuneos habebatur, ab obsequentibus militibus fuisset allata, protinus dixit: Abiit à me, ut sanguinem iustorū hominū bibam. Quia quia fudit & bibere noluit, scriptum est: **1. Paral. 11.** Libauit eam domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium dei versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotentis deo rex obtulit, qui pro amore illius non aquam sed aurum accipere contempsit: Itaque fili excellentissime fidenter dicam, quia libasti aurum domino, quod contra eum habere noluisti. Magna sunt hæc & omnipotentis dei laudi tribuenda. Sed inter hæc vigilanti sunt studio antiqui hostis insidiæ caudæ, qui quanto maiora in hominibus dona conspicit, tanto hæc auferre subtilioribus insidiis exquirat. Neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vasecula vel argenti ferunt. Via quippe est vita præiens. Et tanto quisque necesse est ut insidiantes spiritus caueat, quanto maiora sunt dona quæ portat. Oportet ergo excellentiam vestrā in tanto hoc de conuersione gentis subditę munere quod accepit, summo opere custodire prius humilitatem cordis, ac deinde munditiam corporis. Cum enim scriptum sit: **Luc. 14. 11.** Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur, profecto liquet quia ille veraciter alta amat, qui mentē suā ab humilitatis radice nō desecat. Sæpe namq; malignus spiritus ut bona destruat quibus prius aduersari nō valuit, ad operantis mentē post peractā operationē venit, eaq; tacitis cogitationibus in quibusdā suis laudibus excutit, ita ut decepta mens admiretur ipsa quæ sint magna quæ fecit. Quæ dū per occultū tumore apud semetipsum extollit, eius qui donū tribuit, gratia priuat. Hinc est enim quod per prophetę vocē contra superbientem animā dicitur: **Ezech. 16.** Habens fiduciā in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Fiduciā quippe animā in pulchritudine sua habere, est in semetipsa de iusta actione præsumere. Quæ in suo nomine fornicatur, quando in hoc quod recte egit, non conditor s laudē dilatari appetit, sed suæ opinionis gloriam requirit. Hinc rursum per prophetam scriptum est: **Ezech. 32.** Quo pulchrior es, descende. Anima etenim vnde est pulchrior, inde descendit, quando ex virtutis decore quo exaltari apud deum debuit, ab eius gratia per suam elationem cadit. Quid ergo in his agendum est, nisi ut malignus spiritus cum nobis ad eleuandā mentē reducat bona quæ egimus, nos semper ad memoriam mala nostra reuocemus? quatenus & nostra cognoscamus esse quæ peccando fecimus, & solius omnipotentis dei munera, cum peccata declinamus. Custodienda est quoq; munditia corporis in studiis bonæ actionis: quia iuxta vocem prædicantis Apostoli: **1. Corint. 7.** Templum dei sanctum est, quod estis vos. Qui rursus ait: **1. Thef. 4.** Hæc est enim voluntas dei, sanctificatio vestra. Quam sanctificationem quid dixerit, ostendens protinus adiunxit: Ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat vnusquisque vestrū suum vas possidere in sanctificatione & honore, & non in passionibus desiderii. Ipsa quoque regni gubernacula erga subiectos magno sunt moderamine temperanda, ne potestas meatem furripiat. Tunc enim



Iaco. I.

Iaco. I.

**A** enim regnum bene regitur, cum regnandi gloria animo non dominatur. Curandum quoque est ne ira surrepat. Ne fiat citius omne quod licet. Ira quippe etiam cum delinquentium culpas exequitur, non debet menti quasi domina preire, sed post rationis tergum velut ancilla famulari, ut ad faciem iustitiam. Nam si semel mentem possidens coeperit, iustum esse deputat etiam quod crudeliter facit. Hinc enim scriptum est: Ira viri iustitiam dei non operatur. Hinc rursus dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Hæc autem vos auctore deo omnia seruare non ambigo. Sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris actibus me furtiue subiungo, ut cum non admunti facitis, quando vobis admonens additur, iam non soli faciatis. Omnipotens autem deus in cunctis actibus vestris, celestis brachij extensione vos protegat, vobisque & presentis vite prospera, & post multa annorum curricula gaudia concedat æterna. Clauim verò paruulam à sacratissimo beati Petri Apostoli corpore pro eius benedictione transmissimus, in qua inest ferrum de catenis eius inclusum, ut quod collum illius ad martyrium ligauerat, vestrum ab omnibus peccatis soluat. Crucem quoque deditatori presentium vobis offerendam, in qua lignum dominicæ crucis inest, & capilli beati Iohannis Baptistæ. Ex qua semper solatium nostri saluatoris per intercessionem præcursoris eius habeatis. Reuerentissimo autem fratri & coepiscopo nostro Leandro pallium à beati Petri Apostoli sede transmissimus, quod & antiquæ consuetudini & nostris moribus, & eius bonitati atque grauitati debeamus. Item in anagnostico ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia Neapolitano quodam iuvene veniente mādare curauerat, ut piissimo imperatori scriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ Iulianum principem & iura regni vestri fuerāt remissa, ut ex his colligeret quid vobis seruare debuisset. Sed ad hoc faciendum duæ res mihi vehementer obstiterunt. Vna quia chartophylacium prædicti piæ memoriæ Iulianiani principis tempore, ita surripiente subito flamma incensum est, ut omnino ex eius temporibus penè nulla charta remaneret. Alia autem, quia, quod nulli dicendum est, ea quæ contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, atque hæc pro me in medium proferre. Ex qua re hortor ut vestra excellentia suis moribus congrua disponat, & quæ ad pacem pertinent, studiosè peragat, ut regni vestri tempora per longa sint annorum curricula in magna laude memoranda. Præterea transmissimus clauim aliam à sacratissimo beati Petri Apostoli corpore, quæ cum digno honore reposita, quæ apud vos inuenit benedicendo multiplicet.

Gregorius Italie patriciæ & Venantio. Conqueritur de doloribus eius. Caput. CXXXVII.

Epi. 127.

**Q**uodam de Sicilia venientes affectu quo debui de sospitate vestra excellentiæ requirere curavi. Sed de assiduitate egritudinum mihi tristitia responderunt. Hæc autem dicens nec ego vobis de meipso inuenio aliud quod debeat nunciare, nisi quod peccatis meis exigentibus ecce iam vndecim menses sunt quod valde rarum est si de lecto surgere aliquando potuero. Tantis enim podagra tantisque molestiarum doloribus premor, ut vita mea mihi grauissima pena sit. Quotidie enim in dolore deficio, & mortis remedium expectando suspiro. In clero verò huius vrbis & populo tanti febrium languores irruerunt, ut penè nullus liber, nullus seruus remanserit, qui esse idoneus ad aliquod officium vel ministerium possit. De vicinis autem vrbus strages quotidie mortalitatis nobis nūciant. Aphrica autem qualiter mortalitate & languoribus vastetur, quanto viciniores estis, tanto credo quod subtilius cognouistis. De Oriente verò qui veniunt, grauiores desolationes nūciant. In his itaq; omnibus quia appropinquante fine mundi generalem percussione esse cognouistis, affligi nimis de propriis molestiis non debetis. Sed sicut sapientes nobiles decet, omne cor ad animarum curam reducite, districtum iudiciū quanto sit vicinius, plustimete. Studiis pietatis intendite, de qua scriptum est, quod promissionem habeat vite præsen-

tis & futuræ. Potens est autem omnipotens deus vitam vestra excellentiæ & hic in longo tempore conseruare, & post multa annorum curricula ad gaudia æterna perducere. Dulcissimas filias meas dominam Barbarā & dominam Antoniam mea pro vice salutari. Quas oro ut superna gratia protegat, eisque prosperari in omnibus concedat.

Gregorius Donello erogatori. De prouisione Romanæ ciuitatis. Caput. CXXXVIII.

**E**pistolam gloriæ vestra plenam, boni filij, charitate suscepimus, ex qua quidē de molestia corporis vestri noster est animus contristatus. De diuina tamen miseratione confidimus, quod qui vos miseram & deiectam diligere fecit Italiam, ipse vobis & corporis salutem restituat, & in æterna retributione compenset. De militari enim toga, quam vos contra voluntatem vestram principali significatis iussione iterum suscepisse, omnino sumus libenter complexi, scientes quia magnitudo vestra cautiore salubrioriq; prouisione militari necessitati concurrat. De sex verò centenariis, qui in cimiliarcho Rauennati Ecclesiæ fuerant commēdati, sicut vestra testatur Epistola, ab excellentissimo Exarcho in quotidiana militum præfectura sunt mutati, qui ut hæcenus minime restarentur, cuius sit causa cognouistis. Quod enim scripsistis, hoc prædicto filio nostro Exarcho visum esse, ut quia pax ad conclusionem tenuit de pecuniis hinc competentibus, primum ut togam illarum partium faciatis, gloria vestra cautè prospiciat si vel fieri debet, vel sit quoquo modo præsumendum, ut si præfectura illarum partium acceptas pecunias recuperare negligit, hæc partes ob hoc periculum de militis nuditate sustineant. Sed i quibus mutata ipse dicunt pecuniæ, debent à mutante constringi, quatenus sicut nonerunt expensæ centenaria ipsi restituant, & pecuniæ quæ sine erogantis non possunt tangi periculo, subtractæ quibus debentur, admissio quod nobis imminet periculo, minime aliis dispergantur indebitè. Et hoc quidē nos nec cum nouo in causa viro Romanarum partium ignauo agimus. Cui quippe constat quod si pax reparata minime fuerit, belli tempore in his locis nisi solius diuinæ potentia maiestatis, humanum non præualeat subuenire remedium. Sciens ergo magnitudo vestra voluntatem dominorum principum quanta de Romanæ ciuitatis cura præcipue subuentione sit prouida, quod ex donis eorum euidenter agnoscitur, sed & partium istarum imminens periculum omnino curetæ est, & ciuitatis cum pecuniis huc venire. Quod si omissum fuerit, & aduersi aliquid, quod non optamus, euenierit, neq; apud deum, nec apud rerum dominos cuiuslibet obtentu personæ vos excusare quoquo modo valeatis. Romana enim ciuitas peccatis nostris facientibus diuersis est attrita languoribus, ut nec qui in murorum custodia sint, idonei persistant.

Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De usu pallii, & ratione eius. Caput. CXXXIX.

F

**S**uceptis fratris & coepiscopi nostri Mariniani epistolis, sed & Castorio chartulario nostro remeate fraternitatem vestram plenissime de his quibus dubietas fuerat, satisfecisse cognouimus, magnasq; omnipotenti deo gratias agimus: quia de meo corde medullitus omnis rancor sinistra suspensionis euulsus est. Pro qua re Stephanū comunē filium diaconem vestrū cum summa volui celeritate laxare. Sed hunc apud me vel paucis diebus immorari, dolores crebri mearū egritudinū compulerunt. At postquam meliorari vel modicum cepi, eum protinus cum gaudio transmittere curavi. Itaq; pallium ad sacra missarum solennia vtendum ex more trāsmisimus, cuius vos volumus per omnia genium vendicare. Huius enim indumenti honor, humilitas atq; iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem, & in aduersis si quando eueniunt, cum iustitia erectam: amicam bonis, peruersis contrariam. Nullius inquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordiæ operibus iuxta virtutem substantiæ insistens, & tamen insistere etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquā de propriis exultans, in corrigendis autem vitiis lauiens, in fouendis virtutibus au-

Epi. 129.

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G ditorum animos demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis suae censuram non desrens. Haec est frater charissime pallij accepti ratio, quam si sollicitè obseruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habes. Praeterea fratrem & coepiscopum nostrum Sauiianum fraternitati vestrae in omnibus comendo, & si quae causae sint, interim postponantur. Charitas inter vos fixa permaneat, ut sic de exterioribus, si quando contentio vertitur, examen veniat, quatenus mentem charitas non relinquat. Commune quoque filium Honoratum archidiaconem commendamus. De quo, si ita est, sicut per Castorium chartularium nostrum didicimus: quia per eum iam tres antea archidiaconi seruare consuetudinem Ecclesiasticam, qui quinquennio expleto exendo compulsi sunt, tuae quidem volumus ut charitatem sanctitatis inueniat. Nam flagitari iudicium non debet de causa quam ipse iudicauit. Sin verò ita non est, omni mentis tumore depresso, omnique odio postposito, debet in charitate recipi, & nullatenus a loco in quo inuentus est, amoueri. Mesianum quoque clericum, qui ad nos confugerat, communi filio Stephano diacono fiducialiter dedimus, certi quia quem nos vestrae fraternitati transmittimus, vos in eo non odium, sed gratiam potestis ostendere. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, detque nobis ita agere, ut post huius temporalitatis fluctus, ad aeterna valeamus simul gaudia peruenire.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De Philagrio. Caput. CXXX.

Epi. 130.

**L**icet multum fraternitatem vestram ad seruandam sibi iustitiam Philagrii portitoris praesentium flagellum caecitatis inuitet, veruntamen quia ad restauranda quae sibi prauidicialiter asserit detineri, per nos vos voluit fieri promptiores, praesentia ad vos scripta prauidimus dirigenda. Questus autem est campum cum vinea sua ab Ecclesiae vestrae hominibus irrationabiliter occupatum. Quod si ita est, quauis ante iudicium possessio ei debuerat violenter ablata restitui, tamen quia peruenit communis filius Euentus diaconus vester, consentiente praefato latore constituit per quinque testes partem Ecclesiae vestrae satisfacere posse, eiusdem Ecclesiae iuris illum esse. Ideoque fraternitas vestra praedictum Philagrium contra iustitiam laborare non faciat, sed modis quibus potuerit, veritatem diligenter inquirat. Et si manifeste sicut hic constituit, probari potuerit vestri iuris esse, huic propter deum citius satisfaciendum est, ut a sua intentione sine labore discedat. Alioquin ante omnem contentionem res eius tuta vestra prouisione reddatur, ut sua cuique parti integra post hoc maneat de proprietate cognitio. Quia verò pro eo quod vobis nescientibus inde discessit, vestros se existimat animos offendisse, fraternitas vestra ei dulcedinem suae charitatis ostendat, ut cognoscat se longe aliter quam debuit de sacerdote credidisse. Sed quoniam & sanctorum Apostolorum liminibus se, ut ait, praesentare desiderat: quoties venire voluerit, nullius impedimento auertatur, sed vestrum magis habeat in hac parte solatium. Indicauit praeterea praedictus portitor quod collecta facta inter alios ciuitatis Ianuensis habitatores ipse dare pariter compellatur. Et miramur ut qui magis misericordia dignus est vobis praesentibus praegratuetur. Quod si ita est, denuo ab eo per quemlibet exigere vestra sanctitas non permittat: quia eum quem caecitas sua grauat, inhumanum nimis est in collatione affligere: cui si esset magna necessitas, debuit ex collatione misereri. Quia verò ab Ecclesia Dertonensi puerum suum iniuste queritur detineri, fraternitas tua praedictae ciuitatis episcopo curet scribere: ut, si ita est, sine aliqua illum contentione restituat. Qui si aliter ei se forte responderit, aut apud vos, aut apud arbitros causa haec cognoscenda sine excusatione est aliqua facienda. Nam idem Philagrius puellam suam cum filijs & nepotibus, de qua, ut ait, nulla est quaestio, eundem puerum suum nomine Maurum maritum suum secutam innotuit. Ex qua re actum est ut per eum de quo est contentio, etiam alij de quibus nulla est quaestio, teneantur. Quod si veritate subsistit, puella illi cum filijs & nepotibus sine aliqua altercatione reddenda est, & tunc de supra scripto Mauro quaestione ventilata,

quod ratio suaserit, terminetur. Quod si forte & de vxore ipsius aliqua dicitur esse contentio, & hoc quoque ita interuentu iudicij finiatur, ut vobis illic praesentibus ad nos de memoratis causis denuo praedictus portitor necessitate remeandi non habeat.

Finium Epistolae Indictionis secundae.

Incipiunt Epistolae Indictionis tertiae ex registro beati Gregorij Papae.

LIBER OCTAVVS.

Gregorius Romano defensori. De Lucillo episcopo qui ministeria Ecclesiastica iniuste abstulit.

Caput. I.



**N**ihil proficit sacerdotum culpas vel cisci, & commissa digna deiectione crimina vindicare, si eis qui conuicti facinore deponuntur, amissio honoris solatium, & casus sui coeperint esse compendium. Questus itaque nobis est frater & coepiscopus noster Traianus Lucillum quondam insulae Melitenis episcopum, flagitij sui iniquitate perterritum, non solum res Ecclesiae cuius non rector, sed inimicus potius extitit, abstulisse, verumetiam plurima cum eidem Ecclesiae competentia de praeteritis retinere. Quippe qui in fabricam, vel sartatecta ipsius nihil pertulit expendere, sed mente sacrilega suis totum studuit compendijs applicare. Et quia graue nimis ac contra deum est, ut sua illi deiectione non sit poena, sed commodum, experientia tua cum districtè commoneat, ut quicquid abstulit, vel apud se de praeteritis retinet, sine mora restituat. Qui si indita sibi nequitia negare forte voluerit, quia facile dicitur posse conuinci, vna cum reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Ioanne Syracusano residens, subtili inquisitione huius rei veritatem rimamini, quatenus probatione habita, quicquid eum tulisse vel surripuisse clauerit, palam verecundia confusus restituat, quod inuerecunde clam abstulit. Petrum autem praedicti Lucilli filium, similiter tui studij sit admonere, ut quia & ipse supra dictae Ecclesiae tulisse plurima perhibetur, honesta ea consideratione restituat, alioquin vestro & ipse est iudicio praesentandus, ut praecedente subtili inquisitione, utrorumque causa valeat vno fine concludi. Praeterea petit a nobis supra scriptus Traianus frater noster, ut de monasterio suo, quod in ciuitate Syracusana situm est, ei quatuor vel quinque dari monachi debuissent. Quod pro eius solatio nequaquam existimauimus denegandum: quia ad locum proficiscens incognitum, si proprios quorum consolatione vtatur non habeat, mens affecta tristitia minus se ad ea quae utilitatis sunt erigit, & ante incipit succubere, quam laborare. In qua re ne supra scripti reuerentissimi fratris & coepiscopi nostri Ioannis priuilegiorum videremur praerogatiuam minuere, ita hoc illi noueris esse concessum, ut tamen fratris & coepiscopi nostri Ioannis sit arbitrio per omnia reseruatum. Quia ergo petitioni suae praedictus frater noster adiecit, ut pueros quos de pecunia sua comparauit, ac suos patrique sui codices, aut res alias proprias quas in eodem monasterio habet, ei sit tollendi licentia, ratio nos hoc negare non pertulit. Sed ne postulata videamur indiscretè concedere, hanc tenendam obseruantiam scito, id est, ut quicquid postquam ab abbatis remotus est officio, comparauit, vel quolibet titulo acquisiuit, libera illi tollendi facultas sit. Sed & hoc quod de monasterio illo in quo conuersus est, quod in puincia Valeria in possessione iuris sui patris eius manifestum est construxisse, pellente hostilitate discedens abstulit, secumque detulit, sine aliqua dubietate ei reddendum est: quia alterius inquisitionis ius effugit, quod semel monasterij fuerit dominio sociatum. Siquid autem dum adhuc illic abbatis fungeretur officio acquisiuit, non suum sed monasterij ipsius esse cognoscat. Et ideo de iure illud eiusdem monasterij aufertur vterius quolibet modo non patimur.

**A** timus Legatum autem quod antedictum fratrem nostrum il-  
lud capitulum conditrix supradicti monasterii singulis an-  
nis de eodem monasterio per vltimam voluntatem suam ha-  
bere constituit, experientia tua solatiante, iustitia faciente, si-  
ne aliqua faciat dilatione percipere.

*Gregorius Mauricio Augusto. De denariis sancto Pe-  
tro transmissis. Caput. II.*

Epi. 2.

**D**ominorum pietas, quae suos consuevit misericorditer  
famulos continere, ita benigna hic subuentione  
resplendit, vt cunctorum debiliu inopia, largita  
tis eius sit consolatione subleuata. Pro qua re lachrymabili  
prece omnes deposcimus, vt omnipotens deus qui clementiae  
vestrae ad hoc corda compunxit, incolume in amoris sui co-  
stantia dominorum seruet imperium, & victorias eorum in  
cunctis gentibus auxilio suae maiestatis extendat. Triginta  
itaque libras auri quas confamilus meus Busa detulit, Scri-  
bo sacerdotibus, egenisque & aliis fideliter erogauit. Et quia  
quaedam in hanc urbem sanctimonialia feminae ex diuersis  
provinciis fugientes, post captiuitatem venerunt, ex quibus  
quantum locorum possibilitas recipit, aliqua in monasteriis  
datae sunt: quae vero in eis minime capi potuerunt, singulariter  
degentes inopem vitam ducunt: placuit vt hoc quod ca-  
cis, truncis aliisque debilibus superesse posset, eis erogari de-  
buisset: dummodo non solum dominorum misericordiam indi-  
gentes indigenae, sed aduenientes etiam peregrini susciperent.

**B** Vnde actum est vt simul omnes pro vita dominorum cōcor-  
diter orarent, quatenus omnipotens deus longa vobis & quiete  
tempora tribuat, & pietatis vestrae felicissimam sobolem  
diu in Romana republica florere concedat. Togae quoque mi-  
litum ita per praedictum confamilum meum Scribonem, praesente  
quoque glorioso Rasco factae sunt, vt dona dominorum  
cuncti sub disciplina debita gratias agendo susciperent, &  
hoc quod eis prius dominari consueuerat, omne murmur  
auerterent.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De  
monasterio Romani consecrando. Caput. III.*

Epi. 3.

**F**raternitati vestrae esse non putamus incognitum: quia  
Romanus clarissimae memoriae vir, per vltimae suae vo-  
luntatis arbitrium, in domo iuris sui Ecclesiam quae in  
ciuitate vestra sita est, edificari deputauit. Et quia, deo mise-  
rante, defuncti noscitur voluntas impleta, sanctitas vestra il-  
lic ingrananter accedat: & si nullum ibidem corpus constat  
humatum, locum ipsum in honorem sanctorum Hermetis, &  
Sebastiani, atque Cyriaci, necnon & Pancratij solenniter stu-  
deat absque nullis publicis cum veneratione debita consecra-  
re, ita vt in eodem loco baptisterium nunquam constituitur, nec pre-  
sbyterum constituas cardinalem. Sed quoties missas ibi de-  
gentes illic monachi fieri voluerint, a dilectione vestrae pre-  
sbyterum nouerint postulandum, quatenus nihil tale a quo-  
libet alio sacerdote vllatenus praesumatur.

*Gregorius Pantino defensori. De mancipiis Romani  
spectabilis viri. Caput. IIII.*

Epi. 4.

**M**ancipia iuris Romani spectabilis memoriae viri,  
qui in domo sua quae in Neapoli sita est, monaste-  
rium ordinari constituit, habitare in Sicilia perhi-  
bentur, et quia monasterium ipsum iuxta voluntatem eius no-  
scitur ordinatum, experientia tua praesentium portitoribus  
qui ad recolligenda mancipia ipsa illuc directi sunt, omni  
studio solatiari festinet. Et recollectis eis, possessiones illis  
vbi laborare debeant, te solatiante cōducatur. Et quicquid eorum  
labore accesserit, reseruato vnde ipsi possint subsistere, reli-  
quum ad praedictum monasterium experientiae tuae cura annis  
singulis auxiliante domino transmittatur.

*Gregorius Saino subdiacono Regionario. De Sisinnio  
presbytero culturae idolorum dedito. Caput. V.*

Epi. 5.

**C**um plerumque quod in laicis culpa non est, hoc crimē  
in sacro sit ordine constitutus, quāta in eis districtio-  
ne puniendū sit piaculare flagitium, qui zelo rectitu-  
dinis vritur, non ignorat. Quorumdam siquidē relatione perla-  
rum est, quia Sisinnius Regitanæ ciuitatis presbyter, quod au-  
ditu ipso intolerabile nimis est, idolorum venerator ac cul-  
tor est, adeo vt in domo sua quoddam idolum positū habere

praesumeret. Sed & quod non dissimile nefas est, sodomiti-  
co illum scelere maculatum. Et ideo quia tantī facinoris ini-  
quitas districta atque subtili inuestigatione quaerenda atque  
plectenda est, hac tibi autoritate praecipimus, vt vigilantī  
studio, & diligenti omnino cura perquiras. Et si qua indicia  
apprehendere huius rei potueris, cum in custodia districta,  
quousque nobis renuncies redigas, vt qualiter immanissimum  
facinus discenti debeat ac puniri, deliberare possimus. Scito  
autem quia studium, zelusque tuus qualis contra nefandissima  
sit crimina, haec causa est sine dubio monstratura, per qua  
te apud nos, aut multum de sollicitudine commendari, aut pe-  
riculose de neglectu noueris accusari. Vnde necesse est, vt  
ita te vigilantem in hac requisitione studeas exhibere, quate-  
nus & nos de sollicitudine tua laetifices, & deum tibi facias  
esse placabilem. Hoc quoque nobis de praedicto presbytero  
nunciatum est, quod Victorinus presbyter ei cum diuersis re-  
bus vel ornamentis auctoritati suae pecuniam cōmendasset, qui  
dum depositū abnegaret, iudicio habito conuictus est, & vnde  
reddere debuisset, addictus sit. Et quia eo restituere id quod  
condemnatus est differente, is qui deposuisse dicitur obiit, &  
necessitate eius perhibentur filij laborare, & hoc experientia  
tua diligenter inquirat, atque ita, salua ratione, ad finem hanc  
causam perducatur: dummodo, si ita est, nec ille res alienas  
perfidia mente retineat, & orphanum quod suum est vel amisso  
patre recipiant.

*Gregorius Saino subdiacono. De iniustitia Stopaulo &  
Marcello facta. Caput. VI.*

Epi. 6.

**L**atotes praesentium Stopaulus atque Marcellus liberti  
quondam Comicioli excubitoris, questi nobis sunt al-  
terentes duas substantiae suae vncias quas libertis suis  
idem dominus eorum per paginam testamenti sui legauerat,  
ab haerede filia ipsius Maria vxore Pardi clerici necdum si-  
bi esse completas. Et vt legatum ipsum differre valeat, ab he-  
rede eadem ipsius status sui sibi fieri terrorem insinuant.  
Et quoniam ea quae relicta sunt, tua postulant instantia ad-  
impleri, idcirco tibi hac autoritate praecipimus, vt praedi-  
ctam Mariam commoneas, quatenus voluntatem patris, au-  
thoritateque sui implere non differat, studiisque tui sit, vt nullis co-  
thorisationem dispensandi debeant subiicere. Quod si forte ab  
hac re solutione aliqua nititur excusatione defendere, me-  
diis sacrosanctis Euangelis causam subtiliter perscrutari,  
& ita quae legis ac iustitiae ordo postulauerit diffinitē con-  
uenit, atque diffinita effectui mancipare, vt haec ad nos denuo  
querela non redeat. Quia vero comperimus duas vncias sub-  
stantiae suae praedictum testatorem sanctae Ecclesiae sancti Ge-  
orgij vbi se sepeliri voluit legauisse, curae tuae sit vt eisdem  
duas vncias substantiae suae, si tamen necdum completae sunt,  
praedicto loco modis omnibus vindicare debeas, vt praedi-  
ctae voluntatis intentio, etiam inuita haerede ad effectum per om-  
nia perducatur, nec in hac re amplius differri quae relatae sunt  
patiatis. Nam sacrilegum & contra leges est, si quis quod ve-  
nerabilibus locis relinquatur, prauae voluntatis studiis, suis  
tentauerit compendiis retinere.

*Gregorius Theodoro curatori. Ioannem praefe-  
ctum commendat. Caput. VII.*

Epi. 7.

**Q**uanuis gloriae vestrae bonitas semel sibi commenda-  
tos nesciat oblivioni mandare, veruntamen scientes  
hac eadem iterata charissimum filium non  
onerose suscipere, scribere nos quae iam dudum scrip-  
psimus, non piget. Quia ergo Ioannes gloriosissimus filius  
noster praefectus vrbis ad deducendam huc coniugem suam  
latorem praesentium Ioannem clarissimum virum illic no-  
scitur transmisisse, hunc paternae dilectione salutantes peti-  
mus, vt quia memoratus gloriosissimus filius diuisus hic co-  
sistere non potest, venienti coniugi ipsius gloriae vestrae sin-  
ceritas patrocini sui opem ferat. Et vt securius iter suum, deo  
custodiente, peragere valeat, ad Perusinam ciuitatem mili-  
tari eam solatio fulciri disponat, quatenus & antedictus glo-  
riosus vir amplius patrocini vestris sit deditus, & nos dul-  
cissima gloriae vestrae gratias referamus.

*Gregorius Mariniano episcopo Rauennae. Ioan-  
nem praefectum commendat. Caput. VIII.*

EE ij

Gloriosissimus



Epi. 8.

**G**loriosissimus filius noster Ioannes praefectus vrbis ad hoc illuc latorem praesentium Ioannem viru clarissimum destinavit, vt gloriosam coniugem ipsius deo debeat protegente huc perducere. Quam & nos hic volumus per omnia aduenire, vt praedictum gloriosissimum filium nostrum non diuisum, sed totum habere possimus. Fraternitas itaq; vestra sollicitudinem gerat, ne quod impedimentum ad veniendum sustineat, atq; vt hic citius adesse valeat, studiosè concurrat. Et ita se circa eam quocunq; exegerit vsus exhibeat, vt nec suum abesse coniugem sentiat, & nos in vobis modis omnibus praesentes esse cognoscat.

*Gregorius Mariniano episcopo Rauennae. De sanlimoniali de monasterio egressa, & marito sociata.*

*Caput. IX.*

Epi. 9.

**S**ilatoris praesentium Stephani viri clarissimi querela veritate subsistit, omnino nos fraternitas vestra contristatos intelligat, cur tam pigra vel deses extiterit, vt ante ad nos facti prauitas, quam correctio perueniret. Quis illis itaque est quod cognatam eius, cui aliquando Petrus quidam nequissimus diabolico instinctu de monasterio exire suaserat, atq; a Gratioso notario nostro fuerat mutato habitu vnde exierat reuocata, nequissimus vir iniqua suasionem de monasterio rursus euiciens, apud se nunciusq; impudicè retineat. Ex qua re valde nos, sicut diximus, tua desidia contristauit. Ex qua nec dum in monasterium reuocata sit ac retrusa. Vel nunc ergo propositi tui consideratio & zelus te castitatis accendat, id summopere modis quibus potueris studere, vt asperitatem qua de tanta iniquitatis perpetratioue concepimus, eis citius valeas correctione mollire. Nam & Vitali defensori praecipimus, vt vobis haec in causa solatiari non differat. Sed quia memoratus Petrus ab homine filij nostri magnifici Filoxeni dicitur defendari, apud eum vobis cum omni studio & charitate instanter agendum est, vt eam sine aliqua faciat dilatione restitui, quem credimus hoc, quia bonus omnino vir esse dicitur, sine mora facturum. Quod si forte, quod non credimus, aliqua hoc fuerit excusatione dilatatum, tunc etiam publice contestandus est. Atq; fraternitas nobis vestra renuet, vt exinde in vrbem regia scribamur, quatenus quod fieri honestè negligitur, ea qua dignum est vltione plectatur.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De decem auri libris Basilio Cypriano episcopo transmissis.*

*Caput. X.*

Epi. 10.

**G**loriosi filij nostri, Cethegus atq; Flora iugales, pro certis causis suis Maximum virum clarissimum Palatinum priuatarum ad Siciliam transmittentes, decem libras auri a reuerentissimo filio nostro Basilio Capuanæ ciuitatis episcopo, qui illic iam esse dignoscitur, suis utilitatibus profuturas dari de pensionibus Ecclesiastici patrimonij voluerunt. In quarum restitutione ne qua mora fieret, aut difficultas forte contingeret, quantitatem ipsi dilectissimo filio nostro Bonifacio diacono tradiderunt. Et ideo quia nostros nos filios, & praesertim vbi damnum minimè sentit Ecclesia, non conuenit contristare, his fraternitati tuae mandamus apicibus, vt supra scripto fratri, coepiscopoque nostro Basilio, & Maximo viro clarissimo secundum voluntatem praedictorum filiorum nostrorum Cethegi atq; Floræ, gloriosarum personarum, decem libras auri sine tarditate post subditam de suscepto paginam dare debeatis, quatenus dum nulla in accipiendis mora prouenerit, & illi mandata sibi, vt nouerint, vtiliter exequantur, & pars Ecclesiae rationabiliter sit munita.

*Gregorius Romano defensori. De Basilio episcopo in causis forensibus occupato.*

*Caput. XI.*

Epi. 11. Parte. 1. dis. 38. ca. Perlatum.

**P**erlatum ad nos est reuerentissimum fratrem nostrum Basilium episcopum velut vnum de laicis in causis secularibus occupari, & praetoria inutiliter obseruare. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem susceperit, cum ita ad reuertendum districta executione compellat, quatenus ei illic te insistente quinq; diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat, ne si quolibet modo eum

ibidem moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauius incipias esse culpabilis.

*Gregorius Gudiscalco duci Campaniae De infractione monasterij sancti Archangeli.*

*Caput. XII.*

**I**lla praepositorum sollicitudo utilis est, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat. Restrīgenda ergo sub ratione potestas est, nec quicquam agendum, priusquam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne putat ira quod fecerit. Peruenit itaque ad nos magnitudinem tuam usq; ad hoc esse impetu furoris impulsam, vt non solum frangi ianuam monasterij sancti Archangeli, verum etiam diripi exinde quod ibi inuentum est feceris. Insuper autem sic contra abbatem eiusdem monasterij diceris exarsisse, vt nisi occultans se, iracundiae tuae tempore latuisset, non leue discrimen incurrisset: deniq; vt metu tuo perterritus, de domo in qua se olim receperat, exire nunciusq; non audeat. Quod ne frustra fecisse forsitan videreris, fugam monachi ipsius, qui ad hostes abiit, ad eius quantum ad nos perlatum est, crimen impingis, asserens quod cum ipsius voluntate fugerit. Quod si ita est, contristamur, & valde vestra sapientiam miramur. Nam si licitum putatis, vt aliorum culpa aliis sit nocua, multum huic possunt crimini subiacere. Diuersorum enim nobiliu serui, multarum Ecclesiarum clerici, diuersorum monasteriorum monachi, multorum iudicum homines, saepe se hostibus tradiderunt. Ergo si hoc creditur, seruatorum vtiq; domini, clericorum episcopi, monachorum abbates, diuersorum fugacium iudices, omnes sub culpa sunt & crimine constituti. Numquid & diebus magnitudinis tuae multi de ciuitate in qua consistis, ad Longobardos milites fuga non lapsi sunt? Et quis tanta indiscretionis, tantaeq; possit stultitiae reperiri, vt eorum iniquitatem tibi extimet applicandam? Haec itaque sollicitè pensa, atq; ex te aliorum causas aestima, & in quorundam aduersitates falsis suspitionibus non ducaris. Si vero est aliquis qui de praedicti monasterij abbate possit aliquid dicere, quod ad culpam reatumque eius pertineat: nos hoc non negligi, sed magis vna quidem cum eis quorum interest, causam omnino districtè & sollicitè volumus perscrutari: vt aut feriat vindicta culpabilem, aut absoluat veritas innocentem. Si autem nullus inueniri potuerit, qui contra eum hoc quod solus ipse perhibes asserat: hortamur magnifice filij, vt a memorati monasterij abbatisq; ipsius te aduersitate contineas, & potius tuitionem illis & propter deum charitatem impèdas. Et si quid est vnde animi vestri fortassis offensus sunt, pro nostra eis interuentione remitte: & ita vos, sicut Christianos conuenit & prudentes, in eorum magis iuuamine commodate, quatenus & nos vobis gratias referamus, & ante omnipotentem dominum mercedem pro impensis seruis eius beneficiis ac solatiis acquiratis.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Fuscum abbatem & monasterium eius commendat.*

*Caput. XIII.*

**Q**uanus & ratio & loci sui qualitas fraternitatem vestram commoneat, tuitionem monasterijs & maxime sub se constitutis impendere: verò tamè quia lator praesentium Fuscus abbas suum a nobis voluit ex abundanti monasterium commendari: his vos hortamur assatibus, vt quia frustra monasterium ipsum inquietudine dicitur laborare, sanctitatis vestrae illud defensio tueatur, & ab aliquo illud grauari contra rationis ordinem non permittat: quatenus dum nullum id iniustae rei pondus afflixerit, & vos videamini quod sacerdotis est salubriter impendisse, & degens illic congregatio queat in dei laudibus occupari, & nullis irrationabiliter molestiis valeat subiacere.

*Gregorius Romano defensori. De Fusco abbate, & xenodochio sancti Theodori.*

*Caput. XIII.*

**F**uscus abbas monasterij sanctorum Heraclimi Maximi, Fatque Iulianae, quod Neapoli ab Alexandra clarissimae memoriae foemina, sicut nosti, fundatum est: quæ etiam & haeredem instituit, massam papyriancensem quæ illic in Sicilia



**A** Sicilia sita est, cum xenodochio sancti Theodori supra scriptum monasterium suum asserit habere communem. Sed ut ad diuidendam eam cum his quorum interest, dilationem non debeat sustinere, experientia tua sibi petit adesse solatium. Promde iustus tibi serie preceptionis iniungimus, ut diligenter, atque in omnibus solatiari festines, quatenus massa ipsa secundum portiones competentes sine mora aliqua diuidatur. Sed ne forte dicatur: quia a predicto monasterio possessiones quae hic communes sunt, detinentur: esse ex hoc excusatio non debet: quia & ipsas paratus est sine difficultate diuidere. Quia vero legatum quod praedicta Alexandria a Pompeio relictum dicitur, ab eodem xenodochio quippe quod ei in octo viciis iure perhibetur haereditario successisse, memoratus abbas suo faciat monasterio redhiberi: & hoc quoque experientia tua curet addiscere. & si ita est agere studeat, ut quod relictum est, modis omnibus exoluatur. Ita ergo sollicitudo tua in hac se re exhibeat, ut suffragante iustitia, praedicti abbatis labor quem ut ad nos veniret assumpsit, vacuus esse non debeat.

*Gregorius Funtino defensori. De Fusco abbate & Constantino celle sue presbytero. Caput. XV.*

**F**uscus abbas monasteriorum sancti archangeli quod Macharis dicitur, atque sanctorum Maximi, Heraclimi, & Iulianae, asserit Constantinum celle sue presbyterum, ob temporis qualitatem se in Siciliam transiigrasse, & codices monasterii sui atque vela secum deportasse. Quae quoniam defunctum perhibet, & ea quae celle suae esse commemorat, sibi postulat debere restitui: experientia tua veritatem curet addiscere, & si ita est, omnia quae monasterii ipsius sunt, sine aliqua faciat dilatione restitui. Nam contra rationem est, ut quod de monasterio pro temporis, sicut dictum est, qualitate sublatum est, ab eius debeat iure separari. Ita ergo experientia tua agat, ut veritatem addiscens, praedictum illic abbatem vel quem vice sua transmiserit, dilationem frustra sustinere minime patiatur.

*Gregorius Clementinae patriciae. De malis hominibus discordiam seminantibus. Caput. XVI.*

**A**bbate quodam ad nos referente peruenit, quod gloriae vestrae a quibusdam sit maledicis nunciatus: quia aliquem, quod absit, contra vos stimulum habeamus. Quod si ita est, quicumque hoc fallaciter confinxerunt sub purtatis vobis specie duplices extiterunt, ut se quasi fideles ostenderent, ut vos de nobis praeue facerent dubitare. Ego autem gloriosa filia, bona tua olim cognosces, & praecipue castitatem quae tibi ab adolescentia comes fuit, in magna semper veneratione & dilectione te habui. Sed ne vel nunc aliud cor meum esse gloria vestra suspicetur, nullum mihi odij vel iracundiae circa vos scrupulum inesse significo, sed paternam me vobis dilectionem exhibere cognoscite. Vni tamen quod ad me perlatum est, reticere non debeo, ne nimis esse charitatis incipiat, si silentio prematur, quod ad emendationem dicendum est. Nunciatum siquidem mihi est, quod si quando vos quisquam ostenderit, dolorem irremissibiliter retinetis. Quod si verum est, quia quantum vos diligo, tantum contristor, peto ut hoc a vobis vitium nobiliter excludatis, & secundum boni operis segetem, inimici semen crescere non sinatis. Dominicae orationis verba ad memoriam reducantur, & non apud vos plus valeat culpa quam venia. Excessus gloriae vestrae bonitas superet, & magis salubriter ignoscendo deuotum faciat quem potest persistens facere asperitas in deuotum. Relinquatur illi vnde verecundiam habeat, & non seruetur quod doleat. Nam plerumque plus virum habet discreta in coercionem remissio, quam in exequenda ultione districtio, adeo ut nonnunquam haec fideliores atque subiectum, illa vero obstinatum faciat & amulum. Et quidem haec non ad hoc dicimus ut zelo vos rectitudinis subtrahatis: sed ne tales sitis in minimis, quales esse debetis in maximis. Nam si quando seueritatem excessus qualitas exigit, agendum est ut & culpam ultio corrigat, & correctis post gratia non negetur. Haec igitur quia paterna suadente dilectione pro vestra vos anima

commonemus, cum ea qua dicuntur charitate suscipite, atque ea ad gloriae vestrae utilitatem assumite, ut bona vestra & apud homines clariora, & apud omnipotentem dominum possint esse purissima. De nobis autem sicut reuera charissima filia fiducialiter in cunctis praesumite. Et quia de vestra cupimus prosperitate semper audire, discuti reuibus nos saepius epistolis releuate.

*Gregorius Clementinae patriciae. De Amando a Surrentinis electo. Caput. XVII.*

**A**mandum presbyterum a Surrentinis ad episcopatum, gloriosa filia, electum esse cognosces. Quem quia huc scripsimus debere transmitti, contristari de eius absentia non debetis: quia nec abscedere creditur, qui mente vobiscum est. Et quoniam pastorem quaerentibus, is qui vobis olim placuit, gratus est, omnipotentem deum benedicentes Christiana magis in hoc deuotione gaudete. Et ut ad nos celerius alius profuturus venire debeat, hilariter studete: quia sinceram charitatis est exultare, quando is qui diligitur, ad hoc vocatur ut crescat.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De Amando presbytero ad se dirigendo. Caput. XVIII.*

**P**ostquam is qui ad episcopatum Surrentinae ciuitatis electus fuerat, aptus nobis visus non est, Amandum presbyterum oratorum sancti Severini, quod in castro Luculano situm est, elegerunt. Eapropter experientiae tuae praecipimus: ut eundem presbyterum excusatione postposita sub omni ad nos studeat festinatione transmittere, quatenus penitentium desideria cum Christi auxilio, si nihil est quod eum impediatur, impleantur. Cuius vita vel actus quia melius possunt illic ubi diu est conuersatus agnosci, curae tuae sit cum fratre & coepiscopo nostro Fortunato de eo diligenter inquirere. Et si nulla sunt quae ad sacrum ordinem obistere valeant, ad nos debet omni postposita tarditate transmitti. Ne autem gloriosa filia nostra Clementina hoc moleste suscipiat, ad eam experientia tua pergat, & cum eius voluntate hoc faciat. Sin vero reniti fortasse voluerit, huc eum, sicut diximus, sine mora experientia tua transmittat: quia ita animi filiorum nostrorum a nobis pacandi sunt: ut tamen animarum utilitas a nobis non debeat praepediri.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De monachis Surrentinis. Caput. XIX.*

**P**eruenit ad nos quod monachi quos in Surrentina ciuitate pro complenda, sicut nosti, Antonini quondam defensoris voluntate transmisisimus, pecuniam quam acceperant, ad emendas possessiones expendant. Quae res quoniam non leuem eis necessitatem in breui indicat imminere: ideo experientia tua hac autoritate commonita provideat atque dispense: ut solidos ipsos incaute vitioseque erogare non debeat. In qua re ut sollicitudo tua possit esse laudabilis, cum omni eis studio ac vigilantia possessiones ad comparandum exquirere. Ex quarum fructibus serui dei alimoniam consequentes, nec acceptos solidos incassum expendere, nec ipsi valeant victus necessitatem incurrere. Ita ergo omni vigilantia, omni intentione in hoc te exhibere festina, ut efficaciam tuae & ab illis periculum, & a nobis omnem possit curam sollicitudinis amouere.

*Gregorius Iohanni proconsuli Italiae. De annona Neapolitana subtrahata. Caput. XX.*

**Q**uicquid tribuitur pauperi, si subtili consideratione perseretur, non est donum, sed mutuum: quia quod datur, multiplicato sine dubio fructu recipit. Scripsistis autem nobis ut Dulcicio agere vices vestras dicere deberemus, ne quid superbiae typho auderet expedere. Et quamquam sit laudabile futura prospicere, quia tamen infirma omnino cautela est quae pietatis adiutorio non munire, in hac sollicitudine vestra quod nos pro vobis contristaret, inuenimus. Fertur itaque quod annonas atque consuetudines diaconiae quae Neapoli exhibet, eminetia vestra subtraxerit. Quod minus fortasse fuerat obstupendum, si Iohannis decessoris vestri non fuisset repute ministrata. Si igitur haec ille cuius cunctis notum est quam fuerit gravis actio, non negauit, qualis

**G** sit sapientia vestra cōsideret, si vel in aliquo bono opere malus homo vos superet. Nulla enim occasione hoc subtrahere vos decuit. Quod et si forte nullus vestris voluisset rationibus imputare, hoc de proprio vos impendere nō debuit grauari precatio: vt huius pietas in vestro esset patrona iuamine, quæ ministra fuisset in opere. Hæc itaq; eminentia vestra potentia qua pollet inspicere, atq; hoc quod à prædecessoribus eius non est ademptū, vt solitè valeat ministrari, largitatē bonitatis suæ debeat magis ostēdere, quatenus nec in his quæ secundum iussionem agitis, aduerfitatem aliquā incurratis, & huius vobis officij administratio, & coram hominibus laudem parare, & corā omnipotenti deo possit prouidere mercedem.

*Gregorius Leoni episcopo Cathinensi. Quod monachi monasterij sancti Viti tam nequiter uiuant, ut mulieribus se coniungere sine metu audeant.*

*Caput. XXI.*

*Epi. 21.*

**M**artianus monachus monasterij sancti Viti quod in Aethna monte est positum, consensu, vt ait, congregationis eiusdem monasterij ad nos veniens, questus est multas monasterium ipsum à quibusdam molestias ac præiudicia sustinere. Inter quæ illud nos quoque vehementissima exacerbatione commouit, quod intantum monasterium ipsum innotuit calcari ac despici, vt etiam monachis ibidem degentibus mulieribus, se iungi sine metu sit licitum. Quod si ita est, fraternitatem tuam quàm graue & apud deum peccatum, & apud homines culpa respiciat, ipse poteris iudicare: quippe quia nulla te præuales excusatione defendere. Aut enim hæc fieri nescisti, & culpa neglectus vehementer argueris. Aut certe factum recognouisti, & grauiorem erga te videris indignationem exigere, cur tantum facinus vitio districte non punisti. Itaq; scriptis fraternitatem vestram præsentibus admonemus, vt cum omni hoc vigilantia inuestigare festinet. Et si huiusmodi iniquitatē à quibusdam perpetrata inuenerit, ita huius peruerfitatis facinus digna studeat emendatione corrigere, quatenus & deum placare, & aliis ne de cætero quid simile perpetretur, custodia possit disciplinam ostendere. Molestias verò quas prædictum monasterium pati, vel ea quanta eius perhibetur iniuria, sanctitas vestra cognoscat: & ita se in quantum iustum est, in protectione eiusdem exhibeat, vt in nullo cōtra aequitatis ordinem valeat aliquo modo prægruari. Præceptum verò beatæ recordationis prædecessoris nostri Pelagij datum ad Lapidium prædecessorem vestrum cuius subitus exemplaria fecimus ascribi, sine aliqua volumus refragatione seruari.

*Gregorius Adriano notario. De supradictis monachis.*

*Caput. XXII.*

*Epist. 22.*

**R**es ad nos omnino detestabilis & nephanda peruenit, & miramur cur si veritate subsistit, eam minimè cognouisti. Veniens autem ad nos Martianus monachus monasterij sancti Viti, quod in monte Aethna est positum, oblata nobis petitione questus est inter alia, ita monachos eiusdem monasterij peruersè ac nequiter viuere, vt etiā mulieres sibi sociare, quod dici nephas est, audeant. De qua re quia fratri & coepiscopo nostro Leoni scripsimus, requisita veritate, si ita repererit, districte hoc studeat seueritate corrigere necesse est, vt in hac re tua quoque se experientia ad inuestigandam veritatem, & puniendum tantum scelus omnimodo sollicitè debeat exhibere, vt neq; remissè, neque negligenter agi aliquid videatur. In aliis verò utilitatibus memorati monasterij solatia tua in quantum ratio poposcerit aequitatis, impende: quatenus & si quid ei, sicut dicitur, inualum est, secundum iustitiam reformetur, & de cætero præiudicium illic aliquod contra dei timorem, & legum ordinem nullo modo generetur.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Mauricio monacho cum alijs fuga lapsa.*

*Caput. XXIII.*

*Epi. 23.*

**C**um fraternitas vestra minus erga monasteria sibi subiecta studeat esse sollicita, & ipsa culpam reprehensionis incurrit, & nos de sua leuitate contristat.

Peruenit autem ad nos Mauriciū quendā qui nuper in monasterio Barbaciani conuersus est, ablatis secum aliis monachis, fuga de eodem monasterio discessisse. Qua in re prædictum nobis Barbacianum præcipitatio sua vehementer accusat, qui temerè secularē hominem & non antè probatū tonsurauit. Nūquid vobis scripsimus vt prius probaretis, & tūc si aptus esset, abbatē facere deberetis? Vel nunc ergo circa eum quē elegistis, estote solliciti. Nam vos illo delinquente delinquitis, si ita ceperit se exhibere vt se ad fratrum regimen ostendat indignum. Præterea monasterijs omnibus fraternitas vestra districtius interdicit, vt eos quos ad conuertendū susceperint, priusquā biennium in conuersatione cōpleant, nullo modo audeant tonsurare. Sed hoc spatio vita moresq; eorum sollicitè comprobentur, nequis eorum aut non sit contentus quod voluit, aut ratum nō habeat quod elegit. Nā dū graue sit, inexpertos hominū sociari obsequiis, quis possit dicere quod sit grauius ad dei seruitium improbatos applicari? Miles verò si conuerti voluerit, prius quā nobis renūcietur, nullus eum sine nostro consensu qualicūq; præsumat ratione suscipere. Quod nisi diligētè fuerit custoditum, omnē subiectorum in te culpam inexcusabiliter noueris redundare, qui minus te erga eos rebus ipsis testaris esse sollicitum.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De restituentis iniuste ablatis.*

*Caput. XXIII.*

**S**criptorum nostrorum seriem voluisses diligētè aduertere, aut sponte restituere quæ tulisti, aut certè personam instructam secundum admonitionē nostram in causa transmittere debuisti. Et dum te modo quodam excusare contendis, asserens in his quæ contra fraternitatem tuā à parte cōtraria gesta sunt, non voluntariè, sed magnis te cōstrictum conurationibus miscuisse, ea quæ scripsimus, quasi intelligere distulisti, & magnificos viros Faustū atq; Dominiciū non à te, sed à quibusdā filiis tuis indicasti esse transmissos: ac per hoc, vt alijs litigantibus, ipse quæ tuleras retineres. Pars verò altera epistolæ tuæ textum addiscens crebra nobis allegatione cepit insistere: vt ea quæ abstuleras, redderentur, paratam se inquiens, si quid contra eam magnifici viri prædicti suorum vel aliorū nomine mouere voluerint, respondere. Quod quia nec nobis à rationis visum est ordine dissentire, præsertim postquam admonitus instructā personam ad dicendā causam transmittere neglexisti, idcirco fraternitatem tuā hortamur, ilicō vt præsentia scripta susceperit, Theodorico viro magnifico maiori populi portas & Rustico viro clarissimo seniori aqueductum sine aliqua contentione restituat, ne in hac re morā, vel aliquā excusationē interferat, ne culpam indiscretionis incurrat, si quod vitro facere debuerat, admonita differendū qualibet sorte putauerit. Hac itaque memoratis viris primitus reformata, liberum tibi sit si quā contra eos postea apud nos hic causam mouere volueris. Sin verò non ipse, sed filij tui, vt asseris, causam se habere querantur, vnde eos publico debeāt pulsare iudicio, eis est liberum in quolibet loco voluerint, causæ suæ negotium contra eos legaliter propositum terminare.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Petro à pueris falsè accusato.*

*Caput. XXV.*

**V**alde nos vestra mirari fecit fraternitas, vt causam clericici sui, aut noluisse, aut nō assurgeret definire. Perus itaq; præsentium portitor ad nos veniens, questus est, pueros à quibus de tentatione sceleris falsò se asserit criminatū, non vt oportuit esse discussos, sed tantummodo verbotenus inquisitos, & sibi hoc solum ne vobiscū pcedere audeat, interdicitū. Aut enim vera fuere quæ dicta sunt, & iuxta causæ qualitatem canonice fuit cōrrectioni subdendus: aut falsa, & diu non debuit in crimine remanere. Quia ergo & ratio indixit, & hic pro sui purificatione sollicitus, quæ aduersum se dicta sunt, apostolicam sedem adiit, & iuxta examinationem finiri perquirat, necesse est vt vnā cum Anthemio subdiacono nostro subtili ac districta discussione à pueris illis veritatem exigere debeatis. Et si prædictus portitor attentati





**A** tentati facinoris reus esse patuerit, canonica modis omnibus ultione plectatur. Si vero insons fuerit declaratus, celeri absolutione respiciet, & vobiscum habeat procedendi licentiam: quia sicut reis competens exercenda vindicta est, ita innocentibus non est absolutio differenda. Sic ergo huic cautela sollicita fraternitas vestra finem studeat imponere, quatenus nullam de neglectu valeat reprehensionem incurrere.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De Petro à pueris falsè accusato. Caput. XXVI.*

**Episto. 26.** **P**etrus clericus lator presentium questus est nobis, à quibusdam se pueris fallaciter criminatum, & causam suam non ut oportuit districta examinatione discussam, nec se ab aliquo condemnatum, sed solum ab episcopo suo, ne cum eo procedere auderet inhibuit. Quod audientes omnino egré tulimus: quia veritate subtiliter perquisita, aut reum, ut causæ exigebat qualitas, condemnare, aut certè debuit innocentè absoluerè. Quia igitur & causa exigit, & memoratus portitor magnopere postulat, ut hac de re subtilis debeat haberi discussio, presentibus tibi autoritate precipimus, ut vna cum reuerentissimo fratre nostro Fortunato coepiscopo, atque, si visum tibi fuerit, glorioso filio nostro Maurentino attentati criminis veritatem subtili nimis indagatione ac discussione studeatis addiscere, & ita aut culpam vlcisci, aut festinetis innocentiam releuare: ut nec vos videamini negligètes in aliquo extitisse, nec hæc amplius sine definitione causa remaneat.

*Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Saponariis ciuitatis sue. Caput. XXVII.*

**Episto. 27.** **A**vgustinus presentium portitor, qui reliquorù Saponariorum ciuitatis vestræ vice se dixit esse transmissum: questus nobis est quòd Ioannes vir clarissimus Palatinus multis eos frustra affligat, incommodis, atque noua plurima eorum corpori præiudicialiter nitatur impedere. Denique ut, sicut ait, eos promittere sibi compellat, ut si quis arti eorum sociari voluerit, quicquid commodi de introitu eius accesserit, ipsi proficiat. Adiciens quoque pactum inter se de quibusdà rationabilibus artis suæ capitulis iuxta præscam consuetudinem omnium consensu interposita esse poena confectum, atque id sacramento interueniente firmatum, & ab eo nunc velle quosdam ex iuis, eius scilicet patrociniis fretos, abscedere: atque ita contrauenire tuitione cupientibus impendere, ut, quod dici graue est, plus in defensione eius præsumptionem habeant, quàm de poena penuriam, vel de sacramento præstito possint habere formidinem. Quòd si ita se res habet, quia etiam ipsi quod ait, aduersum est: quippe qui alieno se peccato sua defensione constituit esse participem, fraternitas vestra paterna eum adhortatione cõueniat, ut ab huiusmodi se actu cohibeat, & præiudicialiter illis nihil imponat, nec eos dispendiis contra rationem affligat. Pariter etiam providendum est, ut & pactum ubi sacramenta sunt præstita conseruetur, & cum dispendio animæ suæ temporalia lucra contraueniendo non appetat, ne & periurij crimen incurrat, & commoda præuè desiderata non capiat. Et si quod non credimus, admonitionem vestram prædictum Ioannem virum clarissimum videtis forte differre, cum eminentissimo filio nostro Præfecto strictè loquimini, ut ipse hoc sicut in presentibus dici fecimus, quomodo præiuderit, rationabiliter faciat emendari: quatenus & eos qui tuitionis vestræ suffragia quæsiuerunt, quorundam voluntas iniuste non opprimat, & ille ab opere se indecenti prohibuit, pro suæ magis animæ utilitate cognoscat.

*Gregorius Zizasimas militi. De rebus Ecclesiasticis in publico competentibus.*

*Caput. XXVIII.*

**Episto. 28.** **E**pistolas vestras Græco sermone dictatas, me indico suscepisse, in quibus dicitis quòd quædam religiosa loca responsum iuri publico de rebus ei competentibus reddere contemnunt. Quæ res me omnino contristauit, quia nostri est habitus, non solum præiudicia minimè facere, sed etiam facta æquanimitè portare, nisi forte quia res pauperum defendere rationabiliter cogimur, ne apud omnipotentem deum culpabiles inueniri valeamus. Proinde Fan-

tino defensori quæ scripserunt gloriæ vestræ transmissi: ut ipse religiosos quosque in Panormitanis partibus apud electos iudices venire compellat, & suorum actuum ratione reddant. Omnipotès deus cælestis vobis misericordie largitate præbeat, ut per cuncta quæ agitis, eius gratiæ seruiatis.

*Gregorius Fantino defensori. De redditibus Ecclesiæ hospitibus dandis. Caput. XXIX.*

**S**abinus vir clarissimus presentium lator nobis indicavit, hanc olim ibi consuetudinem conuenisse, ut diuersis superuenientibus, ciues eiusdem ciuitatis de proprio expensas expendere. De qua re dum se quererentur affligi, hoc illis cum Theodoro quondam episcopo conuenisse, ut in Ecclesia eius certæ portiones substantiæ suæ donatione conscriberentur, & hoc in se onus susciperet, atque securis eis redditus, ipse de Ecclesia quicquid esset necessariū erogaret. Si verò per tertiamdecimam & primam indictiones, quibus prædictæ ciuitati defensoris officium absente episcopo de proprio expendisset, quod de Ecclesia poterat erogari. Et quia sibi quod expendit, postulat debere restitui, idcirco experientia tuæ precipimus, ut reuerentissimo fratri & coepiscopo nostro Decio studeat imminere, quatenus aut pacifica, si ita est, cum eo ordinatione decidat: aut certè si qua se ratione à restitutione expensarum credit defendere posse, in iudicio tuo partes assistant, & exquisita diligentius veritate, ita quicquid tibi æquitatis ordo suaferit, mora postposita definito, ut & rationabiliter causa finem accipiat, & partes apud te nulla fatiget in obseruatione dilatio. Si autem donationes, de quibus dictum est, Ecclesiæ suæ esse onerosas existimat, & reddere eas donatoribus fortasse voluerit: si qui ex eis qui eas recipiunt, clerici sunt: à te similiter moneantur, ut aut secundum portiones suas quæ erant soliti dare persoluant: aut certè si causari voluerint, contentiones partium, tua necesse est cognitiõe distingui, ut nulla se pars inaudita queratur præiudicium sustinere. Alias verò causas quæ cū memorato reuerentissimo viro fratre nostro superscriptus portitor habere se asserit, tuo similiter volumus, mediis sacris euangelij, iudicio definiri.

*Gregorius Constantino episcopo Mediolan. De Pompeio episcopo innocenter condemnato. Caput. XXX.*

**R**electis epistolis quas ad nos per Marianum latorem presentium transmissistis, gratiam nobis sollicitudinem vestram fuisse rescriptimus, quòd ea quæ ad vos de fratre & coepiscopo nostro Pompeio, qui adhuc ita à nobis nominandus est, peruenerunt: dissimulare minimè pertulistis. Sed si qualis fuit in requisitione cura, talis fuisset in discussione subtilitas: nihil ex hoc quod de eo dictum est, fuisset ambiguum. Sed utrum verum an esse compositum paritèr, iam contra ipsum dudum in Sicilia apud reuerendæ memoriæ fratrem nostrum Maximianum episcopum talis quæstio, ut cognouimus, mota est. Sed quia causa ipsius subtili omnino inuestigatione quæsita est, inuentus est innocens, qui fuerat accusatus in crimine. Nunc ergo quoniam illa quæ contra eum dicta sunt, non sub illa qua decuit distinctione quæsita sunt, & gesta quæ exinde apud fraternitatem vestram confecta sunt, neque ad condemnationem, nec ad absolutionem eius probantur posse sufficere, non leuis res agitur, ut incautè vel in transcurso debeat definiri. Nam graue est satis & indecens, ut in re dubia certa dicatur sententia. Et hæc quidem gesta esse poterant ad definiendum satis idonea, si accusati ea confessio sequeretur, si tamen eandem confessionem subtilitas examinis ex occultis eiceret, & non afflictio vehemens extorqueret, quæ frequenter agit, ut noxios sese fateri etiam cogantur innoxii. Nam postquam præfatus episcopus, ut dicitur, cruciari custodia, cremarique fame se asserit, scire debetis si ita est, ut non noceat si sic fuerit extorta confessio. Nunquid quando sententiam tales causæ suscipiunt, & ad sedem apostolicam appellatur, nonne & persona quæ iudicatur præsens est, ut districtissime atque ab omni latere veritas queratur: ut tunc si debeat necne manere sententia decernatur? Nec non & si prædictus episcopus ad sedem apostolicam appellare voluerit, causa ipsius interius & cum omni diligentia est

*Episto. 29.*

*Epistol. 30.*

Gtia est perferenda. Et ideo postquam & persona absens est, & gesta que ad nos transmissis, nobis, sicut præfati sumus, satisfecisse idoneè non videntur, temerè aliquid de episcopi persona decernere nec possumus, nec debem⁹, ne quod absit, reprehensibiles inueniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias. De Alemanis autem quod vobis indicatum est, nos & longius quàm vos positi scimus. Et quia verum non sit, minimè dubitamus. Vestra tamen fraternitas bene fecit pro informatione nostra scribere quod audiuit.

*Gregorius Libertino ex præfetto. De aduersitatibus patienter tolerandis. Caput. XXXI.*

Epistol. 31.

**Q**vanta vox seculi huius premat angustia, incognitum non habemus. Sed quia in summa tribulatione positus sola est consolatio misericordia creatoris, in eum spem vestram ponite, ad ipsum tota vos mente conuertite, qui & iuste quem vult permittit affigi, & confidentem in se misericorditer liberabit. Ipsi ergo gratias agite, & patienter quæque illata sunt sustinete. Nam recta mentis est, deum non solum in prosperis benedicere, sed etiam in aduersitatibus collaudare. In his ergo quæ patimini, nullum contra deum murmur cordi vestro surrepat, quia ad quid hoc creator noster operetur, ignotum est. Fortitan enim magnificè fili aliquid illum in prosperis positus offendisti, unde te clemèti amaritudine vult purgare. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio, nec rerum damna discrucient, quia si in aduersis gratias referens deum tibi patientia feceris esse placabilem, & quæ amissa sunt, multiplicata redduntur, & super hoc gaudia æterna præstantur. Peto autem ne mirrosolum ducatis quòd viginti annuos vestitus ad pueros vestros per Romanum defensorem scripsimus præberi, quia de beati Petri Apostoli rebus quauis parua sint quæ offerantur, pro magna semper benedictione suscipienda sunt, quoniam & hic vobis valebit maiora impendere, & apud omnipotentem deum beneficia æterna præstare.

*Gregorius Secundino Tauromitanen. De uxore Leonis Cartharii. Caput. XXXII.*

Epist. 32.

**P**raesentium portitor Leo Cartharius ad nos veniens indicauit vxoris suæ causam, quæ relicto eo pro fornicationis crimine quo vehementius stimulatam aiebat, atque ob hoc religiosam vestem induerat, se culpabilem nullatenus extitisse, adeo vt, sicut ait, requirente fraternitate vestra, cui huius rei cognitionem ante hoc fere triennium mandaueramus, in nullo claruerit eum post initum coniugium in fornicationis culpam collapsum, adiiciens quoque quòd eidem vxori suæ dillictißima sacramenta præbuerit, infontè se ea de re, unde etiam illam mordebat suspitio, permaussisse: & idcirco proprio eam sponte ad se reuertam. Sed quia communionem illam cum familia sua pro hoc solùmmodo à fraternitate vestra priuatam asserit, quòd ad eum clam postpositis vobis redierit, volumus familia quidem ipsius vt lacram communionem recipiat, & domina: ea culpa in huius afflictionis poena familiam diu non teneat. De ipsa verò hoc est de vxore prædicti portitoris hoc vos obseruare necesse est, vt si manifestè conitat, quia contra cõiugem suum dicere nihil potuit, sed insuper suspitio ipsius præstito, vt edocti sumus, sacramento amputata est, & vtique post hoc sua ad eum spòte reuerla est, & in ea quoque temperanda est censura iudicij, vt longo iam tempore minimè communionem priuetur. Si autem aliter se veritas quàm vobis insinuatum est fortassis habuerit, fraternitatis vestrae subtiliter scripta nos instruant: vt quid sciendum sit, nostris iterum discutentibus epistolis agnoscat.

*Gregorius Secundino episcopo Tauromitan. De mendacio Marciani episcopi nescienter dicto. Caput. XXXIII.*

Epist. 33.

**S**cripta fraternitatis vestrae suscepimus, in quibus indicatis reuerentissimum fratrem nostrum Marcianum Lucensis ciuitatis episcopum aliter nobis de causa Ecclesie contra monasterium sancti Christophori, quod in vestra dicecesi est constitutum, intinasse: non quidem fallendi voluntate, sed quia à clericis suis non fuerat veritatis naturã

diligenter instructus. Et quoniam scribitis Dulcinum decessorem ipsius nihil de rebus Ecclesie suæ fuisse testatum, sed de propriis ac magis quæ in prædicto monasterio fidelium oblatione collata sunt, eulogium condidisse, atque sex uncias Ecclesie, & sex eidem monasterio iure hæreditario reliquisse: necesse est, vt si ita esse non ex opinione sed absolute in veritate recolitis, nullam prædicto monasterio finatis molestiã irrogari, præcipue dum eadem causam iam temporibus reuerendæ memoriæ Maximiani episcopi vos atque fratrem nostrum coepiscopum Ruffinum ex eius deputatione audisse ac decidisse testemini: adeo vt inter partes ea quæ inueniri poterant, partirentur: & quod Ecclesie fuit intrinsecus redderetur. Volumus ergo vt pars vtraque conticeat, & ea quæ à fraternitate tua vnã cum prædicto Ruffino quondam episcopo statuta sunt, inconuulsa persistant, quatenus nec pars Ecclesie denuo iniuste quæstionem inferre, nec monasterium irrationabiliter videatur, post vestram maximè definitione, controuerßiam sustinere.

*Gregorius Eulogio episcopo Eufino. De Ioanne episcopo ordinando. Cap. XXXIII.*

**G**loriosus filius noster Anfidus ad nos scripta transmisit, indicans quòd in castro balneum regis dicto, vnã cum habitatoribus loci ipsius sibi Ioannem diaconem elegerit episcopum ordinandum, de cuius omnino vita bona testatus est. Sed quia quæ sunt canonica nesciunt, & nos inexpertis vel incognitis manus temerè non audemus imponere: fraternitas vestra cum omni sollicitudine ac vigilantiã diuersis quibus potuerit modis de vita actibusque ipsius requirere studeat. Et si nihil est quod ei canonicè possit obistere, requirendu quoque est si in opere dei studium habuit, vel psalmos nouit. Et si talis fuerit, eum ad nos cum testificationis suæ epistola dirigat. Si verò aliter fuerit, vestris nobis similiter epistolis indicate, & habitatores loci ipsius adhortamini: vt si iste aptus nõ fuerit, sicut & suprascripto Anfido filio nostro scripsimus, alium sibi eligant qui ad hoc officiu cum gratia dei aptus valeat inueniri.

*Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De heresi Agnoitarum. Caput. XXXV.*

**T**ransacto anno suauissima sanctitatis vestrae scripta suscepi, quibus pro ægrotudinibus meæ nimietate respondere nunculu non valui. Ecce enim iam bienniu penè expletur quo lectulo teneor, tantisque podagrae doloribus affligor, vt vix in diebus festis vsque ad horarum trispatium surgere valeam missarum solennia celebrare. Mox autem cum grani compellor dolore decubere: vt cruciatum meum possum interrumpente gemitu tolerare. Qui dolor interdum mihi lentus est, interdum nimius. Sed neque ita lætus vt recedat, neque nimius vt interficiat. Vnde fit vt qui quotidie in morte sum, quotidie repellar à morte. Nec mirum, quia peccator grauis talis corruptionis carcere diu teneor inclusus. Vnde compellor clamare: Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. Sed quia meis hoc precibus obtinere non mereor, rogo vt vestrae sanctitatis oratio suæ mihi intercessionis adiutorium præbeat, meque à peccati & corruptionis pondere liberum reddat in illam quam bene nostis libertatem gloriæ filiorum dei. Scripsit autem mihi dulcissima & semper honoranda beatitudo vestra, quòd ei communis filius Anatholius diaconus de Constantinopolitana vrbe scripserat, ad me quosdam monachos de Hierosolymorum partibus venisse, qui me aliquid de Agnoitaru errore requirerent, & dicitis quia petiit vt vestra sanctitas scriberet quid de eadem debuissim inquisitione sentire. Sed neque ad me de Hierosolymorum partibus requirentes aliqui monachi venerunt, neque eandem communem filium nobis potuisse aliquid aliud quàm erat scribere, sed interpretem suspicor in eius epistolis errauisse. Nam idem diaconus mihi iam ante biennium scripsit, quia à prædictis partibus ad Constantinopolitanam urbem talia requirentes monachi venerunt, meque studuit requirere quid sentirem. Cui ego ante longum tempus quàm vestra scripta susceperem, respondi: quæ postmodum in epistola vestrae sanctitatis inueni, atque omnipotenti deo magnas gratias retuli: quia de cunctis inquisitionibus





Aquisitionibus Romanorum atque Gregorum partes, quorum nos sequaces sumus, vno spiritu sunt locuti. In multis enim eandem vestram epistolam ita reperi, ac si contra predictam haeresim scripta Latinorum patrum legerem. Et quantum potui de sanctissimo fratre meo amare bonum & laudare, perhibite. Cuius ore venerandos patres, quos multum diligo, recognoui. Sic ergo illi laus sit in excelsis & gloria: cui domino adhuc in sede Petri clamat vox Marci, de cuius effusione spiritus cum sacerdos ad persecutanda mysteria, scilicet ad sancta sanctorum intrat, in sancta Ecclesia velut in tabernaculo ex verbis praedicationis spiritalia tintinabula resonant. Recta itaque & valde laudabilis est vestra praedicatione. Sed omnipotentem dominum deprecamur, vt diu vos etiam in hac vita custodiat, vt de dei organo quod estis, in mundo latius vox veritatis sonet. Pro me autem peto intercedite, vt huius peregrinationis via quae mihi asperior facta est, cum celeritate huiatur: quatenus qui ex meis non valeo, ex vestris meritis possim ad aeternae patriae promissa pertingere, & cum ceteris ciuibus gaudere.

Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De Iuliano Scribone, & de Frontinianis.

Caput. XXXVI.

Episto. 36. B AD Romanam veniens urbem communis filius presbyter Veteranus, ita me podagrae doloribus debilem reperit, vt fraternitatis tuae epistolis per me respondere nullatenus valuissem. Et quidem de Sclavorum gente quae vobis valde imminet, & affligor vehementer & conturbor. Affligor in his quae iam in vobis patior: conturbor, quia per Hysriae aditum iam ad Italiam intrare coeperunt. De Iuliano autem Scribone quid dicam, quando ubique video, quia nobis peccata nostra respondeant, vt & foris a gentibus, & intus a iudicibus conturbemur? Sed nolite de talibus omnimodo contristari, quia qui post nos vixerint, deteriora tempora videbunt: ita vt in comparatione sui temporis, foelices non existiment dies habuisse. In quantum vero praeualeat fraternitas tua, opponere se pro pauperibus & oppressis debet. Quae etiam si prodesse minime valuerit, ipsa omnipotenti deo mentis deuotio sufficit quam dedit. Scriptum est enim: Eripe eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Quod si dixeris, vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit. In omni ergo quod agis, inspectorem cordis appetere habere placatum. Quicquid vero est vnde illi placeas, facere non omittas. Nam humani terrores & gratiae fumo sunt similes, qui leui aura raptus euanescit. Hoc certissime scito, quia placere deo & prauis hominibus nullus potest. In tanto se ergo existimet fraternitas tua omnipotenti deo placuisse, quanto se peruersis hominibus displicuisse cognouerit. Ipsa tamen defensio pauperum moderata & grauis sit, ne si quid nimis rigide agitis, ex iuuentute vos arbitrentur homines superbire. Sed talis necesse est vt inueniatur pro oppressis vestra defensio, quatenus & humiles protectionem sentiant, & oppressores non facile inueniant quod ex maleuola mente reprehendant. Attende ergo quod ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Et beatus Iob ait: Frater sui draconum, & socius struthionum. Et Paulus discipulis dicit: In medio nationis praeuae & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Tanto ergo debemus cautius ambulare, quanto nos scimus inter dei inimicos viuere. De Frontinianis autem fraternitas tua sit omnino sollicita, & sicut coepit, studeat, quatenus ad sinum sanctae Ecclesiae reuocentur. Si qui vero ad me venire voluerint, & rationem recipere: prius iniurandum praebant quia non permittant suis quod in eorum errore, etiam ratione recepta, persistant. Et postmodum eis tua sanctitas promittat, quia a me nullam violentiam patientur, sed rationem reddo. Si veritatem cognouerint, suscipiant. Si non cognouerint, illa solus dimitto. Si qui vero contra vos ex eis ad nos venire voluerint, minime eos fraternitas tua retineat: quia venientes aut rationem recipient, aut scito, quia aliter profecto terram illam vltius non videbunt.

Gregorius Innocentio episcopo. De libris Iob

transmittendis, & de libris sancti Augustini.

Caput. XXXVII.

L Vculenta eminentiae vestrae, & condita cordis melle facta condia, ita sui nobis saporem medullitus infudit, & in suo amore nos rapuit: vt nobis & dulce sonet quod scribitis, & sapiat suae quod agitis, nec immerito quia qui bonis studiis comptus est, iudicio magnus est, non fauore. Praefectura autem vos suscepisse cingula cognoscentes, latitiae se miscuit nostrae tristitia. Nam ex vna parte letati de profectu dulcissimi filij contristati sumus ab altera, quia quam graue sit confusis temporibus locis maioribus esse praepositos, ex nostro prorsus dolore sentimus. Vnde omnino studendum est, vt res aspera fiat mercedis occasio. Nam, sicut nostis, de terra plena tardius frumentum egreditur, & de spinis rosa producitur. Dum ergo seminandi vobis congruum tempus est, honorum operum serere semina non celsitis, vt maiores in die messis letitiae manipulos reportetis, atque ad aeternam gloriam ex transitorio honoris merito veniatis. Cognoscentes quale studium in praeparandis drumonibus gesseritis, sollicitudinem vestram, desiderato nuncio, releuamus: indicantes cum Longobardorum rege vsque ad mensum Martium futurae quartae Indictionis, de pace, propiciante domino, conuenisse. Quae si retineatur ignoramus: quia idem rex obliuisse postea nunciatus est: licet adhuc habeatur incertum. De Anamundaro autem quae scripsistis fecimus, sed voluntate vltimam sequatur effectus: quia quantum ad nos pertinet, afflictis intercessionis nostrae solatium non negamus. Quod vero in expositione sancti Iob transmitti vobis codicem voluissis, de vestro omnino studio gaudemus, quoniam illi rei eminentiam vestram studere conspicimus quae nec totos distros vos exire permittat, & ad cor iterum secularibus curis dispersos recolligat. Sed si delizioso cupitis pabulo saginari, beati Augustini patriae vestri opuscula legite, & ad comparisonem filiginis illius nostrum fursurem non queratis. Quale praeterea patrocinium qualeque affectum in utilitatibus pauperum beati Petri Apostolorum principis amatoris sui gloria vestra praebuerit, Hilario chartulario nostro testificante didicimus. Ex qua re vberes gratias exoluentes omnipotentis dei misericordiam exoramus: vt gratiae suae protectione vos munit, & nec malos contra vos homines exterius, nec malignos spiritus interius praeualere permittat. Sed ita actiones vestras in suo propicius timore disponat, vt sicut fecit inter homines, ita quoque post longae etatis discessus, in sanctorum suorum vos esse faciat numero gloriosos.

Gregorius Iannario episcopo Caralitano. De oppressionibus minorum a maioribus in Sardinia.

Caput. XXXVIII.

Q Valiter in Sardinia minores vel pauperes ab eis qui illis maiores sunt opprimantur, reuerentissimi fratris nostri Carthaginensis episcopi atque eminentissimi filij nostri Innocentij presbyteri epistolae testantur: a quibus vt quae nobis scripta sunt noueritis: ipsarum vobis epistolarum exemplaria prauidimus transmittenda. Et ideo quia ea quae nobis petenda sunt, offeruntur: studiose agendum est, vt ea quae promittuntur, opere compleantur. Si qui eorum de quibus est quaestio, in Ecclesiam fortasse refugerint, ita debet causa disponi, vt nec ipsi violentiam patientur, nec ij qui dicuntur oppressi, damna sustineant. Cura ergo vestra sit, vt eis sacramentum ab iis quorum interest, de seruanda lege & iustitia promittatur: & per omnia comoneantur exire, atque suorum actuum reddere rationem, quibus etiam Ecclesiae vestrae defensorem deputare vos conuenit. Cuius sollicitudine ea quae illis fuerint promissa seruentur, quatenus nec aliis noxia sint, & ipsis Ecclesiastica, salua ratione, possint prodesse suffragia. Ita ergo fraternitas vestra faciat vt haec quae eius studio emendanda sunt, mora per eam vel impedimentum aliquod non contingat.

Gregorius Adeodato abbati Neapolitano. De unitate monasterii Gazarenis ad Neapolitanum.

Caput. XXXIX.

Q Vorundam monachorum eiusdem monasterij ad nos relatione peruenit, monachos monasterij Gazarenis quod

Episto. 37.

Episto. 38.

Episto. 39.

**G** quod situm in Pelagia est, & monachos sancti Sebastiani monasterij, quod Neapoli in domo quondam Romani constructum est: ubi deo miserante, sicut dictum est, abbatis geris officium, se monasteriumque suum vni magnopere poposcisse, adeo ut chartas omnes eiusdem monasterij tuo monasterio, ut dicitur, tradidissent. Sed quia monasterium ipsum in Neapolitana est dicecesi constitutum, ne quid constituere, quod ab sit, praedudicialiter videamur, volumus ut quousque Neapoli ordinetur antistes, tuo interim monasterio antefatum Gazarense monasterium cum omnibus ad se pertinentibus sit unitum. Cum vero propiciate domino Neapoli fuerit episcopus ordinatus, utrum in perpetuum haec unio extendi, an temporalis esse debeat, maturius ac solidius cum dei gratia pertractabimus. Quia vero monasterium Puteolis constitutum, quod Falcidis dicitur: ita esse destitutum a monachis prohibetur, ut non solum dei illic opus minimè celebretur, sed etiam penè pro derelicto, quod dici graue est, habeatur, idcirco illud monasterio tuo cum omnibus ad se pertinentibus in perpetuum duximus uniuendum, admonentes ut monachos in praedicta utraque monasteria debeas deputare, qui & curam illic diligenter habeant, & opus dei regulari studeant institutione peragere, atque ita se in his sicut conuenit, exhibere: ut nec illos de neglectu, nec te de minori sollicitudine culpa confundat. Quicquid vero ad eadem monasteria pertinere cognoscis, si ab aliquibus irrationabiliter detinetur, ex hac nostra autoritate repetendi, exigendi que, atque tuo monasterio vendicandi habebis per omnia, deo iuuante, licentiam: quia dignum est ut quorum curam geris, rebus nullo modo defrauderis. Monachos autem quos in monasterio Puteolis sito deputaueris, sub tua quidem disciplina, sed tamen Puteolano episcopo, cuius dicecesis est, non Neapolitano noueris subiacere.

*Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis.  
De eligendo eis episcopo. Caput. XL.*

**N**ec nouum, nec reprehensibile est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex solo fauore venit electio. Prius enim quam scripta ad nos vestra recurrerent: Ioannem diaconem qui ab altera parte electus est, paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. Vnde si rationem voluissent attendere, nec alij eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua praesumptione ad episcopatum audeat accedere, qui adhuc legam sui corporis continentiam, filiola teste, conuincitur non habere? Petrus autem idem diaconus quem a vobis electum esse asseritis, omnino, quantum dicitur, simplex est. Et nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debeat arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum utilitate & cautela sciat esse sollicitus. Nam de eo insuper ad nos peruenisse cognoscite, quod solidos dederit ad viuitas, quod vos oportet cum omni subtilitate perquirere: & si ita constiterit alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus viuarum nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit: quia persona eius nobis ignota est, & utrum ita sit de simplicitate eius quod ad nos perlatum est ignoramus: cum decreto a vobis facto ad nos venire necesse est, ut de vita moribusque ipsius sollicitius requirentes, sensum quoque pariter agnoscamus: ut si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eum, adiuuante domino, desideria compleamus. Studi praeterea vestri sit, etiam alium qui aptus sit prouidere: ut si forte huic ordini hic non videatur idoneus, sit in quo se vestra declinare possit electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, ut si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant qui eligi debeat, non habere.

*Gregorius Dominico episcopo Carthaginen.  
De pestilentia Africana. Caput. XLI.*

**Q**uanta in Africanijs partibus lues irruerit, iam dudum cognouimus: & quia necdum a tali percussione est libera, geminati in nobis dolorum sunt gemitus. Sed inter haec mala, & alias calamitates innumeras desperata cor nostrum charissime frater tri-

bulatione deficeret, nisi fragilitatem nostram vox dominica praemunisset. Olim enim fidelibus euangelicae tuba lectionis insonuit, appropinquante fine mundi pestilentiam, bella, & alia multa quae adhuc, sicut nostis, in metu sunt, euentura. Quae ergo praescientes patimur, affligi ex his nimium tanquam de incognitis non habemus. Nam praerunquae & genus mortis in alterius mortis consideratione leuamen est. Quantas ergo detruncationes, quataesque crudelitates vidimus, quibus mors sola remedium, & erat vita tormentum? Nonne cum Dauid optio esset mortis oblata, recusatis fame & gladio, populum suum elegit dei manu succumbere? Ex qua re colligite, in his qui diuina percussione intereunt, quanta sit gratia, quando ea vocatione obeunt quam prophetae sancto pro munere constat oblata. Itaque creatori nostro in cunctis aduersitatibus gratias referamus, atque de eius misericordia confidentes, patienter omnia toleremus, quia satis minus patimur, quam meremur. Quoniam tamen ita temporaliter flagellamur, ut sine aeternae vitae consolatione minimè relinquamur, necesse est ut quanto his signis nunciatis venturum iudicem in proximo non nescimus: tanto rationes nostras quas in eius sumus examine posituri, bonae actionis studio & fletu poenitentiae muniamus, ut tanta nobis percussiones fauente eius gratia non damnationis initium, sed beneficium purgationis existant. Quia vero ea infirmitatis nostrae natura est, ut non possimus de obeuntibus non dolere: fraternitatis vestrae doctrina tribulatis sit solamen. Mansura illis bona quae promittuntur, insinuet: ut spe certissima roborati in comparatione futuri muneris discant de amissione temporalium non dolere. Vestra eos lingua, sicut & credimus, magis ac magis a prauis operis perpetracione coerceat: bonorum praemia, malorum poenas edisserat: ut qui bona minus diligunt, saltem mala pertimescant, & ab his se quae sunt plectenda contineant. Nam in flagellis positos, flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbire, & saeuientis acris iracundiam irritare. Atque est primum genus dementiae, uolle quempiam a malis suis iuste quiescere, & deum iniuste a sua uelle ultione cessare. Sed quoniam in his diuino adiutorio opus est, in cunctis dilecte frater precibus omnipotentis clementiam exoremus, ut & nos dignè ista tribuat exhibere, & populorum ad haec operanda misericorditer corda compungat, quatenus in timore ipsius actus nostros salubriter ordinantes, & ab ingruentibus malis erui, & ad superna venire gaudia eius duce gratia, sine qua nihil possumus, mereamur.

*Gregorius Eulogio patriarchae Alexandrino. De hereticis Agnoitis, & expositio Euangelij de ficulnea, sub testimonio, scilicet Augustini. De eo quod scriptum est: Nemo scit diem iudicij, nec filius, nisi pater solus. De eo quod dicitur: Adam ubi es? Et ad Cain: Vbi est frater tuus? Et de Lazaro: Vbi posuisti eum? quae omnia utiliter exponit.*


*Caput. XLII.*

**S**icut aqua frigida animam sitienti, sic nuncijs bonus de terra longinqua. Quis vero mihi esse nuncijs bonus quantum ad sanctae Ecclesiae adiutorium potest, nisi uita atque incolumitas suauissima mihi vestrae sanctitatis, quae ex percepta luce ueritatis, & eandem Ecclesiam praedicationis uerbo illuminat, & ad meliorem uiam morum suorum exemplis conformat? Quotiens autem in corde meo unanimitatem uestram relego, atque in corde uestro fixum me permanere cognosco, ago omnipotenti deo gratias, quia diuini loci charitas non potest. Nam etsi corpore longe disiungimur, mente tamen indiuisibiles sumus. Communis autem filius Anatholius diaconus suis mihi scriptis innotuit, in urbe regia nonnulla Ecclesiastica quaedam de causis terrenis mota. Sed credo quod prius hoc mihi nunciauerit, quam de causa Ecclesiae beatitudo uestra loqueretur. Et gandeo, quia ubi vos adesse contingit, me non arbitror defuisse. Nam ueritatis minister Petri sequax, & sanctae Ecclesiae praedicator scit, quia illa loqui potuisti, quae de sede Petri Apostoli per os doctoris sonare debuerunt. Ante hos autem dies Abramio Alexandrino ueniente sanctitati uestrae rescripseram, uel quid de scriptis uestris quae contra haereticos Agnoitas edidistis senserim, uel cur

*Episto. 41.  
Prou. 25.*

*M*





**A** curtarde responderim. Sed Abramius nauigij necessitate cō  
pullus, diu perhibetur in Neapolitana ciuitate demoratus:  
atque in eo iensu quod dudum scripseram, ita rescribo, quia  
de doctrina vestra contra hareticos: qui dicuntur Agnoita,  
sunt valde quod admiraremur: quod autem displiceret, non  
subiit eodem sensu iam dudum communi filio nostro  
Anatholio diacono plurima scripseram. Ita autem doctrina  
vestra per omnia Latinis patribus concordauit, vt mirum mi  
hi non esset quod in diuersis linguis spiritus non fuerit di  
uersus. Nam hoc quod de ficulnea dixistis: in eo sensu pro  
priè beatus Augustinus loquitur, quia cum Euangelista sub  
iungit: Nondum enim erat tempus ficorum, aperte cognosci  
tur quod per ficum dominus in synagoga fructum quæsie  
rat, quæ folia legis habuit, sed fructum operis non habebat.  
Non enim poterat creator omnium nescire, quia fructum fi  
cus non habuit, quod dum tempus ficorum non esset, omnes  
poterant scire. De eo verò quod scriptum est: Quia diem &  
horam neque filius neque angeli sciunt: omnino rectè vestra  
sanctitas sensit, quoniam non ad eundem filium, iuxta hoc  
quod caput est, sed iuxta corpus eius nos quod fumus, est cer  
tissime referendum. Qua de re multis locis idem beatus Au  
gustinus eo sensu vtitur. Dicit quoq; aliud quod de eodem fi  
lio possit intelligi, quia deus omnipotens aliquando more lo  
quitur humano, sicut ad Abraham dicit: Nunc cognoui quia  
times deum. Non quia se deus tunc timeri cognouit, sed  
quia tunc eundem Abraham fecit agnoscere quia deum tim  
meret. Sicut enim nos diem lætū dicimus, non quod ipse dies  
lætus sit, sed quia nos lætos facit, sic dictum est non quod ip  
se nesciat diem, sed quia hunc sciri minimè permittat. Vnde  
& pater solus dicitur scire, quia consubstantialis ei filius, ex  
eius natura qua est super angelos, habet vt hoc sciat quod an  
geli ignorant. Vnde & hoc intelligi subtilius potest, quia in  
carnatus vnigenitus, factusque pro nobis homo perfectus, in  
natura quidem humanitatis nouit diem & horam iudicij, sed  
tamen hunc non ex natura humanitatis nouit. Quod ergo in  
ipsa nouit, non ex ipsa nouit, quia deus & homo factus, diem  
& horam iudicij non nisi per deitatis suæ potentiam nouit,  
sicut cum ei in nuptiis mater virgo diceret vinum deesse, re  
spondit: Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit hora mea.  
Neque enim Iesus angelorum dominus horæ subiectus erat,  
qui inter cuncta quæ creauerat, horas & tempora fecerat, sed  
quia mater virgo cum vinum defuit, per eum miraculum fie  
ri volebat, statim ei respōsum est: Quid mihi & tibi mulier?  
Ac si apertè diceret: Vnde facere miraculum possum, hoc  
mihi ex patre, non ex matre est. Ex matre enim mori poterat,  
qui ex natura patris miracula faciebat. Vnde & in cruce po  
situs, eandem matrem moriens recognouit, quam discipulo  
commendauit, dicens: Ecce mater tua. Ait ergo: Quid mihi  
& tibi est mulier? nondum venit hora mea. Quod est dicere,  
In miraculo quod ex tua natura non habeo, te minimè reco  
gnosco. Sed cum hora mortis venerit, cognosco te matrem,  
quia vnde mori possum, hoc ex te habeo. Itaq; scientiam quā  
ex humanitatis natura non habuit, ex qua cum angelis crea  
tura fuit, hanc se cum angelis, qui creaturæ sunt, habere de  
negauit. Diem ergo & horam iudicij scit deus & homo. Res  
autem valde manifesta est: quia quisquis Nestorianus nō est,  
Agnoita esse nullatenus potest. Nam qui ipsam dei sapientiā  
fatur incarnatam, qua mente valet dicere esse aliquid quod  
dei sapientiā ignoret? Scriptum est: In principio erat verbū,  
& verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Omnia per  
ipsum facta sunt. Si omnia, proculdubio etiam dies iudicij,  
& hora. Quis ergo desipiat vt dicere presumat quia verbum  
patris fecit quod ignorat? Scriptum quippe est: Sciens Iesus  
quia omnia dedit ei pater in manus. Si omnia, profectō diem  
iudicij & horam. Quis ergo ita stultus est, vt dicat quia acce  
pit filius in manibus quod nescit? De eo verò loco in quo mu  
lieribus de Lazaro dicit: Vbi posuistis eum? ipsa specialiter  
sensimus quæ sensistis: quia si negant scisse dominum vbi fue  
rat Lazarus sepultus: atque ideo requisisse: proculdubio cō  
pellitur fateri, quia nesciuit dominus in quibus locis se Adā  
& Eua post culpam absconderant: cum in paradiso dixerat:  
Adam, vbi es? aut cum Cain corripuit, dicens: vbi est Abel  
frater tuus? Qui se nesciebat: cur protinus adiunxit: Sanguis

fratris tui de terra clamat ad me? Quāuis hoc in loco Seue  
rianus Gaualensis aliud loquitur: dicens, quia hoc mulieribus  
dominus per increpationem quasi dixerit, quod mortuum  
Lazarum vbi posuerunt requisit. Ac si apertè Eue culpam  
memorans mulieribus diceret: Ego virū in paradiso posui,  
quem vos posuistis in sepulchro. Ad hoc verò mihi idem cō  
munis filius Anatholius diaconus respondit aliam quæstio  
nem dicens: Quid si obiiciatur mihi, quia sicut immorta  
lis mori dignatus est: vt nos liberaret à morte, & eternus an  
te tempora fieri voluit temporalis, ita dei sapientiam ignorā  
tiam nostrā suscipere dignatam esse, vt nos ab ignorantia li  
beraret? Sed ad hoc ei necdum respondi, qui graui nuncuscq;  
infirmirate detentus sum. Iam nūc autem vestra cœpi oratio  
ne conualescere: & ei, si ita perfectè conualuero vt dictare  
valeam, adiunante domino respondebo. Ex quibus vobis mi  
hi nihil dicendum est, ne videar docere quæ nostis, quia &  
medicamina vim medendi perdunt, quæ membris sanis & for  
tibus apponuntur. Indicamus præterea quia grauem hic dif  
ficultatem interpretum patimur. Dū enim non sunt qui sen  
sum de sensu exprimant, sed transferre semper proprietatē  
volunt: omnem dictorum sensum confundunt. Vnde agitur  
vt ea quæ translata fuerint: nisi cum graui labore intelligere  
nullo modo valeamus. Benedictionē verò sancti Marci Euan  
geliste: & vestra beatitudinis accepi. Ligna autem transmit  
tere volui: sed quia nauis parua fuit quæ venit, ea portare nō  
potuit. Quāuis hæc ipsa qui viderunt Alexandrini venientes  
dixerunt quod parua sunt. Nam alia omnino vobis malora  
parauerat, quæ necdum ad Romanam ciuitatem tracta sunt,  
quia expectaui vt veniente Alexandrina nauis trahi debuis  
sent: & in loco vbi incisa fuerant remanserunt. Omnipotens  
deus vitam vestram ad edificationem sanctæ Ecclesiæ per lō  
ga tēpora custodiat: vobisq; aspiret vt pro me enixius ore  
tis: vt quem propria peccata deprimunt, vestre apud omni  
potentem deum preces leuent.

Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De abba  
tissa ordinanda. Caput. XLIII.

**F**raternitatis vestre adeo nobis sollicitudinem placni  
se scribimus, vt nostri studij esset ea quæ voluistis esse  
ctu comple. Quia ergo scripsistis vt personam tran  
smittere deberemus, quæ in monasterio quod in ciuitate no  
stra situm est, abbatissa regere possit officium, quam diuina  
misericordia suffragate, in regimine eiusdē monasterij stre  
nuam posse existere arbitramur, illuc præuidimus dirigen  
dam: vt à vobis deo protegente abbatissa debeat ordinari.  
Nam ad nos huc tantummodo causa orationis venit. Quia er  
go memoratam ancillam dei ad vestram voluntatem & scri  
pta transmisimus, hortamur vt circa eam monasteriumque  
ipsius sollicitudinem gerat fraternitas vestra: atque de gen  
tem illic congregationem in Iesu Christi dei & redempto  
ris nostri seruitio adhortationis suæ voce, & bonorum ope  
rum exhibitione corroboret: & ita se erga exteriores vilita  
tes eius, vbicunque necesse fuerit, & causas exlubeat, vt con  
uerfantes ibidem magnū in vobis subsidium, sicut decet, inue  
niant, & nullius rei eas necessitates deprimat: quatenus dum  
vobis prouidentibus omnis eius fuerit amota necessitas, in o  
ratione dei & laudibus assidue secura valeant mēte persiste  
re. Sic etenim agetur vt & illis electa cōuersatio ad salutem,  
& vobis proficiat ad mercedem. Nam gratia prorsus maior  
acquiritur, si de commissis omnibus lucrum offerat domino  
sollicitudo pastoris.

Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De peti  
tionibus Agrippini & Seruandī. Caput. XLIII.

**Q**uid petiō Agrippini presbyteri vel Seruandī dia  
coni contineat Ecclesiæ Fesulanæ, subiecta vobis  
pagina patefacit. Et ideo si ea quæ illic continen  
tur, veritate subsistunt, atque tales personæ ad  
vos venerint quibus credi aliquid debeat, vsque ad viginti so  
lidos: aut si plus vobis visum fuerit, in reparationem Eccle  
siarum, quæ in ruinis esse perhibentur, sub testamenti pag  
ina dare vos conuenit: quatenus & illic remedium sit, & ve  
stra debeat esse monitio. De ceteris verò rebus quæ apud nos  
sunt, pro memoria futuri temporis ex eisdem susceptum e  
mittite:

Epist. 43.

Epist. 44.



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

Mittite: vt dum deus pacem donauerit, res ipsa iuri Ecclesiae cuius sunt, sine aliqua valeant dilatione vel controuersia reparari.

Gregorius Palladio presbytero de monte Syna. De detractionibus non curandis. Caput. XLV.

Epist. 45. Pistolis dilectionis tue susceptis, filium meum Simpli- cum requirere curavi, & qua tentatione tua charitas vrgeretur, inueni: de qua tamen verbi mei consolatione non indiget, cum ipsa veritas dicat: Si patremfamilias Be- elzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Qui ite- rum dicit: Si de hoc mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vox de mundo, propterea odit vos mundus. Mundu videlicet cor- da carnalia designans, quae diligunt mundum. Haec igitur cu- perfecte te scire audiam, miror dilectionem tuam verbis ho- minum contristatam. Inter verba enim laudantium siue vitu- perantium, ad mentem semper recurrendu est: & si in ea non inuenitur bonum quod de vobis dicitur, magna tristitia ge- nerari debet. Et rursum si in ea non inuenitur malum quod de vobis homines loquuntur, in magnam debemus laetitiam proflire. Quid enim si homines laudant, & conscientia accu- let? Aut quae debet esse tristitia si omnes accusent, & sola co- scientia nos liberos demonstret? Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra haec est: testimonium conscientiae nostrae. Iob quoque dicit: Ecce in caelo testis meus. Si ergo nobis est tes- tis in caelo, testis in corde, dimitte stultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem suf- flant, atque in oculos suos terram excitant: vt vnde plus detra- ctiones perflant, inde magis nihil veritatis videant? Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisque satisfi- eri modis omnibus debet, scientes quid de Iudaeis veritas di- cit: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex ve- ritate noluerint, habes consolationem quam in sancto Euan- gelio conspicias, quia cum domino dictum fuisset: Scis quia Pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? respondit: Si- nite illos, caeci sunt, & duces caecorum. Paulus quoque Apo- stolus admonet dicens: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Dicitur quippe cum omnibus pacem habentes, quia hoc difficile esse prospexit, praemisit, si fieri potest. Sed tamen adiunxit quod possit fieri: cum dixit, quod ex vobis est: quia si nos in mente charitatem contra audientes seruare cupimus, etsi illi nobiscum pacem non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus. In om- nibus ergo fili dilectissime cor custodi, sicut scriptum est: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Haec breuiter pro charitatis commemoratione rescripsi. Sed peto vt pro me orare debeas, quatenus omnipotens deus, & a malis me spiritibus, & a pueris hominibus custodire digne- tur, quia in hac vitae meae peregrinatione mala me simul & multa circumdat, ita vt cum Psalmista iure dicam: In me per- transierunt irae tuae, & terrores tui conturbauerunt me. Cir- cundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. caelestis gratia & nos in urbibus, & vos in eremo protegat, quia antiquus hostis terrarum locis a tentatione non exclu- ditur: quia si in paradiso hominem strauit, quis locus extra paradisum esse potest, in quo mentes hominum penetrare no- valeat? In sola ergo creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus: Esto mihi in deum prote- ctorem, & in locum munitum, vt saluum me facias. Transmi- simus vobis de benedictione sancti Petri Apostoli cucullam & tunicas, quas ea petimus charitate suscipi, quae a nobis tra- smissa sunt.

Gregorius Ecclesio episcopo Elusino. De episco- po cautè eligendo. Caput. XLVI.

Epist. 46. Scripta fraternitatis vestrae suscipientes, contristati su- mus quod vos per ea & grauer infirmatos, & adhuc debiles esse cognouimus. Et licet sanctitatem vestram videndi desiderium haberemus, bene tamen fecistis isto vos illic tempore continere, ne venientes huc de aegritudinis ves- trae molestia recidiam nobis tristitiam faceretis. De episcopatu autem laudamus quod personam non temere ele- gistis: sed cauti, sicut decuit, extitistis. Venientibus enim vo-

bis, si deo placuerit, communi deliberatione tractabimus, & quod vtile visum fuerit, deo auxiliante disponemus. Vnu au- tem caballum vobis qualem inuenire potuimus, de benedi- ctione sancti Petri transmimus, vt habeatis cum quo post in- firmitatem vectari possitis. De causis vero pro quibus lato- res praesentium huc venerunt, quid actum sit, ipsorum omnia renunciatione cognoscentes. Praeterea Ecclesiis ad quas sine labore potestis accedere, fraternitas vestra officium visita- tionis impendat, vt ij qui illic deo propicio baptizantur, in- consignati non debeant remanere.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano Crescentium vicarium commendat. Cap. XLVII.

Epist. 47. Cvm lator praesentium Crescentius, vicarius noster, quem ad se filius noster gloriosissimus dominus Le- ontius ex consulatu praecipit occurrere, exire de se- ptis venerabilibus dubitaret, ne qua per eum excusatio aliis fortasse nasceretur, aut publica diceretur utilitas impediri: ei vt egredi debuisset, aequitatem seruari promitti fecimus. Et ideo quia haec illi res sicut iussus fuerat, illic suavit occu- rere, fraternitas vestra ei salua ratione cocurrat, atque apud praedictum gloriosissimum dominum vestrum agere cum ea qua consuevit charitate studeat, vt in nullo eum contra leges aut rationem patiatur aliquo modo praegruari: sed iustitia ei sicut Christianitati eius conuenit, in omnibus faciat custo- diri: quatenus & ipse ad mercedem suam, quod equitatis or- do exigit, videatur salubriter seruasse: & hic se contra ea qua: promitti fecimus, grauari non sentiat.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Apol- lonium magistrum militum commendat.

Caput. XLVIII.

Epist. 48. Qvanuis glorioso Apollonio magistro militu com- muni filio paternam vos pietatem nouerimus im- pendere, quia tamen eundem dilectionis modum quem circa eum sacerdotaliter exhibetis, no- stris credidit apicibus augmentandum: idcirco eum frater- nitati vestre his epistolis commendamus, hortantes vt pater- nam in vobis, sicut decet, consolationem inueniat: & solatiis vestris, sicut visus exegerit, comitante iustitia potiatur: quate- nus dum vestram erga se amplius fuerit dilectionem exper- tus, & ipse quod de vobis confidit agnoscat, & nostram ten- tiat epistolam profuisse.


Gregorius Leontio exconsul. Apollonium com- mendat. Caput. XLIX.

Epist. 49. Scientes gratia paterna vos scripta suscipere, si illud peragere studeamus, gloriam vestram vltro non est du- bium operari, vt filiorum nostrorum desideria non pa- tiamur contristari. Et ideo quia gloriosus filius noster Apol- lonius magister militum, lator praesentium, nostris se apud vos voluit apicibus commendari, salutantes gloriam vestra paterna dilectione petimus, vt salua ratione, gratiam vestri fauoris inueniat, & patrocini opem in quocunqve necesse fuerit, consequatur: quatenus dum gloria vestra ea que spo- te consuevit impendere, nostrae quoque commedationi pra- stiterit, & ipse se optatum in vobis gaudeat inuenire subsi- dium, & nos vberes sincerissimae bonitati vestrae gratias re- feramus.

Gregorius Domiciano episcopo Metropolitano. De Leontio ex substantia Theodori episcopi.

Caput. L.

Epist. 50. Qvam magna charitatis sit in mente vestra sinceritas, etiam res ipsa testatur, quod dilectionis affectu quem coram positus exhibetis, seruare absentibus non cessatis. Proinde multum nos ad dilige- dum gloriosum Leontium communem filium epistolarum vestrarum testificatio prouocauit: quia dum illum sanctitati vestrae in amicitia indicastis esse coniunctum, qualis iam sit ostenditur, scilicet quia bono viro nisi bonus placere non po- tuit. Et ideo non immerito diligendus est, qui vobis inueni- tur familiariter coniunctus. Idem autem gloriosus vir in Si- cilia se retinuit, & ad Romanam urbem needum venit. In his tamen quae ei pro publica utilitate secretissimorum domino- rum



A rum fassione mandata sunt, inquantu ratio finit, minime sufragari distulimus. Gloriosum enim Gregorium expraefecto vel alios qui in septis Ecclesiasticis residebant, hortari studiose curamus, vt exire, & rationes suas exponere debuissent. Qui egredientes cum Marco viro magnifico scribone, quibus habitationem eorum venerat, accepto verbo ad Siciliam ire parati sunt. Praeterea de substantia Theodori episcopi quem Ecclesiae vestrae iuri scripsistis fuisse superpositam, plus amplius aliud quod fieri posset non fuit, quam vt antefato gloriosissimo Leontio de quo tanta testificamini, cui & causam ipsam asseritis commendata, atque Ioanni fratri & coepiscopo nostro, de cuius sanctitate & sollicitudine certi sumus, huius negotii audientiam manda remus, hortantes vt & veritatem cum omni studeant subtilitate perquirere, & ita contentionibus partium secundum iustitiam citius finem imponere: quatenus nec homines sanctae fraternitatis vestrae longa valeat illic dilatio retinere, nec pars altera inauditam se pati praerudicium conqueratur. Quicquid enim alteri hac de re fuerit statutum, certi estote quia sine mora complebitur. Nam sicut sine iudicio quenquam nolumus condemnari, ita quae diffinita fuerint, nulla patimur executione differri. Omnipotens autem deus sua vos protectione atque propiciatione circumtegat, gressusque vestros in timoris sui tramite conseruet, vosque pro me ad orandum excitet, vt & vestris intercessionibus mea studia in viam vitae dirigantur.

Gregorius Leontio exconsuli. De causa Libertini & quia ira niri cauta debeat esse. Caput. LI.

Episto. 51.

Cautiois exemplar Libertini ad me studuit gloria vestra transmittere, quatenus mihi ostenderet cum qua obligatione vel mente ad praeturae dignitatem idem Libertinus accesserit. Quae a glorioso fratre meo Palestino patricio vel consiliario meo viro magnifico Theodoro relecta, mihi subtiliter insinuata est, atque execrabilis & mihi & cunctis apparuit, qui cognoscere valuerunt. Sed debet gloria vestra meminisse, quia nunquam epistolas meas pro commendatione alicuius accepit, nisi vt protectionem vestram fauente iustitia praestaretis. Et quia de eodem Libertino tota simul prouincia gratias referebat, iudicaui. Nam vel quis esset, vel quales causas habuerit, neque vnquam professus sum, nec haecenus simpliciter scio. Nam licet in ista causa cautionis culpabilis inuenitur, & de aliis causis quid pro se alleget nescio, vnum tamen bene atque constanter noui, quia si qua rebus publicis fraudem fecit, substantia eius caedi debuit, non libertas. Nam in hoc quod liberi caeduntur, vt taceam quod omnipotens deus offenditur, vt taceam quod opinio vestra vehementer grauatur, piissimi tamen imperatoris nostri omnino tempora fuscantur. Hoc enim inter reges gentium & imperatores Romanorum distat, quia reges gentium domini seruatorum sunt: imperator vero Romanorum, dominus liberorum. Vnde & vos quidem quicquid agitis, prius quidem seruata iustitia, deinde custodita per omnia libertate debetis. Scriptum est: Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Et per semetipsam veritas dicit: Quae vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eadem illis. Libertatem ergo eorum qui vobis in discussionem commissi sunt vestram, specialiter attendere debetis, & si ipsi a maioribus vestris iniuriari libertatem vestram non vultis, subiectorum vestrorum honorando libertatem custodire debetis. Scimus enim qui dixit: Coelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Cuius quia verba non transeunt: sed per omnia implentur, metumens quod iterum dicit: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Quid autem gloria vestra existimat: quia si superbe, si crudeliter agimus, despecto deo nobis hominem placamus? Nullo modo. Nam ipse qui despicitur, eum contra nos cui despecto deo placere volumus, irritat. Curemus ergo per omnia placere deo: qui potens est etiam iratos homines ad mansuetudinem reducere. Nam, sicut dixi, etiam mansueti homines indignante deo ad iracundiam prouocantur. Si autem dicitur quia sine verberibus atque terroribus fraudes publicae inueniri non possunt: hoc admittere poteram, si in rationem causa dominus Leontius non venisset. Nam verum est, quia illi solent manibus ex-

cedere, qui in sensu & lingua deficiunt, de quo se mihi vestra gloria non valet excusare. Nam quae auditis, vel quae dicitis, subtiliter exquirens, inueni quia homines sine cauta caeditis, qui auxiliante deo verbis agere omnia potestis. De causis vero eorum quos discutitis: veram fateor quia multa audiens quae nunquam ante cognoui, vehementer erubescio. Vnde & vobis & piissimo domino imperatori taceo. Nam si mihi constare potuisset, quia iustas causas de suis rationibus haberet, prius per epistolas vos pulsare habui, & si auditis minime fuisset, serenissimo domino imperatori suggerere. Sed quia mihi de suorum rationibus nihil conitat: ideo sicut dixi, & vobis & piissimo principi haecenus nihil dico. Turpe est enim hoc defendere, quod mihi non constiterit iustum esse, quia ego homines propter iustitiam diligo, non autem iustitiam propter homines postpono. Ita ergo age gloriose fili, vt in actione commissa prius illum habeas placatum, qui continet omnia, ac deinde serenissimi principis vilitatem cum omni sollicitudine impleas. Nam & in eius actione a quo tibi commissa est, esse negligentem non sine peccato existimo. Sed quia omnipotente deo largiente, idonea est vestra sapientia & rationes vigilanter ac subtiliter exquirere, & creatoris vobis iudicium per mansuetudinem placare, quotiens ira animum inuadit, mentem edoma, vince te ipsum. Differ tempus furoris, & cum tranquilla mens fuerit, quod placet vindicare. Ira enim in vindicta malorum sequi debet rationem animi, non praerire: vt quasi ancilla iustitiae post tergum veniat, & non lasciuia ante faciem prorumpat. Aliquando vero ostendenda est, & non exhibenda. Aliquando exhibenda est, sed nunquam sequenda. Quando enim in executione iustitiae placata mente irascimur, iracundiam & non sequimur & exhibemus. Ira enim quae animum perturbat, quanta consideratione cauenda est, monstratur. De qua scriptum est: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam dei non operatur. Hinc rursus scriptum est: Quis potest habitare cum homine, cuius spiritus facilis est ad irascendum? Hinc iterum dicitur: Noli esse cum homine iracundo, neque ambules cum viro furioso: forte discas semitas eius, & sumas scandalum animae tuae. Contra hanc in laude patientiae dictum est: Melior est vir qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem magna. Hinc David personam in se infirmorum sumens ait: Turbatus est praeter iram oculus meus. Atque ex ipsa perturbatione quid sequatur, adiunxit dicens: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Ex ira quippe cum turbatus fuerit oculus cordis, inter inimicos nostros ad vetustatem reducimur, quia inter malignos spiritus ad vetusti hominis similitudinem renouamur. Cum igitur ira quae cor permouet, sacra eloquia tot testimoniis detestentur, perpendamus qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod deo iudice, in testimonio illius toties reprobatur. Alia quoque occurrit opinio: quia alij pro alijs grauatur. Ex quibusdam quae ex principali iussione expentia sunt, minime reputantur. Quod si verum sit, nescio. Si tamen ita est, hoc omnino facere & pro timore aeterni iudicij, & pro ipsius humanae considerationis ratione minime debetis. Ecce gloriose filii amore dei tuoque prouocatus, cuncta quae sensi, quae audiui, breuiter indicaui. Sapientis autem viri est, & breuiter audita latius pensare, & quae deo displicent, in celeritate corrigere. Omnipotens deus coelestis vos gratia protectione circumdet, & hic vos & a prauis actibus, & a peruersis hominibus tueatur, & apud se postmodum in aeterna patria pia remuneratione laetificet.

Iaco. 1.

Prou. 18.

Prou. 22.

Psal. 30.

Gregorius Amantino domestico. De cautionibus Ioannis palatini. De persona Libertini. Caput. LII.

Episto. 52.

Ea quae per Paulum latorum praesentium, & Timarchum excubitorem gloria vestra transmissit, eo quo voluistis modo suscepta sunt. Sed & excellentissimo filio nostro Exarcho per suprascriptum excubitorem qui ad eum profectus est, scripsimus vt cautiones agentium vices Ioannis praefecti simul & palatini huc transmittere debeat. Indicantes ei, quia nisi illas direxerit, usque ad aduentum vestros ea quae a gloria vestra transmissa sunt, non tangantur, sed vobis remeantibus.

Tob. 4. Mat. 7.

Mat. 24. Mat. 7.

**G**meantibus conferentur. De persona autem gloriosi Liber-  
tini quedā ad nos ante puenerat, & necesse fuit vt ea vobis si-  
cut reuera filiis quos diligimus, minimē taceremus. Et quan-  
tum in gloria vestra epistolis inuenimus, molestē illa, quod  
non decuit, suscepistis: dum quando nihil asperum scripsis-  
se meminimus, sed hortati sumus vt cum eo charitatē & gra-  
tiam haberetis: sed quia ad hęc aspera vobis referentibus,  
ne ipsam ad nos epistolam mitteretis, per somnium vos scri-  
psistis esse prohibitos, omnipotenti deo gratias agimus, qui  
sic vos vigilantes custodit vt etiam dormientes admoneat.  
Sed quia in eodem somnio & à me vos de eadem causa repre-  
hensos scribitis, qualis sim, vel hoc colligite. Et quando vos  
paterna adhortatione conuenio, molestē suscipere non de-  
betis: quia qui dormientibus purus sum, vigilantibus duplex  
esse non patior.

*Gregorius Romano defensori. De insulis Nea-  
politans. Caput. LIII.*

Episto. 53.

**P**ruenit ad nos quod quidam praua voluntatis studio,  
contra seniores & ciues Neapolitanae ciuitatis de insu-  
lis iuris eorum Leontio glorioso filio nostro nitantur  
surripere, vt eos iniuste damnis possint afficere atq; afflige-  
re. Idcirco tibi hac præceptione iniungimus, vt debeas esse  
solicitus, quāuis apud eum nullus locus surreptionis hac de  
causa inueniatur, vbi fortē aliquid dictum fuerit, vel episco-  
pum præiudicialiter quid, quod non credimus, facere fortē  
cognoueris, ex nostro illi mandato dicere te volumus, vt ma-  
lorum hominum verbis assensum præbere, & in hoc peccato  
se miscere nō debeat: quia licet retro principum iussionibus  
omnino de eisdem insulis sint muniti: nobis tamen cum in re-  
gla vrbe sumus suffragantibus, ita serenissimi domini Mau-  
ritij principis elicita iussione, eorū strictē iura munita sunt,  
vt non habeant vnde iuste debeant formidare. Pro qua re vt  
& tu diligentius informati, & antedicto glorioso filio nostro,  
si causa se dederit, liquidō satisficere valeas, eorum tibi ius-  
sionum exemplaria præuidimus transmittenda. Sed si neces-  
sarium fuerit, ipsas facimus authenticas destinari. Tantum  
est, vt diximus, studeas esse sollicitus, vt surripiendi cuiquā  
illuc locus non pateat.

*Gregorius Bono episcopo Messanensi. Grego-  
rium præfectum commendat.*

*Cap. LIIII.*

Epist. 54.

**L**icet gloriosus filius noster Gregorius expræfecto ma-  
gnam de fraternitate vestra certitudinem habeat, vt sa-  
cerdotalem sibi à vobis impendi affectum nō dubitet,  
quia tamen charitatis vestrae modum nostra rogante com-  
mendatione fidit augeri, his vos epistolis præuidimus adhor-  
tandos, vt vtilitati ipsius concurrere, atque in eius iuuamine  
impendere vos quacunque suaserit ratio debeatis. Et quia  
aliqua apud fraternitatem vestram pro sua, vt ait, cautela a-  
gere desiderat, locum apud vos, sicut reuera decet sacerdo-  
tes, inueniat, & paterna sibi compati dilectione vos cogno-  
scat: quatenus dum sollicitudinis cura ipsius vestrae charita-  
tis studio fuerit reuelata, & ipse confidentiam quam de vo-  
bis gerit operibus valeat experiri, & fraternitas vestra po-  
stulantium desiderijs se videatur salubriter impendisse.

*Gregorius Leontio exconsuli. De Gregorio  
expræfecto. Caput. LV.*

Episto. 55.

**C**um iustitiæ vigor in cognitione vestra, & veritas iu-  
uare sufficiat quos tuetur, cuiusquam apud vos com-  
mendatione opus non fuerat, quippe qui ea quæ pro  
æquitate petenda sunt, ex vobis impenditis. Sed ne postulan-  
tium desideria, qui bonorum filiorum studium paterna cre-  
scere adhortatione confidunt, postponere videamur, idcirco  
illa apud gloriam vestram agere quæ vltro exhibetis, omni-  
bus modis inuitamur. Eapropter paterna dilectione vos sa-  
lutantes petimus, vt glorioso viro filio nostro Gregorio ex-  
præfecto charitatis gratiā, qua estis præditi, largius tribua-  
tis: quatenus & ille quicquid æquitatis in vestra benignitate  
confidit, veris possit effectibus experiri, & nos bona quæ de  
vobis multipliciter prædicantur addiscentes, assidue pro  
gloria vestra incolumitate omnipotentem valeamus domi-  
num deprecari.

*Gregorius Amantino domestico. Gregorium expræ-  
fectum commendat. Caput. LVI.*

**C**onfidentes quod gloria vestra se in amicorum suo-  
rum solatijs deuota semper exhibeat, eorum vobis  
causas commendare, quos diligitis, studemus. Atque  
ideo salutantes petimus, vt gloriosus filius noster Gregori-  
us, quales nos hic habuit: illic vos tales inueniat: & tam apud  
gloriosum filium nostrum Leontium, vel alibi quocunque  
necesse fuerit, gloria vestra solatia consequatur: ac magnā  
in vobis consolationem inueniat, & in quantum possibile est,  
ne cuiquam iniusta possit afflictioni vel grauamini subiacere,  
gloria vestra sollicitudo studio vigilantanti prouideat, &  
tranquillo maturoque hoc studeat consilio declinare: quate-  
nus dū vos, sicut decet, adiutores habuerit, & ipse & nos am-  
plius cognoscere valeamus, quia, sicut de gloria vestra præ-  
sumimus, non ad faciem, sed quod est valde laudabile, puras  
nostis amicitias exhibere.

*Gregorius Secundino & Ioanni episcopis Siciliae.  
Gregorium commendat. Caput. LVII.*

**B**onorum nos hortatur dilectio filiorum, vtilitati-  
bus eorum studiosè concurrere: & eos in quantum ra-  
tio suppetit, adiunare. Et ideo quia quātum se glorio-  
sus filius noster Gregorius expræfecto benignè cunctis exhi-  
bit, tanto omnium debet vt solatijs, fraternitatem vestram  
his hortamur assatibus: vt illic venienti tam apud Leontium  
gloriosum exconsulem in disponendis rationibus suis, quā  
apud alios vbi causa poposcerit, opem ferre, & partes illius  
subleuare fauente iustitia festinetis: vt vobis sacerdotaliter  
concurrentibus, nullam molestiam vel dispendium contra  
ordinem possit æquitatis incurrere. Quem si, quod non cre-  
dimus, grauari frustra in aliquo senseritis, apud prædictum  
gloriosum virum agere vos episcopali modestia seruata ne-  
cesse est, vt verbum quod ei per Alimarcum virum magni-  
ficum scribonem præbuit, custodire debeat ac seruare, atq;  
illum irrationabiliter affligi vel sustinere dispendium mi-  
nimè patiatur. Ita ergo fraternitas vestra se erga eum solli-  
citam curet ostendere: & in eius se causis secundum deū stu-  
deat exhibere: vt & sacerdotale in vobis subsidiū, & pater-  
nam inueniat charitatem.

*Gregorius Bonifacio episcopo regio. De queri-  
monia Gregorii aduersus eum. Caput. LVIII.*

**S**acerdotali proculdubio conuenit grauitati, vt si quas  
Ecclesia suæ causas habuerit, aut pacifica eas ordina-  
tione, si fieri potest, aut certè iudicio interueniente si-  
ne mora diffiniat: vt sublata è medio contentionis materia,  
sola illi cum filiis suis pacis possit remanere concordia. In-  
dicauit itaque nobis gloriosus filius noster Gregorius ex-  
præfecto: quod inter se & Ecclesiam vestram de locis quæ  
cōperunt, aliqua sit orta contentio. Ob quam rem hortamur  
vt eam aut cessante iurgio finiat, aut certè dilatione submo-  
ta Ecclesie vestre actores ad electorū ire iudicium faciat, vt  
eorum diffinitione præcedente, nec ille contra iustitiam  
grauari, nec vestra præiudicium videatur Ecclesia sustine-  
re. Quia verò homines suos & possessiones quas illic habet,  
vobis voluit commendari: oportet vt vestra se fraternitas in  
eius causis quodcunque ratio inuitauerit, non omittat impē-  
dere. Atque ita eum in quibuscunque valuerit iuuare festi-  
net, vt concurrentibus vobis, absentem se à suis vtilitatibus  
esse non agnoscat.

*Gregorius Ioanni & Fortunato episcopis: & An-  
themio subdiacono. Homines Gregorii commen-  
dat. Caput. LIX.*

**E**A quæ filiis nostris vltro nos decet impendere, nega-  
re eis petentibus non debemus. Et ideo quoniam filius  
noster gloriosus Gregorius expræfecto possessiones  
quas illic habet, vel homines suos fraternitati vestrae à nobis  
studuit commendandos, scriptis vos præsentibus adhorta-  
mur, vt vtilitatibus eius salua ratione cōcurrere: & possessio-  
nes eius atq; homines tueri, sicut desiderat, debeatis, nec eos  
contra iustitiam à quibuslibet vexari, aut patiamini prægra-  
uari. Sed id agite, vt tuitione vestra prædicti filij nostri iup-  
piere



**A**plere presentiam valeatis: quia ita se, sicut nostis, exhibuit  
cunctis, ut omnium solatia habere mereatur.

*Gregorius Azimarco scriboni. De infirmitate Gregorii.  
Caput. LX.*

**Epi. 65.** **Q**uia presentium portitor gloriosus filius noster  
Gregorius tarde ad Siciliam venit, non voluntate di-  
stulit, sed ita infirmitate corporis debilis factus est,  
ut vix in multis diebus reparari potuerit. Cuius  
debilitatis indicia etiam ipsi adhuc in eo cognoscetis. Mox au-  
tem ut aliquantulum conualuit, venire illuc sicut magnitudini ve-  
stra promiserat, non neglexit. Quod ideo his apicibus scri-  
bendam prauidimus, ne eum distulisse sponte credentes, hanc  
moram eius forsitan studio factam reputetis.

*Gregorius Romano defensori. De Gentione viro ma-  
gnifico. Caput. LXI.*

**Epi. 61.** **Q**uoniam filius noster Gento vir magnificus scribo  
tata, deo propitio, bonitatis est, ut valde sit diligen-  
tus: siquid ei potuimus conferre, debuimus. Vol-  
uerat enim possessionem iuris Ecclesiastici sub  
specie libellorum tenere. Sed propter malos scribones iudicau-  
imus in hac nos causa, nec bono committere. Proinde excepta  
de possessione quae potuerunt in eius utilitatem verti, e-  
dem volumus eius magnitudini singulis annis offerri: id est  
porcos viginti qualiter ipse prauidetis, herbices viginti,  
& gallinas quadraginta. Quae omnia volumus in exceptis  
reputari.

*Gregorius Adeodate illustri feminae. De reliquiis ei co-  
cessis. Caput. LXII.*

**Epi. 62.** **V**t moram in dandis reliquiis, quas gloria vestra pe-  
tit faceremus, non voluntate distulimus: sed praee-  
dentis rei nos casus fecit ambigere. Deus autem om-  
nipotens cordis vestri deuotionem intuens, miraculorum signis  
admonentibus a vestra vos intentione fraudari non pertulit.  
Sed ideo desiderium modica voluit dilatione differri, ut do-  
centibus miraculis & amor vobis cresceret in veneratione  
sanctorum, & maior fieret exultatio gaudiorum. Quia ergo  
in affectu postulata rei, gloria vestra vota completa sunt,  
hortamur ut eius praedicatorum colitis, eius sollicitate man-  
data seruetis, & sicut religiosa deuotione terrena sanctorum ho-  
noribus loca construitis, sic quoque cum eis mansionem vo-  
bis procurare in coelestibus festinetis, quatenus & hic illos  
in omnibus adiutores, & in futura mereamini habere vita  
confortes.

*Gregorius Decio episcopo Lillabitano. De consecratio-  
ne Ecclesiae. Caput. LXIII.*

**Epi. 63.** **A**deodata gloriosa femina petitoria nobis insinua-  
tione suggestit, quod habetur in subditis. In domo  
siquidem iuris sui intra ciuitatem Lillabitanam mo-  
nasterium ancillarum dei a solo se pro sua deuotione fundas-  
se, quod in honorem beati Petri principis Apostolorum, &  
sanctorum Christi martyrum Laurentij, Hermetis, Pan-  
cratij, Sebastiani, & Agnetis desiderat consecrari. Et ideo fra-  
ter charissime, quia in tuo memorata constructio iure confi-  
sit, si nullum corpus ibidem constat humatum, percepta pri-  
uata donatione legitima, id est in redditu praestantes liberos a tri-  
butis fiscalibus solidos decem, pueros tres, bouum paria tria,  
mancipia alia quae seruiant in ipso monasterio numero quin-  
que, equas numero decem, vaccas decem, iastulas vinearum  
numero quatuor, oues numero quadraginta, & cetera secun-  
dum morem.

*Gregorius Hilario notario. De nau Adeodate abbatis-  
se data. Caput. LXIIII.*

**Epi. 64.** **N**auem in qua Vitalis presentium portitor nauigat,  
ad dilectissimam filiam nostram Adeodatam abba-  
tissam pro sustentatione monasterij sui emissam co-  
gnoscat. Qua illuc veniente, hac tibi autoritate praecipimus,  
ut ita eam in cunctis, tuearis atque ab omni angaria vel one-  
re exuere exculareque festines, ac si specialiter nostra sit. Na  
nostri causa in eodem monasterio tanta congregatio deo pro-  
picio degere comprobatur, ut plus illi solatiari atque concur-  
rere quam nostra in omnibus festinemus Ecclesiae. Et ideo

postquam voluntatem nostram experientia tua circa praedictum  
monasterium talem esse cognoscit, ita se in tuitione supra-  
dicta, ut diximus, nauis impendat, ut te illic posito, nullam mo-  
ram vel impedimentum ab aliquo valeat iustinare. Nam si,  
quod non credimus, in aliquo negligens esse tentaueris, vehe-  
menter te nostram noueris offensionem incurtere.

*Gregorius populo, presbyteris, diaconibus, & clero Me-  
diolanensi. De obitu Constantij episcopi, & alio episcopo  
eligendo. Caput. LXV.*

**Epi. 65.** **Q**uoniam nos de obitu fratris & coepiscopi nostri  
Constantij, moeror afficiat, paginali explere locutio-  
ne non possumus. Sed quia multa bona partes illae in  
vno homine perdidit, vltima vicina repe-  
tina calamitate non sentiant. Nam quemadmodum sollicitus in  
Ecclesiastica regula disciplinae, vel quam fuerit vigilans in  
tuitioe ciuitatis vestrae, non habemus incognitum. Sed quo-  
niam obeunte pastore sine proprio vos esse non decet antistite,  
omnino grate suscepimus, quod Deus dedit diaconem ve-  
strum ad episcopatus officium vos vnanimes elegisse, deo au-  
thore, signastis. Vnde quia bonorum studiorum desideria nul-  
la debet tarditas impedire, vota in eo vestra complere cum dei  
gratia festinamus. Et quia praedictus vir nobis non moribus sed  
solum specie tenus notus est, oportet ut quanto in hac electione  
non solum vestram utilitatem, sed etiam causam dei agi co-  
gnoscat, tanto debeatis esse solliciti. Et si subtiliter requiren-  
tes, nihil est quod ei ex antea vita criminis per sacros pos-  
sit canones obuiare: aut si ad teuendam disciplinam, vel ex-  
hibendum regimen idoneus reperitur, atque cunctorum in  
eius, sicut scribitis, electione concordet assensus, diuinitatis  
gratia suffragante eum presentium scriptorum autoritate  
solenniter decernimus ordinari. Illud autem quod vobis ab  
Agilulpho indicastis scriptum, dilectionem vestram non mo-  
ueat. Nam nos in hominem qui non a catholicis, & maxime a  
Longobardis, eligitur, nulla praebemus ratione consensum.  
Nec si alicuius praesumptionis usurpatione factus fuerit, in  
locum vel ordinem illum sacerdotis suscipimus, quia vica-  
rius sancti Ambrosij indignus euidenter ostenditur, si electus  
a talibus ordinatur. Nec enim est quod vos hac ex causa de-  
terreat, vel aliquam vobis necessitatem inueniat, quia vnde  
possunt alimenta sancto Ambrosio seruiantibus clericis, mi-  
nistrari, nihil in hostium locis, sed in Sicilia, & in aliis repu-  
blica partibus, deo protegente, consistit. Ut igitur in or-  
dinando eo qui a vobis electus est, nulla possit mora contingere,  
Panthaleonem notarium nostrum transmisimus, qui  
eum, ut moris est, annuente consensu nostri autoritate fa-  
ciat consecrari. Cui etiam quia de possessiunculis, quas ma-  
gnus presbyter commissas habuerat, vel de aliis Ecclesiae no-  
strae utilitatibus curam gerere, vel quid aliud agere de-  
beat, in presenti mandauimus, vestra se ei dilectio in omni-  
bus deuota, ut decet, studeat exhibere.

Finunt epistolae Indictionis tertiae.

## LIBER NONVS.

Incipiunt epistolae Indictionis quartae, ex regi-  
stro beati Gregorij papae.

*Gregorius seruis seruorum dei Innocentio Aphycae pre-  
fecto. De Victore Fauianensi episcopo.*

Caput. I.



**Epi. 1.** **Q**uia prauorum actuum eminentiam ve-  
stram iudicem esse desiderat, quid de  
aequitate eius bono sentiat estimatis.  
Proinde reuerentissimi fratris & coepi-  
scopi nostri Victoris Fauianensis epi-  
scopi plenam vobis doloribus querelam  
deserimus: ut & malos ab actione pro-  
pera corrigatis, & ab iniustitia, qua su-  
stinent, bonos eruatis. Queritur siquidem supra-  
dictus frater noster multas in illis locis violentias, multaque alia contra  
dei timorem Aphyricos iudices exercere. Denique ut duplicia  
illuc tributa, quod auditu ipso intolerandum est, exigantur.  
FF Et quia

**G** Et quia huius mali emendatio vestra specialiter auctoritate dignitatis expectat, petimus ut subtili indagacione perquirere, & ita hoc deo vobis imperante debeatis corrigere, quatenus afflictis pro mercede anime vestre protectione iustitie succurratis: & huius emendationis exemplo alios in futuro a pravis actionibus arceatis.

*Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. De persona quadam ad sacrum ordinem promouenda.*

*Caput. II.*

Epi. 2.

**F**raternitatis vestra scripta suscepimus, in quibus indicastis Florentinum diaconem vestrum pro utilitatibus Ecclesie vestrae ad urbem regiam vos velle transmittere. Et quia voluistis ut cum dilectissimo filio nostro Anatholio diacono superscriptis debuisset apicibus commendare, scribere ei curauimus, ut illi in quibus necesse fuerit & valuerit adesse non differat: ipsaque scripta ad vos transmissim, ut secum ea, quam direxeritis, persona debeat deportare. De persona vero quam in sacro vos dicitis velle ordine promouere, videtur nobis ut si nihil est quod vitae eius obstat, & ei a nullo res quam indicastis obicitur, quod visum vobis fuerit, faciatis. De aliis vero causis volumus vobis ut sollicitudinem gereretis, scribere. Sed postquam vnam vobis commisimus, quae per neglectum vestrum deperit, de aliis tacere elegimus, ne & ipsas similiter perderemus.

**H** *Gregorius Anatholio diacono Constantinopolitano Diaconem Marini episcopi commendat.*

*Caput. III.*

Epi. 3.

**F**ater & coepiscopus noster Marinianus ad urbem regiam pro Ecclesie suae utilitatibus diaconum suum scripsit se velle transmittere. Et quia illum dilectioni suae magnopere voluit commendari, scriptis praesentibus adhortamur, ut ubicunque necesse fuerit, salua ei ratione concurras, & ita in cunctis illi opulari festines, ut charitatem tuam de qua praedictus frater noster valde confidit, cognoscat in opere.

*Gregorius Alexandrino praefecto. De patrimonio Ecclesie Rauenne.*

*Caput. IIII.*

Epi. 4.

**Q**ui de filij charitate non dubitat, commendare ei quos diligit, non recusat. Et ideo quia patrimoniū ecclesie Rauennatis quod in Sicilia constitutum est, ita dicitur diminutum, ac si nullus esset qui utilitates ipsi agere potuisset, necesse fuit reuerentissimū fratrem & coepiscopum nostrū Marinianū de ordinando patrimonio ipso ne amplius decrederet, cogitare. Ad cuius quia gubernationem Ioannem diaconem suum transmisit, paterno salutate affectu petimus, ut ei tanquam a nobis misso, sicut de vobis confidimus, charitatem in omnibus impendatis.

**I** *Gregorius Leoni episcopo Cathenensi. Seuerum commendat.*

*Caput. V.*

Epi. 5.

**F**ilius noster Seuerus vir magnificus praesentium lator ad Siciliam venire desiderans, nostris se apud fraternitatem vestram petiit epistolis commendari. Venientem ergo eum sacerdotali qua decet charitate suscipite, eique in quo usus exegerit, vestra solatia ministrare, quatenus vobis coram positus in nullo se contra iusticiam sentiat laborare, sed magis auxilij vestri ope suffultus, quiete sua quam studiose diligit, securus perfruatur, nosque de eius tranquillitate quae illi per vos fuerit procurata, laetificari possimus.

*Gregorius Talitano. Patrimonium Ecclesie commendat.*

*Caput. VI.*

Epi. 6.

**C**um tanta nos de vobis oporteat charitate praesumere, ut si Ecclesie vestrae utilitates apud alios agerentur, vestram illic gloriam adhiberemus adiutricem, satis debemus, quoniam in vobis est causa, gaudere quia vos non oportet negligere, quod amore beati Petri Apostolorum principis praestare ipsi apud alios poteratis. Quia igitur cooperimus publici patrimonij curam vestre ordinationi esse commissam, ideo paterna dulcedine salutantes, patrimonium vobis nostrae Ecclesie secundum iusticiam commendamus. In quo si forte, ut si fieri solet, occasione inuenta homines publici aliquam velint inferre molestiam, hoc magnitudinis ve-

stra bonitas fieri non permittat, sed ab omnium illud hominum inquietudine tueatur. Sicque salua ratione pauperum partes attendat, ut eleemosynae vicem impleat seruata iustitia: & vobis ex hoc ante dei oculos maior merces accrescat. Hortamur ergo dilectissime fili, ut vos benignos exhibere tam circa Ecclesie nostrae quam diligitis utilitates, quam etiam in omnibus curis Ecclesiarum debeatis, quatenus & iniuncta salubriter expleatis, & omnipotentem deum vobis, quod summopere studendum est, placabilem faciatis.

*Gregorius Romano defensori. De Tecla abbatissa defendenda.*

*Caput. VII.*

Epi. 7.

**Q**uia Tecla abbatissa monasterij sanctae Marie, quod Neapoli in domo quondam Felicis scolastici constitutum est: contra Alexandrum virum magnificum generum ipsius de quibusdam rebus causam habere dinoscitur: & ad hoc praesentium portitorem transmissit, ut causa ipsa illic cum eo si potest fieri pacifice decidatur, hac experientiae tuae auctoritate praecipimus: ut ei quocumque usus exegerit, salua ratione, solatiari ac concurrere non omitat. Sed & praedictum virum magnificum hortari studeat: ut omni contentione cessante, ad decisionem causae ipsius, pacis & ipse intentione perueniat, ne si negligendum putauerit, cum strepitu postea & dispendio cogatur efficere, quod bona voluntate implere postponit: quia sicut edocui sumus, frequenter iam praedictae abbatissae per epistolas suas promisit ipsam decidere, & facere hoc haecenus superferdit. Tua ergo experientia ita agat, ut aut ipsa causa, sicut diximus, decidatur: aut si certe differre voluerit, & videris quia facere quae pacis sunt, non volet, subtiliter nobis ea ipsa renuncia: ut quid pro utilitate monasterij memorati agi debeat, sciamus.

*Gregorius Bononi abbati monasterij Lirinensis. De cauta provisione monasterij.*

*Caput. VIII.*

Epi. 8.

**P**raepositorum sollicitudo subiectorum est cautela, quia qui super rem creditam vigilat, hostis insidias declinat. Quam autem solers sis in regendis fratribus, quantoque studio in eorum sis custodia vigilans, reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Memna referente cognouimus. Et sicut nos audita decessoris tui incanta remissio sapienter contristauit, ita provisionis tuae sollicitudo laetificat, quia studij tui cautelam & tibi ad remunerationem: & aliis ad utilitatis exemplum prodesse non dubium est. Sed quia quantum se aduersarius noster ex omni parte praecaveri cognoscit, tanto per occulta querit irrumperere: & repugnantem sibi callida arte nititur decipere, dilectionis tuae vigilantia ardentiori se semper cura succendat: & ita cuncta, deo adiuuante, praemunit, ut lupus seniens huc illucque discurrens, in oves domesticas ingrediendi locum non habeat. Eos ergo qui tibi commissi sunt, a gula, a superbia, ab avaritia, a malo loquio, & ab omni immunditia, redemptoris nostri suffragante gratia prohibere, ac studij tui sit per omnia custodire: ut tanto tibi maior de commissa gubernatione merces accrescat, quanto subiecti tui contra aduersarij nequitias te fuerint vigilante victores. Itaque boni te dulcem, pravi sentiant correctorem. In qua videlicet correctione hunc esse ordinem noueris obseruandum, ut personas diligas: & vitia persequaris, ne si aliter agere fortasse volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare desideras. Sic enim vuluus de bes abscindere: ut non possis vlcere quod sanum est, ne si plus quam res exigit ferrum impresseris, nocens cui prodesse festinas. Ipsa enim in te dulcedo cauta, non remissa sit: correctio vero diligens sit, non seuera. Sed sic alterum condatur ex altero: ut & boni habeant amando quod caueant, & pravi metuendo quod diligant. Haec dilectissime fili sollicitudine attende, studiose custodi, ut dum tali moderatione deo nostro incolumes quos suscepisti reddideris, in die aeternae retributionis eo dicente audire sis meritis: Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Filium praeterea nostrum Colubum presbyterum qui charitati tuae suis est meritis commendatus: in tua dilectione proficere optamus: & ex nostra commedatione.

*Gregorius*

Lmc. 19.



**A** Gregorius Sereno episcopo Massiliensi. De sancto-  
rum imaginibus non confringendis, & malis hominibus  
non admittendis in societatem.

Caput. IX.

Epi. 9.

Imaginum  
utilitas.

Lnc. 4.

**L**etiarum tuarum primordia ita sacerdotalē in te esse benevolentiam demonstrabant, ut maior nobis fieret de fraternitate tua letitia. Sed tantum earum finis à suis dissensit initus, ut non vnus, sed diuersarum esse mentium talis crederetur epistola. Ex illo autē quod de scriptis nostris quæ ad te missimus dubitasti, quàm sis incautus apparuit. Nā si diligenter ea quæ fraterno amore monuimus attendisses, non solum minime dubitasses, quinimmo quid sacerdotalem grauitatem oporteret agere, cognouisses. Neg enim Cyriacus quondam abbas, qui scriptorum nostrorum portitor extitit, istius disciplinæ vel eruditionis fuit, ut vel ipse aliud facere, sicut putas, auderet, vel istā de ei⁹ tibi persona suspitionem falsitatis assumeres. Sed quia monita salubria pensare postponis, cōtingit ut iam nō solum actū, verū etiam elles interrogacione culpabilis. Perlatū siquidē ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus, sanctorum imagines sub hac quasi excusacione, ne adorari debuissent, cōfregery. Et quidem quia eas adorari vetuisses, omnino laudauimus, fregisse vero reprehendimus. Dic frater à quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te nō debuit reuocare, ne despectis aliis fratribus solum te sanctū, & esse crederes sapiētē? Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturę historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis prestat pictura cernentibus, quia in ipsa etiā ignorantes vident quod sequi debeāt, in ipsa legūt qui literas nesciūt. Vnde & precipue gētib⁹ pro lectione pictura est. Quod magnopere à te qui inter gētes habitas, attendi debuerat, ne dū recto zelo incaute succenderis, terocibus animis scandalum generares. Frangi vero non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatū. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretionē condidisses, sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed potius dispersum poterat congregare: ut pastoris in te meritum nomen excelleret, non culpa disperforis incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incaute nimis motus exequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars à tua se communionē suspenderet. Quando verò ad ouile dominicū errantes oues adducas, qui quas habes, retinere non prauales? Proinde hortamur ut vel nunc studeas esse sollicitus, atque ab hac te præsumptione compescas, & eorum animos quos à tua disinctos vnitate cognoscis, paterna ad te dulcedine, omni adnifu, omniq; studio reuocare festines. Conuocandi enim sunt dispersi Ecclesiæ filii, eisq; scripturæ sacræ est testimonis ostendendum, quia omne manufactum adorare non liceat: quomā scriptum est, Dominū deum tuū adora bis: & illi soli seruias. Ac deinde subiungendū est: quia picturas imaginū quæ ad adificacionē imperiti populi fuerat factæ, ut nescientes literas, ipsam historiam attendētes discerēt quid actum sit, quia transisse in adorationem videras, idcirco commotus es ut eas imagines frangi præciperes. Atq; eis dicendum: Si hęc instructionem ad quam imagines antiquitatis factæ sunt, habere vultis in Ecclesiā, eas modis omnibus & fieri & haberi permitto. Atque indica quod non tibi ipsa visio historia, quæ pictura teste pādebatur displicerit, sed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. Atq; in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam tuā reuoca. Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare verò imagines, omnibus modis deuita. Sed hoc sollicitē fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestæ ardorē compunctiōnis percipiant, & in adoratione solī omnipotentis sanctæ trinitatis humiliter prosternantur. Cūcta verò hęc amore sanctæ ecclesiæ, & tuæ fraternitatis loquimur. Nō ergo ex mea correptione frāgatū à zelo rectitudinis, sed magis adiuuetur in studio piæ dispensacionis. Præterea peruenit ad nos quod dilectio tua libēter malos hoīes

in societate sua recipiat, adeo ut presbyterum quendam qui postquam lapsus est, & in suæ adhuc dicitur iniquitatis pollutione versari, familiarē habeat. Quod quidem nos ex toto non credimus: quia qui talem recipit, scelera non corrigit, sed magis aliis talia perpetrandi videtur dare licentiam. Sed ne forte aliqua tibi surreptione vel dissimulatione ut à te reciperetur, atque adhuc haberetur gratus suaserit, non solum hunc longius à te expellere, verum etiam excessus ipsius sacerdotali te zelo modis omnibus cōuenit refecare. Alios vero qui prauis esse memorantur, paterna adhortacione à sua prauitate compesce, & ad viam stude rectitudinis reuocare. Quod si, quod absit, salubri monitione eos videris in nullo proficere, & hos quoque curabis à te procul abicere, ne prauitates eorū ex eo quod recipiantur, displicere minime videantur: Et non solum ipsi in emendati remaneant, sed etiam eorum receptione alij corrumpanur. Et cōsiderate quàm & hominibus execrabile & periculosum ante dei sit oculos, si per eum à quo plectanda sunt crimina, nutrirī vitia videantur. Hęc igitur dilectissime frater diligenter attende, & ita agere stude ut prauos salubriter corrigas, & scandalum de maiorum societate filiorum tuorum animis non inducas.

Gregorius populo, presbyteris, diaconibus, & clero Ecclesie Mediolanen. De Arethusa.

Caput. X.

Epi. 10.

**L**atrix presentium Arethusa clarissima femina, propter causam legati quod ei coniugique vel filii ipsius Laurentius reuerendæ memoriæ episcopus vester reliquerat, diu apud nos est, ut recolitis, demorata. Vnde recordandę memoriæ fratri & cōepiscopo nostro Constantio miseramus, ut eum ea sacerdotali studio causam ipsam definire iurgiorum cessante strepitu debuisset. Quod sicut scire vos credimus, se & olim facere voluisse, & adhuc facere tūc velle responderat. Sed quia latris harum diu est in hac vrbe demorata, atque illuc distulit remeare, nuncūque decidi non potuit. Idcirco dilectionem vestram scriptis presentibus adhortamur, ut memoratæ mulieri illuc venienti charitatē quā decet Ecclesiæ filius impendatis. Et cum authore deo Ecclesiā fuerit ordinata, id agatis, quatenus causa ipsa quæ tempore diuturno dilata est, ita sine mora, æquitate seruata, debeat terminari, ut nec antedicta foemina amplius fatigari, nec vos videamini, contra Ecclesiasticum propositum, petentibus negasse quod iustum est.

Gregorius Anthemio subdiacono Campan. Theodoram relictam Sabini commendat.

Caput. XI.

Epi. 11.

**T**heodora relicta Sabini defensoris, missa huc homine suo queſta est nobis, à filio suo & Aligerno quodam, cuius filiam idem filius eius in cōiugio suo sortitus est, deceptam esse, ut omnes res suas tempore nuptiarū eidem filio donationis titulo legaret, & nunc se ab eis valde despici atque contemni, adeo ut ablatis rebus ipsius, nihil ei vnde possit nutrirī remanserit. A quibus insuper etiam tantam se aduersitatem asserit sustinere, ut nec seruum iuris sui ei deseruire, nec in aliquo solatiari permittant. Et quia, si ita se res habet, graue nimis & contra deum est, huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, ut veritatem cures addiscere. Et si ita repereris, Ecclesiasticam tuitionem impendere, atque eam salua in omnibus ratione adiuuare festines, quatenus te illic posito nullum denuo grauenen vel oppressionem à prædictis viris quolibet modo sustineat, sed providere studeat ut in id quo se deceptam queritur, legaliter valeat subueniri, quia omnino crudele est ut mulier quæ ex filij persona debet sperare solatium, per eum magis necessitati cogatur vel inopię subiacerē. Quod si fortē quies vel solatiū ipsius te procurante non potuerit ordinari, nobis renunciare festina: ut quid post hęc facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Helena hominibus ab Ecclesia iniuste detentis.

Caput. XII.

Epi. 12.

**G**loriosa filia Helena per inos nobis homines idicauit quosdā de suis ab ecclesię nostrę actoribus irrationabiliter detineri. Et quia eos petit sibi restitui, idcirco

FF ij hac tibi

**G** hac tibi auctoritate præcipimus, vt cum omni diligentia veritatem studeas perscrutari. Et si ita est, nec est quod in eis ad nostræ nomen Ecclesiæ possit vendicari, omni mora postposita, aut ipsos restitue, aut si forte mancipiis Ecclesiæ nostræ conuenti sunt, dando pro eis vicarios recompensa. Si verò aliquid nostræ dicuntur ecclesiæ competere, sit sine aliqua dilatione compendium, & quæ iudicata fuerint, ita experientia tua ad effectum sine aliqua difficultate perducatur, vt prædictæ filiæ nostræ denuo non sit huc necessitas transmittendi.

*Gregorius Anthemio subdiacono. Donatum commendat. Caput. XIII.*

Epi. 13.

**D** onatus dator præsentium diuersis se illic oppressio- nibus grauari commemorans, Ecclesiastica se petiit tuitione fulciri. Quapropter hac tuæ experientie auctoritate mandamus, vt eundem Donatum seruata equitate defendas, & nullis eum grauaminibus vel damnis contra iustitiam subdi permittas, quatenus te sibi opitulante nulla ei sit huc remeandi necessitas.

*Gregorius Scholastico defensori. De condumia Calumniofo danda. Caput. XIII.*

Epi. 14.

**A** nte aliquantum temporis experientie tuæ nos præcepisse recolimus: vt quia reuerentissimus frater & coepiscopus noster Calumniosus necessitatem se de solatiis asseruit sustinere, vnam illi de iure Ecclesiæ deputare condumiam debuisses. Sed quia condumiam ipsam vineolam paruulam iuris eiusdem Ecclesiæ nostræ tenere dicitur, & ipse sibi pariter vineolam petit debere locari, hac tibi auctoritate præcipimus, vt ad tres filiquas aureas factis libellis ei vineolam ipsam locare debeas, quatenus & ipse exinde aliquod remedium consequatur: & ius Ecclesiæ sine diminutione aliqua conseruetur. Præterea questus nobis est superscriptus reuerentissimus frater noster: quod & episcopium Ecclesiæ ipsius hæctenus detineas: & occasione blandiaris, vt episcopi patris tui vestes tibi, vel alia quæ in episcopio inuenta sunt, applices. Et ideo si ita est: & ab episcopo te præcipimus sine mora recedere, & quicquid prædictus pater tuus episcopatus sui tempore Ecclesiæ de proprio conseruauerit conquisisse, ne tollas: quia & sacris canonum legibus esse noscitur definitum vt in his quæ antistes episcopatus tempore acquisierit, non alius, nisi sola succedat Ecclesia. Asserit etiam Ferocinatum quendam condito testamento heredem nostram instituisse Ecclesiam: atque Ecclesiæ sancti Ioannis quæ ante portam Hortonensis ciuitatis sita est, duos casales fundi campos, per Ausinianum legati titulo reliquisse: & à nostra eos nunc Ecclesia detineri. Quos quia secundum voluntatem defuncti sibi petit debere contradi, experientia tua lecta serie testamenti, si ita esse repererit, nec est quod rationabiliter aperte nostra possit opponi Ecclesiæ, prædictos casales tradere superscripto fratri nostro non differat: quia dum talibus nos etiã de proprio conueniat impartiri, ea quæ illis competunt, nullo modo à nostris irrationabiliter patimur detineri.

*Gregorius Scholastico defensori. De Alexandro Frisisto. Caput. XV.*

Epi. 15.

**A** lexander Frisistus præsentium portitor colonus Ecclesiæ nostræ questus est nobis in domo, id est Ecclesiæ, quæ Cathinæ à dilecto filio nostro Cypriano diacono fabricata est, triennij se tempore laborasse, & mercedem non vt dignum est accepisse. Et quanquam per tempora ipsa dicatur apud plurimos laborasse, vnde etiam dum hic esses, notitiam accepisti, hæctibi tamen auctoritate præcipimus, vt diligenter inspicias: & si plus in eadem domo quam mercedes acceperit operatus est, volumus vt secundum laboris modum si quid super quatuor solidos & tremisses duos quos à memorato diacono accepisse dictus est meritis sit, addere ei quod iustum videris debeas, sciens tuis rationibus imputandum.

*Gregorius Romano defensori. Vt Argentio colonum terram Ecclesiæ concedat. Caput. XVI.*

Epi. 16.

**Q** uia præsentium portitorem Argentium colonum Ecclesiæ nostræ curam hospitalitatis habere cognouimus, necesse est vt in parte aliqua eius studium

adiuueamus. Idcirco huius tibi præceptionis auctoritate mandamus: vt terrulam modiorum plus minus, sicut asserit, decem possessionis disteriang quam tenuit, reddere ei sine mora aliqua vel excusatione festines, vt eam diebus vitæ suæ habeat, atque ex ipsa rationibus Ecclesiasticis nihil impendat, sed in ea ille quam exhibet hospitalitate proficiat: quia dignum est vt bono laudandoque operi concurrere ac ferre consultum modis omnibus debeamus.

*Gregorius Spes de Ropes præfidi Sardinie. De Barbaricinis conuertendis. Caput. XVII.*

Epi. 17.

**P** articeps proculdubio mercedis existit, qui bonorum se operum exhibet adiutorem. Quia ergo multi de Barbaris & provincialibus Sardinie ad Christianam fidem dicuntur deo propicio deuotissime festinare: magnitudo vestra studium suum hac in causa decenter accomodet: & fratri & coepiscopo nostro Victori in conuertendis baptizã disque eis studiose concurrat, quatenus dum de interitu multorum animæ per baptismatis gratiam vobis fuerint sollicitantibus liberata: & apud homines laudem habere: & apud omnipotentem dominum, quod immopere studendum est, magnam mercedem possitis acquirere, atque nos vobis gratias referentes, magnitudini vestræ possimus modis omnibus existere debitores.

*Gregorius Vitali defensori. De Barbaricinis mancipiis comparandis. Caput. XVIII.*

Epi. 18.

**B** onifacium præsentium portitorẽ, notariũ scilicet nostrum, ad hoc nos experientia tua illuc transmississe cognoscat, vt in utilitatem paræciæ Barbaricina debeat mancipia comparare. Et ideo experientia tua omnino ei studiose sollicitetq; concurrat, vt & bono precio, & talia debeat comparare, quæ in ministerio prothochij vtilia valeant inueniri, atq; emptis eis huc deo protegente is ipse celerius possit remeare. Ita ergo te in hac re exhibere festina, vt te quasi seruentium amatorẽ, quorum vobis emuntur ostendas, & nobis te ipsi de tua valeant sollicitudine commendare.

*Gregorius Ioanni Tribuno Sipontino. De uiolentia Bonifacii notarii. Caput. XIX.*

Epi. 19.

**L** ator præsentium de status sui conditione nobis sæpius conquestus est à Bonifacio nostro notario sibi uiolentiam irrogari. Cuius rei cognitionem in fratris & coepiscopi nostri Vitaliani notitiam præuidimus perducendam. Cuius causæ meritum se examinasse professus est. Sed quia ad proferendum iudicium se assurgere nullatenus dicit, hortamur magnitudinem vestram, vt pro causa mercedis æternæ, cum prædicto resideatis episcopo, & rei meritum euidenter perscrutantes, quicquid vobis suadente iustitia visum fuerit, scripto decernite: & si de eius vobis certius libertate conseruerit, nullis deinceps quorumlibet inquietudinibus ad rei decise meritum prouetur, sed in ea qua vobis visum fuerit libertate declaratus securè permaneat.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De monasterio construendo. Caput. XX.*

Epi. 20.

**G** ratam nobis fraternitatis vestræ sollicitudinem fuisse cognoscite, quod pastoralis se vigilantia pro tutamine animarum vt oportebat exhibuit. Nunciatum siquidem nobis est, quod in domo quondam Epiphanius lectoris Ecclesiæ vestræ, idcirco secundum voluntatẽ ipsius monasterium cõstrui vetuistis, ne pro eo quod domus ipsa ancillarum dei monasterio cohærebat: deceptio exinde cõtingeret animarum. Et valde laudauimus, quia antiqui hostis insidias prouisione congrua, vt decuit, præcauistis. Sed quia per latum ad nos est Pompeianam religiosam foeminam velle de eodem monasterio ancillas dei tollere, & per sua vnde acceptæ fuerant monasteria reuocare, atque illic congregationem construere monachorum, necesse est vt si impletum hoc fuerit, defuncti depositio modis omnibus conseruetur. Si vero factum hoc non fuerit, ne testatoris voluntas in totum videatur esse frustrata, volumus vt quia monasterium Vrbani quondam abbatis positum foris extra ciuitatẽ Caralitana ita dicitur destitutum, vt ne vnus illic monachus remaneret. Ioannes, quẽ memoratus Epiphanius in monasterio quod sicut dictum est, in domo sua fiendum decreuerat, abbatem esse cõstituit, sitamẽ nihil

**A** nihil est quod eum impediatur, abbas debeat ordinari. Atque reliquæ quæ in domo antedicti Epiphanijs condendæ fuerat, sibi recondantur, & ei modis omnibus applicetur quicquid idem Epiphanius in monasterio quod deputauerat ædificari contulerat, quatenus & si de loco propter supradictam cautionem sollicitas eius non disponitur, merces nihilominus illibata seruetur. Et hæc quidem omnia fraternitas vestra vnâ cum Vitali defensore disponat: & ita ea vtiliter studeat ordinare, vt sicut de laudabili prohibitione, ita quoque de bona habere possit constructione mercedem. Ipsum vero monasterium licet fraternitati vestræ sit superuacuum commendari, hortamur tamen ex abundanti vt id salua iustitia, sicut vos decet, habeatis commendatum.

*Gregorius Panthaleoni notario. De Deusdedit diacono ad episcopatum Mediolani ordinando.*

*Caput. XXI.*

*Epi. 21.*

**E**xperientia tua præsentis autoritate suffulta, ad Ianuensem urbem, auxiliante domino, proficiscens, Deusdedit diaconem Ecclesiæ Mediolanensis, si tamen à cunctis electus est, & nihil est quod ei ex antea vita possint canones obuiare, episcopum solenniter faciat ordinari. Præterea quia multæ illi Ecclesiæ nostræ utilitates sunt, quæ deo propicio peragantur, sollicitum esse necesse est: & ita omnia secundum capitularem subter annexum requirere, vtiliterque disponere, vt in nullo te neglectus culpa respicere, sed magis vigilantia deo & hominibus valeat commendare.

*Gregorius de Probo abbate monasterij sancti Andree. De Probo ac testamento eius.*

*Caput. XXII.*

*Epi. 22.*

**I**n nomine domini saluatoris nostri Iesu Christi. Imperantibus domno Mauritio & Tiberio Augustis, anno incarnationis dominicæ sexcentesimo primo, eodemque domino vndecies consulere, sub die tertio nonarum octobrijs, præfidente beatissimo & Apostolico papa Gregorio: atque confidentibus reuerentissimis Menna episcopo Telefino, Basilio Capuano, Cōstantio Numentano, Montano Saouonéle, Victore Fanfanenî, Ioanne presbytero tituli sanctorum Gerualdij & Prothasij, Deusdedit rustico presbytero tituli sanctæ Sufanng, Iulio presbytero tituli sancti Marcelli, Probino presbytero tituli sancti Cyriaci, Ioanne presbytero tituli sanctorum Ioannis & Pauli, Agapito presbytero tituli Eudoxiæ, Felice presbytero tituli sanctæ Sabinæ, Gratioso presbytero tituli sanctorum Neræi & Achillæ, Bonifacio presbytero tituli sancti Sixti: astantibus etiam diaconibus & clero, Paterius secundicerius dixit: Probus abbas monasterij sanctorum Andree & Lucie vestris, si præcipitis, desiderat aspectibus præsentari. Gregorius episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ verbis Romæ dixit: Veniat. Cumque ingressus fuisset, dixit: Cur adesse volueris, fateri te conuenit. Probus abbas dixit: Petitionem præmanibus habeo. Postulo à beatitudine domini mei, vt eam suscipi, & vobis relegi iubeatis. Gregorius dixit, fiat. Quæ cum suscepta fuisset, Paterius in his recitauit: In nomine dei nostri Iesu Christi die tertio kal. octobris, Indictione quarta. Ea quæ nunc beatitudini vestræ intimare desidero, olim domino meo bene comperta sunt, vestramque mihi conscientiam testem esse scio: quæ suggero, quoniam dum ante hos annos ex laico ad religiosum migrassem officium, disposueram in cella super me solitarius habitare, ibique ipsis paucis diebus qui supersunt, vitam transigere, propter quod nec aliquid de substantiola mea antè ordinaui siue disposui, sciens tam ab intestato quam ex testato filium mihi posse succedere. Quadam autem die dum inter alios ad obsequia domini mei fuisset ingressus, subito atque inopinanti, introire in monasterium, atque onera abbatis debuissim suscipere, præcepistis. Statimque surgentes, non indulto ad deliberandum vel tractandum mihi spatio, ad monasterium iam cum monachis ambulare coactus sum. Vnde quia nihil antea de substantiola mea occurrit, vel potui ordinare, idcirco lachrymabiliter supplico, vt concessa per constitutionem vestri decreti licentia, fas mihi sit de omnibus rebus meis voluntatem meam disponere, quatenus nec mihi obedientia mea officiat, nec filio pauperi possit esse damnosa. Nam cunctis notum est,

quia illos legalis sanctio quæcumque de substantia sua prohibet postquam monasterium ingressi fuerint ordinare, quibus disponendarum rerum suarum suppetit antè licentia, non autem eos quos adhuc quod nunquam tractauerant præpositorum suorum parere cogit instantia. Quia sicut legis voluntas hoc ex deliberatione tacientibus contradicit, ita eis qui compelluntur, maiore prouidentia succurrit. Hanc autem suggestionem supplicationeq; meâ Aemiliano notario sanctæ Ecclesiæ Romanæ noto meo scribendam dictaui, eique propria manu ego Probus seruus vester subscripsi, & vobis beatissimo domino meo Gregorio pape porrexi. Ego Probus seruus vester huic petitioni à me oblata subscripsi. Gregorius dixit: Postquâ textus oblatae petitionis nobis innotuit: Probus abbas paulisper abscedat, vt de his quæ petit, cum fratribus filiisque nostris quid statuendum sit deliberare possimus. Quo recedente, postquam diu de eius petitione tractatum est, dixit Papa Gregorius: Probus abbas quem abesse paululum feceramus, rursus adueniat: vt ea quæ nobis cum fratribus filiisque nostris in commune visa sunt, censeamus. Cunctis præsentatus fuisset dixit, Vbi veritas cum ratione concordat, desideria petentis implere non minus iustum est quam benignum. Perpena igitur serie à te petitionis oblata, omnia quæ in ea locutus es, ita esse recolimus. Neque enim vel in nostrâ vnuquam antea cogitationem ascenderat: vt in quocunque monasterio abbatis tibi curam debuissim iniungere. Sed quodam die dum de ordinando monasterio cui præesse dinolceris, cum nostris filiis tractarem, atque diu aptâ personâ huic officio quærerem, ex improuulo te ingrediente, cordi nostro & eorum qui nobiscum ad tractandum aderat, subito natum est, vt te illic abbatem deo propicio cōstituire deberemus. Quod quia renitenti tibi constat impositum, & voluntatis tuæ rigorem vix nostræ potuerit adhortationes inflectere, necesse fuit ne forte habere debuisses post te spatium redeundi, vt iam ordinatum abbatem ad ipsum te monasterium cuius nec monachus fuisti, antea mitteremus. Ne ergo hæc obedientia vel dilectioni tuæ tristitiam, vel alius possit inferre iacturam, vniuersas res tuas alienandi, vel vt volueris disponendi liberam tibi per huius constituti nostri tribuimus statuta licentiam. Per quam eam te in disponendis eis vt tibi placuerit, habere noneris facultatem: quam habere poteris, antequam monasterium introires. Nec quicquid tibi abbatis officium, quod sicut dictum est, repente ac inuitus nosceris suscepisse, formides obistere: quia vt in ordinandis disponendisq; rebus tuis non haberes licentiam, dilectione tuam ne post se rediret, nostra, vt diximus, coegit instantia. Proinde ne qua te dubium faciat de his quæ volueris ordinare suscipito, nullum vnquam Ecclesiæ nostræ vel monasterij tui, siue quolibet nomine alio ex monachicæ conuersationis statu vel abbatis officio, quocunque ingenio vel cuiuslibet excusationis specie contra præsentis seriem constituti venire decreuimus, sed tanquam si ingressus monasterium non fuisses, ita omnia quæ de vniuersa facultate tua ordinare disposueris, illibata & sine aliqua deo authore statuimus refragatione seruanda.

*Gregorius Ioanni subdiacono Rauennæ. De Ioanne argentario & fide eius.*

*Caput. XXIII.*

*Epi. 23.*

**Q**ualiter Ioannes argentarius indigentibus fideiussione fuit saepe remedium, experientia tua bene no- uit. Vnde contingit vt nunc Importuno quodam palatino fideiussor accedens, necessitatem non modicâ patiatur, adeo vt in Ecclesia diu iam residens vehementius affligatur. Sed quia quibusdam erat suspitio quod prædicto Importuno non simpliciter sed cōpendij causa fideiussor accesserit, ad sacratissimū corpus beati Petri Apostolorum principis districta omnino sacramenta, quantum nobis renunciatum est, præbuit, non solum nullum se ab eo cōmodum ex toto recepisse, verum etiam nec aliquid promissum habuisse, sed ei vt cæteris simpliciter accessisse. Et quia tam longo tempore innocentis hominis simplicitas non debet affigi, apud eminentissimum filium nostrum præfectum modis quibus valueris age: vt vnâ ipsa statio quæ in Romana ciuitate remansit,

FF liij remansit,



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

G remansit, eius temporibus claudi non debeat, sed ei pro mercede sua in hac afflictione subueniat, atque eū directa iussione dignetur absoluerē, & amplius illum in hac esse necessitate minime patiatur, quia quemadmodum simplex benignitasque sit, vel diuersis fuerit sepe in tribulatione remedium, nec ipsi habetur incognitum. Et ideo, sicut diximus, cum omni dulcedine apud eum stude agere, vt in huius absolute multo possit ferre consilium, & hæc via remedij eius temporibus non claudatur.

Gregorius Ioanni religioso. Quem mensis pauperum proponit. Caput. XXIII.

Epi. 24.

Licet eos qui pia intentione sollicitudinis curam egenis ac debilibus impendunt, sua apud omnes valeat tueri deuotio, melius tamen est si per quietē suam de his muniti fuerint quæ gesserint: ne inde eis inquietudinis occasio vnde magis laudandi sunt oriatur. Quia igitur te Ioannem religioso intentionis tuæ studio prouocati, mensis pauperum & exhibendæ diaconia eligimus præponendum, ne qua tibi ex hac administratione nascatur dubietas, hæc te munitione prospeximus fulciendum, constituentes vt de hoc quod ad mentis pauperum vel diaconia exhibitione percepisti, siue subinde perceperis erogandum, nulli vnquam hominū quolibet modo seu ingenio cogaris ponere rationem, vel aliquā debeas molestiam sustinere. Sed quia ita ab humanis te omnibus volumus rationibus esse absolutum, vt deo nostro de his quæ tibi commissimus, rationem te noueris positurum: hortamur vt fidei in te integritas vigeat, sit mens in rebus intentior, cura propensior, voluntas pronior, studium vigilantius, deuotio clarior, exhibitio efficacior, quatenus dum diuino intus auxilio hoc opus solerter impleueris, & illi pro quibus sollicitudinem geris, studij tui solatio vtiliter consolentur, & tu mercedis tuæ bonum in æterna vita redemptoris nostri gratia compensante recipias.

Gregorius Venantio episcopo Syracusano. De infirmitate sua, & de dei misericordia. Caput. XXV.

Epi. 25.

Debitum salutationis alloquium soluens, ea volui loqui quæ patior. Sed incongruum puto narrare quæ noctis. Podagra enim doloribus torqueor, qui & mihi & vobis non dispariter nociui, dum apud nos vehementer excrescunt, nos decrescere à vita fecerunt. Inter quos quid aliud debemus nisi semper delicta nostra ad memoriā reuocare, atque omnipotenti deo gratias agere? Quoniam qui ex carnis blandimento multa peccauimus, ex carnis afflictione purgamur. Sciendū quoque est nobis, quia pœna præsens si animum afflicti conuertit, finis est culpæ præcedentis. Si autem ad timorem domini minime conuertit, initium est pœnæ sequentis. Curandum igitur nobis est, & summo opere in fletibus tota mentis conuersione vigilandum, ne de tormento ad tormenta transeamus. Considerandum quoque est quanta erga nos dispensatione pietatis agit conditor noster, quod morte dignos assidue percutit, & tamen adhuc minime occidit. Minatur enim quod facturus est, & tamen non facit: vt dolores nos præcurrentes terreat, & conuersos ad timorem districti iudicis ab eius nos animaduersione in æternū ascondant. Quis enim dicat, quis enumerare sufficiat quæ tibi in sua luxuria dimissi, in blasphemis quoque & superbia prouocantes, in rapinis & iniquitatibus permanentes vsq; ad diem obitus sui ita in hoc seculo vixerunt, vt nunquam dolorem vel capitis paterentur, & subito percussi ignibus inferni sunt traditi? Nos ergo habemus indicium quia derelicti non sumus: qui assidue flagellamur, teste scriptura, quæ dicit: Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In ipsis itaq; verberibus dei reuocemus ad memoriā & eius munera, & nostri reatus damna. Pensemus quæta bona super nostrā malitiā fecerit, & quæta mala sub eius bonitate commisit. Impleamus quod per prophetam dominus dicit: Reduc me in memoriā, vt iudicemur simul. Iudicemur modo in nostra cogitatione cū deo, ne districtè postmodū iudicemur à deo. Quid etenim Paulus dicit: Si nosmetipsos iudicarem, non vtiq; iudicaremur. Quisquis ergo festinat euadere distractionem iudicij sequentis,

Heb. 12.

Esai. 43.

1. Cor. 11.

per amaritudinem penitentia: omnem sibi dulcedinem interimat vitæ præsentis. Quæcunque autem huius mundi bona sunt, cuius dona sunt nisi conditor is? Sed libere nobis non debet donum dei, quod per delectationem sui separat ab amore dei, ne data danti præferamus: & dum bona percipimus etiam mali, vnde crescere in eius timore debuimus, inde à timore illius disiungamur. Creator autem omnium, id est omnipotens deus, hæc quæ vobis in epistolis loquimur, menti vestra aspiratione sui spiritus infundat, vosq; ab omnibus culpæ iniquationibus tergat: & hic vobis consolationis suæ gaudium, & apud se quandoque præmia æterna concedat. Dulcissimas filias meas domnam Barbaram & domnam Antoniam mea peto vice saluari.

Gregorius Pascasio episcopo Neapolitano. De pecunia sanctuaris sancti Seuerini concedenda. Caput. XXVI.

Epi. 26.

Iohannes seruus & actor domni Venantij sanctuaris beati Seuerini confessoris, oblata petitione, supra scripto domino suo postulat debere concedi, quatenus in eius nomine oratorium, propriis constructum sumptibus, possit solenniter consecrari: & ideo frater charissime præfatis desideriis ex nostra te præceptione conuenit obedire, vt deuotionis suæ in consecratione quam postulat potiat effectū.

Gregorius Maximiano episcopo Arabia. De laude Candidi abbatis. Caput. XXVII.

Epi. 27.

Latore huc præsentium Candido abbate pro petendis reliquiis veniente, quæ & concessa sunt, quanto de fraternitatis tuæ nutrimento lætatus sum, quod in eo studium tuæ fraternitatis apparuit, tanto cōtristatus sum quod eius, vt volui, præsentia vti non potui. Propter quod me ægrotum reperit, & discedens in infirmitate adhuc positum dereliquit. Multum enim iam tempus est quod surgere de lectulo non valeo. Nam modo podagra dolor cruciat, modo nescio quis in toto corpore cum dolore se ignis expandit: & sit plerunque, vt vno me tempore ardor cum dolore affligat, & corpus in me animusque deficiat. Quantis autem aliis necessitatibus extra hæc quæ retuli infirmitatis afficiat, enumerare non valeo. Sed breuiter dico, quia sic me infectio noxij humoris imbibit, vt viuere mihi pœna sit, & mortem desideranter expectem, quam gemitibus meis solam esse credo posse remedium. Proinde frater sanctissime diuinæ pro me pietatis misericordiam deprecare, vt percussione suæ erga me flagella propitius mitiget, & patientiam tolerandi concedat: ne nimio, quod ablit, tædio in impatientiam cor erumpat, & ea quæ curari per plagam poterat culpa crescat ex murmure.

Gregorius Mariniano episcopo Rauenna. De infirmitate eius, & vomitu sanguinis. Caput. XXVIII.

M

Epi. 28.

Venientes quidam Rauennates homines, grauissimo mœrore me percusserūt, qui fraternitatem tuam de vomitu sanguinis retulerunt ægrotare. Ex qua re sollicitè & sigillatim eos quos hic doctos lectione nouimus medicos fecimus inquiri: & quid singuli senserint, quidve distauerint, sanctitati vestra scriptum transmisimus. Qui tamē quietem & silentium præ omnibus distant. Quam si tua fraternitas in sua Ecclesia, vnde valde sum dubius, non habet, ideo videtur mihi vt ordinata illic ecclesia, vel qui mislarum solennia celebrent, vel qui episcopij curam gerere valeant, hospitalitatemque & susceptiones possint exhibere, qui ve monasterijs custodiendis præesse norint, tua fraternitas ad me ante æstiuum tempus debeat venire. Aegritudinis enim tuæ ego specialiter in quantum valeo curam geram, quietem tuam custodiam, quia huic ægrotudini æstiuum tempus medici vehementer discunt periculosum, & valde pertimesco, ne si curas aliquas cum aduersitate temporis habueris, amplius ex eadem molestia pericliteris. Ego enim ipse valde sum debilis, & omnino valde est vtile vt cum dei gratia sanus ad tuam redeas Ecclesiam: aut certe si vocandus es, inter tuorum manus voceris. Et ego qui me proximū mortij video, si me ante vocare omnipotens voluerit, inter tuas manus transire debeam. Si autem qualitas tēporis ad veniendū præcepit



**A**ppropit, aliquo paruo remedio dato, apud Agonem agi potest, ut ipse vobiscum hominem suum vique Romam transmittat. Si igitur eadem aegritudine grauari te sentis, & venire disponis, cum paucis tibi veniendum est: quia mecum manes in episcopio, quotidiana obsequia de hac Ecclesia habebis. Præterea nec hortor nec admoneo, sed districte præcipio, ut ieiunare minimè præsumas, quia dicunt medicum hoc molestia valde esse contrariū, nisi fortè si gradus solennitas exigat, quinque in anno vicibus cōcedo. Sed & à vigiliis quoque temperandū est: & preces quæ super cæreum in Ravennati ciuitate dici solent: vel expositiones euāgelij quæ circa paschale solemnitatem à sacerdotibus fiunt, per alium dicantur. Et tua dilectio contra virtutem sibi laborem minimè imponat. Hæc autem dixi vt si te melius senseris, & venire distuleris, scias quid debeas ex meo mandato custodire.

*Gregorius Pascasio episcopo Neapolitano. De pecunia Ecclesiastica concedenda. Caput. XXIX.*

Epi. 29.

**T**empore quo fraternitas tua ad episcopatus officium deo auctore prouecta est, constituisse nos recolit, vt ex pecuniis Ecclesiæ vestræ portio cleri vel pauperū quam minimè decessor vester præbuerat, id est, quadringenti solidi seorsū fieri debuissent, qui eiusdē cleri atq; pauperū erogationi proficerēt: quod quia diutius nō est differendū, volumus vt secundum distributionem presentibus scriptis insertam coram Anthemio subdiacono nostro sine difficultate aliqua debeat erogare. Præbendi itaque sunt clericis vestris per singulos, sicut conspexeritis, simul omnis summa solidi centum: praeiacentibus, quos centum vigintis sex esse cognouimus, dandi sunt solidi sexaginta duo, id est medius solidus per singulos: presbyteris ac diaconibus & clericis peregrinis, solidi quinquaginta: hominibus honestis ac egenis quos publicè petere verecundia non permittit, solidi. cl. ita vt quilibet eorum ad singulos tremisses, quidam ad binos, quidam ad singulos solidos, vel si visum fuerit amplius dimittantur. Reliquis verò pauperum qui elemosynam publicè petere cōsueuerunt, solidos triginta sex. Ecce nos quantum vel quibus dare debeat distribuimus. Sed quia sicut preuidimus, non omnibus aequaliter est præbendum, necesse est vt vnā cum prædicto subdiacono prout preuideritis, dare singulis debeatis, atque id modis omnibus studeatis, quatenus quod alter inultè detinuit, vos deuotè ac celerius impendendi, ad vestram possitis applicare mercedem.

*Gregorius Barbara & Anthonie. De infirmitate patris eorum. Caput. XXX.*

Epi. 30.

**S**ceptis gloriae vestre epistolis, quæ pro verbis lachrymas loquebantur, non minor nos dilectissimi filij nostri quam vos de patris aegritudine mæror afficit. Nec enim extraneam possumus reputare tristitiam, quippe quæ nobis charitatis lege sit propria. Sed quia in nulla desperatione de redemptoris nostri est misericordia diffidendum, animos vestros ad consolationem patris erigite, spem vestram in omnipotentis dei manu ponite: & in ipsius protectione cōfidimus, quia & ab omni vos aduersitate custodiat, atque tribulationem vestram exhilaret, & secundum paterna desideria propicius vos ordinari concedat. Si verò debitū humane fortis implerit, nec tūc desperatio aliquavos cōprimat, vel quorūdam vobis verba terrorē incutiāt. Nā post deū, qui orphanorum gubernator ac protector est, sic de dulcissima gloria erimus vestra solliciti, atq; utilitati vestræ providere vt possumus adiuuante domino festinabim⁹, vt nec vos iniustorū hominum concussio vlla perturbet: & nos debitam quod de parentum vestrorum benignitate contraximus, vobis per omnia repensemus. Gratia itaque cœlestis vos suo fauore iuuat, sua protectione à malis omnib⁹ defendat: vt vitæ vestræ incolumitas gaudium nostrum fiat.

*Gregorius Iohanni episcopo Syracusano. De infirmitate Venantii & filii eius.*

*Caput. XXXI.*

Epi. 31.

**F**raternitatis vestræ scripta suscepi, quæ mihi de dulcissimi filij mei domini Venantij aegritudine loquebantur, & cuncta circa eum qualiter acta sunt enarrabant. Sed vno tempore auditis & illū desperatè ac grauiter ægro-

tare, & in rebus orphanorum homines iniquos insistere, vix se dolor in corde meo capere poterat. Sed in hoc fuit solatium quod lachrymæ mihi per gemitus erumpebant. Vestra igitur sanctitas, primam quam decet curā negligere non debet, vt de anima eius cogitare debeat, exhortado, rogado, dei terribile iudicium proponendo, ineffabilem eius misericordiam promittendo: vt ad habitum suum redire vel in extremis debeat, ne ei tanti culpa reatus in æterno iudicio obfistat: ac deinde vestrū est cogitare quomodo filia eius Barbara & Antonia debeat ordinari, vt nulla occasio malis hominibus præbeatur. Nam postquam me de eis sollicitudinis curā gerere conuersauit, addens vt earum debeat ordinationi prospicere, aliud in epistola sua secutū est quod hoc mihi studentī dubium nō est, quia possit obfistere. Ait enim vt serenissimo domino imperatori læpius supplicem, quatenus ipse se faciat vt præuiderit eas ordinari. Quod quam sit contrarium priori voluntati, perpenditis. Ex qua re dubito ne hominibus in Sicilia positis & quærentibus occasionem in rebus ipsius apta detur occasio. Nam ex hoc cognoscite, quid factū sit: qui nulla existente causā, iam sigillum in substantia ipsius, quantum dicitur, nitentur imponere. Nunquid non illos videtur ratio ad faciem adiuuare: & ad hoc illis iustam quasi præbere materiam? Si dixerint domino imperatori commendata sunt, negligere nō possumus, periculi nostri interest, res in tutum facimus, quousque dominus imperator Constantinopolim duci præceperit. Dic rogo quid ad hæc facturus sum, quando homini habenti potestatem paterna videtur commendatio concordare? Me enim coniuurat, vt ita eas ordinari prouideam, quatenus aut in Romana ciuitate sint, aut de Sicilia non tollantur, & ille id agit vt eas nulla nec deducendi, nec illis sit ratio retinendi. Vos autem in quantum potestis, malis hominibus obuiate. Earum substantiam propter deum omnipotentem velut propriam defendite: & si adhuc licet, quomodo occasio remoueat violentia, in prædicti viri domini Venantij testamento prouidete. Si autem ita placet vt palatio commendentur, mihi non debet imponere pondus, vt in anima mea curam ordinationis earum velit impingere, de quarum ordinatione qualiter cogitem, omnipotentem deum sufficiat scire. Vnde statim filio meo Anatholio dilectissimo diacono vt cum gloriosa Patricia rusticana loqui studeat, & qualiter de personis quarum mihi nomina transmissa sunt, debeat exquirere & iudicare, scribere curam, vt nobis omnia sub celeritate indicet: & quæ fienda sunt, deo ordinante disponantur. Præterea in scriptis quæ ad nos missis, fraternitatem vestram contristatam inuenimus, eo quod huc eam quasi pro ingratitude aliqua venire voluissimus, dum non illud ob aliud nisi sola utilitatis causā fecimus, sciētes propter personas ibidem consistentes valde necessariam illic vestram fuisse præsentiam. Sed ne fortè ex hoc ingratum erga vos animum nostrum credatis, quod absit, exillere, si veniendi vobis voluntas est, apto vos tempore Apostolorum liminibus præsentate. Nam quantum ad nos pertinet, ita charitatem vestram diligimus, vt videre vos sapius cupiamus.

*Gregorius Romano, defensori Siciliæ. De non defendendis clericis contra episcopos suos.*

*Caput. XXXII.*

Epi. 32.

ii. q. i. cap.

peruenit.

**P**eruenit ad nos quod si quis contra clericos quoslibet causam habeat, despectis eorum episcopis eisdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi, quod si ita est, quia valde constat esse incongruum, hac tibi autoritate precipimus vt hæc denuo facere non præsumas. Sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopū ipsius adeat, vt aut ipse cognoscat, aut certè ab eo iudices deputentur: aut si forte ad arbitros eundem est, partes ad eligendum iudicē ab ipso executio deputata compellat. Si quis verò clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, vt inter eos aut ipse cognoscas, aut certè te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua vnicuique episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per nos per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo cōfundat? Itē nunciatū est nobis quia quosdā clericos qui à reuerētissimo

FF iij fratre

**G**ratte nostro Iohanne episcopo exigente culpa in penitentia missi sunt, nesciente illo tua illos exinde autoritate eieceras, quod si verum est, rem te omnino inhonestam, & non leuiter culpandam fecisse cognoscas. Eisdem ergo clericos episcopo tuo sine mora restitue. Et hoc de cetero caue committere: quia si neglexeris, nostros te noueris non mediocriter motus incurtere.

*Gregorius Vito defensori. Iniungit officium Ecclesie defensoris. Caput. XXXIII.*

Epi. 33.

**E**cclésiasticæ utilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio, ut officium Ecclesie defensoris accipias: & quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis iniunctum fuerit, incorrupte & gnauiter exequaris. Vt hoc priuilegio, quod in te, habita deliberatione, contulimus: ut omnibus que tibi à nobis iniuncta fuerint complendis operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis sub dei nostri iudicio rationem. Hanc autem epistolam Paterio Secundicerio nostro scribendam dictauimus, cuique subscripsimus.

*Gregorius Romano defensori. De Vito defensore constituto. Caput. XXXIII.*

Epi. 34.

**V**ltum presentium portitorem experientia tua olim nostrum fuisse cognoscat. Cuius quoniam bene fide & solertiam nouimus, in defensorum illi schola data ei solenniter epistola militandum esse prauidimus. Et ideo si quid ei pro Ecclesiasticis utilitatibus iniungere forte uolueris: nullam de eo dubietatem habeas, sed omnino de puritate ipsius certus esto, nec eum fraudulentem, vel dupliciter aliquid acturum existimes. Vnum est, tu ei charitatem, que fidelibus debetur, impendas.

*Gregorius Romano defensori. De possessionibus Faustii iniuste peruasus. Caput. XXXV.*

Epi. 35.

**G**loriosissimus filius noster Faustus epistola directa nos petit, asserens ab actionariis Syracusanæ Ecclesie fines possessionis sue illic intra Siciliam positos nuper uolenter ablatos. Vnde quia à cognitione fratris, & coepiscopi nostri Iohannis hoc omnino credimus alienum, eum videre te volumus. Et si quidem res nuper, ut asseritur, à possidente sublata est, & hoc apud te manifesta satisfactione claruerit, eius cui subtrahita est dominio reformetur. Et tunc si quid actores predictæ Ecclesie rationabiliter sibi in finibus suis credunt posse competere, electorum subeant sine dilatione iudicium: ut cuius sit proprietas, iudicantium sententia decernatur: quatenus per hoc episcopalis de illicita, que pretenditur, inuasiōe, auferatur inuidia, & causa legali valeat ordine finire.

*Gregorius Iohanni episcopo Syracusano. De finibus possessionis cuiusdam iniuste peruasus. Caput. XXXVI.*

Epi. 36.

**G**loriosissimus filius noster Faustus directa petitione nos adiit, asserens fines possessionis sue illic intra Siciliam positos, à vestris nuper hominibus occupatos, atque ob hoc rem uolenter ablatam sibi per preceptionis nostræ seriem debere petiit reformari. Quod quia si ita, ut asserit, factum est, à fraternitatis vestre cognitione omnino credimus alienum, diligenter inquire. Et si ut asserit, contra iuris ordinem fines ipsius à possidente sublati sunt, in possessoris redeat res per uia dominii. Et tunc si quid est, quod à vestra Ecclesia proprietatis iure utiliter opponatur, electorum debet iudicium prouenire, eorumque iudicio terminari, dummodo indecenter possessoris ius minimè perturbetur. Sed causa iudiciali termino diffinita, sine sacerdotali inuidia dominum atque iustitiam res manifesta cognoscat.

*Gregorius Iohanni episcopo Syracusano. Super eiusdem possessionibus. Caput. XXXVII.*

Epi. 37.

**P**etrus vir clarissimus vicedominus gloriosæ filie nostre Rusticianæ patricie suis nobis epistolis questus est, asserens postquam fraternitas vestra de Romana ciuitate reueria est, fines cuiusdam possessionis predictæ patricie ab hominibus Ecclesie vestre vi esse peruasos. De qua re sepius de uobis querelam deposuisse significauit: & aliquando

ad dicendam uobis causam Martianum tabularium deputasse, quem asserit diuersis dilationibus distulisse, ut nunciusque ad causæ dictionem partes accedere minimè potuissent. Et quia quanto fraterna uos charitate diligimus, tanto audire aliquid quod ad uestram pertineat inuidiam contristamur: idcirco scriptis uos presentibus adhortamur, ut omni mora uel excusatione cessante, de finibus qui dicuntur inuasi, subire homines uestros iudicium cum parte altera faciatis: quatenus & peruationis questio, & si qua est proprietatis contentio finiatur. Hæc igitur fraternitas uestra fieri sine dilatione prouideat, ut nec uos inuidia tangere, nec nos denuo exinde ualeat querela pulsare.

*Gregorius Rusticianæ patricie. De infirmitate eius. Et de miraculis monasterii sancti Andree. Et de donariis eidem monasterio ab ipso concessis. Caput. XXXVIII.*

**E**xcellentia uestræ scripta suscepi, quæ me in grauissima aegritudine positum, de salute, de deuotione, ac de dulcedine tua omnino releuarunt. Vnum uero egrè suscepi, quia in eisdem epistolis ad me, quod semel esse poterat sepius dicebatur: ancilla uestra, ancilla uestra. Ego enim qui per episcopatus onera seruus sum omnium factus, qua ratione mihi se ancillam dicit, cuius ante susceptum episcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem deum, ne hoc uerbum in scriptis uestris aliquando ad me inueniam. Ea autem quæ ex purissimo, sincerissimoque corde beato Petro Apostolorum principi munera transmisisisti, presente omni clero suscepta, atque illic suspensa sunt. Filius enim meus uir memorandus dominus Symmachus, quia aegrotum me ex dolore podagræ, & penè desperatum reperit: scripta uestra mihi dare distulit, & post multum temporis quam uel suscepta sunt dedit. Postmodum uero in scriptis excellentia uestræ inuenimus, ut cum latania ad beati Petri Ecclesiam portari debuissent. Quod ideo minimè factum est: quia sicut prædixi, ante uela quam scripta suscepimus. Tamè prædictus uir cum omni familia domus uestræ hoc fecit, quod nos cum clero facere uoluistis. Sed & si uoces defuerunt hominum, habet ipsa uestra oblatio apud omnipotentem deum uocem suam. In eius pietate confido: quia cuius corpus uos cooperuistis in terra, eius uos intercessio ab omnibus peccatis proteget in celo. Omnemque domum uestram sua prouisione reget, sua uigilantia custodiet. De podagræ autem molestia quam uobis euenisse dixistis, & contristatus uehementer sum, & latatus. Latatus quia humor noxius inferiora petens, superiora perfecte deseruit. Contristatus uero, quia in tam tenuissimo corpore dolores uos inuasi perpeti pertimefeo. Vbi enim caro deest, quæ uirtus esse poterit doloribus resistens? Me etenim quem qualis fuerim nostis: ita amaritudo animi & assidua exacerbatio atque præter hoc podagræ molesta afficit, ut corpus meum tanquam in sepultura ita siccum sit. Vnde sit, ut iam de lectulo raro surgere ualeam. Si ergo mei molem corporis in tantam ariditatem podagræ dolor redegit: quid de uestro corpore sentiam, quod nimis siccum ante dolores fuit? De eleemosyna uero quam beati apostoli Andree monasterio fecistis: quid necesse est me aliquid dicere, cum scriptum sit: Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te orabit? Si ergo apud secretas aures dei habet ipsa bona operatio uocem suam: siue nos clameamus, siue nos taceamus, hoc ipsum quod bene egistis, clamat. Indico autem, quia tanta miracula, tanta cura, tanta custodia monachorum in eodem monasterio eiusdem Apostoli est, ac si specialiter abbas monasterij ipse sit. Nam ut pauca de multis loquar, quæ abbate ac præposito monasterij narrantibus agnouerim, edicam. Quadam die duo exinde fratres transmissi sunt, qui aliquid emere pro monasterij utilitate debuissent: unus iunior qui prudētior uidebatur: alter senior, qui custos sumioris esset. Perrexerunt utriusque, & de precio quod acceperant, ipse qui custos missus fuerat, nesciente altero de eodem precio furtum fecit. Qui mox, ut ad monasterium sunt reuersi, atque ad oratorij limen uenerunt, arreptus à demone is qui furtum fecerat cecidit, & vexari cepit. Dimissus autem à demone concurrentibus monachis requisitus est, num forsitan de eo



**A** de eo quod acceperat furtum fecisset: negauit, iterum vexatus est. Dimissus atque iterum requisitus: negauit, atque iterum vexatus est. Octo itaque vicibus negauit, octo vicibus est vexatus. Post octauam vero negationem, nec non vexationem confessus est, quantos nummos furto abstulerat. Et agens prostratus, se peccasse testatus est. Vt iterum verò ad eum dæmonium non accessit. Alio quoque tempore dum in die natalitio eiusdem Apostoli iam meridians horis fratres quiescerent: subito quidam frater apertis oculis cæcatus cæpit tremere, voces ingentes emittere, quibus vocibus testabatur ferre se non posse quod patiebatur. Concurrentes fratres viderunt cæcum apertis oculis trementem & clamantem, & à præsentibus alienum nihil quod foris agi poterat sentientem. Eumque in manibus leuauerunt, atque ante altare sancti Andrea: apostoli proiecerunt, ipsiq; pro eo in oratione prostrati sunt. Qui statim ad se reuersus, quid passus fuerat, confessus est: quia senex quidam ei apparuit, & canem nigrum cum dilaniandū dimisit dicens: Quare fugere voluisti de monasterio isto? Cumque euadere de canis moribus nullo modo potuisset: venerunt quidam monachi, & eundem senem pro me rogauerunt, Qui statim iussit canem abscedere, & ipse ad me reuersus sum. Qui etiam confessus est: quia eo die quo ista pertulit, consilium habuerat de eodem monasterio fugere. Alius quoque monachus discedere de eodem monasterio latenter voluit. Cumque hoc mente tractasset, voluit oratorium ingredi, sed statim dæmonio traditus vehementissimè vexatus est. Relinquebatur vero à dæmonio, si extra oratorium steterit, & nihil patiebatur aduersi. Si vero conatus fuisset ingredi, statim maligno spiritui traditus vexabatur. Cumque hoc sapius fieret, culpam suam confessus est, quia egredi de monasterio cogitabat. Tunc collecti pro eo fratres, se se per triduum in precibus astrinxerunt, atque ita curatus est, ut ad eum postmodum nunquam spiritus malignus accederet. Dicebat autem se eundem beatum apostolum dum vexaretur vidisse, seque ab eo increpatum esse cur voluisset abscedere. Alij quoque duo fratres de eodem monasterio fugerunt, atque aliqua prius colloquendo fratribus signa dederunt, quod per viam Appiam descendentes Hierosolymam tenderent. Qui exeuntes diuerterunt ab itinere. Et ut à sequentibus inueniri minimè potuissent retrulas cryptas iuxta flamineam portam inuenientes, in eis sese occultauerunt. Cum vero vespertinis horis requisiti minimè in congregatione inuenti essent, ascensis caballis eos quidam fratres secuti sunt per Metroni portam exeuntes, ut eos in Latinam vel Appiam viam sequerentur. Subito autem eis consilium ortum est, ut eos in Salariam viam sequerentur. Extra ciuitatem igitur pergentes deflexerunt in Salariam. Eos vero minimè inuenientes per portam flamineam decreuerunt reuerti. Cumque reuertentur, mox ut equi eorum ante cryptas illas venerunt, in quibus se absconderant: fixerunt gradum, pulsati & compulsi passum mouere non potuerunt. Considerauerunt monachi rem talem sine mysterio esse non posse. Attenderunt ad cryptas, viderunt earum aditus missa maceria damnatos, sed caballis eorum nunquam euntibus descenderunt. Deposuerunt lapides qui in ore cryptarum positi fuerant, ingressi sunt, eosque in eisdem tenebrosis latibulis consernatos terræ inuenerunt. Qui ad monasterium redacti, ex eodem miraculo ita sunt meliorati, ut eis multum profuerit, ad paruum temporis de monasterio fugisse. Hæc dixi, ut excellentiæ vestræ innotesceret cuius oratorio eleemosynam fecistis. Omnipotens autem deus, & in anima, & in corpore, & in omni dono cælesti vos protectione custodiat, & ad consolationem vestram diu vos viuere concedat. Dilectissimum filium meum Strategium cum gloriosis parentibus suis filiis vestris, mea peto vice salutari.

Gregorius Theotistes patricie. De detractionibus multorum non curandis, quibus etiam satisfaciendum: unde plurima exempla proponit: quod religionis gratia conuicia non soluantur. De his qui dicunt in baptismo omnia peccata non dimitti. Et his qui asserunt post penitentiam triennio factam licentiam esse peccandi, quos omnes anathematizat.

Caput. XXXIX.

**M**agnas omnipotenti deo gratias agere debemus, quod piissimi & benignissimi imperatores nostri tales de suo genere iuxta se propinquos habent, de quorum conuersatione nobis omnibus grande sit gaudium. Vnde & pro eisdem dominis quotidie nobis orandum est, ut eorum vita cum suis omnibus, protegente cælesti gratia, per longa tempora & tranquilla seruetur. Indico autem, quod leuitate populi tumultum contra vos detractionis exortum nunciantibus quibusdam agnouit. Qua ex re excellentiam vestram audio fuisse non modicè contristatam. Quod si ita est, valde miror cur vos qui cor fixistis in cælo, verba hominum agitant in terra? Beatus enim Iob cum amici eius qui ad consolandum eum venerant, in increpationem profuissent, ait: Ecce enim in cælo testis meus, & cõscijs meus in excelsis. Qui enim vitæ suæ in cælo testem habet iudicia hominum in terra pertimescere non debet. Dux quoque bonorum Paulus dicit: Gloria nostra hæc est, testimonijs cõscientiæ nostræ. Qui iterum dicit: Opus suum probet vnusquisque, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Si enim laudibus letamur, & vituperationibus frangimur, gloriam nostram non in nobis, sed in aliorum ore posuimus. Et fatuæ virgines in vasis suis oleum non sumpserunt, sapientes autem sumpserunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Lampades quippe nostræ, bona sunt opera. De quibus scriptum est: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cælis. Tunc autem oleum in vasis cum lampadibus sumimus, quando de bonis actibus nitorem gloriæ non laudantibus proximis quarimus, sed hunc in testimonio cõscientiæ seruamus. In omne autem quod agimus, vel quod extra de nobis dicitur, recurre re ad arcana mentis debemus. Et si omnes vituperent, liber est tamen quem conscientia non accusat. Quia si omnes laudent, liber esse non potest si hunc conscientia accusat. Vnde de Ioanne veritas dicit: Quid existis in desertum videre: arundinem vento agitatum? Quod videlicet per negationem dicitur, non per confirmationem: cum subditur: Sed quid existis videre: hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Quamuis enim iuxta veritatem Euangelij, Ioannes vestimento alpero fuerit indutus: per significationem tamen mollibus vestitus est, qui adulationibus ac laudibus delectatur. Negatur autem, quia Ioannes arundo vento agitata fuerit, quoniam mentis eius fortitudo dinem nulla humani oris aura flecebat. Nos enim si laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur, arundo vento agitata sumus, sed absit hoc, absit à corde excellentiæ vestræ. Scio, quia magistrum gentium studiosè legitis, qui ait: Ego si hominibus adhuc placerem, Christi seruus non essem. Si qua tamen vel parua tristitia hac ex re menti vestræ exorta est, credo quod hoc fieri omnipotens deus benignè permisit. Neque enim electis suis in hac vita promisit gaudia delectationis, sed amaritudinem tribulationis: ut medicinæ more, per amarum poculum ad dulcedinem aternæ salutis redeant. Quid nanque dicit? Mundus gaudebit, & vos lugebitis. Super quam promissionem paulopost additur: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo toller à vobis. Hinc iterum discipulis dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Pensate quæso vbi erit patientia, si deest quod toleretur? Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit. Boni enim si sine malis fuerint, perfecti esse boni non possunt: quia minimè purgantur. Ipsa autem malorum societas purgatio bonorum est. Tres in arca filij Noë fuerunt: Vnus irrisor patris extitit, qui etsi in se benedictus fuit, maledictionis tamen sententiam in filio suscepit. Duos Abraham priusquam uxorem Cethuram acciperet, filios habuit: sed tamen carnalis eius filius est repromissionis filium persecutus. Quod magnus doctor exponit, dicens: Sicut is qui secundum carnem est, persequatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Duos Isaac filios habuit, sed vnus qui spiritualis extitit, ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim Iacob filios habuit: sed vnum qui rectius vivebat, vndecim in Aegypto vendiderunt. In Dauid propheta, quia fuit quod purgari debuisset, actum est ut persecutionem per filium pateretur: Beatus Iob de societate reprobatorum dicit: Frater fui


Epi. 39.  
D  
Iob. 16.  
2. Cor. 1.  
Galat. 6.  
Mat. 25.  
Mat. 5.  
E  
Mat. 11.  
Galat. 1.  
F  
Ioa. 16.  
Ibidem.  
Luc. 21.  
Galat. 4.  
Iob. 30.  
fui

**G** fui draconum, & socius struthionum. Ad Ezechielem dominus ait: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. In duodecim Apostolis vnus reprobus mixtus est, vt esset cuius persecutione vndecim tentarentur. Apostolorum princeps discipulis loquitur, dicens: Istum Loth oppressum à nephendorum iniuria & conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Paulus quoque apostolus discipulis scribit, dicens: In medio nationis prauæ & perueriæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vite continentes. Quia ergo scriptura teste cognoscimus in hac vita bonos sine malis esse non posse: de stultorum vocibus excellentia vestra turbari nullatenus debet: maximè quia in omnipotentis dei misericordia tunc certa fiducia est, quado pro bono opere aduersitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in eterna retributione seruetur. Vnde in sancto Euangelio veritas dicit: Beati eritis cum aduersum vos omne malum dixerint homines, mentientes propter nomen meum. Qui in consolatione nostra sua in exemplum adducere opprobria dignatus est, dicens, Si patrem familiars Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Sunt autem plurimi qui vitam bonorum amplius quam debent, laudant: & ne qua elatio de laude surrepat, permittit omnipotens deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere: vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo quod doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam & bonam famam. Qui etiam dicit: Vt seductores, & veraces. Si ergo fuerunt qui malam famam Paulo imponerent, qui hunc seductorem vocarent, quis nunc Christianus debet indignum ducere, pro Christo iniurias audivit? Quanta autem virtutis præcurior nostri redemptoris fuit, nouimus, qui per sacrum eloquium non solum plus quam propheta, sed etiam angelus vocatur, & tamen sicut mortis huius historia testatur, post mortem à persecutoribus eius corpus incensum est. Sed quid ista de sanctis hominibus dicimus? De ipso sancto sanctorum, id est, de deo, qui pro nobis homo factus est, loquamur: qui ante mortem iniuriam, quia demonium haberet, audiuit. Post mortem verò à persecutoribus suis seductor appellatus est, cum dicerent: Scimus quia seductor ille dixit, post tres dies resurgam. Quanta ergo nos peccatores à lingua vel manibus iniquorum hominum portare necesse est, qui in aduentu æterni iudicis iudicandi sumus, si & ipse tanta post mortem pertulit, qui & iudex venit: Hec dulcissima & excellentissima filia breuiter dixi, ne quotiens stultos homines tibi derogare cognoscis, qualibet vel paruula mentis tristitia tangaris. Sed quia sedari hoc ipsum stultorum hominum murmur tranquilla ratione potest: peccatum credo, si bonum quod valet fieri, negligitur vt fiat. Nam cum placare insanas mentes, atque ad salutem reducere possumus, scandalizare eos minimè debemus. Sunt enim quedam scandala quæ omnino despicienda sunt: quedam vero cum vitari sine culpa possunt, despicienda non sunt, ne cum culpa seruentur. Quod sacro Euangelio testante cognouimus, quia cum veritas diceret: Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem: & discipuli responderent, dicens: Scis quia Pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt: protinus respondit: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces caecorum. Et tamen cum tributum peteretur, prius rationem reddidit per quam tributum solvere non deberet, atque illico subiunxit: Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hanc pecuniam, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & apertò ore eius, inuenies staterem. Illum sumens da eis pro me & te. Quid est quod de scandalizatis dicitur: Sinite illos, cæci sunt, & duces caecorum: & aliis ne scandalizentur, à domino tributum soluitur, quod etiam non debetur? Quid est quod aliis scandalum esse permisit, aliis vero venire prohibuit: nisi vt nos doceret, & illa scandala quæ nos ad peccata implicant, contemnere: & ea quæ placare sine peccato possumus, modis omnibus mitigare. Vestra itaque excellentia potest, protegente domino, prauorum hominum scandala cum magna tran-

quillitate declinare. Priores enim eorum vobis secretò vocandi sunt, atque ipsis ratio reddenda: & perueriæ quedam capitula quæ teneri existimant, coram ipsis sunt anathematizanda. Quod si etiam, sicut dicitur, dari à vobis anathema fide suspicantur, etiam iureiurando firmandum est vos nunquam eadem capitula tenere, nunquam tenuisse. Nec vobis indignum videatur tali eis modo satisfacere, ne de imperiali genere sit contra eos aliquod in vestra mente fastidium. Omnes etenim fratres sumus, vnus imperatoris potestate cõditi, & sanguine redempti. Et ideo fratres nostros quantumlibet pauperes & abiectos in nullo despiciere debemus. Certè etenim Petrus potestatem regni cœlestis acceperat, vt quæque in terra ligaret vel solueret, essent in cœlo ligata vel soluta, supra mare ambulauit, ægrotantes vmbra curabat, peccantes verbo occidebat, mortuos oratione suscitabat. Et quia ex admonitione spiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingressus, contra eum quæstio à fidelibus facta est cur gentiles intrasset, & comedisset cum eis, cur eos in baptumate suscepisset. Et tamen idem Apostolorum primus tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus: querelæ fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit: quomodo vas quoddam velut lintheum in quo quadrupedia terræ & bestiarum reptilia atque volatilia inerant: de cœlo submitti viderit, vocemque audierit: Surge Petre, occide & madauca: qualiter tres viri venerint eum ad Cornelium vocantes, qualiter spiritus sanctus hunc cum eis ire præceperit. Qualiter idem spiritus sanctus qui venire in baptizatos in Iudæa post baptismum consueuerat, in gentibus ante baptismum venit. Si enim cum à fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset, respondere poterat, vt pastorem suum, oues quæ ei commissa fuerant, reprehendere non auderet. Sed si in querelâ fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placauit, atque in causa reprehensionis suæ, etiam testes exhibuit, dicens: Venerunt autem mecum sex fratres isti. Si ergo pastor Ecclesiæ Apostolorum princeps signa & miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis singulationem humiliter reddere, quanto magis nos peccatores cum de re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus? Ad me etenim, sicut nostis, cum apud vestigia dominorum in regia vrbe demorarer, multi ex eis venire consueuerant, qui de prædictis capitulis accusabantur. Sed teste conscientia fateor, nunquam in eis aliquid erroris, aliquid prauitatis, aliquid de his quæ cõtra vos dicebantur, inueni. Vnde & eos opinione contempta familiariter suscipere, & magis ab insequentibus defendere curabam. Dicebatur nanque contra eos, quia sub obtentu religionis coniugia soluerent: & quia dicerent, quod baptismum peccata penitus non auferret: & si de iniquitatibus suis quis in triennium poenitentiam ageret, postmodum ei peruersè viuere liceret. Et quia si compulsi aliquid de quibus reprehendebantur anathematizare se dicerent, anathematis vinculo nullo modo teneri. Et si sunt qui certissime talia sentiunt vel tenent: quia Christiani non sunt, dubium non est. Eoque & ego & omnes catholici episcopi, atque vniuersa Ecclesia anathematizamus: quia veritati cõtraria sentiunt, cõtraria loquuntur. Si enim dicunt religionis causa coniugia debere dissolui: sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex diuina tamen prohibuit. Per se enim veritas dicit: Quæ deus cõiunxit, homo non separet. Quæ etiã ait: Non licet dimittere vxorẽ, excepta causa fornicationis. Quis ergo huic cœlesti legislatori contradicat? Scimus quia scriptum est: Erunt duo in carne vna. Si ergo vir & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir vxorẽ dimittit: vel mulier virum in hoc mundo remanentem vel fortasse ad illicita migrantem: quæ est ista migratio vel conuersio, nisi quia vna eademque caro: & ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si verò vtriusque conueniat continetam vitam ducere, hoc quis audeat accusare: quando certum est, quod omnipotens deus qui minora concessit, maiora non prohibuit: Et quidem multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius continentem vitam duxisse, & postmodum ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrasse.



Astor. u.  
L  
Astor. u.  
C. u.  
Asto. 10.  
26. q. 21.  
Sunt qui  
Mat. 19.  
Marc. 10.  
Luc. 16.  
1. Cor. 6.



**A**graffe. Duobus enim modis sancti viri, etiam a licitis solent abstinere. Aliquando ut merita sibi apud omnipotentem deum angant: aliquando vero ut anteaque vite culpas detergant. Tres enim pueri in regis Babylonici obsequium deducti, legumina ad vescendum petentes, cibis regis uti noluerunt: non quia culpas abesse scirent quae deus creauerat, edere. Noluerunt ergo ea sumere quae licebat, ut per continentiam virtus exeresceret. Dauid vero qui alienam uxorem tulerat, & pro sua culpa valde fuerat flagellatus, aquam bibere longè post de Bethlehemitica cisterna voluit. Quam cum ei fortissimi milites detulissent, bibere noluit, eamque fundendo domino libauit. Libebat enim bibere si voluisset: sed quia illicita se fecisse meminerat, laudabiliter a licitis abstinere. Et qui prius pro culpa sua morientium militum sanguinem fundi non timuit: postmodum si aquam biberet, etiam viuentium militum sanguinem se sudisse iudicauit, dicens: Num sanguinem istorum hominum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Proinde cum boni confuges, aut meritum augere desiderant, aut anteaque vitae culpas delere: ut se ad continentiam adstringant, & meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam quam vir appetit, vxor non sequitur: aut quam vxor appetit, vir recusat: diuidi coniugium non licet, quia scriptum est: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Si qui vero sunt qui dicunt peccata in baptisinate superficialiter dimitti: quid est hac praedicatione infidelius, in qua ipsum fidei sacramentum se stinam soluere? in quo principaliter ad caelestis munditiae mysterium anima ligatur: ut absoluta radicibus a peccatis omnibus, soli illi inhaereat, de quo Psalmista ait: Mihi autem adherere deo bonum est. Certe enim maris rubri transitus figura sancti baptisnatis fuit, in quo hostes a tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in eremo sunt inuenti. Sic quippe omnes qui in sancto baptisinate tinguntur, eorum peccata praeterita omnia laxantur: quia eis velut Aegyptij hostes a tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes inuenimus: quia dum in hac vita viuimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multae tentationes nos fatigant, & ad terram viuentium tendentibus iter intercludere festinant. Qui ergo dicit peccata in baptisinate funditus non dimitti: dicat in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos: fateatur necesse est peccata in baptisinate funditus mori: quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas, quam umbra veritatis. In Euangelio dominus dicit: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Si igitur peccata in baptisinate funditus minime dimittantur, quomodo is qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis, quae ait: qui lotus est, mundus est totus. Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet, quem totum fatetur mundum, ipse qui redemit. Si qui autem sunt qui dicunt, quia de peccato quolibet triennio poenitentia agenda est, & post triennium in voluptatibus viuendum: isti adhuc nec praedicationem verae fidei, nec sacrae scripturae testimonia nouerunt. Contra hos praedicator egregius dicit: Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Contra hos item dicit: Qui in carne sunt, deo placere non possunt. Vbi discipulis subiungit: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Hi quippe in carne sunt, qui in carnalibus voluptatibus viuunt. Contra hos dicitur: Neque corruptio incorruptionem possidebit. Si autem dicunt pauci temporis contra poenitentiam peccatum debere sufficere, ut iterum liceat ad peccatum redire: rectè eos pastoris primi percutit sententia, qui ait: Contingit illis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Magna est enim contra peccatum virtus poenitentiae, sed si quis in eadem poenitentia perseueret. Nam scriptum est: Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Hinc rursum scriptum est: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Mortuum quippe est omne opus peruerbum, quod pertrahit ad mortem, quod vita iustitiae non viuunt. Baptizatur ergo a mortuo, & iterum tangit mortuum, qui praua opera quae se meminit egisse deplorat, sed in eisdem se iterum

post lachrymas implicat. Anima itaque quaelibet eiusdem mortui lauatione non proficit, quae hoc iterum faciendo quod planxit, nec per lamenta poenitentiae ad rectitudinem iustitiae exurgit. Poenitentiam enim vere agere, est commissa flere, sed iterum plangenda declinare. Si vero sunt qui dicunt, quia compulsi quispiam necessitate, si anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non tenetur: ipsi sibi testes sunt, quia Christiani non sunt: quia ligamenta sanctae Ecclesiae variis se existimant conatibus soluere, ac per hoc nec absolutionem sanctae Ecclesiae, quam praestat fidelibus, veram putant, si ligaturas eius veras esse atque valere non aestimant. Contra quos diutius disputandum non est, quia despicendi per omnia & anathematizandi sunt: ut vnde veritatem fallere se credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur. Si qui sunt igitur qui sub nomine christiano haec quae diximus errorum capitula aut praedicare audent, aut taciti apud semetipsos tenere: hos proculdubio & anathematizauimus. Ex omnibus tamen capitulis in eis, sicut dixi, qui ad me in vrbe regia venire consueuerunt: nullum omnino errorem cuiuslibet praedicti capituli agnoui, sed neque fuisse, existimo. Nam si fuisset, agnouissem. Quia vero sunt multi fidelium, qui imperito zelo succeduntur, & saepe dum quosdam quasi haereticos insequuntur, haereses faciunt: eorum infirmitati consulendum est: & sicut praedixi, ratione & mansuetudine placandi sunt. Illis quippe sunt similes de quibus scriptum est: Testimonium illis perhibeo, quod emulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Vestra itaque excellentia quae in lectione, in lachrymis atque in elemosynis incessabiliter viuunt eorum, sicut petij, imperitiam placare mansuetis exhortationibus ac repositionibus debet: ut non solum de semetipsa, sed etiam de illis gloriam aeternae retributionis inueniat. Haec me vobis dicere nimis ardor suauis: quia & in vestra laetitia me crescere, & in vestra tristitia me exilimo minorari. Omnipotens deus gratia vos caelesti custodiat, & salua domini nostri pietate, & piissimi domini tranquillitate, pro dominorum paruulorum nutrimento vitam vestram longius extendat.

Gregorius Isicio episcopo Hierosolymorum. De cura pastorali, & de simoniaca haeresi.

Caput XL.

**S**eruata veritate historiae, quid aliud est quod diluuij tempore humanum genus extra arcam moritur: ad vitam vero in arca seruatur, nisi hoc quod aperte nunc cernimus, quia infideles quosque extra Ecclesiam peccati sui vnda perimit, & fideles suos in fide atque in charitate sanctae Ecclesiae vnitas, quasi arcae compago custodit? Quae arca videlicet de imputribilibus lignis compingitur, quia de omnibus fortibus atque in bono suo perseuerantibus aedificatur. Et cum a seculari vita vnusquisque conuertitur, quasi adhuc ligna de montibus succiduntur. Cum vero ad sanctae Ecclesiae ordinem, ad aliorum custodiam deducitur, quasi de excisis atque compositis lignis ad seruandam vitam hominum arca aedificatur. Quae profecto arca cessante diluuij in monte requieuit, quia huius vitae corruptione cessante, cum malorum operum fluctus transierint, in caelesti patria sancta Ecclesia in morte requiescet excelso. In huius itaque arcae aedificatione vos currere relecta fraternitatis vestrae epistola rectae fidei compage gaudemus. Magnasque omnipotenti deo gratias exolumus, qui & immutatis gregis sui pastoribus, fidem quam semel sanctis patribus tradidit, etiam post eos immutabilem custodit. Praedicator egregius dicit: Fundamentum autem aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quisquis igitur cum dilectione dei & proximi fidei quae est in Christo firmitatem tenet, eundem Iesum Christum dei & hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est: quia vbi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur aedificium. Ipsa quoque veritas per se dicit: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Et paulo post subiicit dicens: Ego sum ostium. Ille vero ad ouile ouium intrat per ostium, qui intrat per Christum. Intrat ipse per Christum qui de eodem creatore & re-

1. Para. 11.  
27. q. 2. c.  
Sunt qui.  
Si uerb.  
1. Cor. 7.  
B  
Psal. 72.  
104. 13.  
C  
Galat. 6.  
Rom. 8.  
1. Cor. 15.  
2. Pet. 2.  
Mat. 10.  
1. Cor. 10.  
Iudic. 34.

Rom. 10.  
E  
Epi. 40.  
F  
1. Cor. 3.  
104. 10.  
Ibidem.

**G** & redemptore humani generis vera sentit & prædicat, prædicata custodit, culmen regiminis ad officium portandi oneris suscipit, non ad appetitum gloriæ transitorij honoris. Cura quoque suscepti oneris solerter inuigilat: ne oves dei, aut peruerli homines praua loquentes dilanent, aut maligni spiritus oblectamenta vitiorum suadentes deuasent. Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui propter nos homo factus est. Qui dignatus est fieri quod fecit ipse, & infirmitati meæ, & tuæ charitati spiritum sui amoris infundat: atque sollicitudine & custodia circumspectionis oculum nostri cordis aperiat. Quod vero ad sacros ordines rectæ fidei viri perducuntur, eidem omnipotenti deo sine cessatione gratiæ solvendæ sunt, & pro vita piissimi & Christianissimi Imperatoris domini nostri, & tranquillissima eius coniuge, & mansuetissima sobole semper orandum, quorum temporibus ora hereticorum conticefcunt: quia etiam eorum corda in infania peruerli sensus ebulliunt, orthodoxi tamen imperatoris tempore praua quæ sentiunt, eloqui non præsumunt: ita ut aperte videamus impleri quod scriptum est: Congregas sicut in vtre aquas maris. Aqua enim maris sicut in vtre congregata est: quia amara hæreticorum scientia quicquid odit, prauum sentit: in pectore comprimit, & aperte dicere non præsumit. Tua ergo fraternitas rectam per omnia fidem percolit spiritualiter edocta: quæ querenda erant, subtiliter enarrauit. Fides itaque vestra, fides est nostra. Ea tenemus quæ dicitis, ea dicimus quæ tenetis. Quia vero peruenit ad nos in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum ordinem nisi præmiorum datione peruenire, si ita esse vestra fraternitas agnoscit: hanc primam oblationem omnipotenti deo offerat, ut à subiectis sibi Ecclesiis errorem simoniacæ hæreseos compescat. Nam, ut alia taceam, quales esse in sacris ordinibus poterunt, qui ad hos non merito, sed præmio prouehuntur? Scimus autem quanta animaduersione hanc Apostolorum princeps insecutus est: qui primam damnationis sententiam contra Simonem protulit, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum dei pecunia existimasti possideri. Ipse quoque creator ac redemptor humani generis dominus deus noster cum flagellum de reticulis fecisset, de templo cathedras vendentium columbas euertit. Quid est enim aliud in templo columbas vendere, nisi in sancta Ecclesia eam per quam spiritus sanctus datur, ad precium manus impositionem dare? Sed cathedræ vendentium columbas euerse sunt, quia talium sacerdotium in sacerdotio non deputatur. Præterea peruenit ad me, quia in ea Ecclesia quæ Aenea dicitur, sæpe in Hierosolymorum vrbe vestra Ecclesiæ iurgia nascuntur. Vnde sanctitas vestra debet sollicitè cuncta pensare, & quædam mansuete corrigere: quædam vero quæ corrigi nequeunt, æquanimiter tolerare. Apertè enim videmus, quod per Psalmistæ vocem à sancta Ecclesia dicitur: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. In dorso quippe onera portantur. Supra dorsum ergo nostrum fabricant peccatores, quando eos quos corrigere non possumus, patièdo portamus. Nauis etenim gubernator cum aduersari sibi ventum considerat, quosdam fluctus directo clauo exuperat: quosdam vero quos superari non posse præuidet, inflexo cursu prudenter declinat. Sic itaque sanctitas vestra quædam compescendo, quædam tolerando mitiget, ut in sancta Hierosolymorum Ecclesia pacem cohabitantium conseruet. Scriptum quippe est: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. In rixa etenim mentis ipsum lumen clauditur bonæ intentionis. Vnde Psalmista dicit: Turbatus est præ ira oculus meus. Et quid iam in nobis boni operis remanet, si pacem ex corde perdimus, sine qua dominum videre non valeamus? Vos itaque agite, ut de his quoque qui per iurgium perire poterant, mercedis vestrae lucra colligatis. Omnipotens deus dilectionem tuam gratia celesti custodiat: & de his qui tibi commissi sunt, fructum multiplicet, ac mensuram supereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat.

Gregorius Anatholio diacono Constantinopolitano. De Ioanne episcopo primæ Iustinianæ, quod nec ipse nec alius quis propter infirmitatem sit deponendus.

Caput. XLI.

**S**cripsit mihi tua dilectio, piissimum dominum nostrum reuerentissimo fratri meo Ioanni primæ Iustinianæ episcopo pro ægritudine capitis quam patitur, præcipere succedi, ne fortè dum episcopi iura eadem ciuitas non habet, quod absit, ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones præcipiunt, ut pro ægritudine episcopo succedatur. Et ideo iniustum est, ut si molestia corporis irruat, honore suo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex eius depositione veniat. Sed suggerendum est, ut si is qui est in regimine, egrotat: dispensator illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine Ecclesiæ, ipso non deposito, ac in custodia ciuitatis implere: ut nec omnipotens deus offendatur, neque ciuitas inueniatur neglecta esse. Si verò idem reuerentissimus Ioannes fortasse pro molestia sua petierit, ut ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem in scripto dante concedendum est. Aliter autem nos id facere pro omnipotentis dei timore omnimodo non audemus. Quod si hoc petere ille noluerit, quod piissimo imperatori placet: quicquid subest facere, in eius potestate est. Sicut nouit, ipse prouideat. Nos tantummodo in depositione talis viri, non faciat permisceri. Quod vero ipse fecerit, si canonicum est, sequimur. Si vero canonicum non est, in quantum sine peccato nostro valeamus, portamus.

Gregorius Urbico abbati. De dissensione congregationis eius, & abbate ordinando.

Caput. XLII.

**V**alde me contristat dilectio tua cognoscat, quod tantam in congregatione monasterij vestri confusionem euenisse cognoui, quod dum de ordinando abbate aliquid in Lucufiano monasterio disposueris: non unum, sed duos penè abbates fecisti. Manè, sicut audio, Domitium presbyterum: vespere verò latorem præsentium Bonum seruum dei. Ex qua re aspicio quam dissoluta sit regula monasterij, dum nec monachi eiusdem monasterij tibi ad obediendum parati extiterint, nec tu constanter aliquid disponere potuisti. Vnde vehementer ingemisco, quia aliter esse monasterium vestrum quam putabam inuenio. Quod ex nulla alia re euenire valuit, nisi quia tua dilectio in regimine suo inordinata est, nec cum gravitate aliquid valet disponere, sed modo studet peccatis leniter blandiri, modo inordinate, & extra modum nimis irasci. Nam si semetipsum in mentis suæ ratione tenere potuisset, ipsa eius maturitas haberi in reuerentia potuit, & disciplinæ in monasterio ordo seruari. Hoc autem factum deterius puto, quod prædictum Bonum monachum de monasterio quod construxit, sine iussione mea tollere præsumpsisti: maxime, quia nec ætati eius expedire suspicor, ut possit in regimine præesse. Ideoque volumus ut Domitius presbyter abbas esse Lucufiani monasterij debeat, eiusque præpositus Lucifer monachus fiat, in cuius requiescere solatio valeat. Ex nostra itaque autoritate hæc te disponere deo adiuvante præcipimus. Cui dispositioni si quis præsumperit ingratus existere, ad nos sine dubio transmittatur. Acceptis ergo scriptis nostris, fratrem, & coepiscopum nostrum Victorem ad Lucufianum monasterium dilectio tua inuitet, quatenus ipse illic missarum solennia celebrare, & prædictum dominum authore deo abbatem ordinare debeat, ne dum tuum consilium sequimur, in errorem sicut cæci ducamur. Nam Cætellum monachum in Lucufiano monasterio præpositum dilectio tua fieri voluerat. Quod postquam fieri madauimus, quia monachus non sit, agnouimus. Ex parua enim eulogia quam Bonus monachus accepit: partem petendo, contentionem facere instinere minime timuit. Quod ex quanta amaritudine cordis descenderit, poterit tua dilectio scire, si regulam monachorum nosse voluisset. Ex discipulo autem tuo cognouimus: quia tu qui abbas diceris esse, adhuc monachus non sis. Et credo, quod non disparis mentis sit in hac diuisione cellarius etiam Lucifer, quem præpositum fieri diximus. Sed tolerabilius est antiquiorem fratrem, quam nouum & puerum tolerare.

Gregorius Urbico abbati. De xl. solidis Petro Trocalitano dandis.

Caput. XLIII.

Dilectio



**Epi. 43.**  
**A**ffectio tua presentia scripta suscipiens, de solidis Lucusiani monasterij quos apud eum Salerius notarius noster esse renunciauit, sine mora vel excusatione aliqua xl. solidos fratri nostro Petro Trocalitano episcopo dare studeat. Sed & monachis quos apud se pro eorum salute & eorum monasterio praesatus frater noster abstulit, studij tui abbatem antefati Lucusiani monasterij districtius imminere, ut alimoniam & vestimenta annis singulis exinde praebere modis omnibus debeat.

*Gregorius Adriano notario Panormitano. De Agathosa, cui praecipit maritum suum iam tonsuratum & monachum factum reddere. Caput. XLIII.*

**Epi. 44.**  
**27. q. 2. ca.**  
**Agathosa.**  
**A**gathosa latrrix presentium quaelta est maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse conuersum. Quod quia ad eiusdem abbatis culpam & inuidiam non est dubium pertinere: experientiae tuae praecipimus, ut diligenti inquisitione discutias, ne forte cum eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repereris, & illum in monasterio remanere prouideat: & hanc sicut promisit, mutare compellat. Si vero horum nihil est, nec quondam fornicationis crimen, propter quod viro licet uxorem relinquere, praedictam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuersio vxori relicta in seculo fieri possit perditionis occasio: volumus ut maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est, reddere omni debeas excusatione cessante quia etsi mundana lex praecipit, conuersationis gratia, utrolibet inuito posse solui coniugium, diuina hoc lex heri non permittit. Nam excepta fornicationis causa, virum uxorem dimittere nulla ratione conceditur: quia postquam copulatione coniugij viri atque mulieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuari, & ex parte in seculo remanere.

*Gregorius uniuersis episcopis Siciliae. De inuasionem hostium, & letaniis faciendis. Caput. XLV.*

**Epi. 45.**  
**S**uper afflictiones & gemitus quos annosa haec continuatione de hostibus sustinemus, maior nos metus exercuat, quod inimicos nostros omni aduersu ad Siciliae inuasionem cognoscimus festinare. Sed ne haec illis molientibus, prosperitatem multitudo nostrorum praebat peccatorum, toto nos corde ad redemptoris nostri remedia conferamus: & quibus resistere virtute non possumus, lachrymis obuiemus. Nam quid vobis cauendum, quid ue sit uolentibus formidandum, ex istius prouinciae debetis desolatione colligere. Itaque hortor fratres charissimi, ut omni hebdomada quarta, & sexta feria letaniam inexcusabiliter indicatis, & contra Barbaricae crudelitatis incursum supernae protectionis auxilium imploretis. Sed ut ad aures dei viam precibus faciatis vigilantius studendum est, ut voces actibus adimantur. Nam inanis sit oratio ubi praua est actio. Quia igitur quanto immane cernitis imminere periculum, tanto simul omnes in fletu debetis, & gemitu occupari, filios vestros a seculari peruersitate sacerdotali quamprimum adhortatione compellite. Discant iniusta continere, & quae deo placita sunt amare, ut illos possitis habere ad impetrandam diuinae misericordiae gratiam adiutores: ne si neglexeritis, actio eorum precibus orationum superet: & saeuientis inimici gladius, quod absit refecet, quod monentis verba non corrigunt. Deus autem noster iustus & pius est, & sicut perseverantibus in prauitate districtus est, ita est conuersis misericors. Ad ipsum ergo tota mente contriti cordis euigilatione curramus, ab ipso ereptionis nostrae solatia postulemus: Et quoniam benignus & mitis est, si nos a malis nostris emendatos sua viderit mandata diligere: & hic nos potens est ab hoste defendere, & in futuro aeterna nobis gaudia praeparare.

*Gregorius Dono episcopo Massanen. De contentione inter Placidum & Ecclesiam eius. Caput. XLVI.*

**Epi. 46.**  
**N**ullus unquam contentionibus finis imponitur, si impleri ea quae iudicata fuerint, differatur. Filius itaque noster Placidus, vir memorandus, questus est nobis ea quae inter eum & actores Ecclesiae vestrae definita sunt, fraternitatem vestram nolle complere. Quod si ita est, miramur: ut dum quieti vestrae vos deceat studere, contentiois vo-

bis scrupulum referuetis. Proinde scriptis vos presentibus adhortamur, ut subtiliter requirere debeatis. Et si quid minus impletum est, si tamen nihil est quod iuste possit oblitere, sine discordia compleatur: quatenus nec supradictus magnificus vir se queratur irrationabiliter fatigari, nec vos contra ordinis vestri propositum videamini delixisse quod iustum est.

*Gregorius Adriano notario. De incantationibus & sortilegijs insequeudis. Caput. XLVII.*

**Epi. 47.**  
**P**eruenit ad nos, quod quosdam incantatores ac sortilegos fueris insecutus. Et omnino nobis sollicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas: sed moleste tulimus, quod te dubitare ne ab eis nobis contra experientiam tuam surrepi potuisset, didicimus: quum certus esse ac scire debueris, hoc tibi apud nos ad commedationem magis proficere, non ad culpam adscribi. Et ideo studij tui sit, sollicitudinem quaerere: & quoscunque huiusmodi inimicos Christi inuenieris, ita districta uisione corrigere, ut & nos de experientia tua melius debeat habere iudicium, & deo nostro te, quod maxime studendum est, valeas commendare.

*Gregorius Desiderio episcopo Galliae. De eo quod ipse grammaticam artem docere non debeat. Caput. XLVIII.*

**Epi. 48.**  
**Parte. I.**  
**di. 86.**  
**ca. Ciim**  
**multa.**  
**E**  
**C**um multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata, ita cordi nostro nata est letitia: ut negare ea quae tibi fraternitas vestra concedenda poposcerat, minime pateremur. Sed post hoc peruenit ad nos quod sine uerecundia memorare non possumus, fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus uehementius aspernati, ut ea quae prius dicta fuerunt, in gemitum & tristitiam uerteremus, quia in vno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam grane nephandumque sit episcopis canere, quod nec laico religioso conueniat, ipse considera. Et quannus dilectissimus filius noster Candidus presbyter postmodum ueniens, hac de re subtiliter requisitus negauerit, atque conatus vos fuerit excusare: de nostris tamen adhuc animis non recessit, quia quanto execrabile sit hoc de sacerdote enarrari, tanto uerum ista nec ne sit, districta & ueraci oportet satisfactione cognosci. Unde si post hoc euidenter ea quae ad nos perlata sunt, falsa esse claruerint, nec vos nugis & secularibus literis studere contigerit deo nostro gratias agimus, qui cor uestrum maculari blasphemis nephandorum laudibus non permisit: & de concedendis quae poscitis, secure iam & sine aliqua dubitatione tractamus. Monachos uero quos unum cum dilectissimo filio nostro Laurentio presbytero, & Melito abbate ad reuerendissimum fratrem, & coepiscopum nostrum Augustinum transmisisimus, vobis in omnibus commendamus: ut fraternitatem uestra sollicitante, nulla illos ad proficiscendum mora valeat impedire.

*Gregorius Virgilio episcopo Arelatensi. Quod auaritia sit idolorum seruitus. Caput. XLIX.*

**Epi. 49.**  
**C**um diuinae lectionis testimonio, idolorum seruitus auaritia nuncupetur, quo studio de domo dei sit pelleda cognoscitur, & a quibusdam sacerdotibus, quod gementes dicimus, non cauetur. Tenet enim captiuum cor laeva cupiditas, & licitum esse suadet malum quod imperat, atque id agit, ut vno eodemque gladio, & dantem, & accipientem interimat. Quis igitur post hoc locus contra auaritiam tutus esse praeualeat, si dei illi a prauis sacerdotibus aperitur Ecclesia? Quando ouium septa inuoluta custodiet, qui intrare lupum inuitat? Proh nephas. Illicito manus munere poluit, & alios se benedictione credit erigere, cum ipse iam sit propria iniquitate substratus, & sua nihilominus ambitione captiuus. Huius ergo mali rapacitas, quia arcem uestrae mentis nunquam intrauerit, & innoxias habere vos manus de ordinationibus perhibetis, omnipotenti deo gratias agite: & tanto vos dei debitores esse cognoscite, quanto illi ab huius morbi contagione eo custodiante mansistis. Sed haec vobis minus quam poterant bona proficiunt, si haec & in aliis sollicitudinem non ueratis. Sicut autem in te illud tibi malum displicuit, ita hoc & in fratre zelare debueras. Nam cum diuina praecipia moneant proximos nostros sicut nos ipsos diligere debere,

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

re debere, non parue culpe est despiciere: & quod sibi quisque metuit, aliis non timere. Vel nunc ergo dilectissime frater da opera, ut quod a correptione quiescēdo in aliis perdidisti, relacias, & ab hac quos potueris prauitate cōpelcas, atq; ut synodus ad eradendā ipsam heresim cōgregari possit insiste: quatenus cū dilectionis vestre mercede melius ab omnibus caueatur, quod auctore deo omnium fuerit constitutione dānatum. Peruenit præterea ad nos fratrem, & coepiscopū nostrū Serenū prauos homines omnino in locietate sua recipere: ita deniq; ut presbyterū quendā qui post lapsum in suis adhuc dicit iniquitatib; volutari, familiarē habeat. Quod a vobis subtiliter requirēdū est. Et si ita constiterit, cura vobis sit nostra hoc sic vice corrigere, ut & qui talem recipit, nō familiaritate fouere, sed discat potius vltione cōprimere, & qui receptus est, idē discat cū lachrymis peccata diluere, nō iniquitatē in immūditis emulare. Monachos vero quos ad reuerendissimum fratrem, & coepiscopum nostrum Augustinum transmisimus, fraternitas vestra habeat in omnib; commendatos, & ita eis ad proficiscendum solatiari studeat atque concurrere: ut vobis sibi opitulanti, celeriter deo protegente quō directi sunt, valeant peruenire.

Gregorius Aetherio episcopo Gallie. De cura pastoralī & synodo congreganda. Caput. L.

Epi. 50.

**H** Epistolarum vestrarum plena venerabili grauitate locutio, ita sibi cordis nostri iunxit affectum, ut mutū semper libeat miscere sermonem, quatenus & si corporali vestri non valemus scui præsentia, nil sibi contra nos absentia hoc intercurrente valeat commercio vendicare. Quatenus autem in vobis Ecclesiastici ordinis amor emiteat, quanta sit dilectio disciplina, quantum obseruantia studium salubriū decretorum, ex illo quod nostram submissē & omnino libenter adhortationem accipitis, & seruandā inuolabiliter predicatis, ostenditis. Quia igitur ad aliorum emendationem promptum cor geritis, & vetustatis malum libera, sicut decet, voce damnatis, postquam & aliis fratribus & coepiscopis nostris ipsa voluntas est, oportet vnanimes contra dominicos hostes insurgere. Et ut auaritiā de domo dei synodali debeat definitione proficere, nihil in dandis Ecclesiasticis ordinibus auri saxa fames inueniat, nil blandimenta surripiant, nil gratia conferat, honoris præmium, vitæ sit prouectus, sapientia incrementum, modestia morum, ut obtinēte huiusmodi obseruantia, & indignus qui premiis querit ascēdere indicetur, & dignē cui bonum testimonium actio perhibet, honoretur. Hæc vobis dilectissime frater cura sit, hæc animis vestris sollicitudo semper inuigilet, ut & zelum quem literis ostenditis, cordis vestri testem esse opere demonstratis. Itaque assidue instanterque ad congregandam synodum imminete, & ita enixius exhibete, ut nominis dignitatem officij administratione compleatis. De eo vero quod Ecclesiæ vestre concedendum ex antiqua consuetudine deposcitis, requiri in scrinio fecimus, & nihil inuenimus. Vnde nobis Epistolas ipsas quas vos dicitis habere transmittite, ut ex eis quid concedendum est colligamus. Gestā vero vel scripta beati Irenæi iamdiu est quod sollicitē quæsiuimus, sed hæcenus ex eis inueniri aliquid non valuit. Præterea fraternitas vestra monachos quos ad reuerendissimum fratrem & coepiscopum nostrum Augustinum direximus, habere studeat commendatos in omnibus, suamque illis charitatem propter deum exhibeat, atque illis ita studio sacerdotali enixē concurrat, & suo eos solatio ad agendum iter adiuuare festinet, ut dum nulla eis illic res morandi causā intulerit, & hi celerius pergere, & vos mercedem de præstitis inuenire possitis.

Gregorius Aregio episcopo Gallie. De Simoniaca hæresi, & monachis Augustino transmis. Caput. LI.

Epi. 51.

**C**um in fraterna dilectione vnum cor, vnum sit animus: sicut in alterius prosperis mēs lætatur, ita in aduersis affligitur: quia in vtroq; particeps esse lege charitatis adstringitur. Atque ideo maior nos de tristitia vestra mœror inuāterat, ne fortasse prolixi luctus afflictio assiduo cor vestrū dolore pulsaret, & vitā gemitibus oneraret. Sed susceptis charitatis vestre epistolis, optato sumus gaudio cōsola-


ti, atq; omnipotēti deo gratias egimus, quia & humanitatem vestram incolumē, & animū ad consolationem rediisse cognouimus. Nec enim aliter de vobis fuerat existimandū, nisi quia quicquid aduersitatis esset, sacerdotali sine dubio patientia vinceretis. Qualiter præterea in abscindenda Simoniaca hæresi olim fraternitatis vestre zelus exarserit, bene recolimus. Vnde hortamur ut operā studiosius impendentes, distincta inter alia quæ scripsimus, concilij definitione damnetur, quatenus dū voluntatis nostræ intentio sollicitudinis vestre fuerit ope cōpleta, & omnipotēti deo oblationē plenissimam de vitorū correptionibus offeratis, & ad aliorū ædificationem, qualiter in vobis pastoralis officij cura fulgeat, ostendatis. Experientia autē vitæ vestre nos prouocat, quam valde multis preminere cognouimus, ut de vobis hac in re grande solatiū presumamus. Et ideo seruorē vestrū sicut deo auctore coepistis, expecte, ut bona quæ in vobis recta intentione coepita sunt, inuāte deo creatore omnium rectius impleantur. Præterea monachos quos ad reuerendissimum fratrem & coepiscopum nostrū transmisimus, charitatē suam fraternitatis vestre, ut cōsuevit, impendat, & ita eis tā per se q̄ per alios quos potuerit ad proficiscendū solatiari studeat, ut dū vobis prouidentibus nullas illic difficultates vel moras habuerint, & nos quod de vobis confidimus sentiamus, & deus vobis omnipotens pro conuersione animarum pro quibus transmissi sunt, suam gratiam recompenset.

Gregorius Mennæ Tolosano & aliis compluribus episcopis per Galliam. De Augustino episcopo Anglorum, & conuersione gentis ipsius. Caput. LII.

**L**icet fraternitatem vestrā suscepti officij cura commoneat ut religiosi viris, & præcipuē in causa animarum laborantibus, omni debeat aditū concurrere, non tamen ab re est si sollicitudinem vestram epistolarum nostrarū sermo pullauerit: quia sicut ignis aura flante fit grandior, ita bonæ mentis studia cōmendatione proficiunt. Quia igitur redemptoris nostri gratia cooperantē tanta de Anglorum gente ad Christianā fidei gratiam multitudo conuertitur, ut reuerentissimus communis frater & coepiscopus noster Augustinus eos qui secum sunt, ad hoc opus exequendum per diuersa loca asserat non posse sufficere, aliquantos ad eos monachos cum dilectissimis & cōmunibus filiis Laurentio presbytero, & Mellito abbate præuidimus transmittēdos. Et ideo fraternitas vestra eis charitatē quam decet exhibeat, atque ita illis vbicunq; necesse fuerit auxiliari festinet, quatenus dum vobis opitulanti nullas illic remorandi causas habuerint, & ipsi vestra se releuatos consolatione congaudeat, & vos solatorum exhibitione in causa pro qua directi sunt, possitis participes inueniri.

Gregorius Theodorico regi Francorum. De simoniaca hæresi eradicanda. Caput. LIII.

**E**xcellētiæ vestre index cordis Epistola, quanta in vobis fulgeat cū regia potestate prudētia ita luculenti copia sermonis edocuit, ut dubiū esse nō valeat, quicquid laudabile de vobis fama narrauerit. Et quoniam adhortationem nostrā adeo regis animis vestris per laudis predicamēta placuisse signastis, ut quicquid ad dei nostri cultū, quicquid ad Ecclesiarum reuerentiā, quicquid ad honorem pertinere cognoscitis sacerdotum, & studiosē statui, & velitis in omnibus custodiri, iterata vos pro vestra magnæ mercede adhortatione pulsamus, ut congregari synodum iubeatis: & sicut dudū scripsimus, corporalia in sacerdotibus vitia, & simoniacæ hæreseos prauitatem omnium episcoporum definitione damnari, atq; de regno vestro amputari faciatis, nec pl<sup>9</sup> illic pecuniam obtinere q̄ præcepta dominica permittatis. Nā cū omnis auaritia idolorū sit seruitus, quisquis hanc, & maximē in dandis Ecclesiasticis honoribus, vigilanter nō præcauet, infidelitatis perditioni subicitur, etiā si tenere fidem quā negligit videatur. Sicut ergo cōtra exteriores hostes, ita quoq; contra interiores animarum aduersarios studeat esse sollicitus, ut per hoc quod dei nostri inimicis fideliter repugnatis, & hic feliciter ipsius protectione regnetis, & ad æterna postmodum gaudia eius duce gratia veniatis. Quanta præterea bona reuerentissimo fratri & coepiscopo nostro Augustino ad Anglorum



**A** glorum gentē proficiscenti excellentia vestra præbuerit, reuerentes ab eo quidā monachi retulerūt. Vnde vberes referētes gratias petimus v̄ his quoque monachis qui ad eum directi sunt, suffragia vestra copiosius præbere, atq; eos ad proficiscendum inuare dignemini, vt quanto beneficia vestra eis amplius exhiberis, tanto maiorem vicissitudinem ab omnipotenti deo, cui seruiunt, expectetis.

*Gregorius Theodoro regi Francorum. De simoniaca hæresi confutanda.*

*Caput. LIII.*

Epi. 54.

**Q**vi paternæ adhortationis verba libenti animo suscipit, & sinu cordis amplectitur, emendatorem se vitiōrū fore proculdubio profitef. Ex qua re satis nos excellentiæ vestræ certo reddit absoluta promissio. Nam eius quem idoneum ad sollicitudinem esse cognoscimus, verba pro pignore tenemus. Itaque excellentia vestra dei nostri mandatis inhærens, studium ad congregandam synodum pro sua mercede adhibere dignetur, vt omne à sacerdotibus corporale vitium, & simoniaca hæresis, quæ prima in Ecclesiis iniqua ambitione surrexit, potestatis vestræ imminente censura, concilij definitione tollatur, & abscissa à radicibus amputetur, ne si plus illic aurum quàm deus diligatur, qui modo tranquillus in suis præceptis despicitur, iratus in vindicta postmodum sentiat. Et hoc quidem quia pro vobis loquimur, idcirco inuere sepius non cessamus, vt prodesse excellentissimis ac dulcissimis filiis nostris vel ex importunitate possimus. Nam regno vestro per omnia proficit, si quod contra deum in illis partibus geritur, emendatione vestræ excellentiæ corrigatur. Quanta præterea bona proficiscenti ad Anglorum gentem reuerentissimo fratri & coepiscopo nostro Augustino excellentia vestra impederit, referentibus quibusdam monachis qui ab eo reuersi sunt, cognouimus. De qua re maximas gratias exoluentes petimus vt & monachis præsentium portitoribus quos ad eundem fratrem direximus, vestra vberius beneficia ministraretis, quatenus dum vobis patrocinantibus nullas illic difficultates inuenerint, sed ceptum iter, Christo adiuuante, peregerint, vberiorum mercedis vestræ fructum ante dei nostri oculos faciatis.

*Gregorius Clothario regi Francorum. De sociis Augustini suscipiendis, & simoniaca hæresi.*

*Caput. LV.*

Epi. 55.

**I**nter tot curas & sollicitudines quas pro subiectarum vobis gentium regimine sustinetis, existere vos in causa dei laborantibus adiutores, eximia laudis, & magnæ mercedis est. Et quia tales vos præcedentibus bonis ostenditis, vt præsumere de vobis meliora possimus, ad ea quæ pro mercede vestra sunt, libentissimè pronocamus. Quidam igitur qui cum reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Augustino ad Anglorum gentem perrexerunt, remeantes, quanta eundem fratrem nostrum excellentia vestra in præsentia positum, charitate receperit, quantisque suffragiis proficiscentem adiuuerit, narrauerunt. Sed quia illa deo nostro opera grata sunt semper, quæ à vobis cum ceperint, non recedunt, paterno affectu salutantes petimus, vt monachos præsentium portitores quos ad prædictum fratrem nostrum vnâ cum dilectissimis filiis nostris Laurentio presbytero, & Mellito abbate transmissimus, habeatis peculiariter commendatos. Et quicquid illi antè exhibuistis, his quoque ad laudis vestræ cumulum vberius impendatis, quatenus dum vobis prouidentibus ceptum sine mora iter expleuerint, bonorum vestrorum omnipotens deus recompenfator existat, atque vobis & in prosperis custos, & in aduersitatibus sit adiutor. Præterea peruenit ad nos quod sacri illic ordines cum datione pecuniæ conferantur. Et vehementer affligimur, si ad dei dona nō meritis acceditur, sed præmiis prosulitur. Et quia hæc simoniaca hæresis prima in Ecclesia surgens Apostolorum est autoritate damnata, petimus vt pro mercede vestra congregari synodū faciatis, quatenus omnium sacerdotum definitionibus compressa, & radicitus amputata, nullas illic vires de cetero in periculo animarum inueniat, nec vterius sub qualibet excitatione permittatur exurgere, vt tanto vos omnipotens deus contra aduersarios vestros exaltet, quanto vos in suis mandatis

zelum habere, & pro animarum salute quæ huius fuerant disceletis gladio peritura, viderit cogitare.

*Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De Augustino & monachis ad eam directis suscipiendis.*

*Caput. LVI.*

Epi. 56.

**G**ratias omnipotenti deo referimus, qui inter cetera pietatis suæ dona quæ excellentiæ vestræ largit⁹ est, ita vos amore Christianæ religiōis impleuit, vt quicquid ad animarum lucrum, quicquid ad propagationem fidei pertinere cognoscitis, deuota mente, & pio operari studio non cessetis. Quanto autem fauore, quantaque opitulatione excellentia vestra reuerentissimum fratrem & coepiscopum nostrum Augustinum proficiscentem ad Anglorum gentem adiuuerit, nec antè silentio fama conticuit, & postea quidam ab eo ad nos monachi redeuntes subtiliter retulerunt. Et quidem hæc de Christianitate vestra mirentur alij, quibus adhuc beneficia vestra minus sunt cognita, nam nobis, quibus experimentis iam nota sunt, non mirandum est sed gaudendum: quia per hoc quod aliis impeditis, vos iuuatis. Que autem, quantaque in conuersione superscriptæ gentis redemptor noster fuerit miracula operatus, excellentiæ vestræ iam notum est. Ex qua re magnam vos oportet habere lætitiā: quia maiorem sibi partem hæc in re præstatorum vestrorum solatia vendicant, cuius post deum auxiliis verbum illic prædicationis innotuit. Nam qui alterius bonum adiuuat, suum facit. Sed vt mercedis vestræ magis magisque sit fructus vberior, petimus vt monachis præsentium portitoribus, quos cum dilectissimis filiis nostris Laurentio presbytero, & Mellito abbate ad prædictum reuerentissimum fratrem & coepiscopum nostrum pro eo quod illos qui secum sunt, sufficere sibi dicit non posse, transmissimus, patrocinij vestri suffragia benignius ministraretis, atque ita eis in omnibus adesse dignemini, quatenus dum bonis excellentiæ vestræ iuuatis meliora successerint, & nullas illic moras vel difficultates inuenierint, tanto erga vos, ac dulcissimos nobis nepotes vestros dei nostri misericordiam prouocetis, quanto pro eius amore vos in huiusmodi causis misericorditer exhibetis.

*Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De præceptis domini custodiendis.*

*Caput. LVII.*

Epi. 57.

**Q**uanta in vobis bona diuino munere sunt collata, quantaque vos supernæ gratiæ pietas impleuerit, inter cetera vestrorum testimonia meritorum illud etiam patenter insinuat: quia & effera corda gentium prouidi gubernatis astu consilij, & regiam, quod maioris adhuc laudis est, ornatis sapientia potestatem. Et quoniam sicut multis in vtroque gentibus eminetis, ita quoque eis fidei sinceritate præcellitis, magnam de vobis in emendandis illicitis fiduciam capimus. Nam qualiter adhortationem nostram excellentia vestra amplexa sit, quantaque eam deuotione gestiat adimplere, scriptorum vestrorum emissa dudum pagina testis est. Sed quia ipse bonarum mentium consuevit esse adiutor, qui etiam largitor est, confidimus quod tanto promptius causas vestras sua pietate disponat, quanto ipse de sua vos videt esse causa sollicitos. Facite quod dei est, & deus faciet quod vestrum est. Itaque synodū congregari præcipite, & peccatum simoniacæ hæresis de regno vestro inter alia, sicut diximus, definitione concilij studiosius prohibete. Sacrificium deo deuotio interiori hoste offerte, vt exteriores aduersarios, ipso adiuuante, vincatis: vt quale vos contra inimicos ipsius studium gesseritis, talem illum in vestro iuuamine sentiat. Mihi autem credite, quia sicut experimento multorum didicimus, in damno expenditur quicquid cum peccato congregatur. Si vultis igitur nihil iniuste perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere. In terrenis etenim rebus semper causa damni est origo peccati. Vos itaque si eminare aduersantibus gentibus vultis, si earum, authore deo, victrices existere desideratis, eiusdem omnipotentis domini cum timore præcepta suscipite, vt ipse pro vobis contra aduersarios vestros pugnare dignetur, qui per sacrum eloquium pollicitus est dicens: Dominus pugnet pro vobis, & vos tacebitis.

Exod. 14.

*Gregorius*



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

**G**regorius Augustino episcopo Anglorum. De conuersione gentis ipsius, & ut non gloriatur in operationum uirtute quas plerunque faciunt & mali. Caput. LVIII.

Epi. 58.

**G**loria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis: quia granum frumenti mortuum cadens in terram, multum fructum attulit, ne solum regnaret in caelo, cuius morte uiuimus, cuius infirmitate roboramur, cuius passione a passione eripimur, cuius amore in Britannia fratres querimus quos ignorabamus, cuius munere quos nescientes quaerebamus inuenimus. Quis autem narrare hic sufficiat quanta letitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum operante omnipotentis dei gratia, & tua fraternitate laborante, expulsis errorum tenebris, sanctae fidei luce perfusa est, quod deuotione integerrima iam calcant idola, quibus prius uetano timore subiacebat, quod omnipotenti deo puro corde substernitur, quod a prauis operibus lapsibus sanctae praedicationis regulis ligatur, quod praecipis diuinis subiacet, & intellectu subleuatur, quod usque ad terram se in oratione humiliat, ne mente iaceat in terra? Cuius hoc opus est, nisi eius qui ait: Pater meus usque nunc operatur, & ego operor? Qui ut mundum ostenderet non sapientia hominum, sed sua se uirtute conuertere, praedicatorum suos quos in mundo misit, sine literis elegit, hoc etiam modo faciens: quia in Anglorum gente fortia dignatus est per infirmos operari. Sed est in isto dono caelesti frater charissime, quod cum magno gaudio uehementissime debeat formidari. Scio enim quia omnipotens deus per dilectionem suam in gente quam eligit, uoluit, magna miracula ostendit. Vnde necesse est ut de eodem dono caelesti, & timendo gaudeas, & gaudento pertimescas. Gaudeas uidelicet quia Anglorum animae per exteriora miracula ad interiorum gratiam pertrahuntur: pertimescas uero, ne inter signa quae fiunt, infirmus animus in sui praesumptione se eleuet: & unde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etenim debemus quod discipuli cum gaudio a praedicatione redeunt, dum caelesti magistro dicerent: Domine in nomine tuo daemones uobis subiecti fuerunt: protinus audierunt: Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudeat quia nomina uestra scripta sunt in caelis. In priuata enim & temporali letitia mentem posuerant, qui de miraculis gaudebant. Sed de priuata ad communem, de temporali ad aeternam letitiam reuocantur, quibus dicitur: In hoc gaudeat, quia nomina uestra scripta sunt in caelo. Non enim omnes electi miracula faciunt, sed tamen nomina omnium in caelo tenentur adscripta. Veritatis etenim discipulis esse gaudium non debet, nisi de eo bono quod commune cum omnibus habeat, & in quo finem letitiae non habent. Restat itaque frater charissime: ut inter ea quae operante deo, exterius facis: semper te interius subtiliter iudices, ac subtiliter intelligas & temetipsum qui sis, & quanta sit in eadem gente gratia: pro cuius conuersione etiam facientium signorum dona percepisti. Et si quando creatori nostro seu per linguam, siue per opera reminisceris deliquisse, semper haec ad memoriam reuoces: ut surgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis signis acceperis uel accepisti: haec non tibi, sed illis reputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt. Occurrat autem menti ista cogitanti, quid de uno dei famulo actum sit, etiam egregie electo. Certum Moyses cum dei populum ex Aegypto educeret, mira, sicut tua fraternitas nouit, signa in Aegypto operatus est. In Sina monte quadraginta diebus & noctibus ieiunans legis tabulas accepit: inter coruscos tonitruos pertimescente omni populo omnipotentis dei seruitio solus familiari etiam colloquutione coniunctus est: rubrum mare aperuit: in itinere ducem habuit nubis columnam: esurienti populo manna de caelo pluit: carnem desiderantibus usque ad satietatem nimiam in eremo per miraculum ministravit. Sed cum iam sitis tempore ad petram uentum fuisset diffusus est: sequi de eadem aqua educere posse dubitauit: quam iubente domino, percussit, atque aquas effluentes aperuit. Quanta autem post haec per triginta & octo annos in deserto miracula fecerit, quis enumerare, quis inuestigare ualeat? Quotiens

LUC. 10.

LUC. 10.


**I**nter ea quae operante deo, exterius facis: semper te interius subtiliter iudices, ac subtiliter intelligas & temetipsum qui sis, & quanta sit in eadem gente gratia: pro cuius conuersione etiam facientium signorum dona percepisti. Et si quando creatori nostro seu per linguam, siue per opera reminisceris deliquisse, semper haec ad memoriam reuoces: ut surgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis signis acceperis uel accepisti: haec non tibi, sed illis reputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt. Occurrat autem menti ista cogitanti, quid de uno dei famulo actum sit, etiam egregie electo. Certum Moyses cum dei populum ex Aegypto educeret, mira, sicut tua fraternitas nouit, signa in Aegypto operatus est. In Sina monte quadraginta diebus & noctibus ieiunans legis tabulas accepit: inter coruscos tonitruos pertimescente omni populo omnipotentis dei seruitio solus familiari etiam colloquutione coniunctus est: rubrum mare aperuit: in itinere ducem habuit nubis columnam: esurienti populo manna de caelo pluit: carnem desiderantibus usque ad satietatem nimiam in eremo per miraculum ministravit. Sed cum iam sitis tempore ad petram uentum fuisset diffusus est: sequi de eadem aqua educere posse dubitauit: quam iubente domino, percussit, atque aquas effluentes aperuit. Quanta autem post haec per triginta & octo annos in deserto miracula fecerit, quis enumerare, quis inuestigare ualeat? Quotiens

res dubia animum pulsasset, recurrens ad tabernaculum, secrete dominum requirebat: atque de ea protinus, deo loquente, docebatur. Iratum populo dominum placabat suae praecis interuentione, surgentes in superbia atque in discordia dissidentes desiccantis terrae hiabibus absorbebat: uictoriis premebat hostes, signa monstrabat caelibus. Sed cum iam ad repromissionis terram uentum fuisset, uocatus in montem est: & quam culpam ante annos triginta, ut dixi, & octo fecerat, audiuisset: quia de educenda aqua dubitauit. Et propter hoc quia terram repromissionis intrare non posset, agnouit. Quia in re considerandum nobis est quam timendum sit omnipotentis dei iudicium, qui per illum famulum suum tot signa faciebat, cuius culpam longo tempore adhuc seruabat in cogitatione. Igitur frater charissime si & illum agnosceris post signa pro culpa mortuum, quem omnipotenti deo nouimus praecipue electum: quanto nos debemus motu contremiscere, qui necdum adhuc nouimus si electi sumus? De reproborum uero miraculis quid dicere debeo? cum tua fraternitas nouerit quid in Euangelio ueritas dicit: Multi uenient in illa die dicentes mihi, Domine in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine demonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus. Sed dicam illis, quia nescio qui estis. Recedite a me operari iniquitatis. Valde ergo premeendus est animus inter signa & miracula, ne fortassis in his propriam gloriam quaerat: & priuato suae exultationis gaudio exultet. Per signa enim, animarum luera quaerenda sunt: & illius gloria, cuius uirtute illa eadem signa gerantur. Vnum uero dominus nobis signum dedit: de quo & uehementer gaudere, & electionis gloriam in nobis possimus agnoscere, dicens: In hoc scietur quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Quod signum propheta requirebat, cum diceret: Fac mecum domine signum in bonum, ut uideant qui oderunt me, & confundantur. Haec autem dico: quia auditoris mei animum in humilitate sternere cupio. Sed ipsa tua humilitas habeat fiduciam suam. Nam peccator ego spem certissimam teneo: quia per omnipotentis creatoris ac redemptoris nostri dei & domini Iesu Christi gratiam iam peccata tua dimissa sunt: & Idcirco electus es ut per te dimittantur aliena. Nec habebis luctum de quolibet reatu in posterum, qui de multorum conuersione gaudium conaris facere in caelo. Idem uero conditor & redemptor noster cum de penitentia hominis loqueretur, ait: Ita dico uobis, maius gaudium erit in caelo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis, quibus non opus est penitentia. Et si de uno penitente grande sit gaudium in caelo: quale gaudium factum credimus de tanto populo a suo errore conuerso: qui ad fidem ueniens, mala quae egit, penitendo damnauit? In hoc itaque caeli & angelorum gaudio repetamus ipsas quas praediximus uoces angelorum. Dicamus igitur, dicamus omnes, Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonae uoluntatis.

Gregorius Alibergae reginae Anglorum. De coniuge eius ad meliora exhortando.

Caput. LIX.

**Q**ui post terrenam potestatem regni caelestis gloria cupit acquirere, ad faciendum lucrum creatori suo debet enixius laborare: ut ad ea quae desiderat, operationis suae gradibus possit ascendere: sicut uos fecisse gaudemus. Remeantes igitur dilectissimus filius noster Laurentius presbyter, & Petrus monachus, qualis erga reuerentissimum fratrem & coepiscopum nostrum Augustinum gloria uestra extiterit: quantaque illis solatia uel charitatem impenderit, retulerunt. Et omnipotentem deum benediximus qui conuersionem gentis Anglorum mercedi uestrae dignatus est propicius referuare. Nam sicut per recordandam memoriam Helenam matrem piissimi Constantini imperatoris ad Christianam fidem corda Romanorum accendit: ita & per gloriae uestrae studium in Anglorum gente ei misericordiam confidimus operari. Et quidem iam dudum gloriosi filij nostri coniugis uestri animos prudentiae uestrae bono, sicut reuera Christiani, debuistis inuestigare: ut pro regni & animae suae salute fidem quam colitis, sequeretur: quatenus & de eo



**A** & de eo & per eum de totius gentis conuersione digna vobis in celestibus gaudiis retributio nasceretur. Nam postquam sicut diximus, & recta fide gloria vestra munita, & literis docta est: hoc vobis nec tardum, nec debuit esse difficile. Et quoniam, deo volente, aptum nunc tempus est: agite vt diuina gratia cooperante cum augmento possitis quod neglectum est reparare. Itaque mentem gloriosi coniugis vestri in dilectione Christianae fidei adhortatione assidua roborate, vestra illi sollicitudo augmentum in dei amore infundat: atque ita animos eius, etiam pro subiecta sibi gentis plenissima conuersione succendat, vt & magnum omnipotenti domino de deuotionis sua studio sacrificium offeratis: & ea quae de vobis narrata sunt, creiscant: & vera esse modis omnibus approbentur: quia bona vestra non solum iam apud Romanos, qui pro vita vestra fortius orauerunt: sed etiam per diuersa loca, & vsq; Constantinopolim ad serenissimum principem peruenierunt. Vnde sicut nobis de Christianitatis iuste solatis letitia facta est: ita quoque de perfecta operatione vestra angelis fiat gaudium in caelis. Sic vos in adiutorio supradicti reuerentissimi fratris & coepiscopi nostri, & seruorum dei quos illuc misimus in conuersione gentis vestrae deuote ac totis viribus exhibete, vt & hic foeliciter cum glorioso filio nostro coniuge vestro regnetis, & post longa annorum tempora futura quoque vitae gaudia quae finem habere nesciunt capiat. Oramus autem omnipotentem deum vt gloriae vestrae cor ad operanda quae diximus, gratiae suae igne succendat, & aeternae mercedis fructum vobis de placita sibi operatione concedat.

**B** *Gregorius Aldiberto regi Anglorum. Congratulatur de conuersione gentis ipsius. Caput. LX.*

**P**ropter hoc omnipotens deus bonos quoque ad populorum regimina perducit: vt per eos omnibus quibus praelati fuerint, dona suae pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognouimus, cui vestra gloria idcirco praeposita est: vt per bona quae vobis concessa sunt, etiam subiecta vobis genti superna beneficia praestarentur. Et ideo gloriose filii eam quam accepisti diuinitus gratiam sollicita mente custodi. Christianam fidem in populis tibi subiectis extendere festina. Zelum rectitudinis tuae in eorum conuersione multiplica, idolorum cultus insequere, sanorum aedificia euerte: subditorum mentes in magna vitae munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monstrando aedifica: vt illum retributorem habeas in caelo, cuius nomen atque cognitionem dilataueris in terra. Ipsa enim vestra quoque gloriae nomen etiam posteris gloriosius reddet, cuius vos honorem quaeritis & seruatis in gentibus. Sic enim Constantinus quondam piissimus imperator Romanam rempublicam a peruersis idolorum cultibus reuocans, omnipotenti domino deo nostro Iesu Christo secum subdidit: seque cum subiectis populis tota ad deum mente conuertit. Vnde factum est vt antiquorum nomen principum suis vir ille laudibus vinceret: & tanto in opinione praedecessores suos, quanto & in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem vniuersi dei patris & filii & spiritus sancti regibus ac populis sibi subiectis festinet infundere: vt & antiquos gentis suae reges laudibus ac meritis transeat: & quanto in subiectis suis aliena peccata detulerit: tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis dei terribile examen securior fiat. Reuerentissimus autem frater noster Augustinus episcopus in monasterij regula doctus, sacrae scripturae scientia repletus, bonus, auctore deo, operibus praeditus: quaeque vos admonet, libenter audite, deuote peragite, studiose in memoria referuate: quia si vos eum qui pro omnipotente deo loquitur auditis: idem omnipotens deus hunc pro vobis orantem celerius exaudiet. Si enim, quod absit, verba eius postponitis: quando eum omnipotens deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro deo? Tota igitur mente cum eo vos in seruire fidei stringite: atque adiuuam illius virtute quam vobis diuinitas tribuit adiuuate: vt regni sui vos ipse faciat esse participes, cuius vos fidem in regno vestro recipitis, & facitis custodiri. Praeterea scire vestram gloriam volumus: quia sicut in scriptura sacra ex verbis domini omnipotentis agnoscimus, praesentis

mundi iam terminus iuxta est: & sanctorum regnum venturum est: quod nullo vnquam poterit sine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminet quae ante non fuerunt: videlicet immutationes aeris, terroresque de caelo, & contra ordinem temporum tempestatis, bella, fames, pestilentiae, terramotus per loca. Quae tamen non omnia nostris diebus ventura sunt: sed post nostros dies omnia subsequenter. Vos itaque si qua ex his euenire in terra vestra cognoscitis, nullo modo vestrum animum perturbetis: quia idcirco haec signa de fine seculi praemittuntur, vt de animabus nostris debeamus esse solliciti, de mortis hora suspecti: vt venturo iudici in bonis actibus inueniamur praeparati. Haec nunc gloriose filii paucis locutus sum, vt cum Christiana fides in regno vestro excreuerit, nostra quoque apud vos locutio latior excreseat: & tanto plus loqui libeat, quanto se in mente vestra gaudia de gentis vestrae perfecta conuersione multiplicat. Parua autem xenia transmissi, quae vobis parua non erunt, cum a vobis beati Petri Apostoli fuerint benedictione suscepta. Omnipotens itaque deus in vobis gratiam suam quam cepit perficiat, atque & hic vitam vestram per multorum annorum curricula extendat: & post longa tempora in caelestis vos patriae congregatione recipiat.

*Gregorius Quirino episcopo & ceteris episcopis in Hybernia catholicis. De his qui ab haereticis in trinitatis nomine baptizantur non rebaptizandis, qui in Occidente per manus impositionem, crismate vero in Oriente, sanctae Ecclesiae reconciliantur. De his vero qui in trinitatis nomine non baptizantur rebaptizandis. Scribit etiam de sancta Maria quare dicatur mater & ancilla. Et de haereticis reuersis quid promittere debeant. Caput. LXI.*

**Q**uia charitati nil longe est: quos diuidunt loca, iungat epistola. Lator itaque praesentium ad beati Petri Apostolorum principis Ecclesiam veniens, fraternitatis vestrae se asseruit ad nos epistolas accepisse: easque in Hierosolymorum vrbe cum rebus quoque aliis perdidisse. In quibus, sicut ipse ait, studuistis inquirere, sacerdotes ac plebes quae Nestorianae haereseos errore confusae sunt: cum ad matrem electorum omnium catholicam Ecclesiam reuertuntur, vtrum baptizari debeant, an certe solius verae fidei confessione eiusdem matris Ecclesiae visceribus adiungi. Et quidem ab antiqua patrum institutione didicimus: vt quilibet qui apud haereticos in trinitatis nomine baptizatur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut vnctione crismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesiae reuocentur. Vnde Arianos per impositionem manus Occidentis: per vnctionem vero sancti crismatis ad ingressum sanctae Ecclesiae catholice Oriens reformat. Monophysitas vero & alios ex sola vera confessione recipit: quia sanctum baptismum quod sunt apud haereticos consecuti, tunc in eis vires emundationis accipit: cum vel illi per impositionem manus spiritum sanctum acceperint, vel isti per professionem verae fidei sanctae & vniuersalis Ecclesiae visceribus fuerint vniti. Hi vero haeretici qui in trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiaci & Catharygae: quia & illi Christum dominum non credunt, & isti sanctum spiritum perverso sensu esse quendam prauum hominem Montanum credunt, quorum similes multi sunt, illi cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptismum non fuit quod in errore positi in sanctae trinitatis nomine minime perceperunt. Nec potest hoc ipsum baptismum dici iteratum: quod, sicut dictum est, in trinitatis nomine non erat datum. Nestoriani vero quia in sanctae trinitatis nomine baptizantur: sed eos Iudaicae perfidiae similes, incarnationem vniuersi non credentes, iuxta haereseos error obscurat: ad sanctam Ecclesiam catholicam venientes de verae fidei firmitate & confessione docendi sunt: vt vnum eundemque dei & hominis filium, deum dominum nostrum Iesum Christum credant, ipsum existentem in diuinitate ante secula, & ipsum factum hominem in fine seculorum: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum vero carnem dicimus factum, non immutando quod erat, sed suscipiendo

**D**

**E**

*Epistol. 62.*

*De conse. dist. 4. ca. Ab antia qua.*

**F**

*De conse. dist. 4. ca. Hi vero.*

*Ioan. 1.*

**G**piendo quod non erat. Incarnationis enim suae mysterio vnigenitus patris nostra auxit, sua non minuit. Vna itaque personae est verbum & caro, sicut ipse ait: Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Qui filius dei in caelo, erat filius hominis qui loquebatur in terra. Hinc Ioannes ait: Scimus quia filius dei venit, & dedit nobis sensum. Qui nobis quem sensum dederit, illico subiungit: Ut cognoscamus verum deum. Quem hoc loco verum deum insinuat, nisi patrem omnipotentem? Sed quid etiam de omnipotente filio sentiat adiungit. Et simus in vero eius filio Iesu Christo. Ecce ait verum deum patrem, verum eius filium Iesum Christum. Quem verum filium quid esse sentiat, aperti ostendit. Hic est inquit verus deus & vita aeterna. Si igitur iuxta errorem Nestorii alius verbum, atque alius esset homo Iesus Christus, qui verus est homo, utique verus deus non esset & vita aeterna. Sed vnigenitus filius verbum ante secula factus est homo. Hic est ergo verus deus & vita aeterna. Certè cum hunc sancta virgo conceptura esset, & loquentem ad se angelum audiret, ait: Ecce ancilla domini, fiat mihi sicut dicis. Quae cum eum concepisset, & ad Helizabeth cognatam suam pergeret, ab eadem Helizabeth protinus audiuit. Vnde ego digna, ut mater domini mei veniat ad me? Ecce eadem virgo, & ancilla domini dicitur, & mater. Ancilla enim domini, quia verbum ante secula vnigenitus aequalis est patri. Mater vero, quia in eius visceribus ex sancto spiritu eiusque carne factus est homo. Nec alterius ancilla, alterius mater: quia dum vnigenitus dei existens ante secula, ex eius utero natus est homo, inuestigabili miraculo facta est ancilla hominis per diuinitatem, & mater dei per carnem. Non autem prius in utero virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox ut verbum venit in utero, mox verbum seruata propriae virtute naturae factum est caro. Et perfectus homo, id est, in veritate carnis & animae rationalis, natus est per uterum virginis vnigenitus filius dei. Vnde & vnctus per participium dicitur: sicut Psalmista ait: Vnxit te deus tuus, oleo laetitiae praesens consortibus tuis. Vnctus quippe est oleo, dono videlicet spiritus sancti. Sed praesens consortibus vnctus est, quia omnes nos prius peccatores homines existimus, & postmodum per vnctionem sancti spiritus sanctificamur. Ipse autem qui existens deus ante secula, per sanctum spiritum in utero virginis homo conceptus est in fine seculorum: ibi ab eodem spiritu vnctus est, ubi conceptus. Nec ante conceptus, & postmodum vnctus est: sed hoc ipsum de spiritu sancto ex carne virginis concipi, a sancto spiritu ungi fuit. Hanc ergo naturam eius veritatem quicumque a peruerso errore Nestorii reuertuntur, coram sancta fraternitatis vestrae congregatione fateantur: eundem Nestorium cum omnibus sequacibus suis reliquas haereses anathematizantes. Venerandas quoque synodos quas vniuersalis Ecclesia recipit, se recipere & venerari promittant: & absque ulla dubitatione sanctitas vestra sequatur eis propriis ordinibus in suo cœtu recipiat: ut dum & per sollicitudinem occulta mentis eorum discutitis, atque eos per veram scientiam recta quae tenere debeant, docetis, & per mansuetudinem eis nullam contrarietatem vel difficultatem de propriis suis ordinibus facitis eos ab antiqui hostis ore rapiatis. Et tanto vobis apud omnipotentem deum aeternae gloriae crescat retributio, quanto multos colligitis qui vobiscum in domino sine fine gloriantur. Sancta itaque trinitas orantes pro nobis sua vos protectione custodiat, vobisque in amore suo dona adhuc multipliciora concedat.

*Gregorius Aregio episcopo Gallie. Candidum presbyterum commendat. Caput. LXII.*

**I**n quanta apud nos memoria fraternitatis vestrae sit charitas, cordis vestri secretum requirite, & ex eo quem circa nos habet amorem colligatis. Et quoniam sincera in dilectione, nec vires absentia, nec locum habet obliuio, ita sibi sepius imaginata fraternitatis vestrae praesentia mens nostra reficitur: ac si corporeis vos oculis coram sitis cernamus, quia nec abesse credendus est, qui per dilectionis vinculum animis inhaeret. Quia ergo tanta in vobis sacerdotalis grauitatis ornamenta conspeximus: ut de vestro omnino iustituto vel moribus letaremur, multa animis nostris de sollicitudine vestra promittimus. Vnde quia sic ea quae dei sunt, agitis:

sic in commissi vobis gregis custodia vigilatis, ut tamen ea quae ex latere sunt, prudenti moderamine dispensetis, latorem vobis praesentium Candidum presbyterum communem filium commendamus: ut opem illi in quibus necesse fuerit, pro utilitate pauperum impendatis: quatenus dum fraternitatis vestrae fuerit, sicut confidimus, fultus auxilio, in eius vos consolatione nos inuenisse sentiat.

*Gregorius Virgilio episcopo Avelaten. Augustinum episcopum commendat. Caput. LXIII.*

**Q**uantus sit affectus venientibus sponte fratribus impendendus, ex eo quod praerogant solent charitatis causa inuitari, agnoscitur. Et ideo si communem fratrem Augustinum, episcopum ad vos venire contigerit, ita illum dilectio vestra sicut decet affectuose dulciterque suscipiat, ut & ipsum consolationis suae honore refoueat, & alios qualiter fraterna charitas colenda sit doceat. Et quoniam saepius euenit, ut hi qui longe sunt positi, prius ab aliis quae sunt emendanda cognoscant: si quas fortasse fraternitati vestrae sacerdotum vel aliorum culpas intulerit, vna cum eo residentes subtili cuncta inuestigatione perquirite. Et ita vos in ea quae deum offendunt, & ad iracundiam prouocant, districtos ac sollicitos exhibete: ut aliorum emendationem & vindictam culpabilem feriat, & innocentem fallam opinionem non affligat.

*Gregorius Brunichilde reginae Francorum. De simoniaca haeresi eradicanda. Caput. LXIII.*

**C**um scriptum sit, iustitia eleuat gentem, miseris autem facit populos peccatum: tunc regnum stabiliri creditur, cum culpa quae cognoscitur, citius emendatur. Multorum igitur ad nos relatione peruenit, quod dicere sine afflictione cordis nimia non valemus, ita quosdam sacerdotes in illis partibus impudicè ac nequiter conuersari, ut & audire nobis opprobrium, & lamentabile sit referre. Ne ergo postquam huius nequitiae hucusque se tetendit opinio, aliena prauitas, aut nostram animam, aut regnum vestrum peccati sui iaculo feriat, ardentè ad haec debemus vltiscenda concurrere, ne paucorum facinus multorum possit esse perditio. Nam causa sunt ruinae populi, sacerdotes mali. Quis enim pro populi se peccatis intercessor obiciat, si sacerdos qui exorare debuerat, grauiora committat? Sed quoniam eos quorum est locus haec insequi, nec sollicitudo ad requisitionem, nec zelus excitat ad vindictam: scripta ad nos vestra discutant: ut personam si praecipitis cum vestrae autoritatis assensu transmittamus, quae vna cum aliis sacerdotibus haec & subtiliter quaerere, & secundum deum debeat emendare. Nec enim sunt dissimulanda quae dicimus: quia qui emendare potest & negligit, participem se proculdubio delicti constituit. Prouidete ergo animae vestrae, prouidete nepotibus quos cupitis regnare foeliciter, prouidete prouinciis: & priusquam creator noster manum suam ad feriendum excutiat, de correctione huius sceleris studiosissime cogitate: ne tanto postmodum acrius feriat, quanto modo diutius & clementer expectat. Scitote autem, quia deo nostro magnum sacrificium placationis offertis, si tanti labem facinoris de vestris citius finibus amputatis.


*Gregorius Candido presbytero Gallie. Aurelium presbyterum commendat. Caput. LXV.*

**L**ator praesentium filius noster Aurelius presbyter à Galliarum partibus veniens petiit, ut sicubi in possessionibus beati Petri Apostolorum principis oratorium aut locus qui presbytero vel abbate indiget, inueniri potuerit, ei debeat committi: quatenus & ipse subsidium vitae praesentis inueniat, & nos inueniamur petitioni illi paruisse. Proinde dilectioni tuae eum omnibus modis commendamus: ut in quo usus exegerit, tua dilectio concurrat, & scriptorum nostrorum illic solatium inueniat.

*Gregorius Anthemo subdiacono. De Hilario criminatore Ioannis non punito. Caput. LXVI.*

**C**um fortius punienda sint crimina quae infontibus, & maxime sacris ordinibus ingeruntur, quam sitis culpabiles omnes qui in causa Ioannis diaconi resedistis, attendite, ut Hilarium criminatorem ipsius nulla ex definitione





**A** tione vestra pœna veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram credatis esse idoneum, quod vobis quasi iudicare volentibus, solus frater & cœpiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis vigilet, facilius vni a multis rationabiliter suaderi, quam multo ab uno presentari sine causa differri. Quia ergo tantæ nequitie malum sine digna non debet ultione transire, supra scriptum fratrem Paschasium volumus admoneri, vt eundem Hilarium prius subdiaconatus quo indignus fungitur, prius officio: atque verberibus publicè castigatū faciat in exilium deportari: vt vnus pœna, multorum possit esse correctio. Cuius si forte lenitatem diaconi sui adhuc opinio lacerata non commouet, & in hoc, quod non credimus, torpens extiterit, experientia tua hæc quæ diximus faciat, & de illius nobis neglectu renunciet. Hortandus præterea idem frater ex nostro mandato est, vt se in omnibus vigilantem exhibeat, & Ecclesiæ suæ amplius disciplinam non negligat, ne & peccatum de his qui ei commissi sunt sustineat, & nos contra se vehementer stimulet, si in officij sui cura, quod non optamus, incautus vel lentus extiterit. Volumus autem vt memoratus frater noster Paschasius, & vicedominum sibi ordinet, & maiorem domus: quatenus possit vel hospitibus superuenientibus, vel causis quæ eueniunt, idoneus & paratus existere. Si verò & negligentem eum prospicias, & ea quæ diximus implere differrentem, omnis clerus eius adhiberi debet, vt communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea quæ præ diximus valeant ordinari.

*Gregorius Agapito abbati. De monasterio Marciano, illius monasterio coniungendo.*

*Caput. LXVII.*

**E**pi. 67. **N** E rebus venerabilibus vel quodolibet culturæ desit officium, nostra debet sollicitè cura prospicere. Quia igitur monasterium quod in fundo Marciano prouinciæ Campaniæ situm est, ita hostilitate faciente à congregatione funditus dicitur desolatam, vt ne vnus exinde monachus, qui aliquam illuc sollicitudinem vel curam debeat adhibere, remanserit: tuo illud monasterio cum omnibus rebus suis, vel quæ ei competunt actiones, vtile prospeximus viuendum, vt res eius tenendi vel à detinentibus vendicandi libera tibi sit, & sine aliqua dubietate licentia. In quo etiam studij tui sit monachos deputare, qui illic tempore quo interuallum de hoste fuerit, & opus dei celebrare, & decenter debeant deseruire. Nec aliqua illud præsumas excusatione negligere: quod ideo curæ tuæ, vt sollicitudinem illic debeat adhibere committitur. Ipsum autem monasterium sic tuæ uos ordinationi commississe cognoscas: vt tamen iurisdictionem illic non episcopus Surrentinarum in cuius ciuitate monasterium tuum est, sed Nucerinus cuius est diocesis habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus, vt tamen iura sua singulis episcopis inuolata seruemus.

*Gregorius Mariniano abbati. De Ecclesia sancti Georgij restauranda. Caput. LXVIII.*

**E**pi. 68. **Q** Via Ecclesiam sancti Georgij positam in loco qui ad sedem dicitur, minorem quam oportet diligentiam habere cognouimus: vtile esse prospeximus, quoniam monasterium tuum eidem Ecclesiæ noscitur esse coniunctum, eius tibi curam committere: hortantes vt & sollicitudinem illic congruam studeas adhibere, & psalmodiæ officium solemniter exhiberi facias. Et quia Ecclesiam ipsam reparatione certum est indigere: volumus vt quicquid illuc accedere potuerit, ipse accipere, atque in eius reparationem, vt præuideris, debeas erogare. Hanc verò sollicitudinis curam, quam tibi huius pagina præcepti mandauimus: tam te quam etiam successores tuos qui monasterij regimen deo authore susceperint, exhibere: & quæ constitutum per omnia, volumus obseruare.

*Gregorius Eusebio episcopo Thessaliæ. De peruersitate Andreæ monachi. Caput. LXIX.*

**E**pi. 69. **L** ator presentium Theodorus Ecclesiæ vestræ lector ad sanctorum Apostolorum limina ueniens, dum omnes, vt homo quippe nouus, haberet incognitos: Au-

**D**rea monacho qui ad sanctum Paulum inclusus fuerat, res & chartas quas detulit, vt reuera olim noto, innocenter deposuit: credēs quidem, quia mens ipsius, sicut & nos ante habueramus, cum habitu concordaret. Sed tanta ille prauitatis est inuentus: vt si eius stultitiæ sub inclusionis specie paulo adhuc amplius licuisset, multorum animas malitiæ suæ falsitate deciperet: & quocumque potuisset, non leuia scandala generaret. Nam inter alia quæ idem Andreas cogitauit pessime, & fecit: eam quoque quam ad nos misistis, dum apud ipsum à præfato lectore esset deposita, ita falsauit epistolam: vt quicumque eam legeret, vos nec catholica, nec recta sapere euidenter argueret. Ex qua re contigit, vt dum veritatem studiosè quaereremus, eius quæ latebat iniquitas vulgaretur. Et tanta in eo reperta sunt, quanta nec de scelerato quocumque laico crederentur. Et quia inter diuersa mala aliquos etiam sermones scripsit, atque eos ex nostro nomine titulauit & suspecti sumus ne eos alicubi transmiserit, fraternitas vestra sollicitudinem gerat: & si quid tale repererit, eos & rescindi, & omnino faciat aboleri: vt quod imperitus literarū, & scripturæ diuinæ nescius, nostro, sicut diximus, nomine prænotauit, quorundam animos non possit inficere. Nā nos nec Græcum nouimus, nec aliquod opus aliquando Græcè conscripsimus. Alia verò mala ipsius, vel quid de eo à nobis in concilio statutum sit, antedicti portitoris, quem fraternitati vestræ commendamus in omnibus: quia præsens inuentus est, relatione cognoscite. Hortamur præterea atque admonemus, vt communem illum Lucam presbyterū de quo populus, quantum dicitur, non modica suspitione mordetur publicè de se satisfacere, & fidem suam moneas confiteri, atque sanctas synodos quas Apostolica veneratur Ecclesia, se suscipere, & sequi modis omnibus fateatur, atque inter alia Nestorium & Seuerum ac sequaces eorum specialiter anathematizando condemnet: vt hac satisfactione in filiorū uestrorum cordibus nullum per illius occasionem contra vos possit scandalum remanere. Quod si fortè, quod non credimus, facere hoc aliqua excusatione distulerit, nihil vobis cū illo commune sit, sed à familiaritate atque communionem segregandus est. Nam sicut antè iam scripsimus, melius est de ouili dominico morbosam ouem eiicere, quam vnus vitio sanas amittere. Hæc igitur frater charissime diligenter attende: & ita stude, vt & filios vestros vnitos ac deuotos, sicut decet, habere possis: & hac de causa de nouo ad nos querela non redeat. Latorem verò presentium, vt præfati sumus, in omnibus commendamus: qui quoniam à malo monacho prius innocenter deceptus est, & postmodum in coniunctione eius fortiter perstitit: laboris sui retributionem hic apud vestrā fraternitatem inueniat, quāuis quia in æterna ei patria compensetur, certus existo. Si autem rursus ad orationem huc ad sanctos Apostolos venire voluerit, eum fraternitas vestra sine aliqua mora transmittat.

*Gregorius Aurelio ex Francis. De morte fratris eius. Caput. LXX.*

**E**pi. 70. **A** V dito dulcissimi filij mei fratris vestri transitu, quosim moerore percussus, epistolaris non valet explere locutio. Sed omnipotentem deum rogo, vt suæ vos gratiæ aspiratione consoletur: vosque & à malignis spiritibus, & à peruersis hominibus cœlesti protectione custodiat. Nam si quos post illius obitum tumultus quorundam aduersantium sustinetis, nolite mirari. Si vos frui bonis in terra vestra, id est in terra viuentium, queritis, mala hominum in terra aliena portare debetis. Peregrinatio quippe est vita præsens: & qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus esse videatur. Vobis autem qui patriam queritis inter suspiria quæ habetis, etiam gemitis audio humanæ oppressionis exurgere. Quod mira omnipotentis dei dispensatione agitur: vt dum veritas per amorem vocat, mundus præsens à seipso animum vestrum per tribulationes quas ingerit, repellat: tantoque facilius ab amore huius seculi mens exeat, quanto & impellitur dum vocatur. Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam impendite. In oratione & lachrymis instantissime laborate. Eleemosynas, quas semper amastis, iam nunc largius atque vberius



## EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

Gregorius Mellito abbati. Dat mandata Augustino episcopo porrigenda. Caput. LXXI.

Episto. 71.

**P**ost discessum congregationis nostrae quae tecum est, valde sumus suspensi redditi, quia nil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cum vero vos deus omnipotens ad reuerentissimum virum fratrem nostrum Augustinum episcopum perduxerit: dicite ei quod diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi, videlicet quia fana idolorum destrui in eadem gente minime debeant: sed ipsa quae in eis sunt, idola destruantur. Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construatur, reliquiae ponantur: quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est ut a cultu daemonum in obsequium veri dei debeant commo- dari: ut dum gens ipsa eadem fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, & deum verum cognoscens, ac adorans, ad loca quae consuevit, familiariter concurrat. Et qui bo- ves solent in sacrificio demonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua solemnitas immutari: ut die dedicati- onis vel natalicio sanctorum martyrum quorum illic reliquiae ponuntur, tabernacula sibi circa eadem Ecclesias, quae ex fanis commutatae sunt, de ramis arborum faciant, & religio- sis conuiujs solennitatem celebrent. Nec diabolo iam ani- malia immolent, sed ad laudem dei in esu suo animalia occi- dant, & donatum omnium de satietate sua gratias referant: ut dum eis aliqua exterius gaudia referuantur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus si- mul omnia abscindere impossibile esse non dubium est: quia is qui locum summum ascendere nititur, gradibus vel pas- sibus non autem saltibus eleuatur. Sic Israelitico populo in Aegypto dominus se quidem innotuit: sed tamen eis sacrificiorum usus, quos diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reseruauit, ut eis in sacrificio suo animalia immolare praeciperet: quatenus commutantes aliud de sacrificio amiterent, aliud retinerent: ut et si ipsa essent animalia quae offerre consueuerant: veruntamen deo haec & non idolis immola- rent, iam sacrificia ipsa non essent. Haec igitur dilectionem tuam praedicto fratri necesse est dicere: ut ipse in praesenti il- lic positus perpendat qualiter omnia debeat dispensare.

Festa paga- norum quod- dam sensim in Christiani- smum com- mutari debeant.

H

Gregorius Claudio abbati. Praecipit ut Romam quantocyus veniat. Caput. LXXII.

Episto. 72.

**V**eniente viro reuerentissimo Severo episcopo, tuam quoque dilectionem credidi ad beati Petri Aposto- lorum principis limina pariter venire: quia & ita mi- hi fuerat nunciatum, & valde ex eodem nuncio laetabar. Sed credo te occupationibus monasterij praepeditum, & idcirco ad me minime venisse. Epistolas vero quas dilectio tua ante hoc tempus transmiserat accipiens, sicut voluisti, secreto relegi. Sed de tribus personis de quibus scripseras, nihil vidi esse possibile: de ea maxime persona quae hic apud me fuit, non suspicor posse aliquid tale vtiliter fieri: quae aut natura simplicitate, aut negligentia torpere mihi visa est. Et ideo dile- ctio tua si quid valet illic requirat, & sollicitudine disponat, at- que ad me veniat. Si vero venire non valet, vel post aliquan- tum temporis venire debet: ut usque ad quinque vel sex men- ses, si vita comes fuerit, mecum faciat, & postea ad propria reuertatur. Omnipotentis dei gratia ab omni te aduersitate custodiat.

Gregorius Petro episcopo Hydruntino. De reli- quiis sancti Leucii. Caput. LXXIII.

Episto. 73.

**O**portunus abbas monasterij sancti Leucij, quod in quinto Romanae urbis millario situm est: sanctua- ria eiusdem martyris quae de Ecclesia nominis ip- sius dicata, ut astruit, furto ablata sunt, sibi denuo postulat debere concedi, ut in loco eodem recondantur. Et ideo fra- ter charissime, quia eiusdem beatissimi martyris corpus in Brundusij Ecclesia, cui visitationis impendis officium, esse di- noscitur: praefati viri desiderijs ex nostra te praceptione conuenit obedire, ut in deuotione quam postulat, sortiat effectum.

Gregorius Bonifacio defensori Corsicae. De Ale- ria atque Adiacio ciuitatibus sine episcopis.

Caput. LXXIII.

**E**xperientia tua non sine culpa est, quod Aleriam atque Adiacium ciuitates Corsicae diu sine episcopis esse co- gnoscens, clerum & populum earum ad eligendum si- bi sacerdotem distulerit commouere. Quae quonia sine pro- prio amplius non debent esse rectore praesenti autoritate suscepta, clerum & populum singularum ciuitatum hortari fe- stina, ut inter se dissentire non debeant: sed vno sibi consen- su, vnaquaeque ciuitas consecrandum eligat sacerdotem. Et facto decreto ad nos is qui fuerit electus, adueniat. Si autem in vno consentire noluerint, sed in duorum se electione di- uiserint: similiter decretis ex more ad nos factis adueniant, ut requirentes de vita actu & moribus eorum: is qui vtilior visus fuerit, ordinetur. Quia vero multi illic pauperes op- pressi ac pati prauidicium perhibentur: experientia tua sol- licitudinem gerat, & grauari eos contra iustitiam non per- mittat: sed ita studeat, ut nec agentes contra rationem impe- diri, nec hi contra quos agitur, iniuste valeant dispendium sustinere. Praeterea peruenit ad nos, quod quidam clericorum te illic posito a laicis teneantur. Quod si ita est, tuae hoc culpa noueris reputari: quia hoc fieri si homo esses, non ha- buit. Et ideo de cetero sollicitudinem te habere necesse est, ut hoc fieri non permittas: sed si quis contra clericum cau- sam habuerit, episcopum ipsius audeat. Qui si forte suspectus fuerit, executor vel ab ipso: aut si & hoc actor refugerit, a tua est experientia deputandus, qui partes sibi mutuo con- sensu iudices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit definitum, ita vel tua vel episcopi sollicitudine, seruata lege, modis omnibus compleatur, ut non sit vnde se possint litigij fatigare.

Gregorius Barbara & Antonia. De eo quod eas commendauerit Iohanni episcopo, & Romano defen- sori. Et de xenio ab eis sibi transmissio.

Caput. LXXV.

**S**uscipis epistolis vestris, omnimodo cognita vestra sospitate laetatus sum, atque omnipotentem deum de- precor, quod vos & a malignis spiritibus in cogitatio- ne, & a perueris hominibus atque ab omni contrarietate sua protectione custodiat: sicque vos cum timoris sui gratia di- gnis coniunctionibus ordinet, ut omnes nos in vestra ordi- natione laetificet. Vos autem dulcissimae filiae in eius adiuto- rio spem vestram ponite, & sub umbra defensionis illius sem- per, & orando, & bene agendo malorum hominum insidias declinate. Quaecumque enim humana solatia vel aduersita- tes fuerint, nulla sunt, nisi aut eius gratia protegat, aut eius offensa perturbet. In nullo igitur hominum spem ponatis, sed totam mentem in fiducia dei patris omnipotentis adstrin- gite. Nobis ergo dormientibus, ille vos protegat: de quo scri- ptum est: Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Quia autem ad beati Petri Apostolorum principis li- mina festinare vos dicitis: opto vos nimis, & aestuantis animi desiderio expecto, ut dignis meritis iunctas vos in eius Ec- clesia videam: quatenus & vos de me solamen aliquantulum, & ego de vestri praesentia non paruam laetitiam acquiram. Viro autem reuerentissimo fratri meo episcopo Iohanni, & Romano defensori causas vestras studui committere: ut quae ceperunt, deo auctore debeant perficere. Xenium autem ve- strum duas racanas, quos de labore vestro esse mandastis, li- benter accepi. Sed tamen cognoscite, quia non mihi manda- tum credidi. Nam vos de labore alieno laudem queritis, quia fortasse adhuc ad fufum manum nunquam misistis. Nec ta- men me res ista contristat, quia opto ut sanctam scripturam legere ametis: ut quamdiu vos omnipotens deus viris con- funxerit, sciatis qualiter viuere, & domum vestram quomo- do disponere debeatis.

Finunt epistolae Indictionis quartae.

LIBER



LIBER DECIMVS.

Incipiunt epistolae Indictionis quintae, ex registro beati Gregorij papae.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, Domini Modi Carthagini. de exhortatione pastoralis.

Caput. I.

Epistol. 1.



Vam copiosa cordis vestri sit charitas, lingua interprete demonstratis: dum sic eius suauitate epistolarum vestrarum verba conditis, vt dulces & o cundum sit omne quod scribitis.

Vnde fit, vt fraternitatem vestram quam corpore non possumus, dilectionis brachijs amplectamur. Na quod animis concordibus longitudo negat itineris, praestat officium charitatis. Et quoniam sicut amantissimorum fratrum sanitate reficimur, ita aegritudine contristamur: omnipotenti deo gratias agimus, qui mactitiam nostram nuncio consolatus est prosperorum. Qui audientes vos infirmitatem grauissimam incurrisse, priuquam scripta vestra suscepissemus, maiori tristitia tenebamur. Sed quando de periculo mortis eripimur, ad quid frater charissime referuemur, incertum est. Induciarum ergo tempus ad utilitatem animae conuertamus: & posituri venturo iudici rationes, causam nostram apud eum lachrymis & operibus muniamus: vt securitatem de his quae gestimus, accipere mereamur. Nam & in causis secularibus ad hoc frequenter benignus concedit iudex inducias, vt qui ante paratus non fuerat, postmodum paratus ad iudicium veniat. Et quale est, si quod in terrenis iudicijs custodimus, pro salute animae negligamus? Et ideo quia iuxta Ioannis apostoli vocem: nullus sine peccato est, cogitationum illecebras, linguae incontinentiam, delictorum opera ad memoriam reuocemus: & dum licet, magno pulsatu iniquitatum nostrarum maculas deleamus: vt iustus & pius redemptor noster, non iuxta merita nostra vindictam exerceat, sed secundum misericordiam suam seclatur ad veniam. Et quia officium nostrum sua solum flere non sufficit, nisi & de alienis sollicitudinem gesserit, curam in commissi gregis custodia studiosius impendamus: & suadendo, hortando, terrendo, praedicando, in quantum superna clementia vires donat, officium implere opere festinemus: vt desideratum, creatore nostro largiente, praemium expectemus. Sed quia boni aliquid operari sine diuino auxilio non valeamus, iunctis omnipotentem deum dilectissime frater precibus exoremus: vt in mandatorum suorum viam cum commisso grege gratia sua duce nos dirigat, atque ipse nobis & intelligere & agere quae sibi placita sunt, concedat, qui misericordiae suae dono nomen nos voluit habere pastorem. Praeterea ex transmissione vestrae sanctitatis, beati Agilegi martyris benedictionem ea charitate qua nobis est a vobis transmissa percepimus.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Mattheo viro clarissimo.

Caput. II.

Episto. 2.

Quotiens digna consideratione, sustentationis causa, aliqua merentibus conceduntur, & deum laetificant, & ipsum ditant sine dubio largientem. Ideo experientiae tuae hac auctoritate praecipimus, quatenus Mattheo viro clarissimo scholastico duodecim solidos dare non differas, quos tuis scito rationibus proculdubio imputandos. Ita ergo cum gratiarum actione iustificationem nostram festina implere, vt nulla accipientem possit fatigare dilatio.

Gregorius Anthemio subdiacono. De puero quodam de transmarinis educto.

Caput. III.

Episto. 3.

Lator praesentium Gallus Nauclerus oblata nobis petitione noscitur intimasse, asserens puerum se quendam de Siciliae partibus venientem orationis gratia ad Campaniae partes perduxisse, qui in Messenati portu coniungens illic in monasterio conuersationis causa sese retinuit. Quem cum hic de conditione sua pro sui periculo diligenter inqui-

reret: quantum astruit, iurisiurandi interueniente vinculo, liberum se, nullique conditioni obnoxium publica voce professus est. Pro quo ab actionarijs publicis se remeantem queritur esse constrictum: impetentibus cur seruum iuris publici furtim de illis partibus autem praesumpserit. Qui post illata sibi damna captionis, se quoque ostendit obstrictum, vt eundem puerum ad partes illas, quibus valeret viribus, reuocaret. Vnde pietatis causa permoti, hoc experientia tua nos decernisse cognoscat vt ad Panormitanas partes vbi res agitur, ipsum mancipium, licet iam monachi habitum suscipere, debeat reuocare: eumque Fantino defensori nostro contrahere: vt ipse quid de eo fieri debeat, secundum praecipio nis nostrae seriem, cuius & te quoque textus poterit informare, subtiliter exequatur. A latore ergo praesentium experientiam tuam volumus fideiussionem accipere, qui mancipium ipsum in sua a te manu suscipiens, illic tibi in Neapolitana ciuitate pro eo scriptis euidenter spondeat, quod illum Fantino defensori nostro sine aliqua excusatione contradat: vt hac praeuulente cautela, & precator liber a cautionis suae reddatur vinculo, & causa mancipij, sicut constituimus, auxiliante domino disponatur.

Gregorius Fantino defensori. De causa Maurentii Magistri militum.

Caput. IIII.

Epistol. 4.

Gloriosissimus filius noster Maurentius magister militum, causam se de Massa Getina contra Panormitanam Ecclesiam habere queritur, & ad hoc latorem praesentium facto mandato transiit, quod debeat sine excusatione aliqua terminari. Ideoque experientia tua reuerentissimum fratrem, & coepiscopum Victorem nostrum seruatore honore commoneat, vt aut pacifice causam ipsam sine dilatione studeat terminare: aut certe si vtilius sibi esse crediderit ea iudicio diffiniri, omni mora cessante vice sua personam legaliter instituat, quae de eadem massa apud gloriosissimum filium nostrum dominum Patricium, & experientiam tuam debeat subire iudicium, vt causa possit, cogitata veritate, distinguitur certe alios sibi, si partes voluerint, te imminente eligat cognitores. Et quicquid medijs sacrosanctis Euangelij ab eis fuerit statutum: ita lege seruata tua volumus ad effectum executione perducere, vt nihil inter partes remaneat, vnde post haec reuiuio possint litigio fatigari.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennae. Homines Maurentii commendat.

Caput. V.

Epistol. 5.

Postquam gloriosissimo filio nostro Maurentio hoc apud vos solum potest sufficere, quod eum nostrum esse proprium non nescitis, qualiter ei a vobis sit concurrendum, scribere non debemus. Sed ne data occasione, fraternitatem vestram in causa ipsius praetermittere videamur: latores praesentium commendantes hortamur, vt quia eos pro percipiendo precario suo illuc noscitur transmississe, vestra ope in omnibus fulciatur. Cui, vt melius praestare possit, quia vos in multis esse non est dubium occupatos, Menam notarium qui bene nouit esse sollicitus deputate, vt ipse eos vestro nomine, in cunctis vbi necesse fuerit, studeat adiuuare: quia quid agere debeant, dato sibi capitulari, vt perhibent, sunt instructi. Cumque ego sanctitatem vestram sua in praesenti relatione informauerim: ita vos in eius causis impendite, vt sicut & nos de fraternitate vestra certi sumus, & ille omnino confidit, vobis suffragantibus utilitas ipsius, deo adiutore, salubriter peragatur.

Gregorius Theodorico curatori. Maurentium magistrum militum commendat.

Caput. VI.

Episto. 6.

Quia sic de gloria vestra, sicut de charissimo reuera filio omnino praesumimus, certi de vobis eos qui nostri sunt, commendamus. Ob quam rem paterno salutantes affectu, quaesumus: vt praesentium portitoribus, quos gloriosissimus Maurentius magister militum ad precarium suum accipiendum transiit, vestra tuitione impartire dignemini: quatenus vobis patrocinatibus, nec mora illic contra rationem, nec labore debeat sustinere: sed quicquid praedicto viro gloriosissimo competat, gloriae vestrae opitulatione sine difficultate percipiat, vt & ipse nostris amplius sit

G de utous obsequiis, & nos pro eo referre gratias, sicut dignum est, valeamus.

Gregorius Sainelle. De eleemosyna sepius facienda. Caput. VII.

Episto. 7.

**S**atis me gloriosa filia operationis tuæ audita bona lætificant, quod illa agere perhiberis: per quæ dum egētibus misericorditer subuenis, ipsa misericordiam cōsequaris: & alios temporaliter nutriendo, bonis in æternum celestibus satieris. Et ideo quia fidelis est cui credis, secura cōmoda, ea quæ tribuis, vt in die retributionis recipias quod impendis. Ait namque egregius prædicator: Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est seruare depositum meum in illum diem. Ecce gloriosa filia quanta sit bonorum operū certitudo considera: & larga sit manus in opere, vt fiat vobis quod scriptum est: Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit. Quisquis igitur copiosum in caelis fructum habere desiderat: leuare dum tempus est, non ommittat, vt manipulos in die messis cum læticia colligat. Nam qui seminant in lachrymis, in exultatione ac gaudio metent. Sed qualis messis ex huiusmodi semente futura sit, dicat Apostolus: Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam æternam. Ne verò nos inopia egestatis inueniat, hæc nobis messem sagone multiplici præparemus: & quanto vberius satiari cupimus, tanto ei à quo totum accepimus, largius conferamus. Nam ipse de se dominus ait: Elurini, & non dedi tuis mihi manducare: sitini & non dedisti mihi bibere: hospes fui, & non collegisti me nudus fui, & non operuisti me, &c. Atque in conclusione subiungitur. Amen dico vobis quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Hoc igitur studiosius agite, & hoc agentes in terra vobis retribuere nil queratis, quia superna desiderantibus temporalia nulla sunt. Sed ibi desideria figite: vbi quicquid retribuitur, finem non suscipit. Bonum ergo facientes non deficiatis: vt illic vobis thesauros thesaurizare possitis, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Præterea gloriam vestram paterno salutantes affectu: indicamus per latorem præsentium Hilarium chartularium nostrum clauem nos à sacratissimo corpore beati Petri Apostolorum principis transmisisse, in qua de catenis quoque ipsius benedictio continetur. Quæ collo vestro suspensa, hoc vobis eo intercedente gratia absolutionis fiat, quod illi fuit causa martyrii. Omnipotens deus in suo vos timore custodiat, atque sic cor vestrum ad bonam semper operationem accendat: vt & hic vobis suam gratiam tribuat, & ad gaudia vos postmodum æterna perducatur.

2 Tim. 1.

Ecclesi. 29.

Psal. 125.

Gala. 6.

H Matt. 25.

Gregorius Columbo episcopo Numidie. De Donadeo diacono iniuste damnato. Caput. VIII.

Episto. 8.

**Q**uam grauis & auditu ipso intolerabilis Dona dei latoris præsentium qui se asserit fuisse diaconem sit querela, ab eo data petitio quæ tenetur in subditis, fraternitati vestre faciet manifestum. Sed quia peruenit ad nos, quod pro corporali peccato fuisset depositus: dilectio vestra subtili hoc inquisitione perquirat: & si ita est, in penitentiam retrudendus est, vt commissi flagitij vinculum lachrymis possit absoluere. Si verò insons ab huius perpetratione claruerit: vna cum primæ concilij vel aliis fratribus, coepiscopisque nostris omnia quæ petitio eius continet, diligenti vobis examinatione querenda sunt. Et si querela eius veritate fulcitur, & in episcopo eius Victore, qui cōtra deum & sacerdotale propositum tantum committere nephas non metuit, canonici rigoris ita districtio teneatur, vt ex diffinitione vestra quam sit iniquum quod fecit intelligat, & hic suo ordini reformetur, quia satis peruersum & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram: vt frustra pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa vel facinus ab officij quo fungitur gradu non deicit.

Gregorius Castorio notario. De monasterio Marci, Marcellini, & Feliculae. Caput. IX.

Epistol. 9.

**E**xperientie tuæ in præsentem nos recolis præcepisse, vt de possessione quæ monasterio sanctorum Marci, Marcellini, & Feliculae, quod Raucennæ situm est: largita-

tis titulo dicitur esse concessa, quia causam bene nosti, de- buisses quod iustum est facere. Pro qua re hac te iterum præceptione duximus commonendum, vt in re ipsa vigilans debeas esse atque sollicitus. Et si manifestè donatam esse cognoueris, & nihil est quod à partibus nostræ obici possit Ecclesie, impedimentum aliquod monasterio ad tenendum ipsam possessionem non facias. Si verò, quia prout diximus, causa est tibi cognita, bene habes quod iuste possit pro Ecclesie partibus allegari: electorum te cum parte altera necesse est subite iudicium: vt & veritas cognosci, & quod æquitatis ordo suaserit, valeat diffiniri.

Gregorius Anthemo subdiacono. De Adeodato, & constructione basilicæ. Caput. X.

**I**ndicauit nobis Adeodatus præsentium lator ante multos annos in solo se iuris Ecclesie nostre hac conditione adificium posuisse, vt duos solidos annis singulis Ecclesiastica rationi persolueret, & post eius obitum solum ipsum cum imposto edificio ad ius Ecclesie sine dubitatione aliqua remaneret. Sed quia asserit se in tantam pauperiem peruenisse, vt eodem duos solidos, sicut promiserat, singulis non possit annis impendere, & ob hoc vnum sibi petiit relaxari, experientia tua curet addiscere. Et si pauper ita, vt asserit, manifestè est: nostra præstatione partem mediam relaxatam volumus, vt annis singulis non amplius quam vnum solidum exoluat: quia & ætatis senium, & pauperies eius indicat, vt onus quod petit, debeat relaxari. Ita ergo hoc seruari studij tui sit, vt tamen proprietatem soli atque imposta edificia post obitum ipsius, Ecclesie sollicitudine & vigilanti cura conserues.

Gregorius Fantino defensori. De xenodochio construendo. Caput. XI.

**E**A quæ fienda mandat piæ voluntatis intentio, vt ad effectum valeant peruenire, cura debeat sacerdotalis existere. Proinde experientie tuæ præcipimus, vt hæredibus Isidori illustris memorie viri, assidue & fortius debeat imminere: vt xenodochium quod auctor eorum per vltimæ voluntatis arbitrium in Panormitana fieri ciuitate constituit, sine aliqua difficultate secundum ea quæ sunt disposita implere festineat: ne si amplius hoc adhuc negligendum putauerint, tam nostri quam dei iram de legibus venientem, quam huiusmodi dispositionem implere differentes merentur, incurrant. Si verò deputata in eorum xenodochio quod fiendum est, quantitas videtur fortè non posse sufficere, locum in quo xenodochium ipsum fuerat constituendum, vel quicquid ibi relictum est, xenodochio sancti Theodori, quod in prædicta ciuitate à Petro quondam constitutum est, applicetur: quatenus & hæredes à sollicitudine vel labore constitutendi xenodochij valeant exui, & voluntas defuncti salubriter sumat effectum: dum etsi in loco alio, ipsi tamen reliquid à testatore deputatum est, erogetur. Ita ergo experientia tua sollicitudinem gerat, vt vnum è duobus sine aliqua debeat fieri tarditate.

Gregorius Passius episcopo Firmano. Mandatum oratorium consecrare. Caput. XII.

**A**Nio comes castri Apertienensis, Firmensis territorij, petitoria nobis insinuatione suggestit, quæ habetur in subditis, in supra scripto castro oratorij se sumptu proprio pro sua deuotione fundasse: quod in honorem beati Petri Apostolorum principis desiderat consecrari. Et ideo frater charissime, si in tuæ dioceseos, in quo visitationis impendis officium, memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est fundos campulos cum conduma vna, boues domitos parium vnum, vaccas duas, argenti libras quatuor, lectum stratum vnum, in peculio capita quindecim, armenti capita duo, ferramenta numero quinque: prefontes liberos à tributis fiscalibus solidos sex, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium solenniter consecrabis. Presbyterum quoque te illic constituere volumus cardinalem: vt quotiens præfatus conditor fieri sibi missas fortasse voluerit, vel fidelium concursus exegerit, nihil sit quod ad missarum sacra exhibenda solènia valeat impedire, san-  
ctuario





A *Anatio vero suscepta cum reuerentia collocabis.*

*Gregorius Passuo episcopo Firmanen. De Aprutina ciuitate diu pastore uiduata. Caput. XIII.*

**B**ene noui fraternitas vestra, quam longo sit tempore *Aprutum* pastoralis sollicitudine destitutum. Vbi quoniam diu quis ordinari debuisset, & nequaquam potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodie studio, in amore orationis valde laudatur, & religiosam vitam omnimodo agere dicitur: hunc volumus, ut fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua admo- neatur, quatenus in bonis studiis crescat. Et si nulla ei crimi- na quae per legis sacrae regulam morte multanda sunt, ob- uiant: tunc hortandus est, ut vel monachus, vel a vobis sub- diaconus fiat. Et post aliquantum temporis si deo placuerit, ipse ad pastorem curam debeat promoueri. Si qua vero gra- uia obuiant, multo magis admonendus est, ut seculum relin- quat, & haec perfectius desinat. Peto autem ut pro me orare debeas, quia cum tribulationibus cordis fatigor nimis do- loribus corporis.

*Gregorius Opportuno de Aprutio. Contristari non debere de admonitione sua. Caput. XIII.*

**P**ervenit ad me: quia ex eo tempore quo dilectionem tuae verbis asperis propter quaedam quae mihi iure displicuerant, contristatus magna sibi sit oborta tristitia, atque continuus animi moeror. Vnde te dilectissime fili volo cognoscere: quia ego illa verba non asperitate cordis, sed amore tuae animae sum locutus. Tu itaque ad omnipotentem deum tota mente conuertere, quantum sit fugitiua vita praesens considera, aeterna praemia lucrari festina, in quantum virtus sufficit, castiga carnem, quae quando in voluptatibus vixit, animam mortificauit. Benignitatem tuam proximis exhibe, piam modice & lachrymis horas vitae frequentius impende, illata mala a proximis aequanimiter tolera. Si contra veritatem iniuriam pertuleris, lacrum puta: ut haec agens, per temporalia quae despiciendo pateris, ad caelestia regna pertingas. Omnipotens autem deus, & cor, & corpus tuum caelestis gratiae salute perfundat: ut de eius spiritu, & recta interius lentire, & recta exterius sufficias agere.

*Gregorius Fantino defensori. De morte Primogeniti notarii. Caput. XV.*

**C**ognoscat experientia tua Primogenitum notarium nostrum de hac pro peccatis luce transisse. Et quoniam sanctam Romanam, cui auctore deo deseruimus, Ecclesiam, & coniugem suam, quae se tuitioni Ecclesiasticae postea commendauit: haeredes, nec non & filium fratris sui, in vna vnciam haeredem idem noscitur reliquisse: capropter statim ut hoc praecipuum susceperis, antequam eum quisquam ob- lisse cognoscat, & in substantia illius aliquid fraudis committat, ad locum in quo res eius sunt recondita, sine mora cu- rabis accedere: & cum omni sollicitudine ac diligentia studij tui sit praesente Consensio puero, qui rerum ipsarum custos esse asseritur, adhibitis testibus solenniter ac subtiliter facere, ut res in loco tutissimo, ut vtile prauidetur collocentur: quatenus apto tempore huc cum eodem puero, deo auxiliante, valeant transmitti. Sed & caetera in quibuslibet rebus siue corporalibus quae de substantia ipsius esse didiceris, cum omni strennitate in vnum congregare, & constituere festina, ut nihil de eius possit qualibet occasione deperire substan- tia. Haec igitur omnia ita sollicita & subtili stude cura per- agere, ut te illic posito ne dispendium in rebus ipsis eueniat, & cuiuslibet fraudis sub qualibet occasione sine exquisito de loco aliquis patere non valeat. Summa vero reddituum eius quae sit, nobis pariter tuis scriptis indicare festina.

*Gregorius Romano defensori. De rationibus Bonifacii Numerarii. Caput. XVI.*

**E**xperientiam tuam non latet in rationibus, quod Bonifacii Numerarii nostri suorum aliquid apud te inter- esse audiimus: propter quod partem aliquam substan- tia: suae xenodochio quod ad beatum Petrum Apostolorum principem constitutum est, dereliquit, & suam nobis con- iugem commendauit. Et ideo quia Laurentius vir clarissimus

praesentium portitor pro rationibus ipsis, id est, non ac de- cimae indictionis faciendis transmissus est, huius tibi prece- ptionis serie iniungimur: ut ei haec in causa quocumque necesse fue- rit praebere solatia, atque cum aequitate seruata iuare festi- nes: quatenus dum te sollicito rationes ipsae salubriter fue- rint terminatae, & pauperum fiat utilitas, & mulieris quae commendata est quies procuretur atque securitas. Quia vero nosli quemadmodum causa, & maxime tales agantur, si for- sitan videris, quia rationes ipsae finire sine dispendio non pos- sunt: ad gloriosissimum Leontium vna cum reuerendissimo fratre, & coepiscopo nostro Ioanne te ire necesse est, & com- muni cum eo consilio agere, & ad quantum potueris loqui ei promittere quicquid vel ipsi, vel diuersis dandum suffra- gatoribus fuerit, eummodo per partes non eat, sed celerius finem accipiat. Illud autem praeter omnibus tractare vos conue- nit, utrum cum praedicto gloriosissimo viro antequam ra- tiones incipiatur, aut certe loqui propterea debeatis: ne for- te causa in examinatione missa, nobis postea ad decidendum difficultatem adducat. Sed quia melius in praesenti quid o- porteat, poteris aduertere: quod utilius visum fuerit, agite. In hac tamen promissione sollicitos vos esse necesse est: ut om- nia inibi comprehensa pro totius causa: decisione plura soli- dis nullo modo promittantur, indicantes ei, si causa exegerit, quia pauper omnino defunctus est. Quod ut ita esse co- gnoscat, exemplar rerum inmentarum de substantia ipsius prauidimus dirigendum. Quod si forte apud praedictam so- lidorum quantitatem consentire noluerit: eligimus potius hoc quod peruenit ad xenodochium reddere, quam inane inuidiam sustinere. Si vero consenserit, studiose agendum est, ut exinde securitas remittatur: quatenus post datam securi- tatem, & decisionem causa recidua exinde alterius nullo mo- do valeat quaestioni suscitari. Quod autem dederis, tuis ra- tionibus imputamus.

*Gregorius Azimarcho Scriboni. De rationibus Bonifacii. Caput. XVII.*

**M**agnitudinem vestram quo tempore hic in Roma- na vrbe fuit, cognouisse recolimus Bonifacium quod- dam numerarium condito testamento partem ali- quam haereditatis suae xenodochio quod ad sanctum Petrum Apostolorum principem situm est, reliquisse. Et quoniam ge- rere nos sollicitudinem diximus, ut ad gloriosum filium no- strum Leontium persona pro exponendis rationibus ipsius mitteretur, curam, ut compleri debuisset, habuimus. Idcirco quia Laurentius vir clarissimus praesentium portitor ad hoc illuc noscitur esse transmissus: magnitudinem vestram pa- terna dilectione salutantes, petimus, ut ei haec in causa con- currere, atque vestra, sicut de vobis confidimus, salua iusti- tia impendere patrocinia debeatis: quatenus dum sinceris- simae bonitatis vestrae fuerit ope suffultus: & de viduitate mulieris quondam Bonifacii, & de pauperibus quibus, si- cut diximus, idem Bonifacius haereditatis suae partem ali- quam dereliquit, mercedem apud omnipotentem deum ac- quiratis.

*Gregorius Azimarcho Scriboni. De naufragio eius. Caput. XVIII.*

**Q**uanto nos cognitus casus vestri naufragij contri- stauit, tanto subsequens epistola releuauit, quod magnitudinem vestram incolumem ad Sicilia per- uenisse cognouimus. Et creatori nostro gra- tias agimus, qui solita vos pietate protexit, & de maris pe- riculo liberauit. Vnde necesse est, ut dei misericordiam qua in vobis saepe collatam inspicitis, ita semper in omni actu praeter oculis habeatis, ut eius in vobis gratia cumuletur, & si- cut ab exterioribus periculis, ita quoque ab interioribus eri- piat. Paterna igitur dulcedine salutantes petimus, ut de ve- stra nos incolumitate quotiens se occasio dederit releuetis.

*Gregorius Maurilioni expraesecto. Vi: sepius scripta sua ei dirigat. Caput. XIX.*

**V**alde miramur, quod nos de Sicilia venientibus di- uersis gloria vestra incolumitatis suae nuncio rele- uare postponit. Et utrum oblivioni charitatis, an occu- GG iij pationi

Epist. 13. Part. 1. dist. 61. c. bene no- sti.

Epist. 14.

Epist. 15.

Epist. 16.

Epist. 17.

Epist. 18.

Epist. 19.



## EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

g pationi debeat reputari, nescimus. Et ideo salutantes paternæ charitatis affectu petimus, vt quotiens scribendi se occasio dederit, de vestra nos salute, & qualiter circa vos agatur, refouete: quatenus dum secundum desiderium nostrum de prosperitate vestra læti fuerimus effecti, redemptori nostro pro vobis agere gratias valeamus. Omnipotens deus misericordiæ suæ vos gratia tueatur, & ab omni aduersitate seruet illæfos atque custodiat.

*Gregorius Maurentio magistro militum. Comitiolum commendat. Caput. XX.*

Episto. 20. **V**eniens dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus laudabile Comitioli studium, & quam vtilitatem vrmirati castro fecerit, indicauit. Sed & multa de eo bona diuersis testificantibus olim cognouimus. Et quia eum apud vos, sicut ante fuit, modo non esse audiuius, gloriam vestram petimus: vt si quid est vnde iuste vestros animos fortassis offendit, nobis quicquid illud est, remittatis: ei que plenam gratiam reddere, atque illum in ea qua apud vos dudum fuit familiaritate recipere debeatis: & vestrum illi fauorem, sicut re vera proprio, salua ratione quodcumque usus exegerit, impendatis. Ita ergo facite, vt de integro ei gratia restituta, aut ipso renuocante, aut aliis referentibus possimus agnoscere.

*Gregorius Eupatori duci Sardinie. Valdarichum commendat. Caput. XXI.*

Episto. 21. **C**um lator presentium Valdarich illa nos pro sua commendatione scribere postulet, quæ magnitudinem vestram æquitatis intuitu sine cuiusquam etiam intercessione non dubitamus efficere, petitionem ipsius minime despiciendam prospeximus. Quia ergo cum vxore sua quam hic de Romana ciuitate esse perhibet, vt reuerti sicut desiderat valeat, vestris se poscit patrociniis adiuuandum: paternæ dilectione salutates affectu petimus, vt hac in re magnitudinis vestræ tuitionem habeat, & à nullo eos illic contra rationis ordinem impediri permittatis, sed desiderijs eorum pro vestra mercede adesse & concurrere debeatis: quatenus & illi se adiutos vestra ope congaudeant, & magnitudo vestra poscentibus impendisse, quod iustum piisque est, videatur.

*Gregorius Ioanni subdiacono Rauennæ. De monachis monasterij Claudi abbatis. De peculiaritate à monasterijs funditus extirpanda. Et de quibusdam scriptis non rectè à Claudio abbate transcriptis. Caput. XXII.*

Episto. 22. **V**olentes monachi monasterij quondam abbatis Claudij, petuerunt sibi Constantium monachum abbatem debere constitui. Quos valde ego in sua petitione detestatus sum: quia mihi terrenæ mentis esse omnino apparuerunt, qui terrenum nimis hominem abbatem quasi fuerunt habere. Cognoui enim quod idem Constantius peculiaritati studeat. Quæ res maximè testatur eum cor monachi non habere. Ac deinde cognoui: quia ad monasterium quod in Piceni prouincia situm est, solus pergere sine aliquo fratrum suorum præsumpsit. Ex qua eius actione cognoscimus, quia si sine teste ambulat, rectè non viuat. At quomodo alius regulam teneat, quam sibi ipsi nescit tenere? Ab hoc igitur recedentes, cellerarium quendam nomine Maurum petuerunt, cuius vitæ atque industriæ multa testificatur, quia & quondam abbas Claudius eum quibusdam laudabat. Tua itaque experientia sollicitè requirat: & si eius vita ad locum regiminis digna est: à reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Mariniano hunc abbatem ordinari faciat. Si verò est quod ei omnino obuiet, & ex sua congregatione inuenire aptum minime possunt, ipsi sibi aliundè eligant: & is quem elegerint, fiat. Hoc autem prædicto fratri, & coepiscopo nostro omnino dicere stude, vt peculiaritatem à quatuor aut quinque monasterijs monachis in quibus corrigi hætenus minime potuit, studiosissimè compescat, & hoc ipsum monasterium à tali peste mundare festinet: quia si illic peculiaritas à monachis habetur, nec concordia nec charitas in congregatione eadem poterit permanere. Quid est autem habi-

tus monachi, nisi contemptus mundi? Quomodo igitur mundum despiciunt, qui in monasterio positi aurum quærunt? Ita igitur tua experientia faciat, vt neque loci ordinationem differat, neque ad nos ulterius hac de re querela perueniat. Præterea quia idem charissimus quondam filius meus Claudius aliqua me loquentem de prouerbis, de Canticis Cantorum, de prophetis, de libris quoque Regum, & de heptatico audierat, quæ ego scripto tradere præ infirmitate non potui, ipse ea suo stylo dictauit, ne obliuione deperirent, vt apto tempore hæc eadem mihi inferret & emendatius dicerentur. Quæ cum mihi legisset, inueni dictorum meorum sensum valde in multis fuisse permutatum. Vnde necesse est vt tua experientia omni exultatione atque mora cessante, ad eius monasterium accedat, cõuenire fratres faciat, & sub omni veritate quauisunque de diuersis scripturis chartas detulit, ad medium deducant. Quas tu suscipe, & mihi celeritè transmittite. De tuo autem reditu quia molestiam te validam incurrisse cognouimus, deo propicio in subsequenti cogitamus. Illud autem quod ad me quorundam relatione perlatum est: quia reuerentissimus frater & coepiscopus meus Marinianus legi commenta beati Iob publicè ad vigiliis faciat, non grate suscepti: quia non est illud opus populare, & rudibus auditoribus impedimentum magis quam prouectum generat. Sed dic ei vt commenta Psalmorum legi ad vigiliis faciat, quæ mentes secularium ad bonos mores præcipue informant. Neque enim volo dum in hac carne sum, si qua dixisse me contigit, ea facile hominibus innotesci. Nam quia dilectissimæ memoriæ Anatholius diaconus quærenti ac iubenti Romano imperatori librum regulæ pastoralis dedit, egrè suscepti: quem sanctissimus frater & coepiscopus meus Anastasius Antiochenus in græcam linguam translulit. Et sicut mihi scriptum est, ei valde placuit, sed mihi valde displicuit, vt qui meliora habent, in minimis occupentur. In parte autem tertia beati Iob in eo versu in quo scriptum est: Scio quia redemptor meus viuit, suspicor quia prædictus frater & coepiscopus meus Marinianus mendosum codicem habeat. Nam in scrinio nostro idem locus aliter habetur quam hæc in aliorum codicibus esse cognoui, atque ideo eundem locum releuari feci, vt sicut in scrinio nostro est, ita quoque hunc & læpofatus frater meus habeat. Quatuor enim verba sunt, quæ si eidem loco defuerint, non modicum possunt lectori scrupulum generare. Hæc omnia subtiliter & celeriter exquire. Et si apud excellentissimum exarchum nihil potes, vel hæc non videaris neglexisse quæ potes. De loco autem Albinus quid dicam, de quo vobis aperte contra iniustitiam responderetur: De quo tamè debes districtius cogitare. Præterea ante aliquantum temporis experientia tua præceperamus, vt apud eminentissimum filium nostrum præfectum ageret, quatenus cura formarum committi Augusto debuisset, pro eo quod omnino sollicitus atque strenuus vir est. Et ita hætenus distulisti, vt nobis nec quid egeris indicares. Et ideo apud eundem eminentissimum filium nostrum vel modo omni agere intentione festina, vt formæ prædicto clarissimo viro per omnia committantur, quatenus sollicitudine sua aliquid in eas valeat reformare. Nam sic despiciuntur atque negliguntur formæ ipsæ, vt nisi maior sollicitudo fuerit, intra paucum tempus omnino deperant. Sicut ergo nostri quam necessaria causa sit & generalitati utilis sit, studendum tibi est, vt prædicto, sicut diximus, viro pro sollicitudine sua modis omnibus committantur.

*Gregorius Maurentio magistro militum. De sellis plestilibus dirigendis. Caput. XXIII.*

Episto. 23. **C**ognoscat gloria vestra mandasse nos Anthemio subdiacono, vt aliquantas sellas plestiles nobis dirigere studeat. Aut si factas non inuenerit, ipsum ad se artificem tollat, vt in domo ipsius debeat laborare, & vel. xxiii. sellas omnino bonas faciat. Et ideo quia omnino nobis sunt necessariae, gloria vestra vt hoc fieri possit prouideat. Et si fortè vos iam aliquas acquisistis, nobis eas transmittite. Sed & Iuliano viro clarissimo maiori excellentiæ vestræ, aut si quis alter habuerit, eas nobis mittere procuretis. Ita ergo gloria vestra faciat vt hæc quæ scripsimus, sollicitudinis vestræ debeant modis omnibus instantia procurari.

Gre-



**A** Gregorius Laurentio magistro militum. De trabibus in Ecclesia sancti Petri necessariis.

Caput XXIII.

**P**ropterea quod in Ecclesiis beatorum Petri & Pauli trabes sunt necessariae, omnino Sabino subdiacono iniunximus, ut aliquantas de partibus Britannorum incidere, & ad locum vnde huc per mare duci possunt, trahere debeat. Sed quoniam solus hoc facere non assurgit, Arogi scripsimus, ut homines qui sub eo sunt, cum bobus suis, in eius deputet ire solatiis, promittentes quia dum res perfecta fuerit, dignum ei xenium transmittemus. Gloria ergo vestra vnam Epistolam nostram ad eum sub urbana persona studeat sub celeritate transmittere, quae ei hoc quod scripsimus deferat, ut antedictus subdiaconus voluntatem ipsius possit agnoscere. Si vero nauigij prosperitate inuenta discesserit cuncta ei gloria vestra per suas Epistolas innotescat, ut sciat quid agere debeat, sed & nobis similiter quae acta fuerint, indicate.

Gregorius Arogi duci. De trabibus in Ecclesiis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Caput XXV.

**Q**uia sic de gloria vestra sicut re vera de filio nostro confidimus, petere aliqua a vobis fiducialiter prouocamus, arbitantes quod minime nos patiamini contristari, maxime in tali re, vnde anima vestra multum poterit adiuuari. Indicamus autem propter Ecclesias beatorum Petri & Pauli aliquantas nobis trabes necessarias esse, & ideo Sabino subdiacono nostro iniunximus ut de partibus Britannorum aliquantas incidere, & vsque ad mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re solatiis indiget, salutantes gloriam vestram, paterna charitate petimus, ut actionariis vestris, qui in illo loco sunt deputatis, ut homines qui sub eis sunt, cum bobus suis in eius transmittere debeant solatium, quatenus vobis concurrentibus melius quod ei iniunximus, possit perficere. Nos enim promittimus quia dum res perfecta fuerit, dignum vobis xenium quod non sit iniuriosum transmittemus. Nam scimus nos considerare, & filiis nostris qui bonam voluntatem exhibent, respondere. Vnde iterum petimus gloriosissime filii, ut ita facere debeatis, ut & nos vobis possimus esse praestito beneficio debitores, & vos mercedem pro sanctorum Ecclesiis habeatis.

Gregorius Gregorio expraesefco. De trabibus in Ecclesiis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Caput XXVI.

**S**cientes quanta erga beatorum Petri ac Pauli Ecclesias in gloria vestre mente maneat dilectio, vestrum nobis post deum adiutorium scriptis discurrentibus adhibere necessarium procuramus, confidentes facile vos & deuote quicquid pro earum utilitate cognoscitis impartire, quibus gloriam vestram etiam sponte non dubitamus velle praestare. Et ideo quia in praedictis Ecclesiis trabes omnino sunt necessariae, atque Sabino subdiacono ut interim vsque ad xx. incidere festinet, & ad mare trahere debeat iniunximus, paterno salutantes affectu petimus, ut gloria vestra de possessionibus quas illic in emphyteusim habet, hac in re homines cum bobus suis faciat praebere solatia, quatenus & ipse vestra opitulatione suffultus, ad ea explenda quae sibi iniuncta sunt, possit esse idoneus, & vos mercedem valeatis acquirere. Ita ergo, sicut diximus, ut & vobis confidimus, agite gloriose filii, ut & nos vobis gratias referamus, & beatos Apostolorum principes pro amore & dilectione vestra quam eorum Ecclesiis exhibetis, habeatis in omnibus adiutores.

Gregorius Stephano. De trabibus conducendis.

Caput XXVII.

**Q**uamuis fraternitatem vestram officij sui qualitas pro Ecclesiarum utilitatibus vltro solatiari commoneat, non tamen ab re est si illud ex abundantia nostra hortemur Epistola, quod facere vos conuenit prona voluntate. Proinde in Ecclesiis beatorum Petri & Pauli trabes valde necessariae fraternitati vestrae duximus indicandum. Et quoniam Sabino subdiacono ut aliquan-

tas incidere, & vsque ad mare trahere debeat, vnde huc adduci valeant iniunximus, atque in ea re manifestum est eum opus habere solatiis, sanctitas vestra ut oportuerit, ei toto studio totaque intentione opem ferre studeat, ac in eius solatio boues hominesque transmittat, ut nullam excusationem inueniat, sed quae ei praecipimus, vobis opitulantibus implere sufficiat. Ita ergo fraternitas vestra faciat, ut ei se quantum valeat impendat. Nam quantum praedicti subdiaconi culpa est, si vobis concurrentibus piger extiterit, tanto culpabilius erit & grauius, si qua se occasione fraternitas vestra aut excusare, aut indeuotam, quod non credimus, monstrare voluerit. Debes autem scire hanc fraternitati tuae curam vehementer incumbere, cuius Ecclesiae trabes olim cultu proprio conseruauerat procurare.

Gregorius Romano defensori. De filiis Petri defensoris.

Caput XXVIII.

**P**etrus quem defensorum fecimus, quia de massa iuris Ecclesiae nostrae quae vitelas dicitur, oriundus sit, experientiae tuae bene est cognitum. Et ideo quia ita circa eum benigni debemus existere, ut tamen Ecclesiae utilitas non laedatur, hac tibi praeeptione mandamus, ut cum districte debeas commone, ne filios suos quolibet ingenio vel excusatione foris alicubi in coniugio sociare praesumat, sed in ea massa cui lege & conditione ligati sunt, socientur. In qua etiam & tuam omnino necesse est experientiam esse sollicitam, atque eos terrere, ut qualibet occasione de possessione cui oriundo subiecti sunt, exire non debeant. Nam si quis eorum exinde, quod non credimus, exire praesumpserit, certum illi sit quia noster consensus nunquam illi aderit, ut foris de massa in qua nati sunt, aut habitare, aut debeant sociari. Sed & superscriptam terram eorum sciatis vos non leue periculum sustinere, si vobis negligentibus quisquam ipsorum quicquam de iis quae prohibuimus, facere qualibet sorte tentauerit.

Gregorius Maurentio magistro militum. De filio Domitii relaxando.

Caput XXIX.

**P**etit Domitius vir magnificus, ut vestrae gloriae scribere deberemus, quatenus nauigantibus alius, & filio suo similiter esset licentia nauigandi. Et quauis de gloria vestra certi sumus quia nihil quod indiscretum est faciat, sed omnia sapienter intendat, hortamur tamen ut si alij relaxantur, ille non debeat retineri: ne forsitan non ex ratione, sed sola fratrum inimicitia retineri videatur. Vos tamen qui praesentes estis, aequitatis consideratione generalem etiam utilitatem attendentes, melius quid expediat potestis aduertere.

Gregorius Quertino expraesefco. De Bonito uiro glorioso.

Caput XXX.

**E**pistolam gratiae vestrae suscepimus, in qua scripsistis ut pro glorioso Bonito filio nostro agere debeamus, quatenus praefectura illi administratione committatur. Et quidem nos eundem filium nostrum non modo, sed multi sunt anni quod nouimus, & ideo concurrere illi per omnia festinamus, sed non in illa re de qua amaritudines possit & tribulationes assumere. Nam administratio ipsa vni priori ipsius, & alteri minori oblata est, & miscere se nullo modo voluerunt, scientes omnino grane esse, & praesertim in hoc tempore, hanc administrationem suscipere. Si ergo illis graue fuerit, quanto magis isti debet esse difficile qui nobis in actione est? Additur quia & inutile & valde laboriosum est, hominem literatum ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare. Super hac autem res illa nos reuocat: quia nullum de hac actione bene exisse recolimus, nisi gloriam vestram, de qua omnipotentem dominum petimus, ut eam vsque ad finem continua protectione custodiat. Et ideo hoc considerantes, in eius lesione miscere nos nolimus. Nam quod modo putatur vtile, certum est quia postmodum plenum laboris erit atque dispendij. Si autem sic utilitibus suis aestimat oportere, & vult agere ut hac administratio sibi committatur, nos contrarij non sumus, sed etiam modo futuris tribulationibus ipsius condolemus: quia quid passurus sit, exemplo praecedentium non nescimus.

Promissio

Epi. 28.

E

Epi. 29.

F

Epi. 30.

Parte. 1. dis. 88. ca. inuatile.

Epi. 26.

Epi. 27.

G Promissio cuiusdam episcopi heresim suam anathematizantis. Caput. XXXI.

Epi. 31.

**Q**uotiens cordis oculus nube erroris obductus, supernae illustrationis lumine fit serenus, magna cautela nitendum est, ne latenter auctor schismatis irruat, & ab unitatis radice eos qui ad eam reuerfi fuerant, telo iterum erroris abscondat. Et ideo ego civitatis illius episcopus, cōperto diuisionis laqueo quo tenebar, diuina mecum cogitatione pertractans, prona & spontanea voluntate ad unitatem sedis Apostolicę diuina gratia duce reuersus sum. Et ne prauamente, seu simulatę reuersus existimer, sub mei ordinis casu spōdeo, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te sancto Petro Apostolorum principi, atque eius vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quorūlibet suasionibus vel quocunq; alio modo ad schisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reuersurum: sed semper me in unitate sanctę Ecclesię catholicę & communione Romani pontificis per omnia permanurum. Vnde iurans dico per deum omnipotentem, & hęc sancta quatuor Euangelia, quę in manibus meis teneo, & salutem gentium atque illustrum dominorum nostrorum rempublicam gubernantiū, me in unitate, sicut dixi, Ecclesię catholicę & communione Romani pontificis semper & sine dubio permanere. Quod si, quod abit, aliqua excusatione vel argumēto ab hac me unitate diuisero, periurij reatum incurrens, æternę pœnę obligatus inueniar, & cum auctore schismatis habeam in futuro seculo portionem. Hanc autem confessionē promissionisq; meę chartam notario meo cum consensu presbyterorum, & diaconorum, atque clericorum qui me in hac unitate obligantes, in suprascriptis omnibus prona simul voluntate secuti, atque propriis manibus subscripturi sunt, scribendam dictam, & propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo die & consule suprascriptis. Subscriptio episcoporum illorum. Ego ille episcopus civitatis illius huic confessioni promissioniq; meę prælitio de conseruandis suprascriptis omnibus sacramento subscripti.

Gregorius Columbo episcopo Numidię. De peruersitate Paulini Regensis episcopi.

Caput. XXXII.

Epi. 32.

**Q**uia bene olim est cognitum fraternitatę tuam sacerdotali grauitate, & zelo esse Ecclesiastico decoratam, satis oportere prospeximus, vt interesse ad cognoscēda ea quę correctionis indigent debeas, ne si fuerint dissimulatione postposita, licitum esse sibi credat quisque, quod potest. Qualiter autem fratrem nostrum Paulinum Regensis ciuitatis episcopū clericus suus, vel hi qui in sacro sunt ordine constituti, in se perhibeant corporaliter excessisse, audire non indiges, quippe quia priusquā hęc ad nos querela pertingeret, tibi iam factum est sicut eis afferentibus didicimus manifestum. Et quoniam præpositis in subiectorum pœna fas esse non debet læuendi, Victori fratri & coepiscopo nostro qui primatus inter vos locū tenet, curauimus scribendum, vt vnā cum tua fraternitate, vel cum aliis fratribus & coepiscopis nostris quos adhibere prospexeritis, inter memoratum fratrem & cōsacerdotem nostrum & clerum ipsius causa subtili debeat inuestigatione cognosci. Et ideo dilectio tua immineat atque sollicitudinem generat, vt ea quę ad nos perlata sunt, inaudita non transeant, ne discordia in Ecclesia vnde magnopere pellēda est nutriatur. Et si quidem contra eum clericorum suorum vera querela est, culpam suam quā sponte emendare despexit, in Ecclesiastici vigoris diffinitione cognoscat, vt & de præsentis sentiat quę sit graue quod fecit, & discat de futuro nil se plus agere posse quā licet. Præ omnibus igitur hortamur, vt zelum quę propter deum habere te nouimus, ardentius studeas exercere. Et quia memoratus frater noster Paulinus Ecclesiasticos ordines per simoniacam dare heresim, quod audire nephas est, dicitur: vnā cum antedictō primati vel aliis subtilius hoc & cū omni diligentia tibi sit curę perquirere. Et si ita, quod abit, inuentum fuerit, studendum atque agendum est, vt & eum qui præmium accipere, & eum qui dare non metuit, ca-

nonicę ultionis sententia feriat, quatenus horum emendatio multorum possit esse correptio. Et priusquā hęc radix mortifera conualecat, & plures interimat, totius concilij diffinitione damnetur, vt nullus vnquam pro quouis ordine accipere, nullus dare aliquid audeat, nec quisquam ex gratia sed ex merito promoueatur, ne & ordo Ecclesiasticus confundatur, & sit probitas vitę despectus, si præmiū meriti indignus acceperit. Hilario autem chartulario nostro iniunximus, vt si causa poposcerit, cognitioni vestrę interesse non reuocet. Si ergo necessarium fuerit, vestris illum apicibus vt illuc venire debeat, facite certiores, quatenus simul cum ipso tractantes, melius decernere quę statuenda sunt debeatis.

Gregorius Victori episcopo. De Paulino Regensis ciuitatis episcopo.

Caput. XXXIII.

**Q**uanto nobis letitię est fratres nostros cognoscere erga filios suos paterna charitate esse sollicitos, tanto tristitię deputamus, quanto eos ab illicitis nec aliorum fratrum reuerentia, nec sacerdotij preualet consideratio temperare. Quā igitur grauis & aspera aduersus fratrem nostrum Paulinum Regensis ciuitatis episcopum, clericorum eius vel eorum qui in sacro sunt ordine positi, sit querela, fraternitati tuę liquere non dubium est: quia latere te in vicino non potuit quod ad nos in lōginquo peruenit. Et quoniam valde cauendum est ne hoc quod eum frustra in se corporali iniuria queruntur excedere, aut licite præsumatur, aut fiat dissimulatione deterius, sic manifesti excessus canonica semper moderatione premendi sunt, vt vna res & præteritorum correptio, & esse possit regula futurorum. Proinde simul cum dilectissimo communi fratre Columbo episcopo vel aliis sacerdotibus quos præuideris inter suprascriptum fratrem nostrum & clericos ipsius causam subtili inuestigatione rimari te conuenit. Et si supplicatium querela veritate subsistit, ita hoc regulari emendatione corrigite, vt & quā sit malū quod fecit agnoscat, & officij sui terminos discat decetero non exire. Nec loci tui, sicut dicitur, ab eo postponi ordinem patiaris, ne illi despectus suus ad periculum, & tibi fiat ad culpam. Nam ad personam in priori loco positam respicit quicquid committitur, nisi sollicitę cognoscatur. Illud autem quod idem frater noster Paulinus Ecclesiasticos ordines dare sub præmio perhibetur: subtilius a vobis & omnino distictę querendum est. Et si ita, quod non optamus, esse claruerit, sic ad viciscendum hoc vester se propter deum zelus accendat, vt & ordinanti auaritia sua conuertatur ad pœnam, & illicita ordinatio effectū carens, ambitionis suę desiderio non fruatur. In quare hortamur atque præ omnibus admonemus, vt ita fraternitas vestra studeat esse sollicita, quatenus priusquā vnus vitio, simoniacę illic hereseos nequitia conualecat, sententię vestrę factō ex opere consilio radicitus amputetur. Nam quisquis ad hoc facinus emendandum officij sui consideratione vehementer non arserit, cum ipso non dubitet habere portionem, a quo prius hoc peculiare flagitiū sumpsit exordium. Et ideo, sicut diximus, hinc vigilanter atque studiosę agendū est, vt conciliū vestrū quod nunciatq; sine huiusmodi praua opinione deo custodiēte seruatum est, huius sceleris venena nec polluere possint, nec perdere. Præterea Hilario chartulario nostro præcepimus, vt si res exegerit, interesse vobiscum non differat. Vnde si necesse fuerit, vestris illi vt ad vos venire debeat, epistolis indicate, quatenus omnia vnā cum eo salubriter deo possitis adiuuante dirimere.

Gregorius Iohanni episcopo prime Iustinianę. De Paulo Dyaclina ciuitatis episcopo lapsō.

Caput. XXXIII.

**Q**vando mala quę pœnitentię fletu purganda sunt, augentur excessibus, ita maior delinquentibus est adhibenda correptio, vt & ipsi facinus suū saltem pœna vindicante cognoscant, & alios ab illicitis Ecclesiasticę tuitionis timor inhibeat. Dilectissimus itaque lator presentium Neemesion ad nos veniens indicauit, sicut & gestorum exemplaria quę huc detulit continebant, Paulum Dyaclina ciuitatis episcopum inter alia mala in corporale

**A**porate crimen lapsam, a suis fuisse clericis accusatum, atque habita cognitione, ita quod sine dolore dicere non possumus, claruit: atque insuper postquam conuictus est, etiam libellum in quo ea de quibus accusatus fuerat vera esse confessus est, obtulit. Qua de re, sententia illum episcopali depositum, & eius loco cum fraternitatis vestrae consensu esse episcopum ordinatum. Sed nunc eundem Paulum cum auxilio quorundam secularium iudicum venientem episcopium more praeconis ingressum, ablatiſq; violenter rebus Ecclesiae ab eo se proiectum, ac summa iniuria ad necem penè perductum. Et quoniam tanta nequitiae prauitas nec dissimulanda, nec leuiter attendenda est, fraternitas vestra haec omnia diligenter curet addiscere: & si ita se, vt edocti sumus, veritas habet, praedictum Paulum districta faciat executione compelli, vt quacunq; abstulit, omni mora vel excusatione cessante restituat. Si verò nihil Ecclesiae, sed suum proprium dixerit abstulisse, quantum graue & iniquum fuit vt non à vobis vel à metropolitano eius hoc peteret, sed temerario ausu agere praesumpserit, veruntamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestrae debet examinatione consistere, si verum est. Sed & illud diligenter quaerendum est, si quid male de rebus dilapidauit Ecclesiae, vt ex eo quod nunc abstulit, hoc reformare vel satisfaccere modis omnibus compellatur. Si autem differre tetauerit, quousque omne quod dilapidauit vel de substantia tulit Ecclesiae restituat, in monasterium mittendus est, vt saltem coactus reddat, quod male auferre non metuit. Quod si forte, quod non credimus, post depositionem suam inuerecundè ac mente peruersa aliquid de episcopatu loqui, atque rursus ad hoc qualibet aspirare praesumptione tentauerit, fraternitatis vestrae se contra improbitatem ipsius omnino vigor accendat, atque dominici corporis ac sanguinis communionem priuatum in monasterium cum usque ad diem obitus sui ad agendum curet poenitentiam retrudendum: quatenus perpetrati sceleris maculas dignis discat fletibus emundare, quas magis in interitu animae suae nequiter augere desiderat. Supraſcriptus autè dilectissimus filius noster Neemefion in loco suo & episcopatus officio proculdubio reformetur, & ne denuo hac de re inquietudinem ac molestiam patiatur, sollicitos vos esse necesse est: quia hoc non solum ad huius munitionem, verum etiam ad aliorum constat emendationem proficere, vt praueorum hominum praesumptio nihil de cetero contra sacrorum canonum statuta, vel Ecclesiastica disciplina villo modo audeat attentare.

Gregorius Constantio episcopo Scodritano. De Pauli facinore Diodatini.

Caput. XXXV.

Epist. 35

**Q**ua dilectissimus lator praesentium Neemefion, qui se dicit Dyacinae ciuitatis esse antistitem, de facinore Pauli Dyacini, vt ipse asserit, quondam episcopi questus sit, fraternitati tuae fuerant subtilius indicanda, nisi scire te omnia testaretur, quippe quem & compassum sibi, & voluisse subuenire perhibet, sed minime potuisse. Et quia tanti causa flagitij negligi vel transiri non debet impunita: ne eius imitatio, scelesti ab alijs, quod absit, sumatur audacia, fraternitas tua exemplaria scriptorum his subdita quae ad reuerentissimum fratrem nostrum Ioannem primae Iustinianae ciuitatis episcopum seruantes vices nostras direximus, diligentius relegat. Et si secundum eorum seriem explorare se cuncta posse cognoscit, ea quae illi mandauimus, ipse omnia ex nostra auctoritate exequaris & facias. Si verò hoc tibi quibusdam forte aduersantibus obstaculis vides esse difficile, studendum est vt eadem scripta nostra ad antedictum fratrem nostrum sine excusatione perueniant. Cui etiam & te conuenit imminere, vt ea quae ei à nobis mandata sunt, districtius exequi, & nulla debeant occasione letari, sed ita quae nequiter acta sunt, emendatione congrua corrigantur, quatenus vna res & vltio competens delinquentis, & formido sit alijs in eodem ordine constitutis.

Gregorius uniuersis episcopis concilij Vizachii. De Clementio primate eorum.

Caput. XXXVI.

**S**icut laudabile discretumque est, reuerentiam & honorem debere exhibere prioribus, ita rectitudinis & dei timoris est, si qua inter eos correctione indigent, nulla dissimulatione postponere: ne totum, quod absit, corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite. Ante multum siquidem temporis quaedam ad nos de fratre nostro Clementio primate vestro perlata sunt, quae cor nostrum non modico moerore transigerent. Sed prementibus diuersis tribulationibus, & maxime circumſaueuitibus hostibus, ea nobis non fuit spatium requirendi. Et quoniam ita sunt graua, vt transire indiscussa villo modo non debeant, fraternitatem vestram his hortamur affatibus, vt cum omni sollicitudine ac viuacitate veritatis indagare substantiam multis modis debeatis, vt aut, si ita sunt, vlnone canonica refecerit: aut si falsa, fratris nostri innocentia diu sub nephan da opinionis dilaceratione non faceat. Vnde ne quis delidiae torpor in requisitione sit, admonemus vt non cuiusquam personae gratia, non fauor, non blandimenta, vel quodlibet aliud, quenquam vestrum vel ad discutiendum quae nobis nunciata sunt, molliat, vel à tramite veritatis excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam vos propter deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc aut piger esse, aut negligentem se praesumpserit exhibere: dictis criminibus apud se omnipotentem dominum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perſcrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non mouetur.

Gregorius Firmino episcopo Histriae. De conuersione eius ad sanctam Ecclesiam catholicam.

Caput. XXXVII.

**Q**uem redemptor noster de seruatorum suorum numero perire non patitur, ita misericordiae suae inspiratione cor eius illustrat, vt deserto erroris obscuro, ad cognitionem lucis & viam redeat veritatis. Vnde suscepta charissime fraternitatis tuae Epistola, magna in domino exultatione gaudemus, quod diuina te gratia ad vnitatem Ecclesiae, à qua pertinacium & imperitorum hominum instinctu disunctus fueras, reuocauit. Sed quia quantum antiquus hostis superatum se conspicit, tanto insidiari acrius non quiescit, omnino sollicitum vigilantemq; te esse conuenit, atque scutum constantiae contra iacula ipsius praeparare, vt illiusa frangantur, & vim interiorum penetrandi non habeant. Nulla ergo te charissime frater rerum desideria, nulli terrores, nulla blandimenta, nulla seductiones, quae venenatis verborum sagittis animas insiciunt, à reuersionis tuae feruore te molliant, aut retro redire compellant: ne qui fortem superaueras, grauius à forti supereris, & captiuus, quod absit, post victoriam tenearis: sed magis vt mater Ecclesia per totum deo propitio orbem diffusa, ad suum te redisse gremium non inertem agnoscat, studiosissime tibi vigilandum ac laborandum est vt tecum possis & alios reuocare: quatenus damna quae auersionis tuae exemplo commiseras, non solum reuersionis bono refarcias, sed etiam lucrum exhibeas, vt ad promerendam praeteritorum veniam, & futurorum praemia capessenda plus domino tuo videaris reuocasse quam tuleras. Nobis ergo omnino curae erit, de fraternitatis tuae quiete, vt dignum est, cogitare: quia postquam nobiscum iam deo protegente vnus es, non aliter utilitates tuas quam nostras attendimus. Aliqua verò nobis de necessitatibus vestris Ioannes subdiaconus scripsit, sed credimus de dei nostri potentia, quia sanctus Petrus ad quem reuersi estis, vos deserere non debet. Modo autem de benedictione eiusdem sancti Petri transmissimus fraternitati vestrae paraturam vnam, quam vos necesse est cum ea charitate qua vobis est transmissa suscipere.

Gregorius Ciritano. De cura Sironici.

Caput. XXXVIII.

**G**loriae vestrae dudum scripta suscepimus, in quibus indicastis sollicitudini vestrae serenissimorum principum iussione curam Sironici fuisse mandatam, atque praecipuum esse vt omnis tritici quantitas quae in horreis nostrae Ecclesiae suscepta fuerat, vobis tradi ante omnia debuisset, & scripsistis vt hoc ipsum parari in species faceremus. Quod quidem quia vestrum, cuius ad nos quidem bona tanta perlata

D  
Epi. 36.  
2. q. 7. ca.  
Sicut iquit.

Epist. 37.

F

Epist. 38.



## EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

**G**perlata sunt, non fuerit, nouimus, & scitis quod durum quamque omnino difficile sit, ut res quae nec seruari, nec eo tempore ad emendum poterat inueniri, in species restitui peteretur. Veruntamen ut exui ab huius rei sollicitudine valeremus, studij nostri fuit, ut etsi cum maiori dispendio, omnino frumenta ipsa, sicut voluistis, in species faceremus praeparari. Post vero per latorem praesentium Euticium virum magnificum qui se illustrem praefectum esse commemorat, aliam nobis Epistolam transmisistis, ut quae summa eiusdem Sironici ab horreariis Ecclesiae sit suscepta, prodi inter acta publica debuisset. Et ideo ne per occasionem Ecclesiae, quaedam cuiquam nasci videatur occasio seu excusatio, & quantitatem, sicut scripsistis, defensores Ecclesiae prodiderunt, & quae putauerunt utilia, petiuerunt. Quod gloria vestra diligenter sollicitet, pertractet, & verba eorum non negligat. Nam quicquid post haec in praedicti Sironici specie dani contigerit, amplius iam ad Ecclesiae dispendium sciat nullo modo pertinere: quia nec habitatores ciuitatis istius, afflicti reuera homines, praedictum Sironicum in suo se asserunt detrimento posse suscipere. Haec igitur omnia gloria vestra cognoscens, ita de his quae sibi sunt commissa studeat cogitare, ut & utilitatem publicam faciat, & huius operis pondus Ecclesiae nostrae denuo ad grauamen pauperum non incumbat.

*Gregorius Desiderio episcopo. De Panratio monasterio monachorum sociando.*

H

Caput XXXIX.

Epi. 39.

**P**anratius lator praesentium, ut asserit, diaconus Apostolorum se liminibus representans, a nobis noscitur petuisse, ut eum fraternitati vestrae deberemus specialiter commendare. Intimauit etiam nobis quod in clericatus officio vestrae sit Ecclesiae mancipatus. Unde diuini motus inspiratione compunctus, gratiam monasticae conuersationis appetit, illicque in eodem quae sumpsit habitu, desiderans permanere, etiam diaconem se eiusdem monasterij factum esse commemorat. De cuius loci seruitio auelli nulla patitur ratione. Nunc quantum asserit, fraternitas vestra non quidem impedimentis intentum, sed affectu benevolentiae, in officium eum suae vult reuocare Ecclesiae. Hortamur igitur ut tam praeparae deuotioni eius, quam in sancto studet habere proposito, minime vestra sit impedimento fraternitas, magis autem quibus valetis adhortationibus pastoralis admonitione succedite, ut seruius huius desiderij in eo non tepescat, ut qui a turbulento curarum saecularium tumultu se segregans, quietis desiderio portum monasterij appetit, rursum in Ecclesiasticarum curarum non debeat perturbationibus implicari, sed in dei laudibus permittatur securum ab his omnibus remanere ut postulat.

*Gregorius Bonito defensori. De mancipio Fortunati abbatis.*

Caput XL.

Epi. 40.

**F**ilius noster Fortunatus abbas monasterij sancti Severini, quod in hac urbe Romana situm est, latrores praesentium monachos suos illic pro recolligendis mancipiis iuris sui monasterij, quae illic latitare dicuntur, dirigens, petit ut experientiae tuae ei debeant adesse solatia. Eapropter praesenti tibi autoritate praecipimus, ut eis in omnibus salua ratione concurrere ac opitulari festines: quatenus te illic coram posito, atque in hac causa ferente solatia, salubriter haec citius valeant quae sibi iniuncta sunt, ad effectum deo auctore perducere.

*Gregorius Romano defensori. Anthemio subdiacono, & Sauiuo subdiacono. Romanum cum hominibus suis commendat.*

Caput XLI.

Epi. 41.

**E**A quae sponte praebere nos conuenit, petiti negare non possumus. Et ideo quia gloriosus filius noster Romanus ex praetore possessiones suas & homines qui in illis sunt partibus, vestrae voluit experientiae commendari, hoc vobis praecipione mandamus, ut possessiones hominesque ipsius seruata aequitate tueri non desinat, atque ita in omnibus causis utilitatibusque ipsius concurrere ac solatari studeatis: quatenus & ille se hac adiutum commendatione cognoscat, & salubriter iniuncta exhibuisse comprobemini.

*Gregorius Deodato episcopo Mediolanensi. De Luminosa ancilla dei, & testamento eius.*

Caput XLII.

**N**Vlli dubium est: quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas, nulla est alienandi licentia: ita de eis quas ante habuerint, quicquid iudicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem vestram tempore quo ad nos fuit, quaestam esse recolimus, quod quaedam immobilia quae Constantius decessor vester Luminosa ancillae dei filiae fratris sui testamenti serie legati titulo dereliquit, iam episcopus acquisisset, decreuissetque nos ut si hoc constaret, nullum ex his Ecclesia vestra praedictum pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquam praedictae ancillae dei non facere, nec ei sine cognitione de his quae possidet, quicquam auferre. Sed si hoc Ecclesiae vestrae actores probari posse credunt, vestris nobis Epistolis indicate, ut qualiter hoc ipsum constare debeat disponamus: dummodo, cognita veritate, nec Ecclesia vestra pati praedictum, nec illa iniuste videatur affligi: quia, quantum aliqui perhibent, hoc supra dictus decessor vester non in episcopatu, sed dum adhuc esset diaconus acquisiuit. Unde necesse est ut, sicut diximus, facta probatione debeat constare quod verum est. Eandem vero ancillam dei fraternitati vestrae commendamus, ut a nullo eam patiatur grauari vel opprimi, ne si inquietata fuerit, ex huius causae occasione hoc pati quod non decet existimetur. Et ideo si quid forte fuerit quod debeat emendari, aut plane adhortationis vestrae moderamine corrigatur, aut certe nobis subtiliter nunciatur, quatenus & vos ab inuidia sitis extranei, & nos quod conuenit facere nullatenus omitamus.

*Gregorius Fantino defensori. De capitibus equarum Florentino dandis.*

Caput XLIII.

**E**Xperientiam tuam iam credimus cognouisse, dilectissimum filium nostrum seruum dei diaconum haeredem sanctam Romanam Ecclesiam, cui, deo auctore, deseruimus, reliquisse. Et quia legati titulo quatuor equarum capita Luminosa ancillae dei proxima suae dari constituit, atque nos petente dilectissimo filio nostro Florentino diacono xenodochio Anichiorum, cui praesse dinoscitur, decem equarum capita cum emissario suo praedidimus largienda, hac tibi idcirco praecipione mandamus, ut latori praesentium qui ad hoc illic ex opere missus, tam quatuor quae legata sunt, quam decem equarum capita, quas xenodochio concessimus, de equabus praefati quidem diaconi simul & emissarium sine aliqua debeas excusatione vel mora contradere.

*Gregorius Gennadio patricio. Droculfum de hostibus reuersum commendat.*

Caput XLIIII.


**D**roculfus praesentium portitor de hostibus ad re-publicam veniens, opinionis vestrae, quae longe lateque diffusa est, bono succensus, ad excellentiam vestrae obsequia summo desiderio festinavit occurrere. Et quoniam nostra se apud vos poscit Epistola commendari, paternam dulcedine saluantes, petimus ut eum sicut deus vobis in cor miserit ac vtile fuerit, excellentiam vestra ordinare dignetur, quatenus bona quae de nobis etiam positus adhuc inter hostes audiuit, in se valeat experiri, & excellentiam vestrae eius quoque ante omnipotentis dei oculos inter caeteras merces accrescat.

*Gregorius Venantio patricio. De factis Sanfonis exponendis.*

Caput XLV.

**D**ilectatissima excellentiam vestrae scripta suscepta, in quibus tantum de absentis colloctione gaudium sum, quantum ipsum qui locutus est, semper mihi cupio esse praesentem. Vultis ergo quaedam de Sanfonis factis allegorice differantur, sed tanta mihi debilitas corporis accidit, ut si qua subire valuerint, exercere animus non asurgat. Bono autem desiderio vestro congaudeo: quia dum expositionem sacrorum verborum cupitis, qua stricte ipsum auctorem eorundem verborum quaeritis, demonstratis. Si igitur

tur vi-



**A**ur vides saluti accepero, auctore omnipotente domino vestris desideris parebo. Oro autem ut in cunctis actibus vestris gratia vos superna custodiat, quatenus in bono opere & aspirando vos repleat & adiuvando confortet.

*Gregorius Vanthaleoni notario. De argento Ecclesiarum secum deferendo.*

*Caput. XLVI.*

Epi. 46.

**E**xpectabamus ut nos experientia tua de argento Ecclesiarum, vel aliis quas inuenit rebus omnino subtiliter redderet certiores, ut eius renunciatione quod fieri debuisset, deliberare minutius potuissemus. Sed non nos ita renuntiatio tua ut oportebat instruxit. Curæ ergo tuæ sit, ut argentum Ecclesiarum quod clerus & populus habet, apud quos prouideris, in similiarcho Ecclesie sub omni sollicitudine atque cautela deponas, atque de eodem deposito inde susceptum accipias. Argentum verò Ecclesiarum quod pro peccatis à clero & populo destitutum est, tecum huc defer. Si fortè tres aut quatuor clerici de ipsis ecclesiis cognoueris remansisse, facta notitia, quis, quomodo est, vel ubi habitat, nobis defer, ut eis si necessariū viderimus, quid singulis annis accipere valeat, statuere valeamus. Res verò quæ vetustate perire possunt, tecum similiter defer, ut ex eis quod utile visum fuerit, disponatur. Tu autem protegente domino inuenta nauigi prosperitate reuertere.

*Gregorius Romano defensori. De presumptione tonsuratis in Sicilia.*

*Caput. XLVII.*

Epi. 47.

**P**ruenit ad nos quod tonsuratores in Sicilia praua sibi presumptione nomen defensorum sumerent, atque eos non solum vtilitatibus Ecclesiasticis non esse viles, sed etiam hac occasione multa indisciplinata committere. Proinde experientie tuæ presentis autoritate precipimus, ut hoc diligenter inquirat. Et si quos sibi, præter eos qui huius rei Epistolam habent, hoc denuo nomen usurpare repererit, districta illud emendatione compescat. Si verò quosdam strenuos ac fideles in Ecclesiasticis negotiis esse probaueris, subtiliter nobis de eis te renunciare necesse est, ut vtrum digni sint Epistola indicemus. Præterea à Fortunato de iis quæ gessit, rationes subtiliter perscrutari te volumus, & satisfactis omnibus quæ debere constiterit, eum per patrimonium vel actionem aliquam Ecclesie nostræ transire ulterius non permittas: quia ita se, quantum ad nos peruenit, exhibuit, ut commune ali quid deinceps cum nostris habere non debeat. Præterea nunciatum est nobis Martinianum quendam qui nomen sibi defensoris assumpsit, fratri & coepiscopo nostro Joanni, cui curam patrimonij nostri commiseramus, exhibere obedientiam distulisse. Requirere ergo, & si verum est, exilio transmittatur, ut ex cuius Ecclesia honoris sibi falsum nomen arripuit, ministranti vtilitates ipsius, minimè obedisse, impunitum non sit. Sed & si qui sunt alij ordinationi memorati fratris nostri inobedientes, districta in eos ultione modis omnibus vindicantur.

*Gregorius Romano defensori. De uolentia Luminosi.*

*Caput. XLVIII.*

Epi. 48.

**L**uminosus presentium portitor violentiam se, uxoremque suam à Salustio viro clarissimo asserens sustinere, huc necessitate eadem faciente venire compulsus est. Vnde quia seruum sanctæ Mariæ quod est parocchie Grumentinæ se esse asserit, necesse est ut Ecclesiastica tuitione valletur. Experientia itaque tua præfato supplici ecclesiastica non desistat impartire solatia, eumque de quo queritur admonere, quatenus se ab eorum inquietudine compescat. Sin verò est quod sibi in eis rationabiliter dicat posse competere, electorum iudicio terminetur, tuaque quicquid definitum fuerit, executione modis omnibus impleatur.

*Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De redditibus Ecclesie suscipiendis.*

*Caput. XLIX.*

Epi. 49.

**F**ilij nostri Paschasius vir magnificus, & Blácho vir clarissimus conuerti sunt nobis sanctitatem vestram redditus, qui sanctæ Romanæ Ecclesie debentur, non alibi

nisi aut in suburbano ciuitatis, aut in massa, quæ dicitur Gelas, velle percipere. Quod ego non ita actum intelligo, sicut hi qui murmurant putant. Scio enim sapientiam fraternitatis vestræ, & idcirco vos arbitror talia proposuisse, ut per eandem propositionem quocumque in loco redditus viles potuissetis accipere. Laudo frater charissime intentionem charitatis tantæ, & vehementer amplector, quia sic curam Ecclesie nostræ agitis, quæ profectò vestra est, sicut & vestra, quæ nostra est. Tamen nec in suburbano, nec de massa Gelas, filij mei excellentissimi Italica & domus Venantij redditus quos promiserunt sunt petendi. Sed siue in Syracusana, siue in Panormitana parte date voluerint, hoc solum vestra sanctitas sit intenta, ut viles per omnia redditus accipiat, secundum promissionem pacti vel cautionis quæ misimus. Ita ergo sanctitas vestra prouideat, ut nec dilecti filij mei prædicti derelictis suburbanis sibi necessariis contristentur, nec nostra Romana Ecclesia damnum aliquod vel minorem vtilitatem in eorum reddituum perceptione sustineat.

*Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ. De uxore Stephani redimenda.*

*Caput. L.*

Epi. 50.

**S**tephanus presentium portitor, qui uxorem se Ecclesie nostræ ancillam habere perhibet, octo se solidis ab Agello seniore de hostibus comparatum innotuit. Et quia ad eorum restitutionem se inopem esse commemorat, experientia tua diligenter inquirat, & si ita esse cognouerit, nec habere unde suum possit precium reddere, cum prædicto seniore ad quantum potueris ordina, & precium ei quod tibi statuerit, restitue: securus quia tempore quo rationes tuas positurus adueneris, de captiuorum redemptione quod dederis, tibi restitui faciemus.

*Gregorius Eugenio diacono. De seruis del Blerana ciuitatis.*

*Caput. LI.*

Epi. 51.

**S**erui dei monasterij quod in Blerana ciuitate est constitutum, de terris suggererunt necessitatem se grauissimam sustinere. Et quia talibus nos personis oportet ferre consultum, experientie tuæ hac autoritate precipimus, quatenus appendicem quæ Agellus dicitur, ex corpore massæ Gratilianæ cum suis finibus eis debeas contradere, quod eis saluo iure Ecclesie nostræ in xxxvj. annorum spatium concessimus habere. Sed & terrulam modiorum xxx. ex prædicta massa quam pridem à nobis sibi datam possidere noscuntur, pariter in prædicto annorum spatio, eos habere concedimus: quatenus tali provisione congregatio illic consistens huius rei valeat habere solatium. Experientia itaque tua huius præcepti autoritate suffulta, prædictas terras eis tradere non moretur, ut liberiori animi in dei laudibus valeant permanere.

*Gregorius Felici episcopo Portuensi. Ioannem samulum dat.*

*Caput. LII.*

Epi. 52.

**C**haritatis vestra gratia prouocati, ne infructuosi vobis videamur existeri, præcipue cum & minus vobis habere seruitia nouerimus, ideo Ioannem iuris Ecclesiastici famulum, natione Sabinum, ex massa Flauiana, annorum plus minus decem & octo, quem nostra voluntate diu iam possidetis, fraternitati vestræ iure directo donamus atque concedimus: ita ut eum habeatis, possideatis atque iuri proprietatisque vestræ vendicetis atque defendatis, & quicquid de eo facere volueritis, quippe ut dominus, ex huius donationis iure libero potiamini arbitrio. Contra quam munificentie nostræ chartulam nunquam nos successoresque nostros noueris esse venturos. Hanc autem donationem à notario nostro per scriptam legimus, atque subscripsimus, tribuentes etiam non expectata professione vestra, quo volueritis tempore alligandi licentiam legitima stipulatione & sponione interposita. Actum Romæ.

*Gregorius Venantio episcopo Perusino. De Ecclesia episcopo frigore laborante.*

*Caput. LIII.*

Epi. 53.

**F**ratrem & coepiscopum nostrum Ecclesium frigore omnino laborare cognouimus, pro eo quod hyemalem vestem non habeat. Et quia aliquid sibi à nobis petere debere

G debere transmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem præsentium trāsmisimus emphibalum, tunicam vel pectoralem, vt à te ei debeat sine mora transmitti. Et ideo ad prædictum fratrem nostrum sub omni illud celeritate stude transmittere, atque hoc ipsum nobis, quia transmiseris, tuis renunciare epistolis non omittas: sed ita fac vt ad transmittendum, quia vehemens frigus est, moram aliquam minimè facias.

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De conuersione Monophysitarum.

Caput. LIII.

Epist. 54.

**L**atores præsentium Siciliam venientes, à Monophysitarum errore conuersi sunt, atq; sanctæ vniuersali Ecclesiæ semetipsos adunauerunt. Qui ad beati Petri Apostolorum principis Ecclesiam pertendentes, poposcerunt à me, vt eos meis epistolis vestrae beatitudini comendare debuissim: quatenus ab hæreticis qui iuxta ipsos sunt, nullam iam violentiam perpeti permittantur. Et quia vnus eorum dicit monasterium in quo fuit, à parentibus suis fuisse constructum, auctoritatem desiderat à sanctitate vestra percipere, vt hi qui in eo sunt hæretici, aut ad sinum sanctæ Ecclesiæ redeant, aut de eodem monasterio repellantur. Hæc à nobis vobis indicata esse sufficiat: nam de vestra beatitudine nouimus, quia quicquid ad zelum dei omnipotentis pertinet, cum omni facere feruore festinet. Pro me verò vt oretis peto: quia inter gladios Longobardorum quos sustineo, podagra doloribus vehementer affligor.

Ioannis episcopi ad Gregorium papam. De usu pallii, & diuersis ornatibus.

Caput. LV.

Epi. 55.

**R**euerentissimus conseruus meus Castorius Apostolicæ sedis vestrae notarius reddidit mihi domini mei Epistolam consortem mellis & vulneris. Quæ sic tamen infixit aculeos, vt locum non subtraheret medicinæ. Nam qui superbiam, diuinum sequens iudicium, reprehendit, merito se mitem ac placidum quodammodo profiteatur. Commemoratis igitur quod ego nouitatis ambitione, pallij vsum supra quam antecessoribus meis indultum fuerat, vsurpassim. Quod proprii domini mei conscientia, quæ diuina regitur dextera, nullo modo credere patitur, nec opinionis incerto aures sacratissimas aperire. Primum, licet peccator, noui tamen quam graue sit terminos nobis à patribus affixos transcedere, & quod omnis elatio nihil aliud habeat quam ruinam. Nam si maiores nostri in regibus superbiam non tulerunt, quanto magis non est in sacerdotibus sustinenda? Deinde recolo me in sinu atque in gremio sacrosanctæ Ecclesiæ vestrae Romanæ & nutritum, & deo auxiliante prouectum. Et quibus aures ego sanctissimæ illi sedi, quæ vniuersali Ecclesiæ iura sua trāsmittit, præsumpsim obuiare, propter cuius conseruandam auctoritatem, sicut deo manifestum est, multorum contra me inimicorum inuidiam grauiter excitari. Sed beatissimus dominus meus nihil me contra prisecam consuetudinem existimet attentasse, quod à multis & propè ab omnibus ciuibus huius vrbs attestatur, inter gesta etiam si acquiescisset, & superscriptus reuerentissimus notarius potuerat attestari, quoniam iam de secretario descendentes filijs Ecclesiæ, & ingredientibus diaconibus vt mox procedatur, tunc primus diaconus episcopo Rauennatis Ecclesiæ pallium consuevit induere, quo & in lætantiis solennibus vti pariter consuevit. Nullus ergo contra me domino meo conetur surripere: quia si vult, deo custode, non esse potest quod à me aliqua nouitas fuisset introducta. Quia enim iussionibus vel utilitatibus vestris vbi causa exegerit paruerim, omnipotens deus cordi vestro purissimo faciat manifestum: & hoc peccatis meis imputo, quod post tot labores atque angustias quas intus forisq; sustineo, talem vicissitudinem merear inuenire. Sed iterum me illa res inter alia consolatur, quod interdum sanctissimi patres ob hoc tantummodo castigant filios suos, vt eos faciant potiores, & post hanc deuotionem ac satisfactionem sanctæ Rauennatis Ecclesiæ quæ peculiariter vestra est, non solum vetera priuilegia conseruatis, sed & maiora vestris temporibus conferatis. Nam quod de mappulis à presbyteris & diaconibus

meis præsumptum Apostolatus vester scripsit, verò fateor & tædet me aliquid exinde commemorare, cum per se veritas, quæ apud dominum meum sola præualet, ipsa sufficiat. Nam cum hoc minoribus circa urbem constitutis Ecclesiis licitum sit, poterit etiam apostolatus mei domini si venerabilem clerum primæ apostolicæ sedis suæ requirere dignatur, modis omnibus inuenire: quia quoties ad episcopatus ordinationem seu responsi sacerdotes vel leuitæ Rauennatis Ecclesiæ Romam venerunt, quod omnes in oculis sanctissimorum decessorum vestrorum cum mappulis sine reprehensione aliqua procedebant. Quare etiam eo tempore quo istic à predecessore vestro peccator ordinatus sum, cuncti presbyteri & diaconi mei in obsequium domini papæ mecum procedentes vsi sunt. Et quia præuidens deus noster omnia in manu vestra, & in conscientia purissima collocauit, adiuro vos per ipsam sedem apostolicam, quam à natura moribus nunc etiā honore debito gubernatis, vt in nullo Rauennati Ecclesiæ quæ familiariter vestra est, pro meo merito priuilegia quibus hucusq; vsa est minuat: sed secundum vocem propheticam, in me & in domo patris mei secundum suum meritum transferatur. Quia ergo vniuersa priuilegia quæ sanctæ Rauennati Ecclesiæ à prædecessoribus vestris indulta sunt, pro maiori satisfactione subiecti in scrinijs venerabilibus secundum consecrationem decessorum meorum tempora fidem nihilominus repereris, nunc verò in dei & vestra est potestate, quicquid veritate cognita fieri iusseritis, quoniam ego iussionibus apostolatus domini mei parere desiderans, quanuis antiqua consuetudo obtinuit, vsque ad sanctam iussionem abstinere curauit.

Exemplum præcepti generalis.

Caput. LVI.

**D**ilectissimo fratri Petro Gregorius. Omni conuenire nouimus rationi, vt eos amictu pallij decoremus, quos in illis ciuitatibus, diuina inspirate misericordia sacerdotij honor illuminat: in quibus hoc etiam ab illis qui præteritis temporibus pontifices fieri meruerunt, & ab apostolica sede constat esse indultum. Ideoq; charitati tuæ vsum pallij sicut decessores tui habuisse noscuntur, præsentia auctoritate concedimus, atque ea omnia circa honoris tui priuilegium volumus permanere, quæ anterioribus temporibus Ecclesiæ tuæ constat esse seruata, vt nihil prorsus de priuilegijs eius doleas diminutum. Deus te incolumem custodiat.

Finunt Epistolæ Indictionis quintæ.

LIBER VNDECIMVS.

Incipiunt Epistolæ Indictionis sextæ ex registro beati Gregorij Papæ.

Gregorius, De Foca coronato & Mauricio interfecto cum filiis suis.

Caput. I.



**I**n nomine domini dei & saluatoris nostri Iesu Christi, per Indictionem sextam die xxij. mensis Nouembris, temporibus domini, & beatissimi papæ Gregorij, coronatus est Focas, & Leontia Augusta septimo palatio quod dicitur Secundianus: & occisus est Mauricius Imperator, cum omnibus filiis suis masculis, id est, Theodosio iam coronato, Tiberio, Petro, Paulo, & Iustiniano: simul & Petro fratre superscripti Mauricij Augusti. Sed & aliqui procerum qui ei coherabant, id est, Constantius patricius, & curator de Placidias, sed & Georgius notarius principis. Venit autem Icona superscriptorum Focæ & Leontia Augustorum Romam. vi. cal. Maij, & acclamatum est eis in Lateranis, in basilica Iulij ab omni clero vel senatu, Exaudi Christe: Focæ Augusto, & Leontia Augustæ vita. Tunc iussit ipsam Iconam dominus beatissimus



A tiffimus & apostolicus Gregorius papa reponi in oratorio sancti Caesaris martyris intra palatium. sermo beati Gregorii papae tempore mortalitatis. Ut plebs faciat septem Letanias diuisim secundum statuta in uno die.

Caput. II.

Epist. 2. Hier. 4. Ezech. 18. Mat. 27. Psal. 49. Portet fratres charissimi, ut flagella dei que metuerentur ventura debemus, saltem presentia & experta timeamus. Conversionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa iam quam patimur poena dissoluat. Ut enim propheta teste predictum est: Peruenit gladius vsque ad animam. Ecce enim cuncta plebs caelestis terrae mucrone percussit, & repentina singuli caede vallatur. Nec languor mortem praevenerit, sed languoris moras, ut certis, mors praecurrat. Percussus quisque ante rapitur, quam ad lamenta poenitentiae convertatur. Pensate ergo qualis ad conspectum districti iudicis peruenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quippe non ex parte subtrahuntur, sed pariter corrumpunt. Domus vacuae relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, & sui eos ad interitum haeredes praecedunt. Vniquisque ergo nostrum ad poenitentiae lamenta commoveatur, dum flere ante percussorem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errando commisimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Praeviamus faciem eius in confessione, & sicut propheta admonet, Levemus corda nostra cum manibus ad deum. Ad deum quippe corda cum manibus levare, est orationis nostrae studium cum merito bonae operationis erigere. Dat profecto, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & viuat. Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate desperet. Veterinosas namque Ninivitarum culpas triduanam poenitentiam absterisit, & conversus latro vitae praemia etiam in ipsa sententia suae mortis emeruit. Levemus igitur corda, & praesumamus nos iam percepisse quod petimus. Citius ad precem iudex flebitur, si a pravitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tantae animadversionis gladio, nos importunis fletibus insistamus. Ea namque quae ingrata esse hominibus importunitas solet, iudici veritatis placet: quia pius ac misericors deus a se vult veniam precibus exigi, qui quantum meremur, non vult irasci. Hinc etenim per Psalmistam dicitur: Inuoca me in die tribulationis tuae, & eripiam te, & magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est: quia inuocantibus misereri desiderat, qui monet ut inuocetur. Proinde fratres charissimi contrito corde, & correctis operibus crastina die primo diluculo ad septiformem letaniam iuxta distributionem inferius designatam deuota mente cum lachrymis veniamus. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere praesumat: quatenus ad sanctae genitricis domini Ecclesiam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, simul omnes mala quae fecimus deploremus, ut districtus iudex dum culpas nostras nos punire considerat, ipse a sententia propositae damnationis parcat. Letania Clericorum exeat ab Ecclesia beati Ioannis baptista. Letania viro- rum, ab Ecclesia beati martyris Marcelli. Letania monachorum, ab Ecclesia beati martyris Ioannis & Pauli. Letania ancillarum dei, ab Ecclesia beatorum martyrum Cosmae & Damiani. Letania foeminarum coniugarum, ab Ecclesia beati primi martyris Stephani. Letania viduarum, ab Ecclesia martyris Vitalis. Letania pauperum & infantium, ab Ecclesia beatae martyris Ceciliae. Facta sunt haec in basilica sanctae Sabinae sub die. iij. calend. Septembris. Indictione. vi.

Gregorius dilectissimis filiis Romanis ciuibus. De hoc quod si necesse fuerit, corpus dominico die lauare possint, sicut & faciem. Et de sabbato non custodiendo.

Caput. III.

Epist. De conse. Hier. 4. Peruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homines, praua inter vos aliqua & sanctae fidei aduersa seminafle, ita ut die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi praedicatorum dixerim? Qui veniens, die sabbatum atque dominicum ab omni faceret opere custodiri. Quia enim mori se & resurgere simulat, haberi in venera-

tionem vult dominicum diem, & quia iudaizare populum compellit, ut exteriorum ritum legis renocet, & sibi iudaorum perfidia subdat, colit vult sabbatum. Hoc enim quod per prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati: tandiu teneri potuit, quandiu legem licuit iuxta literam custodiri. At postquam gratia omnipotentis dei domini nostri Iesu Christi apparuit, praecipua legis quae per figuram dicta sunt, iuxta literam seruari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato seruandum, dicat necesse est etiam carnalia sacrificia persoluenda: dicat praecipuum quoque de circuncisione corporis hucusque retinendum. Sed contra se Paulum apostolum audiat dicentem: Si circuncidamini, Christus vobis nihil prodest. Nos itaque quod de sabbato scriptum est, spiritaliter accipimus, spiritaliter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem sabbatum ipsum redemptorem nostrum Iesum Christum dominum habemus. Et qui lucem fidei eius agnoscit, si peccata concupiscentiae ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati per portas introducimus onera, si in redemptoris nostri gratia constituti, pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahimus. Nam idem dominus ac redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus, ita ut iudeos reprehenderet dicens: Quis vestrum bouem aut asinum suum non soluit in die sabbati, & ducit ad aquam? Si ergo ipsa per se veritas non custodiri iuxta literam sabbatum praecipit, quisquis otium sabbati secundum legis literam custodit, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit? Aliud quoque ad me perlatum est vobis a peruersis hominibus esse praedicatum, ut dominico die nullus debeat lauare. Et quidem si pro luxu animi ac voluptatis quis lauare appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum namque est: Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam. Et rursum scriptum est: Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit. Nam si dominico die corpus lauare peccatum est, lauare ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente necessitate toto corpori negetur? Dominico vero die a labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, ut si quid negligentiae per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominicae precibus expietur. Haec filii charissimi certa constantia & recta praediti fide custodite, stultorum hominum verba despiciate, & omnia quae ab eis dici cognoscitis, nolite facile credere: sed in rationis trutinam pensate, ut dum erroris veteris fortis stabilitate resistitis, ad solida caelestis regni gaudia peruenire valeatis.

Gregorius Adeodato abbati Neapolitano. De Catherensi monasterio suo iungendo.

Caput. III.

Epist. 4. Quantum bene dispositae fratrum congregationi animus noster ex interni desiderii intentione congaudet, tantum ex destitutis & penes in desolatione positus, ut pastoralis sollicitudinis eis citius cura subueniat, vehementi merore concutitur. Monachi siquidem monasterii quod Crateras dicitur: Neapolitanae urbi e vicino fundati, porrecta nos petitione informasse noscuntur, locum ipsum ita penes funditus seruorum dei obsequiis destitutum, ut vix illic remanserint qui loci ipsius solummodo valeant esse custodes. Ob quam rem lachrymabiliter supplicantes a nobis poposcisse noscuntur, ut monasterio vestro ipsum munire monasterium deberemus: quatenus per sollicitudinem tuam, & deinceps succedentibus aliis, locus ipse auctore deo regulari valeat ordinatione disponi. Sed dum huic rei frater & coepiscopus noster Basilius Capuanus Ecclesiae praesens fuisse inuentus, extitit valde contrarius, asserens locum ipsum olim monasterio alij dicecesis suae fuisse coniunctum, & ideo minime in alterius Ecclesiae ius debere contrahi. Contra quam obiectionem Neapolitanae rursus clerus Ecclesiae multo esse aliter quam dicebatur oppositis allegationibus replicabat, quibus diuersa sententibus ne constituere quicquam



## EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

**G**ulicquã dubiè videremur, deputatis cognitoribus institui-  
mus inter eos esse iudicium. Quibus renunciantibus manife-  
sta ratione comperimus fratrem & coepiscopũ nostrum Ba-  
silium nullum in prædicto Craterensi monasterio ius habe-  
re. Quo cognito, monachis pia poscentibus, necessariò duxi-  
mus præbere consensum. Præsentis itaq; præcepti nostri au-  
thoritate idem Craterense monasterium cellæ vestræ consti-  
tuimus vniendum. Hoc præcipue commomentes, vt locus ipse  
ita cū diuino solatio per vos deinceps debeat ordinari: qua-  
tenus dum ab hoste licuerit, deputati à vobis illic monachi  
debeant iugiter in dei laudibus permanere: perturbationis  
verò tempore intra urbem, in cellam quippe propriam, reuo-  
cari. Res verò omnes eidem monasterio competentes, dilige-  
ti volumus cura perquiri atque recolligi, easque vt tibi vi-  
sum fuerit, aptè disponi. Nihilque quod eidem monasterio  
competit, à quoquam detineri permittas, sed omnia in ius Ec-  
clesiæ, quippe iam tuæ, reformare non negligas, vt cunctis  
salubri ordinatiõe dispositis, quæ deo placita & nostra sunt  
auctoritate suffulta, perpetuis maneant inconuulsa tempo-  
ribus.

*Gregorius Adeodato seruo dei. Permittit testamen-  
tum de rebus suis legitime facere.*

*Caput. V.*

Epi. 5.

**E**ffectum iusta postulantibus indulgere, & vigor æqui-  
tatis, & ordo exigit rationis, præsertim quando peten-  
tium voluntatem & pietas adiuuat, & veritas non relin-  
quit. Quia igitur priusquã in monasterio sancti Adriani, vbi  
es conversus, intrares, rerumq; tuarum illic donatione emit-  
teres, domos, & hortos intra ciuitatem, seu terras rationales,  
vel vineas in fundo, sicut nos docuisti, Carisuiano, pariter &  
portiones tuas in fundo Fulloniaco, vel ex aliquibus manci-  
piis tuis, quibus antè concessa libertas est, verbo largitus es:  
ipsa quoque donatio licet possit iure subsistere, præcipue in  
hoc quod ab illis tribuitur, qui cum pompis suis seculum re-  
linquentes, ad dei se eligunt conferre seruitiũ, tamen ne quid  
futurum tempus oblivionis nubilo huic derogare quicquam  
valeat largitati, scripturæ hoc desideras tradere monumen-  
tis. Quod vt queat robustum existere, à nobis tibi polcis da-  
ri licentiam. Ideirco huius tibi præcepti nostri pagina liberam  
hoc faciendi concedimus facultatē: quatenus dum omnia à te fuerint expressa, & designatione tua nouerint esse su-  
um, quod cunctis modo commune est, & ipsi sine contentio-  
ne donata possideant, & voluntas tua quid ad quæ pertinere  
voluerit, esse nõ possit ambigua. Quicquid enim huiusmo-  
di scriptura interueniente feceris, firmũ, stabileq; & ex rei ip-  
sius veritate, & ex hac nostra auctoritate nõ dubites: quippe  
quia non nouum aliquid facere quod lege est vetitũ, sed du-  
dum factum videris exprimere, & salubriter amputandi cau-  
sa litigij literarum memoriæ seruanda reponere.

*Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De ab-  
batissa Desideria.*

*Caput. VI.*

Epi. 6.

**Q**vando inter religiosas personas de terrenis rebus  
controversia nascitur, ita sacerdotali est sollicitu-  
dine finienda, vt crescere non possit ex mora con-  
tentio. Desideria siquidem abbatissa, latrrix  
præsentium, huc veniens quæstia est substantiam parentum  
suorum pariter & germani sui sibi rationabiliter competi-  
tem, à Ioanne abbate indebitè detineri. Et quia eandem cau-  
sam interueniente peti iudicio terminari, fraternitas vestra  
adhibitis sibi Innocentio atque Libertino fratribus, coepi-  
scopisq; nostris, cum eis negotij huius qualitatem diligen-  
ter examinet, & pari cõsilio communiq; tractatu ita se in de-  
finiendo ex omni latere festinet exhibere sollicitum, quate-  
nus & ipsa omni inuidia fauoris ac negligentiæ careat, & in-  
ter illos post definitionem vestram aliquod non possit liti-  
gium remanere. Si vero aliqua ex lege vobis ad proferendã  
sententiam fuerit nata dubietas, sapientem virum, & quem  
nobis dei timorẽ habere præ oculis, requirite, vt ab eo quid  
sit legitimum informati, nullam reprehensionem vestræ de-  
finitionis valeat calculus sustinere.

*Gregorius Eleutherio episcopo. Vt propter infir-  
mitatem episcopus non deponatur, nisi petierit.*

*Caput. VII.*

**Q**uanis triste nobis sit valde quod loquimur, atq; Epi. 7.  
fraterna nos compassio flere potius vrgeat quã 7. q. 1. ca.  
aliquid de auditis finire permittat: suscepti tamen Quomodo  
sollicitudo regiminis cor nostrum instanti  
pulsat aculeo, magna nos ecclesiis cura prospicere, & ante-  
quam earum possit utilitas deperire, quod fieri debeat, deo  
authore disponere. Peruenit igitur ad nos, quibusdam refer-  
rentibus, quendam episcopum ita passionem capitis incur-  
risse, vt quod mente alienata agere soleat, gemitus & fletus  
audire sit. Ne ergo languente pastore grex, quod absit, infi-  
diatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesiæ ipsius  
utilitates deperiant, cauta nos necesse est prouisione tracta-  
re. Et ideo quia videntem episcopum ab officio suo neces-  
sitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius, nisi re-  
cusante eo, nulla sinit ratio ordinari. Sed si interualla ægri-  
tudinis habere est solitus, ipse data petitione non se ulterius  
ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia  
subuertente infirmitate posse fateatur assurgere, & alium in  
loco suo expetat ordinandum: quo facto omnium solemniter  
electione alter qui dignus fuerit episcopus solemniter confe-  
cretur: sic tamen vt quousq; eundem episcopum in hoc seculo  
vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia mini-  
strentur. Enimvero si nullo tempore ad sanæ redit mentis of-  
ficium, persona fidelis ac vitæ est probabilis eligenda, quæ  
ad regimen Ecclesiæ idonea possit existere, atq; de animarũ  
utilitate cogitare, inquietos sub disciplinæ vinculo restrin-  
gere, ecclesiasticarum rerum curam agere, & maturum atq;  
efficacem se in omnibus exhibere. Qui etiam si episcopo qui  
nunc egrotat superstes extiterit, loco eius debeat consecrari.  
Ordinationes vero presbyterorum vel diaconorum, seu alte-  
rius ordinis si fieri eadem Ecclesia causa poposcerit, frater-  
nitati tuæ noueris reseruandum, quatenus si tuæ est diæce-  
seos, de eius qui ad hoc eligitur, vita, moribus, actũq; per-  
quiras. Et si placuerit, nec est quod in eo iudicium canonicæ  
districtiõis reprehendat, ad destinatum ordinem non aliter  
niũ te ordinatè perueniat. ita ergo fraternitas tua faciat, atq;  
hæc vigilantia prouidenti disponat, vt nec dei Ecclesia ne-  
glectum ulterius habeat, & sacerdotes suos non solũ ver-  
bis, sed etiam exemplo locorum venerabilium curam lauda-  
biliter habere commoneat.

*Gregorius Brunichilde reginæ Francorum. De  
pace ordinanda. De Menna episcopo. De quo-  
dam episcopo capitis infirmitate detento. De pri-  
uilegiis monasteriorum eius.*

*Caput. VIII.*

**I**nter alia bona hoc apud vos præ cæteris tenet principa- Epi. 8.  
tum, quod in medijs huius mundi fluctibus qui regentis  
animos turbulenta solent vexatione confundere, ita cor  
ad diuini cultus amorem & venerabilium locorum disponen-  
dam quietem reducit, ac si vos nulla alia cura sollicitet. Vn-  
de quia huiusmodi præpositorũ actio, subiectorum magna  
solet esse munitio, plus alijs gentibus gentem Francorum as-  
ferimus foelicem, quæ sic bonis omnibus præditam meruit  
habere reginam. Epistolis autem vestris indicantibus agno-  
scentes Ecclesiam vos sancti Martini in suburbano Augustu-  
dunensi, atque monasterium ancillarum dei, necnon & xeno-  
dochium in vrbe eadem construxisse: valde lætati sumus: &  
gratias omnipotenti deo retulimus, qui cordis vestri sine-  
ritatem ad hæc operanda compunxit. Qua de re vt & nos bo-  
nis vestris in aliquo participes haberemur: priuilegia locis  
ipsis pro quiete & munitioe illic degentium, sicut voluistis,  
indulsumus: nec excellentiæ vestræ amplectenda nobis deide-  
ria, vel ad modicum differre pertulimus. Paterna præterea  
charitate salutationis præmittentes alloquium, indicamus il-  
lustribus filiis nostris: vestræ verò excellentiæ famulis ac le-  
gatis Burgoaldo, & Varmaricario nostrum nos secundum  
vestra scripta præbuisse secretum. Qui omnia quæ sibi in-  
iuncta dixerant, subtili nobis insinuatione referasse noscun-  
tur. De quibus curæ nobis erit sequenti tempore excellen-  
tiz



29. 5. 64. Mennam.

**A**tie vestrae quid actum fuerit indicare. Nam nos quicquid potest utile ad ordinandum pacem inter vos & rempublicam pertinet, summa deo auctore, cupimus deuotione compleri. Mennam vero reuerentissimum fratrem & coepiscopum nostrum, postquam ea quae de eo dicta fuerant requirentibus inuenimus culpabile esse, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri Apostoli sub iurcurando satisfaciens, ab his quae obiecta eius opinioni fuerant, se demonstrauit alienum, reuerti illuc purgatum absolutumque permisimus: quia sicut dignum erat ut si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonicè puniremus: ita dignum non fuit ut eum adiuuante innocetia diutius retinere vel affligere in aliquo deberemus. De quodam autem episcopo quem capitis infirmitas, sicut nobis praedicti magnifici viri dixerunt, administrare suum non fuit officium, fratri coepiscopoque nostro Ethorio scripsimus: ut si interualla eiusdem infirmitatis habuerit, data petitione ad implendum se locum suum profiteatur non posse sufficere, sed alium Ecclesiae suae postulet ordinandum: quia uiuente eo quem ab administratione officij sui non culpa, sed aegritudo subducit, alium loco ipsius sacri nullo modo permittunt canones ordinari. Si vero nullo tempore ad mentis sanae redit officium, quae rei persona debet uita & moribus decorata: quae & animarum curam gerere, & eiusdem Ecclesiae causas utilitatesque salubri valeat ordinatione disponere: talisque sit, ut si superstes extiterit, eius possit loco succedere. Sed & si qui sunt in sacro ordine, vel ad clericatus ministerium promouendi, antefato reuerentissimo fratri nostro Ethorio: tamen ipsius est dioceseos, referendum nunciandumque decreuimus: ut inde habita inquisitione si nulli culpae quas sacri canones insequuntur, subiecti sunt, ipse eos debeat ordinare. Excellentiae ergo vestrae cura nostrae se dispositioni coniungat: quatenus nec Ecclesiae utilitates, quarum nobis maximus amor est, pereant: & bonis excellentiae vestrae mercedis augmenta succrescant. Similiter vero de quodam bigamo requisiti, an ad sacrum ordinem potuisset accedere, iuxta canonicam regulam omnino vetuimus. Absit enim ne vestris temporibus, in quibus tam multa pia ac religiosa agitis, aliquid contra Ecclesiasticum institutum fieri permittatis. Praefati autem viri magnifici filij nostri dato capitulari inter caetera petierunt, quod sibi ex vestra perhibuere iussione mandatum: ut talis debeat a nobis in Gallis persona transmitti, quae facta synodo cuncta quae contra sacratissimos canones perpetrantur, omnipotenti deo auctore possit corrigere. In qua gloriae vestrae cura cognouimus quam de vita animae & de regni vestri soliditate cogitatis: quia redemptorem nostrum formidantes, eiusque in omnibus praeccepta seruantes, & hic agitis uti regni vestri gubernacula subsistant: & post longa annorum curricula vos quoque de terreno regno ad regnum caeleste transeatis.

**C** Apto autem tempore si deo placuerit, veneranda excellentiae vestrae desideria implere curabimus. Nos itaque pro munitione locorum de quibus excellentia vestra scripsit, omnia sicut uoluit sancire studuimus. Sed ne sortasse ab eorum locorum praepositis eadem decreta nostra tempore quoquo supprimantur, pro eo quod eis quaedam interdictione esse noscuntur, haec eadem constitutio gestis est publicis inserenda: quatenus sicut in nostris, ita quoque in regalibus scriniis teneatur. Omnipotens deus excellentiam vestram in suo semper timore custodiat, atque ita vestra vota in filiorum excellentissimorum regum nepotum uestrorum intercedente beato Petro Apostolorum principe, cui eos commendatis, sospitate adimpleat: ut stabile uobis gaudium de eorum semper incolumitate, sicut cupitis, habere concedat.

Gregorius Theodorico regi Francorum. De pace in republica facienda.

Caput. IX.

**S**criptorum uestrorum eloquia incolumitatem uestram signantia leti suscepimus: ex quibus ita transcendere uos prudentia atatem agnouimus, ut euidenter appareat pro gentis Francorum felicitate, excellentiae uestrae, potestatis regiae gubernacula, supernae gratiae fauore fuisse co-

missa, inter quae hoc quoque in uobis satis laudabile, mirandumque est, quod in his quae filiam uestram praecellentissimam auiam uestram pro omnipotentis dei amore desiderare cognoscitis, iuuare sic studiosissime festinatis: ut per hoc & hic foeliciter uiuatis, & in futura uita regnum cum angelis teneatis. Quia ergo hoc deo donante ex magna uenit discretione iudicij: ita omnia quae excellentia uestra uoluit, citius ac libenter impleuimus: ut quantum nobis bona uestra placuerint, effectus nostri celeritate monstraremus. Salutantes praeterea uos paterna dulcedine, indicamus omnia quae uiris illustribus famulis uestris Burgoaldo & Varmaricario filiis uestris agenda mandastis, facta nobis fuisse habito secreto colloquio manifesta. Et ualde laudauimus, quia & praesentia sapienter, sicut decet, attenditis: & sic munire futura sempiternae pacis interuentu inter uos & rempublicam festinatis: ut unum facti regni uestri firmitatem in perpetuum extendere salubriter possitis. De quibus succedenti uobis tempore quae deo fuerint placita nunciamus. Nam nos quicquid utile, quicquid probatur esse pacificum desideramus, & ut fieri valeat studemus. Tantum est, ut sicut uestra, ita quoque dei, quo sine nihil possumus, in ea quae expediunt sit uoluntas. Sancta trinitas in suo semper faciat uos timore proficere: & ita cor uestrum placita sibi moderatione disponat, ut & nunc subiectis uestris de uobis, & postmodum uobis de se gaudium sine fine concedat.

Gregorius Senatori presbytero & abbati. De xenodochio quod in Augustudunensi ciuitate a Syagrio & Brunichilda constructum est, & priuilegio eius.

Caput X.

**Q**uando catholicorum regum corda, ad ea ad quae pontificalibus sunt monitis prouocanda, ita ardentis desiderio diuina praeueniente gratia succenduntur, ut ab eis ultro poscantur: tanto alacri & laeto sunt animo concedenda, quanto & ea ipsa quae cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum uestrorum praecellentissimorum regum Brunichildae ac nepotis ipsius Theodorici, xenodochio quod in ciuitate Augustudunensi a Syagrio reuerendae memoriae episcopo & praedicta filia uestra regina excellentissima constructum est: cui tu praesente dignoscere, huiusmodi priuilegia praesentis auctoritatis uestrae decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, statuentes nullum regum, nullum antistitum, nullum quacunque praeditum dignitate, uel quenquam alium, de his quae xenodochio a suprascriptis praecellentissimis filiis uestris regibus iam donata sunt: uel in futuro a quibusuis aliis de proprio fuerint iure collata, sub cuiuslibet causa, occasione uel specie minuire uel auferre, siue suis uisibus applicare, uel aliis pijs causis pro sua auaritia excusatione posse concedere: sed cuncta quae ibi oblata sunt uel offerri contigerint: tam a te quam ab eis qui in tuo officio locoque, successerint, perenni tempore illibata & sine inquietudine aliqua uolumus possideri. Eorum tamen uisibus pro quorum sustentatione gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Item constituimus ut obeunte abbate presbyteroque suprascripti xenodochij atque monasterij: non alius ibi quacunque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem rex eiusdem prouinciae cum consensu monachorum, secundum amorem dei elegerit ac prouiderit ordinandum. Hoc quoque capitulo praesenti subiungimus, ut locum auaritia excludamus: nullum de regibus, nullum de sacerdotibus uel quocumque alium per se suppositam uel personam, de ordinatione eiusdem abbatis, uel quibuscumque causis xenodochio ipsi pertinentibus, audere in auro siue alia qualibet specie commodi quicquam accipere: neque eundem abbatem ordinationis suae causa dare aliquid praesumere: ne hac occasione, ea quae a fidelibus pijs locis offeruntur, aut iam oblata sunt, consumantur. Et quoniam multae occasiones in deceptione religiosarum personarum a prauis illis, ut dicitur, hominibus exquirunt: abbatem atque presbyterum praedicti xenodochij nullo modo priuandum deponendumque censemus, nisi causa specialiter criminis exigente. Unde necesse est, ut si qua contra eum huiusmodi querela surrexerit: non solum episcopus ciuitatis Augustudunensis

HH causam

Epi. 9.

Epi. 10.

EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

**G** causam examinet, sed adhibitis sex aliis episcopis suis, subli hoc inuestigatione perquirat: quatenus cunctis concorditer iudicantibus, canonicæ distinctionis celsura aut reum punire, aut innocentem possit absolueret. Simili quoque definitione iuxta desiderium conditorum decernimus: ut nullus eorum qui eidem xenodochio atque monasterio abbas in posterum fuerit ordinatus, ad episcopatus officium quacunque obreptione sit ausus accedere: ne res xenodochij vel monasterij iniqua erogatione consumens, grauissimam egestatis necessitate pauperibus ac peregrinis vel cæteris exinde viuentibus generet. Episcopum verò tollendi de eodem loco monachum, ad Ecclesiasticum ordinem promouendum, vel pro aliqua quacunque causa, sine consensu abbatis atque presbyteri habere licentiam prohibemus: ne huius rei visque ad hoc vsurpatione perducatur: ut loca quæ acquisitione hominum constructa sunt, oblatione destruantur. Hæc igitur omnia quæ huius præcepti decretique nostri pagina continet: tam tibi quæ cunctis qui in eo quo es ordine locoque successerint, vel eis quorum interesse potuerit, in perpetuum seruanda decernimus. Si quis verò regum, sacerdotum, iudicum, ac personarum secularium hanc constitutionis nostræ paginam agnoscentes, contra eam venire tentauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se diuino iudicio existere de perpetua iniquitate cognoscat. Et nisi vel ea quæ ab illo male ablata sunt restituerit: vel digna poenitentia illicitè acta desuerit, à sacratissimo corpore ac sanguine dei nostri redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atque in æterno examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruandis sit pax domini nostri Iesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant.

*Gregorius Thessaliæ abbatissæ. De monasterio sanctæ Mariæ quod in Augustudunensi ciuitate erectum est, & priuilegio eius.*

Caput. XI.

Epi. II.

**Q** vando ad ea ad quæ catholicorum regum corda, pontificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardentis desiderio diuina proueniente gratia succeduntur, ut ab eis ultro poscantur, tanto sunt alacri & lato animo concedenda, quanto & ea ipsa quæ cupiunt, si nolent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum nostrorum præcellentissimorum Brunichildæ ac nepotis ipsius Theodorici monasterio sanctæ Mariæ, ubi ancillarum dei congregatio est constituta, in vrbe Augustudunensi &c. ut supra.

*Gregorius Lupponi episcopo & abbati. De Ecclesia sancti Martini quæ est in suburbano Augustudunensi, & priuilegio eius.*

Caput. XII.

Epi. II.

**Q** vando ad ea ad quæ catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardentis desiderio diuina proueniente gratia succeduntur: ut ab eis ultro poscantur, tanto sunt alacri & lato animo concedenda, quanto ea ipsa quæ cupiunt, si nolent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum nostrorum præcellentissimorum regum Brunichildæ ac nepotis ipsius Theodorici Ecclesiæ sancti Martini, quæ in suburbano ciuitatis Augustudunensis &c. ut supra.

*Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De scriptis eius sine subscriptione non suscipiendis.*

Caput. XIII.

Epi. III.

**A** lia quidem scripta ad fraternitatem tuam antè feceramus, sed tempore quo homines tuos quos ad nos nussisti relaxare voluimus, scripsisse te quibusdam nostrum comperimus, quod Veteranum presbyterum atque Optatum defensorem tunc minimè in causa transmiseris: & ideo ea quæ cum eis acta sunt, non debere subsistere. Sed & Thomas Ecclesiæ tuæ defensor sibi verbo à te dictum perhibuit. Ex qua re iam presentium portitoribus iudicauimus esse credendum, ne de ipsis quoque post hæc similiter diceretur. Quia ergo hæc nos res valde fecit ambigere, & cautos esse debere

præmonuit, si causam vultis dicere, instructa de cætero personam cum mandato legaliter facta, tuis ac presbyterorum seu diaconorum in testimonium subscriptionibus roborato, gestisque ex more indito transmittatur: ut quicquid cum ea actum fuerit, possit iure subsistere. Nam nos non solum tibi, sed etiam omnibus quod iustum legitimumque fuerit, parati sumus deo iuuante per omnia custodire, tantum ut tu quod lege præcipitur, facere non omittas.

*Gregorius Venantio episcopo patricio. De persona Urbici abbatis.*

Caput. XIII.

**E** xcellentia vestra electionem in persona Urbici abbatis quia valde nobis placuit indicamus: quoniam facti iudicij vestri discretionem oportuit, ad Ecclesiæ gubernationem virum quæsitis vigilantem atque sollicitum & diuinæ scripturæ scientia, quod maximè in sacerdotibus eligendum est, institutum. Sed quia cæteris sic est aliquis proponendus: ut dum ipse exterior proficit, interior non decrescat, quietem ipsius turbare non possumus, ne cum eum ad alia producamus, minorem illum seipso fieri missum in fluctibus compellamus. Persona verò Crescentis diaconi propterea quod omnino nobis ignota est, prima nobis cura fuit requirere quemadmodum xenodochium cui præfuerat, gubernasset: ut ex minimis, qualis esse possit in maximo, nosceremus. Sed quid nobis portitores scriptorum vestrorum responderint, ab ipsis addiscetis. Hunc ergo presbyterum dare omnino vobis excellentia vestra scit esse difficile: quia personarum nos necessitas ad ordinanda alia loca pastoribus destituta non leuis angustat. Et ideo quia deum timere, & animæ vestrae vos habere respectum nouimus, paterna charitate salutationis alloquium præmittentes hortamur: ut sicut decet, cauta diligentisque inuestigatione scrutari interius de vita, moribus, actibusque præfati diaconi debeatis. Et si eum ad ecclesiæ assurgere regimen agnoscat, vestra adhortatione omnes in eo concordent. Si autem aliud vestri sentit sollicitudo iudicij: & eum pastorem curam efficaciter administrare non posse considerat, agendum cum omnibus concorditer, ut alterum qui aptus visus fuerit, de ecclesiâ ipsa possint eligere: ut venientes tam diaconus qui iam electus est, quam etiam qui eligendus est, is qui deo placuerit, ordinetur. Enimvero si in ecclesiâ illa neque de presbyteris vel diaconibus, siue reliquo clero huiusmodi inueniri potuerit, de alia sibi ecclesiâ ordinandum eligere festinent autistitem, qui vigilantis sollicitudine exterioribus eorum utilitatibus, & sacerdotali adhortatione animabus valeat deo miserante utilis reperiri. Præterea ne qua hac in causa possit esse dilatio, & peccatis facientibus nullus de electis aptus existat: hortandus est clerus & populus ut eis qui ad nos venerint, sua debeant vice mandare: quatenus hic habeant eligendi licentiam, nobisque hoc ipsum apicibus suis roboratis propriis subscriptionibus innotescant: ut si vel hic inueniri potuerit, sine difficultate aliqua Christi operante gratia consecretur. Quod tamen nos non voluntate impulsu loquimur, sed necessitate compulsi: quia quantum ad nostrum est iudicium, de suis volumus ut debeant habere pastorem.

*Gregorius Paschasio episcopo Neapolitano. De iudeis non opprimendis.*

Caput. XV.


**Q** vi sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt reducere, blandimentis non asperitatibus debent studere: ne quos reddita ad planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos sub hoc velamine consueti ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis quam dei causas probantur attendere. Iudei siquidem Neapoli consistentes, questi nobis sunt, afferentes quod quidam eos à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arceri: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nuncusque & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quod si ita se veritas habet, superuacua rei videntur operam adhibere. Nam

Epi. IV.

L

M

Epi. V. Part. I. 45. ca. qui sincera.



**A** Nam quid utilitatis est, quando, & si contra longū vsū sue sint verū, ad fidem illis & conuersionem nihil proficit? Aut cur Indæi qualiter ceremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, ut ratione potius & mansuetudine prouocati, sequi nos velint, non fugere: ut eos, ex eorum codicibus ostendentes quæ dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem prout potuerit deo adiuuante ad conuertendum accendat: & de suis illos solembus inquietari denuo non permittat: sed omnes festiuitates ferialesque suas, sicut hæcenus tam ipsi, quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi celebrandique licentiam.

*Gregorius Barbaro episcopo Carinis. De obitu Victoris episcopi, & de alio eligendo. Caput. XVI.*

*Epist. 16. Parte. 1. dis. 61. ca. Obiitum.*

**O**bitum Victoris Panormitana ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis desinitæ Ecclesiæ fraternitati tuæ operam solemniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, ut nihil de profectionibus clericorum, reddito, ornato, ministerisque, vel quicquid est in patrimonio eiusdem, a quoque præsumatur Ecclesiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam Ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem Ecclesiæ admonere festinet: ut remoto studio, vno eodemque consensu talem sibi præficiendum expectant sacerdotem: qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus respiciatur. Qui dum fuerit postulatus, eū solemitate decreti omnium subscriptionibus roborati: & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos. Sacrandum occurrat. Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesiæ: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium: nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri: prouisurus ante omnia, ne ad id cuiuslibet conuersionis vel meriti laicam personam aspirare permittas, ne & conatus eorum habeatur inefficax: & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parocia, sub tua cura dispositioneque quouisque illic proprius fuerit ordinatus episcopus esse concedimus.

*Gregorius clero, ordini & plebi Panormitana ciuitatis. De eligendo episcopo. Caput. XVII.*

*Caput. XVII.*

*Epist. 17.*

**V**estri antistitis obitum cognoscetes, curæ nobis fuit destituta Ecclesiæ visitationem fratri & coepiscopo nostro Barbaro solemniter delegare. Cui deditur in mandatis: ut nihil de profectionibus clericorum, reddito, ornato, ministerisque, a quoquam usurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & remoto strepitu, vno eodemque consensu talem vobis præficiendum expetere sacerdotem, qui a venerandis canonibus nulla discrepet ratione: & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solemitate decreti omnium subscriptionibus roborati: & visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere: & non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehatur, verumetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite: sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse constiterit, ab officio & a communione alienos faciendos proculdubio noueritis.

*Gregorius Passiuo episcopo Firmano. Dereliquis sancti Sauii, & oratorio construendo. Caput. XVIII.*

*Caput. XVIII.*

*Epist. 18.*

**P**roculus diaconus Ecclesiæ Asculanae petitoria nobis insinuatione suggestit, in fundo Gressiano iuris sui monasterium se pro sua deuotione fundasse: quod in honorem sancti Sauii martyris desiderat consecrari. Et ideo frater charissime, si in tuæ parocia memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum: per ce-

pta primitus donatione legitima: id est, conduma vna, boues D par vnum, armenta capita quinq, oues & capras promiscuas capita viginti, in fundo Gressiano vbi ipsum monasterium fundatur vacis octo, fundum Straciani vncias octo, fundum Paterni in integro porcos decem, lectisternia, gestilique municipalibus alligata. &c. secundum morem.

*Gregorius Ioanni subdiacono Rauennæ. De Exuperantio episcopo. Caput. XIX.*

*Epist. 19.*

**L**ator præsentium Ioannes frater & coepiscopus nos- ter aliqua vobis de causis Ecclesiæ suæ dato capitulari noscitur intimasse. Quibus cognitis, culpanda a nobis experientia tua fuerat, si ad te perlata hæcenus indefinita remanserint. Sed inquirentes agnouimus quod ad notitiã tuam minime sunt perducta. Ipsum ergo quod nobis capitulare porredum est, his fecimus subter annecti. Agnitis itaque omnibus ac discussis, si ita apud te esse ut suggestum est, manifesta veritate patuerit fratrem & coepiscopum nostrum Maritianum adire te volumus, eumque modis omnibus adhortari: ut his quorum in peragendis negotiis Ecclesiæ ipsius interesse dignoscitur: debeat deputare: quatenus perpensis omnibus cum prædicto viro de his quæ nota fuerint, Ecclesiastica inter se debeant tranquillitate decidere. Si verò elegerint retinendum, experientia tua immineat esse iudicium: & quicquid cognitorum inter eos fuerit sententia definitum, te debeat exequente compleri: ne diutinis protractionibus dilata paupertas Ecclesiæ ipsius, sicut iam factum asserit, dispendius ingratur. Indicauit etiam nobis quod quidam Exuperantius episcopus ausu temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit: idque sine præcepti autoritate contra morem præsumptis dedicare, missalque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celebritate ac distributione conuenit emendare, nec vterius tale aliquid attentare permittas. Oratorium verò quod ab incompetenti persona reperens esse constructum, huic proprio te volumus episcopo, si res, ut dictum est, ita se habere constiterit, sine mora aliqua reformare.

*Gregorius Leoni episcopo & aliis quamplurimis. Ne ad consignandos infantes egressi, nimium aggrauent Ecclesias. Caput. XX.*

*Caput. XX.*

*Epist. 20.*

**S**icut nos nobis inuicem specialia per Apostolorum orationem admonemur impartiri suffragia: ita in his quæ necessitate iniuncti regimini per dispensationem rerum pauperum, deo per nos fuerint authore disposita, sacerdotalia dignum est solatia non deesse. Latorem liquidem præsentium Adrianum chartularium nostrum ad regendum Ecclesiæ nostræ patrimonium Syracusanarum partium dirigentes, fraternitati vestre necessario duximus commendandum, ut in quo vix exegerit, vestra ei solatia conferatis: quatenus dum ad agendum per vos corporalibus, & ad facilitatem explendi quæ ceperit spiritualibus orationum fuerit fultus auxiliis, prosperè ea quæ a nobis ei iniuncta sunt, deo quoque valeat cooperante perficere. Vosmetipsos autem ita in conspectu omnipotentis dei in bonis operibus debetis exhibere, ut inueniri in vestra actione nequeat quod vel deo iudice percuti, vel quolibet homine insidiante valeat accusari. Nam exinde præfato chartulario nostro iniunximus: ut si qua de reuerentissimis fratribus nostris episcopis inordinate acta cognouerit, prius quidem secreta ac modesta adhortatione ipse corripiat. Præterea relatum est nobis sanctæ memoriæ decessoris mei temporibus per seruum dei diaconem qui tunc Ecclesiastici patrimonii curam gessit, fuisse dispositum ut sacerdotes per vniuersas dioceses vestras constituti, quotiens ad consignandos infantes egredimini, vltra modum grauari minime debuissent. Summa enim præfixa fuerat, vobis, ut audio, consentientibus: quæ ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque hoc quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custoditur. Vnde fraternitatem vestram admoneo, ut subiectis vestris graues non studeatis existere: sed si qua sunt grauamina temperetis: quia nec ab eo quod semel definitum est, deflectere debuistis. Etenim in futura, & in præsentibus vobis vita prospicitis, si eos qui vobis commisi sunt, sine grauamine conseruatis.

*10. q. 3. ca. Relatum.*

HH ij Gregorius



**G** Gregorius Iuliano. De beneficio eius monasterio collato. Caput. XXI.

**E**pi. 21. Loria vestra scripta suscipiens, legenda lætus aperui: sed tristis perlecta replicavi. In eis quippe dicebatur, quod pudoris causa fuerat, mihi vos ea que dicenda erant, tempore multo tacuisse. Et certum est quia minus amatur, qui adhuc erubescitur. Atque modo contristatus sum: quia me a vobis comperi minus quam existimaveram amari. In hoc autem valde me contemnitis, si mercedis causas mihi assidue providendas studiosè non requiritis. Nec debet esse verecundia ei aliquid de elemosynis importune dicere: quem constat non suas, sed ad dispensandum res pauperum habere. De causis itaque mercedis apud episcopum liberè agere debuistis: etiam si meum animum qualis in amore vestro existeret nesciretis. Postquam enim & nos omnino gloriam vestram diligimus, & dispensationis locum in rebus, sicut scitis, pauperum tenemus: vestra fateor verecundia valde accusabilis fuit. Quam ideo tot verbis increpando insequor, ut hanc a corde vestro funditus repellam: & in mercedis causas magnum solatiū vestrae prouisionis habeam. Monasterio itaque nostro quod a vobis in Cathenensi vrbe constructum est: per Adrianum notarium & rectorem patrimonij emissa præcepti pagina decem annuos solidos dari deputauimus, quos petimus sine iniuria suscipi: quia non hæc vobis nostra oblatio, sed sancti Petri Apostolorū principis benedictio offertur.

**H** Gregorius Honorio episcopo Tarentino. De baptisterio construendo. Caput. XXII.

**E**pi. 22. Fraternitate tua indicante didicimus in ciuitate Tarentina in qua præesse dignosceris, in Ecclesia sanctæ Mariæ baptisterium te nouiter construxisse. Et ideo frater charissime præsentis autoritate suscepta, tui desiderij complebis effectum: quatenus per sacrum lauacrum peccatorum illic maculae deleantur.

Gregorius Paschali & Consolantia. De spe ad æternam patriam tendenda. Caput. XXIII.

**E**pi. 23. Pistolam magnitudinis vestrae latore præsentium deferente suscepimus. Et licet tempora restituendæ pecuniæ in induciis data defluerunt: petitionem tamen vestram nullo modo duximus contristandam. Adriano itaque chartulario nostro, quem illuc ad regendum Ecclesiæ nostræ patrimonium direximus, de præsentis iniunximus, quæ vobiscū exinde loqui debeat: ut nec Ecclesiastica in aliquo negligatur vtilitas, & postulatio vestra sortiatur effectū. Quia ergo plus de animæ vestrae salute quam de terrenarum rerū vtilitate debetis esse solliciti, salutantes paterno affectu hortamur: ut mens ouere tribulationis oppressa, contra deum non murmuret, ne post amissionem rerum, etiam animæ sequantur dispendia. Nihil de prauis actibus: nil cum peccato, necessitate quasi faciēte, festinetis acquirere: sed spem in redemptoris vestri misericordia habentes, qui confidentes in se non deserit, tolerabiliter quæ pertulistis incommoda sustinete. Erigite animos. Tribulatio vires non opprimat. Aduersa seculi patientia superet. Pompam mundi secura mens despiciat. Actio vestra se ad ea quæ dei sunt occupet. Considerantes quam nullum sit quicquid casibus subiaceret, quicquid sine concluditur. Et cor se vestrum vltra quam conuenit, non affligat: sed studeat quatenus in omnipotentis dei protectione iure confidat, qui & non habita donat, amissaque reparat, & reparata custodit. Potens est enim si vos in mādatorū suorum via ambulare cognouerit: & hic illata damna multiplici compensatione sarcire: & vitam vobis quæ toto magis adnisi petenda est, æternam concedere.

Gregorius Rusticiana patricia. De quodā Beatoro plurima iniusta faciente. Caput. XXIII.

**E**pi. 24. Quotiens de vrbe regia ad nos aliquis venit: curam nobis est de corporis vestri sospitate requirere: sed peccatis meis facientibus ea semper audio quæ me penitet audire: quia in tāta tenuitate atque debilitate adhuc in vobis referuntur podagrae dolores exerce-re: sed oro omnipotentem dominum ut omnia quæ in vestro

corpore aguntur, ad salutem animæ dirigantur. Flagella tēporalia æternam quietem vobis præparent: & per eos dolores qui cum fine sunt, gaudia vobis sine fine concedat. Ego autem in tāto gemitu & occupationibus viuo: ut ad dies quos ago, me peruenisse pœnitear, solaque mihi consolatio sit mortis expectatio. Vnde peto ut pro me debeatis orare: quatenus de hoc carnis carcere citius educar, ne tantis laboribus diutius torquear. Præterea indico quendam hic nomine Beatorum, qui quasi Comes priuatorum dici vult, venisse: & multa contra omnes agere: maximè autem contra excellentiæ vestrae homines: vel nobilissimarum neptium vestrarum quasi res publicas quærens. Et nos quidem peruersè cum agere nō permittimus: sed neque vtilitatibus publicis possumus obuiare. Vos ergo apud piissimum principem, sicut potestis, agite: ut ei agere praua contradicat. Nam cum omni strepitu, neque vtilitas publica agitur: neque magni est dispendij quod repetere videtur. Dulcissimum filium meum dominum Strategium mea peto vice salutarī: quem omnipotens deus sibi, vobisque nutriat: vosque semper de sua gratia & de vita illius consoletur. De reuersione autem vestra quid scribere debeo, qui quantum eam desiderem scitis. Sed dum causarū obligationes aspicio, mihi in desperatione est, atque ideo creatorem omnium exoro, ut ubicunq; estis, ubicunq; fueritis, suæ vos dexteræ extensione protegat, atque a malis omnibus conseruet.

Gregorius Bonifacio notario Constantinopolitano. De Ioanne Rauennate clerico. Caput. XXV.

**E**pi. 25. A quæ nobis experientia tua de Ioanne Rauennati clerico indicauit, facere idcirco distulimus, quia in absentī de qualitate personæ iudicare non possumus. Sed hortare eum ut ad nos venire festinet: quatenus in præsentī mores & personam ipsius subtiliter addiscētes, quid de his quæ petit fieri debeat, sine dubietate aliqua disponamus.

Gregorius Philippo presbytero. De obitu Andreae presbyteri. Caput. XXVI.

**S**vicepi epistolas dilectionis tuæ, in quibus mihi innotescere curauit, quod vir venerabilis Andreas presbyter de hac luce migravit. De cuius ereptione gauisus sum: quia ad ea quæ semper expetit, gaudia æterna peruenit. De solidis verò qui pro faciēdo xenodochio a filio nostro Probo abbate Hierosolymis relictī sunt: hoc quod deliberatum fuerat, ut fieri debuisset, immutare non potui. Sed benedictionem paruulam quinquaginta solidos sanctitati vestrae transmisi. Vos igitur pro me, sicut credo quia facitis, enixius orate: ut de præsentis vitæ pelago me omnipotens deus sua manu eripiat: atque me quiescere in æternæ vitæ littore concedat. Graues enim gladiatorum oppressiones & causarū tumultus patior. Sed si me diligitis, orando monstrate: quatenus orationis vestrae intercessionem sentiam, & amplius in tot malis atque perturbationibus non affligar. Omnipotens deus sua vos manu protegat, & peruenire cum vestris ad cœlestia bona concedat.

Gregorius Sauiño subdiacono regionario. De negligentia Palumbi episcopi. Caput. XXVII.

**Q**uare venerabilis frater noster Proculus episcopus ab Ecclesia sua diu abfuerit, experientia tua non ignorat. Ad quam quoniam deo propicio habita nunc, ut oportuit, satisfactionis purgatione reuersus est: ne forte per eius absentiam in aliquo Ecclesiæ ipsius sit neglecta vtilitas, aut aliqua sint de eius iure subtrahenda: reparare ea vel corrigere cupienti: illi in omnibus, æquitate seruata, solatiari te volumus atque concurrere: ut tua opitulatione suffultus, in his quæ ab eo agenda sunt, nec difficultatem aliquam quorundam impedimento sustineat, nec diutius debeat laborare.

Gregorius Sauiño subdiacono. De absentia Pauli episcopi. Caput. XXVIII.



Epi. 28.

**P**ervenit ad nos reverentissimum fratrem & coepiscopum nostrum Palumbum ita, quod dici grave est, Ecclesie sue vel parocciarum causas & utilitates negligere, ut non solum res aliquas, vel macipia earum, sed etiam & ministeria apud divites esse incaute patiat: quod ita esse nos etiam nobis ex parte aliqua innuit ac confirmat: quod Gregorius lator presentium, qui iuris se Emolitanæ Ecclesie, quæ in eius dioecesi constituta est, esse perhibet: ab alio se indebitè eo præsentè queritur servitio subiugari. Ideoque experientia tua prædictum fratrem nostrum studeat commovere: ut res Ecclesiarum vel parocciarum suarum sine ministeria rationabiliter vendicat atque defendat, & ab aliis detineri nullo modo patiat. In qua re ne quam fortè excusationem valeat invenire, tua ei volumus salua æquitate adesse solatia. Quem si fortè, ut hæcenus extitit, videris esse negligentem: ea quæ eum facere oportuerat, te agere volumus & implere in omnibus: quatenus Ecclesiarum utilitas nulla occasione depereat: sed & nobis quæque acta fuerint, renunciare festina: ut à nobis quid post hoc facere debeas, insinuaris.

*Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ. De desidia Paschasii episcopi increpana.*

*Caput. XXIX.*

Epi. 29. Parte. 1. l. 1. 24. et Per. utat.

**P**ervenit ad nos fratrem & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemq; in cunctis existere: ut in nullo quia est episcopus agnoscat: adeo ut neque Ecclesia ipsius, neq; monasteria, sine filij Ecclesie, vel oppressi pauperes eius erga se dilectionis studium sentiant, nec aliquam supplicantibus sibi his quibus iustum est, opem defensionis accommodet: & quod adhuc dici est grauius, cõsilia sapientum, & recta suadetum nulla patiat ratione suscipere: ut quod per se nequit attendere, ab alio saltem possit aduiscere: sed rebus quæ ad pastoris curam pertinent prætermittis, ad fabricandam nauim toto se studio inutiliter occupare. Vnde, sicut fertur, contigit quadringentos illum, aut amplius iam solidos perdidisse. Hoc quoque eius culpis adiungitur, quod ita quotidie despectus cum vno aut duobus clericis dicitur ad mare descendere, ut & apud suos in fabula sit, & extraneis sic vilis ac despicibilis videatur: ut nihil habere episcopalis, vel ingentis, vel reuerentiæ iudicet. Quod si ita est, non sine culpa tua esse cognosceas: qui eum obiurgare, atque coercere, ut dignum est, distulisti. Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobatur: sed etiam ad sacerdotalis officij pertinere probatur opprobrium: volumus ut eum coram aliis sacerdotibus, vel quibusdam de filiis suis nobilibus contestari debeas, ac hortari, ut vitio corporis excusso, deses esse non debeat: sed in Ecclesie sue, ac monasteriorum cura sit vigilans, paternam filiis suis charitatem exhibeat: in defensionem pauperum cum discretione, in quibus iustitia iuauerit, sit erectus, consilia sapientum libenter suscipiat: quatenus & ciuitas illa eius queat sollicitudine coniolari, & ipse desidiæ suæ culpam valeat operire. Si verò, quod non credimus, post hanc adhortationem nostram solito adhuc more negligens esse tentauerit: ad nos est modis omnibus transmittendus: ut hic positus discere possit quid vel qualiter secundum timorem dei agere conueniat sacerdotem.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De facinoribus Benenati Messenatis episcopi.*

*Caput. XXX.*

**C**omperimus Benenatum Messenatem, facinus quod de se per scripturam manus prius professus est, abnegare. Et ideo quia huius sceleris negatio sicut maiori discussione, ita & maiori indiget vltione, experientia tuæ præsentis autoritate præcipimus: ut eundem Benenatum accusator emque ipsius simul & personas de quibus accusatus est, atque omnes qui in accusationis chartula leguntur, sub omni hac cautela & celeritate transmittat: quatenus causæ huius veritas dillicta, ut dignum est, inquisitione examinari valeat & agnosci.

*Gregorius Anthemio subdiacono. De Benenato Messenate episcopo. Caput. XXXI.*

Epi. 30.

**P**ervenit ad nos quendam Benenatum Messenatem episcopum pro construendo illic castro solidos accepisse. Et quia pars eorum solidorum apud eum dicitur remansisse, experientia tua subtili indagacione perquirat: & si quid manifestè de ipsis solidis cognoueris remansisse: comitatio comiti prædictæ ciuitatis sub desulcepti illud pagina contradat, atq; imminuat: ut in cõstructione eiusdem loci, sicut sunt dari, deo adiuuante proficiant: quia ratio nulla permittit, ut propriis cuiusquã vsibus applicetur, quod pro cõmuni utilitate datum esse cognoscitur.

*Gregorius Marimano episcopo Rauennæ. De infirmitate & medicamine eius.*

*Caput. XXXII.*

**M**ulta nos frater charissime cogit infirmitas: ex quibus si sani essemus, iure reprehensibiles videremur. Sed quia aliter subsistere in hoc fragili corpore positi non valemus, nisi eius languoribus seruiamus, erubescere quod imponit necessitas, non debemus. Et ideo quonia eruptionem sanguinis patientibus ieiunia medici omnino dicunt esse contraria: his fraternitatem tuam hortamur: affatibus, ut reducens ad animum ea quæ est solita de agridudine sustinere, ieiunandi sibi laborem minimè imponat. Si autem, deo miserante adeo melioratam se esse, ac virtutem suam sufficere posse cognoscit: semel aut bis in hebdomada ieiunare permittimus. Sed illud te præ omnibus studere conuenit: ut exasperatione sentire nullo modo debeas: ne agridudo quæ modo leuior est, & quasi suspensa creditur: per exacerbationem postmodum sentiat grauis.

*Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ. De negligentia & desidia episcoporum Campaniæ.*

*Caput. XXXIII.*

**Q**uotiens illa de fratribus coepiscopisq; nostris audimus: quæ & illos reprehensibiles ostendere, & nobis tristitiam valeant generare, de eorũ nos emendatione non mediocriter cogit necessitas cogitare. Quia ergo nũciatum nobis est Campaniæ episcopos ita negligentes existere, ut immemores honoris sui, neque erga Ecclesias, neque erga filios suos paternæ vigilantie curam exhibeant, vel monasteriorum sollicitudinem gerat, seu in oppressorum & pauperum se iustionem impendant, ideo hac tibi autoritate præcipimus: ut eis à te conuocatis, ex nostro illos mandato districte commoneas: quatenus desides vltius esse non debeant: sed sacerdotalem se habere zelũ & sollicitudinem opere doceant: atque ita in his quæ eos iuste secundum deum agere conuenit, vigilantes existant: ut nullum nos de eis demuo murmur exasperet. Si quem verò eorũ post hæc negligentem esse cognoueris, ad nos eum sine aliqua excusatione transmittit: ut quàm sit grave nolle ab his quæ reprehensibilia, & valde vituperanda sunt corrigi, regulari in se valeant districcione sentire.

*Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De Cosma & de benignitate erga subiectos.*

*Caput. XXXIII.*

**Q**uorũdam ad nos relatione peruenit Cosmam qui ex monacho monasterij sanctæ Lucie à decessore vestro memorandæ memoriæ Maximiano in Ecclesia Syracusana factus subdiaconus, atq; à vobis postea in possessione quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus: ita nimia tristitia & loci qualitate vehementer afflictum, ut vitam sibi pœnam existimet, & contritionis sue fugam quærat auxilium. Et ideo quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis si subiecti fuissetis, nostros volueramus esse præpositos: magnæ benignitatis est si eum in ecclesia vbi subdiaconi est sanctus officio, sanctitas vestra reducere: atque illic presbyterum voluerit constituere cardinalem. Quod & facere quantum arbitramur debetis, si tamen nihil est quod iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si verò aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis fraternitas vestra ut scire possimus insinuet.

*Gregorius Deodato episcopo Mediolanensi. De querimonia Theodori episcopi. Caput. XXXV.*

HH iij Frater

D Epi. 31.

Epi. 32.

E

Epi. 33.

Epi. 34.

**Epi. 35.** **G** Rater & coepiscopus noster Theodorus multa queritur se contra iustitiam atque promissionem tuam sancti tatis perpeti: que nos facile non duximus credenda. Sed quia hæc relinquere sine inquisitione non possumus, fratri & coepiscopo nostro Venantio eius causam deputauimus ventilandam: ut subtiliter ipse cognoscat, nobisq; renūciat. Tua itaque fraternitas eundem episcopum cum defensore Ecclesie suae sub festinatione ad prædictum fratrem dirigat: ut nos eiusdem negotij tui cognita veritate suis ipse epistolis certiores reddat.

*Gregorius Phoca Augusto. De releuatione afflictionis reipublice.*

*Caput. XXXVI.*

**Epi. 36.**  
**Daniel. 2.**  
**Daniel. 4.**  
**H** Gloria in excelsis deo: qui iuxta quod scriptum est, mutat tempora, & transfert regna: & quia hoc cunctis innotuit, quod per prophetam suam loqui dignatus est dicens: Quia dominatur excelsus in regno hominum, & cui voluerit, ipse dat illud. In omnipotentis quippe dei incomprehensibili dispensatione vitæ mortalium sunt moderamina: & aliquando cum iustorum multorum peccata ferienda sunt, vnus erigitur, per cuius duritiam tribulationis iugo subiectorum colla deprimantur. Quod in nostra diutius afflictione probauimus. Aliquando verò cum misericors deus incontinentium multorum corda sua decreuit collatione refouere, vnum ad regiminis culmen prouehit, per cuius misericordiae viscera in cunctorum mentibus exultationis suae gratiam infundit. De qua exultationis abundantia roborari nos citius credimus, qui benignitatem pietatis vestrae ad imperiale fastigium peruenisse gaudemus. Letentur caeli & exultet terra, & de vestris benignis actibus vniuersae reipublicae populus nunciusque vehementer afflictus hilarescat. Comprimentur iugo dominationis vestrae superbae mentes hostium. Releuentur vestrae misericordia contriti ac depressi animi subiectorum. Virtus coelestis gratiae inimicis terribiles vos faciat, pietas subditis benignos. Quiescat scelerissimis temporibus vestris vniuersa reipublica, proolata sub caesarum imagine præda pacis. Cessent testamentorum insidiae, donationum gratiae violenter exactae. Redeat cunctis in rebus propriis secura possessio: ut sine timore habere se gaudeant, quae non sunt eis fraudibus acquisita. Reformatur iam singulis sub iugo imperij pij libertas sua. Hoc nanque inter reges gentium & reipublicae imperatores distat quod reges gentium domini seruorum sunt: imperatores verò reipublicae, domini liberorum. Sed melius hoc orando quam suggerendo dicimus. Omnipotens deus in cuncta cogitatione & opere cor vestrae pietatis sua gratia manuteneat: & quaeque iuste, quaeque clementer agenda sunt, inhabitator vestri pectoris spiritus sanctus benignè disponat: ut ex temporali regno vestrae clementia post multorum annorum curricula ad coelestia regna pertingat.

*Gregorius Eusebiae patriciae. De salute animae suae.*

*Caput. XXXVII.*

**Epi. 37.** **E** T si occupata mens vestra diuinis actionibus, aut fortasse regiae ciuitatis tumultuosis implicationibus, nos per epistolas suas visitare postponit: nostrum est tamē etiam aduersa filiorum corda dulci charitate prosequi, eaque ad benignum animū & admonendo & orando reuocare. Vnde nunc debitum salutationis alloquium soluens, hortor ut excellentia vestra à ciuitatis illius superfluis tumultibus animum auertat, plusque ea quae animae quam quae sunt corporis cogitet. Transitoria esse omnia perpendat. Veturum iudicis examen tremendum cum metu & lachrymis quotidie sine cessatione consideret, illumque diem in quo perturbanda sunt omnia, cum timore ad animum reducat: ut iram iudicis in ipso iam die non timeat. Omnipotens autem deus hæc vestris cogitationibus aspiratione sui spiritus infundat, vosque & hic cum nobilissimo coniuge & tranquille viuere, & de domini strategij salute gaudere faciat, atque post longa tempora ad aeterna praemia peruenire concedat.

*Gregorius Senaragdo patricio exarcho. De uoluntate Seueri contra Firminum episcopum.*


*Caput. XXXVIII.*

**O** Lim nouimus excellentissime fili quo desiderio quae ue conuersione animi pro adiuuanda dei Ecclesia, in Histriae videlicet partibus, zelo redemptoris nostri amore aeternae mercedis studij vestri feruor extiterit. Quod cum ita sit, ea quae nobis de illis nuper sunt partibus nunciata, ad vestram non desistimus perferre notitiam. Firminus siquidem frater & coepiscopus noster Tregestinae Antistes Ecclesiae, ante aduentum vestrae excellentiae salubri consilio ab schismate cui inhaeserat resipiscens, atque ad unitatem matris Ecclesiae reuertens, nostris est epistolis confirmatus: quatenus in vero quem cognouerit sinu matris Ecclesiae fortitudine animi fixus ac stabilis permaneret. Quo audito Seuerus Gradiensis episcopus, eiusdem caput schismatis, cum diuersis premiorum coepit, si posset, suasionibus à bono reuocare proposito. Quod dum perficere posse auctore deo minime ualuisse, seditionem illi suorum ciuium excitare non timuit. Quanta verò prædictus frater & coepiscopus noster Firminus ex eadem immisione pertulerit, plenius illic ac uerius è vicino poteritis agnoscere. Directis itaque excellentiae vestrae iussibus his qui in Histriae partibus locum uestrum agere, deo auctore, noscuntur, districtius iubetote: quatenus & sæpeditum fratrem nostrum ab illatis debeant defendere molestiis: & quietem illius multis ad imitandum profuturam modis omnibus procurare: ut hæc uestra prouisio & conuersorum sit optata securitas, & occasio apta sequentium. Excellentiam quapropter uestram paterno salutantes affectu petimus, ut zeli uestri in hac causa olim exhibiti, nunc uehementius feruor incandeat: tantoque uos contra hostes dei vindices defensoresque reperiant, quanto apud deum preciosior est animae quam defensio corporis. Armet uos contra deuios, ipsa quae in uobis fidei uiget rectitudo: redintegretur uestris temporibus quod in illis est partibus scilicet sum corpus Ecclesiae. Habetis in hac causa retributorem uestri operis rectitudinis ac integritatis auctorem. De diuina nanque miseratione confidimus, quod tanto exteriores hostes nostri ualentiores uos contra se reperient, quanto uos inimici rectae fidei diuino in se senserint amore terribiles. Praeterea duas ad Tilquinum epistolas misimus, si pacem quae ab excellentia uestra in triginta diebus facta est, custodiret, & rescripsit eam se seruaturum: si tamen ipsi à reipublica partibus fuerit custodita. Homines autem illos quos tenuerat, omnes cum rebus suis relaxauit: sed de occisis hominibus suis ualde dolet, atque de uobis uehementer suspectus est: quia si, quod deus auertat locum inueniret, etiam in pace eum non est dubium excessurum. Ad Pisanos autem hominem nostrum dudum qualem debuimus: & quomodo debuimus transmissimus, sed obtinere nil potuit. Vnde & dromones eorum iam parati ad egrediendum nunciati sunt.

*Gregorius Panthaleoni notario. De mensura rusticorum iniusta.*

*Caput. XXXIX.*

**E** Xperientia tua quod uel quale apud sacratissimum corpus beati Petri Apostoli iusiurandum praebuerit, memor est. Vnde nos quoque securi discussionis tibi causam in patrimonio partis Syracusanae commisimus. Oportet ergo te fidem tuam & eiusdem beati Petri Apostoli timorem semper ante oculos habere, atque ita agere: ut neque ab hominibus in praesenti uita, neque ab omnipotente deo in extremo iudicio ualeas reprehendi. Valerio siquidem chartulario nostro narrante cognouimus, quia modium cum quo coloni Ecclesiae frumenta dare compellebantur xxv sextariarum inueneris. Quod omnino execrati sumus, atque eandem excussionis causam tardè fecisse doluimus. Quia ergo eundem modium te fregisse, & iustum fecisse commemoras, gauisi sumus. Sed quia prædictus chartularius summam nobis quoque indicare studuit: quae de fraudibus conductorum apud experientiam tuam iam de duobus territoriis est collecta, sicut te studiose fecisse fracto iniusto modio gaudemus, quia in futuro nobis prospicimus, ita etiā de peccatis praeteritis cogitamus, ne si ea quae fraudulenter conductores à rusticis abstulerunt, ad nos perueniant: peccata



A cata quae ab ipsis perpetrata sunt, ad nos trahantur. Et ideo volumus cum omni fide, omni puritate, considerato timore omnipotentis dei, reducta ad memoria distictione beati Petri Apostoli, per vnamquamq; massam colonos pauperes & iugiter experientiam tuam describere: atque ex eis pecuniis quae in fraudibus sunt inuenta, vaccas, oves, porcosq; co parare: & singulis colonis pauperibus ea distribuere. Quod facere te cum consilio viri reuerentissimi domini Ioannis episcopi atque Adriani chartularij nostri & rectoris volumus. Si autem necesse propter consilium fuerit, etiam filius noster dominus Iulianus debet adhiberi, ita vt nullus alius agnoscat, sed secretum sit. Vos ergo inter vos pertractate: vtrum in auro aut certe in pecuniis eisdem colonis pauperibus dari eadem contentia debeat. Quicquid vero communiter steterit: prius descriptione, sicut dixi, facito: & postmodum singulis iuxta qualitatem suae paupertatis distribuere stude. Ego enim sicut magister gentium testatur, habeo omnia, & abundo: nec pecunias sed mercedem quaero. Ita ergo age, vt in die iudicij de eadem causa mercedis quae experientiae tuae commissa est: mihi fructum quem feceris, ostendas. Quod si putet ac fideliter & strenue egeris, & hic illud in filiis tuis recipies: & postmodum retributionem plenariam in aeterni iudicis examine habebis.

Gregorius Catulo Romano & Victorib: Quod episcopi cum mulieribus habitare non debeant.

Caput. XL.

Præuenit ad nos quod qui sunt in sacro ordine constituti, in territorio Nursino, cum mulieribus extraneis habitent. Quod quia ignauum & valde est indecens, Optato defensori præcepimus, vt eos debeat adhortari, quatenus si ita est, nullus eorum cum extraneis mulieribus decætero debeat habitare. Quod si forte adhortationem eius neglexerint, hoc quoq; ei iniunximus: vt ad notitiam fratris & coepiscopi nostri Chrisanti illud perducere debeat: dummodo aut per illum corrigantur, aut cum eius autoritate prædictus defensor studeat emendare. Et ideo magnitudo vestra in hoc capitulo, sicut eam decet, concurrat: atque eundem desuper fratrem habeat in omnibus commendatum, vt vobis solatiantibus, & quae ei iniuncta sunt salubriter expleat, & in aliis contra rationem laborare non valeat.

Gregorius Chrisanto episcopo Spoletano. De sacerdotibus Nursiae cum mulieribus cohabitantibus.

Caput. XLI.

Ex quorundam relatione cognouimus sacerdotes territorij Nursini cum mulieribus extraneis comanere. Pro qua re valde nos fraternitas tua cõtristatos agnoscat: quae dudum talia, si tamen cognouit, minime passa est coerceri. Sed quoniam præcipimus defensori, vt hæc debeat modis omnibus emendare, si quisquam ex eis in tali capitulo contumax voluerit apparere, ad fraternitatis tuae eum debeat euocare iudicium. Ideoque sanctitati tuae necessario diximus scribendum: vt si quos de sacerdotibus ad tuam diocesim pertinentibus, vel certe de quibus antedictus Optatus tuae renunciauerit sanctitati procaces inuenerit, admonitione sacerdotali præmissa: & si res ita exegerit, etiam & canonicam adhibens disciplinam, decætero emendare festinet: quia nos audire talia nulla parimur ratione. Sed & presbyterum quem dicunt sine dei respectu plurimas violentias irrogare: admonere eum vel increpare pro talibus fraternitas tua studeat. Qui si te audire noluerit, a communione eum suspendere: vel sic incipiat a prauis se actibus remonere.

Gregorius Ioanni episcopo Panormitano. De usu pallii notanda.

Caput. XLII.

Apostolicae sedis grata beneuolentia prouocati, fraternitati tuae quam Panormitanæ Ecclesiae speculatoris constat suscepisse officium, pallij usum prauum concedendum, illis videlicet temporibus, atque eo ordine: vt alios quoque in insula Siciliae sacerdotes vel decatores tuos esse vios non ambigis. Illud autem admonemus: vt Apostolicae sedis reuerentia nullius præsumptione tur-

betur. Tunc enim status membrorum integer manet, si caput D fidei nulla pulset iniuria, & canonum manet incolumis atque intemerata semper autoritas: vt sicut a nobis huiuscemodi decoris usum ad sacerdotalis officij honorem accepisse te gaudes: ita etiam morum atq; actuum probitate susceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris inuicẽ decore conspicuus, si ad huiuscemodi corporis habitum metis quoque tuae bona concordent.

Gregorius Phoca Augusto. De responsibus Apostolicis. Caput. XLIII.

Considerare cum gaudiis & magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti domino laudes debemus, quod remoto iugo tristitiae ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestrae pietate peruenimus. Nam quod permanere in palatio iuxta antiquam consuetudinem Apostolicae sedis diaconem vestra serenitas non inuenit, nõ hoc meae negligentiae, sed grauissimae necessitatis fuit: quia dum ministri omnes huius nostrae Ecclesiae contrita asperaque tempora cum formidine declinarent atq; refugerent, nulli eorum poterat imponi, vt ad urbem regiam in palatio permansurus accederet. Sed postquam vestram clementiam omnipotentis dei gratia disponente ad culmen imperij peruenisse cognouerunt, ipsi quoque suadente lætitia ad vestra vestigia venire festinant, qui illuc accedere valde timuerant. Sed quia eorum quidam ita senectute sunt debiles, vt labore ferre vix possint, quidam Ecclesiasticis curis vehementer implicantur, & labor praesentium qui primus omnium defensor fuit, bene mihi ex longa assiduitate compertus est vita, fide, ac moribus approbatus, huc aptum pietatis vestrae vestigiis iudicavi. Vnde enim auctore deo diaconem feci, & sub celeritate transmittere studui, qui cuncta quae in his partibus aguntur, inuento opportuno tempore valeat clementiae vestrae iuggerere. Propter quod rogo vt serenitas vestrae pias aures inclinare dignetur: vt tanto nobis valeat celerius misereri, quam to afflictionem nostram verius ex eius relatione cognouerit. Qualiter enim quotidianis gladiis: & quantis Longobardorum incursionibus ecce iam per trigintaquinque annorum longitudinem premimur: nullis explere vocibus suggestionis valemus. Sed in omnipotente domino confidimus, qui ea quae coepit, consolationis suae nobis bona perficiet. Et qui suscitauit in republica pios dominos, etiam extinguet crudeles inimicos. Sancta itaque trinitas vitam vestram per tempora longa custodiat: vt de bono vestrae pietatis quod tarde suscepimus, diutius gaudeamus.

Gregorius Leontie Augusto. De Ecclesia sancti Petri specialiter honoranda.

Caput. XLIII.

Quae lingua loqui, quis animus cogitare sufficiat, quantas de serenitate vestri imperij omnipotenti deo gratias debemus, quod tam dura longi temporis pondera cervicibus nostris amouit, & Imperialis culminis leue iugum subiit quod libeat portare subiectis? Reddatur ergo creatori omnium ab huiusmodi angelorum choris gloria in caelo: persoluator ab omnibus gratiarum actio in terra: quia vniuersa respublica quae multa mortoris pertulit vulnera, iam nunc consolationis vestrae inuenit fomenta. Vnde nobis necesse est omnipotentis dei misericordiam anxius exorare, vt cor vestrae pietatis sua semper dextera teneat: eiusque cogitationes caelestis gratiae ope dispenset: quatenus tranquillitas vestra tanto rectius valeat sibi seruientes regere, quanto dominatori omnium nouerit verius deseruire. In amore catholicae fidei faciat defensores suos, quos fecit ex benigno opere imperatores nostros. Infundat in vestris mentibus zelum simul & mansuetudinem: vt pio semper seruore valeatis & quicquid in deo exceditur, non inultum relinquere: & si quid in vobis delinquitur, parcendo tolerare. Sed det vobis in vestra pietate pulchrae Augustae clementiam, quae pro zelo catholicae fidei in sancta synodo Helena noua vocata est. Omnipotentis dei misericordia largiora vobis cum piissimo domino spatia viuendi concedat: vt quod vestra longius vita extenditur, subie-

Mat. 16.

**C**orum omnium consolatio validius confirmetur. Rogare forsitan debui, ut Ecclesiam beati Petri Apostoli quae nunc usque grauibus insidiis laborauit, haberet vestra tranquillitas specialiter commendatam. Sed qui scio quia omnipotentem deum diligitis, non debeo petere quod sponte ex benignitate vestra pietatis exhibetis. Quanto enim plus timetis conditorem omnium: tanto amplius eius potestis Ecclesiam amare, cui dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & porta inferi non praeualebunt aduersus eam: & tibi dabo clauis regni caelorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelo: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelo. Unde nobis dubium non est quam forti amore ad eum vos stringitis, per quem solui ab omnibus peccatorum nexibus desideratis. Ipse ergo sit vestri custos imperij, sit vobis protector in terra, sit pro vobis intercessor in caelo: ut per hoc quod releuatis duris ponderibus in vestro imperio subiectos gaudere facitis: post multa annorum tempora in caelesti regno gaudeatis.

Gregorius Cyriaco patriarchae Constantiopolitano. De pace & unitate sanctae Ecclesiae. Caput. XLV.

Epi. 45.  
Ioan. 14.

**Q**uanta sit pacis virtus, charissime frater ex voce dominica diligentius intuentes, quae ait: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: ita in eius nos decet dilectione persistere, ut locum praebere discordiae nullo modo debeamus. Sed quia in radice ipsius vivere aliter non valemus, nisi mente & actu humilitatem, quam ipse author pacis docuit, teneamus: cum ea charitate qua dignum est suademus, ut prophanam elationem, quae animabus semper aduersa est, cordis pede calcantes, peruersi superbiq; vocabuli scandalum Ecclesiae auferre de medio festinetis: ne a pacis nostrae societate diuisi inueniri possitis. Sed vnus in vobis spiritus, vna mens, vna charitas, vna in Christo, qui sua membra esse nos voluit, sit compago concordiae. Nam quam durum, quam indecens, quam crudele, quamq; a sacerdotali proposito sit extraneum, pacem illum quam aliis praedicat non habere: sanctitas vestra consideret, & suos de superbia fratres scandalizare non praesumat. Sed hoc magis studeat, ut vanae aut superbiae elationis auctorem, humilitatis queat ense prosternere: quatenus ex eiusmodi victoria, suum vos habitaculum sancti spiritus gratia sibi vendicat, & aperte impleatur in vobis quod scriptum est: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Praesentium vero portitorem dilectissimum communem filium Bonifacium diaconem vobis in omnibus commendamus: ut quocumque necesse fuerit, solatia vestrae, sicut decet, inueniat sanctitatis.

2. Cor. 6.

Gregorius Eulogio patriarchae Alexandrino. De puero ordinato in diaconem, & de simoniaca haeresi. Caput. XLVI.

Epi. 46.

**Q**uadam die inter me & familiares meos de consuetudinibus Ecclesiarum cum sermo fuisset exortus, quidam qui in magna ciuitate Alexandria medicinali arte erat imbutus: collectorem se apud sophistam suum habuisse perhibuit, summae prauitatis puerum, quem repente dixit esse diaconem ordinatum. Atq; addidit quod per praemia & donationes ordinatus fuisset: quia eandem consuetudinem in sancta Alexandria Ecclesia conualuisse fatebatur. Quod ego audiens obstupui, & valde miratus sum: quia sanctissimi ac beatissimi viri domini Eulogij lingua quae tam multos haereticos ad fidem catholicam reuocat, simoniacam haeresim de sancta Alexandria Ecclesia non erasit. Et quis erit cuius exhortatio vel correctio hoc poterit emendare, si magna & admirabilis doctrina eius hoc sine emendatione reliquerit? Unde pro absolutione animae vestrae: proq; augmento mercedis vestrae, ut ante tremendi oculi iudicis vestra in omnibus perfecta sint opera, festinare debetis, simoniacam haeresim, quae prima in Ecclesia exorta est, a sanctissima sede vestra, quae nostra est, funditus euellere atq; etadicare. Propter hoc etenim contingit ut Ecclesiastici ordinis a plurimis sanctitas caderet, quia personae non

pro vita & actibus, sed pro praemiis ad eos ordines adducuntur. Si autem morum merita & non praemia quaeruntur, ad ordinationem personae indignae non veniunt. Et tanto plus incipiet vobis merces accrescere: quanto boni quique qui adducti ad sacros ordines fuerint, de animarum lucris studuerint cogitare.

Gregorius Eulogio patriarchae Alexandrino. De uerbo dei instantius praedicando. Caput. XLVII.

**M**agnas omnipotenti deo gratias reddimus: quia in more cordis dulcis sit sapor charitatis, cum impletur quod scriptum est: Sicut aqua frigida sitienti, sic nuncius bonus de terra longinqua. Ante hoc enim temporis Bonifacij chartularij responsalis mei, qui in vrbe regia demoratur, vehementer me scripta turbauerunt: quae dicebat dulcissimam mihi atq; suauissimam sanctitatem vestram defectum corporei luminis pertulisse. Ex quibus scriptis graui mero percussus sum. Sed subito creatoris ac redemptoris nostri gratia prosperante beatitudinis vestrae suscepi epistolam: & sanam de ea quam audiui corporis molestia agnoscens, exultavi vehementer: quia tanta laetitia cordis secuta est, quanta prius tristitia amaritudo praecesserat. Scimus enim quia in omnipotentis dei adiutorio multorum salus est vita vestra. Nam tunc inter fluctus nauis securi nauigant: quando gubernator doctus atque artifex ad clauis regimen sedet. In salutis autem vestrae gaudio, haec quoque mihi est exultatio addita: quia & immutatos ore vestro Ecclesiae hostes, & multiplicatos dominicos greges agnouit. Crescunt enim quotidie per linguam vestrae vomerem grana caelestia, atq; in superuis horreis multiplicatur: ita ut in vobis impletum esse gaudeamus, quod scriptum est: Vbi plurimae segetes, ibi manifesta fortitudo bouum. Unde aperte colligimus, quia quantum plus ad seruitium dei omnipotentis fugitinos eius reducit: tantum apud eum maius meritum habetis. Et quanto meritum maius accipitis, tanto potestis amplius impetrare quae petitis. Rogo ergo ut pro peccatore enixius oratis, quia & dolor corporis, & amaritudo cordis, & immensa vastitas mortalitatis inter tot barbarorum gladios me vehementer affligit. Inter quae omnia non temporalem, sed aeternam consolationem requiro, quam per me impetrare non valeo: sed intercessione vestrae beatitudinis hanc me obtinere confido. Secundo vero anno nulla sanctitatis vestrae scripta suscepi, atque omnino contristatus sum. Et quidem vestra benedictio, qua sine epistola transmisistis, data atq; suscepta est. Sed quia plus me lingua vestra quam data laetificant, minoris gratiae esse credidi quae dabantur. Communem autem filium Epiphanium diaconem Alexandro atq; Hidorio sanctissimae Ecclesiae vestrae diaconibus feci scribere: ut constaret quia ea quae transmissa sunt, suscepissemus. Scripsi vero quia gradia ad arbores ac temones faciendos ligna paraueram: sed nauis parua quae venerat, haec portare non potuit, & nihil mihi exinde rescripsistis. Unde si sunt necessaria, communi filio Bonifacio diacono quem nunc ad urbem regiam pro faciendis responsis transmittimus: scribite ut mihi ipse rescribat quatenus praeparantur: ut cum beatitudo vestra transmisserit, parata valeant inueniri. Praeterea transmisimus crucem paruulam, in qua de catenis amatorum vestrorum sanctorum Petri & Pauli Apostolorum inserta est benedictio, quae oculis vestris assidue supponatur: quia multa per eandem benedictionem miracula fieri consueuerunt. Omnipotens deus cordi beatitudinis vestrae aspires, ut pro me orare assidue curetis. Et vos vestrosq; omnes sua dextera protegat, atq; post longa annorum curricula ad caelestia regna perducatur. Eulogias vero sancti Marci a beatissima fraternitate vestra transmissas, cum ea charitate qua sunt directae, secundum notitiam earum suscepimus: & gratias affectui vestro referimus: quia ex his exterioribus, quales erga nos sitis, agnoscimus.

Gregorius Iohanni episcopo Pauormitano. De uisitando eo.

Caput XLVIII.

**A**morem circa nos vestrum, quem corporali nobis uisione uoluimus exhiberi: scriptis & operibus assidue demonstratis. Sed quid aliud haec exhibendo agitis, nisi

Epi. 47.


Prover. 25.

L

Prover. 14.

M

Epi. 48.



A nisi vltimas queramus videre quem docemur amplius amare: Et paulominus iam etiam murmur accepimus: quia non possumus videre quem amamus. Sed affuit qui mihi impossibilitatem nauigij de vestra gloria narraret, atque ideo quod amari retinui, & quod iratus fueram peperci. Omnipotens deus tua res protectione custodiat, & a malis omnibus gratia assidua defendat.

Gregorius Iohanni episcopo Panormitano. De charitate clericis suis exhibenda.

Capit. XLIX.

Epist. 49. Implenda sunt semper postulantium desideria, quotiens illa possuntur quae a ratione non deuiant. Et ideo quia quaedam capitula, quae seruaturum te clericis tuis petentibus promissisti, nostra ab eis postulatur auctoritate firmari, fraternitatem tuam his hortamur assatibus vt ea quae praesentia scripta continent, sine aliqua debeas refragatione seruare. Primum vt de redditibus Ecclesiae quartam in integro portionem Ecclesiae tuae clericis secundum meritum vel officium sine labore suo, vt ipse unicuique dandum prospexeris, sine aliqua praebere debeas tarditate. De hoc vero quod ex fidelium oblatione acceperit, quartam partem in solidis vel cellario eis iuxta pristinam consuetudinem dare non differas. Reliqua autem omnia mobilia in tua retineas potestate. Immobilia enim ecclesiasticis redditibus aggregentur: vt multiplicata quantitate, clericorum tuorum vltibus, deo largiente, proficiant: Tabellarium vna cum consensu seniorum & clerici memineris ordinandum, qui annis singulis ad amputandam fraudis suspicionem solemniter suas debeat rationes exponere. Vindemiarum autem tempore idem clerus emendi vinum de possessionibus Ecclesiae tuae ad iusta precia, in quantum vendendum est, remedium consequatur. Nam factis contra rationem est, vt quod potest extraneis venditari, clericis dato precio deaergetur. Possessiones igitur, vel si qua sunt ecclesiastico iuri competentia, & ab extraneis indebitè detinentur, cum omni studio seruata ciuilitate in ius Ecclesiae tuae praeparare festina, vt negligens in aliquo videri non valeas. Si quid igitur de quocunque clerico ad aures tuas peruenierit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita, sed praesentibus senioribus Ecclesiae tuae diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis. Haec itaque omnia sic sollicitè ac mansuetè studi) tui sit custodire: quatenus nec tu promissionis tuae videaris inmemor extitisse, nec illi contra te iustam occasionem inuenire valeant murmurandi.

Gregorius Iohanni defensori, eunti in Hispaniam. De lege multimoda episcoporum & aliorum.

Capit. L.

Epist. 50. 2. q. 1. c. in primis. In primis requirèdum est de persona presbyteri dilectissimi fratris & coepiscopi nostri Ianuarij, & si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio continet, in Ecclesia atque in loco suo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota siue probata est, subtiliter ipso praesente, & pro se rationem reddente, quarèdum est & genus causae, & modus probationis, vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio demorari, an certe in Ecclesia sua & officio suo debeat reuocari. De suprascripti episcopi persona hoc statuendum est, vt si nulla contra eum criminalis causa, quae exilio vel depositione digna est, mota siue probata est, is qui eo superstitè episcopus peruersè ac contra canones in Ecclesia eius ordinari praesumpsit, sacerdotio priuatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri & coepiscopo nostro tradendus est, vt ab ipso in custodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius consentientes interfuerunt, in sex mensibus dominici corporis & sanguinis communionem priuati, agere poenitentiam decernantur in monasterio: & suprascriptus Ianuarus loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero communionem priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem episcopi in pra-

judicium condemnationis vel depositionis memorati episcopi, se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua iponte facti fuerint, tempus eis abbreviandum est, & modus poenitentiae temperandus. Si vero ille qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migravit, & alter est ordinatus, quia leuior culpa videtur, cum non quasi illi supersit, sed successisse defuncto videatur, episcopatus illi officium in illa Ecclesia tantummodo interdicitur, vt in alia Ecclesia quae sacerdote vacauerit, si electus fuerit, possit esse episcopus, ad Malachitanam tamen Ecclesiam nunquam aliquo modo reuersurus. Gloriosus autè Comitius quicquid praedictus episcopus per violentiam atque intecutionem ipsius expendisse, vel damnum pertulisse dato sacramento firmauerit, eidem episcopo restituere compellatur. Si autem aliter quam antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter querendum est, & veritate cognita, cum dei timore quod iustitiae ordo suaserit iudicandum. Quia ergo Stephanus episcopus in odio suo quaedam facta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condemnatum: diligenter querendum est primo si iudicium ordinabiliter est habitum, aut si alij accusatores, alij testes fuerunt. Deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit. Aut si eo praesente sub iuramentum contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel ipse licentiam respondendi & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantium ac testificantium subtiliter querendum est cuius vitae, cuius conditionis, cuius uel opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra praedictum episcopum inimicitias habuissent, & vtrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certe se scire specialiter testati sunt, si scriptis iudicatum est & partibus praesentibus sententia recitata est. Quod si forte haec solemniter acta non sunt, nec causa probata est quae exilio vel depositione digna sit, in Ecclesia sua modis omnibus reuocetur. Hi vero qui eum contra dei timorem & canonum statuta condemnauerunt, excommunicati in monasterio ad agenda poenitentiam sex mensibus sunt mittendi, ita tamen vt si cuiquam eorum mortis contigerit imminere periculum, viatici benedictio non negetur. Ipse autem qui eo viuente locum eius temerarie ambiuit, priuatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri & coepiscopo nostro tradatur, vt eum aut ipse ad nostram mittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eum ordinare praesumpserunt, vel peruersè ipsius ordinationi prebuere consensum, idem communionem priuati, sex mensibus ad agenda poenitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in prauidicium condemnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua iponte professi fuerint, tempus eis abbreviandum est, & modus poenitentiae temperandus. Si igitur is qui praedicti Stephani locum inuasit, fortasse defunctus est, atque alius in Ecclesia eius episcopus ordinatus est, illud de eo statuendum est, quod superius de causa fratris & coepiscopi nostri Ianuarij, diximus. Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata sunt, aliqua vero doceri minime potuerunt: causa omni consideratione pensanda est, vtrum leuiora capitula, an certe grauiora probata sint, vt ex eis qualiter diffinitionem tuam formare debeas, possis scire. Gloriosus vero Comitius, si suprascriptus episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius vel Ecclesiae ipsius tulit, ei sine aliqua restituat dilatione. Sed & quaeque se in persecutionem ac violentiam eius expendisse, vel damnum idem episcopus pertulisse irauerit, idem memoratus gloriosus Comitius reddat ac satisfaciat. Si autem talem culpam antedictum episcopum commisisse colliterit, quod absit, vt constet eum non irrationabiliter fuisse depositum, eadem eius depositio confirmetur, & Ecclesiae res suae omnes restituantur, quae ablatae claruerint, quia delictum personae in damnum Ecclesiae non est conuertendum. Si enim, vt dicunt, Comitius defunctus est, ab herede eius quae ab illo iniuste ablatae sunt, sine exculpatione reddantur.

Gregorius Vitali defensori. De consiliariis excommunicatis Ianuarii episcopi.

Capit.

G

Caput. LI.

Epistol. 51.

**Q**uid de fratre nostro Ianuario episcopo agnouimus, & lator presentium & exemplaria scriptorū nostrorum te poterunt informare, atque ideo excommunicationem quam super vniuersos eius consiliarios dari decreuimus, tua experientia solerter exequatur, vt cadentes discant, quatenus incaute ambulare non debeant. Præterea precium tritici quod nobis xenij nomine fuerat transmissum, per latorem presentium redemptorem defensorem transmisimus. Videat experientia tua, ne vel tu vel ipse qui detulit, aliquid ex eo in precio commodi participare præsumat, sed totum singulis vel simul omnibus illibatum restituat, eorumque mihi scripta de eodē premio transmittat, quia si aliter quàm admonco factum cognouero, vindictam ex eadem causa non mediocriter exercebo.

Gregorius Ioanni defensori. De monachis  
Capreæ insule. Caput. LII.

Episto. 52.

**V**bi canonicam distinctionem culpārū contra se qualitas excitat, postponere quæ corrigenda sunt non debemus: ne dissimulatione vires dare prauis actibus, quos falce nos disciplinæ reseccare conuenit, videamur. Quia ergo peruenit ad nos, monachos monasterij in Capricana insula, quæ iuxta Maioricam insulam est posita, ita peruersè se agere, ac vitam suam diuersis facinoribus submississe, vt non omnipotenti deo, sed antiquo hosti, quod cum gemitu dicimus, ostendatur militare: experientia tua presentis autoritate commonita, ad prædictum monasterium accedere, & vitam moreque illic conuersantium sub tali studeat inuestigatione perquirere, & ita quæ reseccatione digna repererit, sicut canonicus ordo desiderat, cōgrua vltione corrigere, atque eos quæ obseruare debeant studeat informare: quatenus emendationis tuæ modus & istos ad viam rectæ conuersationis reducere, & te apud nos nullo modo valeat accusare culpabilem.

Epistola Ioannis defensoris de cognitione de qua  
inter episcopos resedit. Caput. LIII.

Epistol. 53.

**I**n nomine domini ipse ill. die ill. indiēt. illis, cui officium cognitoris iniungitur, ita se pura ac intemerata conscientia debet in omnibus exhibere, vt ex his quæ in alijs iudicat, ipse vltio. em æterni examinis non incurrat. Cum igitur ex deputatione & iussione beatissimi atque Apostolici domini mei Gregorij, Ego Ioannes defensor inter Ioannem episcopum Malachitanæ ciuitatis, inter illos & illos episcopos cognitor resedissem, necesse fuit huiusmodi causam prædicti Ianuarij interna inquisitione discutere, & a partibus subtiliter querere veritatem, si vt petitio eius continet, transmissis clericis a memoratis episcopis vnā cum hominibꝰ gloriosi Comitoli de Ecclesia fuerit violenter abstractus. Qui dum multa contra se inuicem, sicut gesta testantur, obicerent: ad conclusionis hunc vtriusque partes aliquando terminum peruenerunt, petentes me de agnitis debere indicare. Vnde sollicitè relegens quæ acta sunt, & veritatem diligenti inuestigatione perquirens, nullam in antedicto Ianuario culpam quæ exilio vel depositione digna esset puniri, sed magis illum eiectum de Ecclesia violenter inueni. Et quanquam huiusmodi temeritatem legum censura districtissime feriat, ego tamen legum vigorem sacerdotali moderamine temperans, medijs sacrosanctis Euangelis, quibus presentibus ab initio in hoc cognitor resedi iudicio, ea que contra eum statuta sunt, licet iure non teneant, nec alicuius sint momenti, iniusta tamen & infirma esse pronuncio: atque illos memoratos episcopos, qui postposita consideratione sacerdotali, in fratris præiudicium atque condemnationem iniuste & contra dei timorem versati sunt, condemnans, in monasterium recipiendos ad agendam in tempus penitentiam statuo atque decerno. Illum verò qui locum antedicti sanctissimi Ianuarij contra factorum canonum statuta nequiter præsumpsit invadere, condemnans, priuari sacerdotio, & ab omni ecclesiastico ordine remoueri statuo: vt & hoc quod malè est adeptus amittat, nec ad officium quod antè indignè gesserat, reuertatur. Sæpeditum autem sanctissimum Ianuarium episcopum absolutum loco suo in episcopatus gradu deo au-

thore reuerti, ac modis omnibus reformari constituo.

K

Gregorius Ioanni defensori eunti ad Hispaniam.  
De pluribus causis examinandis.

Caput. LIIII.

**D**e persona presbyteri hoc attendendum est, quia si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed episcopus ipsius adiri debuit, sicut nouella constitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis & deo amabilibus ac reuerentissimis episcopis, clericis, & monachis, Imperator Iustinianus augustus Petro gloriosissimo præfecto pratorio: Si quis contra aliquem clericum aut monachum, aut diaconissam aut monasteriam aut assistoriam habeat aliquam actionem, adeat prius sanctissimum episcopum, cui horum vnusquisque subiacet. Ille verò causam inter eos diiudicet. Et siquidem vtraque pars his quæ iudicata sunt, non acquiescit, iubemus per loci iudicem hæc executioni perfectè mandari, &c. Ne verò obiciatur, quia de clerico hoc loquitur, nõ de presbytero: sciendum est quia in eadem constitutione lib. C. j. legitur appellatione clericorum, & presbyteros & diacones contineri. Verba atū legis ista sunt: Presbyteros aut & diacones & subdiacones, cantores & lectores, quos omnes clericos appellamus, & reliqua. De persona Ianuarij episcopi sciendum est grauitè omnino & contra leges esse actum, vt violenter de Ecclesia traheretur: dum si quamlibet aliam iniuriam a quocunque episcopo in Ecclesia passus fuerit, iniuriante lex capitali pœna percutiat, & sicut maiestatis reum omnibus det accusandi illum licentiam, vt huius legis series loquitur Codicis libro primo, titulo sexto constitutione decima. Imperatores Archadius & Honorius augusti Theodoro præfecto pratorio. Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias catholicas irruens, sacerdotibus & ministris, vel cultoribus ipsis, locoque aliquid importet iniuriz quod geritur, a prouincie rectoribus animaduertatur, atque ita prouincie moderator, sacerdotum & clericorum, & catholica Ecclesia: ministrorum, loci quoque ipsius & diuini cultus iniuriam capitali in conuictos seu confessos reos sententia nouerit vindicandam. Et post pauca: Sitque cunctis latidabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias, veluti publicum crimen insequi, atque de talibus reis vltionem mereri, &c. Data. vj. cal. Maij. Mediolani Honorio augusto quater, & Euthiciano ter consulibus. Libri superscripti tituli. xv. consti. ij. Imperator Honorius & Theodosius augusti Ionio præfecto pratorio. Fideli ac deuota præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, sub hac videlicet definitione, vt si quisquam contra hanc legem venire tentauerit, sciat se maiestatis crimine esse retinendum. Data cal. Aprilis Honorio septies, & Theodosio tertio consulibus. Item eiusdem tit. consti. v. Imperator Leo augustus Eutrio præfecto pratorio. Presenti lege decernimus per omnia loca valitura, excepta hac vrbe regia in qua nox diuinitate propicia degentes, quotiens vsus exegerit inuocati, singulis causis atque personis presentanea constituta præstamus, nullos penitus cuiuscunque conditionis de sacrosanctis Ecclesijs orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas. Et post pauca: Qui hoc moliri, aut facere, aut nuda cogitatione saltem, atque tractatu ausi fuerint tentare: capitali & vltima supplicij animaduersione plectendi sunt. Ex his ergo locis, eorumque finibus quos anteriorum legum præscripta sanxerunt, nullos eiici aut expelli aliquando patimur, nec in ipsis Ecclesijs reuerendis ita quenquam detineri atque restringi, vt ei aliquid aut vincularum rerum, aut vestis negetur, aut requies, &c. Data pridie. cal. martij Constantinopoli: Leone augusto tertio consulente. De persona Stephani episcopi ad hoc attendendum est, quia nec inuitus ad iudicium trahi, nec ab episcopis alieni concilij debuit iudicari, sicut nouella quædam traditio quæ de episcopis loquitur, continet. Ait enim: Sed neque pro qualicunque pecuniaria vel criminali causa ad iudicem ciuilem siue militare, inuitum episcopum producere, vel exhibere citra imperialem iussionem permittimus, sed iudicem qui tale aliquid, siue ex scripto, siue ex non scripto præsumperit imperare, post cinguli priuationem. xx. librarum auri poenam exoluere iubemus Ecclesie sue





**A** sit cuius episcopus produci aut exhiberi iussus est, executorum similiter post cinguli priuationem & verberibus subdendum, & in exilium deportandum. Item post multa: Si autem & a clerico aut laico quocunque aditio contra episcopum fiat, propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sanctas regulas & nostras leges causa iudicetur. Et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum & patriarcham diceceseos illius referatur causa: & ille secundum canones & leges huic prebeat finem. Contra haec si dictum fuerit, quia a sede Apostolica, quae omnium Ecclesiarum caput est, causa audienda, ac dirimenda fuerat, sicut & praedictus episcopus petiisse dinoscitur, qui episcopos alieni concilij habuit omnino suspectos. Quia ergo sententia non a suo iudice dicta, nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor offendit, lib. C. vij. titu. xlvij. constitutu. iij. Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius augusti ad Pontium Mutium. Et in priuatorum causis huiusmodi forma seruetur, ne quenquam litigatorum sententia, non a suo iudice dicta, constringat. Data. xj. cal. Octobris Romae, Aufonio & Olibrio consulibus. Quod autem dicitur a seruis suis accusatus, sciendum est quia audiri minimè debuerunt, ut hec constitutio patefacit sic dicens. C. lib. ix. tit. j. constitutu. xx. Imperatores Archadius & Honorius augusti Euthiciano praefecto praeto. Si quis ex familiaribus vel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque accusator extiterit, eius aestimatione, caput, atque fortunas petitur, cuius familiaritati vel dominio inhaerit, ante exhibitionem testium, aut examinatione iudicij, in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio, ultore gladio feriat. Vocem enim funesta interdici oportet potius quam audiri, maiestatis autem crimen tantum excipimus. Data. v. idus Nouembrii Cesaribus consulibus. Si vero dictum fuerit, quia de hoc accusatus est, quod ad maiestatis crimen attinet, nec ipsam de eo credendum fuit, si vita vel opinio eius talis ante non extitit, sicut lib. pandectarum. xlvij. ad legem Iuliam maiestatis scribit Modestinus, lege famosi, paulo post princi. Hoc tamen crimen a iudicibus non in occasione, ob principalis maiestatis venerationem, habendum est, sed in veritate rei iudicatae. Nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitauerit. Quod autem dicit idem episcopus quia se absente, aliqui vilissimi sunt testes exhibit: hoc si verum est, nullius esse momenti lege noscendum est: Constitutione nouella quae de testibus loquitur. Hoc quoque sapienter agnouimus, quoniam quidam aut apud locorum defensores, aut apud clarissimos prouinciarum indices, aut etiam, ut assolet, hic apud virum clarissimum magistrum sensus ingrediuntur, & queruntur tanquam ab alio passi aliquid contra leges, aut aliter laesi aut damnificati, testes volentes producere. Aut ne postea obiciatur eis, quia per vnam partem gesta confecta sunt: oportet illum in ipso ciuitate constitutum ubi testimonia dantur, admonitum a iudice siue a defensore aduenire, & audire attestations. Si vero noluerit aduenire, sed contempserit, ut ex hoc ab vna parte testimonia aduersus eum inutilia sint, sancimus huiusmodi testimonia ita valere, ac si non ex vna parte consisterent, sed etiam ipso praesente fuissent facta. Si enim recusauerit & venire noluerit, & audire quae deponuntur, cum utique in publico sit, & non ex inuitabili quadam necessitate venire non possit, similis aduenienti erit, & nulla utilitas ex contemptu suo ei adhibebitur, sed videbuntur quidem in vtriusque praesentia probationes factae. Ecce admonendus est semper aduersarius ut ad audiendos testes adueniat. Quod quia hic omissum est, necesse est ut quod contra leges actum est, firmitatem non habeat. Quales autem testes vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimae leges ostendunt, quae penè nulli habentur incognitae, quae etiam tancum ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. Quod autem dicitur quia nihil scriptis iudicatum est, legendus est titu. xliij. lib. vij. codicis, quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur atque praecipitur, ut sententia quae sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententiae habere mereatur.

Gregorius Theodoro curatori. De Petro viro magnifico.

**P**ostquam sic de gloria vestrae sinceritate praesumimus, D ut vestros vos credamus reputare qui nostri sunt, latiori praesentium Petro viro magnifico ad promouendam bonitatis vestrae gratiam, hoc solum sufficere poterat, indicare quia noster est. Sed quoniam paterna commendatio boni filij mentem solet semper accendere paterna dulcedine salutantes petimus, ut memorato filio nostro, atque memoratae filiae nostrae gloriose matri ipsius patrocini vestri gratiam ostendatis, eosque & illic positos tuitionis vestrae remedio foueatis, & venientes ad nos vestris subsidiis adiuuetis: quatenus dum ea quae gloria vestra ex se solet impendere, nostra benignius epistola interueniente praestiterit, & ipsam rem conueta videatur laudabiliter exhibere, & nos sibi pro sua bonitate gratiarum esse per omnia faciat debitores.

Gregorius Paulo scholastico. De ultione eius in maleficos. Caput. LV.

**Q**uanto nos gloria vestra tristes dudum effecerat, Episto. 55. propterea quod se aduersus fratrem & coepiscopum nostrum Leonem reuerentissimum virum querelas habere aliquas perhibeat, tanto eodem fratre ad nos modo veniente, cor nostrum gauisum est, quia in pristinam vos concordiam, deo propicio, ad inuicem reddisse testatus est. Qui etiam inter alia bona quae vestris laudibus inferebat, adiecit omnino vos in ultione maleficorum sollicitos ac districtos, sicut reuera vos ut Christianos oportuit, extitisse. Vnde valde in nobis laetitia quae de vobis sumptis exereuit, quia illum vobis placabilem redditis, contra cuius inimicos zeli vestri rectitudinem exercetis. Propterea gloriam vestram paterna dulcedine salutantes hortamur, ut quia satis est moribus vestris accommodum pacem diligere, reparatam inter vos gratiam nullius lingua perturbet, sed sic in vobis erga patronum amorem charitas ardeat, ut eam aduersi status more flammam non extinguant, sed augeant. Nam & eundem antedictum fratrem nostrum hortati sumus, ut ita paternam vobis dilectionem impedit, quatenus reciprocam gloriae vestrae affectum non odiosè, sed velut mutuum tanquam foenerator semper possit exigere.

Gregorius Vitali defensori. De xenodochio neglecto. De Ecclesiis uacantibus. De Pompeiana. De infirmitate Ianuarii episcopi tempore sacrificij. Caput. LVI.

**E**xperientia tua indicante comperimus xenodochia in Episto. 56. Sardinia constituta, grauem habere neglectum. Vnde reuerentissimus frater & coepiscopus noster Ianuarius vehementissimè fuerat obiurgandus, nisi nos eius senectus ac simplicitas & superueniens aegritudo, quam ipse retulisset, suspenderet. Quia ergo ita est positus ut ad aliquam ordinationem esse non possit idoneus, economum eius Ecclesiae, atque Epiphanium archipresbyterum ex nostra districtae auctoritate commonemus, ut eadem xenodochia sine periculo suo sollicitè ac utiliter studeat ordinare. Nam si quis illic post haec neglectus extiterit, nulla se nouerint posse apud nos ratione aliquatenus excusare. Quonia vero possessores nos Sardiniae petierunt, ut quia diuersis oneribus affliguntur: Constantinopolim pro eorum debeas remedio proficisci, licentiam tibi eundi concedimus. Sed & dilectissimo filio nostro Bonifacio scripsimus, ut suum tibi pro remedio illius prouinciae studeat adhibere solatium. De Ecclesiis autem quas vacare sacerdotibus indicasti, praedicto reuerentissimo fratri & coepiscopo nostro Ianuario scripsimus, ut eas debeat ordinare, sic tamen ut non omnes ad episcopatum de Ecclesiis ipsius eligantur. Nam sic eum conuenit alias ordinare, ut Ecclesiae suae personis quae in ea possint proficere necessitatem non faciat. Illud igitur quod ad gubernationem quorundam monasteriorum personas esse praepositas, quae autem dum adhuc in minori essent ordine, monastico scilicet habitu, lapsae sunt indicasti, officium quidem abbatis suscipere, nisi omnino correctae vita & digna praecedente poenitentia minimè debuerunt. Sed quoniam iam oblatum, sicut dicis, officium susceperunt, de vita, moribus, ac sollicitudine eorum cura gerenda est. Et si actus non sunt contra officium, in eo quo sunt ordine perseuerent, alioquin remotis eis, aliis qui

Vbi supra. S. Quod am.

Vbi supra.

Vbi supra.

Vbi supra. S. Testes.

**G** qui commissis sibi animabus prodesse valeant, ordinentur. Causa propterea de monasterio sancti Hermæ, quod in domo Pompeiana religiosa à fratre nostro constructum est, quia plus blandimentis quam districtione agenda est, experientia tua apud eandem mulierem cum dulcedine agere studeat: quatenus nec illa in peccato proprio auctoris sui debeat postponere voluntatem, & tu utilitates monasterii valeas salubriter procurare. Puellas autem suas quas antedicta Pompeiana in monasterio mutata olim religiosa veste convertit, abstrahi ab ea vel inquietari nullo modo patiaris, sed in ea qua sunt conversione, deo protegente, permaneant. Proquirendis verò rebus Ecclesiarum, vel monasteriorum, siue piarum causarum quod scripsisti, prius quidem hi quorum interest, admonendi sunt ut ab eis te insistente, te solatiantem modis omnibus requirantur. Quod si forte vel ipsi negligentes extiterint, vel certe qui eas requirere debeant, inuenti non fuerint, tunc omnia ipse perquirere, atque ita reperia collige, ut manu aliquod iudicium inferre cuiquam minime videaris. De xenodochiis itaque hortulani atque Thomæ nihil hæcenus horum quæ indicasti cognouimus. Eapropter experientia tua iussionem principis ex hoc datam diligenter inspicat, & omnia secundum eius tenorem disponat, & nobis quicquid egerit innotescat. De hoc igitur quod scripsisti, fratrem & coepiscopum nostrum Ianuarium tempore quo sacrificium celebrabat, tantam pati frequenter angustiam, ut vix post longa intervalla ad locum canonis redire valeat quæ reliquit, atque ex hoc multos dubitare, si communionem debeant de eius consecratione percipere: admonendi sunt ut nullatenus pertimescant, sed cum omni fide & securitate communicent, quia ægritudo personæ, sacri mysterii benedictionem nec mutat, nec polluit. Secretius tamen omnino idem frater noster hortandus est, ut quotiens aliquam molestiam senserit, non procedat, ne ex hoc se & despiciendum præbeat, & infirmorum animis scandalum faciat. Præterea Pompeiana religiosa femina quæstia nobis est, hereditatem quondam generi sui Epiphani, in qua Epiphanius idem Matronam conjugem suam antefata Pompeiana usufructuariam constituerat, monasterio quod in domo sua fundari statuerat, & postea extincto usufructu modis omnibus profuturam, atque alia quæ eidem Matronæ proprietatis iure probantur competere, ab experientia tua, & a reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Ianuario iniuste sublata, & exinde nihil hæcenus vel filia suæ redditu, vel profecisse monasterio. Quod si ita veritas se habet, & aliquid te indecenter fecisse cognoscis, absque vlla mora ablata restitue, aut certe si aliter esse putas, ne gravari pars aduersa præiudicialiter videatur, electorum cum ea iudicium hac de causa nullo modo subire postponas, ut vtrum vera iustaque eius sit querimonia, definitione iudicij declaretur.

*Gregorius Iohanni episcopo Panormitano. De transmutatione rerum Ecclesiasticarum. Caput. LVII.*

*Episto. 57.*

**S**icut rationi contraria procul est abiicienda petitio, ita in his quæ bene desiderantur, effectum negari non conuenit. Quia igitur ut fraternitatis tuæ petitio, quæ tenetur in subditis, continet: in qua tecum vna presbyteri & diaconi, cæteraque Ecclesiastica officia præscribentes præbuere consensum, domum cum orto & balneo suo, atque omnibus ad eam pertinentibus in hac vrbe Romana positam, quæ ad ius Panormitanæ Ecclesiæ ex hereditate quondam Elori viri magnifici peruenisse dinoscitur, cum dilectissimo filio nostro Epiphanio diacono permutare desideras, propter hoc quod domus ipsa, ita parte detecta, parte diruta, parte igitur probatur esse consumpta, ut nihil exinde comodi, sicut testaris, ante multos iam annos nunciusque Ecclesiasticis utilitatibus potuisset accedere, atque hac in re nostra tibi dari postulas auctoritate licentiam, provisionem tuam diligentius intuentes, postquam & nobis cognitum est, domum ipsam in eo esse statu quo asseris, atque ita minante ruina quotidie deteriori fieri, ut non solum Ecclesiæ tuæ non utilis, sed potius subinde damnosa posse videatur existere, idcirco permutandi tibi eam cum balneo & orto suo, omnibusque generaliter ad eam pertinentibus, iuxta petitionem tuam, quam & veritatis & rationis apud nos ordo suffulsi, huius

authoritatis nostræ serie liberam per omnia concedimus, si cultatem, quatenus huiusmodi accepta licentia, nec te culpa de temeritate, vel incautela respiciat, nec ille aliquid dubietatis incurrat. Nam prouidū, salubreque est aliquid cõpendij procurare, vnde nulla spes lucri, sed danti magis formido est.

*Gregorius Fantino defensori Panormitano.*

*De exhilarato episcopo. Caput. LVIII.*

**T**alia ad nos de fratre & coepiscopo nostro Exhilarato, sicut & ipse nosti, peruenierunt: quæ districta essent omnino vitione plecenda, sed quoniam bis eam reuerentissimus frater & coepiscopus noster Leo, qui etiam in causa eius iudicem se fuisse testatus est, leuigauit, ad Ecclesiam suam illum transmittendum esse prauidimus, iudicantes sufficere illi hoc quod cum hic diutius retinentes affiximus. Itaque experientia tuæ præcipimus, ut erga mores, actusque illius curam habeat, atque eum frequenter admo- neat, quatenus se ad impendendam clericis suis charitatem benignum, & si res exegerit, ad corrigendas culpas debeat exercere sollicitum. Sed & clerum eius admonere volumus, ut humilitatem illi, ac obedientiam quam dominus mandat exhibeat, nec in aliquo illi superbè præsumat existere. Quod si quis eorum, id est, episcopus siue clericus admonitionem tuam neglexerit, ex hac nostra auctoritate canonica coercitione inobediens culpam: aut tu, sicut præuideris, corrige: aut nobis renunciare festina, ut disponere valeamus qualiter discipline frenum extra iter suum eos pergere non permittat, quos ad excessum aculeus prauæ mentis irriter.

*Gregorius Iohanni episcopo Panormitano. De Fantino defensore & Petro. Caput. LIX.*

**Q**uia sunt culpæ in quibus culpa est relaxare vindictam, quæ rendera semper est veritas, ut inquiri debeat vtrum accusatum noxa condemnet, an à peccata innocentia patefacta subducatur. Itaque peruenit ad nos Fantinum defensorem vitionem exercere in Petrum latorem presentium voluisse, pro eo quod, quantum dicitur, relictam cuiusdam diaconi tempore quo conductor fuerat, marito tradiderit. Sed quoniam iste conjugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec virginem illam ad eum venisse, denique ut nec religiosam vestem mutare præsumeret, postquam ille in sacro ordine promotus est, adiciens & priusquam ad diaconem perueniret, & postea praua illa opinione vixisse. Ideoque fraternitatem tuam his hortamur assatibus, ut cum dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquirat, ut si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur, fuisse constituerit, & superscriptus lator memorato defensori, & rectori patrimoni ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione hi qui malè sociati sunt, disfungantur. Si verò in eius coniugio non fuit, memoratum Fantinum ex nostro mandato comonere te volumus, ut ei facere nil præsumat, nec illum accusatio apud eum in aliquo prægrauet. Quia verò relictam sibi antedictus Petrus apud Ecclesiæ colonos perhibet reducere, volumus ut sine cuiuscunque impedimento eam habeat, si tamen ita est exigendi licentia. Nam si inuentus fuerit esse culpabilis, non res suas amittere, sed in se debet dignam vitionem suscipere.

*Finunt epistolæ Indictionis sextæ.*

**LIBER DVODECIMVS.**


*Incipiunt epistolæ Indictionis septimæ, ex registro beati Gregorij papæ.*

*Gregorius seruis seruorum dei Mariniano episcopo Rauennæ. De Fortunato abbate iniuste deposito.*

*Caput. I.*



**Q**uia incongruum valde est à suscepto officio sola quenquam voluntate suspendi, quem culpa non remouet, sollicitudine disponendū est, ut nec prior ordinatio irrationabiliter destruat, nec sine emendatione quæ malè secuta fuerit, relinquatur. Fortunatus itaque lator presentium in monasterio sanctorum Laurentij & Zenonis, quod in Cesenati castro est constitutum,



Caput. III.

D  
Episto. 3.

**Q**uotiens nos eorum discordia tristes facit qui pacis praedicatores esse debuerant, magna sollicitudine studendum est, ut litigij ablata materia ad concordiam redeant hi qui diuersa ab inuicem voluntate discordant. Quae igitur de Cassiopi castro quod in insula Corcyra est positum, acta sunt, qualiter de iurisdictione Corcyritani episcopi episcopus Hauriae molitur subtrahere, & suae nequiter iurisdictioni subicere, valde prolixum est dicere: Sed dilectioni tuae ut cuncta subtiliter comprehendas, fratris nostri Alcysoni episcopi Corcyrae scripta transmisiimus, atque eius illic venire hominem fecimus, qui etiam verbo tutius te ad singula possit instruere. Hoc tamen breuiter indicamus, quia dum imperatori Mauricio esset in praedicio Ecclesiae Corcyritanae quondam subreptum, nec iussio eius, quippe quia contra leges & sacros canones data fuerat, habuisset effectum, & indecisa inter partes contentio remansisset: aliam illum ad Andream quondam fratrem nostrum & coepiscopum & metropolitam Nicopolitani iussionem dedisse: ut quoniam utraque pars eius erat iurisdictioni subiecta, ipse hanc causam cognoscere, & finire canonicè debuisset. Qui metropolita cognita causa probataque sententia cuius tibi exemplaria misimus, praedictum Cassiopi castrum sub potestate ac iurisdictione Corcyritani episcopi, cuius & semper fuit diocesis, esse distinxit. Quam nos sententiam comprobantes, Apostolicae sedis auctoritate prauidimus confirmandam. Et ne ea quae decreuimus, ita potuissent esse districta, ut nihil benignitatis habere videretur admixtum: curae nobis fuit ita causam temperate disponere, sicut sententiae nostrae quam ad te misimus textus ostendit, ut neque episcopus neque Clerus Hauriae ciuitatis necessitatem habitationis incurrerent, nec Corcyritanae Ecclesiae privilegia in aliquo turbarentur. Sed quia inter ipsa primordia serenissimo domino surreptum est, atque contra iudicium Nicopolitani metropolitae, quod Ecclesiastica rectitudine & canonica ratione iustitiam est, episcopus Hauriae, quod nec sine dolore audire, nec loqui sine gemitu possumus, cum maiori iniuria episcopi Corcyritani & clericorum eius antefatum Cassiopi castrum traditum memoratur, ut amota, quod graue est dici, iurisdictione Corcyritanae Ecclesiae, ipse illic omnem tanquam principalem habeat potestatem, sententiam nostram nulli dare prauidimus, ne contra iussionem clementissimi domini imperatoris, vel quod absit, in despectum eius aliquid facere videremur. Itaque dilectio tua pietati eius cuncta diligenter insinuet, atque constanter astruat hoc omnino illicitum, omnino prauum, omnino iniustum, & sacris esse valde canonibus inimicum. Et ideo huiusmodi peccatum temporibus suis introduci in Ecclesiae praedictum non permittat. Sed quid de hoc negotio iudicatum antefati quondam metropolitae iudicium contineat, vel a nobis qualiter ea quae ab illo decreta sunt, confirmata fuerint suggerat: atque id agere studeat, ut cum eius iussione nostra illic sententia transmittatur: quatenus & serenitati ipsius, sicut dignum est, referuasse, & rationabiliter correxisse quae male praesumpta sunt, videamur. Quae in re omnino danda opera est, ut si fieri potest, etiam iussionem suam ipse tribuat, in qua ea quae a nobis definita sunt, seruari praecipiat. Nam hoc facto, omnis de caetero surreptionis locus obstruitur. Ita ergo ad compescenda haec praedicta vigilantiam tuam cum omnipotentis dei adiutorio exercere festina: ut nec modo voluntas eorum qui peruersa moluntur, aliquid contra antiquum Ecclesiasticae consuetudinis statum obtineat, nec possit ad exemplum res nequanda proficiat. Quanta praeterea mala quataeque oppressiones supra scriptus Alcysonus frater & coepiscopus noster ab actionariis Ecclesiae Thessalonicensis asserat sustinere, ut possis cognoscere, ipsam quam ad nos misit epistolam dilectioni tuae transmisiimus. Ideoque praedictae Ecclesiae responsale venire ad te facito, atque causam ipso praesente cognosce: & de capitulis quibus te ratio mouerit, fratri & coepiscopo nostro Eusebio scribe, ut homines suos agere iniusta prohibeat: & minores non premere, sed magis in quibus iustum fuerit, moueat adiuuare. Hoc quoque volumus, ut ei qui in ciuitate Nicopolitana metropolita fuerit ordinatus, dilectio tua scribere

**A**stutum, a Natali quondam episcopo officium sibi abbatis asserens esse commissum, nec se a successore eius Concordio nulla existente causa vel culpa exinde remotum, atque alium in loco suo queritur ordinatum. Quod etiam coram testibus quibusdam diaconibus nostris praesente diacone praedicti Concordii episcopi causas allegante ex parte ita esse perelatorum. Sed quoniam certior in partibus illis ubi res acta est potest esse probatio, fraternitas tua diligenter atque sollicitè hoc studeat persequari. Et si nulla manifesta causa depositionis extitit, quae praedictum fortunatum ab abbatis officio remouerit, cum in suo loco reformare festinet, atque eius episcopum digna reprehensione increpare non desinat, cur decessoris sui nullis prouocatus excessibus destruere ordinationem molitus sit. Si vero aliter quam edocti sumus, causam esse pars altera dixerit, subtili veritas inuestigatione quaerenda est, & ita quicquid canonibus ordo poposcerit terminandum, ut nulla ea de re deinceps querela remaneat.

Gregorius Alcysoni episcopo Corcyrae.  
De Cassiopi castro iniuste peruerso.

Caput. II.

**N**O immeritò elati cordis retundi postulatur ambitio, quando sacrum canonum vigore postposito, temerariae praesumptionis excessus aliena illicite concupiscendo, non solum ad generanda dispendia noxius, verum etiam paci Ecclesiasticae probatur esse contrarius. Relictis igitur fraternitatis tuae epistolis, quae de Cassiopi castro quod in tua situm est diocesi episcopo Hauriae ciuitatis vel prius vel modo sint acta cognouimus. Et contristati sumus quòd hi qui Ecclesiae tuae pro impensa sibi charitate debitores esse debuerant, inimici magis fieri nullo sunt pudore prohibiti. Denique ut contra Ecclesiasticam ordinationem, contra sacerdotalem modestiam, contra sacrorum canonum statuta, praedictum castrum de iurisdictione eius abducere, ac suae molirentur potestate subicere, ut fierent quodammodo domini, ubi prius suscepti fuerant peregrini. Qua de re quoniam Andreas venerabilis memoriae frater noster Nicopolitani metropolitae iniuncte sibi quoque principali iussione in qua ei causae huius fuerat iniuncta cognitio, prolata sicut nobis patuit noscitur statuisset sententia, antefatum Cassiopi castrum sub iurisdictione Ecclesiae tuae quemadmodum semper fuit debere persistere, formam eiusdem sententiae comprobantes, Apostolicae sedis auctoritate eam fauente iustitia comprobamus, confirmamus, atque per omnia robustam manere decernimus. Nam nulla aequitatis ratio, nullus canonum ordo consentit, ut praeciam alterius alter aliquo modo debeat occupare. Unde licet distinctionem contra se non modicam huius litigij culpa videatur exigere, propter quod ab eis mala pro bonis sint reddita, studendum tamen est ut excessum benignitas non videatur perpetrare, nec illud quod extraneis debetur, fratribus etiam necessitatem patientibus denegetur, ne nihil charitatis agere in episcoporum mentibus iudicetur, si sine consolationis remedio hi quibus magna est habenda compassio relinquuntur. Oportet ergo ut sacerdotes vel clericus Hauriae ciuitatis ab antefati Cassiopi castri habitatione nullatenus repellantur, sed & beati Donati sanctum ac venerabile corpus quod secum detulerunt, in vnam Ecclesiarum antedicti loci quam elegerint, siue intus siue foris habeant recondendi debita cum veneratione licentiam. Sic tamen ut dilectioni tuae in cuius praeciam castrum ipsum est positum, emissa procuraretur cautione munus, per quam promittat episcopus Hauriae nullam sibi potestatem, nullum privilegium fore, nullam iurisdictionem, nullam tanquam cardinalis episcopus vterius auctoritatem defendere, sed post pacem deo propicio redditam ablato venerabili sancti Donati corpore, ad propria modis omnibus reuertitur. Ut huius promissionis praesistente memoria, nec de caetero quicquam sibi illic principaliter quacunque occasione audeant vendicare, sed omni se tempore esse ibidem hospites recognoscant: & fraternitatis tuae Ecclesia iuris vel privilegij sui in qualibet parte praedictum non incurrat.

Gregorius Bonifacio diacono Constantinopolitano.  
De persuasione castri Cassiopi.

G bere debeat, quatenus causam de damnis quæ Ecclesiæ suæ illata prædictus frater noster Alcysonus queritur, cognoscere, & quod iustum est debeat definire, quia à decessore ipsius negotium ipsum non decisum, sed legitur reservatum.

Gregorius Ioanni episcopo. De Ecclesia sanctæ Mariæ consecranda. Caput. III.

Epistol. 4.

**B**asilicam quam à dilectione tua in honorè beatæ semperque virginis Mariæ per Savinum subdiaconem nostrum, & rectorem patrimonij suggeris esse perfectâ, consecrandi tibi præceptionis nostræ serie noueris facultatem attributam, quatenus frater charissime deuotionis tuæ desiderium complens celebritatis perfectione gratuleris.

Gregorius Desiderio episcopo Gallie. De milite qui ancillam dei de monasterio rapuit. Caput. V.

Episto. 5.

**C**um inter multa bona quæ nobis de magnitudine vestra sapius nunciantur, illud in vobis plus laudabile dicitur existere, quod charitatem diligitis, & disciplinam, sicut dignum est, custoditis, satis mirati sumus quod in milite illo qui ancillam dei diabolica instigatione perdidit, districtissima vindicta hæcenus facta non fuerit. Nam moribus & bonitati vestræ valde conueniens fuit, ut antè ad nos ultio quàm perpetratae culpæ iniquitas perueniret. Sed quia vindictam huius sceleris non volutate vestra, sed aliorum credimus surreptionibus esse suspensam, neque hoc peccatum vel numerum indisciplinati militis, vel loca illa in quibus commissum est, valeat premere, hortamur ut sine excusatione aliqua vel modo qualis vobis feruor sit erga charitatis custodiam demonstrantes, ita pro exemplo aliorum districtè emendare tantum facinus festinetis: ut & deum vobis, in cuius ille hoc iniuriam perpetravit, & timorem eius despexit, placabilem faciatis, & nos vobis de zeli vestri rectitudine gratias referamus. Nam tantam iniquitatem inultam remanere nullo modo patimur.

Gregorius Ioanni episcopo. De eligendo episcopo Anthonitanæ Ecclesiæ. Caput. VI.

Epistol. 6.

Parte. i.  
dist. 85. ca.  
Archidia-  
con. d. 5.  
Florentinæ  
archidia-  
conem.

**N**eincauta eorum ordinatio, qui ad episcopatum eliguntur, valeat prouenire, vigilanti de eorum personis sollicitudine est requirendum. Inducatum siquidem nobis est Florentinæ archidiaconæ Ecclesiæ Anthonitanæ qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere: sed ita ætatis senio confectum accepimus, ut ad regimini officium non possit assurgere. Addentes etiam ita illum tenacem existere, ut in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem Ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur: sed quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentium verò diaconem Ecclesiæ Raennatis, qui electus ab omnibus dicitur, sollicitum esse nouimus, sed qualis sit interior, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vnà cū fratre & coepiscopo nostro Armento suprascriptæ Anthonitanæ Ecclesiæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus singulorum requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est si hoc quod de præfato archidiacone dictum est, quia nunquam amicus domus eius ingressus est: si ita se veritas habeat: & vtrum ex necessitate, an ex tenacia talis sit: aut si ita senex est, ut ad regendum non possit assurgere: vel si tactis sacrosanctis euangelij, sicut nobis nunciatum est, suspirandum præbuit, nunquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos psalmos minus teneat perscrutandum est. Florentio autem diacono Raennatis, si nullum, sicut diximus, crimen est quod obstitat, apud episcopum eius agi necesse est: ut ei debeat cessionem concedere, non tamen ex nostro mandato vel dicto, ne contra suam voluntatem eum concedere videatur. Sed hoc ut norunt, qui eum eligunt, ex se agant: tu verò de singulis cum omni studio ac sollicitudine omnia quæ scripsimus require, atque nobis stude subtiliter indicare, ut reuclatione tua redditi certiores, quid post hæc fieri debeat, deo auctore disponamus.

Gregorius Theodelinde reginæ Longobardorum. De scriptis Secundini. Caput. VII.

**S**cripta quæ ad nos dudum à Ianuensis partibus transmissis, gaudij vestri nos fecere participes, propterea quod omnipotentis dei gratia & filium vobis donatum & quod valde excellentiæ vestræ est laudabile, catholice eum fidei nouimus sociatum. Nec enim de Christianitate vestra aliud credendum, nisi id studere vos, ut quem diuino munere suscepistis, catholice rectitudinis auxilio munitis: ut & redemptor noster familiarem te suam famulam cognosceret, & Longobardorum genti nouum regem in timore suo sciliciter nutriet. Vnde oramus omnipotentem deum: ut & vos in mandatorum suorum via custodiat, & eundem excellentissimum filium Aduloualdum in suo amore faciat proficere, quatenus sicut hic inter homines iam magnus est, sic quoque & bonis actibus ante dei nostri oculos sit gloriosus. Illud autem quod excellentiæ vestra scripsit, ut dilectissimo filio nostro Secundino abbati ad ea quæ scripsit, subtiliter respondere deberemus: quis vel petitionem, vel vestra desideria quæ multis esse profutura cognoscit, si ægritudo non obfisteret, duceret postponenda: sed tanta nos podagra infirmitas tenuit, ut non solum non dictare, sed nec ad loquendum possimus assurgere, sicut & presentium portitores legati vestri cognouerunt, qui nos & venientes infirmos inuenierunt, & discedentes in summo vitæ periculo atque discrimine reliquerunt. Sed si omnipotente deo disponente conualero, ad cuncta quæ mihi scripsit, subtiliter respondebo. Eam tamen synodum quæ piæ memoriæ Iustiniani tempore facta est, per latores presentium transmissi, ut prædictus filius meus dilectissimus ipsam relegens, agnoscat quia falsa sunt omnia quæ contra sedem apostolicam vel catholicam Ecclesiam audiverat. Absit enim nos cuiuscumque sensum hæretici recipere, vel à tomo sanctæ memoriæ Leonis prædecessoris nostri in aliquo deuiare: sed quæcumque à sanctis quatuor synodis sunt definita, recipimus, & quæcumque reprobata sunt condemnamus. Excellentissimo autem filio nostro Aduloualdo regi transmittere filateria curauimus, id est crucem cum ligno sanctæ crucis domini, & lectione sancti euangelij theca Persica inclusam. Filia quoque mea sorori eius tres annulos transmisi, duos cum hyacinthis, & vnum cum albula, quæ eis per vos peto dari, ut apud eos nostra charitas ex vestra excellentiæ condiciatur. Paterna præterea charitate persoluentes salutationis officium, petimus ut excellentissimo filio nostro cōfugi vestro pro nobis de facta pace gratias referatis, atque eius animum, sicut consueuistis, ad pacem de futuro per omnia prouocetis, quatenus mercedem populi innocētis, qui in scandalo perire poterat, ante conspectum dei inter multa bona quæ agitis, inuenire possitis.

Gregorius Alcysono episcopo Corcyre. De corpore beati Donati in Cassiopi castro. Caput. VIII.

**R**elapsiscentibus fratribus, & ad salubre se consilium conuertentibus non est neganda benignitas, ut ne plus in episcoporum mentibus culpa videatur posse quam charitas. Venientem igitur ad nos Petrum Ecclesiæ Mauriæ lectorem cum scriptis fratris & coepiscopi nostri Ioannis, coram responsalibus dilectionis tuæ suscepimus, atque eum post relecta scripta quæ detulerat, curæ nobis fuit requirere, si quid contra allegationem eorundem responsalium tuorum haberet, quod diceret. Qui dum nihil sibi aliud iniunctum vel responsurum se penitus perhiberet, extra hoc quod episcopi ipsius epistola continebat, ea quæ canonibus congruebant, deo auctore sine tarditate decreuimus. Post longum verò tempus suprascriptus Petrus chartularem protulit, quem sibi datum à suo assererat episcopo, & ideo moras causa sustinuit. Sed quia in eodem capitulari memoratus sperasse legebatur antistes, ut in Ecclesia beati Ioannis quæ in Cassiopi castro est posita, sanctum ac venerabile corpus beati Donati haberet recondendi licentiam, paratū se esse inquisens dilectioni tuæ, propterea quod tua probatur esse diuinitas, munitionem emittere, nullum tibi ex hoc præiudicium generari: petitionem eius sine effectu non præuidimus relinquendam, postquam ita sibi necessitatis tempore desiderat fieri consultum, ut Ecclesiæ tuæ iurisdictionem seruare se in omnibus fateatur. Hac itaque ratione permoti, fraternitatem tuam scriptis presentibus adhortamur, ut sine

morâ,



intra, vel aliqua excusatione, in prænominati beati Ioannis Ecclesia reconcedendi suprascripti sancti venerabile corpus præbeat potestatem: ita sane vt prius scriptura interueniente temerarij, nunquã se in antefata Ecclesia vel castro sub quolibet argumento, aliquam iurisdictionẽ vel privilegium tanquam p̄uonius ep̄scopus vendicare, sed omne illic ius ac potestatem Ecclesie tue, quippe cuius est parœcia, inuiolabiliter custodire. Pariter quoque te sicut idem frater noster petiit, conuenit respondere, vt tempore quo miserante deo pace reddita illi ad propria fuerit reuertendi licentia, antedictum venerabile corpus auferendi secum sine aliqua obiectione fas habeat. Qua de re ne personale esse videatur quod geritur, & inueniri possit vnde recidua rursus exciteur contentio, & successores vestri in hac promissione pro conseruandis omnibus sunt per omnia complectendi, quatenus huiusmodi perueniente cautela, nec ille ibidem de cetero sibi quicquam in dicecesi tua contra aequitatem, & sacrorum canonum decreta præsumat defendere, & ius Ecclesie tue ex huiusmodi concessione præiudicium aliquod nulla vnquam ratione sustineat.

*Gregorius Felici subdiacono rectori patrimonij.*

*De redditibus Ecclesie sancti Pauli concessis.*

*Caput. IX.*

**L**icet omnia quæ hic Apostolica habet Ecclesia beatorum Petri & Pauli, quorum honore & beneficiis acquisita sunt, deo sint auctore communia, est tamen in administratione actionum diuersitas personarum, vt in assignatis cuique rebus cura adhiberi possit impensior. Cum ergo pro Ecclesia beati Pauli Apostoli, sollicitudo debita nos commoueret, ne minus illic habere luminaria idem præco fidei cerneretur, qui totum mundum lumine suæ prædicationis impleuit, & valde incongruum ac esse durissimum videretur, vt illa ei specialiter possessio non seruiret, in qua palman sumens martyrij capite est truncatus vt viueret, vtile iudicauimus eandem massam, quæ aquas saluas nuncupatur, cum omnibus fundis suis: id est cella vinaria, Antoniano, vlla Pertusa in foro Priminiano, Cassiano, Silonis, Cornelij, Thesellata atque Corneliano, cum omni iure, instructu, instrumentoque suo, & omnibus generaliter ad eam pertinentibus, cum eius Christi gratia luminaribus deputare, adiacentes etiam eidem cessione hortos duos inter Tiberim & porticum ipsius Ecclesie, euntibus à porta ciuitatis parte dextera, quos diuidit fluuius Almon, inter affines horti monasterij sancti Stephani, quod est ancillarum dei, positum ad sanctum Paulum, & ad fines possessionis Pissiniani: simul & terrulas, quæ vocantur Fossa latronis positas: id est iuxta eandem porticum euntibus: similiter parte sinistra ad portam vbi nunc vineæ factæ sunt, quæ terrulæ coherent ab vno latere possessioni Eugētis quondam scolastici, & ab alia parte possessioni monasterij sancti Hedisti, quæ omnia deo adiuuante per antedictæ Ecclesie præpositos qui per tempora fuerint subsequencia à præsentis septima indictione volumus ordinari. Et quicquid exinde accesserit, luminaribus eius impendi, atque ipsos exinde ponere rationes. Idcirco experientie tuæ præscripsimus: vt suprascriptam massam aquas saluas cū prænominatis omnibus fundis suis, necnon hortos, atque terrulas quæ superius continentur, de breuibis suis deleri facias, ac auferri, & ad nomen prædictæ Ecclesie beati Pauli Apostoli tradere: quatenus seruientes ibi præpositi omni per hoc carentes excusatione, de luminaribus eius ita nostra studeant sollicitudine cogitare, vt nullus vnquam illic neglectus possit existere. Facta verò suprascriptarum omnium rerum traditione, volumus vt hoc præceptum in scrinio Ecclesie nostræ experientia tua restituat.

*Gregorius Felici episcopo Messanensi. De construenda Ecclesia.*

*Caput. X.*

**I**Anuaris subdiaconus ecclesie Messanensis, petitoria nobis insinuatione suggestit, quæ habetur in subditis, in ciuitate Messanensi basilicam se pro sua deuotione fundasse, quam in honorem sancti Stephani & Pancratij, atque Eupli desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ dicecesis ciuitatis iure consistit, & nullum corpus ibidem con-

stat humatum, percepta primitus donatione legitima: id est, à præsentis anni tributis liberis fiscalibus solidos decem, & reliqua, de substantia sua sibi tantummodo vsumfructum retineat. Quæ omnia diligenter inquire, vt si eorum quæ offeruntur reddituum quantitas, vel quæ tempore mortis reliquerint, sartis rectis, & luminaribus, necnon alimonis seruentium annua possunt præstatione sufficere, ipsa munificencia sit gestis municipalibus alligata. Quod si hæc quæ diximus, per sollicitudinem tuam impleta non fuerint, de propria substantia quanti interfuerit, vtilitati ecclesie vel hæredes tuos satisfacturum esse non dubites. His igitur procuratis, benedictio optata proneniat. Nec antè dedicationis munus impartias, quam superius comprehensus fuerit ordo donationis impletus, enunciaturus ex more nihil illic conditoris furi alterius iam deberi, nisi processione gratia, quæ Christianis omnibus in commune debetur. Sanctuarium verò susceptum sui cum reuerentia collocabis.

*Gregorius Iuliano Scriboni. De Maximi inquisitione.*

*Caput. XI.*

**S**ecularibus officiis ordo suus & tradita à maioribus disciplina seruetur, quis ferat ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendanda non bene remittendo postponere? Et quid vos bene facitis charitatem diligere, & ad concordiam suadere. Sed quoniam loci nostri consideratione cõpellingimur, ea quæ ad nostram notitiam peruenerunt, minime propter deum irrequisita relinquere: idcirco ueniente Maximo, subtiliter ab eo quæ de ipso dicta sunt, perscrutati curauimus. Et confidimus de creatoris nostri custodia, quia cognita veritate, à statu canonum & æquitatis rectitudine, nec gratia cuiusquæ, nec culpa desectimur, sed libenter quæ congruunt rationi, seruamus. Nam si quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus profectio fidelium nocetur, dum talia à suis pastoribus exempla suscipiunt. Illud autem quod scribitis, quia voluntas palatii & amor ab eo populi non discordet: hæc res à iustitiæ vos zelo non reuocat, nec intentionem vestram inquirenda facit veritate peccare. Studendum ergo est fili magnifice, vt amorem sibi dei quisque conciliet. Nam sine diuina gratia humana dilectio quid dicam in posterum, dummodo quoque apud nos amplius nocet?

*Gregorius conductoribus massarum per Galliam.*

*Quod eos Arigio patricio commendauit.*

*Caput. XII.*

**Q**uanuis inter medias sitis turbas gentium constituti, tamen ratio nos ipsa suspicari compellit multum vos ab alijs bona actione distare. Sicut enim appellatio sancti Petri Apostolorum principis familiam Ecclesie tantæ multitudini clariorem demonstrat, ita debetis ceteros morum claritate præcedere, atque eos quibus præestis, vt bene agant, vt agnoscat cui seruiunt, assidue commouere: vt à rapinis gentium atque prauitatibus abstant, & familia Ecclesie non solum nomine, sed meritis honoretur. Nos enim de vobis cognoscite studiosissime cogitare. Disposuimus enim hominem nostrum, qui vos possit tueri, & regere, & cum hominibus commendatis ad excellentissimum regem Christo auxiliante transmittere. Sed viam tempus hyemis impediuit. Viro ergo glorioso Arigio patricio vos præuidimus commendandos, cui interim cum summa benignitate atque obedientia, sicut beati Petri famulos decet, obediunt studeat: atque ea quæ pro Ecclesiastica vtilitate vobis præcipiuntur, implete. Vsum autem nobis est, vt consuetudinaria excepta eius vtilitati debeatis inferre. Pensiones verò fideliter cum omni colligite diligentia, vt apud vnumquemque vestrum, quem communi consensu elegeritis resaccant, à quo cum veneritis, quem à latere nostro transmissimus, eas possit accipere. Non enim sumus dubij, quod per eum qui vobis visus fuerit, possit fideliter conseruari. Ita ergo in omnibus irreprehensibiles atque obedientes existite, quatenus veniens ad nos is qui patrimonium ipsum rectorus est, sciat quemadmodum vnique vestrum pro sua debeat strenuitate rependere.

*Gregorius*

*Epistol. 11.*

*E*

*Epistol. 12.*

*F*

*Epistol. 10.*



G *Gregorius Cypriano diacono. De persequendis  
maleficiis cantermis. Caput. XIII.*

Episto. 13.

Cāterma.

Psal. 138.

H

**V**ir sanctissimus Maximianus episcopus noster Ecclesiam dei prauis hominibus purgare desiderans, laudabiliter erga Ecclesiasticorum vitam, sicut nosti, sollicitus fuit. Qui dum eorum actus vigilanter cura pastoralis intenderet, maleficio quod vulgo canterma dicitur, quosdam didicit maculatos. Quos etiam, sicut & dilectionis tuae nunciavit epistola, dedit in custodia retinendos. Sed quia peccatis nostris facientibus morte praeventus, crimen ipsum vlesci non potuit, necesse est ut dilectio tua cum omni hoc subtilitate indagare festinet, atque eos secundum immanitatem studeat facinoris vindicare: qualiter secundum leges scriptum episcopum zelo correptionis ac iustitiae in hac vltione propter deum nouit si vliueret commoueri. Omni ergo virtute, omnique instantia tua dilectio in hac causa zelum suum erga omnipotentem deum curet ostendere, & inimicis illius aduersitatem dignam infligere vltionibus exhibere, ut impleas quod scriptum est: Nonne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Si ergo hoc zelo dilectio tua accenditur, in eos qui deum dereliquerunt, & contra eum maleficiis aliquid egerunt, poena monstratur. Quod si recte illic exequi non valet, nobis qui tales sunt transmitti debent, si tamen hic monstrari poterint, vnde illic possunt absque difficultate conuinci. Sed quia impossibile esse existimo, illic per te debet districta atque fortis correctio provenire. Virum autem gloriosum dominum Libertinum praetorem in tali loco per contemplationem omnipotentis dei adiutorem te habere confido. In hac tamen causa mitescere minime debuisti, etiam si tibi quilibet secularis index aduersarius ponisset existere. Possessiones praeterea Archilae medici dilectio tua rationabiliter tueatur, ut ab aliquibus iniuste cum minime grauari permittatis.

*Gregorius Datiano episcopo Metropolitano.  
De Barbarorum gladiis. Caput. XIII.*

Episto. 14.

**S**cripta dulcissime & cordis vni omnibus amplectenda vestra beatitudinis tristis cepi, latus regegi. Quis enim in hac terra non lugeat, quae barbarorum gladiis tradita, penes iam non habet qui in ea vivat: & tamen habet quotidie qui moriantur? Sed in quantalibet tristitia, quem non vestra epistola in gaudium exultationis excuterent? In quibus non oris efficacia cum praepollentis sapientiae ingenio mihi medullitus loquebatur, non carnis lingua, sed charitatis. Quia vero ego de fonte vestrae securitatis hauriens, ex aliquanto letificatus sum, vos quoque rogo nostrae tristitiae luctum tangite, & afflictionem nostram in vobismetipsis magistra charitate protrahite. Neque enim nostri mceroris sordes mundabit, nisi ipsi quoque per compassionem manum vestri cordis inquinatis. Nam sordida vascula, ut inquinatio-  
ne terrae careant, cum terra mundari solent: & vos si parumper ad curam vestrum animum ducitis: ut nobis opitulari valeatis, quasi cum luto lutum mundatis. Sed quia hoc operando simul & oratio agitis, si quid pro nobis in vobis terrena actio inquinat, statim aqua ordinationis lauat. Quia enim si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, copatiendo laboribus nostris ostendite quia vni sumus. Narrare enim mala quae extrinsecus & intrinsecus patior, epistolari breuitate prohibeor. Sed communis filius Sabinianus diaconus vestrae dulcissimae sanctitati curanda vulnera nostra aperiet. Sed ex opere supernae gratiae subsequente salute cognoscat, quia medicus est, qui vulnus videt. Pueros vero episcopo similes non transmittito, nisi prius cum omnipotentis dei & beatitudinis vestrae solatio a terrenis implicationibus exutus ipse episcopus fuero. Quando enim me apud me ipsum inuenero, tunc foris mei similes, videlicet deformes quero.

*Gregorius Augustino episcopo Anglorum.  
De usu pallii, & de Eboracensi Ecclesia.  
Caput. XV.*

Epistol. 15.

**C**um certum sit pro omnipotente deo laborantibus ineffabilia aeterni regni praemia reseruari, nobis tamen eis necesse est bonorum beneficia tribuere, ut in spi-

ritalis operis studio ex remuneratione valeant multipliciter K  
insudare. Et quia nona Anglorum Ecclesia ad omnipotentis dei gratiam eodem domino largiente, & te laborante perdu-  
cta est, vsum tibi pallii ad sola missarum solennia agenda concedimus, ita ut per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tuae ditioni subiaceant, quatenus Landoniensis episcopus ciuitatis semper in posterum a synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & Apostolica, cui auctore deo deseruio, sede percipiat. Ad Eboracam vero ciuitatem te volumus episcopum mittere, quem ipse iudicaueris ordinandum, ita ut si eadem ciuitas cum finitimis locis verbum dei receperit, ipse quoque duodecim episcopos ordinet, & metropolitani honore perfruat, quia ei quoque si vita comes fuerit, pallium tribuere domino fauente proponimus: quem tamen tuae fraternitatis volumus dispositioni subiicere. Post obitum vero tuum ita episcopos quos ordinauerit, praesit, ut Landoniensis episcopi nullo modo ditioni subiaceat. Sit vero inter Landoniam & Eboracam ciuitatis episcopos in posterum honoris ista distinctio, ut ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus. Communi autem consilio, & concordiae actione quaeque erunt pro Christi zelo agenda disponant, vnanimiter recta sentiant, & ea quae senserint, non sibi met discrepando perficiant. Tua ergo fraternitas non solum eos episcopos quos ordinauerit, neque eos tantummodo qui per Eboracensem episcopum fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniae sacerdotes habeat domino deo nostro auctore subiectos, quatenus ex vita & lingua tuae sanctitatis, & recte credendi, & bene viuendi formam percipiant, atque officium suum fide ac moribus proficientes, ad coelestia, cum dominus voluerit, regna pertingant.

*Gregorius Ioanni abbati de monte Sina. Petit  
pro se orare. Caput. XVI.*

**S**anctitatem vitae tuae, humilitatis tuae testatur epistola: vnde omnipotenti deo gratias agimus, quia adhuc esse cognoscimus, qui pro peccatis nostris valeant exorare. Nos enim sub colore Ecclesiastici regiminis mundi huius fluctibus voluimus, qui frequenter nos obruit. Sed coelestis gratiae manu protegente de profundo releuamur. Vos ergo qui in tanta quietis vestrae serenitate tranquillam vitam ducitis, & securi quasi in littore statis, nobis nauigantibus, aut potius naufragantibus, orationis vestrae manum tendite, & conantes ad terram viuentium pergere, quantis potestis precibus adiuuate, ut non solum de vestra vita, sed etiam de ereptione nostra mercedem habere in perpetuum valeatis. Sancta trinitas dilectionem tuam suae protectionis dextera protegat, detque tibi commissum gregem orando, admonendo, boni operis studium ostendendo, in conspectu sui redemptoris recte pascere, ut ad aeternae vitae pascua valeas cum ipso quem pascis grege peruenire. Scriptum quippe est: Oves meae venient, & pascua inuenient. Quae videlicet pascua tunc inuenimus, quando huius vitae hyeme carentes, de aeternae vitae quasi de noui veris viriditate satiamur. Filio nostro simplici renunciantem cognouimus, lectos vel lectisternia in Gerontochomio, quod illic ab Haurio constructum est, deesse. Propterea misimus lenas. xv. rachanas. xxx. lectos. xv. precium quoque de emendis culcitrus vel naua dedimus, quae dilectionem tuam petimus non indignè suscipere, sed in loco quo transmissa sunt, praebere.

*Gregorius Aschelpidato patricio Gallorum.  
Patrimonium Ecclesiae ipsi & regibus commendat. Caput. XVII.*

**P**rudentes viros, sicut estis, regibus adherere, multorum solamen est. Nam dum praestandi sibi locum ad animae utilitatem datum intelligunt, certum est quia mercedis causas, ubi inueniunt, non postponunt. Quanto igitur affectu, quantaque deuotione gloria se vestra in causis pauperum studio pietatis impenderit, dilectissimo filio nostro Candido presbytero renunciantem cooperimus. Sed cum hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, ut debere se quod sponte tribuit aestimet, & nisi in beneficiis suis creuerit, nihil praestitisse se reputet, paterna dilectione salutantes gloriae vestrae scriptum presbyterum & patrimonium Ecclesiae nostrae fiducialiter



A fiducialiter commendamus, vt ope gratie vestre premuniti, molestias, & onera nulla sustineat. Sic igitur studij boni in vobis cura proficiat, vt utilitates pauperum vobis annitentibus nutriantur, & sentiamus quod de charitate vestra praesumimus. Augere fauoris vestri praesidia, quia nobilium mentium praesidium bonum videtur quod sine adiectione relinquatur. Et quoniam ab excellentissimis regibus Francorum filius nostris poscimus, vt ipsum patrimonium sub sua cura habere dignentur, vobis administrantibus impleatur vt vestrum possit esse quod poscimus: quatenus & nos gratias referentes pro gloria vestra incolumitate orare euius valeamus, & vestrorum bonorum vicissitudinem deus vobis omnipotens & hic & in futuro recompenset. Clauum vero a sacratissimo beati Petri corpore in qua de catenis eius benedictio continetur, transmissimus, quae collo vestro suspensa contra omnia aduersa vos muniat.

Gregorius Bacanda & Agnello episcopis. De synagoga Iudeorum. Caput. XVIII.

S Vpplicauerunt nobis Hebrei Terracinae degentes vt locum quem synagoga haecenus habuerunt, cum illis nostra quoque autoritate esset habendi licentia. Sed quia peruenit ad nos quod locus ipse sic vicinus esset Ecclesiae, vt etiam voces psallentium illic ad ea peruenirent: ideo scripsimus fratri & coepiscopo nostro Petro, si ita esset vt vox de eodem loco in Ecclesia resonaret, Iudaei celebrationibus priuarentur. Itaque fraternitas vestra cum superscripto fratre & coepiscopo nostro locum ipsum diligenter inspiciat, & si ita est vt aliquid vobis in ecclesia visum fuerit obfuisse, alium locum intra ipsum castellum praedictum, vbi praesati Iudaei conueniant, quo possint suas sine impedimento ceremonias celebrare. Tale vero fraternitas vestra praevideat, si hoc fuerint loco priuati, vt nulla exinde in futuro querela nascatur. Praedictos vero Iudeos gravari vel affligi contra ordinem rationis prohibemus: sed sic Romanis vivere legibus permittantur, annuente iustitia, aetiamque suos, vt norunt, nullo impediendo disponant, eis tamen Christiana mancipia habere non liceat.

Gregorius Sabino subdiacono. De horto Feliciani monasterio ancillarum dei tradendo. Caput. XIX.

O fficio pietatis impellimur monasteriis prouida consideratione ferre consulit, ne hi qui in seruitio dei deputati esse noscuntur, necessitatem aliquam, quod auertat dominus, possint sustinere. Ideoque experientiae tuae hac autoritate praecipimus, vt hortum quondam Feliciani presbyteri positum regione prima, ante gradus sanctae Sabinae, excusatione postposita monasterio Euprepiae, in quo ancillarum dei congregatio esse dinoscitur iure proprietario possidendum tradere sine ambiguitate festinet, quatenus nostrae beneficio largitatis in dei seruitio ipso quoque suffragante securis mentibus perseuerent.

Gregorius stephano chartulario. De monachis fugitiuis restituendis. Caput. XX.

S Cientes magnitudinem charitatis vestrae toto dominum corde diligere, ob hoc ea quae in maris de iure quondam Patricij viri pie recordationis contra precepta dominica, contraque canonum regulam commissa esse didicimus, ad eius necesse duximus referre notitiam: quatenus haec quae perpetrata sunt, corrigi debeant, & alij deinceps tentare non praesumant. Insinuatum igitur nobis est, in massa quae nuncupatur Maratoclis, abbati monasterij sancti Georgij, quod in eadem situm est, duos monachos refugisse, & vnum quidem ex eis iam coniugem accepisse, alium autem laicum effectum seculariter vivere, cum nec ex familia massa homines ipsi esse liberi asserantur, & vel si secundum conditionem debuissent agere, contra deum erat vt post adeptum officij diuini cultum, ad secularem vitam atque habitum remearent. Unde hortor, vt habita indicis aeterni consideratione, monachos ipsos retrudi sine dilatione faciatis, ne eorum exemplo, cum vestro, quod absit, peccato, caeterorum monasteriorum distinctio dissipetur, sed magis vt magnitudinis vestrae solatio, aliis monachis spes gerendi talia submoneatur. Asseruit autem praedictus abbas presbyterum praedictae massae nouas mo-

nafterio ipsi velle ponere consuetudines, quae ex tempore conditionis monasterij per triennale tempus haecenus non fuerunt, siquidem si quid illic munificentiae gratia a fidelibus viris oblatum fuerit, portionem se debere percipere. Quod magnitudo vestra studeat diligenter agnoscere, & si hoc ab initio non fuit, etiam labentibus temporibus aliquid nouiter imponi non concedat: quia maxime exiguae substantiae, & monasterium pauperum esse didicimus, & abbatem ipsum hospitalem omnino esse multorum attestatione didicimus.

Gregorius Veloci magistro militum. De persecutione Arnulphi. Caput. XXI.

E T pridem expressimus gloriae vestrae, quia milites illic erant parati venire, sed quoniam inimicos congregatos & hic discurrete epistola vestra significauerat, haec eos hic causa retinuit. Vtile nunc vero est vilius: vt aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere & hortari, vt parati sint ad laborem, studeat. Et occasione inuenta cum gloriosis filiis nostris Mauricio & Vitaliano loquere, & quaecumque vobis deo adiutore pro utilitate reipublicae statuerint, facite. Et si huc vel ad Rauennates partes, nec dicendum Arnulphum cognoueritis excurrere, vos a dorso eius ita sicut decet viros fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in reipublica, deo auxiliante, proficiat: illud tamen praeter omnibus admonemus, vt familiam Maloin, & Adobin, Vigildi, atque Grullingi, qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur, sine aliqua mora vel excusatione relaxes, quatenus venientes illuc homines praedicti viri cum eis sine aliquo impedimento debeant ambulare.

Gregorius Mauricio & Vitaliano magistris militum. De Arnulpho. Caput. XXII.

G Loriae vestrae suscipientes epistolas, deo gratias egimus, quia de salute vestra cognouimus, & de sollicitudine vestra multum gauisum sumus, & mox ea quae scripsistis, parata fuerunt. Sed Allidio memorandus vir post aduentum hominum vestrorum nobis scripsit, quia in proximo iam Arnulphus esset, & timuimus ne milites qui ad nos diriguntur, in manus eius inciderent. Et tamen hic, quantum deus adiuuerit, contra eum filius noster gloriosus magister militum se parauit. Sed & gloria vestra, si huc perrexit ipse hostis, quomodo conuicistis, cum auxilio dei a dorso eius quod potestis perficite. Speramus enim in omnipotentis dei virtute, & in ipsius beati Petri apostolorum principis, in cuius natali sanguinem effundere desiderat, quia ipsum sibi contrarium sine mora inueniet.

Gregorius Mauricio & Vitaliano magistris militum. De fide Suanensium. Caput. XXIII.

S Vppliciter gloriae vestrae per filium nostrum Vitalianum cum quo & tractaretis & verbo & scripto mandauimus. Undecimo autem die mensis Iunij Arnulphus hanc epistolam quam vobis direximus transmisit. Et ideo relegendes eam, videte si in fide sua Suanenses quam reipublice promissere, persisterunt. Obsides dignos de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos sacramentis obstringite, reddentes illis quod loco pignoris sustulistis, sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoueritis eos cum Arnulpho de sua subditiōe locutos fuisse, vel certe obsides ei dedisse, sicut nos Arnulphi epistola quam vobis direximus, doctos reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima nostra de sacramentis grauetur, quicquid vtile reipublicae iudicaueritis, peragite. Sed ita gloria vestra faciat vt neque sit aliquid vnde possimus ab aduersariis comprehendi, neque in quo quod utilitas reipublice exigit, quod auertat dominus, negligatur. Praeterea gloriosi filij estote solliciti, quia quantum comperi, hostis collectam habet, & Narinas dicitur residere: & si hic cursum deo sibi irato mittere voluerit, vos loca ipsius, quantum dominus vos iuuerit, depredate, aut certe scultas quos mittitis, sollicitum requirant, ne dolens factum ad nos discurrat.

Gregorius uniuersis episcopis Neapolitanis. De obedientia Constantio exhibenda. Caput. XXIII.

Epi. 24.

**G**emma militiæ laus inter alia bona merita hæc est: obediētiam sanctæ reipublicæ exhibere, quodq; sibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare, sicut & nunc deuotionem vestram fecisse didicimus, quæ epistolis nostris quibus magnificum virum Constantium tribunum custodiæ ciuitatis deputauimus præesse, paruit: & congruam militaris deuotionis obediētiam demonstrauit. Vnde scriptis vos presentibus curauimus admonendos, uti prædicto magnifico viro tribuno, sicut & fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum vtilitate, vel conseruanda ciuitate obediētiam exhibere, quatenus, quicquid à vobis bene gestum hætenus agnoscitur, per præsentis temporis vigilantiam ac sollicitudinem augmentetis.

Gregorius Iunio Cathanensi episcopo. De societate legendi. Caput. XXV.

Epi. 25.

**D**ilectissimus filius meus Cyprianus diaconus reuerens mihi valde placuerat, si ad me totus rediisset. Sed postquā gloria vestra in Sicilia sese retinuit, certissime scio quia prædictus filius meus ad me quidē corpore rediit, sed mente in Sicilia remanserit. Hæc tamen dicens, tantum quieti vestræ congaudeo, quantum de meis occupationibus ingemisco. Atque hoc summopere exhortor: ut si palatū corporis dulcedo tetigit intimæ suauitatis: ita introrsus rapiatur animus, ut triste sit omne quod foris sonat, omne quod foris delectat. Laudo autem quod humana conuenticula cauetis, quia sæpè animus qui renouari in deo per compūctio- nis gratiam desiderat, per praua colloquia iterum veterascit. Quæsiui autem qui vobis adhæreant in lectio- nis sacræ collegio, & neminem reperi, & vehementer ingemui paupertatem boni. Et quantum peccator ego valde occultus, tamē si ad beati Petri Apostoli limina venire volueritis, in sacro eloquio strictum poteritis me habere collegam. Omnipotēs deus cœlesti vos protectio- ne custodiat, atque ab antiqui hostis insidiis munitos permanere concedat.

Gregorius Maximiano episcopo. De Eusebio abbate resouendo. Caput. XXVI.

Epi. 26.

**F**requenter me admonuisse vos recolo, ut in proferenda sententiā esse præcipites nullatenus deberetis. Et nūc esse cognoui, quia reuerentissimum virum abbatem Eusebium commota furore vestra fraternitas excommunicauit. Quod ego valde miratus sum, ut non antiqua eius conuersatio, non ætas longa, non ægritudo diuturna, ab ira vestrum animū flexerit. Quilibet enim in eo fuerit excessus, ipsa ægritudinis afflictio ei debuit pro flagello sufficere. Quem enim diuina disciplina conterit, ei humana flagella addi superfluum fuit. Sed fortasse ideo excedere in tali persona permissus es ut cauti- or in vilioribus fias, & diu trutines cum aliquem per præsentem ferire sententiā disponis. Eundem tamen præfatum virum quanto furore exasperasti, tanta nunc dulcedine consolare: quia valde iniustum est ut qui te plus ama- uerunt, ipsi te sine causa atrocem contra se sentiant.

Gregorius Honorato diacono. De Venantio honorando. Caput. XXVII.

Epi. 27.

**F**ilius meus dominus Venantius nepos quōdam Opilionis patricij ad beatum Petrum apostolū veniens, hoc à me summopere petiit: ut causam eius tuæ dilectioni commendare debuissim. Honores enim non habet, & chartas ex- consularis petiit, pro quibus triginta auri libras transmisit, ut ei debeant cōparari. In qua re volo ut dilectio tua se sum- mopere impēdat: quia talis vir est, cui etiam honor sine pre- cio debeatur. Et quia eisdem chartas emere paratus est ut dixi, non valde necesse est ut ex me aliquid serenissimis princi- pibus dicatur, sed magis ex se agat dilectio tua, quatenus oblati in sacella cōsuetudinibus honores mereatur accipe- re. Si quid tamē potueris mitius agere, maximam de eo mer- cedem habebis. Sed ita fac ut labor eius quod hic ad nos fa- tigatus est, vacuus non sit. Si vero in eadem causa difficile ali- quid esse perspexeris, etiam quia per me hoc postulet indica- re debes: & cuius natiuitatis, cuius modestiæ sit atque sapien- tiæ, serenissimis dominis intimare.

Gregorius Anthemio subdiacono. De malis quæ patie- batur Romana ciuitas. Caput. XXVIII.

**Q**uia gloriam vestram fixam valde atque stabilem in suis esse moribus audio, multum letificor, & sic vobis quæ mihi displicent, sicut speciali filio fidu- cialiter loquor. Excellentissimus enim exar- chus aliqua loquitur, quæ omnes qui illuminant, ad inimici- tias illius valeant excitare. De qua re ei per latorem præsen- tium in excepto, quæ mihi visa sunt relegenda dictaui: quæ si placet, & vobis relegantur: ut sciatis quid ei de re eadem scri- bere debeatis. Hic autem quanta necessitas, & quæ nos mala constringant, & præsentis responsalis nostri relatione, & ex epistolis fratris & cœpiscopi mei Mariniani potestis agno- scere. Vnde gloriam vestram decet studiosè cogitare, quia nos de sapientia vestra magnā in omnipotente domino fidu- ciam habemus: & vbi vos estis, illic causam negligi nullo modo credimus. Ita ergo facite ut confidentia nostra à sua certitudine non inueniatur aliena. Gratia vos superna custo- diat, & prosperè agere omnia concedat.

Gregorius Romano defensori. De necessitatibus anno- næ in urbe Roma. Caput. XXIX.

**Q**ualem necessitatem diuersa officia palatij vrbis Romæ de annonis suis sustineant, experientiam tuā credimus non latere. Et ideo quia latores præsen- tium vice sua illuc omnes elegerunt transmi- ttere, ut apud filium nostrum gloriosum Leontium agere de- beat, qualiter eis annonæ, sicut à serenissimis principibus lar- gita: sunt, deputentur impendi, & in hac re etiam sibi peti- uerunt experientiam tuam debere concurrere: eapropter quia hoc te etiam illis non petentibus eorum exiguitas ac necessitas impartiri, dum aptum opportunumque esse conspexeris, eis in quibus valueris studij tui sit ita præbere solatia, quatenus hoc quod illis clementissimi principes pie- tate sibi ingenita concesserunt, & illi consequi valeant, & tu indilertus non videaris existeri.

Gregorius Petro subdiacono Siciliæ. De diuersis causis. Caput. XXX.

**I**ndicante mihi Romano defensore cognoui, quia mona- sterium ancillarum dei quod est in fundo Monasterio, ab ecclesia nostra de villa noua de fundo iuris sui violentiā pertulit, qui eidem monasterio dicitur dimissus. Quod si ita est, experientia tua eis & fundum restituat, & eiusdem fundi de duabus indictionibus quas exegisti pensiones reddat. Quia autem multi Iudæorum in massis ecclesiæ commanent: volo ut si qui ex eis Christiani voluerint fieri, aliquantulum eis pēsi relaxetur, quatenus isto beneficio prouocati, tali de- siderio & alij assurgant. Vaccæ autē quæ iam sunt ætate ste- riles, vel boues malculi qui omnino inutiles esse videntur: vendi debent, ut saltē eorum precium ad aliquam vtilitatem crescat. Greges vero equarum quas valde inutiliter habe- mus, omnes volo distrahi, & tantummodo quadringentas iu- niores seruari ad sextum, ex quibus quadringentis singulis conductoribus singulæ condonari debent, quatenus ex ipsis singulis annis aliquid reddat: quia durum est valde ut sexa- ginta solidos pastoribus expendamus, & sexaginta denarios ex eisdem gregibus non habeamus. Ita ergo experientia tua faciat, ut alia per conductores omnes, sicut diximus, partian- tur, alia sint distracta, & in nummum reducta. Pastores vero ipsos per possessiones ordina, ut ex cultura terræ ferre ali- quid vtilitatis possint. Aeramēta vero omnia quæ vel in Sy- racusis, vel in Panormo, iuris ecclesiastici esse possunt, distra- henda sunt priusquā ipsa vetustate funditas pereat. Veniēte autē fratre Cyriaco Romam, de illo subtiliter requisitui, si cū tua cōscientia fuerit de accipiēdo præmio in causa mu- lieris cuiusdā locutus. Quod idē ita se dicit te referente cog- nouisse, quia ex te immisus est ut quis esset ad conferendū præmiū immissor probaret. Quod ego credidi, moxq; eū in gratiā familiariter recepi, corā populo & clero eū perduxī, presbyteriū ei auxi, in loco superiori inter defensores posui, collaudās corā omnib; fidē ei: quia ita se in obsequio tuo fi- deliter gesserit, quē idcirco ad te celeriter retrāsmisi. Quia vero multū festinas, & ego quāuis egrotū videre te desidero, quē ipse in omnibus probatū habes, loco tuo in Syraculana parte derelinque: & ipse ad me venire festina, ut si oportenti deo

**A** deo placuerit, communi consilio pertractemus: vtrum ipse illic reuertatur, an alter in loco tuo illic debeat ordinari. Benenatum veronotarium pariter transmisi: vt in Panormitana parte locum tuum in patrimonio quoaduisque omnipotens deus ordinet, quod ei placuerit, ipse cōseruet. Romanum de leuiter, huiusmodi increpauit, quia sicut nunc repperi, in xenodocio quod tenuit, magis vilitatib\* quam mercedibus occupatus fuit. Et ideo si fortasse tibi visum fuerit, loco tuo ipsum relinquere, vide quemadmodum eum terrendo & adinonendo prēmūnas, vt sciat circa rusticos pie & sollicitē agere, & circa extraneos & vrbanos se in omnibus strenuū exhibere. Ego tamen hanc loquēs, nullam personā eligo, sed tuo hoc iudicio derelinquo. In Panormitana autem parte ipse in Syracusana parte prouideris. Veniēs autem, pecunias & ornamenta de Antonini parte vel substantia tecum defer. Pensiones quoque nonē & decimae Indictionis quas egisti, & rationes omnes pariter de porta. Stude si deo placuerit, vt in hanc vrbem ante natalē beati Cypriani transeas, ne ex signo quod diebus istis semper imminet, quod absit, aliquod periculum possit euenire. Præterea cognoscas, quia propterea quod Preciosum dei seruum non pro graui culpa grauiter sueriatus sum, eumq; a me tristem amaricatumq; repuli, nō leuiter in mea cogitatione mordear. Et scripsi domino episcopo, vt eum transmittere debuisset si vellet, sed omnino noluit. Quē cōtristare ego nec deo, nec possum: quia in causis dei occupatus, coniolatione fulciri debet, non amaritudine deprimi. Idem vero Preciosus, sicut audio, omnino contristatur, quod ad me nō reuertitur. Ego vero dominum episcopum, vt dixi, cōtristare nō possum, qui eū non vult dimittere, & inter vtroscq; anceps maneo. Tu ergo siquidē in paruo corpūculo maiore sapientiam habes, eandem causam dispone, vt & mea voluntas fiat, & dominus episcopus non contristerit. Quē tamen si leuiter cōtristari videris, omnino exinde nihil loquaris. Aegre tamē tuli domnū Eusebiū excomunicatum, virū tantē ætatis, & tantē ægritudinis. Vnde necesse est, vt eidē domino episcopo secretē dicas: quatenus in proferendis sententiis præceptus non sit, quia causæ quæ per sententiā decidenda sunt, necesse est vt prius studiosa & frequentissima consideratione mensurentur. Venientibus scribonibus, nam sicut audio iam illi tyrones colligūt, loci tui seruatoribus deputa, vt parum aliquid xeniū offerant, quatenus sibi eius placabiles reddant, sed & officio prætoris, prius quam venias, aliquid secundum antiquam consuetudinem tribue, per manus tamen illius quem dimittis, vt ei gratiam eorum concilies. Ne & nos omnino eis inhumani esse videamur, ea quæ danda per præceptum singulis quibusque personis vel monasteriis tuæ experiētia iniuxi, loci seruatorib\* tuis præcipue, vt per omnia impleant. Hæc verò auxiliante domino cū veneris, qualiter disponenda sunt, pertractemus. Trecentos verò solidos quos per te pauperibus direxi: eorum arbitrio non arbitror cōmittendos. Illa ergo de singulis locis & personis impleant. Ante verò hoc tempus iam scripsisse memini, vt legata quæ ex tenore Antonini defensoris a nobis debentur, monasteriis vel aliis soluerentur. Et quare nescio tua experientia hoc implere tardauerit. Proinde volumus vt proportionē nostra ex pecuniis ecclesiæ eadem legata impleas: vt cum ad me veneris, illic contra te gemitum pauperū non relinquas. Cautiones verò quæ in euisdem Antonini substantia sunt inuenta, pariter defer. Cognoui autem Romano referente, quia moriens vxor redempti vnam concham argentam nudis verbis dixerit venundari, & libertis suis tradi. Scutellam quoque argentam monasterio cuidam reliquerit, in quibus vtrisque voluntatem eius per omnia volumus impleri, ne ex rebus minimis peccata maiora capiamus. Fratrem autem Mariniano abbate indicante cognoui, quia fabrica in prætoriano monasterio ne ad medietatem quidem adhuc perducta est. Ex qua re quid aliud quàm fauorem tuæ experientia collaudemus: Sed vel nunc admonitus excitare: & quantum potes, in euisdem monasterij constructione te exhibe. Ego nihil dari eis in expensis dixi, non autem monasterium de eis fabricare prohibui. Sed ita fac, vt ei quem loco tuo Panormi dimiseris, iniūgas, quatenus expensis & annona

**D** Ecclesiastica hoc idem monasterium construat, & ad me priuati abbatis querela nō redeat. Præterea cognoui quod quædam res vel plures fundorum alieni iuris esse cognouit: sed pro quorūdam obestatione vel metu, dominis suis restituere formides. Qui si veraciter Christianus esses, plus dei iudicium, quàm voces hominū timeres. Attēde quia ego te quoque hac de re indefinenter admoneo. Quod si implere neglexeris, etiam meas voces contra te in testimonium habebis. Si vero de laicis deum timentibus inueneris, vt tonsurari debeant, & actionarij sub rectore fieri, omnino libenter fero. Quibus necesse est vt etiam epistolæ transmittantur. De causa verò filij Commissi scholastici consulisti, & non sunt legibus iusta quæ repetit. Vtilitatem pauperum grauari nonimus, sed pro eo quod se hic fatigauit, quinquaginta solidos ei dare te volumus, quos tuis certum est rationib\* imputari. In causa vero pithochisi quas expensas de rebus Ecclesiæ fecisti, aut illic de pensione reddituum eius tibi satisfacitor: aut si certe ipsi redditus minime ad recompensandum sufficiant, hic necesse est vt a diacono hoc recipiantur. De Gelasio autem subdiacono loqui aliquid non præsumas: quia scelus illius usq; ad finē vitæ grauissima poenitentia indiget. Præterea vnum nobis caballū miserum, & quinq; bonos alinos transmisi. Caballum illum sedere non possum, quia miser est: illos autem bonos nō possum, quia atini sunt. Sed petimus, vt si nos cōtinere disponitis, aliquid nobis condignū deferatis. Eusebio autem abbati dare te volumus auri solidos centū quos tuis certum est rationibus imputari. Cognouimus autē Silinnum qui iudex Silannij fuit, graui inopia in Sicilia laborare, cui volumus. ccxx. decematos vini, & quatuor solidos annuos debeas ministrare. Anastasius autem religiosus iuxta Panormitanā ciuitatem dicitur habitare in oratorio sanctæ Agnetis, cui dari volumus auri solidos sex. Matri autem Urbici præpositi dari volumus solidos sex, qui tuis rationibus imputabuntur. De Honorata vero ancillæ dei causâ hoc mihi videtur: vt omnem substantiam quæ constat, quia ante tempus episcopatus Ioannis episcopi Larinensis fuit, veniens tecum deferas. Eadem verò ancilla dei cum filio suo veniat: vt nos cum ea loqui, & quod deo placitum fuerit, facere debeamus. Codicem autem Heptatici de substantia Antonini dari volumus in monasterio Prætoriano, reliquos tecum deferri.

*Gregorius Felici episcopo Sicilia. De tribus capitulis. De affinitatis coniunctione. De episcopis non detrahendis. De synodo congreganda. Caput. XXXI.*

**R**euertissimo fratri Felici episcopo Gregorius seruus seruorum dei. Caput nostrū quod est Christus, ad hoc sua membra nos esse voluit, vt per eius largā charitatem & fidem, vnum nos in se corpus efficeret, cui ita nos adherere cōuenit: vt quia sine ipso nihil esse possumus, per ipsum possimus esse quod dicimur. Ab arce capitis res nulla nos diuidat, ne ab eo, si membrū ei\* esse refugimus, relinquamur: & velut deiecti de vite palmites arefcam\*. Vt ergo redēptoris nostri habitaculum esse mereamur, in dilectione ipsi\* toto mentis studio maneamus. Ipse nanque ait: **Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus.** Exegit ergo dilectio tua frater charissime, vt ex autoritate sedis Apostolicæ tuis deberemus consultis respondere. Quod licet non prolixē, sed succinctē agere festinarem, propter quasdam importunitates quæ nostris præpedientibus peccatis in nos superuenire, tuis tamen hoc per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius & inuestigare cōmittimus. Non enim potest mens attrita, & honoribus & importunitatibus grauata, & oppressionibus soluta, libere de his loqui. Non ergo ista ob id prætulimus, vt hæc & alia quæ necessaria fore cognouerimus, tuę sanctitati velim\* denegare: sed vt quod hic minus inuenitur, latius perquiratur. De tribus enim Apostolicam sedem, in qua alitus es & doctus, capitulis consulendam prædecessorum tuorum sequens exempla credidisti, id est de consanguinitatis coniunctione, & de vexatione episcoporum a subditis, & de Ecclesiarum dubitatione consecrationum. Quod autem scripsi Augustino



EPISTOLARVM EX REGISTRO DIVI GREGORII

1. Cor. 3.  
25. q. 2. ca.  
Si ea.  
Luc. 11.  
Num. 12.  
Psal. 104.  
Exod. 22.

**G** Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet vt recordatus es tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi & Anglorum genti, quae nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat, metuendo austeriora recederet, specialiter & non generaliter ceteris me scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas exitit testis, nec ea intentione haec illis scriptis mandauit, vt postquam firma radice in fide fuerit solidata, si infra propria fuerint consanguinitate inuenti, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est vsque ad septimam generationem coniungantur, sed adhuc illos neophytos existentes sapientissime eos prius illicita docere vitare, & verbis ac exemplis instruere, & quae post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. Nam iuxta apostolum qui ait: Lac vobis potum dedi, non escam: ista illius modo non posteris, vt praefixum est: temporibus tenenda indulgimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum est erueretur, sed exceptum firmaretur: & vsque ad perfectionem custodiretur. Sanè si in his seculis quàm debimus aliquid egimus, non propter ipsam, sed commiserando actum esse cognoscas. Vnde testem inuoco deum, qui cogitationes omnium hominum nouit, cuius etiam oculis omnia nuda sunt & aperta. Nam si ea destruerem quae antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iuste comprobaret, testante veritatis voce, quae ait: Omne regnum in seipsum diuisum non stabit, & omnis scientia & lex aduersus se diuisa destruetur. Ideoque necesse est, vt omnes concorditer statuta sanctorum patrum nostrorum teneamus, nihil videlicet per contentionem agentes, sed ad omne studium bonae deuotionis vnanimis diuinis & Apostolicis constitutionibus auxiliante domino pareamus. O quàm bona est charitas, quae absentia per imaginem, praesentia sibimetipsis exhibet per amorem. Diuisa vnit, consula ordinat, inaequalia sociat, imperfecta consummat. Quam rectè praedicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem ceterae perfectionem generant, sed tamen eas ita charitas ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. His ritè perpensis, charitati tuae iam dictis indulgi, nec praecipuum dedi, sed consilium: nec regulam in his posteris vllis tenendam tradidi, sed de duobus periculis quod facilius vitandum sit, ostendi. Si igitur in rebus secularibus suum cuique ius & proprius ordo seruandus est, quanto magis in Ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci consilio, ne ibi discordiae locum inueniat, vnde pacis debent bona procedere: Quod hac ratione seruabitur, si nihil potestati, sed totum aequitati tribuitur. Quapropter multum cor nostrum magnitudini vestrae congaudet, quod sic vos in vestris actibus studiosos inuenimus, vt & nostri curam habeatis, quatenus talia vobis non solum apud homines gloriam, sed & apud omnipotentem dominum praemia mercedis acquirant. Ceterum super vexatione episcoporum, quia nos consulere voluistis, scimus quia a nullis vita praesulum perturbari debet: quoniam si David regum iustissimus in Saül quem constabat iam a domino reprobatum & abiectum esse, manum mittere non praesumpsit, quanto magis cauendum est ne manum detractionis, aut vituperationis, siue indiscretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in vinctum domini, vel in praedicatoris sanctae Ecclesiae: quia eorum vexatio siue detraçtio ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesia legatione funguntur. Vnde summo opere cauendum omnibus fidelibus, ne clandestinè aut publicè episcopum suum, id est vinctum domini detractionibus aut vituperationibus dilanent, perpendentes illud exemplum Mariae, quia pro eo quod Moyse famulo dei propter Aethiopiā detraxit, immunditia leprae mulctata sit & illud Psalmistae: Noli tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Diis non detrahes, & populi tui principi non maledices. Vnde valde prouidendum est subditis tam clericis quàm laicis, ne episcoporum, ne praepositorum vitam temerè reprehendant, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne vnde mala redarguant, inde per elationis impulsu in profundiora mergantur. Admonendi sunt etiam ne cum culpas praepositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant. Sed sic eorum praua apud semetipsos considerent, vt diuino timore reconstituti, ferre sub eis iugum reuerentiae non recusent,

quoniam facta suorum episcoporum vel praepositorum oris gladio non sunt ferienda, etiam cum rectè reprehendenda videntur, quoniam a praedecessoribus nostris & reliquis multis sanctis episcopis statutum fore cognouimus: vt oves pastores suos non facile reprehendant: nec eos criminari vel accusare praesumant: quia cum in praepositos delinquimus, eius ordinationi qui nobis eos praetulit, obuiam. Vnde Moyses dum contra se & Aaron conqueri populum cognouisset, ait: Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra deum. Quapropter admonendi sunt subditi vtriusque ordinis viri, vt cum magistrorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de eorum increpationibus non praesumant: quia non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. De dedicatione vero Ecclesiarum dubitatione, super qua inter caetera nos consulistis, hoc vos ritè tenere debetis, quod nos ab antecessoribus nostris traditum accepimus, id est vt quotiens tam de baptismo aliquorum vel confirmatione, quàm de ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis, nec testibus ratio certa habetur vtrū baptizati vel confirmati, siue ecclesiae consecratae sunt, vt baptizentur tales ac confirmentur, atque ecclesiae canonice dedificentur: ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum quod non certis iudiciis ostenditur ritè peractum, haec nos adminiculatè diuina gratia ita tenere cupimus, vobisq; vt postulatis, tenere & docere mandamus, vt ea quae a sanctis patribus ante nos sunt statuta, non proteruè irrumpere, sed fideliter seruare optemus. Vnde redemptoris misericordiam exoramus: vt sua vobis omnibus gratia suffragetur, & effectu implere vos tribuat quod velle concessit quia in hac re tanto commoda retributionis accrescunt, quàm to & studium laboris augetur. Progenie vero suam vnumquodque de his qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati, stant inconuulsi, vsque ad septimam obseruare decernimus generationem. Et quoad se affinitate agnoscunt propinquos, ad huius copulae non accedere societatem praesumant, nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profecto licet Christianorum vel licebit, quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis est deo, & cunctis bonis hominibus. Incestuosos vero nullo coniugij nomine reputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus. Ideo nolimus nos in hac re a vobis siue a caeteris fidelibus reprehendi. Quod in his Anglorum genti indulgimus, non formam dando, sed considerando ne christianitatis bonum quod coeperant, imperfectum dimitterent, egimus. Paterna ergo vos dilectione salutantes hortamur vt propositas opportunitate occasiones in vestra efficacia enixius elaborare debeatis, atque sed modis quibus possibile fuerit, omni studio agere contendatis, quatenus praedicabile desiderium vestrum in auxilium omnium adiuuante domino compleatis. Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus, quod omnes incestuosi a liminibus sanctae Ecclesiae sint separandi, quosque per satisfactionem precibus sacerdotum eidem sanctae Ecclesiae catholicae reconcilientur. Sunt enim mali segregandi a bonis, iniqui a iustis: vt saltem rubore suo conscientias suas recognoscant, & conuertantur a prauitatibus suis. Et si incorrigibiles apparuerint, segregentur a fidelibus vsque ad satisfactionem, iuxta saluatoris domini sententiam, qua inter caetera de peccate in se fratre praecipiendo, ait: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te: adhibe tecum vnū vel duos, vt in ore duorum vel trium testium, stet omne verbum. Quod si non audierit, dic Ecclesiae. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi ethnicus & publicanus. His ergo & aliis multis sanctorum patrum autoritatibus segregandi sunt mali a bonis, ne pereant iusti pro iniustis, sicut scriptum est: Perit iustus pro impio. Debet enim discretio fieri inter bonos & malos, sicut est inter haedos & oves. Manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda, sed palam sunt arguendi, qui palam nocet: vt dum aperta oburgatione sanantur, ij qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim vnus corripitur, plurimi emendantur. Et melius est vt pro multorum salute vnus condemnetur, quàm per

Exod. 16.  
Mat. 23.  
Luc. 11.  
M  
Luc. 27.  
Mat. 18.  
Eccles. 7.



**A** per vniuersam licentiam multi periclitentur. Nec mirum si inter homines hæc ratio custoditur, cum & inter iumenta hoc fieri per se cognouimus, ut ea quæ scabiem aut impetiginem habere videntur, separantur à lanis, ne illorum morbo lana dampnetur & pereant. Vnde volumus nos in vnum conueni re scriptoribus, ut de incidentibus causis fiat disceptatio, & salubris de ecclesiastica obseruatione collatio, quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens vbiq; dominus fratrum ore collaudetur. Cuius vobis adesse præsentiam si hæc obseruaueritis, scitote, quia scriptum est: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Si ergo dignatur adesse duobus vel tribus congregatis: quæto magis non deerit vbi plures conueniunt sacerdotes? Et quidē quia adhibendū bis in anno conciliū, patrū sit regulis institutū, non latet. Sed ne forte aliqua excusatio sit, semel decreuimus congregari, ut expectatione concilij nihil præsumatur illicitum. Nam plerique & sine amore iustitiæ, metu examinationis abstinēt ab hoc quod omnī notū est posse displicere iudicio. Hanc frater charissime obseruantia nostris relinquendā posteris teneamus, & omnia quæ ad eruditionē nostrā sacris apicibus scripta sunt, custodiamus, atq; ad ea quoscūq; possumus excitemus. Certū quippe est: quia si toto corde præceptis salutaribus nos occupamus, omnē vitiorū labē effugimus, quia dū

**B** his quibus ædificamur innitimur, locū sine dubio deceptionis excludimus. Quapropter oportet ut enixius in cunctis studium vos circa fratres atq; subiectos ostēdatis: ut omnes cum quibus alitis estis, atq; didicistis sanctæ Romanæ ecclesiæ præceptionibus parere, Apostolicæ sedis præcepta multiplicare, apertissimeq; nota facere cognoscat: quia quod specialiter tibi tuisq; ut tuæ literæ innotuerunt, consulis scribimus, generaliter omnibus tenere mādamus. Circa subiectorum autem actus fraternitas tua sit vigilans: ut cum illis exemplum instructio & vita magistra sit, linguæ veltræ exhortatione discant quod metuant, & doceantur quod diligant: ut dum talenta credita cum lucro multiplicant, in diē retributionis annuēte diuina gratia audire mereantur: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Curam præterea de omnibus quæ vobis alijsq; fratribus vestris, & generaliter cunctis pro illarum rerum prohibitione scripsimus, habere vos per omnia cognoscamus: quia omni studio, omniq; aduirsu necesse est fraternitatis vestræ vigilantia cōpleatur, atque illic omnia quæ pro animarum scripsimus salute, fideliter recenseantur: quatenus & vos per hoc vestrum zelum qualiter vobis illicita displiceant ostendatis, & nos vtiliter prouidisse qui vos ac vestram ad hoc præ cæteris personam elegimus, videamur. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, honoremq; perceptum moribus seruare concedat. Amen.

*Gregorius omnibus episcopis. Gairaldo abbati sancti Medardi, monasterij Sueffionensis. Priuilegium eiusdem Ecclesie amplissimum.*

**P**reciosissimis lapidibus in diademate Christi meritorum renitentibus, omnibus sancte dei Ecclesie membris, quorum vniuersale caput est Christus, Gregorius licet sanctæ Romanæ sedis pontificis sublimetur, humillimus tamen seruorum dei seruus. Quando catholicorum regū corda, ad ea ad quæ pontificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardenti desiderio diuina præueniente gratia succenduntur, ut ab eis vltro poscantur, tanto sunt latius concedenda, quanto ea ipsa quæ cupiunt, si nolent facere, peti debuerant. Proinde iuxta filiorum nostrorum præcellentissimorum scripta regum Brunichildis ac nepotis eius Theodorici, monasterio sanctæ dei genitricis Mariæ, ac beatorum Petri Apostolorum principis, necnon protomartyris Christi Stephani, quod est in Suefforum ciuitate situm: vbi sanctus Medardus requiescere, & vir venerabilis Gairaldus abbas præesse videtur, huiusmodi priuilegia authoritatis nostræ decreto indulgemus, & ea plenius confirmamus priuilegia quæ à bonæ memoriæ domino Papa Ioanne comitante illustrium regum elementia Clotarij, scilicet & Sigeberti huius nostræ filie iugalis: ipsi loco sub anathematis vinculo sunt cō-

cessa vel indulta, concedimus atque terminamus. Statuentes nullam regum, antistitum, vel iudicum, nullum quacunque præditum dignitate ea quæ à præcellentissimis regibus, vel quibuslibet alijs deum timentibus loco concessa sunt vel cōferentur, sub cuiuslibet occasionis specie minuere vel auferre, vel suis vsibus applicare, sed cuncta quæ deo seruientibus monachis oblata sunt vel offerri contigerit, perenni tempore illibata, & sine aliqua inquietudine volumus possideri, eorum vsibus pro quorum sustentatione concessa sunt, modis omnibus profutura. Cōcedimus etiam ut obeunte abbate, non alius ibi quicunque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem communis consensus monachorum elegerit, aut præuiderit ordinandum. Cauent autem præfati monachi simoniacam hæresim, ne potentia regum vel antistitum conuicti, loco pastoris suscipiant tyrannum. Quod omnino fieri prohibemus, & eundem abbatem causa ordinationis suæ aliquid dare præsumere vetamus: ne hac occasione, quæ à fidelibus pijs locis offeruntur vel oblata sunt, consumantur. Et quia fama religionis deo seruientium monachorum nostras peruenit ad aures, quibus vir vite venerabilis Gairaldus præesse dinoscitur, iustis petitionibus præcellentissimorum regum Brunichildis atque Theodorici fauentes ob amorem domini Medardi tantam diuini honoris dignitatem & securitatem concedimus perenni tempore mansuram. Authoritate igitur diuina vice beati Petri Apostolorum principis, consensu omnium Romanorum pontificum, & voluntate totius senatus Romani suadente nobis viro Apostolico Anserico Suefforum vrbs pontifice, & omnium Gallie episcoporum fauente iudicio decernimus, ut nullus archiepiscoporum vel archidiaconorum fratres præfate basilicæ de ordinatione sui abbatis: vel Ecclesiasticorum graduum assumptione inquietet, sed secundum prærogatiuam ipsius loci vobis modo recitatam beatissimi prædecessoris nostri domini Ioannis papæ tempore decretam, & Apostolica authoritate firmatam ordinationem sui abbatis ipsi fratres peragāt, & Ecclesiasticorum graduum dignitatem suscipiant, consecrationes quoque fontium, & scrutini mysteria in ipso monasterio celebrent. Christis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocunque voluerint pontifice benedictionem expectant, ne tantus honor à quoquam rectore vllius occasionis causa vel necessitate intermittatur: ne vilescat tātæ sublimitatis locus sanctæ Mariæ & beati Petri, necnon & protomartyris, & domini Medardi meritis saceratus: quem caput monasteriorum totius Gallie constituimus, nulliusq; ditioni patimur subesse: sed velut hæc sedes Romana speculationem suam toto orbi indicit, & nouas consuetudines omnibus mittit, & omnium personarum seruitio caret, ita præfatus locus remota omni consuetudine pessima regum, antistitum, iudicum, exemplū diuinæ religionis & honestatis cæteris exhibeat monasterijs, & super ea plena gaudeat libertate. Cuius rectores & filij præcætes & successuri tātum sub regum custodia positi admonitionem sancti Petri & successorum suorum huius sanctæ Romanæ sedis pontificum authoritate proclamant. Et si incumbit necessitas, ad eam. Huius rei gratia fratribus dirigendis in via tanti itineris hæc filia nostra Brunichildis regina xx. mansos ingenuos: & totidem seruales, cuncta integritate aternaliter facta præceptione iuxta finem Alpium contulit. Et multos alios redditus terrarum ob hanc causam delegauit, sitos in eiusdem itineris spatio. Tusiacum vero & Mortinetum fiscos regios communiter ad stipendia fratrum dedit, & ita omnes villas deo & sancto Medardo traditas vel tradendas sua præceptione conclusit, ut quicunque super terras domini Medardi habitare voluerit vel steterit, siue seruus, siue liber cuiuscunque sit, alterius dominio priuetur, & sanctæ genitricis seruitio aptetur, vel vltra redeundi licentiam habeat. Quod si fugerit, reputatur ut seruus nunciūque sanctæ dei Ecclesiæ. De altaribus quoque iuxta institutionem domini papæ Ioannis Apostolica authoritate cōfirmamus, ut qui fuerit rector præfati monasterij, fiat præterea altarium præsul & omnium Ecclesiarum sibi pertinentium, & inde præfatorum sanctorum præcipuo altari luminaria exhibeantur, & hospitalitas peregrinorum cum reuerentia agatur. Subiungimus & aliud edictū, si causa capitalis criminis

**G** abbas est deponendus, non prius deponatur, donec depositores Apostolicam auctoritatem requirant, & ita sint tres metropolitani cum suffraganeis suis, & abbates quamplurimi. In ipso autem concilio accusatores unusquisque cum xij. testibus praesentes assistant, & ita veri iudicii examine probet se vidisse, ut audiente concilio obtestantur. Ad ultimum vero ipse abbas rationes suae excusationis reddat, & iureiurandi pacto supra sacrorum mysteria quatuor evangeliorum satisfaciatur. Tunc vero si conuictus fuerit, correctione deponatur: si autem, suo honori reddatur, & Ecclesiasticae dignitatis mysteria recipiat, & inter sacra missarum solemnia, benedictionem & praedicationem iuxta instituta domini papae 10 annis peragat, & suae conuersationis vitam melioribus exemplis deducat. Monachis quoque hanc proponimus sententiam ut nullus eorum inuidia aut odio abbatis, quod absit, comprimatur, vel extraneorum personarum censura plectatur. Quod si culpa principalis vitij deliquerit, priuatim intra claustrum eiusdem monasterij ab ipso abbate & spiritalibus fratribus arguatur, & a corpore sanctae congregationis segregetur. Quod si perseverante contumacia abscessus fuerit, praecipimus illi ut precatorias accipiens literas quodecumque voluerit ingrediatur monasterium, aut causa poenitentiae huius sedis Apostolicae licentiam petat, & susceptis a domino papa literis liber suum monasterium repetat. Haec igitur omnia quae huius Apostolicae auctoritatis & nostrae praeeptionis privilegio continentur, praefati monasterij rectoribus, & filiis praesentibus & futuris, & omnibus monasteriis ipsi loco subiectis vel sociatis sub anathemate seruanda constituimus. Si quis autem regum, antistitum, iudicum, vel quarumcumque secularium personarum, huius Apostolicae auctoritatis, & nostrae praeeptionis decreta violauerit, aut contradixerit, aut negligenter dixerit, vel fratres inquietauerit, vel conturbauerit, vel aliter ordinauerit, cuiuscumque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo priuetur, & ut catholicae fidei deprauator, vel sanctae dei ecclesiae destructor, a consortio Christianitatis, & corpore ac sanguine domini nostri Iesu Christi sequestretur, & omnium maledictionum anathemate, quibus infideles & haeretici ab initio seculi usque in praesens damnati sunt, cum Iuda traditore domini in inferno inferiori damnetur, nisi digna poenitentia praefatorum sanctorum sibi propiciauerit clementiam, & fratrum communem reconciliauerit concordiam.

**E**go Gregorius sanctae Romanae sedis antistes huic privilegio subscripsi. Euterius Arelatensis archiepiscopus subscripsit. Gregorius Portunensis episcopus subscripsit. Andreas Albanensis episcopus subscripsit. Augustinus Canthuariorum episcopus subscripsit. Anastasius Tyburniae episcopus subscripsit. Sergius Praenestinae episcopus subscripsit. Petrus Ananiae episcopus subscripsit. Agnellus Futrinae episcopus subscripsit. Mellitus Ludoniae episcopus subscripsit. Ioannes Veliternensium episcopus subscripsit. Tyberius siluae candidae episcopus subscripsit. Marinianus Rauennatis Ecclesiae episcopus subscripsit. Vitulinus Sypontinensis episcopus subscripsit. Ioannes Syracusanorum episcopus subscripsit. Sabinianus Tuderinorum episcopus subscripsit. Eulogius Alexandriae episcopus subscripsit. Dominicus Chartaginis episcopus subscripsit. Fortunatus Neapolitanorum episcopus subscripsit. Ioannes Surrentinus episcopus subscripsit. Primiuius Nunciensium episcopus subscripsit. Felix Portuensium episcopus subscripsit. Glorius Ostiensium episcopus subscripsit. Constantius Narniensis episcopus subscripsit. Constantius Mediolanensis episcopus subscripsit. Suttellius Burdegalensium episcopus subscripsit. Vitalis Vefocensium episcopus subscripsit. Bonifacius Placentiae episcopus subscripsit. Siagrius Augustadunensium episcopus subscripsit. Flavius Remorum archiepiscopus subscripsit. Ansericus Suessorum episcopus subscripsit. Theodorius rex subscripsit. Brunichildis regina subscripsit. Ego Petrus sanctae Romanae sedis subscripsi, & sigillaui. Datu. vij. cal. Junij. Anno ab incarnatione domini. DXCIII. Indictione vndecima.

Incipiunt decreta beati Gregorij papae, tempore Mauricij, Tiberij, Theodosij, Augustorum.

K



**R**egnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, temporibus piissimi ac sanctissimi domini Mauricij, Tiberij, & Theodosij Augustorum eiusdem domini Mauricij imperij anno. xij. Indictione. xiiij. quinta die mensis Iulij, Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore, cum episcopis

\* al. serenissimi.

omnibus Romane ecclesiae, & presbyteris residens, assistentibus diaconibus & cuncto clero dixit: In sancta hac Romana ecclesia cui diuina dispensatio praesse me voluit, dudum consuetudo valde reprehensibilis exorta est, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad praedicationis officium & eleemosynarum studium vacare congruebat. Unde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda vox queritur, quae congrua vita negligatur. Et cantor minister deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Quae de re praesenti decreto constituo, ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Evangelicae lectionis officium inter missarum solemnia exoluant: psalmos vero ante reliquas lectiones censeo per subdiaconos: vel, si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit.

**V**erecundus mos torpore indiscretionis inoleuit, ut huius sedis pontificibus ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac seculares obsequantur: & cum pastore vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt, quae, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re praesenti decreto constituo: ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur: ut is qui in loco regimini est, habeat tales, qui vitam eius in secreta conuersatione videant, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

**C**onsuetudo noua in hac Ecclesia & valde reprehensibilis erupit: ut cum rectores eius patrimonij urbana vel rustica praedia iuri illius competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant: atque hoc quod competere pauperibus existimant, non iudicio, sed manibus defendant. Et cum per praedatores suos veritas dicat, nihil per contentione etiam ipsum litigiosae contentione malum transcenditur, & res quaelibet cum existimatur Ecclesiae posse competere, per vim tenetur. Proinde praesenti decreto constituo, ut si quis Ecclesiasticorum unquam titulos ponere siue in rustico, siue in urbano praedio sua sponte praesumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit. Is autem qui praesens Ecclesiae, si hoc vel ipse fieri praecipit, vel sine sua praeeptione factum digna punire animaduersione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit.

Philip. 2.

**S**icut indignos nos pro beati Apostoli Petri reuerentia mens fidelium veneratur: ita nostram infirmitatem decet semetipsam semper agnoscere, & impense sibi venerationis honorem declinare. Ex amore quippe fidelium huius sedis rectoribus mos ultra meritum erupit: ut cum eorum corpora deferuntur, haec dalmaticis contegant, & eas denique dalmaticas pro sanctitatis reuerentia, sibi met partendas populus scindat. Et cum assint multa a sacris corporibus Apostolorum martyrumque velamina, a peccatorum corpore sumiter, quod pro magna reuerentia seruetur. De qua re praesenti decreto constituo: ut seretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quae decreti mei curam gerere sedis huius presbyteros ac diaconos censemus. Si quis vero ex eorum ordine hoc curare neglexerit, anathema sit. Responderunt omnes, anathema sit.

**A**ntiquam patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo: neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex

ea quam



A ea quam noua per ambitionem simulatio inuenit appellatio- ne pallii. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, euangelij uero sectionem minister legit, confirma- tionis uero huius epistola notarius excipit: sicut pontificem manum imponi debet, quia imponit vendere, ita minister vel nota- rius in ordinatione eius uocem suam uel calamum uenudare. Pro ordinatione ergo, uel usu pallij seu chartis atq; pa- stello, eundem qui ordinandus est uel ordinatur, omnino ali- quid dare prohibeo. Ex quibus praedictis rebus si quis aliquid comodi appellatione exigere uel petere forte praesumpserit, in districto omnipotentis dei examine reatu subiacet. Is au- tem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neq; exactus, uel pe- titus post acceptas chartas & pallij offerre aliquid cuiuslibet ex clero gratiae tantummodo causa uoluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpae macula ingerit, quae ex accipientis ambitu non processit.

M Vltos ex Ecclesiastica familia, seu seculari militia nouimus ad omnipotentis dei seruitium festinare, ut ab humana seruitute liberi in diuino seruitio ualeant familiariter in monasteriis conuersari. Quos si passim di- mittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris dominium, occa- sionem praebemus. Si uero festinat ad omnipotentis dei ser- uitiu incaute retinemus, illi inuenimur negare quaedam qui de- dit omnia. Vnde necesse est ut quisquis ex iuris ecclesiastica seruitute, uel seculari militia, ad dei seruitiu conuerti deside- rat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores il- lius atq; conuersatio bono desiderio illius testimonium fe- runt, absq; ulla retractatione seruire in monasterio omni- potenti deo permittatur, ut a seruitio humano liber recedat, qui diuino amore districtiore subire appetit seruitutem. Si autem & in monastico habitu secundum patrum regulas irreprehen- sibiliter fuerit conuersatus, post praefixa sacris canonibus te- pora, licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officiu pro- uehatur, si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quae in testamento ueteri morte mulctantur.

Gregorius gratia dei episcopus his decretis subscripsit, & confirmauerunt episcopi & presbyteri numero. LVIII.

G Regorius sanctissimus apostolicus papa, ante corp<sup>us</sup> beatissimi Petri in synodo residens dixit: Hinc maxi- me nimium dolens, & ingemisces dico, quia aliquot ex Christianis in Occidentis partibus constitutos audio teme- re contra catholicam fidem & patrum statuta agere: ita ut consecratas feminas ducere praesumant mulieres, & propin- quas coniugio sortiantur. Quod opportunum est spiritali am- putare mucrone, atque si uestra placet sanctitati, radicitus euellere: ne seges boni agricolae, iniquorum mixta horrenti- bus fructibus sordescat. Sanctissimi episcopi, seu uenerabiles presbyteri, responderunt. Verum cognoscimus gratia sancti spiritus cor Apostolatus uestri succensum, ut tantae miseriae squalorem a fidelium mentibus detergatis. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum uenerabile, Christi Apostolorum princi- pis, inferendo sententiam dixit.

S I quis presbyteram in coniugium duxerit: anathema sit. ij. Si quis presbyter, uel diaconus, duxerit uxorem: anathema sit. iij. Si quis monacham, quam dei ancilla appellat, in coniugium duxerit: anathema sit. iiii. Si quis comatrem spiritalem duxerit in coniugium: anathema sit. v. Si quis fratris uxorem duxerit in coniugium: anathema sit. vi. Si quis neprem duxerit in coniugium: anathema sit. vii. Si quis nouercam aut nurum suam duxerit in coniugium: anathema sit. viii. Si quis consobrinam duxerit in coniugium: anathema sit. ix. Si quis de propria cognatione, in qua cognatas habuit, duxerit in uxorem: anathema sit. x. Si quis uirginem rapuerit, uel furatus fuerit eam, cum sibi consentientibus: anathema sit. xi. Si quis uirginem quam sibi non desponsauerit rapuerit, uel furatus fuerit in uxorem: una cum sibi fauentibus: anathema sit. xii. Si quis harios, aruspices, uel incantatores obseruaue- rit, aut hilateris usus fuerit: anathema sit. xiii. Si quis in qua- libet parte precepta ante emissam Apostolicam Ecclesiae de ca- meris & locis diuersis temerauerit, & non in omnibus obser- uauerit: anathema sit. xiiii. Si quis homicidium fecerit: agat poenitentiam decem annis. xv. Si quis in scelere permanserit:

anathema sit. xvi. Si quis ex clericis laxauerit coronam: ana- thema sit. xvii. Et responderunt omnes per singula capitula tertio: anathema sit.

Subscriptio beati Gregorii papae.

G Regorius sanctae catholice atq; apostolice Romanae ecclesiae, huic constituto a uobis promulgato subscri- psi. Agellus episcopus ciuitatis Feretentis, huic con- stituto a nobis promulgato subscripsit. Et caeteri subscripse- runt. Valete.

INCIPIUNT VNDECIM INTER- rogationes Augustini Cantuariensis Angliae archiepiscopi, ad beatissimum Gregorium papam.

Prima interrogatio Augustini, ut supra.

Q Vero pater beatissime de episcopis qualiter cum suis clericis conuersentur. Vel de his quae fidelium obla- tionibus accedunt altari, quanta debeant fieri portiones.

De obventionibus Ecclesiasticis diuidendis. Caput. i.

Responsio beati Gregorii papae urbis Romae.

Q Valiter episcopus agere debet in ecclesia, sacra scri- ptura testatur, quae te bene nosse non dubium est, & specialiter beati Pauli ad Timotheum epistole, in quibus eum erudire studet qualiter in domo dei conuersari debuisset. Mos autem apostolice sedis est ordina- tis episcopis preceptum tradere, ut ex omni stipendio quod ac- cedit, quatuor fieri debeant portiones. Una uidelicet episcopo & familiae, propter hospitalitatem & susceptionem. Alia clero. Tertia pauperibus. Quarta Ecclesiae reparandis. Sed quia tua fraternitas monasterij regulis erudita, seorsum uiuere non debet a clericis suis, in Ecclesia Anglorum, quae auctore deo nuper ad fidem perducta est, hanc debet instituire conuersa- tionem, quae in initio nascentis Ecclesiae fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quae possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Secunda interrogatio Augustini.

O Pto enim doceri, an clerici continere non ualentes, possint con- trahere. Et si contraxerint, an debeant ad seculum redire.

De clericis contrahentibus post clericatum. Caput. ii.

Responsio beati Gregorii papae.

S I qui uero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent, & stipen- dia sua exterius accipere, quia & de eisdem patribus de quibus praefati sumus, nouimus scriptum quod diuidebatur sin- gulis prout cuius opus erat. De eorum ergo stipendio cogi- tandum atq; prouidendum est, & sub Ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus uiuant, & canendis psalmis inuigi- lent, & ab omnibus illicitis cor & linguam & corpus deo au- thore conseruent. Communi autem uita uiuentibus, iam de faci- endis portionibus, uel exhibenda hospitalitate, & adimple- da misericordia, nobis quid erit loquendum, cum omne quod superest, in causis pijs ac religiosis erogandum est? Domi- no & magistro omnium dicente: Quod superest, date eleemo- synam, & ecce omnia munda sunt uobis.

Tertia interrogatio Augustini.

C Vt cum una sit fides, sunt ecclesiarum consuetudines tam di- uersae: Et altera consuetudo missarum est in Romana Eccle- sia, atque altera in Galliarum Ecclesijs tenetur.

De diuersis consuetudinibus diuersarum Ecclesiarum non improbandis. Caput. iii.

Responsio beati Gregorii papae.

N Ouit fraternitas tua Romanae Ecclesiae consuetudi- nem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in Gallicanarum, seu in qua- libet Ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere, sollicitus eligas: & in Anglorum Ecclesia, quae adhuc ad fidem noua est, institutione praecipua quae de mul- tis Ecclesijs colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque Ecclesijs quae pia, quae religiosa, quae recta sunt, elige: & haec quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere.

E 12. q. 2. cap. Mos.

12. q. 1. cap. quia tua.

Acto. 4.

Part. 1. di. 32. c. Si qui uero. Item 12. q. 1. ca. quia tua. S. Si qui uero.

Luc. 11.

Parte. 1. di. 12. c. Nouit

*Quarta interrogatio Augustini.*

12. q. 2. ca.  
Fraternitas.

**O**bscuro quid pati debeat si quis aliquid de Ecclesia furto extulerit.  
*De poenitentia furum, & restitutione Ecclesiasticarum rerum. Caput. III.*

*Responsio beati Gregorii papae.*

**H**oc tua fraternitas ex persona furis pensare potest: qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habent subsidia, furtum perpetrare: & sunt alij qui in hac re ex inopia delinunt. Unde necesse est ut quidam damnis, quidam vero verberibus: & quidam districtius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc praestantur qui corriguntur, ne gehennae ignibus tradantur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent: quos & pro culpis verberibus ferunt, & tamen ipsos quos doloribus affligunt, habere haereditatem quaerunt: & quae possident, ipsis seruant: quos irati insequi videntur. Haec ergo charitas in mente seruanda est. Et ipse modus correctionis dicat, ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Addis etiam quomodo ea quae furto de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit quod Ecclesia cum augmento recipiat quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra damnis quaerat.

*Quinta interrogatio Augustini.*

**P**eto an debeant duo germani fratres singulas sorores accipere, quae sunt ab illis longa progenie generatae.

*Quod duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus. Caput. V.*

*Responsio beati Gregorii papae.*

**H**oc fieri omnibus modis licet. Nequaquam enim in sacris eloquijs inuenit, quod huic capitulo contradicere videatur.

*Sexta interrogatio Augustini.*

**V**sque ad quam generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari: & noueris & cognatis si liceat coniugio copulari.

*Qui sint in contrahendo prohibiti gradus consanguinitatis & affinitatis. Caput. VI.*

*Responsio beati Gregorii papae.*

**Q**uadam terrena lex in Romana republica permittit ut siue frater, siue soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia miscantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Unde necesse est, ut tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam diximus, a se omnimodo debet abstinere. Cum nouerca autem misceri, graue est facinus, quia in lege scriptum est: Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris filius reuelare potest, sed quia in lege scriptum est: Erunt duo in carne vna, qui turpitudinem nouercae, quae vna caro cum patre fuit, reuelare praesumpserit, profecto patris turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoque misceri prohibitum est, quae per coniunctionem priorem caro fratris facta est. Pro qua re etiam Ioannes Baptistam capite truncatus est, & sancto martyrio coronatus. Cui non est dictum, ut Christum negaret, nec pro Christi confessione occisus est, sed quia idem dominus noster Iesus Christus dixerat: Ego sum veritas, quia pro veritate occisus est Ioannes, pro Christo sanguinem fudit.

Leuit. 18.

Gen. 2.

10an. 14.

*Septima interrogatio Augustini.*

**D**eclarari posco an sic turpiter coniunctis sit iudicanda separatio, & sacrae communionis deneganda oblatio.

*Quod neophyti in gradu prohibito iuncti, nec separandi sunt, nec sacrae communionis priuandi. Caput. VII.*

*Responsio beati Gregorii papae.*

**Q**uia vero multi sunt in Anglorum gente, qui dum adhuc in infidelitate essent, huic nephando coniugio dicuntur admixti, ad fidem venientes admonendi sunt, ut se abstineant, & graue hoc peccatum esse cognoscant. Tremendum dei iudicium timeant, ne

pro carnali delectatione tormentum aeterni cruciatus incurrat. Non tamen pro hac re sacri corporis ac sanguinis domini communionem priuandi sunt, ne in eis illa vicisci videamur in quibus se per ignorantiam ante lauacrum baptismatis astrinxerunt. In hoc enim tempore sancta Ecclesia quaedam per feruorem corrigit, quaedam per mansuetudinem tolerat, quaedam per considerationem dissimulat, atque portat, ut saepe malum quod auerfatur, portando & dissimulando compefcat. Omnes autem qui ad fidem veniunt, admonendi sunt ne aliquid tale valeant perpetrare. Si qui autem perpetraverint, corporis & sanguinis domini communionem priuandi sunt, quia sicut in his quae per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita est in his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo peccare.

*Octaua interrogatio Augustini.*

**P**eto si longinquitas itineris magna interiacet, ut episcopi facile non possint conuenire: an debeat sine aliorum episcoporum praesentia episcopus ordinari?

*Quod sunt necessarii episcopi in episcopi consecratione. Caput. VIII.*

*Responsio beati Gregorii.*

**E**t quidem etiam in Anglorum Ecclesia in qua adhuc solus tu episcopus inuenis, ordinare episcopum non aliter nisi cum episcopis potes. Nam quando de Gallis episcopi veniunt, illi in ordinatione episcopi testes tibi assistant. Sed fraternitatem tuam ita volumus in Anglia episcopos ordinare: ut ipsi sibi episcopi longo intervallo minime disungantur, quatenus nulla sit necessitas, ut in ordinatione conuenire non possunt. Pastorum quoque aliquorum praesentia, quia valde est utilis, facillime debeant conuenire. Cum igitur deo auctore, ita fuerint episcopi etiam in propinquis sibi locis ordinati, per omnia episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor episcopis fieri non debet. Nam in ipsis rebus spiritualibus, ut sapienter & mature disponatur exemplum trahere a rebus etiam carnalibus possumus. Certe cum dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique vocantur, ut qui in viam coniugii praecesserunt, in subsequenti quoque gaudio miscantur. Cur non ergo in hac spirituali ordinatione qua per sacrum mysterium homo deo coniungitur, tales conueniant, qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel per eius studia omnipotenti domino preces pariter fundant?

*Nona interrogatio beati Augustini.*

**P**ostulo etiam qualiter debemus cum Galliarum atque Britannorum episcopis agere.

*Qualiter Metropolitanus in aliena provincia se habere debeat. Caput. IX.*

*Responsio beati Gregorii papae.*

**I**n Galliarum episcopos nullam tibi auctoritatem tribuimus: quia ab antiquis praedecessorum meorum temporibus pallium Arelatenis episcopus accepit, quem nos priuare auctoritate percepta minime debemus. Si igitur contingat ut fraternitas tua ad Galliarum provinciam transeat, cum eodem Arelateni episcopo debet agere, qualiter si qua sunt in episcopis vitia corrigantur. Qui si forte in disciplinae vigore tepidus existat, tuae fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus, ut cum tuae sanctitatis praesentia in Gallis fuerit, ei ipse tota mente subueniat, & quae sunt creatoris nostri iussioni contraria, ab episcoporum moribus compefcat. Ipse autem auctoritate propria episcopos Galliarum iudicare non poteris, sed suadendo, blandiendo, bona quoque tua opera eorum imitationi monstrando, prauorum mentes ad sanctitatis studia reforma, quia scriptum est in lege: Per alienam messem transiens falcem mittere non debet, sed manu spicas coterere & manducare. Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam segetem quae alteri videtur esse commissa, sed per affectum boni operis frumenta dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in Ecclesiae corpus monendo & persuadendo quasi mandendo conuerte. Quicquid vero ex auctoritate agendum est, cum praedicto Arelateni episcopo agatur, ne praetermitti possit hoc quod antiqua patrum institutio inuenit. Britannorum vero omnes episcopos tuae fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi persuasione

Parte. 1. li.  
80. c. Fraternitatem.

M  
25. q. 2. ca.  
In Galliarum.

Deut. 23.



A lionem roboratur, peruersi autoritate corrigantur.

Obsecratio Augustini.

Obsecro vt reliquias sancti Sixti martyris nobis transmittantur.

Biblioteca

Concessio Gregorii.

Caput istud ex uel... inserit est

Facimus quod petisti, quatenus populus qui in loco quodam sancti Sixti martyris, corpus dixerunt venerari, quod tuae fraternitati nec verum nec veraciter sanctum videtur, certa sanctissimi & probatissimi martyris beneficia suscipiens, colere incertum non debeat. Mihi tamen videtur, quia si corpus, quod a populo cuiusdam martyris esse creditur, nullis illic miraculis coruscet: & neque aliqui de antiquioribus existunt, qui se a parentibus passionem eius audisse fateatur, ita reliquias quas petisti, seorsum codendae sunt, vt locus in quo praesatum corpus iacet, modis omnibus obstruatur, nec permittatur populus certum deserere, & incertum venerari.

Decima interrogatio Augustini.

Si praegnans mulier debeat baptizari, aut postquam genuerit, post quantum tempus possit Ecclesiam intrare. Aut etiam ne morte preoccupetur quod genuerit, post quot dies hoc liceat sacri baptismatis sacramenta percipere. Aut post quantum tempus huic vir possit in carnis copulatione coniungi. Aut si menstrua consuetudine tenetur, an ecclesiam introire ei liceat, aut sacrae communionis sacramentum percipere. Aut vit suae coniugi permixtus antequam lauetur aqua, si Ecclesiam intrare possit: vel etiam ad mysterium sacrae communionis accedere. Quae omnia rudi Anglorum genti oportet habere comperta.

Quod mulier praegnans & puer natus possit baptizari, & de concubitu, & mensuris vitandis. Caput. X.

Responsio beati Gregorii.

Hoc non ambigo fraternitatem tuam esse requisitam, cui etiam responsum addidisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dicere & sentire potuisti, credo quod mea apud te volueris respotione firmari. Mulier etenim praegnans, cur non debeat baptizari, cum non sit ante omnipotentis dei oculos culpa aliqua secunditas carnis. Nam cum primi parentes nostri in paradiso deliquissent, immortalitatem quam acceperat, recto dei iudicio perdiderunt. Quia itaque omnipotens deus humanum genus pro culpa sua funditus extinguere noluit, & immortalitatem homini pro peccato suo abtulit, & tamen pro benignitate suae pietatis, secunditatem ei sobolis reseruauit. Quod ergo naturae humanae ex omnipotentis dei dono seruatum est, qua ratione poterit a sacri baptismatis gratia prohiberi: Illi quippe mysterio in quo omnis culpa funditus extinguitur, valde stultum est si donum gratiae contradicere posse videatur. Cum vero enixa fuerit mulier, post quot dies debeat Ecclesiam intrare, testamenti veteris praecipiente didicisti: vt pro masculo diebus, xxxiiij. pro foemina vero, lxxj. debeat abstinere. Quod tamen sciendum est, quia in mysterio accipitur. Nam si eadem hora qua genuerit, actura gratias intrat Ecclesiam, nullo peccati pondere grauat. Voluptas etenim carnis non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est: nam in prolis prolatione gemitus. Vnde & ipsi primae matri omnium dicitur: In doloribus paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus Ecclesiam intrare, ipsam ei poenam suam in culpam deputamus. Baptizari autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si mortis periculo vrgetur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur: quia sicut sancti mysterii gratia uidentibus atque discernentibus cum magna discretionem prouidenda est, ita quibus mors imminet, sine ulla dilatione offerenda est: ne dum adhuc tempus ad praebendum redemptionis mysterium quaeritur, interueniente paululum mora, inueniri non valeat qui redimatur. Ad eius vero concubitum vir eius accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios quos gignunt, nutrire contempnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant. Quod videlicet ex sola causa incontinentiae videtur inuentum, quia dum se con-

parte. 1. dist. 5. ca. Cu enixa. Leuit. 12. Gene. 3.

Notae hae mulieres Gallicanae, quae suos

tinere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Haec itaque quae filios suos ex praua consuetudine alius ad nutriendum tradit, nisi purgationis tempus transierint, uiris suis non debent admisceri, quippe cum & sine partus causa, cum incosuetis mensuris detinentur, uiris suis misceri prohibeantur, ita vt morte lex sacra feriat si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quae tamen mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet, quia ei naturae superfluitas in culpam non valet imputari. Et per hoc quod inuita patitur, iustum non est vt ingressu Ecclesiae priuetur. Nouimus nanque quod mulier quae sanguinis fluxum patiebatur, post tergum domini ueniens, uestimenti eius simbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit domini uestimentum tangere, cur quae menstruum sanguinis patitur, ei non liceat domini Ecclesiam intrare? Sed dices: Illam infirmitas compulit, has vero de quibus loquimur, consuetudo constringit. Perpende autem frater charissime, quia omne quod in hac mortali carne patimur, ex infirmitate naturae est, digno dei iudicio, post culpam ordinatum. Elurire namque & sitire, estuare, algere, lassessere, ex infirmitate naturae est. Et quid est aliud contra famem alimenta, contra sitim potum, contra aestum auras, contra frigus uestem, contra lassitudinem requiem quaerere, nisi medicamenta quaedam contra egritudines explorare? Foeminis namque & mensuris sui sanguinis fluxus egritudo est. Si igitur bene praesumpsit quae uestimentum domini in languore posita tetigit, quod vni personae infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quae naturae suae vitio infirmantur? Sacrae autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex ueneratione magna praesumere non praesumit, laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est etiam ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia saepe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam cum elurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est vt eluriremus. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit, sed tamen quod natura ipsa ita vitiosa est, vt etiam sine voluntatis studio videatur esse polluta, ex culpa venit vitio, in quo seipsa qualis per iudicium facta sit humana natura cognoscat, vt homo qui sponte culpam perpetravit, reatum culpae portet intuitus. Atque ideo foeminae quae cum semetipsas considerant in menstrua consuetudine, ad sacramentum dominici corporis & sanguinis accedere non praesumunt, de sua recta consideratione laudandae sunt. Dum vero percipiendi ex religiosae vitae consuetudine eiusdem mysterii amore rapiuntur: reprimendae, sicut diximus, non sunt. Sicut enim in veteri testamento exteriora opera seruabantur, ita in testamento nouo non tam quod exterius agitur, quam id quod interius cogitatur, sollicita intentione attenditur, vt subtili sententia puniatur. Nam cum multa lex velut immunda manducari praecipiat, in Euangelio tamen dominus ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quae exeunt de corde, illa sunt quae coinquinant hominem. Atque paulo post subiicit exponens: Ex corde exeunt cogitationes male. Vnde vberim indicatum est, quia illud ab omnipotenti deo pollutum esse in opere ostenditur, quod ex pollute cogitationis radice generatur. Vnde Paulus quoque Apostolus dicit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & fidelibus nihil est mundum. Atque mox eiusdem coinquinationis causam annuncians subiungit: Coinquinata sunt enim corum & mens & conscientia. Si ergo ei cuius immundus non est, cuius mens immunda non fuerit, cur quod munda mente mulier ex natura patitur, ei in immunditiam reputetur? Vir autem cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua intrare Ecclesiam non debet, sed nec lorus intrare statim debet. Lex autem veteri populo praecipit, vt mixtus vir mulieri, & lauari aqua debeat, & ante solis occasum Ecclesia non intrare. Quod intelligi spiritaliter potest, quia mulieri vir miscetur, quando illicite concupiscentiae animus in cogitatione per delectationem coniungitur. Qui nisi prius ignis concupiscentiae a mente deferueat, dignum se congregatione fratrum existimare non debet, quia se grauari per nequitiam praeue voluntatis videt. Quauis enim de hac re diuersimodum hominum

D filios recē ter editos tanquam alienos ad adulterinos proscribunt, alijsq; conductiuis mulierculis enutricos comittunt. Mat. 9.

B

F

Mat. 15. Ibidem. Ad Ti. 1.

**G** hominū nationes diuersa sentiant, atq; alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus fuit, post admixtionem propriæ coniugis, & lauacri purificationem querere, & ab ingressu ecclesie paululū reuerenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse coniugii. Sed quia ipsa licita admixtio coniugum sine voluptate carnis fieri nō potest, à sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio vel fornicatione, sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Qui enim in iniquitatibus conceptū se nouerat, in delicto se natū gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vitij quem traxit ex radice. In quibus verbis non ipsam admixtionem coniugum iniquitatem nominat, sed ipsam videlicet voluptatem admixtionis. Sunt enim multa licita ac legitima, & tamē in eorum actu aliquatenus scdamur, sicut sæpe irascendo culpas insequimur, & tranquillitatem in nobis animi perturbamus. Et cum rectum sit quod agitur, nō est tamē approbabile quod in eo animus perturbatur. Contra quippe vitia delinquentiū iratus fuerat qui dicebat: Turbatus est præ ira oculus meus. Quia enim nō valet nisi tranquilla mens in contemplationis lucem se suspendere, in ira suum oculum turbatum dolebat, quia dū male acta deorsum insequitur, confundi tamen atque turbari à summorum contemplatione cogebatur. Et laudabilis ergo est ira contra vitium, & tamen molesta, quia turbatū se reatum aliquem incurrisse estimabat. Oportet itaque legitima carnis copula vt causa prolis sit, non voluptatis: & carnis cōmixtio, creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiolorum. Si quis ergo suam coniugem non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorū gratia vtitur, ille profecto de ingressu ecclesie, seu de sumendo corporis dominici sanguinisq; mysterio, suo est relinquendus iudicio, quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua commixtione quod desicant. Hoc enim eis concedit sancta prædicatio, & tamē de ipsa cōcessione metu animum concutit. Nam cū Paulus Apostolus diceret: Qui se continere non potest, habeat vxorē suam: statim subiungere curauit: Hoc autem dico secundū intelligētiā, non secundū imperium. Non enim indulgetur quod licet & iustum est. Quod enim indulgeri dixit, culpam esse demonstrauit. Vigilanti ergo mente pensandum est quod in Syna monte dominus populum abstinere à mulieribus præcepit. Et si illic vbi dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur, tanta prouisione est mūdicia corporis requisita, vt qui verba dei perciperent, mulieribus mixti nō essent: quanto magis qui corpus domini omnipotentis accipiunt, custodite in se mūdiciam carnis debent, ne ipsi inestimabilis mysterij magnitudine prægraentur? Hinc etiam ad Dauid de pueris suis per sacerdotem dicitur, vt si à mulieribus mūdici essent, panes propositionis acciperēt: quos omnino non acciperēt, nisi prius mundos eos Dauid à mulieribus fateretur. Tunc autem vir qui post commixtionem coniugis lotus fuerit aqua, & iam sacre communionis mysterium valet accipere, cum ei iuxta præfinitam sententiam etiam licuerit intrare.

*Vndecima interrogatio Augustini.*

**Q**uæro etiam si post illusionem quæ per somnium solet accidere, vel corpus domini quilibet accipere valeat: vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

*Quando nocturna pollutio celebrationem et communionem impedit.*

*Caput. XI.*

*Responsio beati Gregorii pape.*

**H**inc quidem testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo iam diximus, pollutum domino & nisi lotum aqua etiam vsque ad vesperam intrare

Ecclesiam non concedit: Quod tamen specialiter ad illum populum, spiritualiter autem intelligens sub eodem intellectu accipiet quem præfati sumus: quia quasi per somnium illudatur, qui tentatus immunditia, vanis imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, vt culpas cogitationis lachrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperum cognoscat. Sed est in eadem illusionem valde necessaria discretio, quia valde subtiliter pensare debeat, ex qua re accadat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula. Aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, Aliquando ex cogitatione cōringit. Et quidē cū ex naturæ superfluitate vel infirmitate euenierit, omnimodo hæc illusio nō est timenda: quia hæc animus nesciens pertulisse magis dolendus est quā fecisse. Cū vero ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorū receptacula grauantur, habet exinde animus aliquē reatum non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterij, vel missarum solennia celebrandi, cū fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium pro eo quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alij qui implere mysterium valent, illusio per crapulam, facta, à perceptione sacri mysterij prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterij abstinere, vt arbitror humiliter debet, si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. Nam sunt quibus ita plarūque illusio nascitur, vt eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus nō scedat. Quia in re ostendit mē rea, non tuo vel suo iudicio libera, cū se etsi dormienti corpore nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio dormientis, patet animo suus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit, qui quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est, ipsa cogitatio vt in suggestionem, an delectationem, vel, quod maius est, peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestionem, delectationem, consensu. Suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum, quia cū primam culpam serpens suggestit, Aëua velut caro delectata est: Adā velut spiritus consensus. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem, delectationem, & consensum iudex sui animus præsideat. Cū enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum nō est. Cū vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci. Si autem etiam ad consensum ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestionem igitur peccati semen est. In delectatione fit nutrimentum. In consensu perfectio. Et sæpe contingit, vt hoc quod malignus spiritus feminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cū caro sine anima delectari nequeat ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione cōtradicat nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille celestis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Si autem captiuus erat, minimè pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & captiuus non erat, & pugnabat. Igitur legi mentis, lex quæ in membris est, repugnabat. Pugnabat autem, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque homo est, vt ita dixerim, & captiuus: & liber. Liber, ex iustitia quam diligit. Captiuus, ex delectatione quam portat inuitus.

INTERROGATIONVM AVGVSTINI  
Canthuariensis episcopi ad Beatum Gregorium, finis.



*Psal. 50.*

*Psal. 6.*

*1. Cor. 7.*

*\*initium.*

*M*

*Rom. 7.*

*\*al. dicit.*



PROLOGVS BEATISSIMI  
Gregorij Papæ in expositionem  
primi libri Regum.



**P**OST Moyſi, & Ieſu Naue libros, & Iudicũ, octauus, ſiue nonus in cano- ne ſanctarum ſcripturarum, pri- mus liber Regum oſtenditur. Qui profecto liber, ſicut & pleraq; vo- lumina ſacri eloquij quod à lætæ Eccleſiæ doctõibus nondũ ſit ex- poſitus: nonnulli ſimpliciores hũc non eſſe myſticum arbitrantur, & eò ſublimiora per ſpiritum nul- la dicere, quò planiora per literã videtur enarrare. Sed ſi ea quę in alijs explanationum libris doctores ſancti locuti ſunt legerent, huius quoque hiftorię quã ſit immenſa profun- ditas inuenirent. Nam plerunq; in illorum expoſitionibus, quod hic planum per literam dicitur, valde eſſe arduum per ſpiritalẽ intelligentiam declaratur, & aperte inſinuant, quia longè ſublimius de ſacra hiftoria intelligunt, quã in eius ſuperficie foris legunt. Planũ nanque eſt, quod Helcana vir Eſtrathæus vxores duas habuiſſe deſcribitur. Quod Heli ſacerdos dum à cenſura correptionis filiorũ, affectione diſ- ſoluitur, de ſella cadit, & fracta cervice interit. Quod rex Saũl obedire deo in Amalechitarum demolitione noluit, ſed non multo poſt, & vitam, & regnũ amiſit. Sed hæc nimirũ pla- na ſicut placet ſimplicioribus, doctores ſancti, vt digna ſubli- mitate perciperent: eorum intellectum non in ſimplicitate quaſierũt literę, ſed in volatu allegorię. Hinc eſt enim quod cum ſanctus Augu. duas Helcanę vxores per hiftoriam lege- ret, in planitie lectionis ſpiritalẽ altitudinem intuens, ſyna- goga typum vnã, altera vero quia figuram ſanctę eccleſię haberet, expoſuit. Sanctus quoque Hiero. Heli ſacerdotis & Saũl mortem, non ad hoc ſolum in ſacra hiftoria poſitam, vt inobedientes præpoſitos eorum terreret poena, ſed etiam vt dum veterum & tranſgreſſorum rectorum repulſio legitur, antiquę legis & ſacerdotij interitus deſignetur. Sacra igitur Regum hiftoria non idcirco ſpiritalibus ſacramentis vacua credenda eſt, quia à venerabilibus patribus ſeriatim non eſt expoſita, ſed eò altior & profundior, quò velut immenſi va- ſtatis fluminis, ex parte quavis exigua hauriri exponen- do potuit, & repletis eorum vaſculis, ſuę plenitudinis im- petu quotidie implendis alijs decurrit. Dum ergo quædam huius ſacre hiftorię ad robur ſuorum operum tollerent, ple- nitudinem vero illius in ſuę ſublimitatis ſecreto indiſcuſſam præteriret, quid aliud agere viſi ſunt, quam de immenſo ame- ne aliquid capere, quod ſitientibus fidelibus mētibus propi- narent? Quorum profecto morem, nos quoque in præſent opere ſequimur, qui ad ingentem hanc hiftoriam gratia aperi- endę intelligentię eius accedimus, cuius tamen vniuerſita- tem exponendam ſuſcipere non audemus, hoc videlicet, à præfatis venerabilibus patribus diſtantes, quia non ſparſim & de diuerſis locis eligimus, quod expoſituri ſumus, cum illi non ex ordine aliquã ſacre huius hiftorię partem, ſed ſpar- ſim teſtimonia quædam ſuſciperent, quæ ad eruditionem fi- delium exponere debuiffent. Dei ergo omnipotentis adiuto- rio conſili, à principio voluminis vique ad David regis vn- ctionem explanare proponimus: vt breui iſto quod cernitur, experiri poſſimus, ſi vltra progredi exponendo debeamus. Pleriq; etenim dum immoderata proponunt, executores propoſiti ſui fieri nunquam poſſunt. Maximè cum tractator ſacri eloquij morem gerat viri in alta ſpecula conſiſtentis. Scriptura vero ſacra ſyluę vaſtioris ſimilitudinẽ. Qui profecto vir in alto ſitus, & ſi acuta viſione nemoris vaſtitatẽ cõ- ſiderat, tamen dum ſumma montium, dum extrema collium, dum arborum cęſta, in quadam æqualitate ſibi conuenientia reſpicit, quã magna valles, quã diſtenti planities in me- dio lateant, non attendit. Sed ſi perambulare quod ei breue videtur, cœperit, repente cognoscit: quia qui ſe totum vidiff- ſe putauerat, valde plura remanſerant, quæ non videbat. Vnde & ſæpe impoderatus viator decipitur, vt tanto periculo- ſius iter expleat: quanto & eum in via expleto die, noctis er-

ror intercipit, qui velut in parui itineris ſpatio, nec diei partẽ D ſe explere cogitauit. Sic, ſic nimirũ dum ſacre hiftorię intel- lectum in quadam ſenſuum eius ſummitate conſideramus, omnipotentis dei gratia, velut altos opacioris ſyluę vertices de quadam ſublimitate attendimus. Sed quia dum eidem ſen- ſus ſubtilius conſiderari & profertur cœperint, alios ſe mul- tipliciores gignunt, velut in ſuperficie vt videtur totius in- ſpecti nemoris, & vallium concaua, & diſtenti Matini latent ſpatia, quæ non videntur. Tutius ergo gradimur, ſi ſic meti- mur ea, quæ cernimus, vt etiam ea quæ procedendo viſuri ſu- mus, percurrenda eſſe cogitemus. Itaque dum ingentis hifto- rię paruum partem explanare proponimus, pro modulo im- becillitatis noſtrę curſum itineris in vicinio terminam: tam videlicet ingenij tenuitate diſſiſi, quã ſacri voluminis pro- funditate perterriti. Sed & primò non tam inſtituere, quã obſecrare lectorem cenſui, vt inanitate expoſitionis meę pũ- dus ſacre hiftorię nequaquã penſet, quia diuina eloquia ex- menſura tractatorum nunquam eſtimanda ſunt. Nam nec id- circo ſunt vilipendenda, quia non ſubtiliter conſiderantur, nec falſa & venerabilia ideo, quia facundè & ſubtiliter expo- nuntur. Alia quippe virtus eſt, quæ apud ſeculi ſapientes tã- ta habetur, quãtum eam extollere poſſunt præclara ingenia. Sacra vero ſcriptura quia diuinitus inſpirata eſt, tanto ſubli- mius etiam præclara hominum ingenia ſuperat, quanto ipſi præclari homines deo inferiores ſunt, & nihil in illa ſpiritua- li ſublimitate cõſpiciunt, niſi quod eius ipſius diuinę digna- tionis bonitate reuelatur. Nemo igitur in eius ſciẽtia ita per- fectus eſt, vt proficere vltra non poſſit: quia inferior eſt om- nis profectus hominis, diuinitatis altitudine eam inſpirantis. Vnde & per Pſalmiſtã de domino dicitur: Qui tetigit aquis ſuperiora eius. Si enim aquarum appellatione illæ ſuperne deſignantur profundę intelligentię angelorum, dũ ſacri elo- quij altitudinem deus in aquis tegere dicitur, conſtat nimirũ quia homo ſemper illa ſit inferior, cui ſolum eius inferiora reuelantur. Hinc etiam per Moyſen præcipitur, vt agni reſi- dum igne comburatur: quia videlicet, ſcripturę ſacre quæ ad cognoscendum redemptorem ſunt æditæ, pro ſublimita- tis ſuę dignitate venerandę tunc etiam ſunt, cum non intel- ligunt. Itaq; & ſi nihil penſatur, quod à me dicitur, nihilomi- nus penſandum eſt: quia hæc ſacra ſcriptura (quæ à me indi- gne exponitur) ei cui omnipotens deus ſecreta aperire volue- rit, bona & ſublimia multa dicit. Scriptura etenim ſacra tam mirabiliter ab omnipotente deo condita eſt, vt & ſi multipli- citer videatur expoſita: nõ deſunt tamen ei ſecreta, quibus ſer- uet occulta, quia fere nunquam ſic exponitur: vt ei non plu- ra remaneant, quæ quotidie exponantur. Quia profecto eius incomprehenſibilitate omnipotens deus humanę mutabili- tati magna diſpenſatione conſuluit, nam vt vileſcere nota nõ poſſit, ſic mire diſpoſita eſt, vt cognita neſciatur: & eo lega- tur gratius, quo quotidie diſcitur, ac dum ſemper recẽtia in- timar, ſuauius oblectet. Hiftoria ergo Regum quia eo ſpiritu condita, quo & cætera ſcripturę ſanctę volumina cognoscũ- tur, non debet credi eis eſſe minor ſacramentis, quibus non eſt inferior titulo authoritatis. Nam omnes ſcriptores eius Prophete fuiſſe referuntur, qui cum hiftorica narrant, ſpi- ritualia ſignant, exteriora loquũtur, & intima inuunt, terrena proponũt, vt cœleſtia exequantur. Vnde & hic liber primus, & ſecundus eiufdẽ hiftorię, ad hoc prophete Samueli aſcri- bitur, vt ex authoris titulo, ſentiat hiftoria, quã ſcribit, non tam hiftoria quã prophetia, ſimplex verãq; litera, ſed alta nimis, & multiplicitate occultorum ſenſuum profun- da. Nos autem de tanto eius pondere pro modo puſillitatis noſtrę aſſumimus ferenda, quæ poſſumus. Num cũ ſuauiſ ſit in ſuperficie literę, altior in typis allegorię, morib; inſtrũ- dis vtilis: lucida in exemplis exhibendis, in locis tamen ſingu- lis & hiftorica aſſerere, & typica proferre, & conferre mo- ralia, & proponere exẽpla refugio, quanquã alia ſub vno in- tellectu, adiuuante domino, ſim expoſiturus, alia vero ſub plu- ribus. Maximè cum his tẽporibus ſcribendi operam dare cõ- fuerim, in quibus dum cordibus quorundam eccleſiaſtico- rum viroꝝ vetus ſollicitudo mundanę intentionis immer- gitur, noua ſcribẽdi ſtudia eo eſſe ſuperflua iudicant, quò & doctõrũ venerabiliũ abundare vetera nõ ignorãt. Qui nimi- rum

Attende

Pſal. 103. *ag gupioris*

Exod. 12.

F

*ſcripſas lib. higer*

144.

Auguſt.

Birtony.

Attẽde mo-  
leſtiam S.  
patris.

Homoroſis  
de gans.

**DIVI GREGORII PAPAE IN PRIMVM SAMUELIS, qui & Regum primus dicitur, variarum enarrationum Libri sex.**

LIB I. CAPVT I.

Fuit vir vnus de Ramatha Sophim de monte Efraim, & nomen eius Helchana, filius Hieroboam, filij Helij, filij Thau, filij Suph Effrathæus.

**S** r̄ū ratione cōuincēdi essent, nisi signū calūnię exposita frōte prētēderent. Nā qui noua velut noua contēnūt, illa, quę probāt vetera, curarū seculariū saturitate fastidiunt. Quos sanē plures sub vnus denotatione scriptura exponit, dicens: Anima saturata calcabit fauū. Fauus quippe mel nouum cōtinet. Quasi ergo dicat: Dū terrenarum rerū cura immoderatus palcitur, in ea quę valde placere solet, recenti scripturarum dulcedine nō letatur. Sed quia huius sacre historie cōmentā veterum nulla reperiūt, rectius agunt, si opus nostri laboris ea charitate, qua ad vtilitatē paruulorum sanctę ecclesię impenditur amplectūtur, & pro reprehensionū molestia, nobis in tanta scripturę profunditate, velut altissimo pelago laborantibus: prēsidia orationū ferant. Hinc nimirū nostri sudoris fructum suū faciunt: quia dum ex benignitate diligūt, ad æternę remunerationis sibi cumulū vertunt, & quod tantistēporibus tam clausa & inexposita scriptura ad cōmūne intelligentiam ducitur, & quod paruuli sanctę ecclesię dum in veteris scripturę tegminibus nouę religionis splendore suscipiunt, in profectu suę deuotionis adiuuatur. Sed quia in diuersis sanctorum patrum operibus, diuersa huius historie testimonia inueniuntur exposita, notare lector debet, quia aliquādo eorum sensus tractando subsequor, aliquando autem enodare historiā aliter insudo, vt & op<sup>o</sup> quod ipse diuine inspirationis aggredior, & antiquorum patrum autoritate sit validū, & lectori nequaquā fastidiosum dum inter ea quę nouit vetera, ea etiā ei quę nō nouit, noua repræsentat. Ad quā profecto sententiarum pronuntiationē, aliquando ex necessitate ducor, quia & patres venerabiles si seriatim cuncta exponerent, quę ex parte tetigerūt, eam seriē locutionis quā tenere visi sunt, obseruare nequaquā potuissent. Dum igitur sanctorū patrum intellectus prētereo, necessitate aliquando, aliquādo cōmoditate vtor, quia & fastidiū lectori amoueo, & dum totum seriatim discutio, multa ex medijs cōtra me veniūt, quę illorum sequi sententias nō permittunt. In quo sanē opere letorē flagito, vt nō verba ex eloquentiū oratorum sanctę ecclesię cōparatione consideret, sed sententiarū intellectus ex ecclesiasticę disciplinę rationibus penset: quia & si iusta dei prohibitionē in eius domo nemus plantare nescio, regulam tamē qua sancta scriptura fideliter exponitur, in nullo derelinquo. Sed & vbi minus placet, quod perit<sup>o</sup> lector inuenierit, cōsideret, quod dum spiritalē historiā & altis sensib<sup>o</sup> profundam, velut magni pelagi procellas nauta peregrinus aggredior, reprehensibile valde nō est, si gubernaculum dicendi pulchrē nō ducitur, cum spumantes vndarum vertices irruunt, qui peritissimum regimē sepe soluere clauū cogunt. Sic, sic nimirum nec syluola colere deuotus arator ingrediēs, rectas sulcorum disponit lineas, si ea prius reducto vomere sepius nō rescindat: quia arte facilitas nulla sequitur, si eandem arandi peritiā conuetudo culturę præesse nulla videatur. Verum nec plantiē historie quis hac æstimatione cōsideret, quia plerunq; tantō difficilius ad spiritalium sensuum secreta pertingimus, quantō in litera planiori secretorum aditum situm lōgius videmus: & eo eius tangere summa nō possumus, quo gradus est inferior, vnde tangere summa cogitam<sup>o</sup>. Quid enim est intellectus diuinitatis, nisi ineffabilis quedam summa celsitudinis? Et quia omnipotens deus per scripturas agnoscitur, quid est eadem sacra scriptura nisi gradus quidā qui conscēditur, vt illa sublimitas cōtingatur? Quoties ergo historia planior est, sed altior intellectus, quid est aliud, nisi quia talē gradum illa sublimitas habet, ā quo facile cōtingi nō potest: Si ergo aliquid indecēs etiā in planioris historie explanatione lector inspexerit, tāto benign<sup>o</sup> dare veniā poterit, quanto rationabilius agnoscit, quia dū ā plano quod cernitur, ad illa sublimia vltra nos tēdimur, facile vacillam<sup>o</sup>. Priora igitur voluminis quia tam sanctę ecclesię sacramenta continent, quān mores electi hominis demonstrant, positi in studio bonę conuersationis, sub vtroq; intellectu sigillatim edissero: vt cum in actibus veterum, nouę fidei rationes agnoscimus, in eis etiā conuersationis nostrę ædificationem capiamus. Sed & quia in salute fidelium fides operibus prior est, typicam significationem velut solidum fundamentum præmittimus, cui totius suscepti operi fabrica in morali, vel historica expositione imponatur, vel subsequatur.



**Q** VEM ergo vir iste nobis insinuat, nisi dominum ac redemptorem nostrum, qui & in infirmitate nostrę carnis apparuit, & tamen eandem susceptę naturę infirmitatem vitę remittioris blanditiis non subegit? Vir quippe ā virtute nominatur. Homo autem in paradiso conditus, bellum cum apostata angelo habuit, cui tamen per conditionalem virtutem resistere nō curauit. Fortis ergo conditus, sed hosti eneruiter subiugatus, vir nō fuit ex congressione, qui fuit ex munere. Sic itaque factus est fortis, vt damnata humana natura, victori hosti pręualere nō posset, si hanc ille nō assumeret, qui supra homines extitisset. Fact<sup>o</sup> est itaque præliator noster, conditor noster. Sed vtum vir fuerit noscitur, si ex ostensa virtute consideretur. Assumpsit nostram naturam, quę dum in ipso vinceret, nobilitatem conditam repararet, & fieret in redemptore infirma valida, quę in Adam facta fuerat fortis infirma. Cui nimirum dum ieiunaret in eremo tentator affuit, antiquę victorię suę tela reparauit, gulę elationis ac superbix iacula intorsit, sed eum sibi per omnia resistētem reperit. Vir ergo claruit per victoriam, qui fortem iam victorem apostatam Angelum superans, nō ei potentiam suę diuinitatis exhibuit, sed infirmitatem humanitatis. Hunc virum propheta Hieremias considerans ait: Fœmina circundabit virum. Hunc Zacharias monstrat, dicens: Ecce vir oriens nomen eius. Hunc beatus Petrus apostolus Iudæis prædicans dicit: Iesum Nazarenum virum approbatum ā deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis, hunc præfinito consilio, & præscientiã dei, traditū per manum iniquorum affligentes, interemistis. Hinc eidem redemptori in via colloquens Cleophas ait: De Iesu Nazareno, qui fuit propheta potens in opere & sermone. Vir etenim fuit, qui & in hoc mundo ab ecclesia expulit antiquū hostem, & in inferno, moriens, alligauit. Et quia qui moriens inferni vires comminuit, resurgens nobis aditum referauit æternitatis, magnitudinem virtutis suę nō solum viuendo monstrauit nobis, sed etiam moriendo & resurgendo. Quia ergo redemptor noster per humanitatem quam assumpsit, magnę virtutis opera egisse cognoscitur, rectē is qui eum typo significat, vir fuisse perhibetur. Sed quærendum est, cur dicatur vir vnus. Nam si vnitas hæc referatur ad numerum, superfluum videtur: vnusquisq; enim vnus, & nō duo est. Et sanctus Samuel ā quo ista scribuntur, contra morem scriptorum sanctę ecclesię frustra inchoasse nullatenus credendus est. Nam scriptor illius voluminis, cum beati Iob vitam ad exemplum fidelium duceret, sic exorsus est: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Euangelista etiam Lucas, cum in principio sui Euāgelij iusti sacerdotis præconia diceret, ait: Fuit in diebus Herodis regis sacerdos nomine Zacharias. Nam nec ille ait vir vnus, nec Euangelista, fuit sacerdos vnus. Quid est ergo quod electus propheta contra vsum scriptorum, scribendi tale cœpit exordium? Sed quia nō solum scriptor erat, sed etiam propheta, nouerat de quo historia diceret: & qui per historiā dicebatur, nouerat quem signaret. Quod ergo de historia, præter vsum narrat historie, hoc ad vsum catholice

Allegoric.  
Gen. 3.  
L  
Mat. 4.  
Hier. 17.  
Zach. 6.  
Act. 2.  
Luc. 11.  
Iob. 1.  
Luc. 1.

**A**lice fidei, in intellectu loquitur allegoria. Vnde & hac noua  
 cōsuetudine, simul tota cōfiteatur ecclesia, quia deus & homo  
 vñ est Christus. Dicit ergo, fuit vir vnus, quia de deo homine  
 loquebatur, vt deitatem, & humanitatem eius assereret, & nō  
 aliam suscipiens verbi, & suscepti hominis personam, sed  
 dei & hominis vnam, eandemque esse apertius demonstra-  
 ret: quæ tamen vnitas, ad excellentiam dignitatis eius refetri  
 conuenienter potest. Nam & si redemptorem alium sancta ec-  
 clesia non habuit, ex virtutis ostensione viros nonnullos ha-  
 buit. Dum ergo vnus dicitur, incomparabilis demonstratur.  
 Nam æqualem non habuit, qui dum humano generi excellen-  
 ti vita, & verbo consuluit, singulari munere dare potuit do-  
 na redemptionis. Vnde & Paulus ait: Abundantiam gratiæ,  
 & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per  
 vnum Iesum Christum. Hanc excellentiæ suæ dignitatem per  
 semetipsum Iudæis impropere ait: Si opera non fecissem  
 in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Excellen-  
 tiam quoque pulchritudinis eius Psalmista considerans di-  
 xit: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in  
 labiis tuis. Singulare bonum redemptionis Esaias in eo testi-  
 ficans, ait: Vere languore vestros ipse tulit, & iniquitates no-  
 stras ipse portauit. Singularem quoque dignitatē eius, æter-  
 nus genitor ostendens, à magnifica gloria clamauit dicens:  
 Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Vñ  
 vir erat, quem Petrus confitens, ait: Non est aliud nomen da-  
 tum sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. Hanc excellen-  
 tiæ eius magnitudinem, Paulus asserit, dicens: Dominus exal-  
 tauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.  
 Et quia excellentia virtutis eius non solum electos homines,  
 sed etiam cunctos beatos Angelos superat, Hebræis hunc  
 prædicans Paulus dicit: Qui cum sit splendor gloriæ, & figu-  
 ra substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purga-  
 tionem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in  
 excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius,  
 præ illis nomen hæreditauit: Cui enim dixit aliquando An-  
 gelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rursum: ego  
 ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Rectè ergo vir  
 vnus dicitur, cui nemo comparatur. Sed quem tantum agno-  
 uimus, audiamus iam vnde esset. De Ramatha Sophim, de mō-  
 te Effraim. Ramatha, Sophim, & Effraim, Hebræica nomina  
 sunt, quorum primū in lingua nostra sonat visio consumma-  
 ta: secundum vero specula: tertiu denique frugifer, siue fru-  
 ctificans interpretatur. Quæ autē est visio consummata, nisi  
 dei omnipotentis cognitio perfecta? Hanc profecto consum-  
 matam visionem, doctor gentium insinuat, dicens: Videmus  
 nunc per speculū in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:  
 nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam, sicut & cognitus  
 sum. Et quid in specula, nisi illa Angelorum sublimitas intel-  
 ligitur: Specula quippe in sublimi, ad clariorem visionem  
 eligitur. Ramatha autem Sophim rectè dicitur, quia illa con-  
 ditoris nostri perfecta cognitio, à solis illis beatis ciuibus ha-  
 beri potest, qui in superna illa sublimitate consistunt. Iubar  
 quippe æterni luminis in sui plenitudine, non in imo præsen-  
 tis exilij, sed de statu respicitur æternæ sublimitatis. Vnde be-  
 ne Ramatha Sophim, in monte Effraim sita, perhibetur. Quis  
 est enim mons Effraim, nisi cæelum? Mons quippe est frugifer,  
 qui æternæ pulchritudinis flores, & fructus indeficientis gau-  
 dij, semper profert. Bene autem, & Ramatha, & Sophim in  
 Effraim monte sita perhibetur, quia illa omnipotentis dei  
 æterna visio, & altitudo illa ciuium beatorum, non in terra  
 habetur, sed in cælo. De Ramatha nanque se esse insinuans,  
 ait: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Hinc iterū  
 dicit: Nemo nouit filium nisi pater, & patrem nemo nouit nisi  
 filius, & cui voluerit filius reuelare. De specula, hoc est subli-  
 mi fuit, qui & Iudæos increpas dicit: Vos de deorsum estis,  
 ego autem de supernis sum: Vos de hoc mundo estis, ego au-  
 tem non sum de hoc mundo. De mōte Effraim fuit, quia dicit:  
 Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. De mōte Effraim  
 cum fuisse Iōanes Baptista affirmans ait: Qui de cælo venit,  
 super omnes est. Hinc Psalmista ait: A summo cælo egressio  
 eius. Hinc gentium doctor ait: Secundus homo de cælo cœles-  
 tis. Vir ergo qui vnus fuisse asseritur, de Ramatha Sophim  
 de monte Effraim extitisse perhibetur, quia qui inter omnes

natus supra omnes enituit, inde tantus in terra apparuit, quia  
 de cælo venit. De Ramatha quippe Sophim fuit, quia & si  
 incomparabilis hic refulsit, magnitudo tamen excellentiæ  
 eius non capitur, nisi vbi eius perfecta cognitio æternis ci-  
 uibus exhibetur. Nam hic eum in excellentia virtutis aspex-  
 rat, qui dicebat: Quod vidimus & audiimus & manus no-  
 stræ contrectauerunt de verbo vite. Sed quia magnitudinem  
 excellentiæ eius non viderat, in Ramatha eam nobis repro-  
 mittit, dicens: Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam  
 videbimus eum sicuti est. Potest autem huius montis nomi-  
 ne, beatissima semper virgo Maria dei genitrix designari.  
 Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem  
 electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis  
 Maria, quæ vt ad conceptionem æterni verbi pertingeret  
 meritorum verticem supra omnes Angelorum choros, vi-  
 que ad solium deitatis erexit? Huius enim montis præcellen-  
 tissimam dignitatem, Esaias vaticinans, ait: Erit in nouissi-  
 mis diebus præparatus mons domus domini in vertice mon-  
 tium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo  
 Mariæ supra omnes sanctos refulsit. Nam sicut mons altitu-  
 dinem, ita domus designat habitationem. Mons quippe, & do-  
 mus aptè dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata  
 meritis, Dei vnguento in quo recumberet sacrum præ-  
 parauit vterum. Nam mons in vertice montium Maria non  
 fieret, si supra Angelorum altitudinem, hanc diuina fecun-  
 ditas non leuaret. Et domus domini non fieret, si in eius ven-  
 tre, per assumptam humanitatem, verbi diuinitas non iacē-  
 ret. Sed rectè mons frugifer dicitur, de qua optimus fructus  
 id est nouus homo generatur, quam certè in fecunditatis suæ  
 gloria pulchram, ornatamque Propheta respiciens ait: Egre-  
 dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.  
 De huius nanque montis fructu, David deo exultans, ait: Con-  
 fiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes,  
 terra dedit fructum suum. Terra quippe fructum suum de-  
 dit, quia quem virgo peperit, non concepit materiali opere,  
 sed Sancti spiritus obumbratione. Hinc eidem regi, & pro-  
 pheta à domino dicitur: De fructu ventris tui ponam super  
 sedem meam. Hinc Esaias ait: Erit fructus terræ sublimis.  
 Nam quem virgo genuit, non solum homo sanctus fuit, sed  
 etiam potens deus. De hoc fructu ad eandem beatam virgi-  
 nem, Helizabet salutante dicitur: Benedicta tu in mulieri-  
 bus, & benedictus fructus ventris tui. Rectè igitur mons  
 Effraim dicitur, quæ dum ineffabili dignitate diuinæ gene-  
 rationis attollitur, in eius fructu, arida humanæ conditio-  
 nis germina reuirescunt. Vir igitur de Ramatha Sophim  
 factus est de monte Effraim: quia qui per diuinitatis suæ po-  
 tentiam Angelos condidit, de carne præcellæ virginis, formam  
 suscepit humanitatis. Et quia per humanitatem, quam  
 assumpsit, non ex infidelibus, sed ex fidelibus nasci voluit,  
 sequitur: Filius Hieroboam, filij Helij, filij Thau, filij  
 Suph. Quatuor quippe patrum nomina assignantur, quia  
 dum ex fidei populo dominus carnem sumpsit, eos per hu-  
 manitatem patres habuit, quos totidem principalium virtu-  
 tum gloria illustrauit. Vnde & non ad infidelem aliquem,  
 sed ad fidelem Abraham diuina promissione dicitur: In semi-  
 ne tuo benedicentur omnes gentes terræ. Hinc Euangelista  
 Matthæus generationis eius ordinem texens, ait: Liber gene-  
 rationis Iesu Christi filij David filij Abraham. Hinc per semet  
 ipsum Samaritanæ mulieri loquitur, dicens: Salus ex Iudæis est.  
 Hinc Paulus ait: Quorū adoptio est filiorum, & gloria & tes-  
 tamentum, & obsequium, & legislatio, & promissa, quo-  
 rum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est  
 super omnia deus benedictus in secula. Quibus profecto quia  
 & prudentia affuit in cognitione rerum, iustitia, qua cogni-  
 ta, disponere recta cuperent, Fortitudo, qua exequi quæ vel-  
 lent, bona potuissent, Temperantia, per quam discretè cun-  
 cta perficerent, aptè quaternario numero designantur. Se-  
 quitur: Effraim. Qui autem de Effraim mōte asseritur,  
 cur Effraim esse perhibetur? Sed hoc ad literam patet,  
 quia videlicet de Effraim monte esse aliquis potuit, qui de tri-  
 bu Effraim natus non fuit. Dicitur ergo Effraim, vt qui ex  
 loco ostenditur, de stirpe etiam propaginis agnoscat.  
 Quia verò Effraim fructificans dicitur, rectè hoc persona  
 redemptoris

D  
 I. Ioan. 1.  
 I. Ioan. 3.  
 B. Maria  
 Mons.  
 Esa. 2.  
 E  
 Esa. 11.  
 Psal. 66.  
 Psal. 132.  
 Esa. 4.  
 F  
 Genes. 22.  
 Mat. 1.  
 Ioan. 4.  
 Rom. 9.



Psal. 1.

**G** redemptoris ascribitur, qui prophetae vaticinio praedicatur: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Nam in praefinita apparens plenitudine temporum, caelestis doctrinae flores, in poma vertit electorum, & quotquot sibi coniunxit ex humano genere, quasi tot fructus protulit ad aeternitatem: quo in loco dum redemptoris vita describitur: latenter etiam diaboli perditio demonstratur. Nam de monte Esraim fuit, & tamen Esraimaeus non fuit, quia de caelo quidem cecidit, sed arbor pessima bonum fructum non dedit, (Qui habebat duas uxores nomen vni Anna, nomen secundae Fenenna, fueruntque Fenennae filij: Annae vero non erat liber.) Quid per Fenennam nisi Synagoga exprimitur: Et quid per Annam, nisi sancta Ecclesia figuratur? Fenennae quippe filij fuisse referuntur, quia cum redemptor noster in carne apparuit, per legem quam dederat, per prophetas, quos miserat, aditos in fide synagoga filios inuenit. Annae autem non erant liberi, quia nouitia tunc, & caelesti sponso nuper coniuncta sancta Ecclesia, praedicando adhuc nequaquam pariebat. Vnde & ei eiusdem sponsi voce in cantico dicitur: Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Vel certe non pro inaequalitate aetatis filios non habuisse dicitur, sed per infocunditatem sterilitatis. Quae est ergo sterilitas Annae, nisi obduratio Iudaeae? Quae enim dura corda Iudaeorum ad redemptoris fidem convertere non potuit, nimirum sterillis fuit. Sed notandum, quia Fenenna quae prius parere dicitur, uxor secunda nominatur. Prius quippe synagoga in fide filios adidit, sed tamen dignitate sanctae Ecclesiae minor fuit. Secunda igitur uxor extitit, non tempore coniugalis copulae, sed inaequalitate praerogatiuae. Sequitur: Et ascendebat vir ille statutis diebus de ciuitate sua ut adoraret & immolaret domino deo exercituum in Sylo. Quae enim spiritalis ciuitas redemptoris, nisi scriptura sacra extitit? Haec nimirum ciuitas suis ciuibus tot defensionum munimina contulit, quot praepcepta: tot arma eis praebuit, quot consilia salutis. Quid autem fuit redemptori nostro ascendere, nisi in humanitatis forma, diuinitatis suae alta reuelare? Et quia in sacra scriptura cognoscitur, de ciuitate sua recte ascendere perhibetur. Statuti vero dies sunt promissiones, de se in sanctis scripturis positae. Dies quippe sunt, quia ad cognoscendum eum, electis lucent. Statuti quoque dies sunt, quia ab antiquis patribus in eodem sacro eloquio eos esse positos non ignoramus. Diem namque ascensus eius praefigebat Moyses, cum dicebat: Prophetam vobis suscitabit dominus de filiis vestris, tanquam meipsum audietis. Diem quoque statuebat, qui dicebat: Non de faciet sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Diem huius ascensus statuens, ait Michaeas: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Hinc Elaias ait: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Quotquot enim de illo legis, & prophetarum promissiones sunt, tot statutos dies ad eius ascensum intuemur. Nam velut in statutis diebus ascendebat, cum Iudaeis dicebat: Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis aeternam habere vitam, quia ipse sunt, quae testimonium perhibent de me. Hinc iterum dicit: Si crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Statutos ergo diebus ascendit, quia promissionum insignia quae in sanctis scripturis posuit, apparendo monstrauit. Possunt autem statuti dies intelligi, promissi in aduentu eius splendores miraculorum. Quos nimirum dies propheta Elaias statutos intuens, ait: Pusillanimes, confortamini & nolite timere, ecce deus noster ultionem adducet retributionis, deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum audient, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Sed qui dies statutos ad ascensum redemptoris agnouimus, utrum in eis ascenderit, videamus. Requisitus namque a Ioanne, si ipsum an alium expectarent, respondit missis discipulis, & ait: Ite & dicite Ioanni quae vidistis & audistis: caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, pauperes euangelizantur, & beatus homo qui non fuerit scandalizatus in me. Statutis

Cant. 8.

Dent. 18.

Gen. 49.

Mich. 5.

Esa. 7.

Ioan. 5.

aliter

Esa. 35.

Luc. 7.

ergo diebus ascendit, qui ut ab electorum suorum cordibus **K** vetusti erroris caliginem pelleret, tot promissorum miraculorum splendoribus radiavit. Sed ascendit ut adoraret, & immolaret, quia ad hoc cognosci voluit, ut moriendo redimeret, quos viuendo docuisset. Adorauit quippe, quia in exemplum electorum se deo patri totum humilem, & abiectum per obedientiam praebuit. Immolauit autem, quia qui nobis exempla humilitatis viuendo dedit, se deo patri in ara crucis oblationem, & hostiam tradidit, & quos viuendo docuit, moriendo redemit. Vtrumque enim nobis valde necessarium nouit, & ideo alterum sine altero non impendit: Nam cum natus esset in Bethleem Iudae, eum fraude Herodes ad interficiendum quaesiuisset, sed si tunc redemptor moreretur, immolaret vtrique, & non adoraret: quia victima moriendo fieret, sed quos morte debebat liberare, nequaquam viuendo docuisset. Et si viuendo nos docens, mori contemneret, profecto adoraret, & non immolaret. Vt ergo adoraret, per sequentem se regem in Aegyptum fugit, & ut immolaret, dissuadenti Petro exprobrauit, dicens: Vade retrò satana, non enim lapis ea quae dei sunt, sed quae hominum. Adorare namque se insinuans ait: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Hinc, item dicit: Quae ei sunt placita, facio semper: Immolare etiam se insinuans, ait: Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, & iterum sumam eam, nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso, Potestatem habeo ponendi eam, & iterum sumendi eam, & paulò post: Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis. Immolare eum Paulus intuens, ait: Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Ascendit ergo ut adoraret, & immolaret: quia ad hoc se tot miraculis ostendit, ut nos verbis & exemplis instrueret, & mortem nostram moriendo superaret. Sed notandum, quia cum ad immolandum Esraimaeus ascendere dicitur, Deus omnipotens, cui immolat, deus exercituum nominatur. Cur hoc fieri cognoscitur, nisi quia redemptoris morte non vnus Iudaeus populus, sed omnes gentes redimebatur. Quid enim sunt fideles multitudines nationum, nisi dei omnipotentis exercitus? Hos nimirum exercitus ad regis sui triumphum Psalmita exultare cohortans, ait: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Hos conuenire item intuens, dixit: Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te domine, & honorificabunt nomen tuum. Dicitur ergo Dominus exercituum, quia profecto per mortem dominicam non solum electa Iudaea colligitur, sed omnes gentes ad dei omnipotentis seruitium perducuntur, quae dum contra occultos hostes, fideles acies virtutum armis robustas ducunt, per gloriam triumphi ad superna regna perueniunt. Locus etiam immolationis declaratur, quia dicitur: In Sylo, Sylo enim missus, siue missio interpretatur. Quid namque per hanc missionem, nisi summi patris iniunctum vigenito preceptum obedientiae designatur? Quid est etiã quod in Sylo immolare dicitur, nisi quia non aliter se morti dedit, quam a patre datum habuit? Non quippe immolaret in Sylo, si aliter moreretur, quam preceptum a patre habuisset. Vnde & per semetipsum dicit: Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Hinc Paulus ait: Factus obediens patri usque ad mortem crucis. In Sylo igitur & adorauit, & immolauit, quia tam viuendo, quam moriendo patris sui voluntatem fecit. Sequitur: Erant ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees sacerdotes domini. De quibus recte quaeritur, cur dicantur sacerdotes domini, qui non valde inferius Belial filij esse referuntur? Sed si ad literam simpliciter illud de Heli filiis quaeritur, facile responderetur, quia eo tempore sacerdotes domini dicti sunt, quando simulachrorum sacerdotes ex deorum falsorum nominibus censebantur. Cum ergo dicuntur sacerdotes domini, per insignia fidei, a simulachrorum cultoribus discernuntur. His enim verbis eorum fides, & non vita praedicantur, quia & prauitatem exercebant operis, sed non errabant in fide conditoris. Quod tamen & tempore diuine incarnationis Iudaeae praelatis conuenienter ascribitur. Qui nimirum sacerdotes duo esse referuntur, & hoc ipsum non refertur ad virtutis laudem, sed ad calliditatis reprehensionem. Vnde & per semetipsum dominus eis comminatur, dicens: Vae vobis scribae & pharisaei.

Mat. 2.

Matt. 22.

Idem. 16.

Ioan. 6.

Idem. 8.

Ioan. 10.

L.

Ephes. 5.


Psal. 45.

Idem. 85.

Ioan. 14.

Philip. 2.

Mat. 23.



**A** naxippocrita, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris videntur pulchra, intus sunt plena ossibus mortuorum. Sed quid est, quod ibi esse referuntur? Si enim Sylo, id est in illo, illam summi patris præceptionem significat, quomodo prælati Iudææ ibi fuerunt, qui eum cui iniuncta fuit, obediendo venerati sunt, sed expellendo peremerunt: ibi tamen fuerunt, quærun, & quia si crudeliter sauerunt in mortem Domini, ex illa tamen crudelitate non sunt consecuti, quod saeuendo statuerunt, sed æterni patris consilium in eius vnigeniti morte complebant: Consilium nanque eorū fuit, vt eum ideo morti traderent, ne in ipsum populus credere potuisset, sed qui persecutores suos iniunctæ sibi paternæ præceptionis adiutores habebat, mortuus resurrexit, & omnis mundus in eum credidit. Ibi enim erant filij Heli Ophni, & Phimees, id est in missione, quia redemptor noster ad implendam patris sui voluntatem Iudæorum prælatos fautores habuit, quanquam ipsi se ei nequaquam fauere crederent, quem occidere non paussent. Vnde & sequitur: Venit ergo dies & immolauit Helcana. Deditque Fenennæ, & Filij & filiabus eius partes. Quem diem istum esse credimus, nisi quem scripturæ sacræ testimonio Elaias statuit, dicens: Tanquam ovis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram se tondeute sine voce, non aperiet os suum. Venit quippe dies cum claritas promissi oraculi tempus ostendit dominicæ passionis. Tunc immolauit Helcana, quia se redemptor noster æterno patri in sacrificio nostræ absolutionis, per mortem crucis obtulit. Tunc Fenennæ, & filij, & filiabus eius dedit partes, quia nimirum electos Iudææ, quos apud inferos reperit, ad paradisi gaudia reportauit. Partes quippe eorum, sunt dona gaudiorum perennium. Vnde & Psalmista sortis suæ situm eligens, ait: Portio mea Domine sit in terra viventium. Bene autem seorsum Fenenna, & filij, & filia, seorsum in accipiendis partibus nominatur. Fenenna quippe doctores Iudææ significat, filij vero validiores auditores eius, filia autem infirmiores, ipsius subditos designant. Seorsum ergo mater, & filij, & filia memoratur, quia propter disparia electorum veterum merita, aequalia eorum præmia non fuerunt. Sequitur: Annæ autem dedit partem vnā tristicis: quia Annam diligebat. Quid est quod cum partes Fenennæ, & filij, & filiabus dedit, tristicis nequaquam fuit: cum vero partē vnā Annæ tribuit, tristicis fuisse perhibetur? Sed quid est vnā pars Annæ, nisi temporalis afflictio sanctæ Ecclesiæ? Hanc nanque ei partem dabat, cum dicebat: Ameu amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini. Hanc partem ei dabat, cum Ananiam Paulum commendaret, dicens: Vade, quia vas electionis est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filij Israel: ego enim ostendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Vnde in eius acceptione idem doctor gentium gloriatur, dicens: Adimpleo ea, quæ desunt passionis Christi in corpore meo. Hinc iterum dicit: Ego signata Iesu in corpore meo porto. Hinc ait: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vnā quippe partem à ipso susceperat, qui gloriari in sola cruce disponebat. Cum ergo partes Fenennæ tribuit, Helcana tristicis non fuit, quia redemptor noster electos synagoga, post mortis triumphum, paradisi gaudis iam latus reddidit. Annæ autem partem tristicis tribuit, quia non compati ei non poterat, quam mortis cōiugem relinquebat, & crucis hæredem. Vnde & patiente Stephano, apertis coelis Iesus stare perhibetur, stare enim eius compati est. Quod autem subditur, quia Annam diligebat, vtriusque rei causā intelligi conuenienter potest. Nam siue hunc ideo tristem esse quis accipiat, quia Annam diligebat, siue idcirco ei partem vnā tribuisse, à bono intellectu non vacat. Si enim non diligeret, compati eius passionibus nequaquam velle. Nam cur illa de Aegypto educatur, nisi quia ad passionē ingitur? Sed ei lacte, & melle emanantia loca promittuntur. Bene igitur cum ei partem vnā dare dicitur, diligere eam perhibetur: quia nimirum redemptor noster sanctæ Ecclesiæ, & si crucis suæ laborem credidit, excellentiora ei valde in cælo constituit dona retributionis. Cuius nimirum passionis incrementa edisserens subdit, atque ait: Dominus

autem concluderat vuluam eius. Affligebat quoque eam emula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret ei, quia concluderat Dominus vuluam eius. Vulua quippe sanctæ Ecclesiæ Dominus clausit, quia summo eius iudicio repulsum Iudæorum populum, in redemptoris nostri fide generare non potuit. Quam nimirum eius emula afflixit, quia contra eam synagoga minis, atque exprobrationibus seuit. Sed ei, quam nec minæ, neque contumeliæ frangerant, etiam tormentorum pœnas inferebat. Bene itaque eam non solum affligere, sed vehementer angere perhibetur, quia repulsa Iudæa contra electam Ecclesiam cum terrore minarum, mouit, & plagas cædit: Vnde & de persequente tunc Saulo, in Apostolorum actibus dicitur: Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotū, & petiit ab eo epistolam in Damascum, vt si quos inueniret huius viæ viros, victos perduceret in Hierusalem. Qui enim minas, & cædes spirabat, nimirum eam, quæ non bene æmulabatur, Ecclesiā, non solum affligebat sed etiā angebat. Nam eius emulū se fuisse fatetur, dicens: Audistis enim aliquando conuersationem meam in Iudaismo, quoniam supra modum persequabar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens patrum mearum traditionum. Et quia in tantæ damnationis profundum Iudæa cecidit, vt inde letetur, quod æterna Dei animaduersione proiicitur. Subiunctum est. Intantum vt exprobraret ei, quod Dominus concludisset vuluam eius. Adhuc quippe pro magno habebat, quod conuerti ad fidem non praeualebit. Quasi ergo magnitudinem cæcitatatis eius propheta admirans, ait: Tanta caligine erroris deprimitur, vt inde bonis insulet, quod ipsa bona fieri ultra non potest. Cui profecto pereunti, quia sancta Ecclesia condoluit. Sequitur: Porro Anna flebat. Nam & doloris sui lamenta protulit, dicens: Tristitia est mihi magna, & cōtinuus dolor cordi meo: optabam quidem & ipse anathema fieri pro fratribus meis à Christo, qui sunt cognati mei secundum carnem. Et quia de eorum conuersione gaudium non recepit, subditur: Et cibum non capiebat. Cibum denique caperet, si de Iudæa integra conuersione lætitiæ refectorem habuisset. Quæ ergo fleuit, cibum non accepit, quia quæ depereunti Iudæa doluit, de eius salute gaudium non recepit. Sed cibum lætitiæ, qui de Iudæorum conuersione non datur sanctæ Ecclesiæ, per sponsi cohortationem porrigitur. Nam verba prædicationis eius, & si auditores non recipiunt reprobi, non tamen vacant à mercede retributionis. Omnipotens enim deus & hoc remunerat, quod sine reprobatorum profectu reprobis impeditur, & quod electis prædicatoribus aduersitatis ingerunt, per liberam æqui examinis in lucro eis pensat retributionis. Vnde apte subiungitur: Dixit ergo ei Helcana vir suus: Anna cur fleas? Et quare non comedis? Et quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? Quasi ergo per internæ inspirationis solatium menti doctoris redemptor dicat. Frustra de amisso lucro prædicationis quaris, quæ eo abundantiorum fructum recipis, quo affectum charitatis etiam inimicis impendis. Inde igitur doles, vnde gaudere debuisses. Et quia ipse est electorum præmium, interrogat, dicens: Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? Decem nanque filios Anna pareret, si primitiua ecclesia Iudæorum populum sub decalogo legis positum in fide genuisset. Et quia nonnulli prædicando profunt aliis, qui per multa displicent conditori, ratione ostenditur, quia melior vir suus Annæ, quam decem filij sunt. Potest autem & per hoc quod cur fleat inquiritur ipse Iudæa perditio designari. Quasi dicat: Octiole plangitur, cui iustorum prece nequaquam indulgetur. Cum ergo subsequenter interrogat, quare non comedis? profecto ei gaudium de conuersione gentilitatis intimatur. Quasi ergo dicat: Cum orbem vnuersum parere debeas, frustra non gaudes, quod ea quæ proiecta est, erroris tenebras non relinquat: Sequitur: Surrexit ergo Anna postquam comederat, & biberat in Sylo, Heli sacerdote sedente super sella ante postes templi Domini: & cum esset amaro animo, orauit ad dominum flens largiter, & votum vouit. Quid enim fuit tunc

100.11.

Es 4.53.

Psal. 141.

100.16.

Aflor. 9.

Colo. 1.

Galat. 6.

Aflor. 7.

Aflor. 9.

Galat. 1.

Rom. 9.

F

**S** tunc sanctæ ecclesiæ manducare, nisi cibum solatij diuina co-  
hortatione suscipere: Et bibere ei quid extitit, nisi de infusa  
sibi internæ consolationis suavitate gaudere? Nam si cibum  
confortat, potus exhilarat. Cibum ergo sumimus, quando v<sup>er</sup>  
sua aternis præmittit, inter aduersa roboramur. Et quasi post  
cibum bibimus, quia ubi se mens electi in æternorum bono-  
rum roborat, eo copiosius gaudet inter magna aduersa, quæ  
sustinet, quo magnis laboribus ampliores repositas in cælo  
retributiones videt. Audax quippe superna refectione tunc  
reddita, vires renouat, vt tanto fortius terrena despiciat, quã-  
to eam supernorum amor exaltat. Bene itaque postquam mā-  
ducauit, & bibit, surgere Anna memoratur. Surrexit nanque,  
quia ad prædicationis instantiam animum reformauit. Et  
quia Iudæicus populus adhuc sacrificiorum ritus, adhuc &  
honorem legalis magisterij & sublimitatem pontificalis di-  
gnitatis habebat, super sellam Heli sacerdos sedere perhi-  
betur. Quod tamen legis magisterium, quia non spiritualiter,  
sed carnaliter exhibere poterat, non intra templum, sed  
ante postes templi sedebat. Quid est enim templum Domini,  
nisi spiritualis intelligentia sanctarum scripturarum? Postes  
autem templi sunt Lex, & prophetia. Vnde & in mote domi-  
nus in medio Moysi & Helie transfiguratus apparuit: quia  
tunc diminitatis eius splendor aspicitur, cum non in occiden-  
te litera, sed in spiritali legis & prophetiæ significatione,  
eius sacramenta requiruntur. Heli ergo sedebat ante postes  
templi, id est foris, quia doctores synagogæ à spiritali scri-  
pturarum intelligentia expulsi erant, & tamen in subuersione  
lubiecti populi, auctoritatem habebant magisterij, & digni-  
tatem prælationis. Anna autem amaro animo fleuisse scribi-  
tur. Et quia potum Annæ ad læticiam retulimus sanctæ eccle-  
siæ, quæ lætari ostenditur, amaro animo fleuisse quomodo  
narratur? Sed rationabiliter intelligi potest, quia ad lætan-  
dum hanc contemplatio supernæ retributionis extulerat, &  
compassio repulsæ Iudææ in amaritudinem animi afficien-  
do concitauit. Inter turbines quippe magnæ persecutionis  
deprehensa, reuelatis sibi supernis præmijs exultauit, sed in  
amaritudinem incidit, quia electum prius populum perire  
conspexit. Vnde & orans largiter, flere describitur, vt tan-  
tæ affectionis munere, populi sui salutem à Domino impe-  
trare potuisset. Potest & hoc totum aliter intelligi. Nam in  
Sylo, id est in ministerio, quo missa est, manducauit, quia &  
si omnem Iudæorum populum lucrifacere non potuit, plu-  
res tamen ex eo ad redemptoris fidem prædicando conuer-  
tit. Vnde & prædicante Petro, vna die quinque milia homi-  
num, altera verò tria milia crediderunt. Et quia quod bibi-  
mus, facilius glutire possumus, quam quod manducamus,  
manducauit Anna & bibit, quia difficile alios, alios vero fa-  
cile prædicando conuertit. Nam & ad prædictam Petri præ-  
dicationem plura milia vno momento crediderunt, sed Paulus  
non ante credidit, quam ipsis prædicatoribus per minas,  
& cædes vehementer obstitit. Postquam autem manducauit,  
& bibit in Sylo Anna, surrexit, quia vt eos, qui erant præde-  
stinati ad æternam vitam, de Iudæa abstulit, sese ad prædi-  
cationem gentium præparauit. Sed qualem gignere appetebat,  
ostenditur per hoc, quod additum est. Et votum vo-  
uit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris affli-  
ctionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obli-  
tus, dederisque seruæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domi-  
no omnibus diebus vitæ suæ, & nouacula non ascendet super  
caput eius. Quid est quod Anna virilem sexum à Domino  
postulat, nisi quia eos quos sancta ecclesia parere prædican-  
do appetit, Euangelica perfectione fortes esse concupiscit?  
In comparatione quippe Euangelicæ perfectionis, opera illa  
legis, quæ videbantur fortia, non fuerunt fortia, sed infirma.  
Ibi enim mandatum est: Diliges proximum tuum, & odio ha-  
bebis inimicum tuum. In Euangelio autem Dominus præ-  
cipit, dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui  
oderunt vos. Ibi immunditia fornicationis à corpore recidi-  
tur, hic, vt fortitudo conuersationis, quasi virili sexu præcel-  
lat, etiam à corde immunda cogitatio resecat: Qui viderit  
(inquit) mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus  
est eam in corde suo. Synagoga igitur quæ infirmitate præ-

ceptorum Iudæum populum genuit, non peperit sexum vi-  
rilem, sed potius muliebrem. Anna itaque dum virilem sexum  
sibi dari à domino postulat, quid aliud exoptare cernitur,  
nisi tales per Euangelium gignere, qui fortes appareat, & ex-  
teriori munditia corporis, & interna charitate? Et quia de cõ-  
uersione gentilium humanam gloriam prædicatorum ordo  
non appetit, subiectum est. Dabo eum domino omnibus  
diebus vitæ suæ. Domino nanque filium dat, qui de eo quæ  
prædicando gignit, aliquid suis laudibus non usurpat. Om-  
nibus quoque diebus vitæ suæ hunc domino tribuit, qui de  
virtutibus, in quibus subditus meliorando proficit, proprijs  
fauoribus nihil adscribit. Dies nanque vitæ electi subditi  
sanctæ virtutes sunt, quæ eius animam coruscando illumi-  
nant, ac in via cœlestis patriæ vitiorum nocte tenebrescat.  
Sed perfectus ordo prædicatoris, dum fauores de lucro  
prædicationis habere despicit, subditorum temporalia bo-  
na ambiendo, non tollit. Vnde bene quoque illic sub-  
ditur: Et nouacula non ascendet super caput eius. Noua-  
cula cum super caput ascendit, capillos radit. Quid enim  
per capillos, qui corpori superfluunt, nisi abundans terre-  
næ substantiæ copia designatur? Et quid per nouaculam, nisi  
malorum pastorum cupiditas exprimitur? Qua nouacula na-  
ti filij caput raditur, cum bona subditorum per prædica-  
torum cupiditatem rapiuntur. Hinc nanque & delinquenti  
Iudææ per prophetam dicitur: Pastores tui lupi vespere,  
non relinquentes in mane. Vespere nanque pastores lupi fi-  
unt: quia in tenebrescente, atque decrecente in fine isto se-  
culo, rapere subditorum bona non metuunt. Qui in mane  
non relinquunt, quia dum temporalibus iahant, inalbe-  
scente aduentu futuri iudicis, danda sibi præmia non reser-  
uant. Quos nimirum Micheas denotat, dicens: Prophetæ  
qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis,  
& prædicant pacem, & si quis non dederit in ore eorum  
quippiam, sanctificant super eum prælium. Prophetæ quip-  
pe populum Domini seducunt, cum prædicatores reprobi  
auditorum suorum iudicia confundunt. Et mordentes denti-  
bus pacem nunciant: quia in appetitu suæ rapacitatis, dum  
terrena flagitiosorum dona suscipiunt, eis diuinæ indul-  
gentiæ securitatem pollicentur. Super ipsos autem præli-  
um sanctificant, qui in ore eorum aliquid non dant: quia ius-  
tos etiam districtis sententijs terreat, qui eis pro voto ter-  
rena non exhibent. Qui nimirum super caput filij nouacu-  
la ponunt, dum prætextu charitatis cœlestia prædicant, vt  
eis terrena per cupiditatem tollant. Hanc certè nouaculam,  
quod sancta ecclesia in prædam subditorum non habeat, do-  
ctor egregius in semetipso ostendit, dicens. Non quero da-  
tum, sed quero fructum. Hinc item dicit. Qui Euangelium  
annunciat, de Euangelio viuat. Ego autem non sum vius hæc  
potestate. Qui enim necessaria non curat à subditis alimen-  
ta percipere, ostendit planè, qua mundani contemptus su-  
blimitate, lucra turpia, & illicita dona confutaret. Anna  
igitur dum nouaculam non ascensuram super caput filij vo-  
uet, aperte mores sanctæ ecclesiæ insinuat, quæ ad æternam  
vitam electos loquendo parturit, sed temporalia bona eo-  
rum per auaritiã nunquam tollit. Sed quia hoc de Anna  
adhuc veniente, & non pariente dicitur: aptè subinfertur.  
Factum est autem dum illa multiplicaret preces coram  
domino, vt Heli obseruaret os eius. Quid fuit sanctæ  
ecclesiæ pro pariendi desiderio preces coram domino mul-  
tiplicare, nisi assiduis orationibus pro conuertenda syna-  
goga insistere? Et quid fuit Iudæico sacerdotio os eius ob-  
seruare, nisi prædicationi sanctæ ecclesiæ insidiari? Os nan-  
que eius obseruauit: quia rectam prædicationem fidei repre-  
hendere vehementer studuit. Bene autè tunc os eius obserua-  
se dicitur, cū illa preces multiplicaret: quia tanto callidius ei  
nocere studuit, quanto maiora eius desideria in prædicationis  
instantia recognouit. Denique os eius non obseruaret, sed at-  
tenderet, si prædicationis instantia recognouit. Denique os  
eius non obseruaret, sed attenderet, si prædicatione fidei no-  
stræ ad salutis suæ fructum audire voluisset. Sequitur. Porro  
Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia eius mouebat-  
tur, & vox penitens non audiebatur. Quid est aliud cor sanctæ  
ecclesiæ,

Mat. 17.

H

Acto. 4.

Acto. 2.

I

Leuit. 19.

Mat. 5.

Mat. 5.

capilli

Soph. 3.

L

Mich.

Philip. 4.

1. Cor. 9.

M

**A** ecclesia, nisi ea que intra se est deuota, & erudita beatitudo habet. In corde autē suo Anna locuta est: quia sancta ecclesia predicatio eis tantū profuit, qui vero lumine illustrandi erant ex diuina predestinatione. Quid verò est motus labiorum, nisi signorum promotio in sanctis prædicatoribus? Qui profecto & si velut foris loquētia labia, & in imo stare videbantur, dū cæcis visum, auditū furdīs, vitā mortuis dabant, magnos utiq; meritorum motus exhibebāt. Vnde & illud ingens labiū sancta ecclesia, dum loquens velut in imo stare videretur, quia non solū verbo, & cōuersatione humilis erat, sed & signorū potestate sublimis, vi motus sui, vsq; ad cælū se extulit, dicens: Nostra cōuersatio in cœlis est. Heli itaq; tantum Annæ labia mota conspexit, & vocem penitus non audiuit: quia iudaicū sacerdotium opera Apostolorum miratus est, sed ex eorū prædicatione non est promotus in salutē. Vox itaque Annæ non audiebatur, quia & si signorum ostensione sancta ecclesia mirabilis erat, dū prædicationis verba protulit, ad amorē redemptoris extraneos accendit. Sed quid de ea sentiat Heli, quam non intelligit. Sequitur. Aestimauit eā ignis Heli temulentam. Hoc nimirum etiam iuxta historiā Actuum Apostolorum agnouimus, quia diebus pentecostes sancti Apostoli ebrj crediti sunt, cum accepta sancti Spiritus plenitudine Christi magnalia omni lingua loquerentur. Spiritu autem sancta ecclesia ebrja creditur, quā Iudæa non estimat vera asserere, sed hæretica, & falsa prædicare. Ebrja tamen erat, nō potatione erroris, sed repletionē Spiritus sancti. Etenim mutare cor, mentē alienare consuevit ebrjtas. Mutato autē corde pergebat, qui nuper domos intrās, fideles quosq; minis terrenis, cædibus lanians, iam eū, quē persecutus Iesum fuerat, verū esse omnipotentis dei filium prædicabat. Vnde & superioris sensus inlaniam sese perdidisse gloriās dicit: Qui prius sui blasphemus, & persecutor, & cōtumeliosus, sed misericordiā consecutus sum, quia ignorans feci. Aliū cor se accepisse testificans, ait: Nos autem sensum Christi habemus. Vnde & rāto attētius prædicabat, quāto in sensu Christi vim maioris dilectionis acceperat. Sed dum ardentē sancta ecclesia diligeret, dum fiducialiter ea quæ diligebat prædicaret, Iudæorū sacerdotium eius verba in onere impatientiæ, non in suavitate deuotionis habuit: quare & sequitur. Dixitq; ei vsquequo ebrja eris. Et quia ei silentiū indicere tentauit, adiūxit: Digere paulisper vinū quo mades. Vinam quo madebat Anna, digereret, si à seruore prædicationis sancta ecclesia Iudæorum minis victa, tepuisset. Et quia vltro prædicationis sensum ei subtrahere nitentur, vinū Anna paulisper digere iubetur. An non digereret Annā Heli tunc iussit, cum Iudæorū principes, cæsis Apostolis denunciauerunt, dicentes, ne vltra loquerentur in nomine Iesu? Sed qui illud quo madebat, digere vinū noluerunt, respōdentes dixerunt: Obedire oportet magis deo, quā hominibus. Et iterum: Nō possumus quæ vidimus, & audiimus non loqui, sed quia sancta ecclesia inter verba libertatis, virtutē mansuetudinis custodiuit. Sequitur. Nequaquam domine mi. Dominum namq; vocauit, cui ministerium prædicationis exhibuit, sed dominum vocans, ebrjam se esse abnegat, vt superiori ordini ex humilitate se subderet, & falsā obiectioni ex veritate contraret. Dominum namq; eum vocans, honorauit: & ebrjam se esse abnegans, quod non erat, satis humiliter ostendit. Potest autē ebrietatis obiectio erga sanctam ecclesiam aliter accipi. Nam dum ministerio Euangelicæ prædicationis insisteret, dum ex lucro credentium, in magnā populorum gloriam veniret, eam sacerdotes Iudæorum non putabant æteruorum bonorū culmen appetere, sed terrenā sublimitatis gloriam desiderare. Dum ergo ebrja vocatur, euerfo statu mentis cælestia postponere, & appetere terrena reprehēditur. Sed quæ labetia bona seculi delixerat, dicit. Nequaquam domine mi. Nam mulier infœlix nimis ego sum. Quasi dicat: Tu me labetis mundi fœlicitatem appetere cogitas, sed ego tanto infœliciorē me video, quanto fœlicitatis meæ gaudia hinc longius recognosco. Quia verò illic me futurā fœlicem credo, hic eo valde me infœlicem arbitror, quo ad gloriā nulla cōcupisco. Mulier quippe sancta ecclesia dicitur, pro fœcūditate, infœlix nimis pro fortitudine: quia & orbem verbo patitura erat, & orbis gloriā nō posset perfe-

re desplicere, si non eā supernus amor, mira fortitudine roboraret: vel nimis infœlix fuit: quia de perditione populi sui non parū doluit. Quā profecto sapiens Salomon vehementer admirans, ait: Mulierem fortē quis inueniet. Quo in loco etiā notandū est, quia nō dicit mulier infœlix, sed nimis ego sum. Nimis namq; infœlix fuit, cui nullū de seculo blandimentū placuit. Vel certē nimis infœlicē se asserit, quæ se ab æternæ vite gaudiis expulsam, per primæ culpæ meritū meminit, ad quæ redire nō præualet, nisi per multas vitæ huius tribulationes. Non enim nimis infœlix existeret, si ad perditā paradisi gaudia, sine præsentī tribulatione reuerti potuisset. Hinc nanque Paulus nimis huius infœlicitatis ærumnā inueniabilē ostendens, dicit: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū dei. Ac si ergo detrahēti sibi Iudæico sacerdotio, sancta ecclesia respōdens, dicat: Tu mihi regnū adscribis infœlicitate tēporis, sed meū illud est, ad quod nō pertingitur, nisi ex afflictione multa tribulationis. Sequitur. Vinū, & omne quod inebriare potest, nō bibi. Vinum namq; non bibit, quia de prædicationis officio tēporalia lucra nō petit. Aliud, quod inebriare potest, nō bibit, quā in lapsum vitiorum, carnis cōcupiscentiā nō euertit. Iuxta superiorem verò sententiā vinū non bibit, quæ aliquid prauitatis hæreticæ non habuit in refectione. Aliud, quod inebriare potest, biberet: si de verbi fœcundia decepta tumuisset. Quia verò recta intētionē vera docuit, subdens, ait. Sed effudi animā meam in conspectu domini. In conspectu namq; domini animā effundere, est conceptā in mente verbi dei scientiā, pro solo conditoris amore prædicare. Anima quippe effunditur, cū innatus verbi dei intellectus, ad vtilitatē audientū diuulgatur. Quisquis enim pro humanis fauoribus, quisquis pro terreno commodo, verbum dei prædicat, quia res alia de prædicatione attenditur, in conspectu domini verbum illud animæ non profertur. Quare & doctor gentium asserit, dicens: Non sumus sicut plurimi adulterantes verbū dei, sed sicut ex lynceritate, sed sicut ex deo, coram deo, & Christo loquimur. Anna ergo in conspectu domini animam suam effudit: quia sancta ecclesia in virtutum omnium culmine perfecta, in eruditione fidelium magna facundia verba protulit: sed ex vitæ verbis soli deo placere desiderauit. Cuius prædicationis etiam ministeriū commendat, dicens. Ne putes ancillam tuam quasi vnā de filiabus Beel: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum vsque in præsens. Quasi dicat. Quæ tibi æternæ vitæ bona loquitur, velut idololatra despici non meretur. Ancillā quoque suam se esse asserit, vt cognoscat ex nomine ministerij, quia ad æterna ei appetit lucra famulari. Sequitur. Quia ex multitudine mœroris, & doloris locuta sum vsq; in præsens. Quasi apertius loquatur, & dicat: hinc agnosce, quod nihil à malo spiritu habeam, quia ex multa pœna persecutionis, ad loquendum venio, & prædicationis instantiam, nullis pœnis victa derelinquo. Potest etiam dolor Annæ ad affectionem sanctæ ecclesie, mœror eius referri ad passionem. Ex multitudine quidem locuta est, quæ pereunti Iudæico populo, verbum prædicationis protulit ex affectu compassionis. Quod Paulus insinuat, dicens: Veritatem dico in Christo, nō mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo: optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis à Christo, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlita. Sed qui se ex multitudine doloris loqui insinuat, an ex multitudine loquatur, dicat: A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum. Sancta verò ecclesia patienter aduersa tolerans, humiliter innocentia, & veritatis suæ virtutem manifestans, quibusdam Iudææ sacerdotibus bonum prædicationis suæ loquendo persuasit. Quare, & subditur: Tunc ait Heli. vade in paco, det tibi deus Israël petitionem quam rogasti eum. Prius quippe Heli oranti Annæ prolatis contumeliosus contradixit, postea verò in eius sibi deuotione complacuit. Quid est hoc, nisi quod Iudæicum sacerdotium & per alios sui officij ministros prædicanti ecclesie obstitit, & per alios cognitæ demum fidei nostræ veritati consensit? Nam de obstitentibus dicitur, qui cæsis denuncianerunt Apostolis, dicentes, ne vltra lo-

Pron. 31.

Acto. 14.

I. Cor. 2.

Rom. 9.

2. Corin. 11.

Philip. 3.

Acto. 2.

Acto. 8.

1 Tim. 1.

1 Corin. 2.

Acto. 5.

Acto. 4.

F

Rom. 9.

2. Corin. 11.



**G** querentur in nomine Iesu. De consentientibus autem, idem Lucas meminit, dicens: Plurima turba sacerdotum obediebat fidei. Tunc ergo Heli pro voto fecunditatis Annae precatus est, cum sacerdotum plurima illa turba fidei obediens, per praedicationem sanctae ecclesiae electorum numerum multiplicari desideravit. Quam certe in pace ire optavit: quia fructum praedicationis eam desideravit consequi, sine dolore passionis. Et quia in eorum voto sancta ecclesia sibi complacuit, sequitur. *Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.* Quasi dicat. Iuxta intuitum desiderij tui, opus ministerij mei subsequatur, gratia diuinae dispensationis. Sequitur. Et abiit mulier in viam suam, & comedit & bibit, vultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati. In viam suam mulier abiit: quia sancta ecclesia verbum fidei gentibus praedicauit. Quod & Apostoli Iudaeis comminantes, dicunt: Quia indignos vos fecistis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes. Quae bene mulier tunc dicitur, cum recedit, quia per praedicationem redemptoris, exhibitura erat in gentibus fructum magnae fecunditatis. Comedit autem, & bibit, & tamen vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati, quia magna lucra de conuersione gentium habuit, sed persecutionem quam in Iudaea passa fuerat, etiam in gentibus inuenit. Sed ordine quo abierit edisserens, ait: Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram domino, reuersique sunt, & venerunt in domum suam, in Ramatha. **H** quid est autem quod supra de sola Anna singulariter dicitur, abiit mulier in viam suam: nunc vero pluraliter, surrexerunt mane: nisi ut cum viro descendere cognoscatur? Et quia vir sanctae ecclesiae redemptor humani generis est, qui iam ad caelos ascendit, cum ipsam Iudaeam incredulitatis suae caligine obrutam relinquebat, quomodo de Anna, & de viro suo Helcana intelligi in Christi & ecclesiae typo nunc potest, quod simul mane surgerent, & in ciuitatem suam pariter redirent. Sed quia ciuitatem Ramatha, caelestem patriam designare iam diximus, quomodo hoc sanctae ecclesiae conuenit, quae statim ut a Iudaeorum praedicatione cessauit, ad caelestem patriam non ascendit. Verum quia resurgens a mortuis dominus, missis in praedicatione doctoribus loquitur, dicens: *Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem saeculi, absurdum non est, ut cum eo sancta ecclesia surgere, & reuerti sentiat.* Qui enim electos suos per spiritalem praesentiam nunquam deserit, & constantibus permanet, & cum abeuntibus recedit. Ramatha vero caelestem patriam designare diximus, sed quod nihil aliud significare possit, non diximus. Quid ergo aliud hoc in loco significat, nisi adimpletionem prophetiae in gentium vocatione? Ramatha quippe visio consummata dicitur (ut iam diximus). Quid vero est gentium iam impleta vocatio, nisi prophetarum visio consummata? Nam visionem assererat, sed non consummatam, qui de futuro adhuc, quod viderat, pronuntiabat, dicens: Omnes gentes, quas cumq; fecisti, venient, & adorabunt te coram te domine. Hinc iterum repromittit, dicens: Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient ei. Visio igitur consummata recte prophetarum promissio dicitur: quia nimirum auctore deo, iuxta eorum oracula, in redemptorem humani generis omnes gentes crediderunt. Mane autem cum viro suo Anna surgere dicitur: quia sancta ecclesia in exortu interni luminis ad gentes transit, cum verbo praedicationis. Vel mane surgit, quod Iudaeam in nocte infidelitatis deseruit. Mane etiam surgit, quia prosperum iter in conuersione gentium inuenit. Et coram domino adorauit, quia in repulsiōe synagogae incomprehensibile iudicium venerata est omnipotentis dei. Adorauit quippe, & recessit, quia cum a gentis suae praedicatione pro sola dei omnipotentis ordinatione recederet, diuino iudicio per obedientiam obsecuta est, quod penetrare intelligendo, non potuit. Adorans autem reuersa est: quia ministerium praedicationis in vocatione gentium adimplere proposuit, sed tantum eiusdem praedicationis modum in superna contemplatione quaesuit. Reuerti enim praedicatoribus est, ad diuinam contemplationis lumen recurrere. Inde quippe lucem hauriunt, quae & ad venerationem fidelium luceant, & quam loquendo, auditorum suorum mentibus infundant. Hinc tanque est quod praedicator egregius ante ad

tertij caeli secreta sustollitur, & sic terrena disponere perhibetur, & paradisi secreta ingrediens, verba percipit, quae non licet homini loqui, ut discernere & loqui vtiliter foris possit. Anna ergo reuersa memoratur, quia sancta ecclesia dum terrena disposuit: qualiter sint eadem terrena disponenda, in ea ad quam saepe reuertitur, dei contemplatione instruitur. Et tunc demum in domum suam venit, quia in auditorum deuotione collocare se potuit, cum accedendi ad eos modum, sursum reuertendo, cognouit. Domum namque sanctae primitiae ecclesiae, gentium deuotio extitit, quam dum sibi in eis condidit, custodia sollicitudine inhabitauit. Quae videlicet domus posita in visione consummata describitur, quia non ante condi potuit, quam vocationis eius praedictum a prophetis tempus aduenit. Sequitur. Cognouit autem Helcana Annam coniugem suam, & recordatus est eius dominus. Helcana Annam coniugem suam tunc cognouit, cum redemptor noster praesentium tempus vocandae gentilitatis aspexit, quo dum nouae sponsae sanctae videlicet ecclesiae gremio gratiam superni amoris infunderet, nouam ex ea prolem fidelium generaret. Nam velut nondum cognoscebat eam, cum volentes transire in Asiam praedicatorum, a spiritu sancto prohibiti sunt. Hinc est quod cum ad praedicationem Iudaeae discipulos suos mitteret, per semetipsam veritas prohibet, dicens: In viam gentium non abieritis, & in ciuitates Samaritanorum non intraueritis. Quando autem cognouit Annam coniugem suam Helcana, tunc recordatus est eius dominus, quia gentilitas tunc venisse in dei memoriam visa est, cum sancta ecclesia verbo dei per amoris gratiam coniuncta, in salute visitatur. Quid est hoc loco circulus dierum, nisi innumeris sancti spiritus ostensa radiis manifestatio diuiniae voluntatis? Quae profecto dum praedicatorum suorum mentibus, in contemplatione suspensus, claritates supernae dispositionis innumeras exhibet, nimirum veluti plures dies, temporum circulus clausas tenet. Circulus quippe dierum Annae conceptum praenit, quia sanctae ecclesiae verbum dei ad docendum non ante infunditur, quam ab ea supernae dispositionis radij plenius agnoscantur. Quae concipiens filium peperit, quia in quos in fide redemptoris parit, noua conuersatione robusti sunt. Et vocauit nomen eius Samuel, eo quod a domino postulasset eum. Samuel interpretatur nomen eius deus. Quae ergo nobis Samuel conuenientius insinuat, quam praedicatorum ordinem, qui ad fidem vocatus est ex gentilitate? Quia enim fortis conuersatione est, potestate sublimis, & dum in eo speciale signum gratiae diuiniae conspicitur, ad venerationem praedicationis eius, deuote auditorum turbae deducuntur, recte nomen eius nuncupatione declaratur. Hinc est quod ad Moysen a domino dicitur: Posui te in deum Pharaonis. Hinc item in lege prohibens, ait: Diis non detrahes. Et notandum, quia cuius nomen deus dicitur, filius, non filia fuit, quia certe pastoralis dignitas, cum infirma conuersatione deprimitur, splendore tam celsi nominis non ornatur. Quia igitur ordo doctorum ad euangelizandi ministerium ex gentilitate promotus, excellentiae dignitatis suae, meritorum gratia impar non fuit, recte nunc dicitur. Vocauit nomen eius Samuel, eo quod a domino postulasset eum. Et notandum, quia hoc loco postulare dicitur, quod postulando promeruit. Apertis ergo verbis ostenditur, cur Annae primogenitus tanto nomine celesatur. Quod tale est, ac si dicat. Idcirco ei tantum nomen imposuit, quia is, qui superno munere nascitur, meritorum gratia magnus fuit. Sed ut ostendatur quo studio eum prouida mater foueat, sequitur. Ascendit autem vir eius Helcana, & omnis domus, ut immolaret hostiam solennem, & votum suum, & Anna non ascendit. Dixit enim viro suo. Non vadam donec ablactetur. Quae est autem immolatio solennis hostiae, nisi illae sanctae ecclesiae amoris oblatio, qua conditori coniungitur in aeterna contemplatione? Ad hanc autem Helcana tunc ascendit, cum redemptor noster iam de morte triumphans, iam passibilitatis nostrae tenebras superans, carnem, quam pro nostra salute suscepit, ad caelestia sublimauit. Cum quo & omnis domus eius ascendit, quia priores electos synagogae in altitudinem immortalitatis extulit. Tunc immolauit solennem hostiam, cum se aeterno patri per glorificatae carnis materiam in caelo exhibuit, & angelorum naturam

Año. 5.  
Año. 6.

Año. 13.

Matt. 11.

Psal. 58.

Psal. 71.

2. Cor. 12.

Año. 16.  
Mat. 10.

Exo. 7.

Exo. 22.

M

h. 25v



**A** naturam sicut de redemptione nostra, ita etiam de eorum reparatione sacrificauit. Ad hanc solennem hostiam Anna inuitatur, quia sancta ecclesia superni sponsi spirituali cohortatione ad aeternam contemplationem diuine claritatis, per quorundam desideria amoris accenditur. Quae tamen ab ascensu suo abstinere, ut filium lactet, quia ut proficit hic Christi parulis, dilationem suae gloriae patienter sustinet. An non ad immolationem huius solennis hostiae mater illa inuitata fuerat, quae dicebat: Cupio dissolui & esse cum Christo? Sed quae per amoris desideria ad sponsi speciem trahitur, an amet lactare filium, dicat: In carne mihi manere necessarium est propter vos. Quo etiam cibo se Corinthios aluisse insinuat, dicens: Lac vobis potum dedi non escam. Lactare quippe paruulos sanctae ecclesiae est pastoribus, infirmorum hinc simplicium auditorum corda, planioris scripturae pabulo enutrire. Quibus profecto idem doctor egregius dicit: Nihil iudicari me scire inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum. Ablactantur autem infantes, cum paruuli sanctae ecclesiae tam spiritualis eruditionis, quam bonae conuersationis incrementa suscipiunt, & iam non planiora sacri eloquii, sed alta eius sacramenta requirunt. Et ablactatus infans ante conspectum domini ut appareat, ducitur, cum per adhortationem praedicatorum quisquis subiectus bene proficiens, bonis operibus adornatur. Qui enim ad hoc ducitur ut appareat, non tantum ut videatur, deferatur, sed etiam ut videatur. Quia enim in fine a domino multi audituri sunt, nescio vos, apparere in conspectu domini Samuel dicitur, quia electus, & humilis subditus, dum perfecte praesentia despicit, adueniente extremo iudice nequaquam reprobatur. Quos autem seculum in sui amore defixos retinet, in conspectu domini non apparent. Qui enim in honore rerum transientium videri elatior appetunt, hoc profecto su perbiendo agunt, ut ab eo, quo solo videri debent honorabiles, nunquam videantur. Vnde & rex electus, & in rerum culmine positus, ne in flore seculi deciperetur, obsecrat, dicens: Ne proicias me domine a facie tua. Anna ergo & ablactare filium repromittit, & ante conspectum domini ut appareat, ducere: quia sancta ecclesia electos subditos, quos erudit, praesentia perfecte despiciere docet, & bona agere, & ad aeterna bona per humilitatem festinare. Et notandum, quia ab ablactationis loco ductus asseritur, qui apparere debere in conspectu domini perhibetur, quia videlicet, non parum interest spiritualis itineris, cum ab eo, quod de caelesti magisterio discimus, in vsum perfectae tendimus operationis. Quia vero a studio eiusdem boni operis nunquam cessandum est, sequitur. Et appareat ibi iugiter. Iugiter namque ibi appareamus, vnde nunquam discedimus. Iugiter ergo in conspectu domini apparere est, decorem bonae conuersationis nullis vitae tenebris obscurare, quia qui ad illicita nulla defluit, a secreto diuini intuitus nunquam exit, & quasi in luce positum, hunc diuina bonitas respicit, quia eas, quas damnauit peccatorum tenebras, electione sui examinis non attendit. Donec igitur ablactetur infans, ad immolendam solennem hostiam se non ascensuram Anna denunciat, quia sancta ecclesia tandiu custodire filios proponit, quandiu de eorum perfectione secura fieri valeat: quia ipsi ab accepta bonitate vltimus non recedant. Potest tamen ascensus solennis hostiae ad altitudinem sanctae praedicationis referri. Nam de ascensu viri eius per prophetam scriptum est: Ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum. Super Cherubim quippe dominus ascendit, quia in sublimibus praedicatorum suorum mentibus ascendit, & scientiae suae altitudinem ponit. Et super pennas ventorum volat, quia coram spiritualibus eorum oculis in altitudinem mirae intelligentiae se sancti spiritus flatibus eleuat. Et tenebras latibulum inu ponit, quia maiestatis suae sublimitatem reprobis abscondit. Sed in circuitu eius tabernaculum suum, quia quos per sublimia dona eleuat, eis suae maiestatis etiam gloriam manifestat. Bene autem cum Helcanae ascensus asseritur, omnis domus eius ascendisse perhibetur, quia illos quorum mentibus eminent, in altitudine suae contemplationis velut domesticos, & familiares tenet. Quae est autem Helcanae, id est, redemptoris nostri hostia solennis, nisi sanctorum suorum cordibus ineffabilis illius internae amor eruditionis? Nam eorum quisque sibi ineffabiliter

complacet, in eo, quod se ostensa redemptoris sublimitas, tam sublimiter docet. Anna ergo se cum viro suo ascendere abnegat, donec filium lactat, quia sancta ecclesia tandiu vitauit alta praedicando contingere, quandiu cognouit rades auditores suos, velut paruulos alta capere nequaquam posse. Hinc namque in ipsis sanctae ecclesiae primordiis factum est, ut velut paruulo adhuc Annae filio, per trium euangelistarum scripta, Matthaei, scilicet, Lucae, & Marci lac propinaretur, qui humanitatis dominicae historiam scribentes, pauca de eius diuinitate tractauerunt, sed cum paruulus ecclesiae populus cresceret, & in mensuram aetatis plenitudinis Christi proficeret, cui lactis potus non suffecerat, palci cibo solido perquirebat. Compulsa itaque mater ecclesia ascendere est, ut ipsa quoque Cherubim fieret, volanti super se redemptori appropinquaret, penas assumeret, ambulanti super eas in sacramentorum altitudine teneret, atque ex eius maiestate caperet, quod poscenti unico alimentum daret. Vnde factum est, ut rogatus a fratribus euangelista Ioannes, non solum humana, sed etiam angelica superans, condita cuncta transcenderet, & quem videre meruit, unigenitum in sinu patris praedicaret, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Tunc ergo Anna ascendit, cum sancta ecclesia se in celsitudinem diuinae praedicationis tam sublimiter extulit. Tunc etiam immolauit solennem hostiam, quia de cognitione diuinitatis, in auditorum suorum cordibus flamma mirae deuotionis accendit. Solennis quippe hostia fuit, de incomparabili eloquio, singularis oblatio deuotionis. Tunc in conspectu domini filium adduxit, cum auditorum suorum cordibus perfectam cognitionem summae diuinitatis intimaui. Quae profecto dei cognitio quia non solum fide tenenda est, sed confessione, & quod credimus & confitemur, nec ignorare vltimus, nec silere permittimur, puer ablactatus, qui ad domum domini adducitur, iugiter in conspectu domini manere declaratur. Sequitur. Et dixit ei Helcana vir suus, fac quod tibi bonum videtur, mane donec ablactes eum. Quid est quod Annae consilium viri sui autoritate roboratur, nisi quia propositum sanctae ecclesiae non ex humano praesumitur iudicio, sed ex diuino? Nam quicquid sancta ecclesia in subiectis sibi nationibus disponere voluit, tunc demum id ratum habuit, cum ex internae veritatis iudicio, quid disponendum esset, agnouit: Et quia aduocatum habemus apud patrem, qui interpellat pro nobis, subiungit, atque ait. Precorque, ut impleat dominus verbum suum. Quod est verbum quod implendum asseritur, nisi praedestinata conuersio gentilitatis? Et quia per eius sanguinem reconciliamur deo, ipse pro implendo verbo precatur, cuius obtentu salus nostra perficitur. Precari etiam ei est, se in humanitate assumpta, pro salute nostra aeterno patri continue exhibere, quod dum sic se offerre non desinit, receptioni nostrae aditum ad vitam facit. Quia vero dispositionis suae consilium exquirendo, perfecit, apte subinfertur. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum a lacte. Deinde sequitur. Et adduxit eum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modis farinae, & amphora vini, & adduxit eum in domum domini in Sylo. Quid namque per vitulum hoc loco significatur, nisi propositum imitandae vitae perfectorum. Sed vitulus est, cum in corde exoritur proficientis, bos autem, cum per robur virtutis, ad effectum perducitur magnae conuersationis. Quo in loco valde quaerendum est, cur non vnus vitulus, sed tres ad tabernaculum adducti perhibentur? Sed in tribus vitulis infans delatus ostenditur, ut eorum formam insinuet, qui ad praedicationis ministerium instruit. Perfectus etenim doctor, & peccatoribus conuertendis, & custodiendis iustis inuigilat. Quasi enim colonus summi patrisfamilias vtrunque bouem aratri inserit, ut non solum vigilare stantibus, ne corruant, sed etiam lapsos possit erigere, ut subsistant. Sed qui duos boues habet in subiectorum sollicitudine, ut esse perfectus valeat, boue tertium iungat, in diuina contemplatione, ut & corda proximorum integro iugo loquendo, velut arando aperiat, & semetipsum per singularem amoris fortitudinem, ad conditoris sui speciem semper extendat. Samuel ergo in vitulis tribus ad domum domini ducitur, cum bene quisque proficiens, proponit, ut ex labore praedicationis prodesse valeat proximis, &

Philip. 1.

Corin. 3.

1. Corin. 2.

Psal. 50.

Psal. 17.

Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

F

**G** ex secreto quietis, inhaerere intime visioni conditoris. Et quia id bene exhibere animus imperiti nunquam poterit, in tribus etiam farinae modis offertur. Ex farina quippe cum panes fiunt, preparatio refectiois perficitur. Quod vero non in panibus, sed in farinae modis offertur, bonam deuotionem, doctrinam proponere ostenditur, non ipsius doctrinae commodum exhibere. Modius ergo farinae sanctae praedicationis praeparationem significat. Sed in tribus modis farinae infans adducitur: quia dum praedicare proponimus, verbum scientiae praeparamus peccatoribus ad conuersionem, iustis ad statum perieuerantiae, & nobis ad supernam contemplationem, vel certe vnus modus est (vt diximus) pro conuersione peccatoris, alius pro disciplina coniugati, tertius vero pro excellenti puritate continentis. Et modij quidem dicuntur pro mensura discretionis. Vnde & beatus Paulus perhibet, dicens: Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quod profecto, quia praedicatorum ordo electus exigentibus, non ex leuitate vanitatis habuit, sed ex virtute bonae intentionis, sequitur. Et amphora vini.) Virtus vero bonae intentionis est charitas dei, quae in electorum cordibus diffunditur, per donum Spiritus sancti. Quod nimirum charitatis donum, recte vini appellatione figuratur, quia mentem occupat, & a terrenis affectibus alienat, vt intentionem ad seculum non habeat, quam ad appetenda sola caelestia inflamat.

Roma. 12.

**H** Verum vt huius quoque virtutis non perfectio, sed initium designetur, amphora vini, & non poculum fuisse ostenditur. In amphoram quippe reponimus, quod quandoque per poculum propinemus. Hinc est enim quod is qui supernae charitatis perfectione gustauerat, deo omnipotenti confitebatur, dicens: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum meum inebriasti, quam praclarum est. In amphora ergo vini Samuel oblati ostenditur: quia electus quisque cum ad Euangelice praedicationis ministerium praeparatur, ipsius praedicationis bonum proponit, non pro vana huius seculi ambitione, sed pro sola charitate impendere. In vitulis ergo adducitur pro proposito fortitudinis, in farinae modis pro doctrinae verbi, in amphora vini pro intentione charitatis. Quae profecto virtutum initia, vbi sunt perficienda edocet, cum subiungit. Et adduxit in domum domini in Sylo.) Domus domini sancta ecclesia recte intelligitur, quae nimirum in Sylo sita esse perhibetur. Sylo autem locus est, in quo arca dei mansisse perhibetur. Quid ergo aliud Sylo isto in loco significat, quam veteris legis traditionem? Nam velut arcam dei continet, dum carnalem literam foris exhibet, quae in suis secretis spiritalem scientiam clausam tenet. Quid est ergo quod domus domini in Sylo sita esse perhibetur, nisi quia sancta ecclesia in sacramento scripturarum, velut in loco fundata cognoscitur: illuc Samuel adductus asseritur, illic oblati, quia praeter sanctam ecclesiam, locus non est, vbi merita virtutum crescant, & ad culmen perfectionis veniant. Sed cum ipse qui adductus est, asseritur, eius quoque dilationis causa memoratur, cum subditur. Puer autem erat adhuc infantulus.) Nam si infantulus tunc non esset, dum per se posset accedere, duci huc ab alio, non oporteret. Sequitur. Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.) Superius de sola Anna dicebatur. Et adduxit eum secum, postquam ablatuerat.) Nunc autem de Helcana pariter, & de Anna subiungitur. Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.) Tunc immolatus est vitulus, cum adductus est Samuel, & oblati. Si ergo ibi erat tunc Helcana, & cum ducebatur, & cum offerebatur, quare non dictum est adduxerunt eum secum, sicut dictum est, & immolauerunt, & obtulerunt? Sed quia haec ad ecclesiam, & ad Christum retulimus, illi lactare, illi adducere pertinet, offerre, & immolare sibi, & Christo. Ipsa quippe institit verbo praedicationis, sed quibus doctrinam insinuat, virtutem adimplendae operationis nequaquam sumministrat. Literam quippe scripturae loquendo, exhibet, sed ipsum bonum se petentibus, non nisi cum sponso dare potest. Immolatur ergo vitulus, cum diuina gratia cordi bona petentis infunditur, vt bona quae destinando deliberat, studio boni operis hilariter impendat. Vitulus enim tunc immolatur, quia victima boni operis propositi, ab omnipotenti deo deuota mentis oblatione suscipitur, si id quod ei vouendo

Psal. 22.

mens exhibet, totum deo mactatur per hilaritatem. De hac immolatione vituli dominus in euangelio ait: Si vos, cum sitis mactati, nostis bona dare, dare filiis vestris, quanto magis pater meus caelestis dabit spiritum bonum petentibus se? Hinc Paulus ait: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilariter enim dator diligit deus. Quid nanque est destinare in corde, nisi proponere ex deliberatione: Dum ergo destinauit, dixit, quasi vitulum adductum, asseruit. Sed dum addidit, non ex tristitia, aut ex necessitate, quia hilarem dator diligit deus, adductum vitulum qualiter immoletur, exposuit. Adducuntur ergo vituli, cum ad agenda fortia bene proponendo praeparantur, sed vitulus immolatur, cum deliberatio boni propositi deo impenditur, in oblatione magna deuotionis. Vterque autem, id est vir, & vxor vitulum immolasse perhibetur: quia eadem hilaritas fidelibus subditis praedicatoris voce ostenditur, atque in eorum cordibus diuina gratia propagatur. Pariter ergo vitulum immolant, cum in corde bene proficientis subditi, diuina conuenit cum humana praedicatione. Tres autem vituli adducuntur, quia cum auxilium lapsis, & stantibus ferre, & nobis ipsis opem custodiae proponimus, dum vna bona intentione haec attendimus, tria quidem sunt respectu operis, sed vnum in munere oblationis. Tria quidem sunt, quia erga nos, & proximos nostros diuerso respectu, & diuersis temporibus exhibentur, sed vnus sunt vitulus, quia simul proponuntur, & pari deuotione oblationis deo impenduntur, & vna in eis hilaritas, & alia non habetur. Sequitur. Et obtulerunt puerum Heli.) In Heli, non solum personae doctorum veterum, sed etiam doctrinae figurantur. Quid est ergo quod puer Samuel Heli oblati asseritur, nisi hoc quod aperte cognoscitur, quia quisquis praedicando, aliis prodesse nititur, non solum noua scribere debet, sed etiam vetera. Vnde & dominus in Euangelio per parabolam dicit: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Samuel ergo Heli tunc offerri, cum mens bene proficientis subditi Legis, & Prophetarum scientia eruditur, vt in libris antiquorum occidentem literam legat, sed etiam secundum spiritum viuificationem intelligat: & sic quod foris sonat, accipiat, vt praeter elementorum sonum, quod intus insonet spiritus, recognoscat, & ad fidem noua habeat, sed quoties necesse fuerit, ad noui testamenti confirmationem scripturas veteres adducat. Tunc quippe defendere noua poterit, cum eorum rationem ex veteribus agnoscat. Aperte igitur Samuel Heli oblati asseritur, quia solum sufficienter noua praedicat, qui eam rationem, qua intelligenda sunt vetera, non ignorat. Et quia eadem scripturas veteres intelligere sine praepatore non possumus, & doctor nihil in nobis docendo proficit, si quod ipse foris loquitur, in cordibus nostris per diuinam gratiam non fundatur, mater non solum la puerum obtulit, sed cum viro. Ei autem, cui filium tradit, se cum verbo praeconijs Anna insinuauit, dicens, Obsecro mi domine viuit anima tua, ego sum illa mulier, quae steti coram te hic.) Coram Heli Anna stetit, quia sancta ecclesia doctorum synagoga nullis persecutionibus corrui. Quod tale est, ac si dicat ecclesia gloriam synagoga praepositis. Idcirco orbem parere per Euangelium Deo potui, quia aduersa, quae mihi intulistis, iuuicta toleraui. Nam si poenis victa vetustati me subderem, nouam redemptori tot nationum sobole nequaquam genuissem. Et quia humiliter loquitur, obsecrando dominum vocat. Quia vero ei vita aeternae pignus in fide redemptoris dare appetit, dicit. Viuit anima tua.) Sed quae se stetit gloria est, magna de se protulit. Et quia eadem magna humiliter, non superbe dixerat, ea protinus ad laudem omnipotentis dei retulit, dicens. Oraui, & dedit mihi dominus petitionem quam rogavi eum, idcirco & ego commendaui eum domino.) Diuina gratia ad hoc sanctae ecclesiae filios tribuit, vt eos doctrinae veritatis instituat, bonis moribus exornet, pia super eos custodia vigilet, a malo declinare perfectae faciat, & ad aeternam patriam sufficientem bonorum operum copia praeparare. Haec praefecto ministerij pastoralis sunt, sed electus praedicator ea suis viribus implere posse diffidit. Quia ergo nec sua virtute aliquos per euangelium potest gignere, nec quos generat,


mens exhibet, totum deo mactatur per hilaritatem. De hac immolatione vituli dominus in euangelio ait: Si vos, cum sitis mactati, nostis bona dare, dare filiis vestris, quanto magis pater meus caelestis dabit spiritum bonum petentibus se? Hinc Paulus ait: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilariter enim dator diligit deus. Quid nanque est destinare in corde, nisi proponere ex deliberatione: Dum ergo destinauit, dixit, quasi vitulum adductum, asseruit. Sed dum addidit, non ex tristitia, aut ex necessitate, quia hilarem dator diligit deus, adductum vitulum qualiter immoletur, exposuit. Adducuntur ergo vituli, cum ad agenda fortia bene proponendo praeparantur, sed vitulus immolatur, cum deliberatio boni propositi deo impenditur, in oblatione magna deuotionis. Vterque autem, id est vir, & vxor vitulum immolasse perhibetur: quia eadem hilaritas fidelibus subditis praedicatoris voce ostenditur, atque in eorum cordibus diuina gratia propagatur. Pariter ergo vitulum immolant, cum in corde bene proficientis subditi, diuina conuenit cum humana praedicatione. Tres autem vituli adducuntur, quia cum auxilium lapsis, & stantibus ferre, & nobis ipsis opem custodiae proponimus, dum vna bona intentione haec attendimus, tria quidem sunt respectu operis, sed vnum in munere oblationis. Tria quidem sunt, quia erga nos, & proximos nostros diuerso respectu, & diuersis temporibus exhibentur, sed vnus sunt vitulus, quia simul proponuntur, & pari deuotione oblationis deo impenduntur, & vna in eis hilaritas, & alia non habetur. Sequitur. Et obtulerunt puerum Heli.) In Heli, non solum personae doctorum veterum, sed etiam doctrinae figurantur. Quid est ergo quod puer Samuel Heli oblati asseritur, nisi hoc quod aperte cognoscitur, quia quisquis praedicando, aliis prodesse nititur, non solum noua scribere debet, sed etiam vetera. Vnde & dominus in Euangelio per parabolam dicit: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Samuel ergo Heli tunc offerri, cum mens bene proficientis subditi Legis, & Prophetarum scientia eruditur, vt in libris antiquorum occidentem literam legat, sed etiam secundum spiritum viuificationem intelligat: & sic quod foris sonat, accipiat, vt praeter elementorum sonum, quod intus insonet spiritus, recognoscat, & ad fidem noua habeat, sed quoties necesse fuerit, ad noui testamenti confirmationem scripturas veteres adducat. Tunc quippe defendere noua poterit, cum eorum rationem ex veteribus agnoscat. Aperte igitur Samuel Heli oblati asseritur, quia solum sufficienter noua praedicat, qui eam rationem, qua intelligenda sunt vetera, non ignorat. Et quia eadem scripturas veteres intelligere sine praepatore non possumus, & doctor nihil in nobis docendo proficit, si quod ipse foris loquitur, in cordibus nostris per diuinam gratiam non fundatur, mater non solum la puerum obtulit, sed cum viro. Ei autem, cui filium tradit, se cum verbo praeconijs Anna insinuauit, dicens, Obsecro mi domine viuit anima tua, ego sum illa mulier, quae steti coram te hic.) Coram Heli Anna stetit, quia sancta ecclesia doctorum synagoga nullis persecutionibus corrui. Quod tale est, ac si dicat ecclesia gloriam synagoga praepositis. Idcirco orbem parere per Euangelium Deo potui, quia aduersa, quae mihi intulistis, iuuicta toleraui. Nam si poenis victa vetustati me subderem, nouam redemptori tot nationum sobole nequaquam genuissem. Et quia humiliter loquitur, obsecrando dominum vocat. Quia vero ei vita aeternae pignus in fide redemptoris dare appetit, dicit. Viuit anima tua.) Sed quae se stetit gloria est, magna de se protulit. Et quia eadem magna humiliter, non superbe dixerat, ea protinus ad laudem omnipotentis dei retulit, dicens. Oraui, & dedit mihi dominus petitionem quam rogavi eum, idcirco & ego commendaui eum domino.) Diuina gratia ad hoc sanctae ecclesiae filios tribuit, vt eos doctrinae veritatis instituat, bonis moribus exornet, pia super eos custodia vigilet, a malo declinare perfectae faciat, & ad aeternam patriam sufficientem bonorum operum copia praeparare. Haec praefecto ministerij pastoralis sunt, sed electus praedicator ea suis viribus implere posse diffidit. Quia ergo nec sua virtute aliquos per euangelium potest gignere, nec quos generat,

K  
Mat. 7.

2. Cor. 9.

L

M



**A** generat, custodire, recte per Annam in ecclesie typo nunc dicitur. Orati, & dedit mihi dominus petitionem, quam rogaui eum. Idcirco & ego commendavi eum domino, cunctis diebus quibus fuerit commendatus domino. Nam ut gignere possit, oblectat, & ut hi, quos orando obtinet, in sancta conversatione permanent, eos item omnipotenti deo precibus commendat. Et quia ab eisdem precibus nunquam desinit, cunctis diebus se commendare filium deo dicit. Cunctis namque diebus domino filium commendare, est ei pro eorum salute, quos generat, omni huius vite tempore supplicare. Dies namque quibus domino commendamur tempora presentis vite significant. In quibus profecto diebus tanto validioribus divinae protectionis auxiliis indigemus, quanto gravioribus spirituum malignorum tentamentis impetitur. Quia vero in plerisque codicibus non commendatus, sed commodatus legitur, a bono intellectu non vacat. A matre quippe ecclesia in hac vita filij commodantur. Quicquid vero commodamus, id reddi nobis in fide excipientis expectamus. Dies vero virtutum spiritualium, claritates sunt. Quibus profecto diebus Annae filius domino commodatur, quia ei sancta ecclesia electos offert in claritate virtutum, ut eos postmodum ad augmentum sui aeterni gaudij sibi omnipotens deus exhibeat in splendoribus pramiorum. Et notandum quia omnibus diebus commendatus asseritur, ut ei de eo quod habendum est de spiritali conversatione, nihil desit, quem praedicator electus in aeterna vita recipere tenebrosum ex aliqua parte non poterit. Sequitur. Et adoraverunt ibi dominum. Et nos membra sanctae ecclesiae, cum per scripturas testamētū veteris, venerationi, & praeepto conditoris summittimur, ibi profecto dominū adoramus, quia patrū veterū fidē tenemus, & eadē fidē p dilectionē in bono opere exercemus.

Caput. I.



**H**aec de principio typica expositione protulimus, nunc in eiusdem verbis historia, eruditione nostram per mortalem significationem requiramus.

Fuit vir vnus (inquit) De Ramatha Sophim. In hoc viro vno, quid recte quam vnusquisque nouus seculi contemptor designatur? Vir namque dicitur, quia propositio sortis est, vnus vero, quia amore singularis, vir namque est, quia ex magna virtute cuncta praesentia despicit, sed vnus, quia sola omnipotentis dei specie frui concupiscit. Quisquis enim perfecte terrena despicit, vir est ex fortitudine, sed si conditorem suum ardentem videre non cupiat, non est vnus ex intentione. Perfectio igitur viri, in praecouio ponitur vnitatis, ut qui seculum potenter despicit, mentem non diuidat, solis supernis inhiat, ad ea tantum quae de

si in fronte praelata, portat. Sed diuini amoris sublimitas, in sola catholica ecclesia veris electis impenditur. Bene ergo vir, qui vnus dicitur, De Ramatha Sophim, de monte Esraim fuisse perhibetur. Ramatha quippe, ut iam dixi Hebraeum nomen est, sed latina locutione, dicitur visio consummata. Quae profecto appellatio sanctae ecclesiae conuenit, quae antiquitus a prophetis praesulsa est, sed in finem seculorum, in redemptoris fide disposita. Consummata ergo visio sanctae ecclesiae dicitur: quia per redemptorem humani generis creata est in religionis culmine, quae olim tantum prouisa erat spiritu prophetiae. Haec autem Sophim, esse describitur in monte Esraim aedificata, quia contemplatione dei cellissima est, & spiritalibus virtutibus foecunda. Sophim quippe specula dicitur, Esraim fructificans. Quae profecto vocabula situm sanctae ecclesiae recte insinuant, quae non solum intentione visionis alta est, sed excellentia conuersationis. Quibus etiam vocabulis, & haereticorum dementia, & caeterorum improborum sterilitas reprobatur. Illi quidem dum a rectitudine fidei deuiant, speculationem sublimitatis non habent, illi vero, quia recta vident, quae agant, & ea facere semper dissimulant, speculam quidem habent, sed virtutum montem excellenti vita non obtinent. Sancta vero ecclesia: quia in Sophim, id est, in speculatione sublimis est, gloriatur, dicens: Nostra conuersatio in caelis est. Quia etiam in virtutum monte per boni operis fructum constituta est, etiam reproborum fidem reprobat, ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc item praedicans, dicit: Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Vir ergo, qui vnus dicitur, de monte Esraim esse memoratur: quia & terrena despiciere, & superna desiderare, ei solum prodest, qui per fidem catholicam intra sanctam ecclesiam sese continet. Sequitur. Et nomen eius Helcana, filius Hieroboam, filij Helij, filij Thau, filij Suph. Hoc etiam nomen superius ostendimus, quia ab Hebraea lingua, in nostram dei seruiore verteretur. Quod profecto nomen viri, bene congruit ordini spiritalis expositionis. Qui enim vir vnus dicitur, necesse est, ut ex dei seruiore censeatur. Quis enim aut temporalia despiciere, aut amare caelestia sine diuina gratia possit? Necesse quippe est, ut hunc gratia diuina praeniat, quatenus Spiritus sancti igne succensus, quanto ardentius summa diligit, tanto fortius ima contemnat. Cui etiam in genealogia ordine quatuor patrum nomina perscribuntur, quia in fide redemptoris eorum praedicatione genitus est, qui in eundem humani generis redemptorem, per quatuor Euangelistarum scripta, de omni mundi parte credidere. Qui etiam Esrathaus dicitur. De monte Esraim, & Esrathaus est, qui in fertili terra, sterilis non est. Nam plerique intra sanctam ecclesiam nomine censentur fidei, cuius nullos proferunt fructus actionis. Qui nimirum dum de ecclesia procedunt, velut de monte fructifero esse sentiuntur, sed quia ipsi bonorum operum non habent fructum, non sunt Esrathaei. De monte ergo Esraim est, & Esrathaus non est, qui fidem catholicam in ecclesia didicit, sed opera digna fidei non impendit. Talibus profecto veritas in Euangelio comminatur, dicens: Auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti, facienti fructum eius. Hinc sub ficulnea specie, colono sanctae ecclesiae repulsionem infructuosae animae imperans, ait: Succide eam, ut quid terram occupat? Hinc Ioannes Baptista comminans, ait: Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. De monte quoque Esraim eos esse ostenderat, sed non Esrathaeos, de quibus veritas in Euangelio per parabolam dicit: Malos male perdet, & vineam suam alius locabit agricolis, qui reddant ei fructum in temporibus suis. Vir ergo de monte Esraim, dicitur Esrathaeus, quia quicumque intra sanctam ecclesiam fidem catholicam tenemus, dum per ardorem affectionis, terrena abiciamus, caelestia amamus, oportet & ut a terrenis, quae despiciamus, per boni operis laborem separemur, & ad ea quae diligimus caelestia praeparemur. Esse ergo in ecclesia, & opera bona non facere, quia ad acquirendam aeternae salutis bonum non prodest, vir qui de monte Esraim asseritur, etiam Esrathaeus fuisse memoratur. Vnde & duas uxores ha-

Philip. 3.  
E  
Iaco. 2.  
Gala. 6.

F  
Luc. 21.

Luc. 3.

Mat. 23.

Moralis.

Psal. 72.  
Psal. 26.

Luc. 10.

Act. 4.

Psal. 41.

Luc. 14.

Monach. qu.

**G** bere describitur: quia actiue vite per fecunditatem boni operis, & contemplatiue vite coniungitur per amorem internae delectationis. Quam ob rem Fenennae filij fuisse dicitur, Annae autem filij non fuisse. Quid enim sunt actiue vite filij, nisi bonorum operum fructus: Et quid est quod Anna filios non habet, nisi quia rudis cōtemplatio, ea quae iam amare cepit, internae contemplationis gaudia cito non obtinet? Filij quidem sunt contemplatiue vite gaudia internae visionis. Sed mens, quae contemplari aeterna inchoat, ad eorū gaudia excipienda, tanto difficilius peruenit, quanto etiam illorum pulchritudinem non attendit. Quis ergo in gloria eius pulchritudinis gaudere praevalet, quam non videt? Mens autem, quae in aeternorum bonorum contemplatione se non inter eleuat, ad ea tanto tardius assurgit, quanto humanitatis suae familiares tenebras velociter non deponit: quia dum a se abicere mundanas curas non praevalet, velut in oculis gestat puluerem: quo id quod cupit, videre non potest. Prius ergo abiciendus est puluis ex oculo, deinde oculus refouendus. Puluis quippe abicitur, cum ab intentione mentis cuncta rerum corporearum phantasmata remouentur: & oculus refouetur: cum vsu continue meditationis, eadem mentis intentio ad aeterna sustollitur. Quae profectio cum diuturna consuetudine in supernis morari didicerit, eadem diuturnitate consuetudinis, puritatem obtinet: qua dum clarius aeterna respicit, in eorum gloria exultare plenius possit. Anna ergo non habuisse filios dicitur, vt non solum inchoantis imperfectio designetur, sed etiam vite contemplatiue celsitudo. Magna enim meritorum sita est culmine, quae in fecunditatis suae gaudio facile haberi non potest. Hinc est enim quod **Gen. 29.** Jacob Rachelem coniugem habere desiderat, sed tamen ei prius Lia subternitur: vt pro obtinenda illius specie, septenarius amorum numerus in foceri seruitio geminetur: quia amator vite contemplatiue, hanc in vbertate aeterni gaudij cito adipisci desiderat, sed tamen ei omnium donorum largitor Spiritus cito non tribuit, ne habitā quasi vile despiciat, si facilitas ei hanc p voto representat: sed tato ea fruatur dulcius, sollicitiusque custodiat, quanto hanc difficilius pmeret. Quare & sequit. Et ascendebat vir ille statutis diebus, vt adoraret & immolaret domino exercitiū in Sylo. Statutis quidem diebus ascendit: quia in splendoribus aeternae visionis paulatim proficit. Quid enim sunt illae manifestationes interni luminis, nisi dies electae mentis: & statuti nanque dies sunt: quia in profectu spiritualis vite positus, diuina ordinatione disponuntur. Statuti etiam dies sunt: quia in eorum claritate non possumus admitti, cum volumus: sed cum diuina dignatione subleuamur. Aliquando nanque nos in contemplatione internae lucis excipit, quandoque labi vsque ad perferendas humanitatis tenebras relinquit. Quasi enim statutis diebus eleuat, quibus amoenitatem internae lucis non iugiter aperit, sed per tempora suae dispositionis ostendit. Dies ergo nostri sunt, quia in magnis splendoribus excipimur, cum internae gloriae nobis pulchritudo reuelatur. Statuti verò dies idcirco nominantur: quia vt intima luce fruamur non est nostri conaminis, sed diuinae dignationis. Saepe nanque diuturno silentio, instantibus supplicationibus, crebris gemitibus, illam nobis internae lucis gloriam aperiri flagitamus, & in eius amoenitate recipi non meremur. Saepe nil tale pro eius desiderio agimus: sed subito nos diuina gratia praeuenit, ab imo nostrae infirmitatis erigit, in superna rapit, insperantibusque nobis gloriae suae lucis ostendit. Diebus ergo statutis ascendimus: quia in contemplationem coelestium sublimari non possumus nostro conamine, sed diuina dispositione. Ascensus quoque dies sunt: quia quando illa sublimi luce non fruimur, in imo sumus: & cum in illius alta visione assumimur, quam in imo iacuissimus ante assumptionis nostrae horam cognoscimus. Diuinitatem nos tunc nobis, in quo sumus, placemus autem, in quo sumus: quia absorpta iam mens amore coelestium, dum latatur luce, qua fruatur, cuncta terrena horrore nimio dignatur. Vnde & beatus Petrus, dum in montem assumitur, dum nube lucida obumbratur, dum ei transfigurati gloria saluatoris ostenditur, dicit: Bonum est nos hic esse domine. Nam quia iam dei omnipotentis manere meretur interesse sublimibus, incomparabile illic bonum ineffabiliter diligit, ex cu-

**Matt. 17.**


ius pulchritudine, cuncta quae transeunt, velut sceda reprehendit. Sed quid est quod idem vir de ciuitate sua ascendere dicitur? Quid verò aliud est ciuitas, nisi cohabitantium munimentum? Quae autem est haec ciuitas, nisi muniti cordis perfecta custodia circumspectionis? Haec nimirum velut cohabitantes ciues altis mœnibus protegit: quia dum custodiendis virtutibus solerter innigilat, internam eorum pacem hostis callidus non conturbat. In hac certe ciuitate nos consistere, sapiens ille praecipit, qui ait: Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Hinc etiam dominus discipulis praecipit, dicens: Vos autem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. In ciuitate quippe sedemus, cum per quotidianam sollicitudinem in internae custodiae defensione requiescimus. In qua sedentes, virtute induimur ex alto: quia preparati iam in habitaculo sancti spiritus, per eius gratiam, in supernae gloriae contemplatione subleuamur. In hoc igitur quod vir Esdrathaeus de ciuitate sua ascendere dicitur, quid aliud, quam negligētie nostrae culpa indicatur? Nam per contemplationem rimari coelestia volumus, qui non solum cordis, sed etiā corporis custodiam non habemus. Et quidem saepe indecēter aspiciamus, otiosa audimus, superflua loquimur, somnum, cibum non ad refectionem corporis habemus, sed ad vsum delectationis: itaque cum discutere ambigua volumus, superna conspiciere, tenebras nostras deserere, internae dulcedinis saporem gustare, ab illius secreto tanto dignius repellimur, quanto munitionis nostrae fortitudines negligentius dissipamus: iamque nobis tanto est ascendere difficilius, quanto ad nosmetipsos relapsi, in altitudinem custodiae erigere non curauimus cordis munitiones. Ascendat ergo vir de ciuitate sua: vt qui per internam contemplationem appetit proficere, exteriores sensus ordinet, mentem regat: & quasi in altis receptus munitionibus, expectet, vbi eum superna illustratio visitet. Ad statutorum quippe dierum ascensum iam qui paratus innigilat, dignus custodia puritatis efficitur: vt sepius diuina dignatione visitetur. Sed dum ascendere dicitur, ascensionis etiam causa memoratur, cum subditur. Vt adoraret, & immolaret domino exercitiū in Sylo. Quisquis diuinae contemplationis arce sustollitur, in illa cuncta illuminante luce respicit, & quod se mirabiliter terreat, & quod ineffabiliter delectet. Nam illa summa visio, vt electae menti se aperit: & imperscrutabilem abyssum iudiciorum Dei, & bonitatis eius abundantiam misericorditer ostendit: vt videntem magno pauore deuiciat, & ingenti gaudio sustollat, & terrore quidem deuicitur, vt statum mundanae affectionis deserat: & mulcetur gaudio, vt quod praegustare de conditoris bonitate inchoat, ardentius concupiscat. Tunc quippe adorati cum considerata illa immensitate omnipotentiae, sic conditori submittitur, vt contra spiritualem conuersationem, carnalis concupiscentiae impulsibus non leuetur. Adorans autem immolat: quia quo humiliter diuinae uenerationis prostermitur, summae claritatis illius blandimento suauiter refouetur. Adorare igitur ascendenti, est diuinae omnipotentiae magna casti amoris ueneratione submitti: immolare verò, diuinae lucis suauitate ineffabiliter delectari. Electa enim mens velut spirituali immolationi deo se consecrat: dum in illa ineffabili elevationis suae laetitia, eam ignis diuinae charitatis ardentius inflammat. Dum ergo electi cuiusque studium, sub Esdrathaeo viro ostenditur, & adorare dicitur, & immolare: quia sic mens electa appetit superna conspiciere, vt spirituali visione proficiens, & omnem statum conterat carnalis vitae, & plenitudinem capiat aeternae laetitiae. Nam & si ad hanc summam contemplationis altitudinem carnalis aliquis non assumitur, quantum tamen ad illam spiritualem conuersationem, in quam illo ascensu contemplationis proficit, antequam proficiat quodammodo carnalis est. Hoc enim ipsum quasi carnale est, per altitudinem visionis à corporearum rerum intentione separari non posse. Sed vt temeritas humanae audaciae comprimatur, prius adorare dicitur, postea immolare. Ordinatus quippe contemplantis ascensus est, si à timore incipiat. Timor autem ipse quid est aliud quam electae mentis ad diuinam gloriam specularandam transeuntis praordinata purgatio: eo enim purius diuinae lucis radios intueri merebitur, quo validiori timore deiecta, visioni maiestatis intimae purgator

**Prout. 4.**

**Luc. 22.**

**L**

**M**



**A** gator exhibetur. Sic ergo Effrathæi huius conuersatio foris nobis ostenditur, vt ad perfectionem tendentibus, quid intus agendum sit, rationabiliter demonstraretur. Igitur dum summæ gloriæ respici claritate appetimus, præumptionis nostræ ad hunc hunc timoris transitu præfigamus: vt quo venerabilius omnipotentem Dominum metuimus, eo perspicacius benignitatis eius gloriâ videamus. Cuius etiam timoris magnitudo, electæ menti aliquando post ostensionem lætæ visionis incutitur. Quod profectò dum fit, non fit vt mentem ad gloriæ visionem purificet: sed vt custodiat ab elatione. Vnde & Petrus, & Iacobus, & Ioânes prius transformati Domini gloriâ viderunt, deinde incusso eis timore cecidere: ne elati perderent quod humiliter assumpti videre meruissent. Aliquando ergo adoratio immolationem præcedit, aliquando immolatio adorationem: sed nimirum diuina dispositione, nõ nostro conamine. Vir quippe Effrathæus, vt prius adoraret, & postea immolaret, ascendisse describitur: quia profectò ordo ita perfectus est, vt à veneratione, quæ ex pavore diuinæ distributionis nascitur, ad speculationem lætæ maiestatis efferamur. Diuina tamen clemetia, electas mentes aliquando sic suæ dulcedinis infusione exhilarat, vt eas in timoris magnitudinem non inducat. Vnde & subditur. Venit ergo dies, & immolauit Helcana. Quid est quod dicit, venit dies, & immolauit, & non dixit, adorauit, & immolauit: nisi quia (vt superius dixi) sic sæpe diuina dignatione ad videndum gloriâ diuinæ claritatis extollimur, vt nulla tunc iudiciorum immista consideratione turbemur. Et quanquam sine magna veneratione omnipotenti Deo electa anima nunquã afficitur, tamen velut immolat, & non adorat: dum sic illa summæ gaudij felicitate fruatur, vt deiectione timoris nulla quatiatur. In hunc quippe affectum venerat quæ dicebat: Osculetur me osculo oris sui. Quem timoris affectu præterdit, quæ osculari appetit. Hinc etiam de Moyse scriptum est: quia deo loquebatur, sicut solet loqui vir cum amico suo. Nam velut veniente die, hunc scriptura sacra sic immolare ostendit, vt eum adoratio timoris nulla prostrasset. Quo in loco hoc notandum video quod vt adoraret, & immolaret ascendere dicitur: nõ tñ adorasse & immolasse veniente die, sed immolasse solũ. Alij ergo sunt dies quibus ascendimus, vt adoremus, & immolemus: alijs ille dies, qui dñ venerit, immolamus. Dñ enim nostro conamine in diuinarũ rerũ meditatione suspendimur, quasi statuti ascensus nostri dies sunt: quia quosdã spiritualis luminis radios intuemur, quosdam nosipsi nobis ordinamus, ab imo nostræ humanitatis quadam altitudine subleuamur. Sed quia his meditationibus, sine diuina gratia nihil agitur: & quia nec timorem nobis præualemus incutere: nec diuinæ dulcedinis suauitatẽ exhibere: ascensus quidẽ dies sunt, in quibus adorare, & immolare statuumus: sed tamen in eis nec adoramus, nec immolamus. Dies autẽ alius venit, & immolamus: quia subita lætæ gratiæ diuinæ respicimur, & de gloriâ maiestatis eius, inefabile percipimus abundantiam dilectionis. Hic ergo dies non est illorum aliquis, sed illos sequitur: quia nimirum si nostræ dispositione, hæc diuinæ gratiæ largitatem accipere nõ valeamus: tamen eam nunq̃ promeremur, nisi omnino curemus, vt & meditando, & quotidie legendo, & orando, & in his quæ possumus, spiritualibus claritatibus immoremur. Venisse autem dies dicitur, vt superna dignatio designetur: quia cū electas animas visitat, nõ est facultatis nostræ, sed bonitatis suæ. Sequitur: Deditq; Feneunæ, & filiis, & filiabus partes, Annæ autẽ dedit partem vnã tristis: quia Annam diligebat. Filij namq; Feneunæ sunt mentis sacræ consilia, quæ per studiũ pietatis actiue vitæ subcrefcunt. Qui nimirũ filij cum matre partes accipiunt: cum consilia pietatis, ad splendorem supernæ gratiæ, in operum bonorum pinguescunt deuotione. Pia etenim mens quo sublimius tollitur in diuina contemplatione, eo deuotius se extendit in sancta operatione. Partes namq; matris huius, & filiorum, præparationes sanctorũ operum sunt. Vnam verò partem Annæ tristis exhibet: quia per contemplationem, quæ superna desiderat, quãdã in hac ærumna tẽporis impedita, superna quæ amat, non obtinet: in solis siccibus partem refectiois habet. Ieiunã quippe se tenet, quoties se proiecit ab æternis gaudiis memorans, flere non potest. Partem igitur vnã à tristi accipit: quia nunquã pro voto reficitur, nisi

cum flendo satiatur. Quã ei vir Effrathæus tristis tribuit, qui cū patrem Feneunæ tribueret, tristis non fuit: quia videlicet lætatur in præparatione bonorũ operum, quia supernis, quæ amat, quãdiu differtur gaudiis non lætatur. Hanc certè partem Annæ tribuerat, qui æternis se intuens exclusum bonis loquebatur, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dñ dicitur mihi quotidie vbi est deus tu? Sed inchoãtis adhuc imperfectio designatur, dum Effrathæi cõiunx altera, alteram affligere, & vehemeter angere perhibetur. Perfectio enim cuiq; eo nequaquã pugna committitur vxorum: quo firma iam experientia nouit, discrete disponere indigentiam operis, & intentionem contemplationis. Nã velut in pace vtrãque vxorem possidet, qui nec tempora operis cõtentioni deputat: nec contemplationis ocia, per intentionem operis inquietat. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehemeter angebat: intantũ, vt exprobraret ei quod concludisset Dominus vuluã eius. Ab æmula Anna affligitur: cū immoderata intentio boni operis, turbat quietem internæ visionis. Affligitur, cum ei illa præponitur, quæ esse nobilior cõprobatur: & vehemeter angitur, quia electæ mentis contemplatio angustatur, dum is qui in contemplatione sublimiũ esse desiderat: sese in actiue vitæ operibus immoderatus dilatat. Angere quippe, stringere est. Mentis quippe visio stringitur, cū impedita occupationibus operũ, in illa internæ lucis immensitate nequaquã dilatur. Et quia hanc vehemeter angere dicitur, notandũ est: quia etiam boni operis immoderata sollicitudo contemplationi non parũ nocet. Feneunã quippe Annam vehemeter angit: quia mens, dñ actiue vitæ immoderate impenditur, valde difficile est, vt eum ad disponenda terrena se occupat, in visione cœlestium potenter surgat. Cui etiam velut sterili Feneunã exprobrat: quia dum ex actiua vita bonorũ operum fructus cito proferimus, & ad internæ contemplationis gaudia facile pertingere non valeamus: sterili ista cernitur, dum rudes de eius fecunditate desperamus. Dum ergo pro fecunditate Feneunã diligimus, Anna affligitur, angitur, & sterilitatis opprobrio notatur: quia dum bonarum actionum sollicitudine non ea qua debemus discretionem restringimus, puritatem contemplationis tanto nobis difficiliorem reddimus: quanto nobiliorem vitam excellenti studio nequaquam retinemus. Sed quia ad altiora inchoauit ascendere, si fortis est in suo proposito, huiusmodi tentamenta tolerans, nõ desperat. Nam ad ea quæ cepit alta contemplationis inuitur: & de actionis cibo consolari despicit, qui in sola conditoris specie delectari concupiuit. Apte itaque subditur. Porro Anna flebat, & non capiebat cibum. In fletu quippe ardens desiderium diuinæ contemplationis ostenditur: in dedignatione verò cibi, despectũ lætitiæ transeuntis. Mens enim quæ feruētibus desideriis interna desiderat, dum terrenæ lætitiæ blandimentum respuit, dum instantibus gemitibus infundit sibi supernæ lucis amoenitatẽ expetit, flet vtiq; & cibum non capit. Hunc nãque cibum fastidiebat, qui dicebat: Renuit cõsolari anima mea. Sed qui cibum solati capere de oblectamento rerum conditarum dedignatus est, epulas deliciarum suarum, quia in solo conditore inuenerit, dicit. Memor fui dei, & delectatus sum. Ad has profectò epulas silentem conjugem hortabatur, cum diceret: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus. Quæ nimirum exhortatio hic quoq; cognoscit, quia à viro suo, Cur fleat, & quare non comedat, & afflictu cor habeat, interrogatur. Quasi dicat: cur de non habita contemplationis perfectione contristaris, quam si rudis non obtines, proficiens obtinebis? Vnde & quæ afflicta ab æmula comedere noluit, à viro cohortata manducauit: quia quæ saniori consilio ima despicit, perfectionem contemplationis habet in spe, quã nondum habet in virtute experientia. Fere enim deficienti, & collapsæ contemplationi spei renouatæ gaudium cibus est. Ad viri ergo sui vocem Anna reficitur, cum contemplationis intentio concussa per tentationem, ab eo qui se amare ceperat, ad spem sui profectus excitatur. Vnde sumpto cibo surrexit, omnipotentĩ deo preces fudit, atq; ei sexum virilem, si hunc ab eo accipere mereretur, vouit. Natum filium omnipotenti deo vouet, qui gaudium contemplationis ad fructum mentis expetit, non ad

Psal. 41.

E

F Psal. 76.

Psal. 42.

**G** fauorem vanitatis. Sed bene petentibus, in contemplationis desiderio carnales praepositi obistere vehementer solent: eo quippe ineptius agere secretiorem vitam appetentes cogitant, quo ipsi vim internae dulcedinis ignorant. Qui si aliquando in spirituales subditos voce asperae inuentionis seruiunt, ab eis humillima ratione sedandi sunt. Nam si se irratiōnabiliter contra recte agentes erigunt, reuerentia superioris ordinis exigit: vt tunc honorentur, cum modum rationis excedunt. Quos sane utrosque, & carnales scilicet prelatos & spirituales subditos, bene Heli, & Anna insinuant: nam cum ille ante postes templi domini sederet, & Anna oraret, os eius Heli obseruauit: & eam ebriam vocauit. Sed haec, quae iniurias patienter sustinuit, humilitatem responsi exhibuit, cum veritate rationis. Ancillam se eius asseruit, ex multo dolore & moerore loqui, & furentem in se animum non solum sedauit: sed etiam pro consequendo fructu sui desiderij, ad orationem conuertit. Sed quia haec vltima ad historiam diximus, non ab re agimus: si in his sacrae historiae verbis eruditionem nostram paulo subtilius requiramus. Si ergo rerum ordo requiritur, prius manducauit, & bibit, dehinc amarum animum habuit, orauit dominum fletu largiter, postea votum vouit, & preces multiplicauit. Quid multiplicatio precum Annae, nisi illam electorum perfectionem significat, ad quam nos doctor

1. Thef. 5. d.

**H** sine intermissione est per affectum supplicationis, conditori semper assistere. Qui autem imperfectionis adhuc infirmitate deprimitur, eo sine intermissione dominum non obsecrat: quo in ipso etiam orationis tempore, a conspectu eius mentis elabitur vagatione. Bene autem ante precum multiplicationem, votum vouisse sancta mulier dicitur: quia nisi quis se totum caelitem per propositi rigorem exhibeat, eo saepius ab affectu supplicationis educitur: quo mobilitate mentis in gyrum mundanae intentionis vertitur, & in conspectu domini, per fortem custodiam non tenetur. Sed spiritali proposito sese vouere electi mens caelestibus gaudiis poterit, si largiter fletu iam nouit: si fletuum largitate supernae dulcedinis saporem gustare iam didicit: atque in illius internae refectionis suae gaudio occupata, respicere terrena fastidit. Aperte igitur ante votum suum fleuisse largiter Anna describitur, quia totum sese quis exhibere sic caelitem terrena obliuiscendo non poterit: nisi magnis accessus fletibus: in mortuae iam mundo mentis solatio delectationis, intimae recipere suauitatem nouit, & quia in gaudio animae hoc lachrymarum solatium non recipitur, si se prius non afficit per amaritudinem compunctionis: & quicquid in se de labenti uiuit latitiae, salubris tristitiae pugione transfigit: Anna amaro animo ante fleuisse relata est, & sic largiter flere potuisse. Quod bene Salomon insinuat, dicens. Cor quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscetur extraneus. Extraneus quippe est, qui adhuc de bonis exterioribus intentionem delectationis habet. Qui certe in gaudio amaritati cordis non recipitur: quia non potest experiri, quae sit interna latitiae, nisi qui perfecte contemnere exteriorem curat. Sed notandum adhuc, quia ante ista omnia surrexisse, relata est: & antequam surgeret comedisse, & bibisse. Quis est cibus electae animae, nisi iuxta veritatis vocem, Omne verbum, quod procedit de ore dei: & quid est ei surgere, nisi se ad statum supernae intentionis erigere? Ante ergo surrexisse quam amaro animo fuisse dicitur: & antequam surgeret manducasse & bibisse: quia electa anima de aeterna vita praesentis, dolere non poterit, si sese ad illa, quae in caelestibus perdidit, non extendit: & se ad illa summa non eleuat, si a scripturae sacrae pabulo ieiunat. Vt surgamus ergo, manducamus, & bibimus: quia tum ad altitudinem superni amoris erigimur, cum scripturae sacrae profundis, & planioribus sensibus roboramur. Dehinc si surgamus, amaritudinem cordis acquirimus: quia dum in superna per amorem serimur, quae in imo sunt, non nobis praebent blandimenta gaudi: sed asperitatem afflictionis. Sed iam ab amaro animo, ad fletuum fluentia conscendimus: quia cum iugi, validaque compunctione transfigimur, ea mala, quae in hac valle lachrymarum incurrimus, & futura quae timeamus, & aeterna bona quae amisimus, flere copiosius valeamus. Hinc

Prok. 14.

Mat. 4.

verò ad vouendorum votorum secreta procedimus: quia dum ab omni quod foris libet, fletuum nos largitas sepelit: velut totos effectus caelites, supernis obtutibus ostendit, & vota uenemus, quibus sic aeterna bona placeat, vt mens nostra per nulla terrena, atque carnalia se inquinat. Dehinc profectus nostros precum multiplicatio sequitur, quia eo iam libetius saepius, & instantius aeterna orando, quaerimus, quo in solo futurorum bonorum solatio respiramus. Mane autem adorant, & in ciuitatem suam reuertuntur. Post multiplicationem precum, cum Anna coniuge mane adorare, est inter magna virtutum dona, humilitatis virtutem custodire: & quia in illa sublimi visione diutius stare non potest anima, quae adhuc ista corruptionis sarcina praegratur, apte in ciuitate sua reuersi referuntur. Electa enim anima, cum infirmitate praegrante, a Dei contemplatione repellitur, vt redire in eandem visionis altitudinem valeat, debet habere constructa aedificia munitionis, quatenus ad semetipsam relapsa, in alto se teneat, vnde iterum ad eandem intimam claritatis altitudinem confurgat. Quod & sub typo Hierusalem, electae animae per Prophetam dicitur: Sta in excelso, & vide iucunditatem quae ueniet tibi a deo tuo. Quasi dicat, & si manere iugiter in Dei contemplatione non potes, ne usque ad ima deponaris: vt ab altis custodiae tuae turribus, ad eum contemplandum, sine difficultate conscendere, quem desideras, possis. In Ramatha quidem ciuitatem suam reuertitur, si cum a diuina maiestatis visione repellitur, in sanctorum angelorum contemplatione retinetur. Sed cum de ista subtiliori natura, id est angelica cogitare non praeualeat, si ad beatos martyres, vel electos alios, qui iam aeternitate recepti sunt, meditando recurrit (quia de perfecta eorum gloria cogitat) nimirum tunc in sua ciuitate recipitur, qui morari in sublimibus prohibetur. Bene autem eadem Ramatha ciuitas sua dicitur, quia quam familiariter diligit, suam esse indubitanter credit. Suam namque hanc ciuitatem esse cognouerat, qui dicebat: Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia edificationem habemus ex Deo, domum non manufactam aeternam in caelis. Hinc iterum dicit: Hierusalem, quae sursum est, mater nostra est. Sed qui in illa sublimi ciuitate reuerti non potest, redeat nihilominus in ciuitatem suam Ramatha, & qui ab altissima illa deponitur, in istius ecclesiae adhuc in imo peregrinantis, sed sublimis vitae fulgore radiantis, visione teneatur. Eo quippe hinc iterum redire ad reuiscendum iubar alti verique luminis poterit, quo eum sensum, quem carnis sarcina ab internae lucis secreto retrahit, usque ad terrae infirma non deponit. Quid est autem quod post dierum circulum Anna concipit, & parit, nisi quia gaudium perfectae deuotionis, contemplatio ad conditoris pulchritudinem semel eleuata non suscipit: Post dierum ergo circulum concepisse, & peperisse dicitur: quia dum ex consuetudine contemplatio ad superna rapitur, in visione superni luminis munus accipit desideratae fecunditatis. Circulus namque dierum est infusus diuinae lucis. Quae profecto in suo ambitu diebus pluribus cingitur, dum vna sua claritate mentem irradiat, sed sui splendoris radios, per vices dispensatae manifestationis ei insinuat, quousque perfectius gaudium, de ampliori manifestatione comprehendat. Vel certe post dierum circulum Anna concipit, quia nimirum quandiu mentis aciem, contemplationis ruditas in gyrum mutabilitatis concutit, ipsa mens ad percipiendum plenum internae maiestatis gaudium non assurgit. Velut enim in quodam circulo dies transeunt, cum mens inchoantis in contemplationis se culmen eleuat, sed vix per respecti iubar luminis, eam adhuc rotantem, ac discurrentem fixam in sua luce seruat. Post dierum ergo circulum concipit, quia prius a mutationis suae vertigine instandi robur anima ducitur, & cum stare fixa ex usu in contemplatione didicerit, gaudium perfectae deuotionis in fructu suae fecunditatis apprehendit. Quod etiam conceptum parit, quando proxima ad gloriam supernae maiestatis innotescit. Natus vero puer in tribus vitulis ad tabernaculum ducitur, quia de largitate spiritualis muneris gratias referre debemus summae Trinitati. De quibus vitulis dominum obsecrans Prophetam dicit: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & red-

Abac. 4.


L

2. Cor. 6.

Gal. 4.

M

Osca. 14.



**A** & reddemus vitulos laborum nostrorum. Quasi dicat: Pro largitate munerum reddemus sacrificia laudis, per obsequium laborum. In domum vero domini puer offerendus adducitur, cum sacrae mentis profectus, sanctae ecclesiae doctoribus repletur, ut dum collatione sapientium discutitur, fraudes calidius nequaquam maculetur. Potest & domus Domini aeternam patriam designare. De hac quippe Psalmista exultans, dicit: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. In domum domini puer adducitur, cum electa mens in alta sustollitur, & de omni, quod spiritualiter proficit, omnipotenti deo gratias referre latagit, a quo profectus sui sibi impensa munera recognoscit. Bene autem vnus vitulus immolatur, cum tres delati referantur: quia & si personarum Trinitas, confessione fidelium in diuinis laudibus canitur, earundem personarum inseparabilis vnitas praedicatur. Sed qualis aut quanta sit laus, si deuota non sit? Aptè itaque tribus vitulis, totidem farinae modij coniunguntur, vt de eo quod in dei laudibus ore dicimus, per deuotionem satiemur. Nam sine farina vitulum offert, qui in dei laudibus verba quidem edit, sed mente vaga ad ea, quae loquitur, non intendit. Sed si verba dei laudando vel orando proferentes hilarescimus, dum intelligentiae miscemus gaudium, alius vini, quod laetificat cor hominis, amphoram farinae sociamus. Hoc profecto insinuat, qui exoptans ait, Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus, & metuat omnes fines terrae. Quasi tres vitulos ad tabernaculum duxit, qui deum laudans diuinitatis eius nomen repetendo, personarum proprietates exposuit. Sed cum metuunt, non eos sed eum dixit, profecto qui tres adduxit vitulos, vnum immolauit. Et quia farinae vitulis, & farinae vinum miscuit, gloriatur, dicens, Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Dum enim clamaui, quasi ad immolandum sacrificij vitulum duxit, sed sub lingua sua exultare non posset, si alta precis suae verba non intelligeret. Cum clamaui ergo, intellexit quae clamaui, & exultauit in oblatione omnipotentis dei, non solum vitulum habuit, sed etiam farinae modios, & amphoram vini. Igitur vitulus farina, & vinum, laus est Dei, intellectus laudis, & laetitia deuotae mentis. Cur autem modium, & amphora, in Dei oblatione nominantur, nisi quia mensurae sunt nomina? Hoc etiam quid spiritualiter indicet, Paulus exponit, dicens: Vnusquisque donum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius vero sic. Hinc veritas dicit. Mensuram bonam, & confertam & coagitatam dabunt in sinu vestro. Hanc nobis mensuram custodire sacra scriptura praecipit, dicens. Supra te omnis ne leuaueris. Sed electae animae valde cauendum est, vt haec tria omnipotenti Deo ardore pie deuotionis offerat, & studio manifeste veritatis. Vnde & eiusdem Annae filius, sacerdoti oblati asseritur. Quod profecto & nos agimus, si cum in sancta conuersatione proficimus, cum fecundis iam mentibus spiritualium gaudiorum fructum proferimus, ad praelatorum nostrorum examen ducimus omne, quod in nobis ex superna contemplatione generatur. Et quia electi viri inter dona sublimia, humilitatis suae bonum non deserunt, sequitur: Et adorauerunt ibi dominum. In domo Domini Dominum adorant, qui & alta mente in supernae patriae contemplationem se eleuant, sed per humilitatem omnipotenti Deo subternuntur & omni, quod in virtute Spiritus tam sublimiter eleuantur. Haec non ex ordine, sed summam ad historiam, siue moralem intelligentiam exponendo perstrinximus, vt verba spiritualis cantici: quod subsequitur secundum moralem, typicamque explanationem paulo latius indagemus.

Caput II.



**B**T orauit Anna, & ait. Exultauit cor meum in Domino. In Annae persona sanctae ecclesiae typum latere iam ostendimus. Quae nimirum nato iam puero, in domino exultare se perhibet: quia de eo quod ad fidem Redemptoris gentilem populum traxit, vanè non tumuit, sed in eo laetitiae suae intentione tenuit, a quo fecunditatis suae dona suscepit. Qui-

bus nimirum verbis sic laetitiae suae situm indicat, vt causam pariter exultationis eiusdem ostendat. Sterilis quidem fuit, pariens exultauit, vt sanctae ecclesiae mores portenderet, quae se in hanc vallem lachrymarum a paradisi gaudiis proiectam dolet, sed pro lucrands animabus exilij sui arumnas patienter sustinet. In hoc tantum exultare consuevit, si in arumna temporis, qua premitur, per fecunditatis suae gloriam, multiplicatis electis, caelestis patriae damna reparentur. Dicit ergo. Exultauit cor meum in domino, quia fructum sui propositi consecuta est. Quo in loco notandum est, quia hoc quod glorians loquitur, orasse perhibetur. Nam praetermissum est. Et orauit Anna, & ait, exultauit cor meum in Domino. Quae autem nihil a Deo petere flagitando cognoscitur, cur orasse perhibetur? Sed quia hoc futurum esse per prophetiae spiritum sancta mulier nouerat, & id fieri vehementer optabat, & exultando loquitur, & orando. Exultabat quidem certitudine futurorum, vehementer exoptans fieri, quod nouerat, reuelatione sacramenti. Sancta quoque ecclesia inde diuina beneficia amando & venerando recolat, praedicat, & orat, quia nimirum id foris loquendo exequitur, quod intus miro desiderio fieri cupit, & factum magna deuotione veneratur. Dicit ergo. Exultauit cor meum in Domino, quia munera, quae ad aeternae laetitiae fructum accipit, ad temporale gaudium non conuertit. Sequitur. Et exultatum est cornu meum, in Deo meo. Quid est cornu Annae, nisi potestas sanctae ecclesiae? Quod profecto cornu tunc mirabiliter se extulit, cum Dei filius per assumptam humanitatem, naturae nostrae participem se fecit. In eo igitur, cornu sanctae ecclesiae exaltatum est, in quo humana natura iam splendet, supra Angelos eleuata. Sed in hoc quod hunc Deum suum & salutarem sancta ecclesia singulariter asserit, synagoga repulsionem latenter ostendit. In Deo igitur salutari nostro, exaltatum est cornu nostrum, quia sublimitas ecclesiasticae potestatis, in humanitate nobis erecta est Redemptoris. Vnde & de eodem Redemptore per Zachariam dicitur, Erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum Prophetarum suorum: & quia exaltatum cornu suum refert, latenter indicat, quia ante cornu haberat, quod exaltatum non erat. Sancta quippe ecclesia ante Redemptoris aduentum cornu habuit, quia in Patriarchis & Prophetis tam recte viuendi ordinem, quam delinquentis corrigendi, potestatem diuinitus accepit. Sed tamen cornu exaltatum non habuit, quia etsi viuere iuste poterat, tamen ad Paradisi gaudia sine Redemptoris praesentia, redire non poterat. Nunc autem sanctae ecclesiae cornu exaltatum est, quia iam mundi Redemptorem venientem recepimus, per cuius gratiam non solum recte possumus viuere, sed & ad paradisi gaudia transire, quia ille iam pro nobis mortuus resurrexit, in cuius morte mors obsit, & paradisi se eius fidelibus reserauit. Exaltatum est ergo cornu nostrum in Deo nostro, quia effusa iam gratia Sancti Spiritus, in electorum multitudinem impressam Redemptoris imaginem videmus, dum qui terrena omnia respiciunt, carnis voluptates fugiunt, propria derelinquunt, tanto altiori potestate radiant, quanto haec tanta virtutis insignia, in veterum multitudine sancta ecclesia non habebat. Exaltatum est cornu nostrum in deo salutari nostro, quia quotquot eum recepimus, dedit nobis potestatem filios dei fieri. Hoc cornu exaltare volebat salutaris noster, cum dicebat. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici. Hinc item asserens, ait. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Hinc iterum repromittit, dicens. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Dicit ergo Anna. Exaltatum est cornu meum, in Deo meo, vt videlicet sanctae ecclesiae gloria designetur, quae singulare culmen potestatis obtinet de praesentia Redemptoris. Et quia iam in toto mundo distenditur, quae quondam intra Iudaeam persecutionibus angebatur, sequitur. Dilatum est os meum super inimicos meos. Qui enim inimici ecclesiae alij quam Iudaei intelligendi sunt? Supra quos nimirum dilatatum os habet, quia contra eorum perfidiam omnium gentium iam fidelium linguas mouet. Os ergo sanctae ecclesiae dilatatum est, quia per vniuersum orbem diffunditur, & dum nationes vniuersas

D  
E  
F  
Luce.1  
Ioh.1.  
Luce.10.  
Mat.16.  
Mat.19.

psal.84.  
psal.66.  
psal.65.  
Ad Cor. 7.  
Luce.6.

**G** vniuersas prædicatione veritatis erudit. Iudæorum stulti-  
tiam veluti dilatato ore reprehendit. Et quia hoc inde potuit,  
quia venientem in carne mundi redemptorem gaudenter excepit,  
causam dilatati oris exponit, dicens: Quia lætata sum in salu-  
tati tuo. ) Iam quis sit salutaris dei cognouimus. De quo etiam Esaias vaticinans, ait: Videbit omnis caro pariter salutare dei. Iesus autem nostro eloquio salutaris dicitur. De quo etiam Abacuc sibi gaudium repromittit, dicens: Gaudebo in deo Iesu meo. Ecce veterum Iudæorum vocibus dominus Iesus deus asseritur. Sed nunc Iudæi saluatorem expectant, quem deum esse nequaquam credunt. Sed fortasse hoc Iudæi in ore suo reprobare contendunt, & dum Iesum saluatorem interpretantur, deum saluatorem non vniuersi personam, sed patris intelligunt, verumtamen in eodem loco subditur, vnde vniuersi persona apertius demonstratur. Domine deus (inquit) virtus mea, constitue pedes meos in confirmatione, & super excelsa statue me, vt vincam in claritate ipsius. Ecce deo loquitur, dicens statue me super excelsa. Sed quia dicit vincam in claritate ipsius, alius vti que est, de quo dicit. Quis ergo est, de quo dicit, nisi vniuersi dei filius, quem non solum verum hominem, sed etiam deum credit? Dum ergo deo loquitur, dicens: gaudebo in deo Iesu meo, & vincam in claritate ipsius, non deum alium, sed deum personam aliam demonstrat. Hæc sunt sanctæ ecclesiæ rationes, hæc contra Iudæorum perfidiam inuincibiles assertiones, per vniuersum orbem diffusæ. Dilatatum ergo os habet sancta ecclesia super inimicos suos, quia iam auctore deo ubique cognoscitur, vnde & Iudæorum perfidia conuincitur. Causam igitur dilatati oris audiant, qui salutare dei negant: & de gaudio salutaris nostri feriantur argumento confusionis suæ. Sed feriri possunt, à blasphemis vero suis cessare nolunt. Iam dei salutare mundus excepit, omnis caro vidit, Iudæus non credit, quia (vt dixi) saluatorem expectat, qui deus non sit. Audiant ergo maledictionem Prophetæ dicentis: Maledictus homo, qui confidit in homine, & à domino recedit cor eius. In hominem Iudæi confidunt, qui credere in redemptorem refugiunt, dum Antichristum in fine mundi prestolantur. In quorum confusionem, Psalmista prædicat, dicens: Viderunt omnes fines terræ salutare dei. Quasi perfidiam Iudæorum confundat, dicens: Quid in posterum visiones differtis? Quem expectatis, iam venit, quem promissum habuistis, iam omnibus finibus terræ apparuit, cum clausistis oculos, transit, imò sic cæci facti estis, quod coram vobis tanta lux stetit, & non vidistis. Ergo iubilate deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite: psallite deo nostro in cithara, & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ, iubilate in conspectu regis domino, moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Flumina plaudent manibus in idipsum, montes exultauerunt ante faciem domini, quoniam venit, quoniam veniet iudicare terram. Quasi dicat. Quia tam immensa cæcitate premuntur, vt nequaquam videre meruerint, vos gaudete abundantius qui vidistis. Sed quam mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum sit, signa gaudij coaccruans, ait: iubilate, cantate, & psallite. Celebritatem quoque lætitiæ insinuare gestiens, instrumenta eius enumerans, dicit: Psallite domino in cithara, & cithara, & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ, iubilate in conspectu regis domino. Quid in conspectu regis, nisi in cognitione redemptoris? Sed à quantis hæc gaudiorum solennitas sit agenda, exponit, dicens: Moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. O infelix Iudæa, fines terræ viderunt salutare dei, omnis terra commota iubilat, gaudet vniuersus orbis, flumina plaudunt manibus, montes exultant, sed impia Iudæorum corda non credunt, & in cæcitate suæ tenebris liuoris poena feruntur. Sed quem blasphemare non metuunt, sancta ecclesia attentius commendat, dicens. Non est sanctus, vt est dominus. ) In descriptione redemptoris omnia incomparabilia designantur. Inde enim verus redemptor ostenditur, quod in omni, quod ad eius gloriam dicitur, ei nemo comparatur. Ille enim omnes redemit, qui omnibus excellit. Quod recte contra Iudæam dicitur, quæ eo audacius redemptorem despicit, quo multos se habuisse viros recolat, qui magna clauerunt

laude sanctitatis. Hinc est enim quod illuminato cæco, exprobrantes, dicunt: Tu sis discipulus illius, nos autem Moyfi discipuli sumus. Scimus quia Moyfi locutus est deus, hunc nescimus vnde sit. Hinc item gloriatur, & dicit: Semen Abraham sumus, & nemini seruiimus vnquam. Sed homo fuit Moyses, homo Abraham, homo Christus. Veruntamen illi assumpti ad locutionem dei, iste assumptus in diuinitatem. Illi assumpti ad ministerium, iste vt vniuersi assumptus ad regnum. Vnde & loquitur, dicens: Omnia, quæ habet pater, mea sunt. Non est sanctus, vt est dominus. ) Hoc etiam sacra scriptura testatur, dicens: Cui se infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hinc Ioannes ait: De plenitudine eius omnes accepimus. Non est sanctus, vt est dominus, quia in eo quod dominus asseritur, sanctitatis eius excellentia commendatur. Sed Iudæi Christum, quem expectant, purum hominem asserunt, & tamen suum dominum futurum, & singulariter sanctum credunt. Sed Psalmista illos reprobandus, nos ad fidei gaudium cohortatur, dicens: Iubilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Intrate in conspectu eius in exultatione, scitote quoniam dominus ipse est deus. Illi dominum vocant, qui deus non sit. Nobis ergo iubilandum, nobis in lætitia seruendum, qui talem habemus dominum, qui etiam deus veraciter credatur, qui maiestatem diuinitatis, quam in se asseruit, incomparabilibus miraculis comprobauit. Qui ergo inuisibilem eius diuinitatem abnegant, patentibus operibus credant. Sed quam mira sanctitas illa est, quæ peccatores sanctificat? Vnde & de peccatrice muliere dicit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hanc excellentiam sanctitatis, illa in fluxu sanguinis posita, cognoscens, ait: Si tetigero vel simbriam vestimenti eius, salua ero. Sed quis fidem eius assereret, si effectus fidei non pateret? Nam vt vestimentum eius tetigit, sanguis stetit. Non est ergo sanctus, vt est dominus, quia quisquis potuit sanctus existere, eius accepit munere, vt sanctus esse potuisset. Hoc namque sancta ecclesia subsequenti verbo insinuans, ad eundem redemptorem ex nimia charitate conuertitur, dicens: Neque enim est alius extra te. ) Subauditur sanctus. Extra eum sanctus aliquis esset, si absque dono vniuersi, sanctificationis spiritum habere potuisset. Sed quis hoc asserere audeat de hominibus, quod de Angelis nequaquam constat? Scriptum quippe est: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Verbum domini est vniuersi dei. Quæ profecto Euangelista Ioannes insinuans, ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Si ergo etiam Angeli sanctificati creduntur in filio, multo magis de hominibus creditur, quia extra eum sanctificationis gratiam inuenire non possunt. Potest etiam hoc sine aliqua iustificatione intelligi. Cum ergo dicit: Nec est alius extra te. ) Quid aliud in redemptore, quam diuinæ essentia: incommutabilitas designatur? Vnde & Iudæis blasphemantibus, dicit: Antequam Abraham fieret, ego sum. Idipsum in Genesi Moyfi insinuans, ait: Ego sum, qui sum. Deo enim vnigenito esse est, dissimiliter nunquam esse. Qui certe status, tanto longe est à cunctis mortalibus, quanto clarius cognoscitur, quia momenti singulis, per multa variantur. Potest hoc, & ad iustitiam statum pertinere, quia electorum esse est, in deo per iustitiam manere. Et quia vniuersi dei, deus est, extra eum non est aliquis, quia nemo electorum nisi in ipso est. Quod sic refertur ad diuinitatem eius, vt nequaquam intellectum humanitatis eius euacuet: quia iustus esse non potest, qui fidem non habet diuinæ incarnationis, Iudæi ergo per hæc singula verba feriuntur: qui dum redemptorem contemnant, Antichristum expectant: qui deus non esse liquido comprobatur. Vnde & per beatum Iob dicitur: Habitent in tabernaculo eius socij eius, qui non est. Tabernaculum Antichristi est, amor perfidiæ: quo fidelis contradicit redemptoris. In quo nimirum tabernaculo Iudæi nunc permanent: quia dum perfidiæ suæ situm amantur inhabitant, contra redemptorem pugnant. Qui etiam eius, qui non est, socij esse referuntur: quia in proposito suo diabolum adiuuant, qui dum à summe illius essentia amore corrumpitur, verum esse protinus amittit. Cui nimirum non esse est, ad summam illius beatæ essentia: per amoris participationem reuerti non posse. Et quia Iudæorum populus, non

K  
Ioan. 9.  
Ioan. 8.  
Ioan. 16.  
Ad Cor. 10.  
Ios. 2.  
Ioan. 1.  
Psal. 99.  
Luce. 7.  
Matth. 9.  
Psal. 82.  
Ioan. 1.  
Ioan. 8.  
Exo. 3.  
Iob. 18.



**A** lus, non solum arduam patrum veterum cōuersationem, sed etiam miraculorum ostensionē, ad augmentum elationis habuit, subditur. Et non est fortis, sicut deus noster. Quasi inaniter gloriantem iudæam reprimat dicens. Quos magna fecisse alius, puri homines fuerunt: quem prædico, non solum homo sanctus fuit: sed etiam potens deus. Dum ergo fortitudo respicitur, excellentia indicatur, quia nimirum omni no infirma est omnis fortitudo hominis, in cōparatione deitatis. Quo tamen in loco, assertio diuinitatis non probat excellentiam operis: sed incomparabilitas fortitudinis, ostēdit veritatem deitatis. Quasi dicat: In hoc cognoscitur, quia vera protulit: quia deitatem, quam in se asseruit, incomparabilibus operibus comprobauit. Vnde per semetipsum dicit: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum nō haberent. Iam verò ipsa opera discutienda sunt. Moyses mare: Helias flumē diuisit. Dominus noster Iesus super mare ambulauit. Quid ergo est elegantius, in sicco profundū alueo, vbi iam transeuntis populo exhibere, an ipsam maris faciem viam facere? Illi quippe quia humanitatis deprimebantur pondere, in profundū solido viam, qua pergerent, requirebant: sed qui infirma humanæ naturæ, in celsitudinem diuinitatis assumpsisse cognoscitur: super aquas virtute propria ferebatur. Moyses de confortio sermonis domini splendorem vultus obtinuit. Iosue orationibus, solem fixit: sed quia deus est Iesus, coram discipulis in solis virtute resplenduit. In illius faciem filij Israel intendere non poterat: istius gloriam qui meruerunt cernere, ceciderunt: vt aperte cognosceres, quia diuinum existeret, quo humana transiret: Huic, in monte illis assistentibus, ab æterno patre dicitur. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et idcirco etiam Helias, qui ne plueret cœlum clausit: & vt plueret, referauit: in eius cōparatione quid est, qui apertis cœlis patrem exhibuit testem suæ diuinæ generationis? Non est ergo fortis vt dominus: quia quicquid virtutis Moyses ostendere potuit, dominus, non ipse fecit. Iesus autem omnia, quæ mirè gessit, propria virtute exhibuit, quia dominus etiam Moysi fuit. Non enim Moyses populo per desertum gradienti, sed dominus Manna pluit. Non Moyses, sed dominus in columna ignis per noctem, & nubis in die populum præcessit. Nō Moyses, sed verbum, quod factum est ad eum, aqua de rupe protulit. Non Moyses, sed dominus volatilia concupiscentibus exhibuit. Vnde & dominus iudæos in patrum fortitudine gloriantes, reprimat, dicens: Non Moyses, sed pater meus dedit vobis panem de cœlo. Hinc Psalmista: non Moysen inaniter efferens, sed dominum laudabiliter extollens, dicit: Fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Thanaos, interrupit mare, & perduxit eos, & statuit aquas quasi in vtre. Eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris, volatilia pennata. Dominus autem Iesus fortis incomparabiliter nō in aliena virtute apparuit, sed in sua. Vnde & ex seipso potens, paralytico imperans, ait: Tibi dico surge. Hinc etiam scriptum est: Quotquot tangebāt eum salui fiebant, à quocumque languore tenebantur. Et iterum: Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Hoc namq; in signe fortitudinis, nec Moyses, nec Helias habere potuit, vt dum incomparabilia signa innotescerent, aduentum vniuersi apertissime designarent. Recte ergo synagoga perpetuo silentio damnatur, cum subditur. Nolite multiplicare loqui sublimia. Recedant vetera de ore vestro. Quasi dicat. Dum incomparabiliter noua cernitis, gesta antiquorum reprehensibiliter effertis. Quasi enim vmbra illa præcesserāt. Sed nunc palam veri fideles hæc redemptoris nostri opera venerabiliter adorant, quia quod vmbra ibi occultatione sacramenti, in aduentu redemptoris patuit, expectasse corpus reuelandæ veritatis. Ergo si ad noua referantur, vetera non sunt, quia in spiritu sancto intellecta, vetustatem aliquā non recipiunt. De illo quippe renouante omnia spiritu, Psalmista precatur, dicens: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Vetera ergo sunt si redemptoris operibus conferantur, sed cum ad confirmanda hæc, spiri-

tualiter illa proferimus, eo spiritu, quo hæc intelligimus illa renouantur. Sancta ergo ecclesia dum iudæos, de veterum narratione reprehendit, quid aliud, quam eos acta patrum spiritualia carnaliter intelligere designatur? Synagoga etenim contra sanctam ecclesiam se tanto temerius erigit, quanto legis, & Prophetarum scientia superbius extollitur: quam suis patribus diuinitus inspiratam, sibi autē materialiter exhibitam didicit. Vnde sequitur. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. Et vt tumere desinant, subiungit, dicens: Recedant vetera de ore vestro. Iam quippe ei vetera sunt, quæ (vt dixi) per renouantem spiritum non intelliguntur. Tale est igitur, ac si dicat: Dignum est, vt ab eorum narratione sileas, quorum nouos, & splendidos sensus ignoras. Quæ nimirum & si subtiliter intelligis, tumorem arrogantiae tibi præstare non debent: quia deus scientiarum dominus est. Redemptor quippe humani generis, quia summi patris est verbum, dominus est vtiq; omnium scientiarum. Alta quippe, & magna locutus est Elia, magna locutus est Hieremias: sed profecto nihil dicerent, si hoc verbum scientiarum dominus, non eis antequam loquerentur, scientias indicaret. Vnde & frequenter in libris eiusdem Elia prophetae legitur: Verbum quod factum est ad Eliam prophetam. Frequenter & in libro Hieremias scribitur: Verbum quod factum est ad Hieremiam prophetam. Hoc verbum scientiarum dominum, Ioannes in altissimo summi patris sinu aspiciens, ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hinc Paulus scientiarum dominum redemptorem nostrum insinuans, dicit: Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dñ ergo dicit: Recedant vetera de ore vestro, quia deus scientiarum dominus est: quid est aliud dicere, nisi synagoga aperta ratione monstrare, vt tanto sollicitè tacere debeat, quanto non solum quod fiat, sed etiam à quo sint ea, quæ dicit, ignorat? Quasi dicat: Illam scientiam, quam patrum tuorum fuisse astruis, tanto tibi dare arrogantiam non debuit, quanto non ipsorum, sed vniuersi filij dei fuit: & ipsam eandem scientiam non intelligis. Dicit ergo: Recedant vetera de ore vestro, vt iudæi nequaquam deprauent, quod intelligere rectè non proualerent. Deus scientiarum (dicit) dominus est, vt quod veraciter dei esse comprobant, hominibus fallaciter non adscribant. Sed dum de verbi iactantia iudæa reprehenditur, quia nullo timore compungitur: ei etiam de occultis perfidorum cordium motibus, tormenta nunciatur. Nam sequitur: Et ipsi preparatur cogitationes. Quasi dicat. Quem blasphemare non metuis, non solum linguæ habebis iudicem, sed & cordis. Vnde & per Eliam comminatur, dicens: Ego opera, & cogitationes eorum venio vt congregem. Hinc per Moysen dominus comminans, ait: Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Et quia his verbis silentium synagoga præcipitur, videamus iam sancta ecclesia quibus fecunditatis suæ laudibus in Annæ voce gloriatur. Subdeus namq; ait: Arcus fortium superatus est. Quisnam est arcus fortium, nisi fraudulenta sœuitia iudæorum? Ex occulto quippe, quasi ex arcu redemptori vulnus inflixerant, quem gentium manibus occidebant. Sed superatus est arcus fortium: quia qui eorum vulnere obiit, à mortuis resurrexit, in cœlum ascendit, promissum spiritum sanctum discipulis misit. Vnde subditur. Et infirmi accincti sunt robore. Appellatione quidē roboris, virtus ostenditur spiritus sancti. Vnde & eundem spiritum dominus discipulis repromittens, ait: Vos autē sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Robur autem gratia sancti spiritus rectè dicitur, quā vt electi recipiunt, contra omnia aduersa huius seculi fortes fiunt. Qui vero infirmi hoc loco, nisi Apostoli intelligendi sunt? Sed infirmi profecto, cum arcus fortium tenditur, non cum virtute ex alto vestiuntur. Nam in hora Dominicæ comprehensionis, scriptum de eis est: quia relicto domino, omnes fugerunt. An nō valde infirmus tunc Petrus erat, cum interrogantis ancillule vocem timuit, & redemptorem negauit? Iam quippe superatus erat arcus fortium, annihilata sœuitia iudæorum, quia redemptor morte victa surrexerat: & tamen adhuc infirmi Apostoli, superatos fortes clausis ianuis metuebāt. Sed vbi eos robur induit, libet intueri, quā fortes fecit. Repetito quippe

D

E

Ioan. 1.

Coloss. 2.

Esa. 56.

Deut. 32.

F

Luc. ult.

Mat. 16.

Mat. 14.

Actu. 2.

tonitu

100.35.  
Ez. 4.  
100.32.  
100.5.  
B  
100.11.  
100.20.  
Mat. 17.  
100.17.  
100.16.  
100.13.  
100.16.  
Mat. 6.  
100.6.  
100.77.  
C  
Luc. 5.  
Mat. 6.  
Luc. 6.  
100.103.

**G**sonitu super eos spiritus sanctus venit, & eorum infirmitatem in mira charitatis virtutem permutavit. Coeperunt enim Christum iam robore induti predicare, qui persecutorum minas non erubescerant delitendo fugere: & qui mulierum verba timuerant, auctoritatem principum, libertate frangebant. Vicit robur formidinem, terrores, minas, & cades superavit: & quos superueniendo induit, in caelesti militia mirabilis audaciae insignibus illustravit: ut inter flagella, cades, & opprobria non metuerent: sed exultaret. Scriptum quippe de eis, hoc iam robore induti, est: Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Hinc iam predicantes, dicunt: Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incidetis. Bene ergo dicitur. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. (quia prius a mortuis resurrexit, & sic ad caelum redemptor abiit, & spiritum sanctum discipulis misit. Prius namque superandus erat arcus fortium, & post infirmi robore accingendi. Vnde & scriptum est: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quo in loco notandum est, quia hoc contra Iudaeam dicitur, quae miracula redemptoris tanto superbius despicit, quanto inter supplicia mortuum recognoscit. Dicit ergo: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.) Quali mortem redemptoris calumnianti synagoga respondeat, dicens: Noli despiciere, quod mori potuit: sed mirare potius, quia mortuus resurrexit: & gentis tuae salutem, reuiuiscendo superavit. Et quia hoc de praeterito ostendit, non solum denunciando ei loquitur, sed insultando. Quasi enim inaniter insultanti, impropere, dicens: Quid vobis profuit occidisse, quem mortis laqueus non potuit tenere? Vos occidistis, ne post eum totus mundus iret: sed idcirco post eum totus mundus vadit, quia verum se dei filium probavit, moriendo humanum genus redimere: & dum resurgendo viuentem se monstraret, & ad caelum conscenderet, & spiritum sanctum promissum discipulis destinaret. Et quia pro incredulitatis suae merito, synagoga a participatione promissae gratiae repulsa est, idipsum sancta ecclesia impropere ei, subdens, ait: Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. (Qui fuerunt prius repleti, nisi qui cognitione dei antequam caeteri populi habuerunt? Qui ergo repleti prius, intelligendi sunt alij, quam Iudaei, qui in fide conditoris fere ab ipso fuerunt principio mundi eruditi? Ipsi quidem pro panibus se locauerunt. Quid enim panes hoc loco significant, nisi mysteria diuinae incarnationis? Locus autem inueniendorum panum sacra est scriptura. Vnde & panis qui de caelo descendit, ad inueniendum se, ignorantibus, dicit: Scrutamini scripturas, quia ipsae sunt, quae testimonium perhibent de me. Pro panibus ergo se locauerant, quia omnes scripturas acceperant, ut in eis sacramenta diuinae incarnationis inuenire debuissent, sed cum panis venit, synagoga, quae se pro pane locauerat, locum reliquit, in quo inuenire panem debuit, quem quaesiuit. Scripturas quidem (ut dixi) ad cognoscendum redemptorem habuit, sed qui secundum scripturas venerat, ventientem confutauit. Famelici ergo saturati sunt: quia qui crediderunt de gentibus, dum mysteria diuinae incarnationis veneranter accipiunt, caelestem cibum habent, ad interna delectationis usum. Famelici quidem dicti sunt, quia ante aduentum redemptoris infidelitatis fama proiecti, spiritualis refectiois cibum nullum habuerunt. Vel certe famelici dicuntur, quia spiritualis cibi dulcedinem, cum magna aviditate suscipiunt. Repleti vero, qui se pro pane locauerant, audiant quem expectabant. Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Sed quia non merebantur agnoscere, respondebant. Nonne hic est filius Ioseph? quomodo dicit, quia de caelo descendi? Ipse autem quia omnia nouerat, ad delectationis suae recubitus famelicos venturos prophetabat, dicens: Amen dico vobis, quia ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum. filij autem regni proicientur in tenebras exteriores. Repleti ergo se locauerunt pro panibus, sed famelici saturantur, quia synagoga filij, in scripturis sanctis pastu fidei, de futura incarnatione redemptoris habuerunt: sed nunc pro-

fectis illis, dum gentiles in eum veraciter credunt, diuinitatis, & humanitatis eius sacramenta, in delectationis intima refectioe suscipiunt. Quia vero per egregium doctorem dicitur: Omnes eandem escam manducauerunt, & omnes eundem spiritalem potum biberunt, bibebant de spiritali confluence eos petra, petra autem erat Christus, potest rationaliter colligi, quia illi manducauerunt, & non sunt saturati, isti manducauerunt, & saturati sunt. Quod nimirum contra synagogam a sancta ecclesia recte dicitur, ut ij qui sunt sub gratia, mira celsitudine praeminere sub lege positos, designantur. Quid enim illis fuit se pro panibus locare, nisi sacramenta venturi redemptoris in scriptura sacra perquirere? Quorum profecto vnusquisque manducauit, & saturatus non est, quia futura summi vnigeniti incarnatione credidit, sed praesentem non vidit. Manducare quidem ei fuit, diuinam incarnationem in mentis desiderio dulciter retinere, & non saturari ei fuit, desideratam eius praesentiam non videre. Sed infirmi, qui robore accingendi erant, saturitatis suae praecordia ab eo, quo saturabantur pane audiebant. Beati oculi, qui vident, quae vos videtis. Amen dico vobis, quia multi reges & prophetae voluerunt videre, quae vos videtis, & non viderunt, & audire, quae vos auditis, & non audierunt. Qui enim videre volebant, iam intima delectationis panem per desiderium manducabant: sed quia videre non poterant, habebant gaudium desiderij, sed non habebant perfruitionem saturitatis. Nam & si scriptura dicat: Quia panem omnem suauitatem habentem, & omnem dulcedinem deus eis dedit, sic dicitur ab eis accipi, sicut nosci, sicut per fidem notus ab eis, per charitatis desiderium poterat concupisci. Synagoga igitur in primis patribus glorianti, ij accincti robore profertur, ut dum nouum culmen electorum conspiciatur praecellum, nequaquam inaniter ultra gloriatur. Et quia a discubitu sanctae ecclesiae cibus vitae nunquam tollitur, futura quam praeterita insinuans, ait: Donec sterilis peperit plurimos, & quae multos habebat filios infirmata est. Quae est sterilis, nisi sancta ecclesia, ut supra latius in Annae typo iam diximus? Quid est ergo famelicos saturari, donec sterilis pariat, nisi vique in mundi finem panem vitae possidere? Quod & ipse repromittit, dicens: Ecce ego vobiscum sum, vsque in consummationem saeculi. Non enim sunt nisi famelici, quos sancta ecclesia parit. Ergo donec parit, famelici saturantur: quia vsque in mundi fine, Deo filios generat, qui dum venisse in carne redemptorem credunt, panem vitae, quem desiderant, comedunt, & plenitudine replentur. Sed donec sterilis plurimos parit, ea, quae multos habebat filios, infirmatur. Infirmari synagoga est, institutione legis veteris, parere non posse. Quae enim fidem viri prioris perdidit, Diabolo iam, & non deo parit. Bene autem dicitur, quae multos habebat filios: quia dum in veritate scripturarum subiectum sibi populum antiquus erudiret, venturi redemptoris aduentum concupiscere, de complexu caelestis sponsi filios pariebat. Nunc autem, quae habebat filios, infirmata est, & filios non habet. Scripturas quidem suis auditoribus exhibet, sed quia redemptorem negat, deo filios nunquam generat. Infirmari ergo dicitur, cui spiritualis fecunditas negatur. Et quia tam synagoga repulsa, quam electio gentilitatis incomprehensibili dei iudicio facta est, sequitur: Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & subleuat. Suscitatur de puluere egenum, & de stercore erigit pauperem: ut sedeat cum principibus, & solium gloriae teneat. Quasi obstupescenti alicui de tam electae gentis repulsioue respondeat, dicens: Quid in his rationem quaeris, quae summa ratio incomprehensibiliter facit? Quod etiam genus quaerendi, doctor egregius reprehendens, ait: Homo, tu quis es, qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum factori suo, quid me fecisti sic: aut non habet potestatem figulus, ex eodem luto, aliud quidem vas facere in honorem, aliud vero in contumeliam? Tale est ergo, ac si dicat: Quia omnium dominus recte cognoscitur, opus illius, & in Iudaeae abiectioe, & in gentium electione, venerandum, & non discutiedum esse sentiamus. Mortificat quidem dominus: quia incomprehensibili iudicio, quondam electum Iudaeorum populum, a cognitione veritatis separat, & in perpetuum damnat. Viuificat: quia gentilitatem ad agnitionem sui vnigeniti temporaliter

Aho. 5.

Iaco. 1.

Ioan. 7.

H

I

Sapient. 17.

L

Mat. 23.

M

Rom. 9.

**A** temporali per fidem recipit, & ad eius contemplandam gloriam eternaliter perducit. Ad inferos ducit: quia districto eius iudicio, vltix gehenna eos puniendos in perpetuum recipit, qui per culpam perfidia a veneratione se diuidunt. Reducit ab inferis: quia gentilem populum ad fidem deuote accedentem suscipit, cui velut altus abyssi carcer extitit, immensa obscuritas erroris. Pauperem facit, & ditat: quia & repulsam iudaeam spiritualibus virtutibus spoliat: & electam gentilitatem, tam precio fidei, quam bonorum operum fulgoribus exornat. Qui etiam humiliare, & sublimare dicitur. Etenim synagoga a redemptore recedendo, sublimitatis suae alta deposuit: & sancta ecclesia redemptorem venerando, ab imo infidelitatis, vbi proiecta iacebat, in altitudinem rectae fidei, & Christianae potestatis celsitudinem surrexit. Quia ergo Dei filium iudaea contempsit, gentilitas promeruit: recte & illa humiliata, & ista creditur exaltata. Sequitur. Suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem: vt sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat. Egenus, & pauper gentilis populus intelligitur: qui de puluere suscitatus, & de stercore erectus dicitur: quia cum recipitur in fidem redemptoris, & ei minima, & grauiora peccata remittuntur. Quia enim facile puluis excutitur, & quem stercore inquinant, horribiliter foedant: puluis leuiores, stercore grauiora peccata significat. Bene etiam de puluere suscitatus egenus dicitur, & de stercore pauper erectus. In illis siquidem dormiebat, a quibus leui tantu gratiae suscitari poterat. In illis vero iacebat, quia lapsus in grauioribus, manu magni auxilij indigebat. Sed iam egenus, qui de puluere suscitatur, & is, qui de stercore pauper erigitur, audiamus, quo culmine praeferatur. Vt sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat. Qui vero principes hoc in loco, nisi facti Apostoli designantur? De quibus nimirum principibus, deo per Psalmistam dicitur. Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui domine. Quid est quod pauper cum principibus sedet, nisi quia ordo praedicatorum, de gentibus electus, in sancta ecclesia culmine Apostolice autoritatis obtinet? Cum principibus quippe sedet: quia de throno coelestis magisterij, doctrinam salutis exhibet. Et solum gloriae tenet: quia bonae fame odorem spargit, quibus dignitate praeminet. Vel certe solum gloriae tenet, & cum principibus: quia & sublimitatis honore radiat, & miraculis coruscant. Sed qui tam sublimi dignitate sustollitur, qualiter vti ea debeat, indicat: cum subiungit. Domini enim sunt cardines terrae, & posuit super eos orbem. Cardines terrae sunt extremae terrae. Nomine autem cardinum, ipsos praedicores, electos de gentibus, voluit designari. Extrema quidem terrae dicuntur: quia de vili quodammodo, & abiecta gentilitate producuntur. Qui profecto cardines domini esse dicunt, pro mortificatione propriae voluntatis. Domini quidem sunt, quia non sua quaerunt, sed quae Iesu Christi. Sed dum domini esse dicuntur singularis quaedam in eis sanctitas designatur. Qui vero domini sunt, videant: quia super eos orbis ponitur, non sub eis. Quid enim orbis nomine, nisi sanctae ecclesiae subiecta designatur plenitudo fidelium? Super cardines quidem terra: deus orbem posuit: quia praedicores ad hoc sanctae ecclesiae praepouuntur, vt eorum infirmitatem releuent: & debiles quoque ad coelestem patriam, velut superimpositum onus, portent. Non igitur se semper prelatos debent aspicere, sed quandoq; subiectos: vt disciplina cohibendis vitis praesint, sed estimatione, & obedientia ministerij, saepe subsint eis, quibus praeminet cura praelationis. Et quia magna sunt onera, quae praedicores sustinent: subdit, atque ait: Pedes sanctorum suorum seruabit. Quasi dicat: Inter onera tam immensa corruerent, si eorum pedes dominus non seruaret. Pedes quidem sanctorum suorum sunt affectus mentium. Qui profecto a domino seruantur: quia ab ipsis gratia mirae deuotionis infunditur, qua onus tantum gratanter ferunt. Seruare quidem pedes sanctorum dominus dicitur: quia tanti ponderis molem fugerent, si hoc intolerabiliter graue, non eis infusa desuper charitas leuigaret. Possunt etiam & status fortitudinis, pedum appellatione signari. Pedes vero sanctorum suorum dominus seruatur, quando eos mira fortitudine roborat: vt inter tam immensa onera, nequaquam cadant. Et quia

non pedem, sed pedes seruare dicitur, quid in vtroque pede sanctorum intelligimus, nisi fortitudinem, & humilitatem? Ne enim euamus in vtroque pede consistimus. Quicumque enim fidelibus gregibus praesunt, in via, qua ad supernam patriam tendunt, modo prospera, modo aduersa inueniunt. Ipsa enim prospera, quia elationem menti excitant, eam ad calum valde impugnant: veruntamen ne electa mens cadat, hinc subsistere nititur pede fortitudinis, inde consistit pede humilitatis. Firmum quippe statum inter vtranque tentationem retineret, si tam solida humilitate confisteret: vt nulla hanc prosperitas eleuaret, aduersitas nulla deiceret. Quid est ergo quod dicitur, pedes sanctorum suorum seruabit, nisi quia debilis est omnis virtus hominis, sine auxilio conditoris? Infirma quippe humilitas nostra, dum prosperitatis fauore mulcetur, ab ineptae laetitiae impulsu prosteritur. Infirma fortitudo nostra, dum aduersitate impingitur, leuiter superatur. Sed tristibus elidimur, laetis eneruamur: cum nos nobis omnipotens deus deserit, non cum auxilium suae protectionis impendit. Dicit ergo: Pedes sanctorum suorum seruabit: quia omnipotens deus infirmitatem nostram in ferendis subditorum nostrorum oneribus adiuuat: vt nos nec aduersa atterant, nec laeta seducant. Tunc quidem a domino pedes nostri seruantur, cum diuino auxilio roborati, obusantia mundi laeta contemimus, aduersa nulla formidamus: cum stabili patientia gratanter mala ferimus, & inconcussa humilitate sublimem animum a vana delectatione refrenamus. Possunt autem pedes sanctorum fides, & amor redemptoris intelligi. Quibus profecto pedibus gradiuntur, cum eum, quae per fidem fideles credunt, amore consequuntur. Hos profecto pedes seruari sibi a domino postulabat, qui precabatur, dices: Super excelsa statue me, vt vincam in claritate ipsius. Super excelsa statuitur, cui Redemptoris diuinitas reuelatur. Et in claritate eius vincit: quia dum eius charitatis radiis illustratur, cuncta maligni spiritus tentamenta destruantur. Statutos quidem in monte pedes tenet: qui veritatis contemplatione arduus est, & eius, quem credit, summi patris vni genitum, amore succensus. Super excelsa quidem Petrus statutus erat, qui cum domino confiteretur, dicens: Tu es Christus filius dei viui, protinus audiuit: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in caelis. Fundatus enim fide, accensus charitate, eum quem amabat, etiam praedicabat. Bene ergo de reprobis subiunctum est. Et impij in tenebris conticefcunt. Qui enim impij hoc in loco, nisi Iudaei intelliguntur: qui a pietate verae fidei sunt extranei, & redemptoris morte cruenti? De quibus recte dicitur: In tenebris conticefcunt, quia sancti super excelsa statuti, redemptorem mundi, quem in diuinae maiestatis claritate conspiciunt, aeternis laudibus consistunt. In tenebris ergo tacent impij: quia Iudaei ideo redemptorem non praedicant, quod ineffabilis eos illa claritas diuinitatis non illustrat. Scriptum quippe est: Tollatur impius, ne videat gloriam domini. His quippe tenebris damnatos eos intuens, Ioannes ait: Lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Hinc David non optans, sed prophetans dicit: Obscuretur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. In tenebris ergo tacent impij: quia etsi Iudaei diuinae scripturae verba dei laudibus proferunt, dum filium negant, deo patri nulla vobis obsequia consecrant. Deo enim silet qui patrem laudans, vni geniti laudem tacet. Sed quem crucifixum despiciunt, quando iudex venerit, expauescent. Vnde etiam subditur: Quia non in fortitudine sua roborabitur vir, dum in infidelitate, fortis in errore est: & quem credere deum contemnit, audacter blasphemare non metuit. Velut vir siquidem nunc vinci non potest: sed tunc sicut vir nequaquam roborabitur, cum is, qui eorum insidiis crucifixus est, in sua maiestate conspicietur. Tunc formidabunt eius aduersarij: quando crucifixi virtute omnia moneri conspexerint, cum eius iudicio vniuersa summitti, cum per excelsos coelos tonantia iudicia audierint aeternae suae damnationis. Vnde & subditur: Et super ipsos in caelis tonabit. Qui enim caelorum nomine hoc loco nisi sancti apostoli designantur? Quibus profecto coelis sublimitatis suae gloriam dominus repromittens, ait: Sedebitis

fil. 44.

T

Abac. 3.

Mat. 16.

Esa. 16.

Ioan. 1.

Psal. 8.

**G** Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Horum profecto celorum tonitrua, iudais dominus insinuans, ait: Ipsi iudices vestri erunt. Super Iudaeos igitur impios, tunc in caelis tonabit, quia a sanctis Apostolis, tunc terribilia iudicia suae damnationis audient: ut eorum examine sententiam aeternae mortis accipiant, quos praedicantes humiliter vitae aeternae bona persecutionibus affligebant. Quia vero de extremo iudicio ista intelligi debeant, sequitur: Dominus iudicabit fines terrae. Qui sunt fines terrae, nisi ultima huius mundi? Fines vero terrae dominus iudicat, ut aequitatis eius sententia impunita, aut irremunerata nulla derelinquat: quia dum in iudicio extrema concluditur aliqua discutienda non deserit. Tunc Sublimabit cornu Christi sui, quando omnes electos in aeterna contemplatione sui unigeniti recipiet: ut eis aeterna illa, & ineffabili maiestate praesideat, qui dum in praesentis vitae peregrinatione viuerent, secum non erat. Tunc Sublimabit cornu Christi sui, quando in celsitudine sua respicietur sublimitas redemptoris. De hac sublimitate per Ioannem dicitur: Videbimus eum sicuti est. Nam potestas, siue regnum domini nostri Iesu Christi semper aequale est: sed tunc sublimari dicitur, quando tales erimus, ut eius sublimitatem intueri valeamus: quicquid enim nunc de illa sublimitate, humana mens sibi potest fingere, omnino nihil est in illius gloriae comparatione. Nam scriptum est de illa: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. Prius ergo Christo datur imperium, deinde cornu eius sublimabitur: quia tunc sublimitatis eius celsitudo respicitur, cum nostra quoque natura a corruptionis suae imo subleuatur: cum renouationis suae integritate resurgendo suscipit, quia praecellens lumen contemplari valeat redemptoris. Si vero in cornu aliquis vult regnum intelligi, per regnum Christi sancta ecclesia designatur. Quod profecto cornu sublimabitur, quia imago nostra ad angelorum aequalitatem perducentur. Quare & de electis in Euangelio dominus dicit: Erunt sicut angeli dei in caelo. De ista cornu sui sublimitate, iterum dicit: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sublimabitur ergo cornu Christi, quia sancta ecclesia in aeterna contemplatione sui redemptoris extolletur: & quae nunc in hac valle miseriae depositionis suae poena deprimitur, absorpta tunc morte renouata, aeterni gaudii culmine subleuatur. Sed haec iam typica explanatione protulimus, restat ut in sequenti volumine moraliter exprimamus.

Caput I. Secundi libri.

Moralis.



**S**uperiori libro, dum sacrae historiae textum moraliter discuteremus, Annae fecunditatem in summe contemplationis perfectione posuimus: quia concipere menti est, de summa dei omnipotentis contemplatione ineffabiliter gaudere: parere autem, in mente conceptae charitatis insignia occultare non posse. Nunc autem parienti canticum dicere quid est, nisi conditorem, quem ineffabiliter diligit, veris praconis praedicare? Dicit ergo: Exultauit cor meum in domino, sed ea quae manducauit, & bibit, quae amarum animum habuit, quae fleuit largiter, & quae votum vouit: quia illa mens, omnipotentem deum dignè laudare potest, quae dignis agonibus, ad charitatis eius summa peruenit. Haec quidem diuturno vultu contemnere omnia didicit, & dum cuncta creata ab intentione abiicit, tanto amplius in visione aeternae maiestatis gaudet, quanto altius creaturae species, in sui amore hanc retinere non praualer. Haec ergo dicit: Exultauit cor meum in domino, quae cum contemptis omnibus, solum amat. In hunc profecto affectum venerat, qui dicebat: Quid mihi restat in caelo, & a te quid volui super terram? Hinc in deo exultans, dicit: Vultum tuum, vultum tuum domine requiram. Hinc sponsa in canticis petit dicens: Osculetur me osculo oris sui. Dum ergo dicit: Exultauit cor meum in domino, quid aliud, quam in eius se oculis inhaesisse, quem ardentè diligit, gloriatur? Et

Psal. 72.  
Psal. 26.  
Cant. 1.

idcirco illa sola haec dicit, quae experta nouit, quae vis amoris fit in thalamo sponsi. Cunctis quippe passionum victoriis illustrata, & praelata virtutum culmine, ad illam sublimitatem peruenit, ex qua per gaudium mirae deuotionis, exultationisque cor suum in deo posuit. Et quia cor suum dicit, quid aliud, quam mentis suae libertatem asseruit? Reprobi quidem corda sua non habent, quia ea diabolus possidet. Vnde & de proditore dicitur: Cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Schariotis. Si enim Iudas cor suum, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum, quam diabolus malum poneret. Quo contra electus vir loquitur, dicens: Animam meam porto in manibus meis. Quid enim aliud manus electi est, quam potestas internae libertatis? Quid ergo eis est, aiam in manibus portare, nisi internae libertatis gloriam in potestate retinere? Quotiescumque ergo grauiter delinquimus, cor nostrum nos non habemus. Quare & Hieremias, iudaeo populo grauiter delinquenti, impropere ait: Audi popule stulte, & qui non habes cor. Hinc item conuersus alter Propheta deo confitetur dicens: Inuenit seruus tuus cor suum. Dicit ergo exultauit cor meum in domino, ut libertatem mentis asseret: sine qua deum dignè laudare non posset. Sequitur: Exaltatum est cornu meum in deo meo. In cornu electae mentis intentio designatur, quae mirabiliter extollitur: cum ad eum gaudento peruenit, qui super vniuersa consistit. Vnde & cornu suum, non in alio aliquo exaltatum asserit, sed in deo. Qui enim transeuntia bona diligit, huius profecto intentio depressa, non exaltata est: quia in imo figitur, ubi per desiderium locatur. Hinc est quod in euangelio dominus dicit: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Exaltare ergo cornu nostrum volebat dominus, cum dicebat: Theaurizate vobis thesauros in caelo. Exaltatum cornu habebant ij, quibus se Paulus conformabat, dicens: Nostra conuersatio in caelis est. Sed qui ecclesia tantum diligit, si illam intimae dulcedinis suauitatem gustare non nouit: quanquam valde exaltatus sit, ad huius tamen exaltationis sublimitatem non peruenit. Ille ergo hac exultatione sublimis est, qui per incrementa virtutum proficiens, sublimitatem summam contemplationis obtinuit: non solum ut perfecte caelestia diligeret, sed etiam ut amoris perfectione, in sola omnipotentis dei contemplatione requiescat. In deo exaltatum cornu habet, qui interni luminis alta visione fruitur: in qua familiari quadam singularitate gloriatur. Quare non ait: in deo nostro, sed in deo meo. Meum namque de eo dicit, quem familiariter, ac singulariter diligit. Ad quam certe diuinæ familiaritatis dignitatem perueerat, qui dicebat: Deus meus es tu, & confitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te. Hinc Elaias ait: incredulos increpans, Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Quae ergo exultatione cornu in deo sustollitur, Deum suum singulariter fatetur: quia summa illa infusio diuinæ dulcedinis, exaltatum mentem, & sui susceptibilem, & valde familiarem facit. sequitur: Dilatum est os meum, super inimicos meos. Qui sunt inimici electae mentis, nisi spiritus maligni? Quid ergo est dilatatum os super inimicos habere, nisi omnes malignorum spirituum suasiones, amplissima sibi infusae gratiae largitate reprobare? Angustum quippe os habet, qui cunctis fraudibus malignorum spirituum, per considerationem rationis, contraire non praualer. Os quippe mentis eius, ratio est, & loqui, deliberare. Os namque repletur, cum mentis ratio per infusam sibi gratiam in contemplationem summam veritatis attollitur. Repleri quidem ei est, illustratione summam veritatis imbui. Ibi quippe discit, & quod aeternaliter appetat, & quod temporaliter contemnat. Et quia summa veritas amor est, subtilitate veritatis attollitur electa anima, eiusque rei charitate, quam didicerit, inflammatur, & tanto strictius seruat magistrum, quanto seruentius id sibi inuiserat vis amoris. Cui nimirum etsi maligni spiritus mala suggerunt, dilatati oris apertione confunduntur, quia veritate summam sapientiae instructa, & summi amoris facibus accensa, habet iam contra suggestionem erroris, immensam lucem sapientiae: habet & contra oblatam mundi huius pomam, ineffabilem charitatem. In immensitate lucis videt, quae reprobet, sed per vim summam charitatis amat inepta reprobare, quae nouit. Per sapientiam

Ioan. 11

Ioan. 11

L


Mat. 6.

Philipp. 3.

Psal. 116.

Es. 47.

M



A pientiam mala suggesta reprehendit, sed in virtute charitatis deprehensa redarguit. Os ergo super inimicos dilatat, quae ex abundantia rationis, contra daemones multa deliberat: & coacutus eorum obiecta destruit, quo id, unde mala suggesta reprobet, in sublimibus agnoscit. Unde protinus cantam infimam, ait. Quia letata sum in salutare tuo. Quod perfecto tale est, ac si dicat: Quia exaltatum est cornu meum in deo meo. Hoc certe est letari in salutare dei, quod exaltatum cornu habere in deo suo. Quod non de qualibet letitia salutaris accipitur, sed de illo perfectissimo gaudio, quo electa, perfectaque anima more sponsae, gaudet in sponso. De qua nimirum letitia David obsecrat, dicens: Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Quae ergo dilatum os habere super inimicos suos se gloriatur, in salutare dei prius letata fuisse describitur: quia illa beata mens valide reprobare malignorum spirituum suasiones poterit, quae in redemptoris diminitate per cōtemplationem sublimiter assumpta, ex eo & sapientiae accipit magnitudinem, & plenitudinem charitatis. Quem perfecto dignis laudibus praedicat, dicens: Non est sanctus, ut est dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis, sicut deus noster. His namque Annae vocibus, quae electa anima hoc redemptori clamat in laude, quod ab ipso credit in munere. Sed ex hoc pia confessionis ordine, ordo innuitur, quo eadem muneris bona, quae seriatim protulit, consequamur. Sanctus itaque dominus & fortis asseritur, a quo sanctificamur, ad requiem ducimur, & glorificamur. Sanctificationem a domino accipimus, in virtute regenerationis, esse autem, id est quietem ab huius mutabilitate corruptionis in terminatione exili, fortitudinem, in triumpho resurrectionis. Primum itaque horum munerum, in ista vita consequimur, cum electi cuiusque anima in carne est, sed utraque adhuc in agone operis posita, sequens autem in sola anima praeter carnem, post carnis vitam, & iam de huius vitae laboribus assumpta, vltimum vero, in carne, & anima, sed utraque iam per gloriam aeternitatis innouata. Prius itaque sanctus dicitur, quia regeneratis per salutis lauacrum, charitas dei cordibus nostris infunditur, per cuius gratiam, ad aeternae patriae bona preparamur, ut dum haec vita per decessum suae tempus elabitur, ea nos vita suscipiat, cuius gaudio, hinc electorum egredientes animae, sine mortis pauore potant. Deinde esse ei ascribitur, quia securi consummationis nostrae diem, videlicet claritatem vltimae resurrectionis expectamus, dum in illo munere acceptae requiei discimus, extremi examinis non discussionem metuere, sed promissae gloriae letitiam expectare. Vltimo autem loco fortis asseritur, quia in gaudio futurae resurrectionis infirma nostra roborantur, cum caro surgit de puluere: sed idem carnis nostrae puluis translatus in perpetuae incorruptionis gloriam, ad fragilitatis suae miseriam ultra non redit. Sed & notandum, quia in his tribus ab altero, ad alterum ducimur, sed cum haberi non habitum coeperit, qui hoc accipit, quod non habuit, quod ante habuerat non amittit. Nam cum de sanctificatione ad requiem perducimur, & de quiete animae perducimur ad robur aeternae incorruptionis, & sanctificatio charitatis augetur nobis in illa requie: & requies, & amor exerceat valde in resurrectione. Conditorem namque suum, vnaquaque anima per amorem coniuncta, in tantis muneribus intuenti, Annae vocibus dicat: Dicat, quam bene sapit sibi donum perfectae regenerationis, & vis amoris: Dicat, Non est sanctus ut est dominus. Dicat, quam melius munus sibi est, promissio quietis in hora sui transitus. Neque est alius extra te. Dicat, quam optimum sibi placens praemium sit, vltima renouatio sua, in gaudio perfecti spiritus sui, & glorificatae carnis. Dicat: Et non est fortis, sicut deus noster. Et notandum, quia hoc in precis cantico Anna loquitur. Electae etenim menti, haec in cantico poscere est, dona tam grandia, cum gaudio desiderare. Petere quippe ei, desiderare est: & gaudere, cantare. Sed quae tam gaudenter dignitatis suae munera conspiciunt, quam fortiter occultis hostibus exprobrant, innotescunt. Sequitur enim & dicit: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, recedant vetera de ore vestro. Sublimia quippe, & vetera spiritus maligni loquuntur: cum alta, quae videntur huius seculi appetenda, fidelibus suggerunt. Qui ergo cor-

nu suum in deo exaltare iam didicit, qui teneri in gaudio ma-  
 lestatu nouit, quicquid offertur sibi de blandimento seculi  
 labentis, exprobrando, despicit, dicens: Nolite multipli-  
 care loqui sublimia gloriantes, recedant vetera de ore ve-  
 stro. Ac si aperte loquatur, & dicat: Eo mihi ea quae offer-  
 tur displicent, quo per desiderium alia video, quae valde pla-  
 cent. Quod profecto dicere, quia ei competit: qui iam ido-  
 neus ad ministerium praedicationis agnoscitur: apte quoque  
 contra arrogantes sapientes, & contra negligentes sanctae vi-  
 tae professores, ista prolata sentiuntur. Alta quippe glorias,  
 loquitur, qui per scientiam, quam accepit, se intelligere su-  
 blimiter gloriatur. Vetera vero loquitur, qui postpositis san-  
 ctae scripturae eloquiis, secularibus verbis occupatur. Dicitur  
 itaque arrogantibus: Nolite loqui sublimia gloriantes.  
 Quibus profecto verbis ostenditur, quia non modum locu-  
 tionis prohibet: sed affectum intentionis. Quasi aperte dicat:  
 Sublimia loquimini, sed de eo, quod altum dicitur, gloriari  
 refugite. Unde & Paulus pie discipulum admonet, dicens: No-  
 li altum sapere, sed time. Non dixit noli altum loqui, sed noli  
 altum sapere, sicut & hic non dicitur, nolite loqui sublimia,  
 sed nolite gloriantes loqui, quia sacra eloquia altius exqui-  
 renda sunt, sed quo altius exquirens proficit, semetipsum co-  
 hibere a vanae gloriae fastu debet, per custodiam humilitatis.  
 Dicitur etiam ociose loquentibus: Recedant vetera de ore  
 vestro. Vetera quippe sunt verba seculi, quia dum in eis lo-  
 quentis animus per intentionem figitur, deuotionis suae deco-  
 re spoliat. Quare illi sublimia gloriantes loqui non debet,  
 & cur ab eorum ore vetera debeant recedere, haec causa de-  
 monstrat, quae subiungitur. Quia deus scientiarum domi-  
 nus est. Audiatur itaque sciens, & arrogans, quia non ipse sci-  
 entiarum dominus est, sed deus. Nam recte glorians diceret, si  
 eius, qua tineret scientia, non omnipotens deus, sed ipse do-  
 minus extitisset. Audiamus & nos, quando loquimur verba  
 seculi, quia deus scientiarum dominus est. Iam quippe ele-  
 ctorum mentes non solum noui, sed etiam veteris testamenti,  
 scientia innouat, venit namque qui diceret: Ecce noua facio om-  
 nia. Cum ergo tot noua habeamus, quae loqui possumus, vete-  
 ra loqui sine culpa nullatenus valemus. Recedant igitur de  
 ore vestro vetera, ut cum damnatae vetustatis culpa etiam a  
 sermone compefiscitur, in noui hominis pulchritudine trans-  
 eamus. Quod profecto si contemnimus, audiamus. Et ipsi  
 preparantur cogitationes. Quasi a minori culpa, subintel-  
 lecta comparatione, nos terreat, dicens: Hinc ociosa loquen-  
 tes cogitent, quam metuere culpam locutionis debeant, si is  
 cui loquedo delinquitur, etiam cogitationum excessus, ad iu-  
 dicij sui examen seruat. Audiant item arrogantes, quod se-  
 quitur. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti  
 sunt robore. Iam quippe in allegorica expositione diximus,  
 quia immundi spiritus horum fortium appellatione designantur.  
 Quinimurum quia a caelesti gloria superbiendo cecide-  
 runt, apte elatis doctoribus ad terrorem proponuntur, ut de  
 se tanto iam humiliter sentiant, quanto etiam angelos a super-  
 na gloria lapsos, per appetitum vanae gloriae contemplatur.  
 Quod etiam redemptorem nostrum in elatis discipulis egisse  
 recolimus, qui cum se subiecta daemonia habere iactaret,  
 ab eo protinus audire. Videbam satan quasi fulgur de caelo  
 cadentem. Arcus itaque fortium superbia est spirituum ma-  
 lignorum. Dicuntur autem fortes, vel quia de se magna sen-  
 serunt, vel quod humanum genus magnarum tentationum im-  
 petu vincant. Quem profecto arcum dum intentio impia te-  
 tendit, iacere malitiae iacula supra se, in conditorem studuit.  
 Ponam (inquit princeps eorum) sedem meam ad Aquilonem,  
 similis ero altissimo. Sed superatus est arcus fortium, quia  
 deus apostatarum spirituum superbiae restitit, de caelo pre-  
 cipitavit, conditionali gloria virtutis exiit, ut in lapsis ange-  
 lis, homo disceret, quid timeret. Nam quid de aereo vase fiet,  
 si deus nec aureis superbiae factore plenis ignoscit? Unde &  
 Petrus in epistola sua loquitur, dicens: Deus peccantibus an-  
 gelis non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tarta-  
 rum, tradidit in iudicium reseruari. Quasi ergo electus, &  
 humilis praedicator superbientibus dicat: Ut cessetis ab ela-  
 tione, in conformibus vobis angelis, videlicet lapsis, damna-  
 tionis debite poenas aspiciate. Et quos imitari debeant propo-  
 nens,

Rom. II.

Es. 43.

Luce. 10.

Es. 14.

2. Pet. 2.

*schera*

*fortes*

*P*

**G**regorius ait: Et infirmi accincti sunt robore. Si ob praesumptionem aestimationis mali angeli fortes vocantur, infirmorum appellatio recte beatis spiritibus conuenit, qui de se nulla presumptio, virtuti sui officij perpetua humilitate subiecti sunt. Infirmi accincti sunt robore. Quia voluntariae subiectionis merito, sancti angeli interni amoris vinculo, conditori suo coniuncti sunt. Quibus aperte accinctionis nomen congruit, quia accinctus quilibet, eo quo cingitur cinctorio, ex omni parte retinetur, quia videlicet beatissimi illi spiritus sic sunt in aeternitate solidati, ne ab ea cadere unquam possint. Hinc est quod ad Danielelem in Babylonia praedicantem angelus mittitur, qui accinctus obrizo perhibetur. Hinc est quod angelus, cum quo in Apocalypsi Ioannes colloquium habuit, aurea zona ad mammillas circumdatum conspexit: quia vero idem beati spiritus ab humilitatis merito, in amoris gloriam surrexerunt, sed quia eandem gloriam in complexu aeternitatis habent, & in timore amissionis non habent: gloriosi siquidem inestabiliter sunt, sed inestabilem illam gloriam amittere nunquam possunt. Ut itaque desinat gloriari, audiat arrogans. Arcus fortium superatus est. Et ut damnata culpa superbiae, proficiant in humilitate, dicitur sibi. Infirmi accincti sunt robore. Robur nanque infirmis impenditur, cum subiectionis merito mitibus infunditur virtus supernae charitatis. Accingimur etiam cum ad verbi ministerium praeparamur. Bene itaque accincti robore infirmi, in alta locutione gloriantibus praeposuntur, quia ij qui in ministerium mittuntur spiritus, propter eos qui hereditatem capiunt salutis, priusquam accingereantur ad ministerium, humiles fuerunt. Ante enim memoratur infirmitas, post vero accinctio roboris. Hos profecto nobis accinctos Paulus insinuat, dicens: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis? De quibus & Propheta etiam loquitur, dicens: Milia milium ministrabant ei. Quasi ergo dicat: Prius vos agnoscite, & sic vos ad aliorum salutem praeparate, quia bonum praedicationis tunc bene impletur, cum praedicatur, qui sublimis est verbo, humilis esse satagit ministerio. Sed quia superbos & arrogantes praedicatores loquedo redarguit, subdit, dicens. Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Repleti prius illi sunt, qui dum tumoris cibos in mentis refectioe suscipiunt, delicias sanctarum virtutum, velut cibo iam pleni capere non possunt. Sed tamen pro panibus se locant, quia in scripturis, quas intelligunt, iuxta magnitudinem sapientiae, se percipere spiritualia munera virtutum putant. Sed saturari nequeunt, quia repletioni arrogantiae dona sancti spiritus addere nequaquam possunt. Ipse nanque spiritus disciplinae effugit fictum, & non habitat in corpore pleno peccatis. Hinc etiam scriptum est. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Frustra ergo quae dei sunt, accipere gestiunt, qui in eo quod superbiunt, largitorem munerum sibi aduersantem reddunt. Saturari ergo nequeunt, quia munera spiritualium gratiarum non adipiscuntur. Qui vero sunt famelici, nisi a cibis vitiorum vacui, a tumore ieiunii? Famelici ergo saturati sunt, quia sancti viri humilitatis arce praediti, dum de se alta non sentiunt, alta virtutum dona promerentur. Nam per humilitatis bonum sancti spiritus sedes fiunt, quem dum in se manentem recipiunt, eius donis plenius replentur. Vnde & per Prophetam dominus dicit: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremementem sermone meos. Valde ergo saturantur famelici, quia in donorum plenitudine, super humiles sanctus spiritus requiescit. Quod tamen contra negligentes sacri altaris ministros, atque auidaces dominici corporis susceptores, dici non inconuenienter potest. Repleti vero prius sunt, vitiorumque cibo saturati, qui pro pane se locant, quia corpus ad susceptionem eucharistiae praeparant. Qui nimirum comedunt, & saturari non possunt, quia & si sacramentum ore percipiunt, virtute sacramenti nequaquam replentur. A virtute ergo illa sacramenti ideo ieiunant, quia prius repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt, in comestione salutaris hostiae, qui ea, quibus se repleuerant, flagitia portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici, quia a vitis perfecte ieiunantes, diuina sacra-

menta percipiunt in plenitudine virtutis. Et quia sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi ut a peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euari quotidie conentur? Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sunt peccata, quae congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum internae saturitatis. Hac repletionem nos euacuare Paulus insinuans, ait: Probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid enim est hoc loco probare, nisi euacuata peccatorum nequitia, se probatum ad dominicam mensam, & purum exhibere? De repletis etiam subdit: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad poenitentiae lameneta curramus, quia ipsa sola virtus est, quae euacuat, quod in ventre animae culpa coadunat. Et tunc verae famelici saturantur, quia quo studiosius mundamur lamento poenitentiae, eo vberiore diuinae gratiae fructum recipimus in spiritali refectioe. Quae nimirum electorum saturitas, quia usque in mundi finem extenditur, subdit, atque ait: Donec sterilis peperit plurimos, & quae multos habebat filios, infirmata est. Quae itaque huius appellatione sterilis signatur: nisi ea, de qua Paulus loquitur, dicens: Quae sursum est Hierusalem, libera est, quae mater nostra est. Vnde & paulo post Esaiam vaticinium ei coaptauit, dicens: Scriptum est enim: Latere sterilis, quae non parit, erumpe, & clama quae non parturit: quia multi filij desertae, magis quam ei, quae habet virum. Sed quomodo Hierusalem sterilis, beatorum scilicet Angelorum sancta societas intelligitur, cum iuxta vocis suae significatum, de aeterna pacis visione perenni gaudio sit foecundata? Sed si mater est electorum hominum, sterilis profecto erat: quando humanum genus in Adam perierat. Velut enim parturire non potuit, cum eum in quo foecunditatis suae extendere sinum debuit, lapsi spiritus suasionibus amisit. Tandem accinguntur infirmi, donec sterilis pariat: quia angelorum humilium valido ministerio eoque indigemus, donec quotquot ad vitam praedestinati sunt de humano genere, usque in mundi finem colligantur. Mittere nanque filius hominis angelos suos, & colligent electos suos a quatuor ventis. Ad eos nanque colligendos tunc mittendi sunt, in quorum salute quotidie mittuntur: quia ad regnum non colligent, nisi quibus per robur accinctionis suae nunc adiutorium praebent. Usque etiam in mundi finem famelici saturantur. Sed & bene plurimos haec sterilis parere dicitur: quia non omnes homines, sed electi solummodo ad aeterna gaudia perducantur. Apte igitur etiam parere dicitur: quia angelorum ministerio docemur superna petere, ut ad eorum valeamus bona peruenire. Sed dum haec sterilis parit ea quae multos habebat filios, infirmatur: quia quo pleniora lucra electorum, per angelorum ministeria superna regna percipiunt, huius Babyloniae filij minuuntur. Velut enim infirma in partu suo est, quae inordinato amore rerum transeuntium (ut solet) filios gignere, nequaquam potest. Vbiq; enim iam coelestia regna praedicat: quae profecto dum fidelium mentes audita diligunt, dum ea etiam bonis moribus inquirunt, velut in partu suo Babylonia stringitur: quia mater nostra Hierusalem eos per orbem deo parturit, quos illa lassio perditionis vtero, patere gehennae conueit. Quorum tamen accinctorum robur, non ipsis, sed ei, a quo accinguntur, ascribitur. Apte itaque subditur: Dominus mortificat, & viuificat. In quibus profecto verbis, etiam ordo notandus est. Prius quippe mortificare dicitur, deinde viuificare: quia nisi seculum amare desistimus, Deo per amorem viuere non valemus, Ioanne attestante, qui ait: Qui diligit mundum, non est charitas patris in eo. Vnde & is qui se mortificatum, & viuificatum, qui se prostratum, & erectum meminerat: loquebatur, dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Viuebat, sed non mundi vita, quia dicebat: Viuo iam non ego, viuit vero in me Christus. Non ergo accinctorum aliquis, sed dominus mortificat, & viuificat. Mortificatum quippe, & viuificatum esse, est praesentia nulla concupiscere, & aeterna desiderare. Cui itaque de his muneribus referenda sint gratiae exponit, dicens: Dominus mortificat, & viuificat. Vnde & saepe iam nominatus gentium praedicator dicit: Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat:

1. Corin.

Galat.

Esai. 54.

Matth.

M.

1. Ioan. 2.

Galat. 6.

Ibidem. 2.

1. Corin. 3.

rigat:



**A** rigantem qui incrementum dat deus. Sed quo ordine omnipotens deus ista in electis operetur, exponit: dicens. Ducit ad inferos, & reducit. Vt mortificet quippe ducit ad inferos, & ut viuificet, reducit ab inferis. Omnipotenti etenim deo ad inferos ducere est peccatorum corda aeternorum cruciatuum consideratione terrene. Et quoque ab inferis reducere est, territas penitentium, atque commissa lagentium mentes, spe vite indeficientis attollere. Tunc quippe peccare desinimus, cum superna gratia mollitis cordibus, futura tormēta formidamus. Et ab inferis reducimur, cum interno visitati solatio, ad spem veniē, de penitentiae lamento respiramus. Aptē itaque dominus ducere ad inferos, & reducere dicitur: quia humana duritia in hominis solius praedicatione, nec terrore concutitur, nec amore subleuatur. Nam si doctorum esset mortificare, quotquot eorum praedicatione tangeret, peccare desinere: & si eorum esset viuificare, quicumque ab eis ecclesia audiret, ad ea nos protinus omni conatu perquirenda, intima affectus sui amor accenderet. Nunc autem cum sepe peccatoribus aeterna supplicia minetur, cum ea, quae possunt eis caelestia bona praedictent, & nec supplicia metuant, nec lata concupiscant: clamemus Annae vocibus in laudibus dei, & ei etiam illud quod per eos quidam proficiuntur imputantes, dicamus. Dominus mortificat, & viuificat. Dominus itaque ducit ad inferos, & reducit: quia illi possunt futura tormenta metuere, illi superna gaudia diligere, in quibus per eas voces, quas foris homo loquitur, intus dei pietas operatur. Est autem in quo sese quisque cognoscat, si iam ad inferos ductus, & redactus sit, si mundo obiit, caelis viuat: nam si electus est, proficit. De eodem vero profectu subdit. Dominus pauperem facit, & ditat. Saeculi diuites idcirco de larga facultate gloriantur, quia alto, & incomprehensibili iudicio dei caelestia eis bona abscondita sunt. Dominus itaque facit pauperes, quia dum aeterna electis bona insinuat eo se pauperiores tenent, quo a veris sese diuitis pulsos vident. Vnde & rex ille, qui saeculi possessione latissimus erat, quia ei veras diuitias dominus ostenderat, clamabat ad eum, dicens: Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Hinc propheta Hieremias, electi cuiusque illuminationem in se exprimens, ait: Ego vir videns paupertatem meam. Pauperem itaque domino lacere, est in contemplatione bonorum perennium, electorum mentes ad contemplationem rerum omnium visibilibus excitare. Sed cui summa reuelat, quia eadem summa, diutius laboris precio sint querenda, insinuat: dicat quia qui pauperes facit, etiam ditat: quia nimirum dum ab omnipotenti deo bonorum caelestium cognitionem percipimus, ab ipso etiam virtutem consequimur: vt digno pro eis labore certemus. Bene autem subditur: Humiliat, & subleuat: quia in contemplatione caelestium, quam abiecti sunt in terra, conspiciuntur, sed in eadem abiectioe temporalis inopia, per dei gratiam meritorum se pennis subleuant ad gaudia perennis vitae. Humilitatem ergo percipiunt, in aestimatione exilij, sublimitatem vero, in preparatione sanctae operationis. Sequitur: Suscitans de puluere egenum, & de stercore erigit pauperem: vt sedeat cum principibus. Pulus nanque est subtilis deliberatio cogitationis illicitae, quae eam mentem, cui infederit, scdam reddit. Quid namque in stercore, nisi scda perpetrata, flagitij audacia designatur? Vnde & propheta vitam carnalium ceno foedi operis obrutam intrens, ait: Computruerunt iumenta in stercore suo. Aptā igitur serie, dona dei in flagitiosorum conuersione numerantur. Prius nanque suscitatur de puluere egenus, quam pauper de stercore: quia a corde ante deliberatio immūde cogitationis absconditur, & postmodum ab actione culpa resecatur. Aptē quoque suscitari de puluere egenus dicitur, pauper de stercore erigi: quia intus praua deliberans, dormit a contemplatione iustitiae: foris illicita perpetrans, in iniquitate per actum iacet. Et quia iam cū fortibus, de malignis spiritibus trophaea consequitur, suscitatus egenus, & erectus pauper quid mereatur exponit, dicens: Vt sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat. Sedere quippe triumphantis est. Vnde & in Apocalypsi Ioannis, victoriae nostrae dignitatem dominus ostendit, dicens: Qui vice-

rit faciam eum sedere in throno meo: sicut & ego vici, & sedidi cum patre meo, in throno eius. Quod & Paulus intrens, suscitationis, atque sessionis nostrae dona, in dei laudibus numerans, ait: Conresuscitauit, & confedere nos fecit in caelestibus in Christo Iesu. Cum eo itaque principes sedent: quia qui eius auxilio malignorum spirituum vires reprimunt, in eorum triumpho dignitatem sessionis habent: quibus ex presidentis sibi virtute dominantur. Cum eo item principes sedent: quia et si stare per corpus in hac vitae labentis arumia cernuntur, meritorum tamen sedem cum redemptore in sublimibus habent, a cuius conformitate claritatis, nec in ista foeditatis valle separantur. Egeni quoque rebus, & pauperes sunt: qui propter euangelium ea quae in saeculo habere poterant, cuncta reliquerunt. Qui certe vt cum principibus possint sedere, de puluere suscitari debent, & de stercore erigi. Quid enim fauores linguae, quid sunt aliud labentium dignitatum insula, nisi puluis? Nam eam, quam blandiendo lordidant, a veris splendoribus mentem caecant. Et quid diuitiae pereuntes, & transitoriae facultates, nisi stercore, aeterna diligentibus sunt? Stercora quippe sunt: quae sanctae animae in contemptu vilitatis habent, non in appetitu desiderij. Vnde & Salomon in amissione bonorum temporalium contristatum saeculi diuitem intrens, ait: De stercore bouum lapidandus est piger. Quasi dicat: De eo verbera doloris sustinet, quod is, qui pro aeterna vita laborare appetit, velut stercorea contemnit. Hinc Paulus ait: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercorea, vt Christum lucrifaciam. De puluere itaque egenus suscitatur, & de stercore pauper erigitur, cum mens saeculo abrenuncians, quicquid sibi placere solebat de linguae humanae fauoribus, de honore dignitatum, & de abundantia rerum calcat, dum ad sola aeterna respicit, quae sola ardentem amat. Et nanque suscitari, & erigi est, ea quae corpore derelinquit mentis sublimitate despiciere. Et cum principibus ei sedere est, supernae patriae ciuibus per gaudium aeternae quietis interessē. Qui certe tunc gloriae solum tenet, quia qui tam sublimiter praesidet, a conditoris sui laudibus nunquam silet. Hanc nanque gloriae sedem Psalmista admirans, domino loquitur, dicens: Beati qui habitant in domo tua domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Hanc sedem gloriae Eliaias praedicit, dicens: Gaudium & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Hanc item sanctus Tobias ostendens, ait: Ex omni lapide precioso, & mundo plateae eius sternentur: & per omnes vicos eius halleluia cantabitur. Sed ea quae sequuntur creptus pauper aspiciat: quia ad principum sessionem, ad gloriae solum non statim vt fuerit erectus, adducitur. Domini (inquit) sunt cardines terrae, & posuit super eos orbem. Quia terrae nomine peccatores in facto eloquio designantur: cardines terrae is accipi conuenienter possunt, in quibus per inepta desideria saeculum circuit, & de alio, ad alium ducit. Cum igitur conuersos peccatores aspiciamus, in laude creatoris, his Annae verbis erumpamus. Quasi enim alijs verbis tunc dicimus: iam domini esse per eius gratiam ceperunt, qui diu in rota rerum transeuntium, per mundi concupiscentiam tenti sunt. Et cum iam derelictis vitae saecularis blandimentis, fortia tentamenta fortiter tolerant, dicamus. Posuit super eos orbem. Orbem quippe super eos posuit, qui antequam eis imponeretur, sub eis fuit. Nam eum iam in onere tentationum habent: qui eis blandiendo velut subiectus seruiebat, cum in eo delicias, & voluptates sequendo recumberent. Et quia magnas ex eo tentationes habent, qui magna in illo oblectamenta habuerunt, adiungitur. Pedes sanctorum suorum seruabit. Quibus profecto verbis sic auxilium diuinae protectionis, propitiationisque ostenditur, vt pericula tentationum graua designentur. Quasi etenim dicat: Tā grandia de eo, cui adhaeserant saeculo tentamenta sustinent: vt solus ad adiuuandum ille sufficiat, qui deesse fidelibus suis in tribulatione non potest. Pedes nanque sanctorum suorum seruare est, concussos in tentatione affectus electorum, ne corruant, per gratiam roborare. Vnde & qui ad casum nutauerat, & tamen a domino conseruatus erat, Propheta dixit: Mei autem pene moti sunt pedes,

Psal. 24.

Psal. 83.

Psal. 51.

Tob. 13.

Psal. 83.

Psal. 51.

Tob. 13.

Psal. 72.

LL pedes,

**G** pedes, pene effusi sunt gressus mei. Hinc iterum pulsus sum, & euertus sum, ut caderem, & dominus suscepit me: fortitudo mea, & laudatio mea dominus, & factus est mihi in salutem. Et de hostium infirmitate subiunxit dicens: Et impij in tenebris conticescent. Quid est autem quod cum seruare sanctorum pedes dominus dicitur, silentium memoratur impiorum: nisi quia ad peccati lapsum nequaquam impellimur, nisi cum peruersa nobis malignorum spirituum tentamenta suggeruntur? Cum ergo pedes nostros dominus seruat, in tenebris tacent impij, quia dum gratia diuina protegimur, vocem, qua nos precipitent, dare nobis summundi spiritus nequaquam possunt. In tenebris quippe taceant, quia caliginosa reproborum corda possident: a quorum ad nos progredi obscuritate non audent. Quare autem sanctorum pedes seruet, exponit, dicens. Quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Quasi dicat. Idcirco tenet: quia sine ipso stare non possent. Nam et si vir virtutis agnoscitur, in fortitudine sua timorem lapsus habet, statum robur non habet, & toties illicita concupiscendo labitur, quoties interna eius vestigia a domino tenente deseruntur. An vero non vir erat cui in iuencularum choro cantabatur: Saul percussit mille, & David decem milia? Qui nimirum cum inter onera, fortitudini suae relinquitur, in carnis suae culpam impulsus corruit, atque in se expertus est, quia vir in se non habet statum roboris, sed lapsum infirmitatis. Vnde & relabi metuens, eum a quo teneri ad statum debeat, exposcit, dicens. Non me derelinquas viqueaque. Nemo ergo se fallat, quasi in se robur standi inueniat, quia et si magna saepe occultorum hostium bella superamus, si dignè eos in suis suasionibus reprobando, velut in fugam verfos insequimur: non nos tunc refugi spiritus, sed eum, quem in nobis aspiciunt, expauescunt. Vel certe si nos etiam timent, idcirco profecto timent, quia in diuinae gratiae robur assumptos vident. Aptè ergo subiungitur: Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in caelis tonabit. Caeli nanque tunc sumus, cum in altitudinem diuinae gratiae, praesidentis nobis, subleuamur. Et tonitrua contra eius aduersarios habemus, cum validis sanctorum desideriorum vocibus, omne quod nobis de eorum suggestione spirat, elidimus. Quicquid enim tonitruum ferit, interficit. Tonitrua ergo caelorum, sunt perfecta desideria electorum. Nam velut a caelorum altitudine terribiliter sonando prodeunt: cum ab eo mentis culmine malignos spiritus feriunt, cui omnipotens deus sic praesidet, ut amore praesidentis facile superet omne quod ad pugnam moueri poterat hostis audacia mala suggerentis. Sed praemonente redemptore nouimus, quia qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit: eodem quoque domino promittente, didicimus. Quia quacunque hora peccator conuertitur, saluus erit, in extremo itaque sui cantici addat Anna, & dicat vnde peccatorem terreat: dicat, quo iustum cautiorem reddat. Dominus inquit, iudicabit fines terrae. Non ait terram, sed fines terrae, fines quippe terrae sunt qui vitae suae ultima cum culpae perpetracione clauerunt. Nam qui peccat, & corrigit quod delinquit: terra est per peccatum, & fines terrae non est, quia delinquendo, redemptionis suae alta deposuit, sed ab imo depositionis suae ante iudicium resurrexit. Fleuit nanque quod fecit, & venturum iudicem eo letius sustinet: quo in damnatione terrenitatis, per poenitentiam ipse in se flagella ultionis tenet. Quia ergo fines terrae dominus iudicat, conuersus peccator ad dominum priora sua, siue media, non expauescat. Quia item fines terrae dominus iudicat, iustus inchoata iustitia, non praesumat. Nam si hunc ab ea, qua cadere potest adhuc aequitate, labentem subito mors intercipit: quia in suis extremis culpa clauditur, finium terrae lege iudicatur. Sequitur: Et dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Hoc profecto superius quia ad redemptorem retulimus, in huius quoque explanationis ordine non mutamus. Ipse nanque est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ipse quoque est lapis angularis, in quo dum electorum paries vterque copulatur, aeternae ciuitatis structura disponitur. Teneat itaque morem suum locutio nostra, ut prolato iam sacri cantici & morali, & alle-

gorico intellectu, in eo vterque conueniat, quem fide credimus, & moribus promereamur.

Caput I I.



**S**EQVITVR enim diuinus sermo, & dicit: Et abiit Helchana in Ramatha, in domum suam. Quem profecto virum humani generis redemptorem, Annam vero coniugem eius ecclesiam: puerum Samuelem credentium de gentibus populum, Ramatha quoque ciuitatem ecclesiam patriam designare ostendimus. Quid ergo est, quod post coniugis canticum, abiisse in Ramatham ciuitatem suam Helchana dicitur, cum post natum puerum, Deo canticum Anna dixerit, atque ante ad caelos redemptor ascenderit, quam gentilem populum sancta ecclesia in fide genuisset? Quod profecto ab eis solummodo quaeritur, qui tantum domini nostri corporalem poenitentiam scire noscuntur. Nunquid enim tunc non eum secum Paulus habebat qui ad patrem ascenderat, cum dicebat: An experimentum quaeritis eius qui in me habitat Christus? Qui item fatetur, dicens: Sicut ex deo, coram deo, & Christo loquimur. Quid est ergo quod sancta ecclesia aliquando affuit per gratia muneris, aliquando ei se subtrahit per dispensationem probationis? Affuit nanque, ut in acquisitione gentium vitae verba abundanter affunderet. Sed aliquando ei velut absens se abscondit, ut verbi munere sublato, cognosceret sine eius praesentia qualis esset. Post finem itaque cantici, dicitur: Abiit Helchana in domum suam: quia sancta ecclesia ex eius praesentia alta praedicat, qui cum mortalibus per dispensationem se subtrahit, aeternis se ciuibus iugiter representat. Domus nanque sua illa supernorum ciuium, (quam amando, replendo, & sociando dominus inhabitat) aeterna societas est. In eam igitur vadit, cum Annam deserit, quia qui se nobis adhuc proficientibus salubriter subtrahit, perfectis atque consummatis, aeternae patriae ciuibus, eo se incessanter iungit, atque exhibet: quo probari iam probatos eius absentia, vltius non oportet. Aptè itaque post Annae canticum, dicitur: Abiit Helchana in domum suam, quia sancta ecclesia, quae tam sublimia electos edocet, sicut pia semper domini dispensatione deseritur, ita & eadem alta, quae doceat non semper habet. Sed plerique verba vitae audiunt, praeteritam malitiam detestantur, & correctioris vitae opera proponunt, sed cum audire desierint: ac si nunquam eadem vitae verba audissent ad iniquitatem redeunt, auditor sanctae ecclesiae gentilis populus, deuotus ad audiendum fuit, & ad operandum promptus. Aptè itaque subditur: Puer autem Samuel erat minister in conspectu domini, ante faciem Heli sacerdotis. Ac si aperte diceretur: Ex eo quod audiuit, omnipotenti deo placere studuit. Qui aptè puer dicitur: quia & si grandia pro defensione fidei nostrae agenda susceperat, tamen in eadem fidei generatione adhuc nouus erat. Et quia placidum omnipotenti deo ministerium praebuit, minister in conspectu conditoris fuit. In conspectu etenim domini est, quem in oblatione obsequiorum, diuina dignatio libenter aspicit. A quo nimirum domini conspectu expelli valde metuens quis, orat, dicens: Ne proicias me a facie tua. In quo item recipi vehementer cupiens, dilationis suae moras secum reputat, dicens: Quando veniam & apparebo ante faciem dei. Hinc Helias gloriatur, & ait: Viuit dominus in cuius conspectu sto. Minister itaque erat Samuel in conspectu domini, quia in nouae religionis obsequiis, omnipotenti deo gentilis populus valde acceptus fuit. Quo nimirum verbo Iudaeae quoque repulsio latenter innuitur, dum solus Samuel, in quo gentium fidelis populus exprimitur, ante dominum ministrare perhibetur. Solus itaque in eius conspectu erat, quia profecto ei Iudaicus populus placere desierat. Quod vtrunque per Malachiam dominus loquitur.

1. Reg. 18.

H

Psal. 118.

Mat. 10.

Ezec. 18.

Ephe. 2.

1. Pet. 2.

2. Cor. 11.

2. Cor. 11.

L

M

Psal. 50.

Psal. 61.

3. Reg. 17.

Mal. 1.

tur.



71. Agg. 2. 71. 11. ps. 116. Gen. 49.

Ion. 2. Ion. 4. 71.

Exo. 12.

**A** tur. Nam Iudæa repulsionem insinuans, ait: Non est mihi voluntas in vobis, & sacrificium non suscipiam de manu vestra. Sed qui à facie sua Iudæicam perfidiam expulit, quem libenter intueatur, subiungens, ait: Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Sed subtiliter est videndum quod dicitur: Ante faciem Heli Samuel domino ministravit: quia prædicatorum sanctæ ecclesiæ ministerium, gentilis populi conuersionem, amorem, & reuerentiam circa redemptoris obsequium, veterum ordo doctorum longe antè videndo, cognouit: & prophetando, prædicauit: Hunc nanque pronum in domini ministerio nouerat, qui dicebat: Adorabunt cum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Hinc Aggæus loquitur, dicens: Veniet desideratus cunctis gentibus, & replebitur gloria domus domini. Hinc Esaias dicit: Erit radix Jesse, qui exurgit regere gentes, in ipsum gentes sperabunt. Hinc psalmista ait: Laudate omnes gentes dominum, & collaudate eum omnes populi. Hinc patriarcha Iacob ait: Ipse erit expectatio gentium. Ante faciem ergo Heli minister domini Samuel puer fuit: quia quod dignum deo postmodum gentilis populus habuit, doctorum ordo veterum per prophetia spiritum præuidit. Et statim de proiectis subditur:

**B** Porro filij Heli nescientes dominum, & officium sacerdotis ad populum. subaudis erant. Qui nanque filij Heli sunt alij nisi Israëlita secundum carnem, qui scripturam sacram nouerant à patribus æditam, & tamen quem scriptura promiserat, nesciebant: quos nimirum per semetipsam veritas in euangelio increpat, dicens: Abraham exultauit ut videret diem meum: vidit & gavisus est. Et item: Si crederetis Moyse, crederetis vtiq; & mihi: de me enim ille scripsit. Nescierunt ergo dominum, qui venturum in carne nostra redemptorem sperauerunt. Vnde & per Esaiam queritur, dicens: Cognouit hos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autè me non cognouit. Quasi dicat: Et incarnationis meæ vias, ei longe ante per prophetas aperui, & tamen id quod promiseram, exhibitum non accepit. Quare & officium sacerdotum ad populum nesciit. Officium sacerdotale quippe cognosceret, si ad redemptionem humani generis eum, qui à lege, & prophetis fuerat promissus, iam venisse prædicaret. In quem profecto quia non solum non credidit, sed etiam persequendo insanauit, & dominum nesciit, & ad populum officium sacerdotum. Cuius tamen malitia minor esset, si qui prodesse minoribus redemptoris aduentum prædicando noluit, nocere timuisset. Sequitur ergo, & dicit: Sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat in lebetem, vel caldarium aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdotibus. Quid enim est immolare victimam, nisi veræ fidei omnipotenti deo offerre confessionem? Et quid vasa, in quibus immolando caro coquitur, nisi fidelium mentes sunt? Quæ dum mediatorum dei, & hominum hominem Christum Iesum esse verum summi patris vniugenitum credunt, nimirum in his caro coquitur, quæ deo per deuotionis intimæ obsequium immoletur. Quis puer sacerdotis est alius, quàm perfidus synagoga: pastoribus per obsequium subiectus populus? Qui aptè puer dicitur, quia dum infirma legis ad literam tenere maluit, in virum perfectum crescere per euangelium recusauit. Quid vero est, quod ad inferendos ciborum raptus destinatur? Quid est iterum, quod in illata violentia, tenere tridentem fuscinulam dicitur? Sed cibus electæ animæ persona est redemptoris. Qui profecto cib⁹ in sacris vasis coquitur, dum per calorem sancti spiritus ad suauitatem refectionis, in electis mentibus præparatur. Caro etenim coquitur, dum per spiritus sancti gratiam, humanitatem dominicam in diuinitatis naturam assumptam, & firmiter credimus & efficaciter confitemur. Vnde & per Moysen agni paschalis carnes comedendas insinuat, dicens: Non comedetis ex eo crudum quid, aut coctum aqua. Crudum quippe ex eo manducare est, præter spiritus sancti gratiam, redemptorem nostrum purum hominem credere. Aqua vero co-

quitur, cum redemptoris essentia, per humanam sapientiam ventilatur. Crudum ergo Iudæi comedunt, aqua coctum heretici: quia illi eius diuinitatem negant, illi per humanam sapientiam & diuinitatis & humanitatis eius sacramenta euancuant. Puer itaque sacerdotis, ad tollendum fidelium cibos mittitur: quia Iudæorum populus à fide redemptoris expulsus, amorem fidei eius à corde fidelium auferre vehementer studuit. Qui aptè fuscinulam tridentem in manu habuisse perhibetur, quibus carnis partem, quam posset infigere: eductam coqui prohiberet. Fuscinula quippe in manu pueri, illata sanctæ ecclesiæ Iudæici populi persecutio est. Et quia blandimentis, penis, atque terroribus nocere fidelibus tentauit, tres vtiq; fuscinula dentes habuit. Bene autem dicitur, quia quod leuabat fuscinula, tollebat puer sacerdotibus: quia magna epulatio iniquorum prælatorum erat, si eum blandientium, siue iurentium satellitum turba subuerteret: quem in fidei nostræ sublimitate stare per confessionem cognouissent. Sequitur: Sic faciebant vniuerso Israeli venturum in Sylo, etiam antequam adolere adipem. Adeps quidem interna pinguedo est, in qua nimirum illa deuotio mentis exprimitur, qua electorum mentes conditori suo in perfectiori charitate copulantur. Qui rectè iam cocta carne immolat: quia assurgere quis ad sublimitatem charitatis non poterit, nisi prius quæ credit amet mysteria incarnatæ diuinitatis. Humanitatem quippe domini Iesu in diuinitatem assumptam, per sanctum spiritum credere, quæ immoletur deo, carnem coquere est. Ante igitur quam adolere adeps, puer carnem præripere studuit in vniuerso Israeli: quia apparitores synagoge nonos Christi cōfessores putauerunt euertere, prius quàm eos omnipotenti deo charitas perfecta sociaret. Quod apertius ipsa sacræ historie verba indicant, quibus dicitur:

Dum coquerentur carnes. Per quæ nimirum verba, non perfectio coctionis, sed apparatus innuitur. Sed ordo nefarie huius exactionis ostenditur, per ea, quæ sequuntur. Veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti. Da mihi carnem ut coquam sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Carnem crudam puero daret, qui coram persecutoribus humanitatem Christi puram assereret: & eam puer sacerdoti coqueret, quia per ignem malitiæ Iudæicus populus hoc putaret, quod eius prælati in mentis suæ refectione libenter exciperent. Venit ergo puer sacerdotis, & crudam carnem petiit, quando Iudæicus populus literæ legis seruiens, diuinitatem redemptoris negare fidelibus suggestit. Veniens ergo, dicit: Non accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Quia quem purum hominem fidelis compulsi confiteri, esse deum nec audire voluit. Cuius profecto populi importunitas ostenditur, cum verba sacrilega in nefaria exactione geminantur. Nam sequitur: Non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam, quia Iesum dominum, ac redemptorem nostrum, non dominum, & hominem, sed purum tantum hominem audire valde desiderauit. Sed quos quasi imperfectos in carne tentauit, perfectos reperit. Nam qui diuinitatem redemptoris negare compulsi sunt, non solum redemptorem noluerunt negare: sed compulsores suos curabant ad vitam trahere. Vnde & sequitur: Dicebatque illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi, quantum desiderat anima tua. A bestiali siquidem appetitu, cruda postulante, auertere nitatur, qui ei ad libitum cocta pollicetur. Quasi male esurientibus Iudæis, sancta ecclesia responsum præbeat, & pro humanitate simplici, quam vorare per desiderium cupiunt, diuinitatis cibum repromittat, dicens: Prius coqui finite, quod ad refectionem vitæ habeatis in spiritu sancto intellectum. An non tunc puer sacerdotis crudam carnem petiit, cum illuminato à domino eo, qui cæcus fuerat natus, diceretur? Da gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Quid est dicere da gloriam deo, nisi non huic curationis tuæ laudes tribuas, quia deus non est. Et quia peccator asseritur, non solum deus esse negatur: sed etiam homo iustus. Cui profecto crudam, quam petebat, carnem præbere noluit, coctam obtulit: quia quem salutis suæ auctorem instantè asseruit, ex ostensio tantæ admirationis signo, non solum hominem sanctum, sed verum deum esse

1041.9.

LL ij monstra-

G monstravit. Qui autem sequi bestias, amissa ratione populus coeperat, crudam sibi carnem exhiberi importune postulabat. Nam sequitur. Nunc dabis, alioquin tollam tibi vi.) Sequitur: Erat enim peccatum puerorum grande nimis coram domino.) Et causam, qua grande fore hoc peccatum demonstraretur, adiungit, dicens: Quia detrahebant homines a sacrificio domini.) Grande nimis peccatum esse cognoscitur, quod penitentiae lachrymis non deletur. Hoc namque nimis grande peccatum synagoga propheta intuens, ait: Peccatum iudae scriptum est stylo ferreo, vngue adamantino. Vel certe grande nimis coram domino peccatum erat: quia ad peccatum alios pertrahebat. Quare & subditur. Quia detrahebant homines a sacrificio domini.) Detrahebant quippe a sacrificio homines: quia ad confessionem recte fidei progredi infirmorum corda prohibebant. Et notandum quia qui detrahuntur a sacrificio, homines dicuntur: quia nimirum si in fidei nostrae vera confessione persisterent, hos diuinus sermo filiorum dei appellatione signaret. Quibus profecto per Psalmistam dominus dicit: Ego dixi diuinitis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini. Sequitur autem. Samuel autem erat minister in conspectu domini, puer accinctus ephod lineo.) Subtilior quam lineae vestis, lineae esse cognoscitur. Apte autem Samuel lineo ephod indutus asseritur, per quem sacerdotum ordo electus ex gentibus, designatur. Nam in comparatione legalis vite, noua euangelij conuersatio lini subtilitas est. Ibi enim aliquid animale preceptum est, ibi omnis maledicatur, a quo semina propaginis in syon nulla relinquuntur. In nouo autem testamento, quia subtiliora sunt omnia, quisquis eius preceptis utitur, velut delicatiori lini veste decoratur: ibi quippe conubij abstinentia damnatur: hic miris laudibus colitur: illic sacerdotes carnaliter generant: hic fructum spiritualis propaginis tanto copiosius asserunt, quanto etiam per conjugale bonum, pudicitiae detrimenta sentire non possunt. Bene autem dum Samuelis vestis exponitur, linea fuisse prohibetur: ut noui sacerdotij gloriam aperte ostenderet, quod nouae pudicitiae nitentibus splenderet. Sed dum in conspectu domini esse minister Samuel dicitur, ephod lineo accinctus memoratur: quia diuina obsequia tunc bene exhibentur, cum exhibentur personae, carnalis voluptatis sordibus non fedatur: & acceptum deo tunc est munus ministerij, cum per sanctae conuersationis munditiam deo placida est persona ministri. Et quia inter primordia nouitatis suae proficiebat, adhuc sequitur:

Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam assererat ei, cum ascendebat cum viro suo, ut immolaret domino hostiam solennem.) Sanctae ecclesiae hostiam immolare est, per eloquia praedicationis, auditorum suorum corda in amorem conditoris accendere. Tunc itaque Samueli parua vestis delata prohibetur: quia dum adhuc per nouitatis suae incrementa proficeret, ab ecclesia apta suae paruitati accepit monumenta iustitiae, cuius splendore radiaret. Sequitur: Et benedixit Heli Helchanae, & uxori suae, dicens: Reddat tibi dominus semen de muliere hac, pro senore quod commendasti domino.) Quia in persona Heli sacerdotis etiam boni doctorum populi veteris designantur, Helchanae, & uxori eius benedixisse cognoscitur: quia nimirum eorum veterum doctorum ordo, Christi & sanctae ecclesiae spiritalem copulam prauidit, & eorum electorum prolem futuram, caelo dignam, cum deuotione praedicaui. Quod quamvis longe antea actum fuerit, tamen tunc se eis sic benedixisse innotuit, cum reuelata iam nostrae redemptionis gratia, credere vnusquisque fidelis poterat, quia tot bona patres nostri veteres de hac renouatione praecinebant. Et ut ordo, quo fiebat, agnoscat, subiunctum est. Et abierunt in locum suum.) In locum suum cum viro suo sanctae ecclesiae abire, est vitae actiuae molestias interdum fugere, & supernae vitae gaudiis per contemplationem vacare. Puerum quippe ad horam reliquerat mater illa, quae dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Si cum puero erat, quando eundem egregium doctorem usque ad tertium caelum vis amoris extulerat? Si tunc erat cum puero, quando in paradiso exceptus, verba, quae non licet homini loqui, audiebat: & in locum suum rapiebatur, quia ostendit, dicens: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed

futam inquirimus. Sed quae cum viro abibat in locum suum, reuerti hanc materna viscera cogebant ad filium. Nam loquebatur & dicebat: In carne manere est mihi necessarium propter vos. Sequitur: Visitauit ergo dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias.) In tribus filiis perfectiores quique sanctae ecclesiae designati sunt, qui pro fide Trinitatis fortia semper egisse cognoscuntur. Sed si solos perfectos sancta ecclesia gigneret, nostra infirmitas ad aeternae vitae premia peruenire non posset. Robur ergo filiorum, duarum filiarum fragilitas sequitur: quia sancta ecclesia etsi contra superbientem hostem humani generis fortes protulit, tamen ad aeternae patriae gaudia etiam infirma eius membra per duo charitatis precepta perducuntur. Et quia in inchoationis suae initiis non semper mansit, quisquis eo tempore erudiri ad sacerdotale ministerium coeperat. Sequitur: Et magnificatus est puer Samuel in conspectu domini.) Quo in loco valde notandum est, quod puer Samuel dicitur, & magnificatus. Sed & cum magnificatus asseritur, hoc virtutis suae preconium non in conspectu hominum, sed in conspectu domini habere prohibetur. Cur ergo puer nisi quia humilis? Et cur magnificatus asseritur, nisi quia ad perfectionis erat celsitudinem sublimatus? Puer itaque, & magnificatus in conspectu domini Samuel dicitur, quia nouus ordo praedicatorum, etsi ad magnae conuersationis celsitudinem peruenit, humilitatis suae virtutem non perdidit. Magnificari quippe ante deum non prodesset, si puer esse desisteret, quia amissa humilitate placere omnipotenti deo, de conuersationis altitudine non valeret. Denique magnificati iam fuerant, qui in nomine Iesu ab obsessis daemones eiciebant, sed quia pueritiae suae bonum perdidit, hos veritas arguit, dicens: Videbam Satanam quasi fulgur de caelo cadentem. Hinc iterum denunciatur, ait: Nisi conuersi eritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quia ergo nouorum praedicatorum vita & sublimis est merito, & plana per humilitatem, Samuel apte magnificatus, & puer asseritur. Et quia ex utroque valde accepti deo sunt, magnificatus non simpliciter, sed in conspectu domini fuisse prohibetur. Sequitur: Heli autem erat senex valde, & audiebat omnia, quae faciebant filij sui in vniuerso Israele, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quae obseruabant ad ostium tabernaculi.) In persona Heli non solum vetus sacerdotium, sed etiam antiquorum patrum doctrinae figurantur, quia ex hoc quod spirituali dignitate praefuit, hoc suscepit officij, ut salutari praedicatione instrueret, pro quibus placabiles hostias domino offerret. Quid est ergo quod Heli senex asseritur, nisi quia in reprobis iudeorum cordibus vis infirmabatur celestium mandatorum? Iuuenis quidem fuit Heli, quando sacra scriptura in electis synagoga vim magnae autoritatis obtinuit, quia videlicet promissiones venturi redemptoris acceperat, & cum cum magno desiderio expectabat. Tunc ergo Heli senex, quando iudae deuotionem obseruandae promissionis amisit, ut desideratum a patribus suis redemptorem, coram se miraculis se probantem cerneret: & omnino caeca, in tanta eius luce, de veritatis praesentia dubitaret. Valde etiam fuisse senex dicitur, ut profecto omnis vis fidei in synagoga emarcuisse doceatur. Vere autem dicimus, quia si valde senex erat Heli, omnino debilis vivebat. Quid enim tunc erat seui scripturae vivere, nisi debilem valde aspirationem fidei synagoga ministrare? Senex quidem valde esse, & viuere poterat: cum iudeorum corda nutabant, ut dominum Iesum nec redemptorem verum esse crederent, nec quasi blasphemum aperte damnarent. Huius namque senectutis debilitatem euangelista Ioannes ostendit, dicens: Alij dicebant quia bonus est, alij vero non, sed seducit turbas. Hinc iudaei ipsi calliditatis suae versutiam proferentes, dicunt: Usquequo animas nostras tollis, si tu es Christus, dic nobis palam. Hinc item dicunt: Magister volumus a te signum videre. Sed Heli valde senex audiuit omnia, quae faciebant filij sui vniuerso Israel. Audiuit certe haec, quia nouit. Quod autem cognoscimus, intra aulas memoriae clausum tenemus. Consultata vero sacra eloquia, intra se omnem iudeorum perfidiam scriptam, foris pro-

Hic. 17.

Psal. 81.

H Testamento  
ueteris &  
noui differ-  
entia.

Philip. 1.

2. Cor. 12.

Heb. 13.

Lucas. 11.  
Mat. 23.

M

Ioan. 7.

Ioan. 10.

Mat. 12.



**A**ris profertur: & velut diu seruatam memoriter, ostendunt. Huius profecto auditus notitiam, Amos velut Heli adscribens, ait: Non faciet dominus verbum super terram, quod non reuelauerit seruis suis prophetis. Hinc Abacuc deo vniuerso confitetur, dicens: Domine audiui auditum tuum, & timor: confitebor tui opera tua, & expaui in medio duorum animarum malum innotesceris. Veteribus quippe synagogæ doctores filiorum scelera audire, præcognoscere est. Sed quid præcognouerit exponit, quia dicit. Omnia quæ faciebant filij in vniuerso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Cum mulieribus quippe iudeis dormire est, variis hæresibus pollui. Bene autem ipsæ mulieres ad ostium tabernaculi obseruare referuntur. Quid enim est ostium tabernaculi, nisi litera legis spiritalis? Iudei autem dum sacram scripturam iuxta litteram solam intelligunt, ibi hæreses statuerunt, vnde ad secretum veræ fidei intrare potuerunt. Nam sicut per ostium ad interiora tabernaculi, ita per litteram sacre scripturæ ad spiritalem intratur cognitionem redemptoris. Quia ergo per obseruantiam literæ iudæa decipitur, mulieres ad ostium, non intra tabernaculum obseruare referuntur. Et quia in omnibus scripturis iudæi redemptori nostro contradicunt: non vna mulier fuisse dicitur, sed plures. Hæc quidem sibi filij Heli faciunt, quia iuxta propheta vocem: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: sed vniuerso Israeli ea facere dicuntur: quia dum in erroris sui nocte prælati intereunt, caliginis luce minores cæcitate inuoluntur. Cum mulieribus ergo filij Heli dormiunt: quia reprobi iudæi hæresum suarum admissione, vsque in mundi finem polluuntur. Dormiunt etiam: quia etiam grauissima sunt erroris sui nocte obruti, per Heliam tamen sunt in fine mundi ad fidem redemptoris excitandi. Sequitur. Et ait ad eos: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Ecce senex erat Heli, & acuta loquebatur: quia virtus sacri eloquij etiam in reprobis corde deficit: tamen coram recte intelligentibus, iudeorum culpas subtiliter exquirat. Districte eum discutiens, dicit: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Sed quæ exquirens interrogat, quare facitis: profecto ostendit eos impingere noctem hæresis, sine discretionem rationis. Ipsos autem fecisse res pessimas, quas audiebat, dicit: & ipsas res pessimas, ab omni populo esse asserit. Quid est hoc, nisi quia vniuersitas iudaici populi in hæresum profunda corruerat? Sed ipsius ruinæ causa reprobi sacerdotes erant. Vnde & Osæa prophetans, ait: Causa ruinæ populi, sacerdotes mali. Nam ideo subiectus populus cecidit, quia ruentes prælatos studuit imitari. Cum ergo dicit, quas ego audio, res pessimas ab omni populo, ipsæ res à populo agi, debent intelligi non referri. Quod tale est, ac si dicat. Res pessimas, quas fieri ab omni populo audio, quare facitis? Vnde & statim quid dixerit, apertius insinuans, ait: Nolite filij, non est bona fama, quam ego audio de vobis: vt transgredi faciatis populum domini. In quo autem populus domini mandata transgredere, si ipsi dormiant cum mulieribus? Sed quia hoc etiam in figura contingebat illis, hoc profecto, quod dominicæ incarnationis tempore debebat fieri, præsignabat. Nam quando sacerdotes cum mulieribus dormiunt, subditi mandata domini transgrediuntur: quia dum prælati hæresum admissione maculantur, reproba subiectæ synagogæ multitudo in eisdem factoribus mergitur. Ait ergo. Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Quod tale est, ac si dicat. Tanto grauius delinquitis, quanto scedius vniuersum populum vestro crimine maculatis. Simile etiam aliquid per prophetam dicitur: à Dan (inquit) auditus est fremitus curruum, & equorum eius. In quo nimirum loco, non est intelligendum, quod à Dan auditum sonitum referat: sed quod ipse curribus, & equis sæuens, eundem sonitum, qui audiatur, agat. Quo in loco hoc etiam notandum est, quia qui res pessimas ab omni populo se audisse retulit, mansuetæ affectionis verba subiunxit, dicens: Nolite filij, non est bona fama, quam audio de vobis: vt transgredi faciatis populum domini. Et acutè quidem re-

prehendit Heli, & mansuetè admonuit: quia scriptura patrum veterum, & errorem iudaici populi denunciens, increpat: & ab eiusdem erroris sui nocte, benigno affectu ad veræ fidei diem vocat. Filios quidem eos appellat, vt se debere esse hæredes paternæ promissionis agnoscant: & tanto deuotius mundi saluatorem recipiant, quanto promissionem eius suis fuisse factam patribus, non ignorant. Sed & de peccati audacia eos renocare gestiens, rationem subiungit, dicens: Si peccauerit vir in virum, pacari ei potest deus: si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo? Vir in virum peccare est, homo in hominem peruersa agere. Quid est ergo, quod dicit, pacari ei potest deus: nisi quia talia peccata leuia erant, in illorum comparatione, quæ iudæi committere in dei filium cogitabant? In deum quippe peccabant: quia eum, quem moliebantur occidere, deum se esse apertissima miraculorum luce monstrauerat. Hoc quippe per semetipsum dominus ostendit, dicens: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et vt ostenderet implacabilitatem dei patris subiungit, dicens: Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: quia viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Tale est ergo, ac si dicat: Cuius prece illud peccatum indulgetur, quod in ipsum indultorem committitur? Quis pro eo omnipotentem patrem obsecrat, qui coæternum vniuersum in morte damnat? Nihil enim apertius diceret, si fateretur, dicens: Hic, quæ velut purum hominem persequimini, etiam deus est. Rationis ergo lex exigit, vt qui conditorem persequitur, venia defraudetur. Sed ducit diuina pietas discretionem rationis: legis enim æquitatem ostendit, sed prolata assertionis vigore in promulgati iuris executione non tenuit. Aequitatis enim rigore decretum est, vt ad indulgentiam obtentum, nulla prece pertingeret: sed quibus oratio hominis nulla sufficit, pietas redemptoris non deficit. Omnis homo, qui pro transgressionibus orat, tollitur: sed quibus homo sufficiens erat nullus, ipse deus homo factus est intercessor pius. Nam in cruce suspensus, orauit, dicens: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Pacatus est ergo deus iis, qui in deum peccauerant, non aliena prece, sed sua. Sed pacatus est deus non omnibus, sed quibusdam. Quidam nanque persecutores domini predicantibus apostolis conuersi sunt, ceteri verò petiere. De istis enim Lucas meminit, dicens: Factus est numerus eorum quinque milia. De reprobis vero subiungitur. Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit dominus occidere eos. Per prophetam dominus denunciens, ait: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Quomodo ergo ei competit velle occidere peccatorem, & mortem peccatoris nolle? Sed in præfato testimonio sequitur, vt de veritas agnoscat: ait enim, sed vt conuertatur, & viuat. Qui enim peccatorem vult viuere, vt conuertatur: si hinc inconuertibile diuina præscientia noscit, occidit. Vult ergo dominus occidere: sed eos, quos prænoscit conuerti nolle. Misericors enim, & iustus asseritur, dum à propheta flagitatur. Domine (inquit) libera animam meam, misericors, & iustus deus noster. Per misericordiam verò conuersionem peccatorum expectat, per iustitiam non conuersos damnat, per misericordiam conuerti vult peccatores, & viuere: sed per iustitiam eos, qui conuerti noluerunt, vult punire: misericorditer non saluat, nisi volens: per iustitiam, nolens damnat. Dum ergo occidere velle dicitur, peccatorum impietas maxima, & inemendabilis ostenditur: quæ voluntariè diuine iustitiæ executione puniatur. Sic utique & pessimos secularium negociorum iudices agere videmus, qui vellent vt nemo delinqueret, vt ipsi punire neminem deberent: sed dum ab iniquis audacter scelera committuntur, voluntariè eos puniunt: quos libentius non commisisse puniendâ voluerunt. Quo contra illud hoc in loco cernitur, quia non dicit: quia corrigentis patris vocem audire noluerunt, sed non audire: quia voluit eos dominus occidere. Sed qui diuini examinis æquitatem rectè considerat, interesse nihil putat, si an occidatur aliquis, an illo in scelere dimittatur, in quo æterna reprobatione perimatur. Tale est, ac si dicat: Tanta fuit magnitudo culpæ, vt & conuersionis monumenta susciperent, & à mortis suæ fouea surgere nequaquam possent:

Amos. 7.  
Abac. 3.

Hic. 33.

Mat. 17.

Osee. 5.

Hier. 8.

10. 15.

Luc. 23.

Acto. 4.

Exec. 28.

Psal. 114.



G & qui iræ dei pelagus biberant, in damnationis suæ cumulum, haberent nõ solum poenam commissi sceleris, sed etiam additam vindictam contemptæ prædicationis. Sed cur hoc de præterito miramur, quod nuac vsque fieri cernimus: Heli videlicet monentem, filios contemntes: Dominum occidere volentem. Quid enim sacra scriptura quotidie Iudæis aliud, quam caliginem sui erroris insinuat? Non equidem sic per latentes, & spiritalis intellectus redemptorem prædicat, vt eius incarnationem, natiuitatem, passionem, resurrectionem, & ad cælos ascensionem non patenter ostendat. Nec ipsi tam irrationabiles sunt, vt tam excellentia bona redemptori conuenire non videant: sed tamē cæci sunt, vt promissa patribus suis signa in redemptorem effulisse audiant, & non credant. Cæci ergo sunt, non modo non videndo promissa, sed non credendo exhibita. Cur vocem scripturæ mouentis non audiunt, nisi quia eos dominus occidere vult? Nec mirum tamen, si eius iudicio pereunt, cuius vnigenitum occidere. Intimæ enim æquitatis districtione cum Iudæorum populo agitur: vt monita vitæ quotidie scripturis loquentibus audiant, & ipsi scripturis monentibus nequaquam credant. Sed repulsa Iudæorum perfidia, quibus successibus sanctorum prædicatorum ordo potiat in gētibz, exponit, dicens: Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam deo, quam hominibus. Proficiebat quidem lucro prædicationis, crescebat numero ministrorum. Nam de profectu eius apostolus Paulus gloriatur, dicens: Ab Hierusalem vsq; Illyricum repleui euangelium Christi. Crescendi quoq; modum Lucas meminit, dicens: Crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio viduæ eorum. Et paulo post: Elegerunt (inquit) Stephanum plenum fide, & spiritu sancto, & Procorum, & reliquos. Hos statuere ante conspectum apostolorum, & orantes impoluerunt eis manus. Item de profectu isto uonorum prædicatorum scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed subtiliter est intuendum, quod dicitur: Placebat tam deo, quam hominibus. Hominibus placet doctor, cum se subditis venerabilem, & bonis moribus ornatum præbet. Deo autem placet, cum de bona conuersatione inaniter gloriari refugit: & solius dei laudem promereri concupiscit. Dicit ergo: Placebat tam deo, quam hominibus: quia nonnulli prædicatores prætextum sanctitatis præferunt, quam non habent. Hi ergo, quia etiam hominibus placent, deo displicent: in typo noui, & electi prædicatoris de Samuele nunc dicitur. Placebat tam deo quam hominibus. Venerabiles quidem se exhibent subditis, & deo offerunt puritatem intentionis. Hominibus quidem placere studuerat, qui dicebat: Christi bonus odor sumus in omni loco. Et item: Omnia omnibus factus sum, vt omnes facerem saluos. Hominibus etiam placere auditores suos docebat, dicens: Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non querens, quod mihi utile est, sed quod multis. Sed qui se hominibus placuisse insinuauerat, puritatem cordis commendat, dicens: Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Placebat tam deo, quam hominibus, quia nouus ordo prædicatorum venerabilem se suis auditoribus, ad imitationem foris præbuit, & intus acceptum deo, per innocentiam voluntatis. Sequitur. Venit vir dei ad Heli. Quid per hunc virum dei, nisi sanctorum apostolorum ille cæcus venerandus exprimitur? Qui certè vir dei dicitur, pro excellentia sanctitatis: quia culmen ordinis, quod in vniuersi orbis prælatione conscenderat, æquali sublimitate virtutis disponebat. Qui profecto ad Heli tunc venit, quando ad annunciandam repulsionem synagogæ, eius pontificibus accessit. Sequitur. Et ait ad eum, Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me, & dedi domui patris tui cuncta de sacrificiis filiorum Israel? Quia diuino iudicio Iudæa repellitur, ipsius iudicij districtio, quam mira æquitatis dispositione illata sit, demonstra-

tur. Prius enim collata Heli dona numerantur, vt dum tam benignus dator omnipotens deus ostenditur, contemptorem suum quam iuste feriat, agnoscat: Reuelatum se domi patris eius asseruit, vt ignorantia excusatione habere nõ possit. Eandem vero suæ reuelationis cognitionem, se ei in Aegypto exhibuisse edocet, vt se ei suis meritis Heli obtinuisse nequaquam putet. Quasi aperte dicat, illic me ei cognoscendum præbui, vbi mei obliuisci poterat, reminisci nesciebat. Et ne ipsa cognitionis diuinæ dona, reprobo parua fortasse viderentur, de cæteris tribubus Israel ad culmen sacerdotij assumptus asseritur. Quasi dicat: Eis eum prætuli, quibus non superior, sed æqualis fuit. Notandum vero est, quod in officio ipsius sacerdotij tria denotantur. Vt ascenderet (inquit) ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me. Quid vero in hoc altari, nisi ille lapis ostenditur, quem patriarcha Iacob in titulum erexit? Et quis lapis iste alius, nisi ille exprimitur, quem Paulus in laude fidelium prædicat, dicens: Aedificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christi Iesu. Pater ergo Heli ideo in sacerdotium electus a domino est, vt ad altare ascenderet: quia ordo doctorum veterum, ad hoc subiecto sibi populo præfuit, vt humani generis reparationem in redemptoris aduentu futuram prædicaret. Et incensum adoleuit: quia ei, quem futuram redemptorem prædicat, per desiderium, auditorum L corda coniunxit. Ephod quoque portauit: quia desiderio tantæ expectationis, dignæ conuersationis ornatum præbuit. Adoleret utique incensum, & ephod non portaret, si auditorum corda in desiderium venturi redemptoris accenderet, a quo ipse scedæ conuersationis inæqualitate differret, Et quia omnipotens deus veritatem religionis, & non prætextum quærebat, coram se, & non coram populo, ephod se ei portare præcepisse, perhibuit. Coram domino quidem ephod portare est, de vitæ innocentia solius diuinæ bonitatis retributionem quætere. Aperte autem ista contra Heli per improprium dicuntur. Ad altare quippe non ascendit: quia sacerdotium illud, quod manifestatæ veritatis tempore synagogæ præfuit, eum qui tanta signorum magnitudine Redemptor humani generis claruit, subiectis plebibz nequaquam prædicauit. Et incensum deo non adoleuit: quia in persecutionem eius populum, & non in amorem concitauit. Ephod etiam coram domino portare contempsit: quia nulla religionis veritate resplenduit. Nam & si nonnulla honestatis insignia præferebat ornatus ille vitæ, ex prætextu fallaciæ erat, non ex intentione charitatis. Vnde & hoc ipsum in eis dominus reprehendit, dicens: Væ vobis scribæ, & pharisæi: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris videntur hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum. Sed cui tam multa, & spiritualia præbuit, minus contulisse videretur, nisi etiam temporalia exhiberet. Vnde & subitur: Et dedi domui patris tui, cuncta de sacrificiis filiorum Israel. Quasi ei aperta obiectione reputet, dicens: In nullo ei defui, cui spiritualis honoris, potestatisque culmina præbui, & ad temporales usus, terrenæ abundantie copiam ministraui. Sed qui tam rationabiliter collata dona enumerat, audiamus iam transgressionis eius audaciam, qua instantia discussionis exquirat. Nam sequitur: Quare calce abiicitis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi vt offerrentur in templo? Quare enim non dicit iudex, nisi qui instanter discutit. Et qui calce repulisse victimam dei, & munera reprehenditur, ei iniuriam sine consilio rationis fecisse, indicatur. Notandum vero est: quia plurali numero dicit, quare calce abiicitis victimam meam, vt non tantum ad Heli, sed ad filios quod dicitur, pertinere videatur. Fera quippe animalia solent sibi adhærentia calce repellere. Quæ enim fidelibus victimæ aliæ fuerunt, quam redemptoris sui laudibus insistere, Christum Iesum pro salute mundi in mortem occubuisse prædicare, resurgendo, humani generis vitam reparasse? Et quæ alia eorum munera erant, nisi pro tantis sibi collatis beneficiis gratiarum actiones omnipotenti deo incessanter offerre? Quæ profecto Heli filij calce repulerunt: quia in repulsionem nouæ prædicationis non consilium rationis, per sacra eloquia secuti sunt,

H

Rom. 15.

Acto. 6.

Psal. 18.

2. Corin. 2.

1. Corin. 9.

1. Corin. 10.

2. Corin. 1.

Gen. 28.

Eph. 2.

L

M

Mat. 22.



Ioan. 5.

A sunt, sed impetum feritatis. Ab Irrationabili nanque frui-  
tia, ad rationalis consilij intentionem, eos veritas reuocare  
cupiebat, dicens: Scrutamini scripturas: quia vos in ipsis pu-  
tatis vitam eternam habere, & illa testimonium perhibent  
de me. Vnde & hic quoque dicitur. Quae praecepti, vt of-  
ferretur in templo. In lege nanque, Psalmis, & Prophetis  
scriptu de passione, resurrectione domini, & vniuersalis ec-  
clesiae statu fuerat. Calce ergo synagogae praepositi victimam  
& munera domini, in templo domini offerri iussa, repulerunt:  
quia profecto praedicationem sanctae ecclesiae non scriptu-  
rae sanctae auctoritate discutere, sed solo feritatis suae impe-  
tu reprobare, atque abiicere conati sunt. Nam si praecepta  
dei in sacro eloquio illuminata mente consulere, sanctos  
praedicatorum, quos ferociter abiicere, quasi ad se missos di-  
uinitus, recepissent. Sed qui Heli filios, id est, veteres docto-  
res minoris ordinis, de irrationabili feritate reprehendit, ip-  
sum etiam patrem de negligentia arguit, dicens. Honora-  
sti filios tuos magis quam me. Quasi aperte reprehendens  
dicat. Illi repulerunt, & tu repulsores honorasti. Magis quam  
deum filios honorasti: quia dum aperta eorum opera offen-  
sa, contemneret, lucra temporalia iisdem prouidebat: Vnde  
& subdit. Vt comederetis primitias omnis sacrificij mei.)

Ioan. 11.

Idem. 12.

B Quibus nimirum verbis arguere maiorum ordinem doctoru  
videtur, qui idcirco in redemptoris morte consensit, quod  
oblationum veterum lucra amittere formidauit. Vnde & ini-  
to consilio cum Pharisaeis, dicebant: Quid facimus: quia hic  
homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes crede-  
re in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gen-  
tem. Et iterum: Videte quia nihil proficimus, ecce mundus to-  
tus post eum vadit. Ideo igitur filios honorauit, vt comede-  
rent: quia a praedicationis intentione contigit, ne dum veri-  
tatem nouae oblationis assereret, habere ulterius ad volupta-  
tis suae luxuriam vetera non valeret. Quia ergo magnitudi-  
nem, qualitatemque reatus exposuit, videamus iam quanta ae-  
quitate examinis modum insinuet vltionis. Nam subdens ait:

Propterea ait dominus Deus Israel, loquens locutus sum,  
vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu  
meo, a modo & vsque in sempiternum. Nunc autem absit hoc  
a me.) Quasi aperta congruaque sententia feriens, dicat: Tu  
filios tuos honorasti, vt omnis sacrificij primitias ederetis,  
sed ideo vobis primitiarum iura auferuntur: quia indignè  
honorati sunt. Quid enim est aliud dicere: Absit a me, vt  
domus tua ministraret in conspectu meo, nisi ab illo vos de-  
ficio culmine, cui primitiarum iura debebantur? Mira igitur  
aequitatis executione comprehensus est, qui vnde primi-  
tiarum esum inhianter appetit, inde a primitiarum perce-  
ptione seiuauit. Nam redemptorem mori pertulit, ne sacer-  
dotalia lucra perderet, sed ille de triumpho mortis accepit,  
vnde sacrificij veteris emolumenta destruxit. Dicit autem:

C Loquens locutus sum, vt domus tua & patris tui ministra-  
ret in conspectu meo, nunc autem absit hoc a me.) Quasi  
verbis apertioribus dicat. Vt in tanto culmine dignitatis sta-  
res, te frequenter admonui, sed modo talis non es, qualem ef-  
se desideravi. Quod quia in Iudaica populi reprobatione di-  
citur, de ordine nouorum praedicatorum subiunctum est.

Sed qui glorificauerit me, glorificabo eum.) Iam quippe  
glorificantis gloriam cernimus: quia praedicatorum sanctae ec-  
clesiae magno splendore vitae omnipotentis dei laudes con-  
cinunt, atque in vniuersali orbis praedicatione gratulantur. Ec-  
ce iam sacerdotum vestigijs gentilitas vniuersa subternitur,  
& eos, quibus se gaudet obediendo subiicere, patronos glo-  
riatur in caelestibus possidere. Glorificantem se ergo domi-  
nus glorificat: quia a quibus deuotas quotidie laudes acci-  
pit, ad vniuersi orbis honorem sustollit. An non glorificati  
gloria est, in terra manere, & caelum claudere? Vitam com-  
muniter homines viuere, atque supernas caelorum sedes sub-  
ditis auctoritate potestatis exhibere? Glorificabat quippe  
dominum, qui dicebat: Tu es Christus filius dei viui. Sed glo-  
rificantem se dominus glorificauit: quia ei respondit, dicens:  
Tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcumque ligaueris  
super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solue-  
ris super terram, erit solutum & in caelis. Sed de proiectis Iu-  
daeorum reprobis subditur. Qui autem contemnunt me,

Mat. 16.

erunt ignobiles.) Ipsi quidem contemnunt, qui nequaquam hunc  
esse mundi redemptorem credunt. De quibus profecto ipsa  
veritas in euangelio queritur, dicens: Cuius autem eius ode-  
rant illum, & miserunt legationem post eum dicentes: Nolu-  
mus hunc regnare super nos. Sed eorum iam nobilitatem cer-  
nimus: quia & genere, & conditione proscribuntur. Genere  
quidem ignobiles sunt: quia ab ipsa veritate audierunt: Vos  
ex patre diabolo estis. Conditione etiam ignobiles sunt: quia  
amissa libertate, & regno, perpetua gentium seruitute depri-  
muntur. Sed poenarum ordine clarius ostendit, dicens: Ec-  
ce dies veniunt, & praecidam brachium tuum, & brachium  
domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.) Iam quidem  
sine brachio est: quia qui templum, & tabernaculum perdi-  
dit, manum ad oblationem sacrificij veteris uoua extendit. Et  
quia Heli, id est maioribus synagogae sacerdotibus loqueba-  
tur, non solum brachium eius, sed etiam domus eius se praeci-  
dere minatur, vt profecto vniuersalem ritus veteris destru-  
ctionem insinuet, & hoc quod nouo tempore iam factum cer-  
nimus, antiquitus fuisse dispositum sentiamus. Et brachium  
itaque eius, & domus eius dominus praecidit: quia & summos  
Iudaeae pontifices, & minores sacerdotes ab immolatione ve-  
teri penitus amouit. Vnde & conuenienter adiungitur. Vt  
non sit senex in domo tua.) Senes quippe intelligendi sunt sa-  
cerdotes, quorum officium: quia grauitate magna honesta-  
tis impenditur, a religionis pondere nulla puerili leuitate va-  
cuatur. Brachium igitur eius, & domus patris eius ita praeci-  
sum est, vt in domo sua senex non sit: quia sic veteris sacerdo-  
tij ritus euauit, vt omnino nemo remanserit, qui veteri mo-  
re immolare iam possit. Nam postquam redemptor humani  
generis pro peccatis nostris, nouo sacrificij more, se obtulit,  
esse sacerdos consuetudine antiqua cessauit. Sed qui amissi  
sacerdotij damna sustinet, habet tormentum maioris poenae  
de dolore inuidiae. Quare & subditur: Et videbis aemulum  
tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel.) Intra tem-  
plum quippe aemulum suum videt: quia ipse iam foras expul-  
sus est. Nam qui aemulus sacerdotij veteris alius est, quam or-  
do nouorum praedicatorum? Qui profecto dum veterum, &  
electorum patrum studia viuendo, atque docendo adaequare  
nititur, bona Heli nimirum in bono aemulatur. Hinc Paulus  
admonet, dicens: Bonum aemulamini in bono omnes. Quae  
autem Israel prospera nisi felicitates huius transeuntis tem-  
poris intelliguntur, in quibus Israel secundum carnem val-  
de letabatur? In vniuersis ergo Israel prosperis aemulum su-  
um videt, qui in sancta ecclesia praedicatorum veritatis for-  
lices aspexit, & reru opulencia & celsitudine dignitatis. Hoc  
etiam quod in templo videndus asseritur, perfectiori intelli-  
gentia declaratur. In omnibus quippe prosperis in templo  
est aemulus: quia ordo praedicatorum, omne quod sibi famu-  
latur de felicitate temporis, in contemplatione disponit ae-  
ternitatis. Sequitur. Veruntamen non auferam peni-  
tus ex te virum ab altari meo.) Penitus nanque ab altari suo  
virum auferret, si ad fidei nostrae vnitatem nullum admitteret.  
Penitus ergo non abstulit: quia etsi reprobos synagogae sa-  
cerdotes repulit, plures tamen ex eis ad sui cognitionem mi-  
sericorditer adduxit. Quorum profecto in apostolorum ac-  
tibus Lucas meminit, dicens: Plurima turba sacerdotum ob-  
bediebat fidei. Digni nanque tanto, & nouo ministerio inuen-  
ti sunt, qui remanere eum perditis in vetustate noluerunt. Sed  
quia non solum electos praedicatorum de gentibus, verum  
etiam illos, qui de Iudaea credidere ad tormentum inuidiae  
Iudaicum sacerdotum habuit. Sequitur. Sed vt deficiant  
oculi tui, & tabescat anima tua.) Vel idcirco virum peni-  
tus ex eo ab altari suo non abstulit, vt Heli oculi deficerent,  
& anima eius tabesceret: quia videlicet electos de Iudaea no-  
luit ad ministerium nouae praedicationis assumere, vt remo-  
tis eis, culpa ad poenam reprobos teneret. Defecerunt nanque  
oculi Heli, cum summum sacerdotium veritatem fidei per  
ora praedicatorum in auditu habuit, & non cognouit. Ani-  
ma quoque eius tabescebat: quia videlicet per repulsionis suae  
poenam emarcuit, dum sancti spiritus gratiam amisit. Sequi-  
tur. Et pars magna domus tuae morietur, cum ad virile ae-  
tatem peruenerit.) Aetas virilis tempus est dominicae incar-  
nationis. Quod profecto apostolus insinuat, dicens: Quando

D

Luc. 19.

Ioan. 8.

Sen

E

Galat. 4.

F

Acto. 9.

Galat. 4.

**G** venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorum perciperemus. Quid igitur precepta iudaeae fuerunt, nisi quaedam eruditiones infantiae? Huius item pueritiae tempus idem apostolus insinuat, dicens: Cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. In virali ergo aetate mortua est: quia in plenitudine temporis, in mundi redemptorem saeuit, & semetipsam infidelitatis mucrone transfixit. Bene autem non tota domus, sed pars magna domus eius moritura praedicitur: quia ex eis quidem in redemptorem crediderunt. Et causam maioris doloris adiciens, ait: Hoc autem tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni, & Phinees. In vna die morientur ambo. In duobus filiis Heli, geminum sacerdotij veteris ordinem supra ostendimus designari. Qui certe in vna die mortui sunt: quia simul in redemptoris morte conuenerunt. Bene autem sacerdotum mors in signum moriturae domus posita memoratur: quia cum pastores intereunt, necesse est, ut ad eundem interitum grex sequatur. Et quia ex falsa ratione decepti sunt, in die mori perhibentur. De cuius falsitate lucis beatus Iob loquitur, dicens: Sic in tenebris, sicut in luce ambulat. Sed qui vetus expulit, nouum sacerdotium preparauit. Vnde & subditur: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Mortuis namque filiis Heli, fidelem sacerdotem sibi dominus suscitauit: quia extinctis in perfidia praelatis veteris populi, electos ad exhibendum redemptionis nostrae ministerium ascieuit. Qui nimirum fidelis assumptus dicitur: quia vetus, cui successit, per infidelitatem fuit reprobatus. Et quia ea fides, eius sacerdotis laudibus ascribitur, quae per dilectionem operatur, ipsa dilectionis opera per sequentia verba designantur. Nam sequitur: Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat. Hoc namque ineffabilis diuina substantia signari per partes hominis voluit, quod in se iuxta literam intelligi non oportet. Dixit itaque: Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, non quod incorporea, & incircumscripta dei substantia cor, & animam habeat, sed sic loquitur homini ut homo homini loqui solet, ut per hoc, quod ex verbo suo audiens homo cognoscit, aperte sciat, quid etiam velit deus. Quod profecto dici simplicius potuisset. Qui faciat voluntatem meam. Et praemia operis exponit, dicens: Et aedificabo ei domum fidelem. Quae namque ista domus alia, nisi aeterna patria intelligitur? Quam profecto domum dominus commendans, ait: In domo patris mei mansiones multae sunt. Sed haec domus aedificari nunc dicitur: quia ex piae vitae actionibus preparatur. Veruntamen ad eam promerendam, indignum est opus hominis, si non hoc agat gratia misericordiae dei. Bene itaque cum domus aedificium ponitur, Dominus ei eam aedificare pollicetur: quia nimirum vires humanae a tanta operatione deficiunt, si non diuinitus adiuuentur. Hinc Paulus ait: Deus est, qui operatur in me velle, & perficere. Hinc iterum dicit: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Hanc domum se aedificare promittebat, cum diceret: Vado parare vobis locum, & iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, ut vbi ego sum, & vos sitis. Quia vero vocantem se gratiam, ex arbitrij libertate deuote secutus erat, adiungitur: Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Vnicuique enim electorum coram Christo ambulare est, se semper in conspectu redemptoris aspicere, & ea quae ei accepta cognoscit, operari. Vel certe coram Christo ambulat, qui in omne quod agit, semper ad ipsum respicit, & vitae suae rectitudinem in eo dirigit, quem per assumptam humanitatem ad componendum electorum speciem, venisse recognoscit. Sed in caecitatis suae tenebris iudaea non semper deserenda est: quia per prophetam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, tamen reliquiae saluae fient. Hinc Paulus ait: Caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium introeat, & sic omnis Israel saluus fiet. Hanc ergo iudaeae visitationem subsequenter ostendit, quia dicit: Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, veniat, ut oretur pro eo. Tunc certe iudaea pro se orari dominum postulat, quando collectis iam electis de gentibus, caecitatis suae tenebras non ignorat, cum per sacerdotes omnipotentis dei, ei offerri per confessionem

sanctae Trinitatis appetit: quia in vetustate pristina superna & promoueri gaudia non praesumit, sed & fidem redemptoris, quam conuersa recepit, praedicando etiam conuertendis aliis impendit. Bene etiam subditur. Ut offerret nummum argenteum. Argento quippe eloquia diuina signantur, quia per prophetam dicitur: Eloquia domini igne examinata, argentum igne probatum. Quod profecto argentum tunc iudaea in dei laudibus impendit, cum aperte fidem nostram praedicat, cui infidelitate posita ante contradixit. Et quia eundem redemptorem, quem amando praedicat, etiam compatiendo imitatur, adiungitur. Et tortam panis. Panis namque nomine ille exprimitur, qui de semetipso ait: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Torta itaque panis, redemptoris caro est, affecta suppliciis. Hunc namque tortum panem propheta intuens, ait: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et quia per quendam sapientem dicitur: Si sederis ad mensam potentis, sapienter attende, quae apponuntur tibi: quia similia oportet te preparare. Tortam panis, & nummum argenteum iudaea tunc offert, cum redemptorem nostrum aperta confessione praedicat, & pro eius amore, quem praedicat, sustinere tormenta a perfidis non recusat. In qua nimirum imitatione passionis, & refectioe dulcedinis: quia valde delectatur. Sequitur:

Dicatque, dimitte me obsecro, ad vnam partem sacerdotalem. Dimitte me ait. Quasi dicat: Noli me quasi infamem, & morte redemptoris cruentatam repellere. Vnam quoque partem sacerdotalem sibi concedi obsecrat: quia veris sacerdotibus sociari desiderat, ut eorum valeat admisceri gaudiis, quorum oblationes appetit seipsam offerens imitari. Vnde & refectioe suae exponens desiderium, dicit: Ut comedam buccellam panis. Quia in re notandum est: quia tortam panis in deuotione oblationis habitura praedicitur, & buccellam in appetitu comestioe. Cur ergo ad comedendum non torta panis sed buccella concupiscitur? Et cur non buccella, sed torta offerenda perhibetur? Sed quia in rotunditate buccella conficitur, rotunditas autem ipsa quodammodo nec principio, nec fine dignoscitur, recte per panis buccellam redemptoris aeternitas designatur. Torta igitur panis a nobis offerri, & non buccella potest: quia qui passionem dominicam imitari moriendo, siue carnem affligendo possumus, aeternitatem in nobis, quam praesentemus eius conspectui, non habemus. Et buccella nobis in perfectione desiderij esse, non torta panis debet: quia qui humani generis redemptorem compatiendo temporaliter sequimur, in superna patria non mortalem iam, nec patientem, sed aeternam atque regnantem possidere desideramus. Eam igitur, quam offerre tortam panis desiderat, dicit: Ut comedam buccellam panis: quia conuersi de iudaea, redemptorem nostrum in aeternitate refectioe possidere desiderant, cuius passionem imitati hic sunt, ad strenuitatem militiae, non ad praemium retributionis.

Caput III.



**H**AEC de sacra historia typica explanatione percurramus, ut in eiusdem sacrae historiae verbis, moralis intelligentiae aliquid perquiramus. Itaque puer Samuel in conspectu domini minister asseritur, quod tamen ministerium non absolute sed ante faciem Heli domino exhiberi memoratur. His igitur verbis, non ostenditur perfectio ministerij, sed humilitatis. Facies namque Heli vnicuiusque institutoris ratio est arbitrij. Ille namque ante praceptoris sui faciem domino ministrat, qui in exhibitione ministerij sui, proprii arbitrij ratione non sequitur, qui eo operis itinere graditur, quod ei magistrus sui cognitione prauidetur. Nam perfecti quique viri, & docibiles dei, ministri quidem in conspectu domini sunt, sed ante faciem hominis, ministri eius non sunt: quia ipsa eos intus diuinitas erudit, qualiter foris etiam vita, & moribus, ac doctrina disponantur. Vnde & praecursori redemptoris, paterni oraculi laude, promittitur: Tu quidem puer propheta altissimi mi voca-

Ibidem.

Iob. 24.

Ioan. 14.

Philip. 2.

Rom. 10.

Ioan. 14.

Esai. 10.

Rom. 11.

Psal. 111.

Ioan. 6.

Esai. 53.

Prov. 2.

L.

M

Moralis.

Lucas.



**A** m i vocaueris, præbis ante faciem domini, parare vias eius. Ante faciem quidem domini præire describitur, qui in ministerio suo non erat sequitur arbitrium superioris hominis, sed inspirationem diuinitatis. Ante faciem ergo Heli Samuel digno ministrare dicitur, vt subiecti quique, eius exemplo debeat. Quatenus de ministerio suo sic placere conditori studeant, vt præter prælatorum suorum arbitrium, agere aliquid non præsumant. Nam qui ante institutoris sui faciem domini minister asseritur, si eius faciem præire per tumorem despicit, minister in conspectu domini non exiit, quia omnipotentem ignorare conuincitur, cui per eius arbitrium placere despicit, cuius se imperio, vt ei placeret, subiugauit. Vnde & Heli, & Belial esse filij, & nescire dominum dicuntur, & ad populum officium sacerdotum. Filij nanque sunt, qui spiritualibus patribus ad eruditionem subiguntur. Qui profecto cum eorundem patrum sequi consilia superbiendo despiciunt, Belial filij rectè nominantur: quia eius, qui per superbiam de caelo cecidit, apostata spiritus imitatores fiunt, Qui certe tanto deterius dominum nesciunt, quanto eius sibi cognitionem arrogantiùs adscribunt. Eo nanque agitur, vt quod scire debent, periculosius nesciant, quo id quod se scire existimant, nescientes, discere non curant. Et quia inuisibilem conditorem amare nequeunt, quem ignorant, in appetitu visibilibus, ipsa, quæ sibi vsurpant dei ministeria, dissipant. Vnde & ij qui ignorare dominum sacerdotes relati sunt, vt sacerdotum quoque officium ad populum nescire perhibetur. Et vt reprehensionis eius causas aperiat, ad omnem immolantem ignorantis sacerdotis puer, cum tridente fuscina venire memoratur, & crudam carnem violenter exigere. Quibus profecto verbis in auiditate sue rapacitatis tres gule species notantur, nam is cuius puer, antequam coquerentur carnes, ad inferendam pro eis violentiam veniebat, legitimam refectionis horam sustinere non poterat, & cui carnes querebantur, simplicibus cibis vt nesciebat, & quia coctam renuens, crudam carnem exigebat, communi preparatione eandem carnem edere fastidiebat. Verum cum sacerdotum voluntati seruierit peruersitas famulorum, quid est quod non ipsorum sacerdotum, sed puerorum peccatum grande nimis etiam coram domino fuisse memoratur? Sed eisdem verbis sacerdotum culpa maior ostenditur: nam qui minorum peccatum grande nimis coram domino fuisse asserit, maiorum iniquitatem, in quem damnationis cumulum excreuisse cognouit? Quæ tamen magnitudo reatus asseritur, non solum pro appetitu illicitæ comestionis, sed etiam pro violentia rapacitatis. Sed ad electi pueri narrationem diuinus sermo regreditur, vt in eo, non quod reprobandum, sed quod imitandum est, attentius consideremus. Itaque ephod lineo accinctus, & in conspectu domini esse perhibetur. Quid ergo in ephod lineo, nisi continentia candor ostenditur? quo nimirum ephod accingimur, cum ad nitorem pudicitia ex omni parte retinemur, cum animæ, & carnis pars nulla à distractionis lege absoluitur, per quam ad luxuriæ caliginem desuamus. Talis itaque minister in conspectu domini est: quia de omnipotentis dei sperata visione non fallitur, cui cum tanto accentionis sue nitore famulatur. Cui profecto puero, ascendens mater cum viro ad immolandum solennem hostiam, attulisse paruam tunicam dicitur. Mater quidem cum viro ascendit, quando mens prædicatoris per præscientiam interni sponsi, sese ad contemplanda sublimia illa æternitatis gaudia erigit. Tunc quippe immolat solennem hostiam: quia dū per illius amoris ineffabile suauitatem conditori coniungitur, supernis altaribus deuotio festina presentatur. Et tunc quidem paruam tunicam defert: quia etsi per magnam internæ visitationis gratiâ, pastoris anima ad superna sustollitur, paruulis tamen non admodum subtilitatis suæ, sed pro eorū viribus imponere præcepta conuersationis debet. Vnde & Moyses à monte in immenso vultus sui splendore regrediens, faciem velauit, vt in eum populus intendere visum potuisset. Paruam itaque tunicam ea que spiritualis mater est, filio deferat, vt paruulis adhuc initia quædam, & plana præcipiat, & non fortitudinis suæ onus imponat. Nā sæpe inter magna opera corruunt, qui per minora vincere hostem possunt. Vnde & Dauid contra Allophylorum fortissimum in pugnam progrediens, lorica,

clypeum, & militaria quæque instrumenta deposuit, & qui de se in eorum pondere contra hostem exercere non potuit, in vno eum fundæ lapide prostrauit. Ad immolandum solennem hostiam mater illa ascenderat, quæ dicebat: Scio huiusmodi hominem, qui raptus est in paradysum. Sed de tanta magnitudine, magnam vestem paruulis non adduxit: quia dicit: Audiuisti arcana verba, quæ non licet homini loqui. Item lac vobis potum dedi, non escam. Paruam itaque paruulo filio tunicam mater deferat, & pro modo corporis, mensura indumenti tendatur, quatenus dum temperatæ conuersationis virtute dimicat, hunc hostis inæquali armorum sarcina non substernat. Et quia ex discreto curæ pastoralis studio, prædicatori deus conuersorum lucra multiplicat, visitata à domino Anna perhibetur, atque per gratiam diuini muneris in filiis, & filiabus metuisse gratiam secunditatis. Quæ filios quidem parit, cum eos verbo lucratur, per quos prædicationis semina aliis tribuit. Filias verò parit, cum eas mentes ad omnipotentis dei seruitium reuocat, quæ etsi ad prædicationem idoneæ non sunt, verbi dei tamen semen diligenter à prædicatoribus acceptum nutriunt: quod velut parturientes postmodum filia, per bona opera in exemplum proximorum gignunt. Sed quia prius Samuel lineo ephod accinctus asseritur, dehinc fecunditas matris in pluralitate liberorum potest rationabiliter intelligi hoc, quod fieri quotidie cernim: quia videlicet ex bona opinione electi discipuli, magistro succrescunt lucra conuersorum. Vnde & post ortum fratrum, & sororum magnificatus Samuel apud dominum fuisse perhibetur: quia profecto coram domino iam magni sunt, qui per exempla piæ conuersationis proximorum corda, ad omnipotentis dei seruitium conuertunt. Magnus verò nobis timor incutitur: quia Heli filiorum culpa damnatur: cuius peccata propria nulla referuntur. Nam bonis subditis bene viuere, ad salutem sufficit, prælatis verò propria vita non sufficit. Valde etenim senex est, qui viuere irreprensibiliter semper studet. Vnde etiam scriptum est. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata, canis enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sed quidam bene viuendo præminent, qui auctoritatem, quam prælatio exigit, nullam habent. Nam & si ad agenda bona excitare subditos satagunt, tamen contraire delinquentibus per zelum rectitudinis erubescunt. Qui nimirum etsi ad redarguendos eos aliquando exeunt, nocent potius loquendo quam profunt: quia eorum obstinationem non digna seueritate confundunt. Nam idem Heli filiorum scelera, & quomodo ad tabernaculi ostium cum mulieribus dormirent audiuit: qui velut ab aspera inuentione auctoritatis incipiens, res pessimas ab omni populo se audisse perhibuit. Sed qui insequi eas quas exposuit culpas debuit, per subsequenter verba lenigauit, dicens. Nolite filij. In qua nimirum propinquitatis appellatione, quantum à domini voluntate dissentiat, liquet: quia illos filios appellauit, quos diuinus sermo supra Belial, id est spiritus nequam filios esse perhibuit, dicens: Porro filij Heli filij Belial. Cum mulieribus quippe dormire est, secure, & sine metu futura vindicta peccare. Mulieres quippe meretrices, sunt concupiscentia seculares. Quæ bene ad tabernaculi ostium obseruare perhibentur: quia ad introitum regni cælestis tendentibus, insidiantur. Qui verò sic mundi concupiscentias sequitur, vt sæpe diuini metus consideratione terreatur: polluitur quidem cum mulieribus, sed non dormit: quia etsi transgrediendo labitur, in perpetratis tamen facinoribus, per securitatem nequaquam requiescit. Dormiens itaque cum mulieribus, nomine propinquitatis honorandus non est: quia qui proiecto iam dei timore, in suis secleribus obstinati sunt, leuiori increpatione arguendi non sunt: ne leue pondus peccati esse putent id, in quo corruunt: dum graue eis illud non sonat, quod ex auctoritate prædicatur. Sed remissi pastores inter somenta verborum, quædam proferre solent argumenta rationis. Vnde & Heli voce dicitur. Si peccauerit vir in virum, pacari ei potest deus: si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo? Vir in virum peccare, est de rebus labentibus alterutrum sibi homines nocere. In deum verò peccare, est ea ei, quæ ad æternitatem condidit, auferre. Quicumque igitur aut suam, aut alterius fidelis hominis

Gule species

Exo. 34.

1 Reg. 17.

2 Cor. 12.

2 Cor. 3.

Sap. 4.

F

**G**minis animam ad peccandum pertrahit, in deum peccare cō-  
 vincitur: quia sua ei auferre propria nititur. Quod nimirum  
 tanto grauius peccatum esse ostenditur, quanto & qui pro e-  
 ius absolutione dignus intercessor existat, rarius inuenitur.  
 Nam sub interrogatione quis orabit pro eo, non dicitur, vt  
 talibus etiam pœnitentiæ remedia denegentur: sed quia al-  
 tiora peccatorū vulnera difficilius curantur. Quod tamē id-  
 circo dictum potest intelligi: quia sacerdotes arguuntur. Vir  
 enim in virum peccat, cum ille delinquit, cuius culpa corri-  
 genda ad hominis superioris iudicium respicit. Quia igitur  
 peccata subditi populi, quæ ad sacerdotes respiciunt, ipso-  
 rum sacerdotum precibus delentur: cum sacerdos in culpam  
 labitur: superior persona non est, cuius precibus expietur.  
 Quod & ipsa veritas p se insinuat, dicēs: Si sal euauerit, in  
 quo salietur? Dicat ergo. Quis orabit pro eo? Quasi di-  
 cat, quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo  
 precipitat: qui ad intercedendū pro aliis ordinatus est? Que  
 profectō culpæ magnitudo monstratur: quia plerique eorū  
 à domino in impœnitentis cordis caliginem proiciuntur: &  
 nulla hominis adhortatione respiscunt. Quare aptè sublim-  
 eum est. Non audierunt vocem patris sui, quia voluit eos  
 dominus occidere. Puer autem samuel & proficere, & cre-  
 scere memoratur, & tam deo quàm hominibus placere, vt e-  
 lecti auditoris studiū designetur, qui rectæ vitæ itinere suos  
 conatus ad supernam patriam dirigit, dum ad maiora conua-  
 lescit. Vnde & per Psalmistam dicitur: Ambulabunt de vir-  
 tute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion. Profectus  
 itaque conuersationis est, crescere meritis, placere deo, & ho-  
 minibus consummatæ perfectionis. Et quia ad opera conuer-  
 satio pertinet, meritumque peruenit ex charitate, illi audito-  
 res proficiunt, & non crescunt, qui bona opera pro studio va-  
 nitatis exhibent, & charitatem non habent. Proficimus ergo,  
 & crescimus, si cum sublimiori conuersatione per opera me-  
 liora sustollimur, ex eadem sublimitate operis, ad sola intē-  
 dimus gaudia æternitatis. Placere autem tam deo, quàm ho-  
 minibus magnæ virtutis est: quia plerunque de bono opere  
 nostro proximos nostros offendimus, si eadē bona opera non  
 cū magna cautela faciamus. Tā deo igitur, quàm hominibus  
 placet, qui in bono opere, quod omnipotentis dei obsequiis  
 impendit, cautus est, qui sic deo placere curat, vt de dei mini-  
 sterio aliquem non offendat. Et quia de Samuele adhuc pue-  
 ro, & sub aliena instructioneposito dicitur, communiter vi-  
 uentium per hoc vita eruditur. Nam quidam in sacris locis  
 communiter viuentes, feruore nouitio sub colore magnæ o-  
 perationis sibi vacare appetunt, qui contubernalibus fratri-  
 bus quominus sunt vtilis, hoc minus placent. Electus itaque  
 puer samuel communiter viuentibus forma proponitur, cui  
 imprimantur. Deo itaque, & hominibus quisque eorum pla-  
 cet, cum fratribus vtilis est, deo deuotus. Sic ergo agant cu-  
 ram sui, vt ea quæ sunt proximi, non omittant, quatenus ex be-  
 nignitate his placeat, qui secum in imo sunt: supernis verò  
 oculis ex deuotione, fortitudinis suæ robur caute exhibeat,  
 vt infirmorum corda non atterat, dum fortitudinis suæ im-  
 petu, ad superna festinat. Vir autem dei ad Heli venisse de-  
 scribitur, qui profectō diuinæ sententiæ seueritatem prolata-  
 turus, quanta ei dona contulerat, diligenter enumerauit. Et  
 quia tandem vindictæ, quam mereretur, pœnam denunciat,  
 quid dat intelligi, nisi quia pastorum culpe subtilius iudicā-  
 tur: & non solum peccata eis pœnam vltionis aggranant, sed  
 etiam munera concessa. Item quia sigillatim eadem dona re-  
 plicat, aliquid grauius designat: quia singula ad tormentum  
 veniunt, quæ mala fuisse seruata comprobantur. Male namq;  
 in se omnipotentis dei munera custodit, qui nitorem pasto-  
 ralis culminis, per maculas polluit prauæ actionis. Vnde &  
 aptè Heli domus munera, & victimas domini calce abiecisse  
 reprehenditur. Calx quidem ea pars corporis est, qua terram  
 tangimus. In hac igitur inferiori parte corporis animæ affe-  
 ctus ostenditur, quo terrena concupiscuntur. Et quia, vt qui-  
 busdam visum est, pro consecuta, vel consequenda victoria  
 victimas afferrī consueuerant, munera amicis dari, quid in vi-  
 ctimis, & muneribus, nisi proficientium adhuc vota, & per-  
 fectorū deuotiones in omnipotentis dei laudibus designan-  
 tur? Qui enim per occultorum hostium tentamenta profici-

psal. 83.

H

I

mus, cum ad eorum confictum virtutem præparamus, pro-  
 fectō victimas in omnipotentis dei laudibus tenemus. Sed de-  
 uictis iam iis, quæ ingeruntur nobis, preliis, cum de victoria  
 consecuta omnipotenti deo gratias agimus, eidem domino ni-  
 mirum victimas immolamus. Qui autem ei familiaris amo-  
 ris affectum offerunt, quasi amico munera impendunt. Mune-  
 ra igitur sunt affectiones charitatis, quibus corda electorum  
 in desiderium sui conditoris inardescunt. Et quia cum rector  
 terrena sequitur, plerisque in spiritali confictu positus, ple-  
 risque etiam iam anhelare incipientibus nocet, calce nimirum  
 dei victimas, & munera abiicit: quia exemplo suæ prauitatis,  
 eorundem vtrorūque studia expellit. Abiiciuntur itaq; victi-  
 ma: quia sæpe à rudibus Christi militibus pugnae spiritalis  
 labor relinquatur, cum principes Christianæ expeditionis,  
 in terrenorum blandimentorum requie, sequi corporis oia  
 videntur. Calce abiiciuntur munera: quia affectiones chari-  
 tatis à plurimorum iam superna diligentium mente frige-  
 scunt, dum prelatos suos aspiciunt supernam patriam, per nulla a-  
 moris desideria querere, sed corporis frigore constrictos,  
 infimis delectationibus iacere. Quorum profectō nonnulli  
 sunt, qui ipsos spirituales honores carnaliter exhibent, &  
 quod meritis debetur, propinquitati tribuunt. Qui profectō  
 præsumptionis suæ reatu expauescerent, si hoc quod de He-  
 li sacerdote dominus queritur, attente pensarent. Hono-  
 rasti, inquit, filios tuos, magis quàm me, vt comederetis pri-  
 mitias omnis sacrificij populi mei Israel. Filios quippe, &  
 propinquos magis quàm dominum honorat, qui ad sacros  
 ordines personas eligit, non ex conuersationis honestate, sed  
 amore propinquitatis. Idcirco filij honorati referuntur, vt  
 sacrificij primitias ederent: quia carnales prelati spiritalia  
 honoris culmina, carnalibus propinquis ideo tribuunt, vt  
 ecclesiasticis facultatibus ditentur, & in altitudine ordinis  
 cumulentur abundantia vbertatis. Nec curant quales sunt,  
 qui ad spirituale ministerium veniunt, sed tantum vt tempo-  
 rali dignitate præferant, quos carnali affectione complectū-  
 tur. Queritur ergo honorasse filios, sed scelestos, qui & car-  
 nali propinquitate proximi habendi non sunt, si ecclesiastica  
 doctrinæ conuersatione nequaquam fulgescunt. Sed qui  
 reprobos prouehunt, ipsum promotionis ordinem confun-  
 dere designantur, cum idcirco honoratos filios refert, vt sa-  
 crificij primitias ederent. Non enim prædicat sacerdos, vt  
 comedat, sed ideo vt prædicet, manducare debet. Quod &  
 Paulus insinuat, dicens. Qui Euangelium annunciat, de euan-  
 gelio viuat. Hinc iterum dicit: Boni trituranti, non claudatur  
 os, vt videlicet prædicator sanctæ ecclesiæ ideo comestione  
 subministret corpori, vt ferre valeat laborem prædicationis.  
 Rectum itaque promotionis ordinem peruertere compro-  
 bantur, qui propinquos prouehunt, non ad intentionem mi-  
 nisterij, sed ad propositum dignitatis. Quod profectō nō fa-  
 cerēt, si se, & eos in spiritali culmine carnaliter non amarēt.  
 Sed si Heli repulsionem intelligunt, sui quoque reatus iudicia  
 pertimescant. Nam diuina voce dicitur. Honorasti fi-  
 lios tuos magis quàm me, vt comederetis omnes primitias  
 populi mei Israel. Propterea ait Dominus deus Israel: Lo-  
 quens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui mini-  
 straret in conspectu meo vsque in sempiternum, nunc autem  
 absit hoc à me. Ecce Heli celsitudine dignitatis sententia  
 diuina deponitur, qui pro primitiarū usu scelestos filios ho-  
 norasse conuincitur, vt profectō sanctæ ecclesiæ prædicato-  
 res intelligant: quia si carnali amore reprobis spiritalia mi-  
 nisteria scienter committunt, ab illo, in quo foris stare vidē-  
 tur culmine, interni arbitri æquitate ceciderunt. Et quia sub-  
 sequenter adiunxit. Sed quicumque glorificauerit me, glo-  
 rificabo eum. Etiam inhonoratum fuisse eorum audacia,  
 latenter innuit. Quibus profectō & Paulus id ipsum impro-  
 perans, ait: Nomen dei per vos blasphematur inter gentes.  
 Quia enim decorem acceptæ dignitatis, permiserat fame sor-  
 des maculant, profectō dominū inhonorant. Digne enim ab  
 honoris arce repellitur, qui ei facit iniuriam, à quo honora-  
 tus fuisse comprobatur. Quo contra generali promissione af-  
 firmat, dicens: Sed qui me glorificauerit, glorificabo eum.  
 Deum quippe pastor glorificat, qui exemplo bonorū operū,  
 ad imitationem fidelium coruscet, qui de sublimitate regi-  
 minis,

L  
Indignos  
Promouere  
est illis  
deo pra-  
ponere.

2. Cor. 9.  
Deut. 25.

M

**A**minis, ingenti lumine radiat magnæ conuersationis, qui ad speculum sacrorum ordinum, reproborum ministrorum personarum non accipit, sed eos ad formam subiecti gregis eligit, quos omnis, qui ad imitationem respicit: quia verum in eis lumino loquitur, non offendit. Quibus nimirum per semetipsam verum loquitur, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Glorificantes quidem se dominus glorificat: quia quod electi pastores sanctæ ecclesiæ exteri portant de gloria culminis, hoc intus accipiunt ex gratia diuinæ bonitatis: & honorem, quo sublimes sunt in oculis hominum, digno studio in interiori, ab internæ maiestatis largitate promerentur. Quo contra inhonorantium se gloriam, à se non esse eis impensam, queritur, dicens: Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoravi. Ex se nanque, & non electione summe ordinationis regnant: quia ad gloriam ecclesiastici culminis non vocatur dimittitur, sed per cupiditatem perducuntur. Quos profecto dominus ignorat: quia eos per internæ æquitatis iudicium reprobat. Tale est ergo, ac si dicat. Et si meus esse videtur honor, quem habent, non illum meruerunt obsequio, sed per cupiditatem rapuerunt. Vnde & sublequenter adiungit. Qui autem contempnunt me, erunt ignobiles. Quasi aperte loquitur, dicens: Et si nobilitatem dignitatis præferunt prætextu religionis, ignobiles tamen sunt: quia excellentiæ eius, quam habent, gloriæ, non concordant per sublimitatem vitæ. Sed quia hoc totum expressione futuri temporis promittitur, potest non inconuenienter ad venturæ retributionis meritum referri. De qua nimirum Iohannes dicit: Cui apparuerit similes ei erimus. Hinc euangelista Marcus asserens, ait: Tunc videbunt filium hominis cum potestate multa, & gloria. Cum autem glorificantem se glorificaturum asserit, profecto ei suæ similitudinis gloriam reponit. Glorificantem quippe se dominus glorificat: quia eos æterna sublimitate remunerat, qui nunc intra sanctam ecclesiam per exempla bonorum operum, in electorum oculis coruscant. Contemptores autem erunt ignobiles: quia in electorum gloria recipi non merentur. Nam quia modo per conuersationem reprobam, lapsi angeli imaginem vestiunt, ignobiles cum eo tunc erunt, quando ei in interna pena sociantur. Horum nanque glorificationem, atque illorum ignobilitatem propheta intuens, ait: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in faucibus eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Glorificantem se quippe dominus glorificat: quia humiles electi cum eo in æterna gloria exultant. Qui nimirum, quia glorificationis claritatem ex modo propriæ conuersationis accipiunt, in cubilibus suis lætari, de gloria consecuta perhibentur. Contemptores autem eius perpetua ignobilitate feriuntur: quia nationum reges, & nobiles ferreis, æternis videlicet vinculis, ad poenam vincuntur. Reges autem nationum, & principes sunt superbi & gloriosi prælati carnalium. Ignobiles autem tunc erunt, quando ferreis vinculis ligantur: quia qui modo se aduersus paruulos temporaliter erigunt: à fulgore honoris & ausu suæ tyrannidis æterna poena cohibentur. Vnde & hic quoque subditur.

Ecce dies veniet, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui. Brachium quippe contemptoris est fortitudo temporalis. Et quia de summi patris familia, transgrediendo exiit, lapsum angelum à celesti gloria habere iam patrem cepit. Domus itaque patris eius est ea, quæ sibi fauet in malo societas subditorum. De quibus profecto superius dicit. Honorasti filios tuos, magis quam me. Brachium ergo contemptoris, & domus patris eius præciditur, cum interueniente morte carnis, prælatus, & subditi violentiam suæ tyrannidis pariter amittunt. Tunc quippe sine brachio est, cum in opprobrio paruulorum exercere violentiam nequaquam potest. Vnde & æterni iudicis æquitate decernitur: Ligatis inquit manibus, & pedibus proicite in tenebras exteriores. In cuius etiam domo senex non erit. Dammati quippe hominis domus, infernus est. Senectus autem vera est maturitas sapientiæ. In domo itaque eius senex non erit: quia in inferno nul-

la inueniri poterunt consilia salutis. Vnde & ad veram sapientiæ opera sacra scriptura excitat, dicens: Quodcumque potest manus tua instanter operare: quia nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos, quo tu properas. Hinc Paulus ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In domo itaque contemptoris senex non erit: quia quisquis recte sapit, non in inferno, sed in celo sibi mansionem parauit. Qui etiam contemptor ad augmentum poenæ suæ Aemulum suum videt in templo in vniuersis prosperis Israel. Templum etenim dei, superna patria est. De qua etiam per prophetam dicitur: Dominus in templo sancto suo, dominus in celo sedes eius. Israel autem, qui videtur deum interpretatur, angelorum illa felix multitudo signatur, de qua dominus in euangelio dicit: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in caelis est. Israel autem prospera sunt, beatorum illorum spirituum gaudia sempiterna. In templum igitur æmulum suum contemptor aspiciet: quia prædicator reprobis iam damnatus, ordinem humilium iam gaudere in celestibus recognoscit. Cui nimirum æmulo vniuersa Israel prospera tribuuntur, scriptum quippe est: Erit deus omnia in omnibus. Cuncta igitur Israel prospera, omnia quæ deus est illis beatissimis ciuibus designantur. Nam cum æterna illa essentia summum videlicet & simplex bonum in semetipso sit, tamen quia reuelatione maiestatis suæ omnia illorum beatorum spirituum desideria satiat. Hanc esse doctor egregius demonstrat, vnde & cautè non in semetipso deus omnia, sed in omnibus omnia esse prædicat: quia qui in natura sua vnus, & simplex bonum ineffabiliter existit, tot bona est bonis omnibus, quot ipsi omnes de contemplatione gloriæ adimpleantur gaudiis. Vniuersa igitur Israel prospera æmulo tribuuntur: quia ordo humilium electorum inter angelorum choros excipitur, ut diuinæ contemplationis gaudiis æterna perceptione satiatur. Qui rectè æmulus contemptoris esse perhibetur: quia electi dei etiam superborum, atque negligentium prædicatorum bonæ admonitionis hortamenta suscipiunt. Vnde & dominus præcipit dicens: Quæcumque dixerint vobis facite, secundum opera illorum facere nolite. Hinc Paulus ait: Bonum æmulamini in bono omnes. Sed cum scriptura dicat: Tollatur impius, ne videat gloriam domini, cõtrarium videtur, ut ij qui in inferno dånati sunt, eos qui in celo gaudent, videre intelligantur. Sed quia videre etiam ad cognitionem pertinet, in templo æmulum videt: quia et si inferni poenis confictus tenetur impius, electos humiles, quos oculis non videt, in celo non dubitat angelorum gaudiis interesse. Et notandum, quia bis dicitur, non erit senex in domo tua: quia nec de poenarum experientia, quam damnatus habet, nec de scientia alienæ felicitatis, nec de poenarum experientia, quam non habet, ad salutem eruditur. Aliquando autem pastoribus reprobis, electi per doctrinam filij nascuntur. Quos nimirum obligatos pastorum culpa non retinet, quia bonæ prædicationis eius hortamenta sequuntur, quæ audiunt, & non peruersa opera quæ vident. Vnde & subditur. Veritatem non auferam penitus ex te virum ab altari meo. Viri nanque sunt qui ardua rigida conuersationis arce fulgescunt. Quasi ergo dicat. Idcirco eos ab altari meo non aufero: quia viri sunt. Nam pro merito conuersationis, seruatur eis fortitudo, & celsitudo potestatis. Vnde & per prophetam dominus æquitatis edicta promulgat, dicens: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij. Ab altari itaque suo ex eo virum dominus iuste auferret, si filius patris iniquitatem portaret. Sed ex eo ipso quod electus auditor in gloria cernitur, reprobo doctori poena cumulat. Quare & subditur. Sed ut deficient oculi tui, & tabescat anima tua. Oculi nanque eius deficient: quia ex eius vita, qui sua perfecit exhortatione confunduntur. Anima quoque eius tabesceat, quia abundantius dolere compellitur, dum bonum quod docuit, per gloriam retributionis florere noscit in subditis, & ipse hoc agere non curauit. In quibus etiam verbis notandum est: quia qui penitus ex eo virum ab altari suo se non ablaturum promittit, rarus innuitur esse quæ recipit: quia profecto doctoris reprobi plures auditores sunt, qui sequantur praua quæ agunt, quam recta quæ docent. Vnde & hic quoque, magna pars domus eius in virili ætate mori-

D  
Eccles. 9.  
2. Cor. 6.  
Psal. 10.  
Eph. 4.  
E  
Matt. 23.  
Gal. 4.  
Esa. 26.  
F  
Ezec. 18.  
tura

Matt. 5.  
Osee. 8.  
1. Ioh. 7.  
Marc. 13.  
Ier. 149.  
Mat. 22.




**G**tura perhibetur. Aetas nanque virilis, tēpus est administrā-  
di sacerdotij. Imitator itaque doctoris reprobī ad virilem  
aetatem ducitur, cum ad sacri ordinis cellitudinē promouetur.  
Ad quam profectō aetatem cum peruenerit, moritur: quia  
ad tantum ministerium quisquis indignus accesserit, vel in  
eo indignē vixerit, condemnatur. Vnde & Paulus dominici  
**1. Cor. 11.** corporis, & sanguinis mentionem faciens, ait: Qui manducat,  
& bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit. In virili er-  
go aetate moriuntur, quia de praesumptione & ausu ministe-  
rii sublimioris intereunt. Hinc ergo, hinc iam quique praeci-  
pites colligant, & tantū ministerij iurare onera non ambiant,  
sed expauescant. Nam qui mori praedicitur, quando ad viri-  
lem aetate peruenerit, donec ad eam perueniat, viuit: quia ni-  
mirum infirmi quique & illi tanto ministerio impares, si pu-  
sillitatis suae modum cōsiderant, habent in sancta ecclesia lo-  
cum, in quo se custodientes viuunt. Vnde & per Moysen do-  
**Exo. 20.** minus denunciatur, dicens: Bestia si mōtem tetigerit, lapidetur.  
**Gene. 19.** Hinc est etiam quod cum Loth exiret de Sodomis, ab ascen-  
su montis abstinuit, & in Segor paruulam ciuitatem declina-  
uit, ne dum paruulus adhuc ad altiora nititur, virilem aetate  
impingens moriatur. Sodomam quippe eximus, cum ardentis  
concupiscentiae incendia declinamus. Qui statim ad subli-  
mia non ascendimus: quia superioris ministerij summa non  
tangimus, dum infirmitatem propriam metiendo consideramus.  
**H** ne si infirmā aetatis nostrae tenere modū contemnimus,  
qui paruuli viximus, in virili aetate moriamur. In signum ve-  
rō moriturae domus, ambo Heli filij vna die mori praedici-  
tur. Quos nimirū filios, illos signare diximus: qui ad sacros  
ordines a propinquis carnalibus promouerentur, non ad in-  
tentionem administrandi ordinis: sed ad gloriam mundanae  
dignitatis. In vna ergo die ambo moriuntur: quia in appetitu  
mundanae felicitatis intereunt. Gloria secularis, honoris re-  
uerentia, potestas culminis, claritas dignitatis, frequentia ob-  
sequetium, affluentia rerum seculariter amata, dies est: sed que  
interficat. Audiant ergo filij Heli: quia in vna die ambo mo-  
riuntur. Qui enim de accepto pastoralis culmine, labentis vi-  
tae felicitatem diligunt: intentionem quidem habent gaudij,  
fructum verō lamenti: propositū in exultatione vitae, & per-  
uentionem in mortis mœrorem. Ad mortem itaque prope-  
rant, quoties vanē de tēporali felicitate gratulantur. Quod  
& apostolus probat, cū apostatantis viduae memorat, dicens:  
**1. Tim. 5.** Quae autem in delictis est, viuens, mortua est. In die nanque  
hac mori perhibuit, qui causam mortis viduae esse delicias  
ostendit. Sed mors filiorum minus pessima esset, si ipsa causa  
mortis alienae non fieret. Vnde & non simpliciter mori, sed in  
signum moriturae domus mori praediciuntur: quia cum ij qui  
de vicino doctorem reprobū imitantur, in eodem praecipitio  
corruunt, & secutores sequentium in ruina cumulantur.  
**1** Hoc itaque de officio suscepti culminis, temporalem felici-  
tatem amantes, audiant, & reatus sui magnitudinem pertime-  
scant. Tanto deniq; grauiori poena digni sunt, quanto aper-  
tē conspiciunt: quia de vanitate, quam diligunt, non solum  
moriuntur: quia dum in praetextu mundanae laetitiae mortē ebibunt,  
potius sui pestem ad sequentium se multitudinem trāsmittunt.  
Quibus tamen verbis, potest doctoribus reprobis praesentis  
vitae breuitas intimari. In vna quippe die moriuntur: quia cum  
ad terminum huius vitae peruenerint, breue eis omnino fuisse  
cernitur, quod vixerūt. Vnde per quemdam sapientem dicitur:  
**Iob. 20.** Gaudium hypocritae ad instar puncti. Hinc iterum de huius  
mundi amatoribus beatus Iob loquitur, dicens: Ducunt in bonis  
dies suos, & in puncto ad inferna delcēdunt. Sed raptis ad  
poenam reprobis, ad gregis dominici curam sapientes, & electi  
pastores excitantur. Quare & subsequenter adiungit. Et susci-  
tabo mihi sacerdotem fidelem. Fidelem nanque sacerdotem sibi  
dominus excitat: quia videlicet eum summus locus ad sui  
curam exigit, qui non solum rectē intelligat, sed qui fideliter  
ministret. Ministrare autem tunc rectē poterit, cum ministerij  
sui modum de sacro eloquio recognoscit. Vnde & cū fidelis sacerdos  
promittitur, iuxta cor, & animam omnipotentis dei facturus esse  
perhibetur. Quid enim cor, & animam dei, nisi sacram eius  
scripturam accipimus? Nam corde cogitamus ad deliberationem,  
anima verō afficimur ad amore. Quia ergo in sacro eloquio

consilia omnipotentis dei agnoscimus, ibique amorem quo  
humanum genus dilexit inuenimus: ipsum eloquium cor, &  
anima eius rationabiliter designant. Illum itaque omnipotēs  
deus ad suum ministerium sacerdotem eligit, qui iuxta cor  
eius, & animam facit: quia profectō non alius tanto ordine di-  
gnus est, nisi qui voluntatem eius de sacro eloquio didicit: &  
hoc quod didicit, proximorū utilitatibus per studium chari-  
tatis impendit. Sed vigilanter est adhuc intueendum, quod  
dicitur. Iuxta cor, & animam meam. Nam quaedā in scri-  
ptura sacra inueniuntur praecpta, quae dispensatione quidē  
dei praecpta sunt: & non amore dei. Quae profectō si sacer-  
dos, qui excitandus promittitur, adimpleret: iuxta cor quidē  
dei, & non iuxta animam faceret: dum consilium diuinae dis-  
pensationis, & non amoris praecptum operibus reddidisset.  
An non de dispensatione dei illa mandata eius fuerant, de  
quibus loquitur, dicens: Dedi eis mandata non bona. Et cum  
Pharisaei de dando repudij libello, cum ipsa veritate disputa-  
rent, audierunt: Ad duritiam vestram dedit vobis legem  
Moyses. Quia itaque de dispensatione consilij eius illa fue-  
re, quisquis eisdem praecptis vsus est: iuxta cor quidem do-  
mini, & non iuxta animam fecit. Nam cordis, & animae praec-  
ptum illud est, de quo dicitur: Hoc est praecptum meum,  
vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quia hoc quod per con-  
siliū praecipit, per amplexum charitatis apprehendit. Hinc  
item dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui ode-  
runt vos. Hinc item praecipit, dicens: Quae vultis vt faciant vo-  
bis homines, haec facite eis. Haec itaque, & huiusmodi cordis,  
& animae dei praecpta sunt: quia hoc reuelatione ostendi-  
tur secreti eius cōsiliij, quod in eius cōspectu suscipitur pro-  
batione charitatis. Sacerdos ergo fidelis per hoc iudicium  
noscitur, si videlicet iuxta cor & animam eius operatur: quia  
profectō tunc vere fidelis est, si non dispensationis eius licē-  
tiam, sed praecpta sequatur amoris. Sed quia non frustra,  
sed ad lucrum subiectae plebis eligitur: subdit, atque ait.

Et aedificabo ei domum fidelem. Domus nanque sacer-  
dotis est amplitudo, in qua conuersatur, populi subiecti. Que  
profectō domus ei fidelis a domino aedificatur: quia ad obe-  
dientiae studium diuina inspiratione erigitur. Infidelis nan-  
que domus est, ea subditorū societas, que boni rectoris quo-  
tidie praedicationem suscipit: cui tamen obedire, per studiū  
boni operis non intendit. Infidelis enim domus esse cogno-  
scitur: quia verbi dei pecunia, quae ei praedicatoris sui mini-  
sterio creditur, per negligentiam prodigae vitae dissipatur,  
& quod sibi ad negotij lucrum committitur, nequaquam in  
tempore reddendae rationis inuenitur. Bono itaque praedica-  
tori fidelis a domino domus construitur, cum ad obediendū  
voci eius subiectae plebis diuinitus corda praeparatur: vt nō  
solum id, quod in ea reconditur, de verbi talento custodiat:  
sed lucro multiplici cumulatū, ad mensam aeternae susce-  
ptionis ducat. Et notandum: quia fidelis domus a domino a-  
edificari dicitur, vt de bona conuersatione subiecti populi  
praedicator nequaquam inaniter gloriatur. Notandum quo-  
que: quia sacerdotem fidelem sibi dominus excitat: vt subie-  
ctorum corda hoc ipsum quod optimo rectore reguntur,  
tribuere suis meritis non praesumant. Notandum etiam, quod  
sacerdotem, quem excitat Dominus dicit fidelem sibi: domū  
autem, quam ei aedificat, fidelem ipsi sacerdoti dicit futurā:  
quia profectō praedicator deo obedientiam debet, subiectus  
praelato. Sed ante subiectum tunc rectē praelatus graditur, si  
ad omnia dirigenda vitae suae itinera, veritas ipsa videatur,  
Sequitur ergo: Et ambulabit coram Christo meo omnibus  
diebus. Christus autem domini redemptor est generis hu-  
mani. Qui nimirum quia iam ad caelos ascēdisse creditur, a  
fidelibus suis nunc non oculis corporeis, sed mente videtur.  
Coram ipso itaque omnibus diebus ambulat, qui cogitatio-  
ne subita nihil operatur. Nam vt rectos gressus foris ponat  
in opere, intus ad Christum respicit, quem per consydera-  
tionem portat in corde. Sed quia adhuc reprobo pastori lo-  
quitur, subiungens, ait. Futurum est autem, vt quicumque  
remanerit de domo tua veniat, vt oretur pro eo. Reman-  
surus nanque de eius domo aliquis dicitur: quia magna pars  
illius moritura perhibetur. De domo nanque reprobi pasto-  
ris remanet, quem conscientia peccati a spe consequendae ve-  
niae nō

Mat. 19.  
Ioh. 11.  
Luc. 6.  
I.  
Matt. 7.



**A** nia non extinguit. Remanet ergo : quia pondus conscientiae per penitentiae propositum leuigatur, spe consequendae vitae. Qui profecto, ut oratur pro eo, venit, & ad Deum penitendo properat, a quo peccando recessit. Ut oratur itaque pro eo, quia qui indignum Deo se fecit, dignum intercessore remittit, ut alienis precibus expietur, qui proprijs munda ri non posse cognoscitur. Vnde & pie iacobus admonet, dicens: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Hinc iterum: Multum valet oratio iusti assidua. Sed pro eo oratio valet, qui dum se a peccati immunditia cohibet, ad Dei se similitudinem redigit, qua se peccando spoliavit. Vnde & hic quoque subditur. Ut offerat nummum argenteum. In nummo igitur imago Domini sculpsitur, ut eius esse cognoscatur, a quo formari praecipitur. Numus itaque Dei, similitudo eius accipitur. Vnde in Genesi loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et quia de sacro eloquio Dei imaginem, & similitudinem, ad quam redigamur, agnoscimus, argenteus numus esse perhibetur. Qui ergo a peccati via, ut pro se oratur, venit, nummum at genteum offerre debet: quia nihil ei prodest, quod penitendo compungitur, nec quod flendo confitetur, si inemendata, & incorrupta interius pulchritudine bonae voluntatis, luce Dei imaginis nequaquam radiare cognoscitur. Imago etenim & similitudo Dei est, inelyto odio malum odire, & amore perfecto Deum diligere. Vnde & prophetae claritatem diuinae similitudinis ab humano genere periisse intuent, ad eum, qui cum inelyta reparationis nostrae luce de caelo venit, respicit, dicens: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Hinc se iam de eius contemplatione in perfectionis formam renouatum considerans, ait: Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Qui ergo de domo reprobis per confessionem venit, qui per humilitatem pro se orari Dominum petit, curet omnino necesse est, ut nummum argenteum offerat, quatenus sumpto splendore bonae voluntatis, perfecte oderit malum, quod fecit, & bonum integro amore diligit, quod neglexit. Vnde & iusti iudicis examine, propitiationis edicta promulgantur: In quacumque die, vel hora, ait peccator conuertitur, vita uiuet, & non morietur. Conuersio autem peccatoris non est in humilitate confessionis, sed in renouatione interioris hominis, cum peccatori iam diuina inspiratione correcto, & malum displicet quod amauit, & bonum placet quod odit. Nam sunt nonnulli, qui se & de nequitia accusant criminis, & prauitatem non corrigunt voluntatis. Qui profecto conuertit ad Dominum non creduntur: quia vera conuersio in ore non accipitur, sed in corde. Conuerri etenim simul verti est. Conuersio itaque peccatoris vera tunc est, cum ad creatoris nostri beneplacitum uterque noster homo reducit, cum & caro nostra per iniquitatis odium cohibetur a perpetratio ne facinoris, & per amorem iustitiae meae se extendit ad intentionem bonae operationis. Sed quia nonnulli intra ecclesiam sunt, qui tantum in vitae suae terminum, ad penitentiae satisfactionem veniunt, & iudicio veritatis dicitur, quacumque hora peccator conuertitur, uiuit. A nonnullis valde quaeri solet, si statim vitam post carnis mortem inueniant, qui magnae vitae tempore peccata perpetrarunt, & tantum in vitae exitu, se nequiter egisse acculant. Ad quod dicendum est: quia ex vi conuersionis magnitudo deletur criminis. Vis autem conuersionis est affectio charitatis, cordi infusae visitatione sancti spiritus. Et scriptum est de eodem spiritu: quia ipse remissio peccatorum est. Nam cum electorum corda dignanter visitat, ab omni peccatorum immunditia potenter purgat: quia ut se menti infuderit, eam protinus in peccatorum, & vitiorum odia, & in virtutum amorem ineffabiliter excitat. Facit eam statim odisse, quod amabat, & quod odio habuerat, ardentem diligere, utq; in utroque valde ingemiscere: quia & mala quae odit, se damnabiliter amasse recolat, & bona, quae diligit, odisse. Quis enim audeat dicere, licet omnimoda peccatorum sarcina praegravetur, quod perire possit aliquis visitatus gratia spiritus sancti: Quia ergo peccator nulla hora conuertitur, nisi qua a sancto spiritu illustratur, quid restat, nisi quia sicut peccati mortem execrando deserit, ita vita iustitiae, ad quam se desideranter conuertit, uiuat? Qui statim post mortem in vita recipitur, si tantum amoris ignem recipit in con

uersione, qui consumere in anima possit omnem congestam peccati rubiginem. Vnde & de peccatrice muliere dicitur. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hinc ab eadem veritate in cruce pendenti dicitur. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. In vitae igitur exitu solummodo salubriter respiciunt, qui & per internam visitationem perfecte bona diligunt, & mala oderunt, quae amauerunt. Qui tamen si sufficienter pro admissis iniquitatibus dolere non possunt, nihilominus & illi in hora, qua conuertuntur, uiuunt. Nam qui perfectionem bonae voluntatis habuerunt in confessione peccati, post mortem purgatoria poena peccati ad vitam transeunt, si ad delenda peccata sufficientem vim amoris nequaquam habuerunt. Vnde & Paulus dicit. Sic salui fiunt quasi per ignem. Sed peccator qui ibi saluari per ignem meruit, hic per afflictionem carnis adimpleat hoc, quod sibi de vi amoris deesse cognouit. Et tortam panis. Panis namque nomine aliquando terrenae delectationis refectio designatur. Quare & propheta Hieremias in appetitu seculari corruptae iudaeae populum memorans, ait: Omnis populus eius gemens, & quaerens panem. Panem itaque peccator conuersus torquet, cum praeteritam delectationem cruciat per afflictionem penitentis. Panem namque torquere est, carnem pro perpetrata delectatione affligere. Qui ergo sine tormento ignis, ad salutem transire desiderat, cum nummo argenteo tortam panis offerat, ut qui per bonam voluntatem peccata deserit, ea nimirum valida carnis afflictione penitus extinguat. Nummum namque argenteum offerebat, qui recepta iam dei similitudine, confitendo execrabatur, quod fecerat, dicens: Computruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Et item: Incuruatus sum, & humiliatus usquequaque. Sed qui nummum argenteum sibi non sufficere ad oblationem timuit, panis tortam addere curauit. Nam confitetur, & dicit: Rugiebam a gemitu cordis mei. Rugitus enim fletum magni doloris insinuat, in afflictione penitentis. Hunc tortum panem argenteo nummo socians idem ipse loquitur, dicens: Quoniam iniquitatem meam amunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Pro peccato etenim cogitare est delectationi praeteritae dignam carnis afflictionem proponere. Offerendum ergo panem torquebat, qui & flagitia perpetrata pronuncians, qualiter ea delere posset, cogitabat. Et quia de austeritate conuersationis penitentibus subrepere aliquando solet cupidus laudis, intentio verae conuersi peccatoris insinuat per hoc, quod subditur: Dicatque, dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem. Pars namque sacerdotalis uniuscuiusque est, in aeterna vita retributio electi. Sacerdotes etenim dei, omnes electi eius sunt: quia cui per oblationem ministerij sui incessanter seruiunt, sacra semper offerre munera non desistunt. Vnde etiam illi in regno tripudiantes, dicunt: Redemisti nos deo in sanguine tuo: & fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes. Dicere ergo peccatori conuerso, Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, est de austeritate vitae, & penitentiae solam partem aeternae beatitudinis expectare: ut videlicet securitatem delectationis inueniat, quam & perenni perfruitione possideat: & post se tortiones penitentiae nunquam trahat. Quare & subditur: Ut comedam buccellam panis. Si enim panis in sacro eloquio pro delectatione accipitur, buccella panis est indeficiens delectamentum aeternae vitae. De quo nimirum oblectamento per prophetam dicitur: Gaudium & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Hinc item iam ad mensam non tortae panis: sed buccellae inuitatos conuiuias intuens, ait: Letitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. Hinc Psalmista voce correpti penitentis pronuncians, dicit: Notas mihi fecisti vias vitae, adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. Viae etenim vitae sunt afflictiones penitentiae, quibus nimirum a damnationis suae baratro, peccator ad supernam patriam ducitur, dum pro commissis iniquitatibus sponte cruciatur. Vnde & cum correptum se esse peccatorem insinuat, praesumit, dicens: Tu es domine, qui restitisti hereditatem meam mihi. Et ite confidens, ait: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Viae namque vitae peccatori notae sunt, quando afflictiones penitentiae ei diuinitus insinuantur, quando videlicet

1. Cor. 3.

Gen. 2.

Psal. 44.

Psal. 118.

Eccl. 18.

Conuersio peccatoris vera.

C

Luca. 7.

Luca. 23.

Conuersio finalis peccatoris.

1. Cor. 3.

Thren. 1.

Psal. 32.

Apo. 5.

E

Esa. 51.

Esa. 35.

Psal. 35.

Viae vitae

et

G cet illuminata mente considerat, quam vitæ amaritudinem, singulis præterita culpæ delectationibus apponat. Qui nimirum cum vultu omnipotentis dei, iucunda lætitia adimpleri gloriantur: quia de manifesta diuinæ contemplationis satietate reficitur, & qui in læua vitæ præsentis ad tempus peccando compugitur, in dextera æternæ vitæ vsque in finem delectationibus satiatur. Qui ergo tortam panis obtulit, ad buccellæ comestionem perducitur: quia qui amore supernæ vitæ noxias delectationes cruciat, in discubitu æterni gaudij sibi perpetuam refectioem parat. Sequitur.

Caput. III.

1. Reg. 3.  
Allegoria.



V ER autem Samuel ministrabat domino, coram Heli. Illud autem hoc in loco repetisse ostenditur, quod de electo puero superius memoratur, vbi dicit. Puer autem Samuel erat minister in conspectu domini, ante faciem Heli. Hoc quidē est ministrare domino coram Heli, quod esse ministrum domini ante faciem Heli. Et quia ibi istud Domino adiuvante plenus exposuimus, in iteranda eius expositione penitus non moramur. Verum quia diuinus sermo est, qui hoc in isto loco, & in illo loquitur, sine vtilitate rationis nequaquam hoc egisse monstratur. Pro fastidio itaque lectoris, explanationem racemus, repetitionis verò causam dicim⁹ ad eius vtilitatem.

Gene. 16.

H

Quidam nanque prælatorū sanctæ ecclesiæ magisterio subditi rudes obediunt, sed cum paulo altius per conuersationē proficiunt, in eadem obedientiæ humilitate nequaquam persistunt. Quos bene Agar Saræ ancilla spiritaliter designat, quæ cum de Abraham viro eius concepisse se vidit, dominā despexit. Agar quippe concipit, quando reproba mens subditi aut per eruditionem scientiæ se proficere, aut per vitæ conuersationem credit. Quæ profectò pregnans dominam suam despexisse dicitur: quia iam præidenti sibi præpositi sui voluntati per obedientiā subdi dedignatur. Sed quæ dominam despexit, ancilla esse perhibetur: quia superbi subiecti, & infirmi sunt per elationem, & ad filiorum dei numerū non pertingunt. Samuelis autem profectus exponitur: quia superius dictum est. Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam deo, quam hominibus. Quæ profectò tria qua sublimitate conuersationis percurrerit, supra expositum est. Quia ergo etiam nunc coram magistro ministrare memoratur, quid est, nisi quia electis auditoribus formam præbet, vt quo altiori vita proficiunt, seruare bonam obedientiæ nunquam obliuiscantur? Nam nunc vere proficiunt, si ad altitudinem meritorum, & fortitudine conantur operis, & virtute humilitatis. Quo in loco est & aliud, quod notari debeat: quia tunc Samuel coram Heli domino ministrare ostenditur, quando ipse de filiorū negligentia à domino obiurgatur. Nonnulli nanque subiecti, dum fortitudinis suę modum considerant, prælatorum suorum malunt esse seueri iudices, quam auditores piij. Qui nimirum quia exaggerare, & discutere eorum vitas contueuerunt, si in corū conuersatione vel leuioris delicti maculas intuentur, subdi eorū præcepto obediendo renunt. Sed vere fortes existerent, si maiorum, quæ infirma existimant, humiliter sustinerent. Nā autem deum ille magnus per meritum noscitur, qui ei in bono præcepto subicitur, qui ex parte aliqua venerabilis non videtur. Ecce enim Heli aperta dei sententia de negligentia suę perpetrata culpa reprehenditur, sed puer domini Samuel coram eo ministrare domino memoratur, vt profectò apud se colligat, qualis sit, qui in leuiori culpa sibi prælatum despexit: si ei se Samuel obediendo subdidit, quæ omnipotens deus sui examinis tanta districtione reprobauit. Sed quia Heli nō valde supra peccantes subditos honorasse reprehenditur, ipse sacerdotum ordinum dignitates pensandę sunt. Nam rector peccantem subditum nisi correptum honorare debet: subiectus autem nec tunc prælatum despiciere, cum se iustum, & illum agnouerit peccatorem: quia æternus iudex subditorum iudicium sanctæ ecclesiæ rectoribus tribuit, sed eosdem rectores discutiendos suo examini reseruauit. Hoc tamē ipsum

rectoribus valde timendum est, quod dei seruantur examini: quia tanto subtiliores rationes vitæ, & doctrinæ suæ parare debent, quanto sapientior est iudex, quem sustinent. Nec tantum eius futurum iudicium in futura vita, quasi in lōgiquo positum timeant: ne qui vbique præsens est, incautum feriat de vicino. Negligentes nanque pastores ad euadendam futuræ vindictæ pœnam, longa vitæ præsentis spatia ad poenitentiam cogitant: sed iudex qui vbique est, de vicino pœnam irrogat: quia prius eis lumen contemplationis subtrahit, deinde ad tormenta per mortem rapit. Vnde & de eodem Heli, qui paulo inferius fracta ceruice moritur, subiunctum est.

In diebus illis non erat visio manifesta. Nam dum rector agenda quæ nouit, despicit: agitur cum eo districto iudicio: vt agenda non videat: quia implere noluit, quod videbat. Manifesta nanque visio negligentis pastoris nō est, sed amantis. Vnde & per seipsam veritas dicit: Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. Claritas nanque manifestæ visionis est, reuelatio amaræ veritatis. Quæ profectò veritas si merito dilectionis ostenditur, iis qui torpent à bono opere, dignissimè occultatur: quia signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. vnde & in euangelio dominus præmisit, dicens: Qui habet mandata mea, & facit ea: hic est, qui me diligit. Quia ergo de negligentia operis caligo incurritur interna visio: apte nimis dum de contemptu mandatorum sacerdos arguitur, visio occultata memoratur. Sequitur. Et sermo domini erat pretiosus. Quantum ad sacræ historiæ veritatem pertinet, pretiosum, pro raro posuit. Pretiosus itaque sermo erat: quia dum rarus esset, qui summa contēplando cerneret: frequens esse non poterat, qui bona loquendo prædicaret. Quod nunc quoque in sancta ecclesia fieri videmus: quia dum plerique de reuerentia culminis, gloriam affectant honoris, dum sacri ordinis ministeria negligunt, summa quæ videre nequeunt, subiectis plebibus prædicare non possunt, atque in eorum familia pretiosus sermo esse cognoscitur: quia raro bonæ prædicationis hortamenta audiunt, quorum prælati ex desiderio non querunt superna, quæ dicant, sed terrena, quæ agant. Quos profectò sacra scriptura notat, quæ dicit. Canes muti non valentes latrare. Non dixit non volentes, sed non valentes: quia certè dum mundi gloriam ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente & virtute diligunt, vellent populo sublimia dicere, vt etiam de sublimitate verbi possent gloriam habere. Canes ergo muti volentes latrare, non possunt: quia dum prauo corde terrena meditantur, occulta veritatis, quæ proferant, reuelatione nulla comprehendunt. Sed quia quod pretiosum est, magna cum diligentia custodiri solet, potest hoc, quod dicitur:

Non erat visio manifesta. ad carnalium prælatorū negligentiam referri. Quod verò additur, Et sermo domini erat pretiosus, ad bonorum ardens studium subditorum, cum fideles subiecti etsi non habent qui eis frequenter de thesauro sacri eloquiij superna prædicet, hoc tantum, quod aliquando scire potuerunt, mira deuotione complectuntur, & velut rem ineffabiliter pretiosam custodiunt, dum per bona opera in celo collocant, vbi fures, qui id auferre valeant, ne quaquam appropinquant. Vnde & in euangelio de emptore bonæ margaritæ dicitur. Inuenta vna pretiosa dedit omnia sua & comparauit eam, cum itaque in occultata visionis tēpore pretiosus sermo esse describitur, electorum, subditorū laudes nuntiantur: quia tanto sublimiori gloria prædicandi sunt, quanto id bonum, quod de eminentiori loco perit, perfectione magnæ charitatis, in inferioribus remanet. Quorū profectò bona conuersatione plerumque agitur, vt ea, quæ occultata fuerat visio, manifestetur, vt qui deuotè custodiunt minima, scire debeant, quæ faciant, & maiora. Vnde & subditur. Factum est igitur in die quadam. Heli iacebat in loco suo & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur, Samuel autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei, Et vocauit Dominus Samuelem. Samuel quippe puer à Domino vocatur, quoties humilibus subiectis diuini consilij arcana reuelantur, & humilitatis suæ merito lumen contemplationis acquirunt, quod superbiæ suæ retributione, elati prædicatores perdūt.

Sed

Ioan. 14.

Idem in eodem.

Esai. 46.

M



**A** Sed notandum: quia id quodam die factum ostenditur, in qua videlicet Heli & in loco suo iacere, & videre non posse perhibetur. In die namq; vocatur, qui pro sua, & aliorum salute, ad supernae sapientiae scienda secreta sustollitur. Quo contra Salomon sapientiam in nocte percepit, vt caligo temporis indicaret: quia eandem sapientiam non perseveraturus acciperet. Quod intelligi & aliter potest: quia videlicet Heli caligo memoratur. Positione itaque diei, eius ostenditur magnitudo cecitatis: quia profecto magnas tenebras habuit, qui in die non vidit. Nunc quoque si ad ecclesiae statum respicimus, generalis gratia luminis est. Venit namque, qui vere claritatis radios spargens, diceret: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Et quia interni splendoris eius gloria ineffabilis est, non dicitur de die isto, vel illo, sed die quadam, cuius profecto diei claritas non est, claritatis vero magnitudo incognita. Magnas ergo tenebras pastor sustinet, si is, qui ecclesiae oculus esse per officium noscitur, in gratia tantae lucis visionem non habet. Quare & eiusdem oculi tenebras per semetipsum veritas magnas ostendit, dicens: Ipse tenebrae quantae erunt: Sed iam vnde sibi tanta caligo oriatur insinuat: quia dicit. Iacebat in loco suo. Locus namque praedicatoris standi, non iacendi officium habet. Vnde & de seipso dominus formam eiusdem praedicatoribus praebet, dicens: Ego autem in medio vestri sum, sicut qui ministrat. Stare etenim in medio fratrum est, per laboriosam conuersationem se in exemplum minoribus praebere. Stare itaque ad laborem operis pertinet, & ad pugnae necessitatem. Vnde & agonistha spiritualis certaminis praecipit, dicens: Stare ergo succincti lumbos in veritate. Et quia iacere quiescens est, in loco praesentis, & laboris, quietis tempore se qui reprehenditur, qui in loco suo iacere memoratur. Stare etiam iusti est. Vnde & Paulus dicit: Fide enim stant. Iacere ergo etiam ad remissioris vitae negligentiam pertinet. Tunc itaque Heli iacet in loco suo, cum per lapsum prauitatis, reprobis praedicator quiescit in sede iusti. Iacentis ergo in loco suo oculi caligant: quia summa videre nequeunt, qui in arce pastoralis culminis non exequuntur virtutis opera, sed remissioris vitae blanditiis immerguntur. Qui profecto lucerna dei iam non veritate laudis, sed per improprium appellatur derisionis. Nam qui lucernae dei appellatione fungitur, & videre non posse perhibetur, deridetur potius tanto nomine, quo censetur. Nam in vera iusti laude dicitur: Ipse erat lucerna ardens, & lucens. Nam veri luminis iubar quod amando hauserat, loquendo fundebat. Praedicator etiam carnalis dicitur lucerna per officium, caeca per intentionem: quia dignitate fungitur praebendi luminis, sed mentem figit in tenebris vanitatis. Cuius profecto consummata pueritas designatur: quia non dicitur non videbat, sed videre non poterat. Quare & mala arboris mentionem faciens dominus, ait: Non potest arbor mala, fructus bonos facere. Lucerna itaque dei videre non potest, cum is, qui pastoralis dignitate praeminet, tanta spissitate secularis amoris premitur, vt ad internae claritatis intuitum, nulla gratiae inspiratione subleuetur, cum iam videlicet iusta dei indignatione proiectus, in caliginis suae caecitate relinquitur, vt ulterius per infusionem luperni luminis nunquam visitetur. Bene autem dicitur Antequam extingueretur. Non videre enim poena peccatoris est, in hoc tamen adhuc seculo viuentis: videre autem non posse, est mortui impij, in illo iam seculo aeterna poena damnati. Vnde & conditoris iudicio in exterioribus tenebris claudi praecipitur, vt videlicet ad lucis intuitum nunquam reducat. Cum ergo antequam extingueretur, videre non posse dicitur, in isto adhuc seculo viuens praedicator reprobis, damnato iam in perpetuum impio, in caecitate simulatur. Extinguitur autem lucerna, cum pastor moritur. Vel certe lucerna extinguitur: quia cum reprobis praedicator per mortem carnis interit, quicquid in eo lucere videbatur de gloria culminis amittit, & velut sola lucernae testa sine lumine remanet, cum ad aeternum iudicium seruari persona cogitur, quae omni penitus seculi fulgore spoliatur. Antequam igitur extingatur lucerna dei videre non potest: quia & meritum futurae damnationis per aeternitatem suae caecitatis possidet, & tamen adhuc coram hominibus per splendorem acceptae dignitatis fulget. Samuel au-

tem dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei. Bene autem reprobis praelatus non dormire, sed iacere dicitur, puer autem subditus, & electus non iacere, sed dormire: quia dormire aliquando in bona parte accipitur, iacere autem fere semper in mala. Vnde & Isonia in Cantico canticorum dicit: Ego dormio, & cor meum vigilat. In somno itaque pueri perfecti vniuersi electi subditi, a prauo opere requies designatur. In templo quippe, & vbi est arca dormit, qui in caelesti desiderio, atque in sacrae scripturae meditatione occupatus, ad ea quae ad peruersitatem pertinent, non intendit. Quidam namque in templo dormiunt, sed in loco vbi est arca dei non dormiunt: quia nonnulli simplices in caelesti contemplatione per amorem quiescunt, sed sacri eloquij occulta meditari nesciunt. Samuel autem qui non solum in templo, sed coram arca dei dormire dicitur, eruditos pariter, & electos subditos designat: quia dum amoris sui flammis de sacro eloquio frequentius meditando hauriunt, ad supernae patriae desiderium altius assumentur, & velut intima templi ad somnum eligunt, dum eo longius separantur a publico terreni operis, quo secretius per meditationem reconduntur in factario internae visionis. Et vocauit dominus Samuelem. Vocare etenim dei, per vim maioris gratiae excitare est. Dormientem namque dominus vocat: quia a terrena intentione quiescentes, ad augmentum supernae cognitionis excitat. Nam dum ad ea, quae foris sunt, per sollicitudinem vigilamus, interna, & spiritualia non sentimus. Repulsio itaque terrenae curae, praeparatio est nostra ad perceptionem superne gratiae: quia in electis eo fit vberior infusio diuini muneris, quo mens fuerit purior per custodiam internae meditationis. Sequitur. Et vocauit inquit dominus Samuelem. Qui respondens, ait: Ecce ego, & currit ad Heli, & dixit. Vocasti enim me, qui dixit. Non vocauit te fili mi, reuertere, & dormi. Et abiit & dormiuit. Et adiecit dominus vocare rursum Samuelem. Confurgens abiit ad Heli, & dixit. Ecce ego: quia vocasti me. Qui respondit non vocauit te fili, reuertere & dormi. Porro Samuel non sciebat dominum, neque reuelatus ei fuerat sermo domini. Et adiecit dominus, & vocauit Samuelem tertio. Qui confurgens abiit ad Heli, & dixit. Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit igitur Heli: quia dominus vocaret puerum, & ait ad Samuelem. Vade & dormi, & si deinceps vocauerit te, dices, loquere domine: quia audit seruus tuus. Quid est ergo quod omnipotens deus vocationem suam tanta arte insinuat, vt vocati mens teneatur, ne se vocantem cognoscat? Deum audiens, magistrum hunc esse hominem putet? Vocationem emittat, & causam taceat: ite ad magistrum sinat, toties ad iomni quietem redire, & tamen dormientem quiescere non permittat? Nunquid enim qui ad secreta sua cognoscenda vocauit, quem voluit: voce tantum Heli simili, & non potuit voce, qua voluit: Et qui quando voluit, vocauit, causam vocationis statim indicare non potuit: & qui excitare voluit, vt audiret, nisi per magistrum cum docere non potuit, quemadmodum audire debuisset? Sed hac in re magna omnipotens deus dispensatione utitur, vt profecto electorum corda duplici eruditione doceantur: quatenus & in superficie historiae quod sequantur obedientiae bonum quicquid subiecti videant, & praelati intueantur occulta mysteria, quae ad lucem intelligentiae discutendo perducant. Sed quod primo loco dicendum arbitror, puer qui loquentem dominum, esse magistrum putauit: vocem corpoream audiuit. Non itaque per semetipsum deus, sed per Evangelicum spiritum puero locutus est: quia qui non stringitur forma corporea, instrumeto corporis non angustatur ad sonum vocis. Quod nimirum & puerili audientiae conuenit. Nam etsi magna sunt merita inchoantis subditi: quia tamen adhuc non in perfectione esse, sed in profectu conuersationis agnoscitur: ad eam locutionem, qua omnipotens deus per semetipsum loquitur, non pertingit. Per se quidem omnipotens deus, summus videlicet & incircumscripitis spiritus magnis viris, & spiritualibus spiritualiter loquitur, cum spirituali locutione eorum mentibus indicat, & agenda, quae agant, & loquenda, quae sciant. Exteriores itaque vocem per Evangelicum spiritum mouit, sed gratiae suae praesentia creator spiritus, quae voluit, indicauit. Vocans itaque voce, dum Heli putatus est, cognitione latuit, vt ad magistrum puer curre-

*Dormire  
Cantus  
Iacere*

Reg. 1

100.8

Mat. 6.

Luce. 22.

ephe. 6.

Corin. 1.

100.5.

Mat. 7.

Mat. 22.

E

F

**G**ret, & dum se non fuisse vocatum audiret, deceptus ostenderet, in quāto culmine virtutis staret. Puer ergo humiliter homini subiectus, atque obedientiae ardua arce sublimatus, dū vocatus accessit, iussus rediit, quid aliud nobis exemplo praebet, nisi altissimae formae obedientiae? Vera namque obedientia nec praepositorum intentionem discutit, nec praepcepta discernit: quia qui omne vitae suae iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi praecipitur, operatur. Nescit enim iudicare, quisquis perfecte didicerit obedire: quia hoc tantum bonum putat, si praepceptis obediat. Sed in tanta perfecte conuersationis eius gloria, vita nostra confunditur. Ecce etenim ad supernam patriam subducibus Christiani exercitus proficisci decreuimus, sed opera diuersa, etiam si diuersis temporibus iubemur agere, murmuramus. Quis enim sese a murmuratione compelleret, quis ab ira temperaret, si vocatum se his, & ter audiret, & tamen ex vocatis responso perciperet: quia vocatus minime fuisset? Quam profecto desideriae nostrae caliginem patimur: quia tantae virtutis bonum, qua praemij sui claritate resplendet, non videmus. Vnicum etenim bonum est ad recuperationem vitae, si inobedientiae culpa malum sufficiens fuit ad perpetranda mortem. Si ergo in malo inobedientiae mors preualuit, toties vitae reddimur, quoties obedimus. Puer itaque Samuel nec vocatus, nec repullus offenditur: quia vocantis, aut repellentis animū videre noluit, qui in hoc solo gaudere nouerat, quod obediuit.

**H** Et quia surgere ad laborem, redire autem ad dormiendum, pertinet ad quietem, quid insinuat, nisi quia vtrunque nobis vitam praeparat, si obedientis animus in eo, quod agit, non nisi obedientiae bonum pensat? Praepceptum namque in hoc solo pensari debet, quod maioris praepceptum est, & qui obedientiae bonum exequitur, non iniunctum opus debet considerare, sed fructum: quia ad promerenda aeternae vitae gaudia non exquiritur qualitas operis, sed mortificatio propriae, & executio alienae voluntatis. Vnde & Paulus ait: Circūcisio nihil prodest, & praepceptum nihil est, sed obseruatio mandatorū. Iam ergo apud omnipotentem Deum nec ea, quae ad laborem, neque ea, quae ad quietem pertinent, parua sunt, si aeternam vitam parare obedientibus possunt. Quisquis ergo alieno imperio subiectus est, hoc solum consideret: quia quod sibi secundum deum iniungitur, valde magnum, & excelsum in lucro est menti, quod vitam praeparet, in mercede retributionis. Quo contra inobedientes aspiciant: quia primus humani generis parens, a paradisi gaudiis nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicidio, sed pomi vetiti inobedientia corruit. Vnde & apte colligitur: quia si parua, quae videntur maiorum imperia contempta, ab internis gaudiis separant, etiam minima, quae perficiuntur, vitam parant. Operator itaque strenuus vitae socialis, & communiter secum deo seruentium pius amulator, si aeterni meriti ampliolem retributionem per obedientiae bonum adipisci desiderat, in hoc solo se cognoscat excellere, si praeter ceteris arbitrio maioris propriae subdidit voluntatem. Nam nec magna lucra ieiunij, nec asperae vitae studia, deuotis Christi militibus in maiorum praepcepto valde pensanda sunt. Maioris etenim est meriti, charitatis iniuncta refectio ieiunio propria deliberatione suscepto. Qui enim iussus carnem reficit inuitus, ieiunij praemium deuotione promeruit: & ampliolem mercedem obedientiae manducando coquasiuit. Vocauit ergo deus puerum, sed voce magistro simili: vt profecto modum suae locutionis indicaret. Causam vocationis tacuit, vt electus puer, qua humilitate obedientiae esset, sublimis ostenderet. Ire ad praepceptorem pertulit, vt deuotionis suae munus offerret. Redire ad somni quietem sinitur, vt profecto nec ea, quae sunt minima, contemnamus. Iterato excitat, vt eum quem in forma electorum ponere volebat, ostenderet: quia nec imperiorum instantia fatigaret. Per eum, qui reprobandus erat, audire quemadmodum debuisset, didicit: vt profecto sciamus: quia maiorum imperia tunc etiam veneranda sunt, cum ipsi laudabilem non habent vitam: quia eorum doctrina, quae praua operatione potest superbis vilescere, humiles auditores facit ad diuinam familiaritatis celsitudinem peruenire. Sed quia sequitur. Porro Samuel nec dum sciebat dominum, & superius ministrare domino perhibetur, valde con-

1. Cor. 7.

Gen. 3.

Ieiunium.

trarium videtur esse quod dicitur: quia nescire non poterat, K cui ministrabat. Quis enim ei seruiat, quē ignorat? Sed profecto per id quod subiunctum est: liquet id quod sonat contrarium, qua intelligi conuenientia rationis debeat. Neque reuelatus ei fuerat sermo domini. Per quod nimirum datur intelligi: quia quem amore, & ministerio nouerat, sermonis eius reuelatione nesciebat. Nondum enim sic vocantē audierat, quem se cognouisse, & deuotione ministerij, & virtute testabatur amoris. Sed in conuersatione fidelium conuenienter accipitur: nam plerique sub aliena institutione bene proficiunt, qui nouitatis suae tempore omnipotenti deo ministeria perloquunt: & tamen puritate contemplationis ad internae pulchritudinis eius speciem non pertingunt. Qui cū subiectionis suae merito, etiam donum diuinae contemplationis accipiunt: & experientia internae visionis intelligunt: quia sic nondum sciebat, cui ministrabant. Quod bene Iacob ad accipiendam coniugem proficiscēs, designat: qui post laborem itineris, per soporē quietis dominum vidit: sed a somno euigilans, ait: Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Neque enim illic esse dominum antequam dormiret, dubitare poterat, qui esse hunc ubiq; sentiebat, sed quia tunc eū perfectius didicit, ignorasse se illum perhibuit, cum familiaris non agnouit. Via namque qua ad coniugem pergitur, intentio deuotae obedientiae est, qua secunditas internae charitatis cōsequi desideratur. Iacob itaque dormit in via, cū fidelis subiectus maligni spiritus supplantator, per laborem obedientiae, ad quietem suscipitur internae visionis. Qui profecto tūc dominum se agnouisse fatebitur: quia dum eam, ad quam uoluerat, assumptus, internae lucis miratur speciem: quantum ante nescierat, experientia reuelatae pulchritudinis agnoscit. Fide etenim velut fama deum cognoscimus: amore autē contemplationis is qui fama innotuit, uobis velut ex ostensione praesentiae, reuelatur. Bene autem per obedientiam proficiscens subditus, dum ad contemplationis altitudinem ducitur, dudum ignorasse dominum, perhibetur: quia is quasi ex praesentiae veritate inuenitur, qui fama velut incognitus, & non praesentia velut cognitus, ante videbatur. Sed quia separatim dicitur. Nondum sciebat dominum, neque reuelatus ei fuerat sermo domini, potest subtilius intelligi. Nam in vna eademque interna dei contemplatione, & mira charitas contemplanti infunditur de fructu tantae gloriae, & stupor magnus in secreti verbi reuelatione. Quidam ergo dominum sciant, & sermonis eius reuelationem percipiunt: quia & mira dulcedine replentur ex ea, quam ex consuetudine hauriunt, infusione tantae charitatis, & magna erudiuntur sapientia reuelatione verbi. A nonnullis verō scitur dominus, quibus sermo domini nequaquam reuelatur: quia simplices quique, sed magna conuersatione perfecti viri, de contemplationis diuinae gloria ineffabile quidā amoris dulcedinem contemplando percipiunt, sed tamen ad reuelati verbi eius altitudinem non pertingunt: quia ad amantium ordinem assumpti sunt, non ad celsitudinē praedicationis. Reuelatur quidem ei verbum, vt ametur: & ne praedictur, absconditur. Bene autem de eo, qui ad ministerium praedicationis eleuatur, dicitur. Nondum sciebat dominum neque reuelatus ei fuerat sermo domini: vt dū ea quae nondū habet rudis, insinuat, quibus bonis ditari praedicator debeat, patenter ostēdat. Nā qui illam intimi amoris virtutem nondum percepit, profecto omnipotentem dominum, quē fide velut fama nouit, praesentia illius magnae charitatis nescit. Et si ardeat diligere, & arcana mysteriorum discutere per spiritum nodum nouit, iam quidem dominum cognoscit, sed ad sermonis eius reuelationem non peruenit. De obediēte autem puero statim subditur: Abiit ergo Samuel, & dormiuit. Iā quippe ad diuinę locutionis notitiam puer instructus mittitur, cū electus subditus maioris cōsilio ad spiritalia cognoscēda praeparatur. Et dormire quidē ei est in desiderio aeternę vitę quiescere, cū videlicet animae iā sola superna fidei, cuncta praesentia in dignatione sunt: vt quo studiosus ab intentione sua corporeum omne repellitur, amore inuisibiliū abundantius repleatur. Et notandum, quia iam quater ad somni quietē redire praecipitur: quia dum negligenter utimur isto seculo circa visibilia, opere, locutione, & cogitatione vigilamus. Ter ergo dormire praecipimur,

**A** praecepimus, ut ad cognitionem superiorum per quietem operis, oris silentium, & cogitationum superfluarum abiectionem praepareretur. Quarto autem loco ad somnum mittimur, cum maiorum nostrorum licentia, ab utili etiam ministerio cessare praecipimur, ut dum nulla praepedimur cura sollicitudinis, totum mens colligat ad intuitum supernae visionis. Et notandum, quia quiescentem puerum nesciente Heli dominus excitat, sed tamen excitato, nisi eodem Heli praecipiente, vocationis suae causam nequaquam manifestat: quia electos subditos occulta inspiratione ad supernae patrie desiderium erigit, sed per quietem vacare eos ad eam quam diligunt, patriam sine maiorum licentia non permittit. Quia ergo quoties vocatur puer, toties ire ad magistrum finitur, quis est aliud, nisi quia ipsa diuinitus inspirata subiectorum desideria maiorum iudicio summittuntur? Opus namque subiecti diuinitus inspiratum, tuac deo gratum esse cognoscitur, si maioris imperio, aut permissione peragatur. Quater ergo vocatur puer a domino quater somni quiete praecipitur a magistro: quia ad temperamentum operis, silentium oris, abiectionem internae sollicitudinis, cessationem ministerij, pro amore secretioris vitae, per diuinam inspirationem succendimur, & tamen amoris nostri desideria adimplere sine maiorum nostrorum permissione prohibemur. Vocat itaque dominus, & vocationis causam tacet, ut permittente magistro semetipsum vocato subiecto insinuet. Nam qui non iussu audire, postquam vocauit siluit, ubi doctor homo praecipit, vocans deus, vocationis causam indicat. Sequitur enim: Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo, & venit dominus, & stetit, & vocauit, sicut vocauerat secundo Samuel, Samuel. Et ait Samuel. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Et ait dominus ad eum. Quibus profecto verbis: quia de incorporea, & inuisibili diuina substantia illud dicitur, quod ad corpus pertinere cognoscitur, necesse est, ut rationabiliter intelligatur. Nam quo veniat, qui ubique est? Quo pacto stare, & loqui dicitur, qui corporea substantia non formatur? Sed in illa omnia dictante substantia, ponuntur verba inopie nostrae, per quae surgere valeamus ad cognoscenda mysteria operationis suae. Nam venire domino est, praesentia gratiae suae corda electorum tangere: stare ei est, manenti eiusdem gratiae suae dono, eas quas tangit mentes, in concessae gratiae suae dono retinere. Vocare autem eius est, electam mentem ad augmentum maioris gratiae excitare. Venit namque dominus, & non stat, cum corda negligentium tanguntur per gratiam, & tamen in affectu, & amore tangentis gratiae nequaquam perseuerant. Velut enim praesens, est veniens, & non stans, recedens, cum ex praesenti tactu diuinae gratiae, repente bona facere proponunt, & statim derelicti, eiusdem boni propositi intentionem deserunt. Quod si ad vim contemplationis refertur, venit, & stat dominus, cum electorum corda & repente per gratiam tangit, & tacta repente non deserit, ut veniendo viuet, stando confirmet, & qui ad gaudium sibi dilectae mentis ostenditur, non recedat ipse prius quam illa videndo, satietur. Sed quia stare dicitur, discessurus quandoque designatur: quia etsi aliquando electas animas in sua reuelatione per aliquantulam moram satiat praesentiae suae dulcedinem subtrahit, ut subtractam ardentius concupiscant. Venit ergo dominus, visitans, stat: suauiter se demonstrans: vocat ad amorem ostensae suae gloriae, per ardentissimum desiderium excitans. Vade & toties excitatus puer, repetito nomine vocatur: quia vocatio ex nomine, designat affectum magne charitatis & familiaritatis. Vnde & Moyse loquitur, dicens: Noui te ex nomine. Vocati igitur nomen iteratur, cum in magnam iam familiaritatem internae maiestatis mens videntis excipitur, & feruentibus desideriis ad amorem se vocantis eleuatur, ut praeter id quod audit, nil libeat, atque in latitia auditus sui, immorari perpetuo concupiscat. Vnde & hic aperte subiungitur: Ait ergo Samuel. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Qui ergo loquere potuit, ex necessitate conclusit. Quasi enim verbis apertioribus dicit. Ego respondi, loquere, qui aliter respondere non potui. Nam quid aliud desiderare potest mens, in illo gaudio loquentis maiestatis assumpta: Dicere enim menti deo, loquere, illa ineffabiliter dulcem locutionem semper audire, desiderare est. Dicit ergo: loquere, qui vellet ut nunquam taceret. Vnde

& subditur: Quia audit seruus tuus. Quasi dicat. Quia hoc quod experientia interni affectus excipio, aeterna frui perceptione concupisco. Petit ergo ut loquatur, qui hunc nunquam in internis suis affectibus filere desiderat, ne qui tam sublimi exultatione domino loquente sustollitur, ad perferendas damnatae humanitatis angustias, eo tacente deponatur. Nam si a corruptionis nostrae tenebris ipso loquente assumitur, cum vobis per subtractionem gratiae tacet, eiusdem tenebris subjugamur. Merito igitur tanto subiectus culmine, domino dicit: Loquere, quia eo interni auditus gaudio sibi complacet, quo in exterioribus suis nihil placet: & manere cum colloquente secum tanto ardentius cuperet, quanto ad infirma sua libentius nunquam deponi voluisset. Etiam auctore deo cum domino dicimus loquere: ipso donante dicimus: sed tamen quo affectu id ei perfectiores electi dicant, dicere non valemus: quia quod desiderij est ineffabilis, non exprimitur locutione rationis. Quem profecto affectum bene Petrus insinuat, qui cum transformato domino in monte assisteret, reflexam faciem eius, sicut sol cerneret, & ad instar niuis albertia vestimenta eius conspexisset, ait: Bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyse unum, & Heliae unum. Qui enim dicit, bonum est nos hic esse, si posset, ab illa visione tantae gloriae nunquam deponi voluisset. Dum enim dicit Petrus: Domine bonum est nos hic esse: & Samuel dicit: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Voces quidem diuersae sunt, affectiones aequales. Hoc enim significat Petrus in monte transfigurato domino, quod Samuel a veniente, a stante, & stante domino secundo vocatus. Sed etsi quasi nesciens Petrus quid diceret ab euangelista reprehenditur, huic tamen sensui contrarium non videtur. Euangelista quippe non affectu Petri, sed ratione reprehendit: quia cum domino assumptus in gloria seorsum, sic esse semper cupiebat, & pro redemptione communi eum ad ignominiam crucis descendere volebat. Nesciebat ergo quid diceret, sed ardenter quod videbat amabat: quia profecto tantum bonum videbat, quod sic non amari nullatenus poterat. Vnde etsi iussu Petrus reprehenditur, citamen rationabiliter indulgetur: quia amore inaequitate per fruitionem vincebatur. Veruntamen cum de dicendi ignorantia Petrus arguitur, eiusdem ignorantiae causa memoratur. Nam subdens euangelista, ait: Erant enim timore exterriti, illa enim interne maiestatis ineffabilis pulchritudo electam mentem, cui se delectabiliter ostendit, aliquando mirabili pauore concutit: de visionis magnitudine ad elationem profiliat, si ea, quam blanda contemplatio ad tam summa euehit, prouector suus spiritus timoris moderamine non refrenat. In vna quidem, & eadem reuelatae gloriae visione, & bonitas redeptoris aspicitur, ineffabiliter blandiens: & aequitas illius ineffabiliter terris, ut quo videtis animus de respectu dei bonitate dulcius pascitur, consideratione aequitatis territus caueat, ne inaniter satietur. Vnde & Samuel, cum ad diuinae locutionis familiaritatem sustollitur, ei non laxa de electorum profectu, sed de magnorum defectu terribiliter nuntiantur. Nam subditur: Et ait dominus ad Samuelem. Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambrae aures eius. Inter dona quippe sublimia electa mens eo cautius ab elatione concipitur, quo per omnipotentis dei iustitiam etiam illos repulso aspiciat, qui donis sublimioribus fultis esse videbantur. Quare & de verbo, quod facturum se esse dominus minatur, tinnire aures audientium praedicatur. Aures quippe corporis tinnunt, quando intolerabili sonitu impetuntur. Nam cum ultra auditus capacitatem ei clamor infunditur, hunc, quae officij angustia sonitum reuicit, in tinnitum conuertit: quia dum per aurium antea vox sibilat, quae insula, simul, ad interiora non intrat. Ad aures vero mentium intolerabilis clamor est, alicuius magni repulso praedicatoris. Clamor ergo effusi magnitudo non capitur: quia dum sublimia dona praedicatori reprobo concessa recoluntur, quo diuinae aequitatis examine prouicitur, ignoratur. In tinnitum ergo aurium effusae vocis magnitudo conuertitur: quia etiam quo dei iudicio fiat, mentis intentione non capitur, dum diu per considerationem pensatur, corda considerantia timore consilium tur. Velut enim de clauso magna vocis sonitu aures tinnunt, quando de diu considerata magnorum virorum reprobatione, iu

Matt. 17.

Mar. 9.

Luc. 9.

E

F

**G** storum corda pertimescunt. Sed ambae aures tinnire referuntur, dextera videlicet & sinistra. Et quia per dexteram eterna vita, per sinistram vero praesens designatur, & per aurem ea, quae dicuntur, audimus: quid per sinistram aurem, nisi intentione pie operationis: & quid per aurem dexteram, nisi intentionem supernae visionis accipimus? Ambae itaque audientis aures tinnunt: quia cum summorum virorum ruina ostenditur, electorum intentio utraque turbatur: quia & pauca corde ad contemplanda aeterna se erigunt, & sine ingenti formidine temporalia non disponunt. Hunc nanque aurium tinnitum passus fuerat, qui domino loquebatur, dicens: Iustitia tua sicut motes dei, iudicia tua abyssus multa. Motus quippe dei, summi & electi viri intelliguntur. Quibus profecto motibus dei iustitia aequatur, cum ardua eius mandata opere perficiunt: sed tamen diuina iudicia abyssus multa sunt: quia etsi in sanctorum virorum oculis recta sunt ea, quae agunt, aut omnipotentis dei oculos qualia sunt, scire non possunt. Vnde & bona, quae praevalet, incessanter agunt, & super se tonantem illam iudiciorum abyssum pertimescunt: quia de facto domini verbo, quod audiunt, tinnitu magni terroris eorum corda quatuntur. Aptè autem non nisi audientium aures tinnire praedicantur. Nam & in euangelio hoc admonet, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Qui enim tota intentione ad ea, quae foris sunt, vigilant, hunc timoris tinnitum nesciunt: quia super se diuinorum iudiciorum altitudinem nequaquam pensant. Sed ecce, qui subtilia dei iudicia super se pensare noluit, de eo iudiciorum sententiae quam acuta replicantur. Nam subdicens, dicit. Praedixi enim quod iudicaturus essem domum eius usque in aeternum propter iniquitatem, eo quod nouerat filios suos indigne agere, & non corripuit eos. Idcirco iuravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus in aeternum. Quia enim plerumque iustae seueritatis sententia, per clementiam temperatur, magnae districtiois hoc iudicium est, ubi animaduersionis sententia replicando asseritur. Praedixit enim superius Heli cum per virum dei suppresso nomine deiectionis eius sententiam nunciauit. Quia vero & nunc idem se aeternum iurat, profecto damnationis iudicium replicat. Quia in re etiam notandum est: quia qui inique agentes filios non corripuit, iniquitatem fecisse reprehenditur: quae in aeternum victimis & muneribus nequaquam expietur. Quae ergo erit districtio iniquitatis propriae, si irreuerentis culpa est negligentia curae alienae? Nam si subditorum peccata incorrupta perenni reatu nos obligat, audacia iniquitatis propriae quibus nos poenis ligat? Merito ergo audientis aures tinnunt: quia nimirum electorum mentes, quae hoc attente considerant, de tanta districtione contremiscunt. Merito audientis hoc aures tinnunt: quia profecto immensitatem clamoris habet, quam electa corda vix sustinent. Et dextera quidem audientis aures tinnit: quia etsi perfectionis suae merito se quisque ad superna contemplanda erigit, tamen de vitae suae celsitudine non confidit. Sinistra etiam aures tinnit: quia etsi dono scientiae habet, ut temporalia quis perfecte ordinata: tamen de perfectione ministerii sui fiduciam nullam habet. Inter dona quippe sublimia verbum audiunt, de cuius clamore aures utraque tinnitum patitur: sub quo donec ista incertitudinis vita ducitur, pauere non desinit. Vnde & aptè subiungitur: Dormiuit Samuel usque mane. Usque mane enim dormit, qui quousque venturi Redemptoris splendor appareat, in incepta bonae operationis conuersatione requiescit. Usque mane dormit, qui tota praesentis vitae nocte per propositum iustitiae expectat: ut ad gaudium emerita retributionis, claritas sibi promissi Redemptoris effulgeat. Verbum enim promissum in Israel audiuit, de quo aures eius tinnire non desinunt, quia de conspecta districtione diuinae iustitiae timoris spiritum hausit, sub cuius pondere ad seculi amorem euigilare non poterit. Sed fortasse usque mane dormire dicitur, pro tinnitu aures dexterae. Nam dextera aures tinnit: quia dum perfectus interioris vitae amator de perfectione contemplationis dubitat, magis ac magis proficere in ea, qua coepit vitae sublimitate, appetit. Sed quoad in hac mortali carne sumus, maligni spiritus ad summa tendentibus insidiantur, & ut eos ab internae glo-

Psal. 85.

Mat. II.

Filios incor-  
rectos per-  
mittere pe-  
riculosum.

ria visione retrahant, ineptiarum cogitationum figmenta con-  
gregant, quae internis eorum oculis proponant. Bene itaque  
dicitur: Dormiuit Samuel usque mane. Tentatio immun-  
dorum spirituum nox est: qui vero usque mane dormit, oculos  
tota nocte non aperit. Dormit ergo in nocte, qui figmen-  
ta daemonum dedignatur aspicere in tentatione. Tota nocte  
etiam dormit: quia caligine tentationis non vincitur, sed vi-  
riliter sustinet, donec per aduentum gratiae, claritatis su-  
pernae luce visitetur. Et tunc profecto velut mane euigilat:  
quia oblectamento refusi sibi post tenebras luminis, hilare-  
scit. Quasi euigilans quippe tunc oculos aperit: quia lucem,  
qua respergitur, latenter aspicit, qui aspicere sibi illatas  
tenebras non curauit. De tinnitu quidem dexterae aures ob-  
tinet, ut qui supernis innititur, videre reproba dedignetur,  
& certitudinem sui profectus insinuat, dum quod pace pro-  
ficit per aperta, & violenta bella non perdit. Sequitur.

Et timuit indicare visionem Heli. Illud nanque ei indi-  
care timuit, quod sibi domitus ostendit, ut temeritatem hu-  
manae audaciae refrenaret, vigore disciplinae. Quidam nan-  
que adeo sunt praecipites, ut ad praelatorum suorum repre-  
hensionem facile proruant, atque eorum erratibus minari  
futura supplicia non pauescant. Qui nimirum, quia sanctae  
scripturae morem nesciunt, loquentem sibi dominum, nequa-  
quam audierunt. Nam quibus omnipotens deus loquens,  
praelatorum suorum poenas insinuat, ea quae audierunt, eis  
dicere formidant. Hinc ergo praepositorum suorum repre-  
hensores colligant, quanta se in consyderatione praecipit, &  
lapsus sui profunda pertimescant. Si enim is, quibus om-  
nipotens deus loquitur, praelatis suis loqui metuunt, is qui-  
bus nequaquam locutus est deus, recondere se sub lingua  
suae silentio quanto terrore debuerunt? Timor ergo Samue-  
lis non pauorem seruilem insinuat, sed reuerentiam debi-  
tam culmini pastoralis. Nam & si negligens praedicator re-  
prehensionem, & minas ex reatu meretur proprio, timorem  
reuerentiae exigit eius ordinis celsitudo. Sequitur: Ape-  
ruitque ostia domus domini. Quid nam est, quod is, qui  
loqui timuit, domus domini ostia reserauit, nisi quia obedi-  
re non erubuit, qui indicare tristitia expauit? Nam superius di-  
ctum est, Samuel dormiebat in templo domini, ubi erat ar-  
ca dei. Puer enim qui in templo domini dormisse, & nunc  
eiusdem aperire ostia dicitur, iniunctum ministerium habuisse  
ostenditur, ut horis congruentibus aperiret ostia, & obser-  
uaret. Qui ergo visionem indicare expauit, & ostia domus  
domini aperuit, reuerentiam magistro dupliciter impendit,  
videlicet cura ministerii, & custodia locutionis. Quam pro-  
fecto loquendi custodiam quam districtè tenuisset ostendi-  
tur, si ea, quae sequuntur, subtiliter attendantur. Nam repen-  
te subinfertur. Venit ergo Heli ad Samuelem, & dixit. Sa-  
muel fili mi. Qui respondit, Praesto sum. Et interrogauit eum:  
Quis est sermo, quem locutus est dominus ad te: Oro ne cela-  
neris mihi. Haec faciat tibi deus, & haec addat, si absconderis  
a me sermonem ex omnibus, quae dicta sunt tibi. Indicaui  
ergo ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo.  
Qui enim tanta imprecationis instantia ad loquendum co-  
actus asseritur, magna districtione silentij obligatus fuisse de-  
claratur. Et quia non tam pro custodia puritatis, quam obsti-  
natione proteruitatis quidam tacere subiecti solent, Samuel ele-  
cti subditi formam ostendit, qui reuerenter tacuit, sed tace-  
re, loqui iussus expauit. Itaque gemina luce conuersationis  
enituit, dum qui filialis timoris virtute siluit, loquendi utili-  
tatem, loquendo, conquisiuit. Sequitur. Et ille respondit:  
dominus est, quod bonum est in oculis faciat. Qui simpliciter  
quam debet istam Heli responsionem consyderat, tamen recte  
hunc respondisse, quam humiliter putat. Nam sicut auditur  
exterius, quid humiliter respondisse potuit? qui reprobationem  
suam audiuit, & minanti deo imo reprobationis suae sen-  
tentiam promulganti, quicquid de se facere vellet obtulit.  
Sed profecto ista responsionis humilitas si subtiliter inspici-  
tur, vera humilitas non est. Vera nanque esse cognoscitur,  
quae bonum obedientiae in maioris imperia consequenda co-  
mitatur. Vere itaque esset humilis, si sese ad emendationem  
culpae, pro qua arguebatur, obtulisset. Sed & fortasse verius  
esset humilis, si reprehensus nequaquam responderet, sed  
neglectam

**A** neglectam correptionem sceleris filii adhiberet, si vel tunc paterna zelo insisteret, & flagitiosorum sacerdotum scelera digna ultione vindicaret. Dum ergo dicitur: Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. electionis suae verbum apertius protulisse cognoscitur, quam responsione humilitatis. Quia cum potius elegit minarum Dei causas incurre, quam de perpetratis iniquitatibus filios condemnare. O quanti sunt adhuc imitatores Heli, qui cum minantem sibi omnipotentem Deum quotidie de sacro eloquio sentiant, & tamen hominibus displicere trepidant, & divinae indignationis minas incurrere non formidant, & dum inimicitias hominum velut implacabiles metunt, de Dei misericordia etiam peccando confidunt. Sed inordinata fiducia apud omnipotentem Deum vindictae locum habere potest, indulgentiam vero obtinere non potest. In correpto enim peccatori, & in culpae suae proposito perduranti, quid est de minanti sibi Deo dicere, Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. nisi de ordinatissima Dei misericordia, inordinate confidere? De omnipotentis etenim Dei misericordia ordinate confidit qui hoc, quod peccando delinquit, poenitendo corrigit, sentiendo tergit. Peccare ergo, & de Dei creatoris clementia praesumere, pelago iustitiae eius exponi est. Sic nimirum peccata perpetrata non tergere poenitendo, & de Dei misericordia praesumere, in iudicium districtioris eius offendere est. Dum

**B** ergo Heli vita in reproborum praedicatorum forma describitur, non solum culpa lapsus ostenditur, sed etiam culpa in praecipitatione securitas. Nam qui timore poenitentiae, divinae indignationis magnitudine placare potuit, dum neglexit, quod audiuit, incurrit, quod meruit. Omnipotes enim Deus est, aequitate iustus est, abundantiori tamen creditur miseratione pius. Unde & per Prophetam dicitur. Miserationes eius super omnia opera eius. Hinc est quod per Ionam Prophetam Ninivitis minas subuersionis protulit, & tamen poenam evertenda civitatis poenitentibus indulgit. Hinc est enim quod Ezechiae regi per Prophetam oraculum mortis poena promittitur, sed quia rex mori metuens, coram domino se poenitentiae lacrymis afflixit, morte qua moreretur, apud eum quem timuit, non invenit. Et supra quidem se dominum locutum fuisse asseruit, ut domus Heli, & patris eius in conspectu suo usque in semitaram manificeret, sed qui de bona agente, bona locutus fuerat, de domo, reproba iam effecta, sententiam permutavit, dicens: Nunc autem absit hoc a me. Si ergo bona promissa reuocat omnipotens deus: quia in quibus promiserat, male permittuntur, quanto magis minarum effectus retrahit, cum bene conuersos eos aspicit, quibus pro admissis iniquitatibus poenam animaduersionis imminuit. Quid ergo ad haec dicimus, qui quotidie delinquimus, atque in reatus nostri obligatione securi sumus? Hoc igitur ipsum quod districtioris diuinae iustitiae non timemus, nobis valde timendum est: quia ecce, qui divina indignatione proicitur, pro culpa perpetratae negligentiae, nullo timore sollicitus fuisse perhibet. Sed quia ad timorem reprobi praedicatoris repulsionem nouimus, electi profectum audiamus. Nam sequitur: Creuit autem Samuel, & dominus erat cum eo. Hoc profecto si ad historiam legitur, creuisse puer Samuel aetate corporis designatur: si vero ut caetera spiritali inuestigatione ista perquirimus, cum eo dominus esse describitur, qui creuisse memoratur. Crescit autem qui in virum perfectum, mentis aetate proficit. Unde & per Prophetam de electis proficientibus dicitur: Ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Syon. Hinc Paulus ait: Donec occurramus ei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Verum nonnulli sunt, qui dum virtutibus crescunt, elatione corruunt. Hi nimirum crescere videntur, sed tamen cum eis dominus non est: quia a se cum alta sentiendo de se eiciunt, quae in profectu virtutum positi, per humilitatem secum habere potuerunt. Velsi per exteriorum dignitatem creuisse intelligitur, dominus cum eo esse memoratur: quia profecto plerique in humiliori ordine religiosi sunt, sed cum subito ad culmen dignitatis peruenerint, prima opera cum humilitate derelinquunt. Samuel igitur & proficit, & proficiens dominum secum habuit: ut profecto electorum praedicatorum morem praeserret: qui cum dona, & dignitates, quibus proficit aliis, asse-

quuntur, de semetipsis placere deo non negligunt: & ex eo illa, D que pro aliis acceperunt dona multiplicat, unde in semetipsis ostendunt bonum, quod in eis loquendo propagare concupiscunt. Quare & subditur: Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terra. In terra quippe verbum praedicatoris cadit cum ex reproba praedicatoris conuersatione vilescit. Unde & veritatis voce dicitur: Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcet ab hominibus. Et notandum: quia ex omnibus verbis eius non cecidit in terra dicitur: ut profecto praedicatori nihil agere liceat, quod licet reprobare. Nam quicquid agi prohibet, ut profecto si agit, verbum in terram cadit: quia dum a loquente continetur, hoc audientes nequaquam veneratur. Verbum namque aliquod in terra cadere prohibet dominus, cum negligentibus praedicatoribus, negligentiae suae verbum exponeret, dicens: Quicumque soluerit unum ex mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno caelorum. Mandatum namque nec minimum praedicator soluit, cuius verbum, ex verbis omnibus in terram non cadit. Dum autem ex omnibus verbis Samuelis, verbum in terram non cecidisse dicitur, cuius mores insinuat Samuel, nisi qui merito & praedicationis & operis magni sunt in regno caelorum? Itaque ex omnibus verbis eius in terram non cadit: quia omne, quod altum sanctae ecclesiae perfectus praedicator loquitur, ab eo etiam sublimi praedicator conuersatione, cum velut in ardua specula positus, & sapientes verbo erudit, & simplicibus iter, per quod ad aeterna patriam ingredi debeant, operibus ostendit. Unde & subditur:

Et cognouit vniversus israel a Dan vsq; Bersabee, quod si delis Samuel propheta esset domini. Quid enim per Dan, nisi simplices, & quid per Bersabee, nisi sapientes designantur? A Dan vsque Bersabee fidelis Samuel propheta domini recognoscitur, quando electi praedicatoris vita simplicibus ad salutis exemplum proponitur, & sapientibus per doctrinam eius sanctae scripturae arcana reuelantur. Quia vero Bersabee puteus septimus interpretatur, possunt per Bersabee non solum sapientes, sed etiam iusti designari. Puteus enim septimus quid est, nisi gratia spiritus septiformis? Per Dan peccatorum vita ostenditur: quia per veterem prophetiam dicitur. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulam equi, ut cadat ascensor eius retro. A Dan itaque vsque Bersabee Samuel domini propheta cognoscitur, dum electi praedicatoris vita, atque doctrina, peccatoribus est venerabilis, & iustus ut in eo videlicet & lapsi hominum videant, in quo se poenitendo corrigant, & boni mirentur vitae celsitudinem, ad quam quotidie proficiendo conualescant. Sequitur: Et addit dominus ut appareret in Sylo. Superius de tempore reprobi pastoris dicitur. In diebus illis non erat visio manifesta. Cum itaque ex sacro eloquio optimus praedicator ostenditur, apparere iterum dominum perhibet: quia nimirum cognitio diuini consilii, quae absconditur reprobis, puritatis merito, reuelatur electis. Si enim & hominum consilia nisi familiaribus non creduntur, omnipotens deus secreta suae dispositionis affirmandus est suis patefacere inimicis. Prius ergo iusti doctoris vita praedicator, deinde addidit, ut appareret dominus dicitur: quia profecto diuinae lucis ostentio reprobos, & fidos fugit, quae se electis, & mundis cordibus aperit. Unde & per semetipsam vera lux loquendo, nos illuminat, dicens: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Igitur ut appareret dominus addidit: quia mundum praedicatoris sui oculus vidit. Sed cum addidit, Ut appareret in Sylo, in eodem loco illum apparuisse vice alia designatur. Quia autem dixit ubi apparuit, ne Heli apparuisse crederetur, subsequenter & personam eius, cui apparuit, ostendit, dicens:

Quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Sylo iuxta verbum domini. Tunc namque se ei reuelauit, cum ei secretum sui consilii, de repulsionem reprobi praedicatoris aperuit. Quod profecto iuxta verbum domini factum asseritur, & hoc quod non valde superius per virum dei ad Heli dictum fuerat, etiam secundum historiam impletum esse sentiat. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, & ambulabit coram Christo meo omnibus diebus. Et tunc videbis amulum tuum in templo, in vniversis prosperis israel.

MM II Quod

Mat. 5.  
Praedicatoribus attendenda.

Mat. 5.

B

Genes. 39.


F  
Cognitio diuini consilii reprobis absconditur.

Mat. 5.

Psal. 144.  
Iona. 3.

Isa. 38.

Psal. 83.  
Ephes. 4.






V M sacrae historiae sensus qualiter electorum moribus conveniret studiose quereremus: allegorie ordinem repetere exponendo distulimus. Vt ergo ea, quae omisisse cernimur supplicamus, Queritur. Quid est quod dum Samuel ministrare domino coram Heli memoratur, preciosus sermo domini esse describitur? Sed (sicut superius est dictum) per Samuelem praedicatorum sanctae ecclesiae, per Heli etiam electi patres testamenti veteris designantur. Puer ergo Samuel ministrabat domino coram Heli, cum novus doctorum ordo Redemptoris fidem praedicabat. De quo nimirum ministerio Paulus loquitur, dicens: Quoad sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. Hinc iterum dicit: Hebraei sunt, & ego, Israelitae sunt, & ego, ministri Christi sunt, & ego. Ministrare ergo domino, in laborem praedicationis pergere est. Quod profecto ministerium Samuel coram Heli domino impendisse dicitur, quia quicquid de religione novae fidei, novus praedicatorum ordo asseruit, hoc patrum veterum autoritate roboravit. Domino quippe ministrabat Samuel quando novus praedicator assererat dicens: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcissionis propter veritatem dei, gentes autem super misericordia honorare deum. Qui profecto ut ministerium quod domino exhibebat, coram Heli quoque impenderet, adiunxit, dicens: Sicut scriptum est: Laudate omnes gentes dominum, & collaudate eum omnes populi. Et ut se arctius coram Heli in ministerio domini cohiberet, adiunxit. Esaias enim dicit: Erat radix Iesse, qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Puer Samuel domino ministrabat, cum dominicae resurrectionis gloriam Petrus assereret, dicens: Iesum Nazarenum virum approbatum a deo, in nobis signis & prodigiis, traditum per manus impiorum interemissis, hunc deus suscitavit a mortuis praesumpto consilio tertia die, sicut impossibile erat, teneri eum doloribus inferni. Sed hoc ministerium quod domino exhibuit, etiam coram Heli exhibuit, quia subiunxit, dicens, David enim dicit: Quonia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Coram Heli itaque Samuel ministrare domino apte dicitur, quia electi sanctae ecclesiae praedicatorum, dum statum novae fidei praedicando erigerent, quod ratione asserere conati sunt, patrum veterum autoritate firmaverunt. Et tunc quidem sermo domini pretiosus fuisse perhibetur. Pretiosa quippe res parvo pretio emi non potest. Pretium autem, quo sermo dei emitur, labor est sanctae operationis. Vult enim rem, quam habere volumus, pretio emimus, cum per sermonem praedicationis quem accipimus, laboris operis exhibemus. Tunc autem erat sermo preciosus, cum pro qualicumque labore operis non dabatur, cum omnis, qui emptorem sermonis interficiebat, obsequium deo se praestare cogitabat. Eo igitur tempore sermonis emptor multo pretio eguit, quia sine magno labore verbum fidei servare non potuit, qui pro eo quod credidit, ad tormenta pervenit. Tempus namque tunc erat, quo is, qui emebatur sermo, non typo figuratae moralitatis, sed aperte locutionis praeepto hortabatur, dicens: Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Hinc item dicit: Qui autem amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui non renunciauerit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. Itaque cum ministerium Samuelis asseritur, preciosus sermo domini esse perhibetur: quia profecto inter initia fidei illi qui praedicantibus aeternae vitae doctoribus crediderunt, pro accepto verbo fidei magni laboris opera expendisse credentibus sunt. Et quia Iudaicus populus iam lumen divinae cognitionis amiserat, sequitur. In diebus illis non erat visio manifesta. Manifesta namque visio eius esset, si in Redemptorem, quem ad visitationem suam venisse audierat, credidisset. De qua nimirum eius caecitate subiungitur. Factum est autem Heli iacebat in loco suo nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur. Visio namque Heli manifesta non est, quia Iudeorum sacerdotium in perfidia

Quod si iuxta spiritalem intelligentiam perferutatur, quomodo addit dominus, ut electis appareat, nisi quia qui electos suos de contemplatione iustitiae suae mirabiliter terret, etiam de offensione gloriae ineffabiliter demulcet. Qui enim apparendo iustus, corda sanctorum terrore concutit, ut appareat addit, quando cordi terrore dulcedo refunditur suae pietatis. Hinc est enim quod Moyse non semper in igne apparuit, sed in igne aliquando, aliquando in nube. In igne quippe terror iudicij est. Vnde & desecundo Redemptoris nostri adventu per Psalmistam dicitur: Ignis ante eum praefigit & in circuitu eius tempestas valida. In nube autem protectio miserationis exprimitur: quia eiusdem protectionis suae blandimentum electis suis promittens dominus, ait: Tunc videbunt filium hominis venientem in nube. In igne itaque & nube per deserta gradientibus dominus apparet: quia mentes contemplantium se in hac exilij peregrinatione, etsi aliquando terret de iustitia, pauore delectas, erigit blandimento protectionis. Dominus itaque Samueli apparuit, & ut appareret addidit: quia qui ab electorum mentibus in igne terrore aspicitur, in nube etiam dulcedinis exhibetur. Ignis namque visionem intus viderat, qui nunciabat foris, dicens: Sanctum & terribile nomen eius. In igne item eum visum, ostendere cupiens, ait: Venite, & videte opera domini, terribilis in consiliis super filios hominum. Sed qui ei in igne apparuit, ut appareret addidit: quia suavitatem gloriae, & dulcedinis suae, ei etiam de nube propinavit. Quare & exhilaratus, qui territus fuerat, dixit: Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timentibus te. Hinc item additam apparitionem admirans, ait: Quam bonus Israel deus sis, qui recto sunt corde. Sed attente considerandum est, quod subiungitur: Iuxta verbum domini. Verbum ergo domini cognoscendum est, antequam ad apparitionem domini pertinere mereamur, ne iniusta, & indiscreta visio ignis, & nubis, non solum nobis protectionem non ostendat caelestis itineris, sed ad submersionem erroris nos impellat. Origenes quippe dum apparentem dominum, sine verbo domini videre voluit, visionem nubis inordinate conspexit: quia ignis apparitionem horruit. Nam dum abnegata, vel minuta iustitia dei, super suam eius clementiam praedicaret, asseruit, quod non solum omnibus damnatis hominibus parceret, sed etiam de aeterna poena reprobos angelos quandoque liberaret. Nouatus autem ignis aspicere visionem amplius amavit, qui dum seueram omnipotentis dei iustitiam implacabilem diceret, spe veniae consequendae, & poenitentiae omne remedium peccatoribus abstulit. Nec Nouato igitur, nec illi alij dominus apparuit: quia uterque eorum iuxta quod per veritatem sacri eloquij cernitur, omnipotentem dominum non conspexit. Tunc ergo iuxta verbum dominus apparet, cum ea ostensione se menti reuelat, quam sacrae scripturae fides non reprobatur. Vnde & apte subiungitur. Et venit sermo Samuelis in uniuerso Israeli. Haereticorum quippe sermo non venit. Nouati enim sermo fuit: quia iustus deus semel lapsis fidelibus nequaquam parcit. Origenis sermo fuit: quia misericors dominus nullam creaturam rationalem perire per aeternam damnationem sinit. Sed quia conuersi ad dominum peccatores, nequaquam pereunt, & semel lapsi angeli, & in peccato suo mortui peccatores nunquam saluantur, haereticorum profecto sermo non venit. Sermo igitur Samuelis venit in uniuerso Israeli, quia catholici viri praedicatio completur, quae in veritate sacri eloquij recte cognoscitur. Et notandum, quia eius sermo venisse dicitur, cui visionem suam dominus addidisse perhibetur, quia nimirum eius praedicatio vera est, cui sic divinae iustitiae terror ostenditur, ut benignitas eius abundans gratia non caelestis, videlicet ut mentem videtis sic conspecta veritas terreat, ut etiam ostensa benignitas mentem territam in desperationem cadere non permittat, ut sic de benignitate praesumat, quatenus ad preuaricationis autem non proruat. Haec autem in secundo libello presentis operis disputata sufficiant, ut dum ea, quae sequuntur, nouo principio inchoare disponimus, dicendi etiam studium per deuotionem renouetur.

Psalm. 96.  
Marc. 13.  
Psalm. 110.  
Psalm. 65.  
Psalm. 30.  
Psalm. 72.  
Origen.  
Nouatus.

Rom. 11.  
2. Cor. 11.  
Rom. 15.  
L.  
Psalm. 116.  
Esai. 11.  
Acto. 2.  
Psalm. 115.  
Matt. 16.  
Idem. 10.  
Luc. 14.



**A** fides suae cecitate sepultum est. Heli ergo iacet in loco suo, quia & literam legis habet, & in lege & prophetis non habet fructum luminis, sed lapsum cecitatis. Locus namque Heli videlicet Iudaei praedicatoris sacra lex est. Quia ergo Iudaeum sacerdotium adhuc sacram scripturam habet, in loco suo **B** *ubi* quia cecitatem sanctae scripturae nesciens, ad statum si dei non erigitur, nimirum in loco suo non stare, sed iacere perhibetur. Quia item usque ad mundi finem proiectus est, lucerna Dei videre non posse memoratur. Unde & cum quotidie tota sancta ecclesia praedicationis hortamenta suscipiant, cum tot sacrae fidei assertionibus Iudaei victi non credant, quid aliud, nisi hoc quod in sancta scriptura de eis legimus, & etiam per experimentum tenemus, quia videlicet proiecti sunt, non solum ut non videant, sed etiam ut videre non possint. Unde & Apostoli superfluum laborem reputantes eorum qui videre non poterant, in actibus suis dicunt. Quia indignos vos fecistis aeternae vitae, ecce, convertimur ad gentes. Sed qui videre non posse relatus est, Dei lucerna vocatur. Synagoga namque ministerium Dei lucerna fuit, quando in electis patribus & per verae praedicationis lumen, & per venturi Redemptoris promissionem luxit. Quae profecto lucerna ministrante Samuele videre non potuit, quia tempore novae praedicationis, synagoga magisterium poenae perpetuae repulsionis incurrit. Et notandum, quia non dicitur, lucere non poterat, quia profecto adhuc lumen sanctae scripturae pro nobis portat. Sed quod portat ignorat. Unde & antequam extingueretur, videre non posse dicitur. Nondum enim extinguitur, & videre non potest, quia certe (ut iam dixi) lumen gerit, quod non attendit. Ante enim quam extingueretur, donec lucet. Et quia ab eo usque ad mundi finem sacra scriptura non tollitur, si antequam extingatur non videt, cum mundi fine extenditur in cecitate. Quod si accensio eius refertur ad zelum perfidiae, ideo non potest videre, quia non extinguitur. Nam si ignem perfidiae de mente extingueret, ablato impietatis zelo, ad placitum vere fidei lumen mentis oculos aperiret. Sed dum videre non posse dicitur, indigna lucerna perhibetur, & ad videndum ea, quae digna est, queritur. Nam subdit, dicens. Samuel autem dormiebat in templo domini ubi erat arca domini, & vocavit dominus Samuelem. Confirmata cecitate Heli, Samuelem dominus vocavit, quia damnato Iudaeorum sacerdotio ad maiorem gratiam novum praedicatorum ordinem assumpsit. Sed qui exposuit quem vocavit, unde etiam vocaret, ostendit, quia in templo domini, ubi erat arca Samuelem dormire perhibuit. Templum enim dei est, locus ubi habitat deus. Unde & per Psalmistam dicitur: Dominus in templo sancto suo, dominus in caelo sedes eius. Quem profecto locum Paulus insinuat, dicens: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Templum itaque dei uniuscuiusque est anima electi. Templum ubi arca dei reconditur, mens est, in qua diuini eloquii sacramenta per intelligentiam referuntur. Quid ergo aliud dormire in templo, nisi per intentionis custodiam in propria circumspectione persistere? Samuel itaque dormiebat in templo dei, quia novae gratiae unusquisque praedicator, dum cuncta, quae mundi sunt perfecte contempserit, in electae suae mentis intima circumspectione requieuit. Et quia in sacramentis diuinae scripturae eruditus fuit, in templo dormiebat, ubi erat arca. Et notandum, quia non dicitur, dormiuit, sed dormiebat, quia nimirum eandem mentis suae circumspectionem non in transitu seruare studuit, sed in diuturnitate perseverantiae. Somnus itaque Samuelis, perfectum mundi contemptum designat in mente doctoris. Dormit ergo praedicator in templo, cum repulsa a se penitus mundana sollicitudine, sese per considerationem rerum spiritualium recondit in mente. Huius namque somni quietem Petrus elegerat, cum dicebat: Non est bonum relinquere verbum dei, & ministrare mensis: Hinc Ietro Madianita Moysen cognatum suum iuste arguit, dicens: Stulto labore connumeris tu: sed audi verba mea, & erit dominus tecum. Esto tu populo in iis, quae ad deum pertinent, ut referas, quae dicuntur ad eum. Hinc Paulus ad templi somnum, Corinthios reuocat, dicens: Iam quidem delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis fraudem patimini? Dormire quippe in templo dei non

posse cospexerat, quos iudiciorum occupatio a spiritali meditatione retraherat. Dormiens ergo in templo, vocatus a domino dicitur, quia ille tunc doctor ad cognoscenda diuina secreta assumptus est, qui per cordis intentionem non in exterioribus, sed in interioribus morabatur, sequitur. Qui respondens, ait. Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit. Vocasti enim me, qui dixit non vocauit filium, reuertere, & dormi. Cur it, qui vocatum se dominum audiuit, ad Heli cucurrit, nisi quia se ab Heli vocatum putauit? Et quia explanationis typice ordinem tenemus quomodo Heli putatur, cum vocato puero deus loquitur? Sed quae cum in scripturis sanctis patres nostri veteres locuti sunt, ad Heli referuntur locutionem. Qui nimirum quia a semetipsis non sunt locuti, dum deus per eos, quae voluit locutus est, ea quae in scripturis sanctis audit, vox dei esse cognoscitur, quae per Heli profertur. Puer autem quia loquente deo, ad Heli cucurrit, vocem profecto deus Heli similem protulit. Quid ergo est quod diuinae locutionis vox ab Heli voce non differt, nisi quia & per patres veteres ipse locutionem profert? Vox namque Heli dei esse cognoscitur, quoniam electi patres quicquid per sacra eloquia loquuntur: non a semetipsis, sed a domino acceperunt. Unde & in prophetis per omnem fere locutionem repetitur, haec dicit dominus, ut ea quae propheta oraculo vox resonat, sentiamus non esse loquentis hominis, sed praecipientis dei. Aliquando autem per scripturam loquitur deus aliquando per occultam inspirationem. Reuelatione autem occulta loquitur, cum electae menti per spiritum, aut agenda, aut docenda praedantur. Samuel itaque cum vocantem se dominum audiuit, ad Heli cucurrit: quia electus ordo praedicatorum sanctae ecclesiae hoc, quod deo reuelante, cognouerat, quale esset, in sacro eloquio perquirebat. Regula quippe rectae intelligentiae in scripturae sacrae libris expressa est: quia diuina consilia ubi per venerabiles patres nostros exposita sunt: qui spiritum sanctum habuerunt. Vocatus ergo tam saepius a domino Samuel, ad Heli cucurrit: quia ordo praedicatorum in omni quod spiritali reuelatione didicit, patrum veterum dicta consuluit, ut tunc demum a domino sibi fuisse reuelatum crederet, cum ab eo quod in sacra scriptura legebat, nequaquam differre cognouisset. Nam facile fallitur, qui hoc, quod occulta contemplatione colligit, in praecleara sanctae scripturae veritate nescit discutere, quale sit. Unde & Apostolus denunciat, dicens: Transfiguratur se Satanas in angelum lucis. Quomodo autem falli, in verae lucis claritate, discernantur? Ad Heli ergo currit Samuel, quoties a domino vocatur: quia sancti praedicatores ne fallae lucis imagine in intima contemplatione fallantur, modum occultae reuelationis, in aperta scripturae sanctae veritate discutunt. Qua in re quaerendum est, quomodo Heli dicere competat. Non te vocavi filium. Sed patres nostri, qui per sacrum eloquium nouis praedicatoribus loquuntur, non eos vocant, sed qualis sit interna eorum reuelatio indicant. Vocare etenim dei, electorum suorum mentes a spiratione suae gratiae excitare est. Antiqui vero patres per scripturam quidem sacram loquuntur, sed tamen aspiratione diuinae gratiae corda audientium excitare non possunt. Cōsulta ergo sacra eloquia, dum se donū spiritalis gratiae dare non posse indicant, autoritate Samuelis sese Heli velut quibusdam locutionibus excusat. Sed hoc nimirum, quod dare non possunt, insinuare qualiter acquiri debeat, possunt. Unde & Heli voce ad Samuelem dicitur. Reuertere, & dormi. Quid est quod vocatum puerum redire Heli ad somnum praecipit, nisi quia praedicatoribus ostendit, ut ad percipiendum donum internae gratiae, se per mentis quietem parent? Et notandum, quia dicitur, Reuertere. Samuel namque reuertitur, cum electus praedicator a meditatione sacri eloquii ad secretum redit internae contemplationis. Reuersus ergo dormiuit, quia in internae contemplationis intentione requieuit. Quo in loco etiam hoc notandum est, quia Samuel a domino ter vocatur, ter iterum ab Heli dormire praecipitur. Quid est hoc, nisi quia tres gradus dilectionis esse, ipsa veritate docente didicimus? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Sed quid in corde accipimus nisi consilium? Quid autem in mente, nisi voluntatem? Quid vero in virtute, nisi amoris affectio designatur? Sed & per consilium, quid aliud quam veritatis

Ad. 13.

Psal. 10.

1 Cor. 3.

Ad. 6.

Exod. 18.

1 Cor. 6.

*vox dei in pph*  
*et predica huius*  
*Hot*

2 Cor. 11.

**F** Vocatio dei.

Mat. 8.



**G** certitudinem inuestigamus? Et per voluntatem quid diligentes, nisi bona valde concupiscimus? Per affectionem, quid nisi veri gaudij perfruitionem quarimus? Per gradus nanque dilectionis ad summa sustollimur, cum cordis nostri consilio veritas reuelatur, & voluntati metis bonitas vera conceditur, atque affectioni virtutis nostrae per infusionem diuinæ gratiæ, spiritale & verum gaudium datur. Ter igitur est Samuel vocatus à domino, quia dum ordo prædicatorum rudis adhuc ecclesiæ ad superna se studia extendit, & veritatem de ratione consilij, & bonitatem de electione voluntatis, & verum gaudium appetit de intentione affectionis: Ter etiam ad Heli vocatus accessit: quia de omni appetitu suo, sacra scripturam meditationis festinatione consuluit. Ter item, quia ab eo non vocaretur audiuit: quia meditando didicit, quod patres nostri ad eruditionem nostram, sacra nobis eloquia scripta tradiderunt, & tamen dona nobis spiritualia dare non possunt. Quid est ergo dicere non reuocauit: nisi desiderium donorum spiritualium ego non dedi? Nam si sacra scriptura, aut aliquis scriptorum dona spiritualia conferret, quotquot sacra eloquia legerent, quotquot sanctæ scripturæ tractatores audirent donis spiritualibus ornarentur. Nunc vero cum multi sacra scripturam legant, & tractantes prædicatores audiunt & post studium lectionis, & prædicationis adhortationem alij in pristino frigore vitiorum suorum remaneant, alij per gratiam in amorem sanctarum virtutum ferueant: aperte liquet, quia ordo patrum venerabilium dona nobis virtutum per editas scripturas ostendit, sed amorem virtutum quas infinuat, solus nobis conditor tribuit. Quare & Iacobus pie admonet, dicens: Omne datum optimum, & omne donum perfectum delirium est, descendens à patre luminum. Hinc Paulus ait: Neque qui plantat est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Quid est ergo aliud dicere, non te vocavi, nisi aperta eruditione ostendere: quia hoc quod fidelis anima ad superna desideria erigitur, ex sola diuinæ gratiæ infusione generatur? Quia ergo ter vocatur à domino, ter ad dormiendum à magistro reueri præcipitur: tres ille gradus dilectionis infinuat, qualiter acquirantur. Nam quia cordi consilium aptauimus, consilium vero inuenire veritatem desiderat: magnus utique sopor est necessarius, ne prius amans euigilet, quam quaesita veritas inueniatur. Reuertatur ergo puer, & dormiat, ut qui veritatis lucem inuenire desiderat: per quietem caueat, ut ad se errorum tenebras non admittat. Secundo etiam dormiat, ut amoris obsequium omnipotenti deo ex tota mente impendat: ut bona, quæ amat pura simplicitate, nulloque malorum velamine pallientur. Quod profecto quia non nisi magna discretionis subtilitate cognoscitur: vocatus puer à domino, ab Heli reueri, ut dormiat iubetur. Nā si dormire, pro ascendendo isto amoris gradu negligit: hoc, quod de virtute appetit, non acquirit, quia etsi iam bona, deo aspirante amare possumus, nisi magna mentis quiete, qualia sunt ipsa bona, quæ volumus, non diiudicamus. Ter ergo ad dormiendum Samuel mittitur: quia profecto nouus prædicatorum ordo, ut ex tota virtute diligit, admonetur. Et quia virtutem ad affectionem retulimus, affectio autem mentis de gaudio spirituali perficitur, magnam somni quietem Samuel habuit: & dum spiritualia per quietem ordo prædicatorum certus didicit, sub specie veri gaudij, gaudium extraneum non recepit. Nam sicut de virtutibus ceteris, ita & de profectu contemplationis, meus contemplantis plerunque inaniter hilarescit. Dormiuit ergo iterum Samuel: quia nimirum ordo doctorum nisi cautè se in contemplatione circumspiceret, alij quando vanè gaudendo, se vero gaudio gaudere existimaret. Primo itaque dormiuit, quia dum cognoscendæ veritati animum intendit, magna consilij subtilitate, erronea cuncta reprobauit. Secundo dormiuit, quia cum conditorem diligere ex tota mente didicit, magna apud se quiete disposuit, ut bonis, quæ cuperet aliqua reprobata non misceret. Tertio etiam dormiuit, ut dum supremum gaudium de diuina contemplatione perciperet, vanam lætitiā reprobare consulta mente potuisset. Et quia hoc de Samuele adhuc proficiente dicitur, aptè subiungitur: Porro Samuel necdum sciebat dominum, nec reuelatus ei fuerat sermo domini. Dominum nanque tunc ordo prædicatorum nesciit ea perfectione, qua postea

profecit. Vel fortasse idcirco nescire dominum dicitur, quia alta, & profunda, quæ nouerat, infirmis adhuc, & rudibus auditibus non padebat. Vnde & volentibus diem dominici aduentus agnoscere, ea quæ omnia nouerat, & indicare nolebat, veritas dicit: De die autè illa & hora nemo scit, neque angeli in celo, neque filius, nisi solus pater. Quid est quod sciens omnia filius, iudicij die nescit, nisi quia inter cuncta, quæ nouerat, die sciens, nesciebat eum, ut diceret, sed eius tempus, & qualitatem sciebat? Hinc Ioannes Baptista, qui dominum perfectè nouerat, ad eum quasi nescius discipulos mittebat, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Velut enim dominum nesciens Samuel prædicabat, cum Euangelista Matthæus diuinitatem Redemptoris præteriens, à sola humanitate eius inchoauit, dicens: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Sed sciebat profecto dominum, & reuelatus erat ei sermo domini, cum Ioannes diuinitatem eius alta exponendo suscipiens, ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Nesciebat dominum cum Paulus loqueretur, dicens: Factus sum omnia omnibus, ut omnes facerem saluos. Qui enim infirmis infirmus, & paruulis fiebat paruulus, & omnibus omnia, nimirum cum ignorantibus etiam ignorabat. Nam ut eiusdem ignorantie verbo vteretur, Corinthiis loquens, ait: Nihil indicaui me scire inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Nam cum sapientibus & dominum nouerat, & sermonem eius reuelatum habebat. Vnde & dicit: Nos autem reuelata facie domini gloriam speculantes, in eandem imaginem transformamur, tanquam à domini spiritu. Hinc item loquitur, dicens: Sapientiam loquimur inter perfectos, non sapientiam huius mundi, neque principum huius seculi, sed loquimur dei sapientiam, quæ in mysterio abscondita est. Hinc item cum quem nouerat dominum, prædicat, dicens: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purificationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? Nescire ergo dominum dicitur, non ignorantia cognitionis sed prætextu simplicitatis, sequitur: Intellexit ergo Heli quia dominus vocaret puerum. Nam si non intelligeret, per sacra eloquia ei salutis consilia nequaquam ministrasset. Intellexit nanque, quia præuidit. Quicquid enim omnipotens deus in constructione futuræ ecclesiæ agere disposuit, hoc veteribus patribus per sanctum prophetiæ spiritum reuelauit. Nam per Amos prophetam dicitur: Non faciet dominus deus verbum, quod non reuelauerit seruis suis prophetis. Quid enim aliud quam nouorum prædicatorum vocationem intellexerat, qui dicebat: Pro patribus tuis, nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Sed ei, quem vocandum intellexit, etiam consilium ministravit, dicens: Vade & dormi, & si deinceps vocauerit te, dices. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Iam quidem de somno Samuelis satis (ut arbitror) quia internæ meditationis quietem designet, ostensum est. Qui profecto somnus ab Heli Samueli præcipitur, quia ad contemplanda interna mysteria, vacare doctor per sacrum eloquium docetur. Sed quid est quod Samuel quoties vocatur, toties ad dormiendum remittitur, & tamen ei adhuc nequaquam iubetur, ut dicat deo, Loquere domine quia audit seruus tuus? Ibi enim dormire iubetur, non tamen loqui, hic autem etiam cum obedientia somni etiam licentia iniungitur locutionis. Ibi etiā ad dormiendum missio, non dicitur vade, sed reuertere, hic quoque nequaquam dicitur reuertere, sed vade. Quid enim sibi vult tanta præcipiendi varietas? Quam nimirum varietatem clarius agnoscimus, si illud, quod hoc in loco Samuelis somnus significat, attendamus. Et quia superiores somni modos, ad probationem donorum sanctæ dilectionis retulimus, quid est hoc loco Samueli, id est nouo prædicatori dormire, nisi probata iam, & cognita eadem dona, cum securitatis quiete possidere? Merito igitur ei prius non dicebatur vade, sed reuertere, nunc autem non reuertere, sed vade, qui enim adhuc examinabat, reueri iubebat, ut metis tranquillitate aliud donum discerneret, qui aliud iam eadem metis quiete cognouisset.

Iacob. 1.

1. Cor. 3.

K

Marc. 13.

Mat. 10.

Mat. 11.

Ioh. 1.

1. Cor. 9.

1. Cor. 2.

L

2. Cor. 13.


1. Cor. 2.

Heb. 1.

Amos. 3.

Psalm. 44.

M



**A** Ei autem quia iam cuncta examinando probauerat, vade dicitur, quia ad possidenda cognita, secura iam intentione mitebatur. Cur ergo prius somnus sine locutione precipitur, nunc autem somnus cum locutione, nisi quia non licebat dicere, loquere, nisi ei qui vera cognitione certus existeret, quia ~~etiam~~ loqueretur mentis sui affectibus, Deus esset? Examinan- ti ergo non dicitur, quia nisi loquentem intus perfecte diiudicet, locutionem spiritualem sibi adhuc incertam, non debet cu- pere, & excipere quasi certam. Dicere enim menti deo, lo- quare, est internam eius aspirationem secrete excipere. Igitur perfecte cognoscenti hoc competit, non probanti: quia ante iudicium interni examinis, sicut diuina locutio non proba- tur, ita quod de deo nobis est incognitum pro certo, & cogni- to non excipitur. Dicitur namque est Samueli: Vade, & dor- mi, quia cum ordo sanctorum predicatorum dona spirita- lia per sacri eloquii probationem didicit, eiusdem sancte scri- pturae eruditione cognouit, ut in eisdem donis, eo securius per amorem requiesceret, quo eorum virtutem a priori ra- tione cognouisset. Præceptum quoque est ei, ut vocanti deo diceret: Loquere domine. Quia sacrae locutionis studio doctus est, non solum per internae visitationis gratiam loque- tem domini, deuote audire, sed silentem etiam, ut loqui di- gaeretur magnis desideriis implorare: Abiit ergo Sa- muel, & dormiuit in loco suo. Tot habet loca predicator sanctae ecclesiae, quot profectus vitae. Vnde & profectus sui loca diuinis laudibus consecrans, beatus Iob dicit: Per singu- los gradus meos pronuntiabo eum. Non enim iam in loco examinis, sed certe cognitionis silitur cum ad altiora suble- uatur. Locus namque predicatoris, rerum cognoscendarum certa cognitio est. Nam de reprobis predicatoribus domi- nus dicit: Tenentes legem meam, nescierunt me. In loco igitur suo Samuel dormiuit, cum ordo doctorum spiritualium, rerum cognitionem, cum certitudine veritatis retinuit. Sed in quem gradum proficiat, ostenditur, quia repente subinter- tur: Venit ergo dominus, & stetit. Quia non redire, sed ve- nire dominus dicitur, iudaeae destinatio, & sanctae ecclesiae vi- sitatio designatur. Vnde non solum venire, sed stare perhibe- tur. Ad iudaeae visitationem se venisse insinuat, dicens: Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel. Sed ve- niens, non stetit, quia salutis suae bonum contemnentem de- seruit. Vnde & synagoga principibus minatur, dicens: Relin- quetur vobis domus vestra deserta. Hinc item de uentis, ait: Amen dico vobis, quia auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Ad Samuelem itaque venit, & ste- tit: quia predicatoribus sanctae ecclesiae semel assumptis, a qui- bus per custodiam suae gratiae ulterius non recedit. Nam ad Samuelem venerat, cum nouos praeferebat orbi predicatoribus, di- cebat: Ite in orbem vniuersum, & predicate Euangelium omni creaturae: qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Sed si stare debeat, qui venit dominus, dicat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Venerat ergo do- minus, non ut recederet, sed ut staret: quia nouos fidei mini- stros elegit, quos usque in mundi finem per sanctarum virtu- tum sibi patrimonium succedentes protegit. Sed qui venit, per gratiam visitans, qui stat per electionis suae immutabili- tatem perseverans, quid adiungat, audiamus: Et vocauit, sicut vocauerat secundo Samuel Samuel. Secundo quippe vo- cauit, quia ei in ministerio predicationis officium duplex pre- buit: ut videlicet synagoga superbiam repellendo cotereret, & humilitatem gentilitatis ad fidem vocando, subleuaret. Vel certe secundo vocatur: quia in destructionem veteris homi- nis, atque in noui aedificationem excitatur. Vocatus est ergo semel, cum per spiritum instruebatur, qualiter peccata, & vi- tia in peccatorum cordibus delere potuisset, secundo vocatus, cum interni magisterij eum deus documento instruxit: ut de- structa in mente conuersorum impietatis aedificatione, noua sanctarum virtutum fabricam erigere deberet. Quod profe- cto magisterium, quia ordo sanctorum predicatorum & li- benter didicit, atque ad obediendum deuote se obtulit, subdi- tur. Ait ergo Samuel. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Audire loquentem deum, praecpta eius operibus adim- plere est. Quod contra in Euangelio reprobis per semetipsam

veritas dicit: Qui ex deo est, verba dei audit: propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Sed audienti quod insinua- re appetit, subdit, nam sequitur: Et ait dominus ad Samue- lem. Ecce facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinniet ambae aures eius. Et idem verbum aperiens, ait: Prae- dixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius usque in aeter- num propter iniquitatem, eo quod nouerat indignè agere fi- lios suos, & non corripuit eos. Idcirco iuravi domui Heli quod non expietur iniquitas domus eius, victimis & mune- ribus in aeternum. Quid enim his verbis aliud quam toties sa explicata iudaeorum repulsio designatur? Domus namque predicatoris est, multitudo populi subiecti. Quam velut pos- sidendo inhabitat, dum per suae sollicitudinis curam seruat. Domus ergo Heli, id est sacerdotij veteris, iudaeae fuit: quam dum per conuersationem reprobam coluit, prauitatis suae ma- culis immunda fecit. Qui profecto filios suos indignè agere conspexit, quia summum sacerdotium minoris ordinis sacer- dotes in Redemptorem seuentes vidit, & eos non corripiuit: nec ab effusione tanti sanguinis vlla eos autoritate re- uocauit. Idcirco ei diuina comminatione promittitur, quod domus eius in aeternum iudicetur. Iudicare etenim dei, dam- nare est. In aeternum ergo iudicatur, quia perire aeterna pec- na decernitur. Et quia hoc aeterna dei animaduersione fit, in- reiurando se affirmasse perhibuit: quod iniquitas domus He- li in aeternum precibus & muneribus non expietur. Quod profecto aperta veritate impleri conspiciamus, quia iudae- us populus in suae perfidiae obstinatione perseverat. Quid enim est praesens duritia, & caecitas quondam tam electi po- puli, nisi iusiurandum diuinae animaduersionis? Nam di- guo supplicio se sub aeterna morte cohibuit, qui ad mor- tem temporis, aeternam vitam cogere non expauit. Sed hoc quod inreiuurando asserit, praedixisse se dicit: quia nimirum sanctae ecclesiae doctoribus subsequenter de iudaeae repul- sione illud innotuit, quod eorum praedecessoribus ante ma- nifestauit: quia hoc per Samuelem ad Heli nunc dicitur, quod ei per virum dei superius dicebatur, sequitur: Dormi- uit Samuel usque mane. Quid est quod per sacrum eloqui- um Samuelis somnus tam attentè describitur? Et quia iam quater repetisse somnus dicitur: multum desipit, qui a dei spiritu hoc non spiritualiter dictum credit. Nam etsi dor- misse toties rectè intelligitur pro veritate historiae, ad hoc scribitur, ut in veritate literae intellectus proferantur alle- goriae. Quid ergo designat Samuelis haec quinta dormitio? Sed quia primum somnum retulimus ad exquisitionem veri- tatis, secundum ad probationem veri operis, tertium ad ex- plorationem veri gaudij, quartum ad perfruitionem inuen- tae & probatae, cognitaeque perfectionis, quinta somni spe- cies refertur ad studium disponendae locutionis. Samuel igitur quinta repetitione dormiuit: quia ordo predicatorum, etsi per cordis consilium veritatem didicit, per voluntatem mentis bona elegit, per affectionem virtutis verum gaudium recepit, per certitudinem inuenta, & cognita beatitudinis in virtutum sublimium securitate requieuit, hoc tamen quod in semetipso cognouit, sine magni dispensatione consilij subdi- tis predicare non potuit. Praerunque etenim doctor & quae predicet apud semetipsum habet, sed tamen ea, quae habet, prout debet, predicare ea non potest, quia si ea, quae dicat, iam domino reuelante didicit modum, quo ad populum sunt proferenda, non nouit. Dormiuit ergo Samuel iterum, quia or- do predicatorum apud se magna quietis intentione disposuit, ne predicando, verbi dei semel inutiliter spargeret, quod vti- li contemplatione collegisset. Nam dum predicator confyde- rare compellitur quid, & quantum, siue quando loquitur, quae dicat simul omnibus, qualiter moncat aliquos seorsum, quia magna sanctae meditationis quiete utitur, aptè nimis in typo noui predicatoris, Samuel iterum dormire perhibetur. Dormire quippe ei tunc est, dicendi modum tranquilla mente dis- ponere. Et euigilare ei est, a quiete meditationis ad loquendum exire. Et quia rationabiliter non euigilat, antequam dicenda dispo- nat, sequitur: Usque mane. Mane etenim perfecta pronun- ciandi verbi cognitio in mente doctoris est, vnde & precipi- tes doctores propheta arguit, dicens: Vanum est vobis ante lucem surgere. Ante lucem quippe surgunt, qui usque mane

**B**  
*predicato- ris locus.*  
*Iob. 31.*  
*Hier. 3.*  
*Mat. 15.*  
*Mat. 23.*  
*idem. 21.*  
*Mat. 16.*  
**C**  
*Mat. ult.*

*Predicato- ris domus.*

**B**

**F**

*Psal. 136.*



**G** non dormiunt, sed in vanum euigilant, quia inutiliter verbum proferunt, quod qualiter proferrī debeat, meditatione nulla didicere. Vnde & consilium eis impendat, dicens: Surgite postquam sederitis, ut videlicet per quietem meditando, verbum colligant, quod per laborem locutionis nō in vanū, sed ad audientium lucrum spargant, sequitur: Et timuit indicare visionem Heli. Quid nam est, quod timebat, nisi quia hoc dormiendo didicerat? Nam qui meditando verbum ordinat, ratione statuit, quando etiam verbum dicat. Visionem quippe Samuel vidit, & Heli indicare timuit, quia doctorum ordo sanctae Ecclesiae, & Iudaeae repulsionem debitam contempsit, atque ei eam obicere, ante repulsionis suae tempora formidauit. Vnde & ad poenitentiae remedium eam potius cohortatur, dicens: Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Quare & subditur: Aperuit ostia domus Domini. Quenam est alia domus Domini, quam sancta Ecclesia? Et quae sunt huius domus ostia, nisi spirituales virtutes? Ostia namque domus Domini Samuel aperuit, quando concurrentibus ad vnitatem verae fidei, praedicatorum ordo virtutum spiritualium dona patefecit. Velut enim claustra erant domus ostia, cum sanctae Ecclesiae virtutes ignorabantur. Bene autem cum visionem Heli indicare Samuel timuit, domus Domini ostia aperuisse memoratur, quia prius quam apertam Iudaeae repulsionem praedicatorum ordo indicaret, dum ad poenitentiam monuit, electis ad fidem currentibus, virtutum spiritualium occulta reseruit. Nam qui misericordiae tempore dicere visa timuit, tempore exquirendae iustitiae, visionem iustitiae indicauit, dicens: Quia indignos vos fecistis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes. Ex qua profecto ratione questio oritur, quia videlicet visionem Samuelis prece magis, & imprecatione Heli indicatam fuisse perhibetur. Nam subditur: Venit ergo Heli ad Samuelem, & dixit, Samuel fili mi. Qui respondit praesto sum. Et interrogauit eum quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? Oro ne celaueris mihi. Haec faciat tibi Deus, & haec addat, si absconderis a me sermonem, ex omnibus, quae dicta sunt tibi. Indicauit igitur ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Quomodo enim ab executore diuinae sententiae visionem suae repulsionis didicit: qui hoc non tam a comminate, quam ab eo qui magis precibus cogeatur, audiuit? Sed qui istud querunt primo intelligant, quia nō ad literam, sed ad spirituale, & typicam significationem ista discutimus. Hoc enim loco venire Heli neque ad motum corporis Iudaici sacerdotij refertur, neque ad effectum mentis: sed tamen venire ei fuit, hoc ipsum, quod rationalis Dei creatura est, praedicatoribus apparere. Venit itaque cum in humana natura visus est, doctorumque corda sibi ad miserendum mouit. Venire ergo Heli non est, in veteri populo accessus mentis, aut corporis: sed ostensio humanae conditionis. Vel fortasse venire ei fuit, ex eo quod ex omnibus populis ad Dei cultū electus fuit. Eam quoque filium appellauit, quia ab illo respicitur, qui in electis patribus institutor sanctae Ecclesiae fuisse memoratur. Vocat ergo filium non affectu appellationis, sed ostensione amissae dignitatis. Et quia in caligine caecitatis aspexit, indicari sibi visionem postulasse perhibetur. Obsecrate etenim ei est, respectu communis naturae, praedicatorum mentes ad misericordiam prouocate. Qui etiam imprecatione precibus addidit: quia ordo praedicatorum, dum in tanta miseria positum Iudaeorum sacerdotium attenderet, irasci sibi omnipotentem dominum timuit: si non ei verbo subueniret. Vnde & apte subiungitur: Indicauit ei Samuelem vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Omnia quippe ei visa indicauit: ut audito, quod meruit: magnitudo formidinis ad sollicitudinem eum conuerteret impetrandae diuinae miserationis. Vniuersos ei Domini sermones indicauit: ut dum in vetustate sua se proiectum cognosceret, per poenitentiae lachrymas, ad vere fidei renouationem festinaret. Qui profecto respondit, dicens: Dominus est, quod bonū est in oculis suis faciat. Quibus nimirū verbis quid aliud, quam Iudaici populi perfidia clarius agnoscitur? Nam qui omnipotentem Deum Dominum vocat, adhuc ei seruire se existimat. Cum igitur Iudaico populo repulsio sua a sanctae Ecclesiae doctoribus insinuat, dicit: Dominus est, quod bonum est in oculis suis fa-

ciat. quia dum deo se placere per veterem institutionem credit, sanctae ecclesiae nequaquam minas expauescit. Quasi enim apertiori voce Iudaica perfidia asserat, & comminantibus sibi sanctae ecclesiae praedicatoribus dicat. Eo nobis minis vestris terrorem nullum incutitis, quo circa fidem ei nos ministrare credimus: a cuius gratia nos decidisse praedicatis. Cum ergo adiungit: Faciat quod bonum est in oculis suis, sanctae ecclesiae doctores subleuat, potius quam se diuinae sententiae offerat. Quasi alia intentione loquatur, & dicat eo nobis tale aliquid non facit, quo noster est dominus ille quem nobis ad vindictam proponitis: Sequitur: Creuit autem Samuel, & dominus erat cum eo. Quid est quod postquam Heli visionem exposuit, creuisse Samuel dicitur: nisi quia doctorum nostrorum ordo postquam verbo synagogae filios repulit, maioris reuerentiae gloriam apud gentilitatem inuenit? Creuit ergo, quia qui per verbi ministerium se prius in vna gente cohibuit, postmodum sanctitatis, atque doctrinae famam in vniuerso mundo dilatauit. Vnde & per Psalmistam dicitur: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Hinc iterum sanctae ecclesiae loquens, ait: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constituit eos principes super omnem terram. Creuit itaque cum in vniuerso mundo radiauit. Cum quo etiam Dominus esse perhibetur: quia omne quod de fama sanctitatis redoluit, omne quod clarum per verbum luxit, de praesentia Redemptoris accepit, quem secum habuit. Nam et si verbo Paulus non solum infirma, & terrena, sed etiam summa, & caelestia penetrat, ex eo hanc dicendi virtutem obtinet: quem secum esse affirmat, dicens: An experimtum eius queritis, qui in me habitat Christus? Qui enim in se loquebatur, secum erat. Redolet omni mundo per vitam: sed ex eo vitae odorem trahit, quem ostendit, dicens: Christi bonus odor sumus in omni loco. Omnia esse de praesentia Redemptoris Ioannes insinuat, quia dicit: De plenitudine eius omnes accepimus. Samuel ergo cum creuisse dicitur, cum eo Dominus esse memoratur: quia doctorum ordo cum magis sanctitatis atque doctrinae gratia omni mundo resplenduit, ex eo tam magnus apparere potuit, qui eum in mundo positum non reliquit, sequitur: Et cognouit vniuersus Israel a Dā vsq; Bersabae, quod fidelis Samuel propheta esset Domini. Quibus profecto terrae nominibus, Iudaeae vniuersitas designatur. Quid ergo in vniuersa Iudaea, nisi omnis designatur ecclesia? Vniuersitas itaque Israel, quia Samuel propheta est Domini, recognoscit: quia profecto omnis qui fidelis est, credit, quod sanctorum praedicatorum ordo vera de futuris dicit. Prophetae namque officium est, & futura praedicare, & occulta reuelare. Praedicatores autem sanctae ecclesiae dum latentia quaeque vitia in mente deprehendunt, dum spiritualium virtutum secreta aperiunt, dum sanctarum scripturarum latentes intellectus ad comunem notitiam proferunt, dum futura caelestis patriae gaudia electis fidelibus repromittunt, prophetae ministerio vtuntur. Ab vniuerso igitur Israele propheta Domini fidelis Samuel esse cognoscitur, quia omnipotentem Dominum fide videre non potest, qui sanctae ecclesiae doctoribus fidem non adhibet. Et quia eadem diuinae cognitionis gloria in sancta ecclesia remansit, quae se doctoribus primis aperuit, subditur: Et addidit Dominus, ut appareret in Sylo. Sylo quippe missus interpretatur. Et quia vsq; in mundi finem in praedicationis ministerium mittit, in Sylo Dominus apparet, quia se eis clarius ostendit, per quos lucis suae gloria altis aperit. Bene autem dicitur: Addidit, ut appareret, quia incessanter eliguntur, quibus claritas diuinae lucis infunditur. Vnde & causam cur additam visionem asserat, subdit, dicens: Quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli. Idcirco enim ut appareat addit, quoniam qui reuelatus fuerat Dominus se iterum atque iterum reuelat, & suae ostensionis donum a sancta ecclesia nequaquam subtrahit, quam ei exhibere ex eius exordio non cessauit. Sed qui Samueli reuelatus asseritur, quoties apparere addiderit, non refertur: quia nimirum vsq; in mundi finem sancta ecclesia ducitur, cui praedicatores praesunt, qui ex eo in infinis alta aeternitatis gaudia praedicant, quo summa, quae praedicant, in alta Dei manifestatione vident. Quam profecto apparitionem iuxta verbum domini factam perhibetur. Quid est autem verbum Domini, nisi promissio Redemptoris?

Acto. 2.

Acto. 13.

Psal. 18.

Psal. 44.


L

2. Cor. 1.

2. Cor. 2.

10. 1. 1.

M



Mat. 11.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6. 4.

Mat. 13.

**A** Redemptoris? Addidit ergo vt appareret iuxta verbum Domini, quia promissionis suae veritatem exhibere non desinit. Verbum namque Domini in additione apparitionis est, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, sequitur: Et venit sermo Samuelis in vniuerso Israel. Sermo etenim venire cognoscitur, cum praedicatorum nostrorum promissio adimpletur. Promissio enim verbi est gaudium sine fine mansurum. Vniuerso igitur Israel sermo Samuelis venit, quia omnis multitudo sanctae ecclesiae ad gaudium aeternae beatitudinis peruenit, & quod nunc in fide sermonis a sanctis eius praedicatoribus repromittitur, per rei veritatem eidem in regnis caelestibus exhibetur. Verbum namque doctorum in repromissione fidelium est, omnis qui credit in ipsum, non perit, sed habebit vitam aeternam. Vel certe sermo doctorum in repromissione munus est, quae oculis non videtur, nec auribus audiunt, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligentibus se. Sermo itaque Samuelis in vniuerso Israel venit, quia quisquis sanctis praedicatoribus, & vitae praesentis religionem conuersationem suadentibus, & aeterna gaudia iustis promittentibus credit, ad ea quae pie viuendo expectantur gaudia aeterna, carne moriendo, transiit. Vnde & is, in cuius fide promiserat, affirmat, dicens: Amen dico vobis, caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Vel certe sermo Samuelis in vniuerso Israel iam venit, quia per effectum diuinae animaduersionis, generalis impleta cognoscitur repulsio Iudaeorum. Vnde & ordine, quo idem sermo in vniuerso Israel venerit, latius exponens, ait.

Caput. II.



gressus namque est Israel obuiam Philistinum in praedium, & castrametatus est iuxta lapidem Adiuutorij, porro Philistinum venerunt in Aphet, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine terga vertit Israel, & caesa sunt in illo certamine passim per agros quatuor milia virorum, & reuersus est Israel in castra. Esse spiritualia praedia beatus apostolus ostendit: dum sanctae ecclesiae castra aduictoria cohortatur, dicens. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, & contra spiritualia nequitias in caelestibus. De quibus profecto praedictis etiam consequenda victoriae consilium praebens, ait: Et scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbum dei. Hinc Petrus exhortans dicit: Solliciti estote, & vigilate in orationibus, quia aduersarius uester diabolus circuit, quaerens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Dum ergo Israelis praedia per litteram referuntur, interna, & spiritualia designantur. Philistinum namque cadentes poculo interpretantur: quo nimirum nomine reprobi Angeli exprimentur: quia per abundantiosem potum superbiae statum perdidit aeternae vitae. Eis quippe velut poculo cadere fuit, potum superbiae sine omni mora retractionis assumere. Nam quod potatur, facile sumitur. De quorum profecto cadentium principe, velut de potante Dominus dicit: Quia in veritate non stetit. Velut enim potu corruit, qui superbiae suae velocitate ebrius, in ea qua fuerat conditus veritate, nec ad momentum stetit. Sed valde quaerendum est quomodo Israel secundum carnem, egredi in praedium contra istos cadentes poculo intelligatur. Nemo enim pugnat cum eo qui sibi subiicitur. Iudaicus ergo populus, qui malignis spiritibus per infidelitatem subiectus, contra eos in praedium quomodo egredi dicitur. Pugnare tamen asseritur non veritate fortitudinis: sed fallacia estimationis. Veritate quippe fortitudinis a malignis spiritibus victus est, sed tamen dum patrum veterum traditiones seruat, cum malignis spiritibus se certamen habere existimat. Vnde & sub captiuitatis suae vinculis tanto strictius ligatur, quanto ipsa libertatis, quam non habet, fiducia ab eorum sibi calliditate suggeritur. Versuti namque aduersarij occultis suggestionibus ei falsae libertatis fortitudinem praedicant, vt eam, qua premitur, calliginem non attendat, & eo securius iam eum deceptum possideat, quo ab eis, quibus tenetur, infidelitatis vinculis solui, in

Redemptorem nostrum credendo non curat. Et notandum, D quia de repulso populo dicitur: Egredus est Israel. Tunc recte exiit, cum sacrae fidei monumenta dereliquit. Vnde & de iis, qui a scripturae sanctae mysteriis errando deuiaverunt, Ioannes dicit. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Exire igitur Israel secundum carnem est, rectae fidei terminos errando, praeterire. Sed quia alium Christum expectare non desinunt, iuxta Adiuutorij lapidem castra ponunt. Merito igitur terga vertisse Israel dicitur, quia & egredus fuisse perhibetur. Nam si intus maneret, vinci nequaquam potuisset, quia si se intra munitiones seruaret fidei, armatos spiritus debellaret erroris. Et quia fraude superatur, Philistinum in Aphet aciem instruxisse perhibetur. Malignis namque spiritibus acie instruere est, incautis Iudaeorum cordibus argumenta deceptionis ordinare. Sed inito certamine terga vertit Israel: quia dum mori metuit, malignis spiritibus non resistit. Ideo quippe pugnae profugi terga hostibus vertuntur, ne resistere moriantur. Quia vero si in Redemptorem Iudaei credant mori trepidant, idcirco non resistunt, vt viuam, quia in Redemptorem non credunt, vt in veteri circuncisione saluentur. Resisterent quippe malignis spiritibus, si arma suae fortitudinis, in Redemptoris nostri fide tenuissent. Sed ideo ne moriantur fugiunt, & ideo quia fugiunt, moriuntur. Hostis namque insequens eo facilius fugientem interficit, quo is qui fugiendo percutitur, imminetis victoris sui gladio non resistit. Vnde & in eodem certamine quatuor Iudaeorum milia caesa memorantur. Quae enim sunt haec quatuor milia, nisi qui recipe re quatuor Euangeliorum veritatem noluerunt. Quare, & in agris mori perhibentur, quia in errorum suorum latitudine immorantur. Et quia erroris sui latibula adhuc nequaquam derelinquunt, Israel in castra reuersus asseritur. Nam vt iam dixi, cum malignis spiritibus adhuc habere certamen se aestimat, cum eorum voluntati potius obediat, quam repugnet. Quia vero etiam in bona significatione poculum accipitur, cadentes poculo, intelligi sanctae ecclesiae praedictores possunt. De quo nimirum poculo propheta gloriatur, dicens: Im pinguius in oleo caput meum, & poculum meum inebrians quam praeclarum est. Poculum namque inebrians, abundans est gratia spiritus sancti. Quae apte poculum dicitur, quia eius plenitudine electorum corda in momento inebriantur. Vnde & de primis sanctae ecclesiae pastoribus dicitur: Factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit tota domum, ubi erant sedentes. Quo nimirum poculo praedictores cadunt, quia dum sancti spiritus gratiam abundanter excipiunt, statum vitae carnalis ex toto derelinquunt. Quotidie namque per hoc poculum velut nimis potantes cadunt, quia etiam eos aliquando carnales motus ad perpetrandas culpas erigunt, virtute tamen potati spiritus in statu peccati non inueniuntur. Cum quibus profecto quia Iudaicus populus certamen habet fidei contra Philistaeos istos, carnalis Israel quotidie egreditur ad campum belli. Possunt autem Philistinorum appellatione idcirco sanctae ecclesiae praedictores intelligi: quia de errore gentilium, ad gratiam fidei per Dei misericordiam sunt perducti. Cum quibus nimirum Israel praedictores terga vertit, quia loquenti per ora praedictorum spiritui non resistit. In praedium namque Israel contra Philistinum exierat, cum praedicti Stephano Iudaei obstitissent, & de fidei nostrae ratione disputarent. Sed praedictores terga vertit, quia resistere deputando non potuit. Nam de terga vertentibus, in apostolorum actibus dicitur: Non poterant resistere sapientiae & spiritui, qui loquebatur. Caei autem Israelitis est ab infidelitatis vita separari. Bene quoque in agris mori perhibentur, agrum enim certaminis sunt sacri eloquij virescentes intellectus. In agris igitur caesa pugnantium Israelitarum milia assignantur, quia qui sanctorum praedictorum ministerio de Iudaea conuersi sunt, in Redemptorem humani generis per sanctarum scripturarum documenta crediderunt. Quatuor vero milia caesorum fuisse memorantur, quia eandem sacri eloquij auctoritatem, de lege, Prophetis, Psalmis, atque de Euangelio voverunt. Sed & caesis aliis, alij in castra reuertuntur, quia de Iudaea nonnulli praedictorum ministerio ad cognitionem Redemptoris perducti sunt, sed eiusdem gentis plenitudo sanctae ecclesiae asser-tionibus tanto audacius aduersatur, quanto in infidelitatis suae tenebris

1. Ioan. 2.

Psal. 22.

Acto. 2.

Acto. 6.

Ephes. 6.

1. Petr. 5.

1. Ioan. 8.



**G** tenebris profundius eiecta, ad veritatis lumen non ducitur. In castra quippe ei reuerti est, aduersari non desistere. Et quia eos qui crediderant, velut stultos, & nulla sufficienti ratione superatos arguunt, sequitur: Dixeruntque maiores natu Israel. Quare percussit nos hodie dominus coram Philistim. Quare enim hoc loco non est inquisitionis interrogatio, sed querela admirationis. Sub admiratione ergo de percussione interrogant: quia ad eam rationem, qua religionis suae homines fidem Redemptoris excepisse conspexerant, pertingere non valebant. Et notandum, quia admiranter interrogant, maiores natu de Israel fuisse memorantur, quia profecto superbi quique in sua sapientia gloriantes, ad diuinorum mysteriorum cognitionem pertingere nequaquam potuerunt. Vnde & in Euangelio Dominus ad patrem loquitur, dicens: Confiteor tibi pater rex caeli & terrae, quia abscondisti haec a prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Qui profecto se percussos fuisse conqueruntur: quia dum per eos qui crediderunt, veterem legis consuetudinem solni conspicerent, quadam percussione vulnera incomprehensibili iudicio Dei insicta sibi arbitrati sunt: quae communi dolore declamarent. Sed qui cecidisse alios conque-  
runtur, quo se consilio ad resistendum praeparant, subdunt:

Matt. II.

**H** afferamus ad nos de Sylo arcam foederis Domini, & veniat in medio nostri, & saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Et de effectu eiusdem consilij protinus subinfertur: Misit ergo populus in Sylo, & tulit inde arcam foederis Domini exercituum, sedentis super Cherubim. Hoc est certe consilium, hoc opus Israelis contra certamen cadentium poculo, sed profecto consilium, & opus inauditum: quia non est Israelis secundum spiritum, sed Israelis secundum carnem, videlicet non Deum videre videntis, sed Deum, quem despicit, se videre arbitrantis. Quid est enim ad Sylo mittere, nisi ad legem Moysi recurrere, cui a domino dicitur. Veni mittam te ad Pharaonem: Quid est afferre arcam domini, nisi veteris legis sacramenta, ad reprobendam nouae fidei veritatem recolendo, adducere? Et quia eandem legis scientiam suorum neminem ignorare patiuntur, in medium eorum arca adduci praecipitur. Quid est item quod dicunt, & saluet nos de manu inimicorum nostrorum, nisi quia dum pertinaciter defendunt vetera, repellunt noua, & hoc habent in fiducia salutis, si ad vere fidei ratione bonorum praedicatorum studio trahi non possunt? Quia igitur veritate diuinae cognitionis per veterem legem habere se iactant, eadem arca, qua ad saluationem suam deferri praecipitur, Domini exercituum esse confirmant. Et quia incomparabili scientia eiusdem legis se pollere arbitrantur, dum arca deferri dicitur, Domini exercituum sedentis super Cherubim esse perhibetur. Cumque arca venisset, omnis Israel graui clamore vociferatur: est: quia profecto de eo quod carnaliter scientiam legis accipiunt, in sanctae ecclesiae approbatione garrunt, sine ostensione rationis. Qui enim clamasse, & nihil dicuntur dixisse, hoc profecto expriment, quod agunt, quia dum loqui spiritualia carnaliter latagunt, clamorem quidem in garrulitate habent, sed rationem veritatis non habent. Voce quidem multa dicunt, sed sine ratione loquentes, sanctae ecclesiae electis in nullo obsunt, & in semetipsa synagoga loquens, mani deuotione concutitur, quia eius verbis sancta ecclesia non mouetur. Vnde apte nimis terra tantum sonuisse relata est. Terra quippe Iudaea nunc dicitur, non quia Deo fructificet, sed propter carnalitatem, quia nimirum dum Redemptoris fidem recipere noluit, caeleste conuersationem penitus amisit. Sed dum vociferatione sua concutitur, ea existimatione, qua semetipsam considerat, esse se terribilem sanctae ecclesiae praedicatoribus exultat. Et audierunt Philistinim vocem clamoris, dixeruntque. Quenam est haec vociferatio in castris Hebraeorum? Terrae quippe sonitum, & castrorum vociferationem Philistinim audiunt, quia ij qui in sancta ecclesia poculo sancti spiritus refecti sunt, Iudaeae quidem & garrulitatem, & vanam perfidiae deuotionem cognoscunt. Et quia eorum aestimationem in contemptu derisionis habent, subditur: Et cognouerunt quod arca domini venisset in castra. Timueruntque Philistinim dicentes, venit Deus in castra & ingemuerunt. Arca in castra Hebraeorum venisse, & cadentes poculo timuisse atque ingemuisse per ironiam

Exod. 3.

dicitur: quia ad conflictum sanctae ecclesiae sacramenta legis veteris a synagoga carnalibus defensoribus, carnaliter exponuntur. De eo namque disputant, quod si secundum Dei spiritum saperent, hostibus suis si quos haberent, in veritate terribiles esse potuissent. Dum ergo pertinuisse, & ingemuisse cadentes poculo dicuntur, non passiones mentium in sanctis praedicatoribus scriptura ostendit, sed sublannationem Iudaicae disputationis, quae tanto contemptibilior, & risu dignior nescitur, quanto ad spiritalem conuersationem Iudaicus populus legem a Domino spiritalem accepit, & hoc, quod spiritu donante acceperat, in spiritu non attendit. Quare, & eiusdem Iudaicae derisionis verba addentes dicunt: Vae nobis, non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Et quia abundantius deridendi sunt, subdentes dicunt. Quis nos liberabit de manu Deorum istorum sublimium. Et notandum, quia Deorum appellatione deridentur, qui a fide veterum patrum recedentes, se in veritate fidei existere, atque in filiorum dei numero confidunt. In se quidem illa diuinae laudationis praeconia prolata asserunt, quae per prophetam Dominus pronunciat, dicens: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Si itaque mendaci existimatione omnes Israelitae secundum carnem nuncupatiue Dij sunt, sublimes Dij eiusdem Iudaicae existimationis mendacio, sunt sapientes Iudaeorum. Et quia periti synagoga ad sanctae ecclesiae conflictum veniunt, ipsi sanctorum praedicatorum voce deridentur, qui de ea qua non habent, doctrinae virtute gloriantur. Et quia de antiqua patrum veterum conuersatione superbiunt, verba sublannationum supponunt. Hi sunt Dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto. Ipsi nauque essent, si nobilitatem, quam trahunt ex carnis origine, rectae fidei virtutibus illustrarent. Nunc autem quia per carnis propaginem eorum sunt filij, quorum virtutes non habent, de amissa eorum virtutem successione, per contraria verba deridentur. Hi sunt inquit Dij. Quasi aperta derisione Iudaeorum sapientes, doctorum nostrorum ordo reprobet, dicens: Carne quidem magnorum virorum se filios esse gloriantur, sed eorum, de quorum generatione superbiunt, nobilitatem fidei non consequuntur. Ipsi ergo sunt subsecutione generis, sed quia ipsi non sunt imitatione virtutis, cum ipsi esse dicuntur, qui virtute claruerunt, deridentur potius quam laudantur. Et quia eorum assertiones sanctae ecclesiae doctores pro nihilo ducunt, sequitur: Confortamini, & estote viri Philistinim, ne seruiatis Hebraeis, sicut ipsi seruiuerunt nobis. Contra Iudaeorum quippe vanas assertiones, sanctae ecclesiae doctores eo nihil fortius nouiter praeparant, quo quicquid a Iudaeis de redemptoris contemptu falso asseritur, pro nullo pensant. Contra eorum quippe congressione confortaretur, & quasi virili fortitudine decertarent, si velut a sapientioribus, & rationabiliter disputantibus, assertionis suae munimenta infringi timuissent. Quasi enim dicat, contra eorum obiectiones eo robusta, & acuta aliqua nobis exquirenda non sunt, quo ipsi nequaquam subtilia, & timenda, sed debilia, & contemnenda obiiciunt. Sed (vt dixi) praedicatores sanctae ecclesiae etsi contra Iudaeorum vaniloqua nouiter nulla praeparant, plana tamen, & humili verae fidei nostrae ratione, quocumque modo defensorum synagoga impetum debellant. Vnde & subdit: Pugnauit ergo Philistinim, & versus est Israel, vnusquisque in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis, & arca dei capta est. Duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni & Phinees. Philistinim id est poculo cadentes pugnat, cum doctores sanctae ecclesiae cum catholice fidei vexillo Iudaeis impugnantibus obulant. Israel autem auertitur, quia in omni disputatione, Iudaeorum versutia superatur. Auerti enim ei est, ex pari virtute, aduersari non posse. Qui autem preliando auertitur, in prelio quidem est, sed fugiens, etsi virtute deficiens, nocendi tamen desiderium non amittens. Sic namque est omnis repulsus Israel. Fugit quippe, quia doctoribus sanctae ecclesiae respondere non sufficit, sed fugiens vellet resistere, quia victus, & confusus cuperet, sibi suppetere, vnde veritati, qua vincitur, refragari potuisset. Bene itaque cum versus Israel dicitur, caute subiunctum est, Vnusquisque in tabernaculum suum. Tabernaculum quippe vnusquisque Israelitae est cor perfidiae conclusionem circumseptum. Quia igitur

Psal. 81.

L

M

**A** igitur victi à sanctæ ecclesiæ prædicatoribus, erroris sui latibula repetunt, singuli fugientes de prælio, in suam tabernaculam reuertuntur. Et quia hoc totum de adimplerione verbi Samuelis videlicet de ecclesiæ primitiue comminatione dicitur, plaga magnanimis facta fuisse perhibetur, quæ pro lectoris arbitrio, & secundum spiritalem percussione, & secundum materialem accipi conuenienter potest. Nam de spiritali eorum plaga, ad discipulos in prædicatione destinatos dominus dicit: Quicumque non receperint vos, exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amē dico vobis tolerabilius erit terre Sodomorum, & Gomorthæorum in die iudicii, quam illi ciuitati. Hinc iterum dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Secundum materialem quoque percussione plagam magnam insinuat, cum ad Hierusalem loquitur, dicens: Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & filios tuos, & ad terram prosternent te, & non relinquetur in te lapis super lapidem. Hinc compatiens sibi atque lugentibus mulieribus, ad passionis suæ dignitatem proficiscens loquitur, dicens: Filie Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient in te dies, in quibus dicent, beata steriles, & ventres, quæ non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.

**B** tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos, quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quibus profecto verbis ea quæ Iudæorum populo à Romanis principibus Vespasiano & Tito illata est, & mors, & captiuitas designatur. Tunc quippe plaga magna facta fuit, quæ cū internitione populi Iudæorū ciuitas & capta extitit, & euerfa, quando pro vltione diuini sanguinis, & hostili gladio populus corruit, & qui euadere ferrum potuit, poenam sustulit æternæ captiuitatis. Quæ profecto plagæ immensitas, auerso iam Israeli perhibetur, quia Iudæicus populus ante fuit à sanctæ ecclesiæ doctoribus & victus, & reprobus, quam à Romano exercitu expugnatus, peremptus & in captiuitatem ductus. Nam inde expugnari, occidi, & in captiuitatem duci temporaliter potuit, quia æternæ libertatis securitatem oblatam sibi à sanctæ ecclesiæ doctoribus non recepit. Sed & eadem plaga in Israël veterem alta diuinæ bonitatis dispensatione decernitur, vt arca dei à gentilibus caperetur: & diuinorum sacramentorum intellectus, sanctæ ecclesiæ fideles tanto securius sub spiritali explanatione perciperent: quanto in Iudæa nihil remanere cerneret, quod carnaliter exhiberet. Volente nanque deo, ciuitatem, templum, arcam fœderis, vetus populus perdidit, vt noua plebs sanctæ ecclesiæ eo plenius veri & noui sacrificij mysterium recognoscat: quo apud Iudæos nouis apparentibus, vetera penitus defecisse considerat. Arca itaque dei à Philistæis capta asseritur: quia destructo more veteri, veteris scripturæ sacramenta, à gentilibus secundum veritatem spiritus fideliter accipiuntur. Capit quippe arcam dei, qui diuinæ cognitionis mysteria in sacro eloquio per veritatem intelligentiæ, mentis deuotione comprehendit. Sed capta arca, duo protinus Heli filij moriuntur: quia profecto & maioris ordinis sacerdotes, atque minoris, in officio immolationis veteris nusquam viuunt. Mori nanque perhibentur, qui offerre sacra omnino desiere. Sequitur: Currens autem vir vnus de Benjamin ex acie, venit in Sylo in die illo, scissa veste, & conspersus puluere caput. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sella, spectans cōtra viam. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiavit vrbī, & vlulauit omnis ciuitas. Quid per virum istum exprimitur, qui de acie fugit: nisi ea pars Iudæici populi, quæ ad Redemptoris cognitionem veniendo, Iudæicam perfidiam dereliquit. Currense nanque enim fuit, à prauitate erroris sui deuotionis velocitate desistere. Quia vero fortia agere in Redemptoris professione disposuit, vir fuit. Qui nimirum eo die, quo victus est, de prælio currit: quia ea fidei illuminatione, qua perfidie tenebras deseruit, ad prædicandum veritatem, quam nouerat, accessit. Vnde & in Sylo venisse perhibetur, quia ad prædicationem mittitur. Qui vestem scidit, quia veterem se hominem exuit, caput puluere conspergit, quia de splendore

novi hominis, quo se induit, nequaquam superbuit. Scissa namque vestis ad decorē sanctæ cōuersationis pertinet. Conspergit pulueris, ad æstimationem humilitatis. Quia ergo sanctis prædicatoribus, nec vitæ munditia, sine humilitate, nec humilitas sufficit, sine sancta cōuersatione, vir qui in doctorū typo ad annunciandum Israël interitum venit, & vestem scidit, & caput puluere conspergit. Hoc nanque puluere caput conspergitum portabat, qui domino loquens ait: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis? Conspergo item capite loquebatur propheta, cum supplicaret, dicens: Memento domine quia puluis sumus. Vestem quoque sciderat, qui confitens, dixit: Conscidisti saccum meum, & præcinxisti me læticia. Sed cum ecclesiastici prædicatoris humilitas commēdatur, pariter & superbia Iudæici doctoris exprimitur, quia videlicet Heli super sella sedere perhibetur. In isto quippe loco Heli non pontifex, sed legisperitos synagogæ insinuat. Quid est autem, quod sedet super sella, nisi quia superbe extollitur de doctrina? Et quid est, quod spectat contra viam, nisi quia dum superbe scripturas accipit, ei per quem ire ad æternam patriam debuit, contradicit: Via quippe salutis illa est, quæ semetipsam asserit, dicens: Ego sum via, veritas & vita. Non itaque viam, sed contra viam respicit: quia Redemptorem non cognoscit, cui contradicit. Et bene mortuis filiis, pater super sella sedere dicitur, quia qui in veteri more sacrificent, synagoga non habet, & tamen qui veteri more doceat, adhuc habet. Et quia per sapientes doctores ad ministerium erudiebantur, dum cessauit, qui sacrificaret: & adhuc qui doceat remaneret, apte filij referuntur mortui, & pater super sella sedere, sed de ea, quam audiuit annunciatione Redemptoris, multitudo synagogæ non gaudium, sed merorem habuit. Vnde & postquam vir de prælio venit, & captionem arcæ nunciavit, vlulasse omnis ciuitas dicitur. Quæ nimirum tristitia, quia vsq; ad doctores peruenit, sequitur. Et audiuit Heli sonitum clamoris dixitq; quis est hic sonitus tumultus huius? Tumultus est vociferatio populi, sed confusa, cum videlicet sine disciplina audiendi, multis simul loquentibus, magnitudo sit murmuris, sine ostensione rationis. Heli ergo cū vlulatum ciuitatis audiuit, dixit. Quis est sonitus tumultus huius? Quia videlicet magisterium synagogæ, subiectis sibi perfidis, de prædicatione Iesu Christi dolentibus, dū causam doloris audire voluit, non percepit responsum rationabilem, sed confusionem querelæ. Vt autem excusationem ignorantie habere non posset, is qui de circuncisione ad ministerium ecclesiasticæ prædicationis accesserat, ei rei veritatem aperuit. Vnde & subditur. At ille festinauit, & venit & nunciavit Heli. Sed quia idem Heli statim mortuus, annunciationem suscepit veri venientis, qualis sit ipse audiens, subsequenter innotescit. Heli autem erat nonaginta, & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat. Perfectæ namq; senectutis esset, si centenarium numerum annorum viuendo peregisset. Cui profecto numero, quia duo anni deesse conspiciuntur: quid est aliud, nisi quia perfectæ maturitatis existeret, si sacramentum genuinum in Redemptoris nostri incarnatione cognouisset: videlicet veram diuinitatem, in humanitate eius: & veram humanitatem, in diuinitate. Nunc autem quia multa de lege veteri, plurima de mandatis cælestibus recte intelligit: nonaginta & octo annorum est. Et dum deum credit: & ex virgine nasci potuisse per carnem, & humanitatis eius naturam suscipi abnegat in diuinitate, centum annorum non est. Vnde & audita viri relatione, iuste moritur: quia sine fide Redemptoris ei bona, quæ cognoscit, & alia nequaquam profunt. Et quia alto & incomprehensibili iudicio Dei cæcitas ignorantie eius mēti incutitur, caligasse, & videre non posse memoratur, sequitur: Et dixit ad Heli. Ego sum qui veni de prælio, ego qui de acie fugi hodie. Quasi in prælio se fuisse memorabat ille, qui dicebat. Audistis conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequer bar ecclesiam Dei, & expugnabam illam: & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo, abundantius æmulator existens patrum mearum traditionum. Sed de prælio venit, qui dicit: Qui prius fui blasphemus & persecutor, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Fugere ergo de acie

D

Gene. 18.

Psal. 102.

Psal. 29.

Ioan. 14.

E

F

Galat. 1.

1. Timot. 1.



**G**acie Iudaeo quid est aliud quam a perfidorum errore separari: Et de prelio venire quid est, nisi recte fidei bonum aliis nunciare: Fugere nanque metuentis est, venire volentis. Quo in loco, quia prius dicitur venire de prelio, qua ex acie fugere: cum prius deseratur perfidia, quam veritas praedicetur, mirum non est. Nam hoc quod de acie se fugisse posterius dicit, non ad ordinem quo factum est, dicitur: sed ad certitudinem verbi, quod praemisit. Quod etiam secundum historiae ordinem demonstratur: quia nisi prius de acie fugisset, venire de prelio nequaquam potuisset. Nos autem, qui secundum spiritum spiritualia, etiam in rebus Iudeorum carnaliter gestis, inquirimus: illum virum, quem loquentem paulo superius introduximus, attendamus. Nam auditum est ab ecclesia, quia is, qui quondam persequeretur, evangelizaret: sicut scriptum de eo iam evangelizante est: Cum autem venisset Hierusalem, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes, quia esset discipulus. Hinc item ad Ananiam discipulum, dominus Damasci apparet, ait: Surgens, vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quere in domum Iudae Saulum nomine Tarsensem, & impone sibi manum, ut visum recipiat. Qui nimirum confestim domino respondit, dicens: Domine audivi a multis, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem, & potestatem habet a principibus sacerdotum, alligandi omnes, qui invocant nomen tuum. Cum ergo illum Iudaeis praedicabat, quem impugnare minis solebat & cedibus, nimirum de prelio veniebat. Sed dum ei praedicanti, discipuli omnes se iungere timerent, de acie cum fugisse dubitabant. De prelio quippe veniebat, cum a vocante domino in terram prostrato, dictum fuerat: Surge, & ingredere civitatem, & dicet tibi, quid te oporteat facere. Sed fugisse eum de acie Anania non credidit, qui ea mala quae sanctis in Hierusalem fecerat, & potestatem quam acceperat, domino praecipienti intimaui. Ut ergo eum venisse de prelio, & fugisse de acie veraciter demonstraret, eidem Ananiae dominus praecipit, dicens. Vade, quia vas electionis est mihi iste, ut portet uonem meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Et notandum, quia eo die quo haec nuntiabat se venisse de prelio, & fugisse de acie assererat. In die quippe fugiunt: quia attestante veritate, qui in tenebris est, nescit quo vadat. Hinc etiam scriptum est: Qui dormiunt in nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, in nocte ebrii sunt. Et quia in exemplo beati Apostoli Pauli, virum de acie fugientem videre coepimus, hoc quod in die fugiat attendamus. Nam nox erat, quando aciem contra sanctam ecclesiam construebat, quando acceptis epistolis a principibus sacerdotum ad Damascum, munitum, & cedis spirans in discipulos, festinabat. Sed qui in nocte bellum paravit, in die fugit, quia in itinere lux de caelo eum subito circumfulsit, in terramque prostravit, ineffabili pauore terruit, ut tenebras immensi erroris agnosceret, & pro ea quam expugnabat nocte ecclesia, in diei lumine dimicaret. In die igitur fugit, quem ut perfidiae noctem desereret, de caelo offensa Redemptoris claritas circumfulsit. Quid est ergo quod eo die se fatetur venire de prelio, quo de acie fugerit, nisi quia recte praedicationis intentio designatur. Quidam namque eo die de acie fugiunt, sed alio veniunt de prelio, quia errores pristinos, amore aeternae vitae derelinquunt, sed cum ad praedicationis ministerium assumuntur, de sua praedicationis sacundia, temporales retributiones appetunt. Alio igitur die quam eo quo fugerant, veniunt, quia nimirum recti sunt conuersatione, sed praedicationis intentione peruersi. Sancti ergo praedicatores, qui per redemptoris nostri gratiam de circumsione crediderunt, non alio die, sed eo quo de acie fugerant, de prelio venerunt: quia profecto vtrunque donum in superni amoris splendore consecuti sunt, veritatem scilicet conuersationis, cum praedicatione verbi. Et quia Iudaicum magisterium, & si non intentione cognoscendae veritatis, curiositatis tamen sollicitudine sanctorum praedicatorum assertiones audire voluit, sequitur: Cui ille ait. Quid actum est Fili mi. Sub vnus quippe descriptione, omnibus loquitur, quia gentis suae homines vidit, quos aliquando doctrina legis instruxit. Vel fortasse filium vocauit, non affectu amoris, sed adulatione calliditatis, ut eo hunc facilius per deceptionem caperet, quo se cum paterno affectu dili-

Acto. 9.

Acto. 9.

1041.12.

1. Thes. 5.

I


gere demonstraret. Eum itaque filium vocat, a quo quid actum fuerit, scire appetit, ut profecto ille pro impetito honore adulationis, seriem peruerteret veritatis. Honor igitur appellationis non ad amorem refertur, sed ad calliditatem. Sed qui praelata laudis fauorem respuit, constanter vera patefecit. Vnde & subditur: Respondens autem qui nunciabat. Fugit (inquit) Israel coram Philistin, & ruina magna facta est in populo. Insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophui, & Phinees. Hoc nanque vir fugiens nunciavit, quod experientia didicit. Quid est igitur quod fugisse Israel asserit, nisi quia constanter affirmat, quod dum Iudaicus populus legis sensum carnaliter retinet, spiritualibus sanctae ecclesiae doctoribus resistere disputando non potest. Et quid est quod magna ruina factam fuisse in populo praedicat, nisi quia omnes qui de Iudaico populo verbum fidei repulerunt, aeterna morte periisse confirmat? Et quid est quod duo Heli filij mortui referuntur, nisi quia vterque ordo veteris sacerdotij defecisse asseritur? Et quid est quod arcam dei captam fuisse dicit, nisi quia cognitionem diuinorum sacramentorum a Iudaeis ablatam, atque a gentibus fideliter apprehensam asserit, quia a gentibus iam dei gratia vocante, fidelibus diuina mysteria cognoscuntur? Sequitur: Cumque ille nominasset arcam dei, cecidit Heli de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis cervicibus, mortuus est. Quid est quod Heli audita Israelis fuga, relata sibi ruina populi, intimata filiorum morte, de sella nequaquam cadit, cognita autem arcae captione, & de sella cadit, & vitam perdit? Sed quia in Heli sapientes Iudaeorum, & legis peritos designari diximus, audita Israelis fuga, de sella non cecidit: quia quod simplices synagogae filij a sanctae ecclesiae doctoribus in praedicatione superentur, pro paruo ducit. Non cadit relata sibi ruina populi: quia dum perire audit eos qui in Iudaismo moriuntur, nequaquam expauescit. Intimata filiorum morte non cadit, quia & obiecta sibi sacerdotij vtriusque cessatione, superbiere non desinit. Illata autem sibi arcae captione cadit: quia dum sacramenta scripturae suae profundè, & spiritualiter sciri a sanctae ecclesiae praedicatoribus, & fidelibus videt, de ea qua carnaliter tantum intelligit, sacri eloquij eruditione superbiere non audet. De sella igitur cadit: quia spirituali cognito, superbiere de carnali magisterio non praesumit. Sed quia vera praedicatori sublimiter audit, & nequaquam credit, dum confunditur, & non saluatur, cadit, & moritur. Cadit quippe de sella, quia extolli desinit de doctrina. Sed cadens, moritur, quia si ratione vincitur, eiusdem tamen rationis iudicio, peruenire ad aeterna gaudia non meretur. Qua in re notandum est, quia qui cadens moritur, iuxta ostium cadit. Quid est enim quod cadit iuxta ostium, nisi quia dum caecus errat, impingit in Redemptorem? Qui nimirum de semetipso asserit, dicens: Qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum. Ipse quoque de semetipso ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & egredietur, & regredietur, & pasqua inueniet. Iuxta ostium ergo mortuus est Heli, quia synagogae magisterium idcirco periit, quia in Redemptorem offendit. Ibi enim cecidit, ubi deliquit. Qui etiam cadens, cervicem fregit. In ceruice tumor temporalis potentiae designatur. Fracta ergo ceruice moritur, qui perfidiae magnitudine amissa, regni potentia conuenatur. Potest quoque per ostium, sacra scripturae litera designari. Nam velut per ostium ad aeterni templi atria ducimur, dum per sacri eloquij literam, ad allegoricam, & spiritalem intelligentiam subleuamur. Intus quoque rex cernitur, quia promissus Redemptor humani generis, in spirituali sacrae scripturae intelligentia inuenitur. Heli ergo iuxta ostium mortuus cecidit: quia profecto synagogae magisterium idcirco interit, quia per spiritalem scripturam eum, qui in spiritu promissus, Redemptorem humani generis fuerat, non spiritualiter, sed carnaliter quaesuit. Iuxta ostium namque mortuus est, quia de eo interit, quod spiritalem redemptoris promissionem, non secundum intelligentiam spiritalem, sed secundum simplicem locutionem historiae intellexit. Et quia per doctrinae suae studium, multo tempore Iudaeae non amore bona operati, sed timore a malo declinanti, praesuit, sequitur: Senex enim erat, & gradauit, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Senex

M

Mat. 21.

1041.10.

Senex



**A** Senex etenim fuit, & grandævus diuturnitate temporū. Quadraginta vero annis præfuit per timorem legalium mandatorum. Quadragenarius quippe numerus ad peccatores pertinet. Vnde & quadraginta tempus in sancta ecclesia eodē dierum numero consecratum est, vt videlicet ea quæ committuntur peccata, tergere penitendo studeamus. Quadragenarius quippe numerus ex denario, & quaternario consummatur. Et quia peccando decalogum diuinæ legis transgredimur, ipsam vero peccandi facultatem ex ea qua constituitur, quatuor elementorum compactione contrahimus, sub numero quadragenario quoad in peccato existimus, cōtinemur. Heli ergo quadraginta annis Israël iudicauit: quia synagoga magisterium, & austeram legis disciplinam, ad timorem subiectæ plebis exhibuit: vt materiam humanæ cōditionis per concupiscentiam fragilem, in statu iustitiæ per timorem retineret. Sed iam mortuus est Heli, iam fractis ceruicibus iuxta ostium facit: sed tamen prauæ doctrinæ eius virus in semine remanet. Iam quippe qui non credit de Iudæorum sapientibus iudicatus est: sed quæ in eius instructione prauitatis semina mentes concipiunt, qui eius doctrina filij nascuntur, perfidiæ eius yelanium non relinquunt. Quare & subditur: Nurus autem eius vxor Phinees prægnans erat, vicinaque partui: quæ audito nuncio quia capta esset arca, & mortuus locus suus, & vir suus, incurruauit se, & peperit. Irruerunt enim in ea dolores subiti. In ipso autem momento mortis eius dixerunt ei, quæ stabant iuxta eam, Ne timeas: quia filium peperisti. Quæ non respondit, neque animaduertit. Quæ autem fuit nurus Heli nisi plebs Iudæorum reprobis sacerdotibus subiecta? Quæ quia per eorum prædicationem semina perfidiæ in mente susceperat, prægnans erat. Et quia conceptam malitiam, ipsa quoque cogitabat effundere, non solum prægnans fuisse dicitur: sed etiam partui vicina. Quid est autem quod audita arcæ captione, & loceri, atque viri sui morte, peperisse dicitur: nisi quia Iudæicæ plebis residuum, dum spiritalia sacramenta scripturarum ad gentium eruditionem transisse cognoscit, dum sapientes synagoga cum utroque sacerdotio interisse iam conspicit, ea quæ concepit hæresis sue semina, loquendo effundere non desistit? Parere autem ei est, conceptam prauitatem loquendo aliis aperire. Et quia reprobam prædicat, dum parere asseritur, incurruata memoratur. Velut enim non se curuantes pariunt, qui cœlestia loquuntur: quia in statu fidei auditorum suorum corda ad studium erigunt bonæ operationis. Quæ igitur praua asserit, incurruata parit: quia profecto hoc sibi loquendo agit, vt quo attentius loquitur, in damnationis sue baratro profundius deponatur. Rectè igitur dum ad partum incurruatur, mori dicitur. Pariens namque moritur, quia in blasphemix suæ merito cōdemnatur. Et quia mortis suæ tormenta non præuidet, subiti dolores in eam irruere dicuntur. Subiti namque dolores sunt, repentinæ afflictiones mortis, sine præuisione venientis. Subito enim dolores irruunt, cum Iudæicæ plebi suppliciorum perennium retributiones obuiant: quæ nunc in contemptu veritatis posita, non formidat. Quia enim pro patrum traditionum obseruatione, ad æternam vitam moriendo se transire aestimat, in subitis dolores tunc corrui, cum sustinere tormenta inchoat, quæ non sperauit. Et notandum quia de moriente dicitur, irruerunt in eam dolores subiti: quia videlicet dum per carnis molestias ad exitum vitæ cogitur, tunc flagella dolorum irruere in eam temporaliter incipiunt: quibus eius impietas æterna vindicta puniatur. Et quia vicino exitu reprobæ Iudæorum mentes se alterutrum ad perfidiam cohortantur, in ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei, Quæ stabant iuxta eam. Ne timeas quia filium peperisti. Filium quippe peperit: quia durum in nequitia, & insuperabilem populum erudit. Quæ autem mulieres iuxta stant, nisi mentes æquali ordine impietatis astrictæ. Stant quippe non veritate & rectitudine fidei, sed præsumptione, & iactantia religionis. Idcirco eam ne timeat, cohortantur, quia filium peperit: vt videlicet tanto securius in veteri traditione mori non timeat, quanto illos etiam in ea obduratos & inconuertibiles aspicit, quos suo magisterio eruditos cognoscit. Sed dum in se abundantius dolore compellitur, proniulo ducit, quicquid alij sua eruditione profecerunt: vnde

& subditur. Quæ non respondit, neque animaduertit. Nā dum æterni doloris experiri amaritudinē inchoat, hoc quod temporaliter aliis præfuit, non delectat. Vel certe idcirco de nato puero non lætatur: quia is qui gignitur sua institutione, in captiuitate conspicitur. Vnde & subditur. Et vocauit puerum Hichaboth, dicens. Trāsata est gloria domini: quia capta est arca dei. Arca quidem capitur: quia iam auctore deo, a veris fidelibus, sanctæ scripturæ sacramenta, veræ intelligentiæ capacitate retinentur. Et gloria Israël trāsata est: quia postquam a vera religione cecidit, redolere per bonæ famæ opinionem cessauit. Bene autem non perire Israël gloria dicitur, sed transferri: quia religionis fama, quam perdidit, ad gentilitatem transtulit. Trāsata quippe est gloria: quia in sancta ecclesia veræ religionis fragrantia redolet, quæ in fide Redemptoris posita, pro æterni splendoris certitudine, quam expectat, donum sancti spiritus pignus tenet. Idcirco de nato filio lætari refugit: quia profecto dum ad gentes trāsisse præteritam gloriam conspicit, ad captiuitatem se parere ingemisit. A translatione etiam gloria: filium nominat, quia profecto impietatem, in qua permanet, quasi prælato nomine perpetuo representat. Potest autem per hoc quod a matre ei nomen imponitur, aperte intelligi quod videmus. Ex ea enim nomen suscepit, a qua ei meritum impietatis venit, sequitur.

Caput. III.

E



**P**hilistin autem tulerunt arcam, & asportauerunt a lapide Adiatorij in Azotum. Tulerunt Philistin arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & surrexerunt Azotij altera die, & inuenerunt Dagon iacentem ante arcam, pronum in terra. Quid est quod arca a lapide Adiatorij asportata, nisi quia præcones veritatis ab eo quæ Iudæi falsa opinione expectant Christo, mysteria scripturarum auferunt? Dum enim ad veri redemptoris cognitionem, sanctæ scripturæ testimonia cōuertunt, ab eo nimirum, in quem sui auxilij spem Iudæi posuerant, arcam tollunt. Et quia gentibus fidei mysteria creduntur, arca Dei in Azotum perducitur. Quæ profecto arca in templum infertur. Quid ergo fuit templum Dagon, nisi vna quæq; anima infidelis quondam idololatriæ superstitione polluta? Quid simulacrum Dagon, nisi totius idololatriæ superstitione designat? Quid igitur erat aliud, mysteria fidei cordibus gentium intimare, quàm arcam Dei in templum Dagon inferri? Velut enim iuxta Dagon statuebatur arca, dum prædicatores sanctæ ecclesiæ gentes admonerent, vt ad probandam fidei veritatem, & prædicationem, quam audiebant, & Idololatriæ, quam tenebant, errores discernerent. Bene itaque die alia Dagon pronum in terra ante arcam iacentem Azotij repererunt. Vnam quippe diem Azotus habuit, in audita prædicatione veritatis, alteram in cognitione fidei. Primo namque die arca Dei iuxta Dagon statuitur, quia in audita prædicatione Redemptoris, erroris vetusti tenebras deprehendunt. Altera vero die surgentes, pronum in terra ante arcam iacentem Dagon inuenerunt: quia & in cognitione veritatis statum idololatriæ perdidit. Vnde & bene cum lapsus Dagon asseritur, iacere pronus in terra memoratur. Ante arcam quidem cadit, quia ex mysteriorum diuinorum scientia innotescit. Sed pronus in terra iacet, quia auctore iam Deo, ad aspectum fidelium simulatæ rationis imaginem non habet. Qui enim pronus in terra iacet, faciem in terra deprimat. Per faciem vero simulachri simulatio exprimitur rationis. Pronum itaque in terra iacere est, iam vera cognoscentibus, simulationis suæ fraudibus illudere nequaquam posse. Sed tamen vt certius gentes vera cognoscerent, eandem fidei nostræ auditam rationem, & superstitionis suæ vetustam consuetudinem, magis ac magis discutere conati sunt. Apertè itaque sequitur: Tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Id est in templo, vbi arca Dei posita fuerat. Quid est ergo Dagon in locum suum restituere, nisi iuxta iam cognitam spiritalium sacramentorum veritatem, idololatriæ statum subtili consideratione perquirere? & quia quo subtilius idololatriæ

Caput quintum.

F

triæ



**G** tria error aspiciunt, verius cōdemnatur, subiunctū est. Rur-  
susque diluculo surgentes, inuenerūt Dagon iacentē super fa-  
ciem suam coram arca domini. Diluculo iterū surgunt, quia  
ad amorem auditæ bonitatis iam certitudine deliberationis  
se erigunt. Primus itaq; dies probationis est, sequens cogni-  
tionis, tertius vero deliberatē iam certitudinis, & oblatē pro-  
fessionis. Qui profecto dies quia illuminatis conuersorū mē-  
tibus, in splendore perfectē & cōsummata fidei illuxit, se-  
quitur. Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius  
abscissæ, erant super limen. Porro Dagon truncus remanse-  
rat in loco suo. Quid enim Dagon, id est idololatriæ caput,  
est aliud, nisi ipsum initiū omnis iniquitatis diabolus? Et quæ  
sunt palmæ manuum eius, nisi vniuersa opera idololatriæ? Ca-  
put itaq; Dagon amisit: quia per idolorum culturam regnare  
maligni spiritus in corde gentiliū desunt. Palmæ etiam ma-  
nuum eius abscissæ sunt, quia idolis vanis sacrificia nusquā  
offeruntur. Et quia a cunctis fidelibus eius deformitas vbiq;  
conspicitur, truncus Dagon in loco suo remansisse memora-  
tur. Caput vero & manus abscissæ, & super limen positæ me-  
morantur: quia profecto quisquis ad veram fidem ingredi-  
tur, principia diabolicæ suasionis repellere, atque vniuersis  
eiudem Satanæ operibus renuciare præcipitur. Posita ergo  
hæc sunt in limine, vt ab introcūtibus conculcentur: quia  
verē fidelis esse non poterit, qui & prauis maligni spiritus  
consiliis aduersari, atq; iniquis operibus non proponit. Nam  
**H** qui Dagon caput atterere, & manus vitat, & si fidelium nu-  
mero contineri videtur, idololatra quodammodo esse cōuin-  
citur. In oblectatione etenim demonum non solum extero-  
ra sacrificia, sed etiam iniqua desyderia ab eorum cultorib;  
offeruntur. Qui ergo in veræ fidei cognitione receptus est, &  
ab immundis desyderiis, & prauis operibus non remotus,  
quia Dagon collidere caput, & manus despicit, maligno spi-  
ritui, quem in oblatione ceremoniarum despicit, per interne  
concupiscentiæ, & exterioris vitæ immunditiam oblationem  
facit. Quare, & subditur. Propter hoc non calcant sacer-  
dotes Dagon super limen vsque in hodiernum diem. Sacer-  
dotes quippe Dagon se esse insinuant, qui super limen non  
calcant. Quibus in verbis cautē inspiciendum est, quia non  
dixit limen, sed super limen, vt caput, & manus Dagon calcā-  
da esse doceantur, quæ super limen abscissa esse referuntur.  
Idcirco autem sacerdotes super limen non calcant, quia abscis-  
sas eius manus, & caput pede conterere vitant. Sacerdotes  
nanque Dagon vsque in hodiernum diem remanent, quia  
qui per immunda desyderia antiquo hosti sacrificet, adhuc  
est. Qui profecto super templi limen calcare refugiunt: quia  
nec immundis suggestionibus, nec malis operibus resistunt.  
Dagon itaque sacerdotes sunt, quia etiam manufactis se idolis  
non humiliant, concupiscentiarum tamen simulachris per  
**I** nepharia opera se incuruant. Sequitur: Aggrauata est  
manus domini super Azotios. Manus domini est virtus diui-  
næ potestatis. Et quia in Azotios primordia gentilitatis de-  
signata sunt. Quid est quod manus domini super Azotios ag-  
grauata perhibetur? Sed manum super Azotum aggrauauit,  
cum gentiliū corda virtute suæ potentie ad conuersionem  
mouit. Nam dum per internam aspirationem eis vim æternæ  
mortis innotuit, de perpetratis iniquitatibus, gentium men-  
tes mirabili terrore percussit. Quia ergo dum manus domini  
aggrauata dicitur, interfici Azotij perhibentur, grauedo  
hæc manus accipitur in multiplicatione conuersorum. Nam  
mori gentilibus fuit, ab infidelitate separari. Manu quoque  
domini occidi est, eandem veræ fidei cognitionē non ministe-  
rio hominum, sed diuina virtute promereri. Leuis itaq; erat  
manus domini super Azotum, cum adhuc per paucos mini-  
stros fidei pauci errorem desererent gentilitatis. Vnde & qua-  
si de aggrauatione manus orare verbi ministros dominus  
admonet, dicens: Messis quidē multa est, operarij autē pauci,  
rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suā.  
Quasi aliter dicat. Qui per paucos ministros, velut leui ma-  
nu paucos ab infidelitate separat, rogate vt ministros multi-  
plicet, vt quasi in conuersorum multitudine manum grauet.  
Sed & modus interfectionis exponitur, quia quisquis mori  
hac interfectione dicitur, dum ad purgandum ventrem exi-  
ret, in superiori parte natum morderi a muribus perhibe-

Matth. 9.

plaza

tur. Ad literam vna percussio hic ostēditur, sed in typica ex-  
positione geminatur. Nam per literæ significationem, & gra-  
uationem manus domini, & murium morsus ad eundem mor-  
tis effectum pertinet: quia ad hoc dicitur, manus domini su-  
per Azotios aggruari, quod per murium morsus interfici.  
Quia vero per spiritalem significationem duas mortes agno-  
uimus, vnam videlicet qua peccatores iustitiæ peccando mo-  
riuntur: alteram, qua iusti a peccatis in quibus vixerant, pec-  
nitendo se erigunt, vnam quæ ad humana corda diabolo iua-  
dente ingreditur, alteram quam omnipotentis dei virtus ope-  
ratur, necesse est ergo vt vtranque mortem in hoc loco spi-  
ritualiter attendamus. Mors quidem, qua peccatores a pecca-  
tis poenitendo resurgunt, designatur, quia dicit. Aggrauata  
est super Azotios manus domini. Illa autē mors, qua gentiles  
se immunditiæ, & iniquitati seruos exhibuerunt, designatur, cū  
morderi a muribus, & interfici dicuntur. Mus quippe immū-  
dum est animal, & per legē edi prohibitum. Quid ergo per  
mures, nisi demonia designantur? Et quid est morderi a muri-  
bus, nisi peccati poena lacerari? Sed mordebantur a muribus,  
cum ad purgandum ventrem egrediebantur. Quid est ergo  
purgare ventrem, nisi expletione peccati miseræ famæ foeto-  
rem proferre. Qui ergo ad purgandum ventrem egreditur,  
murium morsu perimitur, quia qui peccado ad aliorū noti-  
tiam per exemplum prauitatis extenditur, ad æternam quo-  
que mortem graui dæmonum obligatione retinetur. In se-  
cretiori enim parte natum percussus perhibentur: quia pecca-  
tor quisque ex ea parte vulnus accipit animæ, quam incur-  
uat ad peccati delectationem. Cum ergo manus domini su-  
per Azotum aggrauatur, a muribus percussus asseritur, quia  
prædicantibus æternæ vitæ doctoribus, dum ab infidelitate  
gentiles conuersi sunt, qua peccatorum morte suasionem demo-  
num obligati essent, cognouerunt. Morderi igitur Azotios  
post aggrauatam manum domini est, post veræ fidei cogni-  
tionem, dæmonibus non subiici, sed quibus se peccati factio-  
ribus poenæ mortis obtulerant, per fidei illuminationem in-  
tueri. Quasi enim tunc morsus sunt, quando peccatorū snorū  
morsus agnouerunt, sequitur: Videntes autem viri Azoti  
huiusmodi plagā, dixerunt. Non maneat arca dei apud nos  
quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deū  
nostrum. Nam cū cernerent templa destrui, sacrificia cessā-  
re, vxores a viris, & viri ab vxoribus diuidi, a genitoribus fi-  
lios, & patres a filiis separari, quid aliud quam & super se, &  
super superstitutionem suam manum domini duram esse putā-  
uerunt? Sed quid deinde factum fuerit, sequitur: Et mittentes  
congregauerunt omnes Satrapas Philistinorum, responderuntq;  
Gethæi, circūducatur arca dei. Quia Satrapas Phi-  
listinorum congregauerunt dicitur, quare autem congrega-  
uerunt, nō dicitur. Sed quia respondisse Satrapæ dicuntur, &  
circūducēde arcē consiliū tribuisse: quia ad tribuendū pro  
eadem arca cōsiliū vocati essent, aperte cognoscitur. Qui  
ergo sunt Satrapæ Philistinorum, nisi electi prædicatores gen-  
tilium? Satrapæ quidem principes dicuntur. De quibus profe-  
cto principibus per Psalmistam dicitur: Principes populorū  
congregati sunt cum deo Abraham. Populorum nanq; appel-  
latione gentes designantur. Qui ergo populorum nomen &  
principum posuit, nimirum eos, de quibus loquimur. Philisti-  
norum Satrapas designauit. Qui certe populorum principes  
cum Abraham deo conuenerunt, quando ad salutem conuer-  
tendarū gentium, hoc prædicatores sonuerunt verbo, quod  
omnipotes deus interno eis aspirabat desiderio. Quasi enim  
in auditorum gentiliū cordibus mira erat cōuenientia dei  
& principum, cum simul & a sanctis prædicatorib; rationem  
rectæ prædicationis acciperent, atque a domino fructū bonæ  
voluntatis. Et quia aduersarij esse cognoscuntur, qui dixerāt,  
non maneat arca dei apud nos, quomodo principes mittentes  
congregant? Sed mittere, & principes congregare est, san-  
ctorum prædicatorum mentes ad prædicationis instantiam  
prouocare, quia illic erat attentius prædicandum, vbi gen-  
tilium corda in errore profundius mergebantur. Hinc est  
quod egregius doctor nobiliorem de indomitis hostibus se  
elegisse victoriam gloriatur, dicens: Ab Hierusalem vs-  
que Illyricum per circuitum repleui euangelium Christi: sic  
autem hoc prædicauit euangelium, non vbi de eo annunciatū  
secrat,

Psal. 46.

Rom. 5.

**A** fuerat ne super alienum fundamentum edificarem. Prouocati ergo sunt principes non desyderio, sed errore infidelium, cum inde deo lucrum maius facere arbitrati sunt, vnde caligo errorum per flatum superbiae sublimius ferebatur. Quare & sanctae praedicationis instantia designatur, cum subditur. Responderuntque Gethæi. Circunducatur arca dei.) Illi dicunt, non maneat arca dei apud nos, & isti dicunt,

Circunducatur.) Quid est enim arcam dei circunducere, nisi veræ fidei mysteria publicè prædicare. Manet enim arca apud eos qui veræ fidei sacramenta, quæ audiunt, per amorem amplectuntur. Qui autem non maneat apud nos arca, dicunt, prædicationem fidei à se verti concupiscunt. Satrapæ ergo e contrario dicunt. Circunducatur arca dei, quia illis attentius diuina prædicabant, quos ad odium veritatis grauis error accenderat. Et quia per sanctorum prædicatorum ministeria, etiam talium magna lucra regni cœlestibus illata sunt, sequitur: Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis à paruo, vsque ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorum.) Arca quippe circūdūcitur, cum mysteria fidei palam, & sine timore prædicantur. Et quia inter initia fidei innumeri cōuertebantur, interfectio magna nimis per ciuitates singulas facta perhibetur. Item quia non solum simplices, sed sapientes conuersi sunt: eadem interfectio à paruo vsque ad maiorem facta asseritur. Sed per eandem percussione[m] computrescere extales referuntur. Extales quippe putrescere est, peccati meatu ab effusione consueti sceleris penitus interire. Bene nanque percussus est, cuius prominentes extales computrescunt: quia nimirum nonnulli sunt, qui post munditiam conuersionis, pristina inuoluuntur sorde flagitij: horum profecto prominentes extales minimè computrescunt: quia ad consuetum peccatorum fluxum per iniqua opera recuruantur. Hos nimirum ab imperfecta percussione male factos ille redarguit, qui ad sceleres pristinos deuolutos insinuat, dicens: Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volubro luti. Quasi enim ad cōputrescendum extales percutiebat ille, qui verbi gladium ingerens, ait: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentiis eius. Postest autem per hoc quod Azotij dicunt nō maneat arca apud nos, eorum qui de eisdem gentibus & verbum fidei audierunt & ad æternam vitam minimè prædestinati credere noluerunt, peruersitas designari. Circunducere ergo arcam dei Satrapis fuit, sanctis prædicatoribus eis verbū veritatis subtrahere: atque illis, qui digni erant, mysteria fidei reuelare. Circūdūcta ergo est arca: quia fidei nostræ sacramenta ab aliorum notitia sublata sunt, atque aliis reuelata. Vnde & cum circūdūceretur interfectio magna nimis per singulas ciuitates fieri perhibetur: quia vbiunque verbū ducebant fidei, gratia multiplicabatur conuersionis. Et quia vbiunque prædicabant, inter eos qui credebant, erant qui prædestinati ad æternam vitam non erant, sequitur: Miserunt arcam dei in Accaron. Cumque venisset arca dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes. Miserunt ad nos arcam dei vt interficiat nos, & populum nostrum. Miserunt ergo & cōgregauerunt omnes Satrapas Philistinorum. Qui dixerunt. Dimitte arcam dei in locū suum.) Satrapæ (vt diximus) sancti prædicatores intelliguntur Accaronitæ, qui interpretantur steriles, gentiles designant inconuertibiles. Qui nimirum prædicatores dimittendæ arcæ consilium tribuerunt, vt si salutem suam de diuina prædicatione recusarent, fidelibus ad æternam patriam cum sacramentis fidei tendentibus, non obfisterent. Locus nanque arcæ diuinorum videlicet sacramentorum, ibi esse cognoscitur, vbi quicquid de omnipotente deo nunc per scripturam mysterium dicitur, aperta postmodum nobis cognitione reuelatur. Proprium quippe arcæ locū cognouerat, qui dicebat, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Consilium itaque Satraparum fuit, vt in locū suum reuerti arca dei permitterent: vt videlicet qui de verbi prædicatione nullum fidei fructum ferebant, eam saltem illis dimitterent, qui ex ea fructum sibi in æternitate præpararent. Bene igitur qui remittendæ arcæ

consilium accipiunt, Accaronitæ nominantur. Accaronitæ quippe interpretantur steriles, Quia enim de audita fidei veritate, nullum credulitatis, aut boni operis fructum dederat: steriles erant. Tollendæ ergo arcæ principes consilium præbuerunt, sed à sterilibus, vt videlicet verbi dei semē, quod in pessima terra germinare non poterat, terræ optimæ seruaretur, quæ de hoc labore hyemis, in perenni vita fructum centesimum proferret æstatis. Et causā protinus relaxandæ arcæ ostendunt, cum prædicatores subdunt, Ne interficiat nos cum populo nostro.) Accaronitæ clamauerunt, miserunt arcam dei ad nos, vt interficiat nos, & populum nostrum. Satrapæ consilium tribuunt, dicentes: Dimitte arcam dei Israël, vt nō interficiat nos cum populo nostro. Quis est populus de quo Satrapæ, id est principes dicunt, vt non interficiat nos cum populo nostro? Quis est populus, nisi populus Christianus: Dicunt ergo principes dimitte arcam dei Israël, vt reuertatur in locū suū. Quali dicat hoc: vnde vos mori pertimescitis, nobis ad æternæ vitæ meritum exercere non prohibeatis. Sed quod addunt, vt non interficiat nos cum populo nostro, gentilium quidem reproborum corda, in errore suo per hanc responsionē confundunt, dum inde se isti affirmarēt mortem euadere, vnde illi trepidarent mori. Arcam quoque dei sancti prædicatores auferunt, quia dum contemptoribus spiritualia panduntur, ad damnationem indiscreti prædicatoris agitur, si eadem diuina mysteria, non imitanda perfidis, sed irridenda, & concludenda deserantur. Nam quasi transferendæ arcæ non tam Satrapæ quam Satraparum dominus præceptum ponebat, dicens: Nolite sanctum dare canibus, neque ponatis margaritas ante porcos, ne conuersi conculcent eas pedibus suis. Hinc iterum dicit: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Arca itaque ne moriantur auferunt, quia contemptoribus idcirco spiritualia abscondunt, ne de eorum contemptu isti, qui temere ea proferunt, ex indiscretionē puniantur. Sed quia Accaronitæ arca præcipitur dimitti, hoc profecto insinuat, quod præmissi: quia tempore persecutionis, sanctorum prædicatorum exhortatio facta est, vt ipsi crederent, aliquando autem, vt si ipsi vitæ verbum nō reciperent, illud recipientibus non obstarent, & si ipsi tormentorum metu, salutis viam non arripere, eis impedimento nō essent, qui ad regna cœlestia festinare nec minis, nec pœnis destitissent, sequitur: Fiebat enim timor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus domini.) Hoc quidem ad exteriorē persecutionem qualiter accipiat, supra expositum est, sequitur: Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium: & ascendebat vlu latus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum.) De natium quidem percutione quia superius diximus, dicendum hic non esset: si hic aliud quam ibi nequaquam diceretur. Quid est ergo, quod dicit: Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur? Nunquid verò isti qui mortui fuerant, morderi iterum pro arce pœna debuerunt? Sed & cum percussorum clamor in cœlum ascendisse dicitur, satis ostendi poterat quia de viuis, & non de mortuis diceretur. Neque enim in cœlum ascendere clamor poterat virorum mortuorum. Sed quia percussione[m] natium superius retulimus ad cognitionem peccatorum, sunt profecto viri, qui non sunt mortui. Viri quippe sunt, qui pro æterna vita, quam appetunt, agere fortia decreuerunt. Sed viri adhuc non sunt mortui, qui agere magna de liberant: & tamen ad dolorem compunctionis, mala præterita nequaquam pensant. Mordentur ergo à muribus, vt moriantur: quia in quibus nequiter ceciderunt recolunt, & pro præteritis actibus, se promereri æternæ vitæ amissionem credunt. Quia ergo viri sunt, de dei misericordia non desperant: & quia mordentur, vt moriantur, de eo quod magni esse incipiunt, se non exaltant. Quorum profecto clamor in cœlum ascendit: quia omnipotens deus conuersorum gemitus clementer accipit. Et quia in tempore conuersionis gemitum, magnus erat ad fidem concursus, non ab aliqua vna, sed à pluribus ciuitatibus clamor ascendisse perhibetur. Vnde & in persona vniuersalis ecclesiæ Propheta deprecatur, dicens. Intēde orationi meæ, à finibus terræ: ad te clamaui. Et in cœlum ascendisse clamorem à finibus terræ clamantis offendens, ait. Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in con-

Matt. 7.

Idem. 10.

P

Psal. 60.

Psal. 17.

in con-

**G** in conspectu eius introiuit in aures eius. Cum ergo vnaqueque ciuitas in celum clamasse dicitur, vniuersalis poenitentia conuersionis commendatur. Quod si percussio ad conuersionem, clamor autem refertur ad diuinae laudis deuotionem: hoc profecto in mysteriis scripturarum legimus, quod videmus. In dei namque omnipotentis laudibus vnaqueque ciuitas clamat: quia Redemptoris preconia orbis vniuersus nequaquam tacet: quem non absconse predicat, sed ineffabilis letitiae iubilatione collaudat. Quid enim aliud, quam vniuersas ciuitates ad clamorem cohortabatur, qui dicebat: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis, quonia deus summus & terribilis, & rex magnus super omnes deos. Hinc iterum admonens ait: Iubilare deo omnis terra, seruite domino in letitia. Hinc rursus, tam plagam mordentium murium, quam clamorem ciuitatum exprimit, dicens: Commoueatur a facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus, quia dominus regnavit. Premiserat enim: cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Commotio quippe terrae pertinet ad dolorem poenitentiae, cantare domino, siue annunciate in gentibus: quia dominus regnavit: ad studium praedicationis, & ad deuotionem diuinae laudis. Vniuersiusque ciuitatis clamor in celum ascendit, quia in vniuerso orbe terra praedicationis veritas, quam deuotionum laudes a fidelibus sanctae ecclesiae declamantur: quae ad superni auditus celsitudinem, per susceptionem diuinae dignationis assumuntur.

Psal. 85.

Psal. 46.  
v. 98.

Caput  
sexum.

Caput. IIII.



**L**it ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus. Quid septem menses isti, nisi totam vitae praesentis prolixitatem designant? Quamquam Azotij, & Accaronitae clamaret, circumducatur arca dei Israel, & non maneat arca dei apud nos: veritate tamen sanctae historiae dicitur, quod in typo sanctae ecclesiae cognoscamus quia in regione Philistinorum arca dei septem mensibus fuit. Non ergo malorum, & impiorum hominum voluntas, sed dei dispensatio in salute gentium adimpleta est. Iam quidem de gentilitate sublata sunt impij, iam mortui sunt qui Christi confessores persequabantur, & tamen arca dei a Philistinorum regione non tollitur, quia diuina sacramenta apud gentes sancti spiritus poculo debratas, per studiosam sollicitudinem referuatur. Bene autem dicitur septem mensibus, quia sanctarum scripturarum mysteria usque in mundi finem cum Christi fidelibus perdurabunt. Sed quisquis eiusdem sanctae scripturae mysteria per gratiam intus charitatis apprehendit, non de loco, in quo temporaliter arca dimittitur, sed de eo in quo aeternaliter sistitur, sollicitus fuit. Quare & subditur. Et vocauerunt Philistaei sacerdotes, & diuinos dicentes. Quid faciemus de arca dei? Indicate nobis. Et quomodo remittamus eam in locum suum? Qui sunt, qui sacerdotes & diuinos consulunt, nisi fideles sanctae ecclesiae, qui aeternae salutis viam sine errore tenere concupiscunt. Et qui sacerdotes & diuinos, nisi sanctae ecclesiae praedicatores intelliguntur? Sacerdotes quippe sunt ob oblationem sacramenti, diuini vero, ministerio praedicationis. Nam duo ista in pastoris persona conueniunt, si ei adsit & sanctitas vitae, & eruditio sapientiae: quia ad purganda peccata subditorum constitutus est, & ad errorum caliginem praedicationis luce depellendam. Pastor ergo sanctae ecclesiae, qui vitae sanctitatem habet, & diuinae praedicationis virtutem non habet, sacerdos quidem & non diuinus est. Item si verbi facundiam retinet, sine vitae sanctitate, & si diuinus esse cernitur, sacerdotij honore nequaquam decoratur, quia quod sublimiter praedicat, terrena actione conculcat. Qui autem de arca loco, & de remittenda arca dei interrogant, & sacerdotes, & diuinos vocant, quia nimirum ij qui de cognitione diuinae praedicationis, venturae vitae gaudia diligunt, ad salutis consilium nec carnales sapientes, nec multum simplices religiosos pastores quaerunt. Sacerdotes itaque, & diuinos vocant, quia eis se committunt, qui & superni rectitudinem itineris demonstrant sublimitate scientiae, & pro subditis omnipotenti deo idonei intercessores sunt, per puritatem vitae. De remittenda igitur in locum

suum arca interrogat, quia de ista cognitione scripturarum, quam in mysteriis verborum accipiunt, transire ad perfectam dei cognitionem in aeternitate concupiscunt. Veluti enim arca remittitur, cum parua ista cognitio per vitae praesentis transitum adimpletur. Et in loco suo ostendit arca dei gloriam cernimus, quando ab altis figurarum tegminibus speciem diuinae maiestatis reuelata facie contuemur. De ista quippe in loco suo arcae relatione per Prophetam dicitur. Et non docebit vir ultra proximum suum dicens, cognosce dominum, a minimo usque ad maximum cognosce me. Hinc Ioannes repromittit, dicens: Cum apparuerit, similes ei erimus, quonia videbimus eum, sicuti est. Sed iam remittenda quod consilium sacerdotes, & diuini quaerentibus tribuat, attendamus. Nam sequitur. Qui dixerunt. Si dimiseritis arcam dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis reddite ei pro peccato, & tunc curabimini, & scietis quare non recedat manus eius a vobis. Quidnam est arca vacua, nisi diuina scientia, sine bona operatione? Vacuam namque arcam remittere, est de cognitione spiritualium sacramentorum, fructum boni operis nullum ferre. Vacua ergo arca remittitur, cum mens ad fidem venientis ad aeternam dei contemplationem iam transire desiderat, & tamen in hac vita bonis operibus insudare nequaquam curat. Praedicatorum ergo voce praecipitur, ut arca cum dimittitur, vacua non relaxetur, ut si bona opera quisquis fidelis est non multiplicat, ad aeternam dei omnipotentis cognitionem, quod transiturus sit, considere non praesumat. Vacua autem arca non dimittitur, si illud ei pro peccato reddatur, quod debetur. Quid est, quod pro peccato debetur arcae, nisi afflictio deuotae poenitentiae. Quo in loco notandum est: quia eis loquitur, qui a muribus morsu sunt. Qui enim sunt morsu a muribus, nisi qui in fidei catholicae illuminatione positi, ante eiusdem fidei cognitionem, siue post, praua egisse se recolunt? Nam qui ante gratiam regenerationis nulla crimina admittit, & regenerationis donum digna conuersatione retinuit, arcae quidem debet, sed ei pro peccato non debet. Cognitione quidem diuini eloquij, boni operis reddere fructum cogitur, sed ad poenitentiae satisfactionem ex seclerum, quae respuit, debito non vrgetur. Qui ergo mordentur adhuc, debitum arcae pro peccato reddant, ut pro criminum memoria, humilem poenitentiae oblationem omnipotenti Deo restituant. Et tunc quidem curantur, quia tunc conscientiae vulnus obducitur, cum afflictam mentem per poenitentiam ad sperandam veniam securitatem releuatur. Tunc etiam sciunt, quare manus domini non recedat ab eis: quia tunc utilitatem compunctionis, seu afflictiae carnis bonum intelligunt, cum de fiducia diuinae indulgentiae ineffabiliter laetantur. Quid est enim dolor poenitentiae, nisi plagae molestia ex daemonum punitis suspirabat conuersus ille, cum diceret. Conuersus sum in aerumna mea, dum configitur spina. Quid enim aerumna, nisi afflictionem insinuat poenitentiae? Sed in eadem aerumna conuersum se afferit, dum spinam confixuram sentit. Quasi dicat. Dum recordatione flagitij mordeor, arcae debitum reddere non desisto. Spina quippe configitur, dum per omnipotentis Dei dispensationem, ad lachrymas conuersorum anima criminum recordatione inflammatur. Et arcae debitum soluitur quando iam pro qualitate criminis, mensura extenditur lamentationis, cum post diuturnas lachrymas afflictam diuinitati, interni solatii lux infunditur, atque a percussione intimae pondere diuino dono leuigatur, cum iam purgata menti per gratiam suae inspirationis omnipotens deus appropiat, atque ex fiducia consecratae indulgentiae eam exhilarat, quam ei ex praesentiae suae gratia sumministrat. Quasi enim de percussione tunc sanatur: cum per refusa indulgentiae gratiam: magnitudo doloris de poenitentis afflictam mentem remouetur. Vade & is qui in aerumna conuertebatur, dum configeretur spina, in eodem Psalmo omnipotentem deum curationis suae auctorem letanter alloquitur, dicens: Tu es mihi refugium a pressura, quae circumdedit me exultatio mea. Pressuram quippe vocat grauissimam valde manum domini. De qua percussione grauissimae manus etiam Paulus loquitur, dicens: Ipse enim spiritus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus Qui ergo a pressura iuenisse domini refugium, & exultationem insinuat,

1. Ioan. 1.

L

Psal. 31.

M

Psal. 31.

Rom. 8.



**A** insinuat, ab interni doloris percussione, gaudio diuinæ indulgentiæ curatum se esse manifestat. Hinc item dolens adhuc confitetur, dicens: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Sed quia de curatione præsumit, insinuans, ait: Auditui meo deditur gaudium & lætitiæ, & exultabunt ossa humiliata. Debitum ergo arcæ redditur pro peccato, cum peccatores ex scripturæ sacræ cognitione affliguntur, & cruciati tergere culpas lata gunt, quas carnis delectatione traxerunt. Curantur autem, quando iam expleta mensura afflictionis, ad fiduciam diuinæ indulgentiæ per auxilium releuantur interni solati. Vnde & Psalmista loquitur, dicens: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Lachrymarum quippe potus ad mensuram dat: quia profecto peccator etiam ex interna dei aspiratione, pro culpa compungitur, ex eadem compunctionis afflictione eodem consolante releuatur. Vnde & per Moysen dominus dicit: Ego occido, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. Percutit namque, & sanat: quia quos per compunctionem lauciat, per indulgentiæ securitatem curat. Bene itaque curatis iam dicitur, Et scietis quare manus eius non recedat à vobis. Nam antequam curet, quare manus domini ab eis non recedat, scire non possunt: quia tunc poenitentię bonū intelligunt, cum in purificato iam corde sancti spiritus gratiā recognoscunt: & diuinæ indulgentiæ dona concipiunt, de quibus ineffabili exultatione gratulantur. Nam curantis iam manus domini causam, qua ab afflictione non recesserat, eos scisse conspexerat, qui percussorum exultationes exprimit, deo loquens, & dicens: Repleti sumus mane misericordia tua, exultauimus, & delectati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Velut enim in nocte poenitentię luctum exceperant, qui mane videlicet diuinæ dignationis apparente claritate, se repletos misericordia congaudebant: qui se delectatos pro diebus, in quibus humiliati fuerant, asserunt: per donum curationis, grauitatem manus domini quare ab eis non recesserat, scire demonstrant. Sed quia à principibus adhuc per consilium dicitur, vt quod debetur pro peccato arcæ reddatur: & quid sit illud, quod debetur, non exponitur, adiunctum est. Qui respondentes dixerunt, quid est quod pro delicto reddere debeamus? Responderunt illi iuxta numerum prouinciarum Philistin quinque anos aureos facietis, & quinque mures: quia plaga vna fuit vobis, & Satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terrā, & dabitis deo Israël gloriam si forte releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. Quid est quod quinque anorum similitudines, & cotidem similitudines murium, iuxta prouinciarum numerum fieri iubentur, & sic arcæ debitum soluitur? Hæc profecto si more Iudaico secundum literæ vilitatem pensantur, non solum despicienda sunt, sed nec audita digna. Quæ profecto digne accipit, qui quo viliora per literæ sonum audit: eo ea per spiritalem significationem vtiliora esse intelligit. Nam sanctus spiritus quo inspirante tota hæc sacra hystoria scribitur, nunquam tam vilia promeret, si in huius vilitatis arcano magna quedam, & pretiosa valde mysteria non signaret. Vnde doctor egregius fateatur, dicens: Omnia in figura cōtingebant illis, scripta sunt autem per nos, in quos fines seculorum deueniunt. Eo igitur per spiritum altius requirenda sunt, quo in exposita velut carne literæ vile cernitur, quod loquuntur. Quæ ergo sunt anorum similitudines, quæ murium imagines? Et quia hæc tam ad tentatiã demonia, quam ad membra peccatorum foetoribus exposita, superius retulimus, similitudines anorum, & murium, qua significatione deaurantur? Sed profecto tunc arcæ debitum pro peccato bene soluitur, si anorum, & murium similitudines ex auro fabricentur. In ani quippe similitudine emittendi foetoris membrum cernitur, & tamen quia similitudo non veritas est, foetore iam nullo maculatur. Et quia de auro afficitur, hoc profecto insinuat: quia ex splendore pulchritudinis, species commutatur deformitatis. Peccator ergo conuersus ani similitudinē facit, cum quibus peccati foetoribus membra sua deposuerat, ad memoriam ducit. Ani ergo similitudinem fabricare est membrorum suorum nuper peccantium turpitudinem, poenitenti corde recolere. Nō

itaque anum, sed ani similitudinē fabricat, qui & à peccati foetoribus membra abluit, & eadē membra, quibus peccatis subdiderit, recolere nō omittit. Et quidē ex auro fieri ani similitudo cernitur, quia ad pretiū æternæ salutis, peccatorum turpitudines atteruntur. Vel fortasse memorando similitudines anorū fuit, sed deaurant, quia & recolēdo, quæ fecimus, fingimus, & dum cōmissa attentius loquimus, in iustitiæ splendorem membra deauramus. Anorum ergo similitudo, nō veritas cernitur, quia tunc peccator suæ deformitatis ignominia respicit, cum praua opera, non solum committendo, non exercet, sed etiam in præterito se cōmississe vehementer dolet. Quinque autem ani fieri iubentur, quia vniuersalis omniū gentium satisfactio imperatur. Vnde & cautē notatū est, Iuxta numerum prouinciarū Philistin. Quare enim quinque sunt Philistinorum prouinciæ, nisi quia carnalis vita gentiliū designatur? Quia enim quinque sensus corporis non ad laudem creatoris, sed ad carnalem vitam contulit, per quinarium numerum Philistinorum prouinciæ exprimuntur. Quinque anos aureos præcipiuntur, vt faciant, vt de omnibus cōpungantur sensibus, & quia omnes peccauerunt, ideo ad supernæ vitæ claritatem membra omnia redigant, quæ per oblectamenta carnis, omnimoda pollurrunt sordē flagiti. In auro quippe supernæ conuersationis fulgor osciditur, quia per Ioannem de superna ciuitate dicitur: ipsa verò ciuitas auro mundo, similis vitro mundo. Membra igitur deaurantur, cum corpus terrena, & cœnosa concupiscentiarum foeditate deforme, in splendorem cōmutatur æternæ vitæ: cum videlicet per sanctæ conuersationis pulchritudinem radiat, quod in appetitu mundanæ delectationis peccatorū foetore sordebat. Ad istam namque deurationem, beatus Paulus auditores suos admonēbat, dicens: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatē, ita exhibeatis membra vestra, seruire iustitiæ in sanctificationem. Et quasi ad anorū similitudines eos respicere compellens, intulit, dicens: Quem ergo fructū habuistis in illis, in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorū mors. Anorum ergo similitudines ad ruborem fiunt, quia profecto foeditatis nostræ maculas ad memoriā ducimus, vt de eisdē maculis cōfundamur. Sed deaurantur ad securitatem: quia profecto dum deformitatem nostram supernæ vitæ claritate obducimus: diuini examinis discussionem quadam securitate præstolamur. Mures etiam, qui terrā demoliti sunt, de auro fieri iubentur: quia & immundi spiritus, qui carni nostræ corruptionis oblectamenta suggerunt, ad iustificationē nostram memorantur. Quid est enim similitudines murium facere, nisi eas, quas de nobis maligni spiritus habuerunt victorias, memorari. Sed murium quoque similitudines deaurantur, cum nos eorū elisos viribus suspiramus. Nam dum ipsorū nos fraudibus victos plangimus, similitudines profecto muriorū aureas tenemus: dum præterita consilia demonū non habemus in blandimento operis, sed in cōtemptu reprobationis. Ex auro itaque similitudines murium fiunt: quia præteritæ fraudes demonū, ad fulgorē nobis bonæ vitæ proficiunt. Tanto enim humiliores iam sumus, quanto membra nostra per supernæ conuersationis fulgorem radiant: & ipsi qui iam dei omnipotentis auxilio fortia agimus, immundorum spirituum prostratos fuisse fraudibus, nosmetipsos videmus. Quod profecto consilium: quia pluribus tribuunt, eiusdem quoque rationem ostendunt: quia dicunt. Quia plaga vna fuit & vobis, & Satrapis vestris. Quasi aperte dicat. Quia omnes peccato subditi fuistis, necesse est, vt ad melioris vitæ studiū corda pariter præparetis. Vnde & Paulus dicit: Omnes peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Et vt attentius meliorandæ vitæ propositum commendent, inculcando repetunt dicentes. Facietis similitudines anorum vestrorū, & murium, qui demoliti sunt terram: & dabitis deo Israël gloriam, si forte releuet manum suam à vobis, à diis vestris, & à terra vestra. Eis quæ prædictæ sunt, similitudines factis, deo gloriam dare est, de studio boni operis, & de æstimatione humilitatis in semetipso inaniter non gloriari: sed Dei omnipotentis laudibus omne quod agitur, impendere. Et quia dicunt si forte releuet manū suam à vobis, quid aliud in hoc verbo dubitationis accipitur, nisi quia difficilis ostenditur reconciliatio criminolorum?

Esd. 32

Esd. 79

Deut. 32

1/289

1 Cor. 10

D

Apoc. 21

E

Rom. 6

F

Rom. 3


**Ion. 3.** **G**rum: Vnde & per Ionam dicitur. Quis scit si conuertatur, & Ignoscat Deus? Quia ergo si forte releuat manum dicitur, commoueri ad poenitentiae lachrymas, cum magna fortitudine debemus: quia etsi ij qui poenitentiam auiteram faciunt, vix fiduciam salutis inueniunt: negligentes salui fieri, quando possunt? Quae profecto reconciliationis difficultas si in poenitentium aestimatione tenetur, apud omnipotentem deum nequaquam inuenitur: quia & dum Niniuite velut pro difficili reconciliatione graui poenitentia se deliciunt, omnipotentis Dei misericordiam facile meruerunt. Et cum prophetae Ioe-  
**Ioel. 2.** lis voce acri se Deo populus lamento prostraret, egit profecto, ut qui videbatur ad placandum difficilis, eius iram leuigaret. Nam statim in eo scriptum est. Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. Manus itaque releuatur, cum mens in poenitentia valide compuncta ad consecuta misericordiae donum, diuina aspiratione sustollitur. Et quia (ut dixi) in initio nascentis ecclesiae sicut generalis peccatorum conuersio, ita & generalis erat reconciliatio conuersorum: manus Dei, quae releuanda asseritur, & ab auditoribus, & a diis eorum, & a terra leuanda perhibetur. Per Deos nanque sublimes, & sapientes viri designantur. Nam & ad Moysen Dominus dicit: Posui te in Deum Pharaonis. Et in legis etiam mandato praecipitur. Diis non detrahes. Per terram vero simplicium vita exprimitur: quia dum praedicationem superiorum, velut caeli pluuiam in se cadentem, respiciunt, de irrigatione verbi, fructum proferunt bonae operationis. **H**A diis ergo, & a terra manus Domini releuatur, cum tam sapientes quam simplices ad certitudinem diuinae indulgentiae aut occulto, & spiritali solatio, aut praedicatorum iudicio reducantur. Vnde & is qui paulo superius deaurari membra monuerat, dicens. Exhibete membra vestra seruire iustitiae in sanctificationem, quasi reuelate manus Domini iudicium proferens, ait. Nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. Hinc iterum conuersis a nequioris vitae deformitate, integrum auri fulgorem mirabatur, dicens. Fui stis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Hinc idem suos collaudans, ait: In medio nationis praeuae & peruersae, in quibus lucetis, quasi luminaria in mundo. Factis igitur ex auro similitudinibus anorum & murium & data deo gloria, manus domini releuatur, quia post poenitentiae luctum, post meliorationem vitae, & aestimationis humilitatem, ad plenam omnipotentis dei misericordiam peccatores reducantur. Et quia ista omnia adhuc per consilium praecipiantur, praedicatorum vero consilium alij deuote perficiunt, alij vero contemnunt, qui de bonae vitae splendore bonos laudibus efferrunt, contra superbos per inuentionem increpationis accenduntur. Nam sequitur: Quare aggrauatis corda vestra, sicut Aegyptus, & Pharaon. Cor nanque ut Aegyptus, & Pharaon aggrauat, qui iam cognitione sacri eloquii, vulnera peccatorum suorum intelligit, & tamen per meliorationem vitae, per amaritudinem poenitentiae, ad vera futurae vitae gaudia animum non intendit. Bene ergo Aegyptiis in grauitate cordis similatur. Aegyptus quippe tenebrae dicitur. Quid ergo Aegypti nomine accipitur, nisi a caelorum caedibus angelorum lapsa multitudo? Et quid in Pharaone Aegypti rege, nisi ipse tenebrarum author diabolus designatur? Bene ergo dissimulatores poenitentiae Aegyptus, & Pharaoni in cordis aggrauatione similantur. Reprobi quippe angeli semel a caelestibus lapsi, sicut amorem amisse beatitudinis non recipiunt, ita & poenitentiam agere de perpetrata superbia nunquam possunt. Dum ergo sancti praedicatores contra impudentes peccatores per acutam increpationem se inueniunt, Aegypti, & Pharaonis similitudinem ad medium ducunt, ut auditores eorum tanto facilius ad satisfactionem prouiant, quanto per id quod poenitentiam nolunt agere, damnatis angelis se esse similes non ignorant. Vnde & instanter ad fluidum adimplendi consilij eos cogunt, dum subinferentes dicunt. Accipite ergo, & facite plaustrum nouum vnum, & duas vaccas foetas, quibus non est impositum iugum, iungite ad plaustrum, & claudite vitulos eorum domi. Tollestque arcam domini, & ponetis eam in plaustrum, & vasa aurea, quae exsoluistis ei pro delicto ponetis in capsella, ad latus eius,

& dimittite eam, ut vadat. Et aspicietis, & siquidem per viam R confinium suorum ascenderit, contra Bethsames ipse fecit vobis grande malum hoc. Si autem minime, scietis quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Quid enim plaustrum nomine, nisi aut vniuersa simul sancta ecclesia, aut vnaquaque cuiusque fidelis anima designatur? Cuius profecto plaustrum rotae sunt vtrunque testamentum. Nam dum sancta ecclesia, vel electa quaelibet mens per vetus & nouum testamentum instructa, ad aeternam vitam nititur, quasi sublimibus praelata rotis, ad propositum locum per altum fertur. Sed plaustrum fieri nouum praecipitur, ut videlicet qui ad aeterna gaudia peruenire desiderat, per praecipuum dilectionis noui hominis splendore vestiatur. Hoc quippe plaustrum innovari praecipiebat dominus, dicens: Hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Hinc Paulus praecipit, dicens: Renouamini spiritu mentis vestrae, & induimini nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Hinc Romanos alloquens, ait: Non in commestationibus, & ebrietatibus, non in contentione, & emulatione, non in cubilibus, & pudicitis, sed induimini dominum Iesum Christum. Plaustrum igitur nouum facit, qui & vtrunque testamentum recte intelligit, & splendore sanctae conuersationis indutus, ad superna sese desideria extendit. Possunt quoque rotae, quibus hoc plaustrum graditur, electi cuiusque geminum desiderium designare: quia quisquis iam opitulante deo praesentem vitam in erumnam peregrinationis tenet, ad futuram beatitudinem I idcirco peruenire desiderat, ut impassibilis & immortalis fiat, ut videlicet per vnum, eam quam horret, miseriam deserat, per aliud, eam quam promeretur beatitudinem, nunquam perdat. Vaccae autem sunt sancti praedicatores. Qui quia & gemino praecipuo charitatis insignes sunt, & in noua conuersatione conuersorum animas gignunt, recte tam binario numero, quam foeminino genere designantur. Vituli autem sunt desideria terrena. Cum ergo vaccae plaustrum trahunt, domi vitulos claudunt, quia dum electis fidelibus ad supernam patriam ducatum praebent, ea desideria, quae eis reprobandam vitam suggerunt, prodire ad effectum prohibent. Claudunt quippe vitulos, cum iam superba desideria in ipso suggestionis initio, intra conscientiam conterunt, & proficere ea ad effectum operis, non permittunt. Vnde & vaccae, quibus non est iugum impositum, ad trahendum plaustrum exquiri perhibentur: quia praedicatores electis fidelibus providendi sunt, qui per nulla onera criminis subiecti sint imperio diabolice potestatis. De quo profecto iugo per prophetam dicitur: Computresceret iugum a facie olei. Bene autem processus sensuum, ordini concordat verborum, quia etsi aduersa dominatione sunt liberi, necesse est, ut semper sint de futura conuersatione suspecti. Vaccae ergo & sine iugo sunt, & tamen earum vituli domi clauduntur: quia sancti praedicatores aduersarii spiritibus ex virtute dominantur, sed ab edomandis prauis desideriis, eo intentionem non auferunt, quo de sanctitate, qua se ornatos aspiciunt, securitatem in hac vita perpetuam habere non possunt. Et quia talibus diuinae cognitionis gratia latius aperitur, apte arca domini tolli, & super plaustrum poni praecipitur. Quod autem imponi arca auditoribus super plaustrum iubetur, hoc profecto insinuat, videlicet quod in sancta ecclesia plures ordines praesulum inuenimus, quia dum praerogatiua alij aliis digniores sunt, etiam auctoritatem praecipuam sortiuntur ex culmine ordinis altioris. Cum ergo arca domini reduci praecipitur, super plaustrum nouum poni perhibetur: quia profecto ad aeternam patriam cum cognitione sacramentorum spiritualium recte graditur, qui hoc quod de sancta scriptura didicit, per nouae conuersationis pulchritudinem non relinquit. Ad latus autem eiusdem arcae vasa aurea, quae ei pro delicto sunt reddita, poni praecipiantur. Vasa quippe aurea vocat, quae superius memorat, dicens: Facietis similitudines anorum vestrorum, & murium. In quibus profecto vasis, peccatorum, atque tentationum memoria designari dixeramus. Quid est ergo, quod superius anorum, & murium similitudines esse perhibuit, nunc vasa aurea appellauit. Sed ibi de eo quod arcae pro peccato exolui debebat, tractabatur, hic autem de arcae remissione. Quid ergo est, quod res istae eadem honestiori nomine expr-

Ioan. 5.  
Ephes. 4.  
Roma. 12.

Esa. 10.

M



**A** ne exprimitur, nisi quia peccata, quae poenitentiae fletibus ter-  
 sa non sunt, in deformitate sua attentius videnda atq; luge-  
 da sunt: ea vero quae iam sunt dilata magnis fletibus, non atten-  
 tius, neque in deformitate sua respicienda, sed aestimatione  
 boni, quando cogitanda. Quasi enim in mente poe-  
 nitentiae, & acriter dolentis ani similitudo, & murus est: qua-  
 do vt attentius lugeat eam, quam ante mentis suae oculos con-  
 gerit, peccati massam coadunatam videt. Sed cum iam magnis,  
 & diuturnis fletibus quodammodo de peccatorum suorum re-  
 missione securus, ad supernam patriam festinare cursu ma-  
 gnae conuersationis coeperit, quasi antea iam vasa conspiciat  
 quia peccata videt, non quibus obligatum viderat: sed quae  
 omnipotentis dei laudibus impendat. Bene autem in capsella,  
 ad latus arcae eadem vasa reponuntur. Nam si arca diuinae co-  
 gnitionis secretum insinuat, ad latus vasa dependantur: quia  
 dum altitudo diuinae cognitionis mentem eleuat, ad virtute  
 humilitatis infirma nostra preterita ad memoriam reducenda  
 sunt. Non igitur ponenda sunt ante arcam, ne dum immo-  
 deratius infirma respicimus, attolli ad superna nequeamus.  
 Constat itaque quia ex latere dependantur: vt & superna vi-  
 deamus libere, & cum expedit ad nostra infirma mentis oculo-  
 rum reuocemus. Quid est autem, quod praecipuntur, Et di-  
 mittite eam, vt vadat? Sed arca dimittitur, quando eruditae  
 mentes subditorum a suis rectoribus libere viuere permittun-  
 tur: vt videlicet ad aeternam patriam properent, non iam ma-  
 ioris imperio, sed propriae arbitrio rationis. Tenenda est igitur,  
 vt plaustrum imponatur, imposita quoque dimittitur: quia  
 nimirum electis subditis disponendae vitae suae licentia a pre-  
 latis ante danda non est, qua doctrinae spiritualis eruditione  
 percipiant, & firmam consuetudinem bonae operationis. Nam  
 nec simplicibus subiectis, & bene viuentibus, nec eruditis, &  
 infirmis, viuendi libertas recte conceditur. Illi quippe a cal-  
 lido aduersario decipi tanto facilius poterunt, quanto & de-  
 prehendere eius insidias, per spiritalem eruditionem nequa-  
 quam didicerunt, isti vero eo difficiliter seruant bonum eru-  
 ditionis, quo tentatoris laqueos eruditi conspiciunt, & eorum  
 vincula deuitare eruditi non possunt. Tunc ergo competen-  
 ter arca dimittitur, cum id cui imponi debeat plaustrum ante  
 fabricatur, cum ei vasa aurea, quae debentur pro peccato, ex  
 latere dependantur, quia profecto tunc secura esse poterit vi-  
 ta libere viuendi subditi, cum renouatione interioris homi-  
 nis custodire longo vsu didicerit, cum ex vitae puritate, celsi-  
 tudinem diuinae eruditionis apprehendit, atque inter dona  
 sublimia ea quae aliquando praeue egisse memorat, recolere  
 ad humilitatem non negligit. Quae profecto viuendi libertas:  
 quia ad solum studium superni amoris bonis subiectis impedi-  
 ditur, apte & causam, qua eadem arca dimittatur, adiungit.

**B** Ut vadat inquit. Quasi enim aliis verbis dicat. Ad hoc so-  
 lum liberius viuere permittendi sunt, vt ad caelestem patriam  
 celerius proficiantur. Sed quia nonnulli subditi tam conser-  
 uatione, quam scientia humano iudicio perfecti sunt, non diuino,  
 prouidendum bonorum rectorum studio est, vt eorum curam  
 tunc nec omnino pretereant, cum iidem subditi se de eorum cu-  
 ra dimissos putant, sed pia calliditate explorent, iam liberi  
 qualiter viuant, quorum subditi bonis plenius nouerant.  
 Quare & subiungitur. Et aspicietis, & siquidem per viam  
 finium suorum ascenderit contra Bethlames, ipse fecit nobis  
 hoc malum grande. Sin autem minime, sciemus quia nequaquam  
 manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Bethlames (vt iam  
 diximus) interpretatur domus solis. Dimissam autem arcam  
 praedicatores aspiciunt, vtrum recto itinere contra Bethsa-  
 mis gradiatur: quia & cum proprio arbitrio dimittuntur sub-  
 diti, explorare praelati debent, an bonum libertatis ad pro-  
 fectum conuertant caelestis itineris. Sed & caute notandum  
 est: quia tunc recte contra Bethsamis arca ascendit, cum con-  
 finium viam gradiendo non deserit. Confines etenim nostri,  
 sunt electi priores. Confines quippe sunt, qui iuxta se posses-  
 siones dispositas habent. Confines igitur electorum sunt a-  
 terni regni perpetui cohaeredes. Nam velut iuxta se disposi-  
 tis possessionibus habitant, qui in eandem aeternae patriae socie-  
 tatem vocati, de vna, & eadem conditoris maiestate sortiti sunt  
 iura aeternae hereditatis. Vel idcirco dicuntur confines: quia  
 cum de bona conuersatione ad percipiendae vitae gaudia electi per-

ueniant, qui recte viuunt in hoc mundo, caelestibus ciuibus vi-  
 cini sunt. Quae est ergo via confinium nisi afflictio temporalis?  
 Hanc viam Bethsamis per semetipsum dominus demonstrat,  
 dicens: Arcta est via, quae ducit ad vitam. Hanc item commendat,  
 cum discipulos increpans, ait: O stulti, & tardi corde ad cre-  
 dendum, nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in glo-  
 riam suam. Hinc Paulus ait: Per multas tribulationes oportet  
 nos intrare in regnum dei. Contra Bethsamis ergo tunc arca  
 dirigitur, cum per viam confinium ascendere videtur: quia  
 in superna conuersatione ille verius proficit, qui ad aeterna  
 gaudia peruenire non per mundanas delectationes, sed per  
 carnis afflictiones, & mundi aduersitates quaerit. Sed quia non  
 ire, sed ascendere dimissa arca dicitur, altior via dimissis in  
 libertate subditis indicatur: quia per viam Bethsamis non re-  
 cte gradiuntur, si non quotidie de bonis, ad meliora profici-  
 unt. Ascendere enim meritis virtutum, quotidie ad meliora  
 proficere est. Sed cum recte contra Bethsamis arca ducitur,  
 malum grande, quod perpelli fuerant, omnipotentis dei ope-  
 ribus adscribunt. Malum nanque grande eam percussione  
 vocant, de qua superius legitur: fiebat manus domini super  
 singulas ciuitates, interfectionis magna nimis. Et quia eandem  
 interfectionem tam ad conuersionem gentilium, quam ad fi-  
 delium delinquentium salubrem compunctionem retulimus,  
 cum arca recte contra Bethsamis graditur, malum illud gran-  
 de quod acciderat, a deo esse iudicatur: quia profecto ele-  
 ctorum singulorum finis indicat, qualiter praedicatoris ani-  
 mus eorum prima opera recognoscat. Nam si in fine defici-  
 unt, aperte cognoscitur: quia bona eorum principia a domi-  
 no non fuerunt. Vnde & subditur. Sin autem minime, scie-  
 tis quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit.  
 Manus domini quid est, nisi vnigenitus patris aeterni? Manu  
 nanque domini non tanguntur, qui non inspiratione diui-  
 ni verbi, sed subita deliberatione cordis sui a pristina con-  
 uersatione separantur. Qui certe tanto celerius ab incepta bo-  
 nitate deficiunt, quanto quod per arctam viam ingredi ad a-  
 ternam patriam proposuerant, qua fortitudine exequendum  
 esset, praecogitare nescierunt. Quare & apte dictum est. Ca-  
 su accidit. Quod enim casu accidit, subito & sine consilio, &  
 prouisione contingit. Cum ergo i) qui a mundi amore, siue  
 qui ab infidelitate discessisse videbantur conuersi, ad prioris  
 vitae nequitiam reuiscunt, aperte cognoscitur: quia non ma-  
 nu domini vt videbantur interfecti, sed accidente casu, a pri-  
 stina sint conuersatione separati. Sequitur. Fecerunt illi  
 hoc modo, & tollentes duas vaccas iunxerunt ad plaustrum,  
 vitulosque earum clauerunt domi, & posuerunt arcam dei  
 super plaustrum, & capsellam, quae habebat mures aureos,  
 & similitudines anorum. Quia haec supra latius exposita  
 sunt, quid iam in se de spiritali eruditione contineat ipsa pro-  
 fectio arcae videamus. Nam sequitur. Ibant autem in di-  
 rectum vaccae per viam, quae ducit Bethsames, & itinere vno  
 gradiabantur, pergentes: & mugientes, & non declinabant  
 neque ad dexteram, neque ad sinistram. In directum per  
 viam, quae ducit Bethsames ire, est in studio caelestis pro-  
 fectio, afflictionem carnis tenere per virtutem discretionis.  
 Nam indirectum vaccae nequaquam gradiuntur, si in affli-  
 ctione carnis discretio non seruetur. Denique dum ultra mo-  
 dum caro affligitur, conferre opem spiritui eadem caro om-  
 nino defecta, non sufficit. Et si digne non affligitur, dum  
 superbit, velut libera seruire menti indomita dedignatur.  
 Bene igitur dum per viam Bethsamis indirectum vaccae ire re-  
 feruntur, subiunctum est: quia non declinabant, neque ad dex-  
 teram, neque ad sinistram. Ad dexteram quippe declinare, est  
 virtuti abstinenciae immoderate insistere: quia per bonum,  
 quod videtur, viam deserimus, dum sic necessariam abstinenciae  
 virtutem sequimur, vt alia nobis auxilia de carne subtra-  
 hamus. Ad sinistram quoque declinare, est carni abundantius  
 indulgere. Nam per aperte remissionis vitium, a Bethsamis via  
 deflectimur, dum carnem per delicias deducimus, qui para-  
 disii viam in afflictione dispositam noueramus. Et quia nulla  
 est vitae parcioris sinceritas, si munditiae boni operis simpli-  
 citas non concordat intentionis, caute expressum est. Et  
 itinere vno gradiabantur. Vno quippe itinere gradiatur,  
 qui virtutem, quam praetendit in bono opere, in recta ser-

D  
 Mat. 7.  
 Luca. 24.  
 Acto. 14.



**G**uat intentione. Quo contra de vnoquoque reprobo dicitur: **V**a peccatori, ingredientem terram duabus viis. Duabus quippe viis peccator terram ingreditur, cum Dei videtur esse quod agit, sed ex omni, quod religiosum foris exhibet, intus seculi intentionem tenet: Vno autem itinere gradi electos suos Dominus insinuat, dicens: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Hinc Paulus ait: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Hinc David: Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Vno igitur itinere contra Bethsames vaccae gradiuntur: quia electi ad aeternam patriam festinantes bona foris agunt, sed ex eisdem bonis operibus seculi praemia non requirunt. Quid est autem, quod de eisdem vaccis dicitur: quia ingrediebantur per gentes, & mugientes. Sed pergere dicuntur: quia sancti viri bona incessanter faciunt: mugiant vero, quia carnalia desideria in semetipsis extinguere, sine magna quotidie tribulatione non possunt. Mugire namque ad laborem edomandae carnis pertinet, pergere autem ad perseverantiam bonae voluntatis. Nam dum contra naturam caro carnales motus comprimere cogitur, velut mugit, dum graditur: quia propria desideria adimplere prohibetur. Bene quippe duo haec in sanctorum profectioe describuntur, videlicet pergere, & mugire. Quia & si eis ad supernam patriam festinantibus, magna est instantia desiderii: est nihilominus inuincibilis patientia laboris. Nam de his vaccis pergentibus per Ezechielem dicitur: Non reuertebatur, cum incederent. Vaccarum quoque mugitum, & causam exprimit Paulus, dicens: Video aliam legem contradicentem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Mugiant ergo vaccae, sed pergunt: quia sancti viri etsi magna sunt tentamenta, quae perferunt, viam tamen supernae patriae non relinquunt. Pergunt item, sed mugiant: quia etsi magnis desiderijs ad superna properant, profectum tamen superni itineris non de quiete pacis obtinent, sed ex triumpho tentationis. Sequitur. Sed & satrapae Philistinorum sequebantur vsque ad terminos Bethsames. Quinam sunt termini, ad quos sequi proficiscentem arcam dei praelatis necessarium est, & quos in arcae dei comitatu progredi congruum non est? Quos nimirum terminos si accipiamus in eruditione sacri eloquii, & bona operatione contrarium non videtur. Sed hi profecto termini Bethsames, sequentium principum termini sunt: cum pro modo suo quisque super subditis profectus est doctrina sacri eloquii, & vsu bonae operationis. Eo enim iam de isto securus pastor efficitur, quo & caute iam spiritalia conspiciunt, & ea quae ratione comperit, fortitudine boni operis apprehendit. Qui profecto termini, Bethsames esse termini dicuntur: quia iuniorum dum eruditos dei operarios dignanter excipiunt, ad contemplationem supernae patriae introducunt. Termini namque sunt: quia & dignos ad contemplationem suscipiunt, iadignos expellunt. Indocti quippe si ad contemplanda subtilius superna se sustollere praesumunt, potius errando deuiant, quam lumen veritatis apprehendant. Et nisi quis bona opera praemittat, hoc profecto agit, ut illam quam appetit claritatem interne visionis, nunquam inueniat. Vnde & dominus in Euangelio quasi ad terminos Bethsames contemplatiuae vitae amatores transmittens, ait: Qui habet verba mea, & facit ea: hic est qui me diligit: Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Qui enim se manifestaturum non nisi diligentibus dicit, se autem diligere eos, qui seruant mandata eius: aperte docet, quia lucem suae occultae visionis non tribuit, nisi pro retributione bonae operationis. Sequitur. Porro Bethsames metebant triticum in valle. Qui enim Bethsames rectius possunt intelligi, quam ij qui perfecti iam viri sunt in sublimitate contemplationis? Nam velut de domo solis sunt, qui contemptis terrenis omnibus, veri luminis splendoribus illustrantur. De domo quidem solis sunt, qui iam omni mundo sepulti, ad videndam conditoris sui claritatem, flamma mirae dilectionis inardescunt. Qui ad ciuitatem suam duobus modis ascendunt: quia ad supernae patriae claritatem, & nunc per contemplationem, & in fine per veritatem gloriae perducuntur, nunc ad domum solis contemplando euolant, sed quod nunc

mentis puritate aspiciunt, tunc per praesentem latitiam aeternae retributionis veritatem apprehendunt. Bethsames ergo arca dei perducitur, cum mens electa aut per contemplationis altitudinem, aut per assumptionem retributionis ad aeterna gaudia sublimatur. Qui ergo aeternum illum, & ineffabilem arcae situm scire non possumus: ea quae de isto, quem nominamus, dicuntur, audiamus. Quid est ergo quod Bethsames metunt triticum in valle, nisi quia contemplatiuae vitae dediti, delicias internae refectiois colligunt in virtute humilitatis? Vallis quippe in sacro eloquio aestimatione designat humilium, Psalmista testante qui de domitio loquens, ait: Qui emittit fontes in conuallibus. Nam infusionem supernae gratiae mentibus infundit dispositis per humilitatem. Bethsames ergo in valle triticum metunt: quia contemplationi vacantes, dum pro humilitatis merito clarius superna conspiciunt: ad suauiore refectioem mentium, ligant manipulos gaudiorum. Nam triticeus panis, sicut aspectu candidior, ita & sapore delectabilior est. Sed fortasse in ista vita adhuc positi non fumimus panem, sed spicas metimus: in illa autem superna vita beatitudinis, non spicas, sed panem manducamus. In ista etenim vita, cum ad contemplanda aeterna sustollimur, supernarum rerum similitudines capere de rebus istis infimis, & visibilibus nitimur: ut iuxta egregij doctoris vocem, inuisibilia a creatura mundi, per ea quae visibilia facta sunt, cognoscamus. Quare & ille verus Bethsames, & domesticus solis iustitiae exultans, ait: Delectasti me domine in factura tua, & operibus manuum tuarum exultabo, quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profunda factae sunt cogitationes tuae. Sed dum in rebus visibilibus inuisibilium rerum gaudia excipimus, velut intra paleas adhuc triticum tenemus. Tunc autem nobis purum triticum, siue de tritico panis erit. Nam cum absorpta iam morte, in aeterna vita reuelata facie clarius redemptorem cernemus, ad eius cognitionem thecis similitudinum non egemus. Bene ergo de Bethsames dicitur, quod metebant triticum in valle: quia perfecti viri, etsi pro humilitatis merito sublimitatem supernae contemplationis accipiunt, ad illam omnipotentis dei puram substantiam contemplandam eo pertingere nequeunt: quo refectioem suae mentis adhuc velut inter paleas metunt. Cuius profecto humilitatis bonum designatur, cum subditur. Et eleuantes oculos viderunt arcam dei. Oculos quippe eleuant: quia dum de se alta non sentiunt: aestimatione sua velut in plano sunt. Oculos eleuant: quia eos, quos diuina gratia dignos aspiciunt, in alto positos meritorum culmine contemplantur. Sed eleuantes oculos arcam vident: quia quo se humiliter per aestimationem deiiciunt, proximorum bona cognoscere melius possunt. Ea etenim veritas, quae superborum corda per seipsam deserit, illa eis etiam dona, quae confert humilibus, abscondit: ut velut obcaecati penitus, nec in terra diffusum iam solem videant, qui eius claritatis radios videre in caelo desierunt. Sed quia regressionem arcae dei ad propositum contemplatiuae vitae retulimus: eleuatio etiam oculorum ad studium discernendorum spirituum non inconuenienter referri potest. Bethsames quippe oculos leuant, cum vitae secretioris proposito conuentum ad se dona, subtili inspectione considerant, cum intenta mente discutiunt, an vitae altioris propositum, quod accedendo expetunt: recta validaque intentione prosequantur. Leuare igitur oculos eis est, nouitiorum spiritum altius considerare. Sed leuantes oculos arcam dei respiciunt: quia dum subtilius eius conversiones discutiunt, qua virtutum spiritualium gratia fulgeant, deprehendunt. Et quia per affectum dilectionis, de cognitis eorum bonis hilarerunt, apte subiugitur. Et gauisi sunt, cum vidissent. Sequitur. Et venit plaustrum in agrum Iosue Bethsames, & stetit ibi. Si Bethsames interpretatur domus solis, domus solis ciuitas est caelestis. Hic Iosue Bethsames non tam typo, quam ipso nomine & dignitate humani generis redemptorem significat. Iosue quippe saluator, nostro eloquio dicitur. Et de semetipso dominus dicit: Venit filius hominis quaerere, & saluum facere quod perierat. Hinc est etiam quod Ioseph in somnijs per angelum repromittitur: Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Bethsames quoque se esse per semetipsum manifestat,

Ecclesiasticus. 2.

Matt. 6.  
2. Cor. 1.  
Psalm. 44.

Ezech. 1.

Roma. 7.

Ioan. 14.

Psalm. 104.

Roma. 7.  
Psalm. 91.

M

Luc. 19.

Matt. 5.

**A** statim dicit: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Hinc Iohannes Baptista ait: Qui de caelo venit, super omnes est. Quis est ergo ager Iosue Bethsamitæ, nisi amœnitas vitæ contemplatiuæ: ibi enim & herbarum virores, & odores aromatum, & florū dignitas pulchritudo cernitur: quia nimirū quo superius illa societas clarius aspicitur, quod incorruptibile floret angelis, quod immarcescibile viret sanctis, quod inuolabile in virginibus redolet, contemplantium oculis gratius exhi- betur. Bene autem idem ager saluatoris esse perhibetur: quia contemplatiuæ vitæ amatores, quo secretius conuersantur: redemptori nostro gratiores, & familiariores sunt. In agrū quoque Iosue Bethsamitæ plaustrum venit, cum mēs electa à seculi intentione diuisa, solis coelestibus intendit: cum coelestis iam amœnitate visionis fruatur: quia terrena respicere per amorem dedignatur. Et notandū: quia hoc plaustrum nouū fuisse, non valde supra relatū est: quia profecto mens criminum vetustate resoluta, ad tantam gloriam recipi nō meretur. Sed habet vitam secretiorum delicias i amœnitate visionis: habet ingentē laborem in strenuitate certaminis: quia nimirū diuina prœmia sicut ex triumpho consequimur, ita & strenuè ducendo custodimus. Bene ergo de veniente in agrum Iesu plaustrum subiūgitur. Et stetit ibi. Stare quippe ad prælij custodiā pertinet, non ad pacis quietē. Stetit quippe plaustrum in agro: quia etsi mens amœna iam illius supernæ, & semper virentis patriæ videndo, atq; amando inhabitat: tamē quod amorem visionis delectabiliter possidet, sine incessantis curæ sollicitudine nequaquā seruat. Sed nimirum in tanto agone posita mens humana deficeret, si ille, qui humanam infirmitatem in sua diuinitate roborauit, ei præsentia suæ auxiliū non præberet. Quare & causam exponens, qua stare in agro plaustrum potuerit, addidit, dicens: Erat enim ibi lapis magnus. Lapis quippe magnus redemptor intelligitur generis humani. De quo lapide per Psalmistā dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. Hinc doctor egregius collaudans, ait: Super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo & vos tanquam lapides viuī super ædificamini. Et magnus quidem lapis dicitur: quia incomparabili fortitudine prædicatur. Cum ergo venisse, & stetisse in agro plaustrum dicitur: additum est. Erat ibi lapis magnus: vt latentibus mysteriis designaret: quia contemplatiuæ vitæ dediti, seruare dona tam ingentia ideo possunt: quia iuxta eum per gratiam sunt, à quo eadem dona perceperunt. Sequitur. Et conciderunt ligna plaustrī, vaccasq; imposuerunt super ea in holocaustum domino. Quæ sunt ligna plaustrī arcæ dei, nisi sanctæ scripturæ sententiæ, & exempli iustorū: Bethsamitæ quippe ligna concidit, cum secretioris vitæ præpositi subiectorum suorū mentibus scripturarū sensus subtilius aperiunt: cum excellentiora exempla patrum, ad eorum imitationem proferunt: vt in eorum cordibus superni amoris flamma tanto feruentius ardeat, quanto fomentum incendiū, velut concisa ligna, citius subministrant. Plaustrī quippe ligna sunt: quia mens per dei gratiam renouata, ea per memoriā retinet. De quibus profecto liguis sanctus legis lator decernit, dicens: Ignis in altari meo semper debet esse: quem nutriat sacerdos, iuggerens mane ligna per singulos dies. Quia verò concidi ligna memorantur, apertius indicant: quia contemplatiuæ vitæ puritatem quærentibus, non communia de sacro eloquio, sed altiora & excellentia quæq; pandenda sunt: vt eo fortius se in alta videndo subleuet, quo eis nobiliora bona, quæ audiunt, magis placent. Vnde & bene subiūgitur: quia vaccas imposuere super ea in holocaustū domino. Holocaustum nanque combustum dicitur. Cum ergo ligna conciduntur, holocausta desuper impositis vaccis fiunt: quia qui eximīa de scripturis deuotamente suscipiunt, quo in superna se desideria altius extendunt: eo nil in eis deseritur, quod non diuini amoris flamma cōburatur. Et tunc quidē curare doctorem necesse est, vt religiosi subiecti alta considerent, & tamen per æstimationem de se alta non teneant, ne quo celsius summa videndo proficiunt, per elationem corruentes, periculosius elidantur. Vnde & hic quoque subditur. Leuitæ autem deposuerunt arcam dei, & capsellam, quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt su-

per lapidem grandem. Leuitæ interpretatur assumpti. Qui D ergo sunt leuitæ, nisi qui sic sunt diuina gratia confirmati, vt à sancto spiritu deseri nunquam possint: Arcam quippe leuitæ deponunt, cum perfecti prædicatores suos subiectos admonent, vt eos spiritualis scientia nequaquam inleat. Capsellam quoque, cum vasis aureis deponunt, cum eos etiam de vitæ splendore cōueniunt, vt eo de se humiliter sentiant, quo etiam redemptorem nostrum ad exaltationis suæ præmium, eorum quique iam peruenisse didicert: quia de se inaniter alta non sentit. Bene itaque deposita arca, & vasa aurea super grandem lapidem posita memorantur, quia inter dona sublimia de se humiliter sapere illi verius possunt, qui redemptoris magnitudinem, & humilitatem recolere sapius didicerunt. Nam deponere arcam dei, & super lapidem grandem volebat ponere, qui dicebat: Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem deo. Sed semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliavit se factus obediens vsque ad mortem crucis. Sed qui de subditorum cordibus amoris hostiam ministerio prædicationis deo immolant, de suis etiam mentibus excellentiora valde oblationū dona repræsentant. Vnde & subditur. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa domino. In qua die, nisi in illa, in qua holocaustū domino vacas super plaustrī ligna posuere. Quæ est igitur dies illa, nisi illuminatio diuinæ prædicationis? Ea nanque die Bethsamitæ holocausta domino offerunt, ea die victimas immolant, qua ligna concidunt, qua super ea holocaustum domino vacas imponunt: quia sancti prædicatores ea luce verbi, qua subiectis emicant, sibi quoque ad rectitudinem superni itineris officium visionis administrant: & contemptis rebus infimis, per vim dilectionis omnipotenti deo tanto se liberius exhibent: quanto etiam auditores suos ei iam magna familiaritate conuictos vident. Quia verò non solū holocausta obtulisse, sed immolasse victimas viri Bethsamitæ relati sunt, perfectorū virorum spiritualis oblatio designatur. Nam holocausta offerunt, cum per contemplationis ascensum se deo omnipotenti ineffabili affectione coniungūt. Sed holocaustis victimas sociant: quia nimirum tantæ iucunditatis bonum non suis meritis, sed diuinæ referunt bonitati. Sine victimis quidē holocaustum offert, qui iam supernis in magna delectatione coniungitur: & inurgentibus elationis occultæ motibus, per humilitatis virtutem nequaquā dominatur. In oblationibus ergo perfectorum simul holocausta, & victimæ conuenisse describuntur: quia & diuina frui dulcedine digni sunt, & in omni, quod totos se iam cœlites faciunt, elationis ignari. Et quinque Satrapæ Philistinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Satrapæ Philistinorum (vt iam superius dixi) electi sunt prædicatores gentilium. Qui nimirum quinario numero continentur: quia ad refrenandos quinque sensus corporis, aut rudibus adhuc fidelibus, aut carnalibus præsent. Hij profecto plaustrum cum dei arca comitantur: quia ad studium spiritualis vitæ transeuntes iam eruditos discipulos, sollicitudinis suæ cura prosequuntur. Sed applicate in agrū Iosue plaustrum, & vaccis immolatis, in Accaron redeunt: quia cum eorum perfectionem iam considerauerint, conuersationis eorum itinera vltèrius non explorant. In Accaron autem redeunt: quia ad conuertendos alios se conuertunt. Accaron quippe nostro eloquio sterilis dicitur. Steriles quoque sunt, qui aut fide carent, aut bona conuersatione. Bene autem cum reuersi principes dicuntur, additum est in die illa: quia nisi in eis claritatem tantæ perfectionis agnoscerent, ab eorū sollicitudine securitatis certitudine non redirent. Sequitur. Hi sunt ani aurei, quos reddiderunt Philistinim pro delicto. Azotus vnum, Gaza vnum, Aicallon vnum, Geth vnum, & Accaron vnum. Et mures aureos, secundum numerum vrbiū Philistinim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata vsque ad villam, quæ erat absque muro: & vsque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini, qui erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitæ. Quod hæc omnia designant, latè supra expositum est. Quid est autem, quod cum reddi pro peccato debitum arcæ præ-

**G** cipitur, quinque ani aurei, & quinque mures simul nominantur: cum verò iam redditum quod debebatur asseritur, vrbes singulae separatim vnum reddidisse referuntur. Sed simul supra nominantur: quia simul omnium membrorum demonstrabatur ornatus, in commutatione honorum operum: hic autem cum redditum debitum arcæ describitur, cautè ostenditur: quia vrbes singulae anos aureos singulos, & mures obtulerunt: vt profectò peccatori conuerso insinuetur, vt semel peccata deserat, que per solitam prauitatem vterius non requirat. Vrbes quippe singulae anos, & mures singulos reddunt, cum conuersi peccatores semel terla lachrymis penitentie peccata non repetunt. Vnde & sacra scriptura admonet, dicens: Non iteres verbum in oratione. Verbum quippe in oratione iterat, qui precibus purgare peccata conatus est: sed tamen committere non omittit alia, pro quibus oret. Qui profectò anum vnum, & murem deo pro delicto non offert: quia et si penitendo compungitur, sceditates multiplicat, quas deo confitens ei representat. Cum ergo anum vnum & murem vnum vrbes Philistim: siue prouinciæ singulae reddidisse describuntur, quid aliud designat: nisi perfectionem vere conuersionis. Perfecite enim conuertitur, qui cum semel quod prauè egerat, plangit: quod rursus plangat, vltra non repetit. Igitur anum vnum, & murem vnum pro peccato offert, qui sic commissa luget præterita, vt perfecte caueat futura. Et quia ista forma conuersionis tam sapientibus, quam indoctis, tam fortibus, quam debilibus in sancta ecclesia obseruanda est, bene ab vrbe murata, vsq; ad villam sine muro hec solutio debiti extensa perhibetur. Nulli enim intra sanctam ecclesiam constituto liberum est peccare, nulli innoxium praua committere. Quare per prophetam dominus comminatur, dicens: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Muratæ quippe vrbes sunt mentes sanctarum scripturarum eruditione circumdatæ. Villæ autem absque muro sunt mentes simplices. Vnum ergo anum aureum non solum singulae vrbes reddunt, sed etiam villæ, vt quicumque ad religiosam vitam deo auctore conuertitur, ablatis iam sceleribus, vterius non sceditur. Et quia nemo tam sanctus est, qui in se non habeat aliquid sceditatis quod plangat, solutio huius debiti vsque ad Abel magnum, super quem poluerant arcam dei pertenditur. Abel quippe interpretatur luctus. Quo nimirum nomine, lapis ille in quo arcam dei poluerant vocabatur. Sed hoc profectò redemptori nostro nomen congruit: quia & si propria, quæ sterneret, non habuit, nostra tamen quotidianis precibus, & fletibus peccata purgauit. Sunt quoque in sancta ecclesia viri perfecti, & illi summo lapidi, charitatis consummatione coniuncti. Huic namque vnitus erat lapidi, qui dicebat: Nemo me separat à charitate Christi, qui an arcæ debitum soluat audiamus. Primum (inquit) sui blasphemus, & perceptor. Hinc iterum confitens, ait: Non sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum ecclesiam dei. Notandum etiam quod vsque ad lapidem excurrisse arcæ debitum legitur, qui vsque in die illo in agro Iosue manere, & in quo posita arca dei memoratur. Qua in re, quid aliud tenemus, nisi quod in sancta ecclesia cernimus: quia illi etiam deo pro culpa satisfaciunt: qui non solum à peccatis per dei gratiam erepti, sed etiam per magna sanctarum virtutum culmina, in eius tabernaculum sunt assumpti? sequitur. Percussit autem dominus de viris Bethsamitibus eo quod vidissent arcam domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis. Qui sunt Bethsamitæ percussi, nisi falsa contemplatione decepti hæretici? Bethsamitæ enim non veritate fuerunt, sed præsumptione. Dum igitur arcam videre in lapide præsumerent, percussi sunt: quia cum domini ac redemptoris nostri sacramenta indigni discernerent, æternæ damnationis laqueis, per fallaciã propriam sunt depressi erroris. Quid est autem, quod de populo septuaginta viri, de plebe autem quinquaginta milia percussa sunt: sed quia appellatione populi etiam vrbium nobiles continentur, plebs autem vulgus est reliquum sine nobilibus, potest hoc colligi: quia hæreticorum alij inter alios quasi nobiles extiterunt, qui in munditia operum, solo errore perierunt: ceteri verò quasi plebis rusticitatem secuti, cum errore fidei, obscurati sunt sordide prauæ operationis. Vnde & alij quinquagenario, alij septuagenario nu-

Eccles. 7.

Hic. 31.

Roma. 8.  
1. Cor. 15.  
1. Tim. 1.

H

I

mero exprimentur: quia & illi per quinque sensus corporis concepta flagitia perfecerunt, illi dum falso sibi dona ascriberent spiritus septiformis, æterna obruti sunt caligine cecitatis. Et quia de eorum percussione, veri fideles contristati sunt, sequitur. Dixeruntque Bethsamitæ. Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Quasi enim veri fideles, sed simplices dicant. Si tam sapientes, & philosophi in summæ veritatis cognitione falluntur, indocti, & simplices quanto venire ad eius notitiam possunt? Sed & si de sua mensura diffidunt, donum tamen diuinæ cognitionis adesse ecclesiæ non diffidunt. Quare & subditur. Et ad quem ascendet à nobis. A nobis quippe dominus ascendit, quando id quod de eius cognitione nobis absconditur, per electorum fidelium vocem predicatur. Velut ascendere namque eius à nobis est, quod simplicioribus siue infirmioribus de æterna contemplatione cælauerit, sublimibus per humilitatem cordibus reuelare. Quid est ergo dicere, ad quem ascendet à nobis, nisi dignum doctorem quærere, qui sic diuina prædicet, vt à via veritatis non erret? In quibus etiam verbis si historicum sensum requirimus, aperte cognoscimus: quia qui ideo mortui sunt quia arcam domini viderunt, intelligimus nempe quod eadem visione digni non fuerunt. Merito igitur qui percussos aspiciunt dicunt, Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Nam si ij qui indigni sunt, videndo moriuntur: contrectantes, quando viuunt? Bethsamitæ quidem in sancta ecclesia sunt mortui sacerdotes, & ministri sacri altaris reprobi: quia de domo quidem solis iustitiæ sunt dignitate ministerij, non virtute & gratia sanctitatis, Bethsamitæ quidem sunt: quia per sacræ oblationis officium conuersantur in domo dei: sed tanto sunt acriore damnatione percussæ, quanto non solum videre audent sacra mysteria, sed contrectare: quanto non iam veteris testamenti arcam respiciunt, sed quod omnia superat, indignè se corpori & sanguini ingerunt redemptoris. Quos percussos insinuat Paulus, dicens: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Veri etenim fideles dicunt, Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Altitudinem quippe tantæ administrationis considerant, & tanti sacramenti dignitatem formidant. Sed dum tantæ rei subitæ officium metuunt qui id exhibere valeant, digniores quærunt. Vnde & sequitur. Et ad quem ascendet à nobis. Quasi ergo sacra mysteria humiliter fugientes dicant. Quia nos infirma conuersione percussimur, ministri ex altiori vita quærendi sunt: quos dum in altissimum virtutum sanctificationem conuersatio sublimis erigit, assistere deo per officium tantæ oblationis possunt. Sequitur. Miserunt ergo nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, remisserunt Philistim arcam domini, descendite, & reducite eam ad vos. Cariathiarim dicitur ciuitas eorum. Quæ est sanctorum ciuitas, nisi illa Hierusalém, quæ sursum est? Qui sunt ergo habitatores eius, nisi perfecti viri ab amore mundi alta conuersione separati? Quorum profectò vnus ceteris efficacior ait: Nostra conuersatio in coelis est. Ad hos quippe nuncios mittendi sunt, vt dei arcam suscipiant: quia ad electionem sacerdotum viri sancti non solum recipiendi sunt, sed etiam inuitandi. Et notandum, quia viris sublimioribus par nuncios dicitur. Descendite & reducite eam. Descendunt quippe: quia obediunt, nequaquam enim descenderent, si id, quod ab eis fraternus amor expetit, impendere superba mente refutarent. Tunc quidem vere sublimes sunt, cum se Christo non auferrunt: cum id quod ex fraterno iudicio eis imponitur, non repellunt. Vnde aptè subinfertur.

Caput V.



**V**ENERUNT ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. Aminadab interpretatur populus meus spontaneus, Gabaa sublimis. Et nimirum talibus arca dei committenda est. Populus namque spontaneus est, quæ ad exercenda virtutum opera, sola bona voluntas trahit: quem ad implenda mandata dei necessitas non compellit. Quos nimirum sub vnus descriptione

opera, sola bona voluntas trahit: quem ad implenda mandata dei necessitas non compellit. Quos nimirum sub vnus descriptione

**A**pietate beatus Paulus predicat, dicens: Hilarum datorem diligite deos. Quae est domus spontanei populi, nisi munimentum sanctae dilectionis: Nam in virtutum ministerio spontaneus esse non posset, si maiorem sibi dilectionis non concederet. Quae profectio domus in Gabaaz, id est in sublimi sita coelestia subleuatur. Vel certe in sublimi est domus: quia charitas omnibus virtutibus antefertur. Nam sublimitatis huius altitudinem insinuat Paulus, ait: Adhuc excellentiorem viam vobis demonstrabo. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tintinnans. Quid est autem quod Eleazarum sanctificant ad custodiendam arcam dei? Sed hoc nimirum ex usu sanctae ecclesiae notamus: quia electus minister prius benedictionem consecrationis a summis viris accipit, quam ministerium impendat oblationis. Quia vero Eleazar dei adiutor dicitur, profectio ostenditur: quia non solum sanctificari dei ministri debent, sed etiam inspicere quales sint ad eiusdem consecrationis ordinem promouendi. Qui enim sunt dei adiutores, nisi qui cum diuina gratia ministrando conueniunt: & quos omnipotentis dei dignatio intus visitat, quam ipsi per exterius ministerium bene viuendo, & docendo confirmant. Vnde & cum Paulo non inaniter gloriantes dicunt: Dei etenim sumus adiutores. Qui nimirum conuersatione fortissimi, scientia eruditi, amore seruidi, constantia robusti, non solum alieno non egent auxilio: sed quocumque se conferunt, subuenire aliis possunt. Bene itaque dicitur: Eleazarum sanctificauerunt, ut custodiret arcam: quia in quibus adhuc aliena auxilia necessaria sunt, ad subueniendum aliis, promouendi non sunt. Bene item idem Eleazarus filius Aminadab esse dicitur: quia certe qui ad ministerium praedicationis eligitur, in imitatione sanctorum positus, auxilium omne quod exhibet, esse debet ex dilectione. Quia vero nos superius plaustrum scripturam sacram, arcam vero scientiam eius spiritalem esse diximus, vacas quoque electas animas, timor Bethsamitarum, quem inesse electis ostendimus in oblatione sacramenti, potest referri etiam ad onus praedicationis. Non enim minor sanctitas idonea est animabus instruendis, quam offerendis saceris mysteriis. Et idcirco Bethsamitae perhibentur percussit: quia plerique viuunt subditi, qui moriuntur praelati. Habet enim arca dei etiam extrinsecus pulchritudinem, quam si minister infirmus non ad spiritalem venerationem, sed ad concupiscentiam secularem inspexerit, nequaquam viuunt. Bene itaque causa percussiois eorum declaratur, cum dicitur. Quia viderunt arcam dei. Quid est enim viderunt, nisi quia eius gloriam videndo concupierunt? Nunc autem authore deo, per orbem vniuersum sanctae ecclesiae gloria est copiosa. Quae profectio gloria, quia a reprobis sacerdotibus seculariter appetitur, Bethsamitae viri arcam dei exterius videndo moriuntur. Non quidem spiritalem eius honorem pro interna virtutum gloria appetunt, sed ut arcae dei splendorem rapiant, & ecclesiasticae praedicationis fulgorem, in flore seculi suis cultibus ferant. Arca quoque dei male foris ad percussioem respicitur, quando flagitiosi praepositi subditarum personarum exteriori specie deuisi, ad carnalem concupiscentiam pertrahuntur. Viri timorati ingentem multitudinem concupiscentiae telo prostratam intuentes, dicunt. Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Stat quippe in conspectu dei, qui fortis est in ordine diuini mysterii\*. Stare etenim fortitudinis est, ministrare obsequij. Stat ergo in conspectu dei, dicitur, qui ordinem superius officij, in altitudine disponit dignae conuersationis: qui in ministerio, quo fungitur, nullo appetitu ecclesiastici honoris decipitur, nulla carnali concupiscentia superatur. Quia vero tam idonei ministri raro inveniuntur, merito dicunt. Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Et quia tantum onus paruuli Christi viris fortioribus deserunt, subdunt. Et ad quem ascendet a nobis? Quomodo autem ad habitatores Cariathiarim miserit, quomodo arcam dei in domum Aminadab intulerint, quomodo Eleazarum sanctificauerint, sicut supra expositum est, non mutamus. Et factum est ex quo arca dei mansit in Cariathiarim, multiplicati sunt dies. Si ad historiam respicimus

dies mansionis arcae multiplicati sunt: quia illic multo tempore fuit. Vnde & subditur. Erat enim annus vigesimus. Et ad quid istam dierum multiplicationem introduxerit, subdeus, ait. Et requieuit omnis Israel post dominum. Quae nimirum requies in illo veteri populo non bonorum operum: sed bonae deuotionis intelligenda est. Nam sequitur.

Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad deum, auferite deos alienos de medio vestrum, Baalim & Astaroth, & praeparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & liberabit vos de manu Philistinim. Qui deos alienos de medio sui non abstulerant, nisi bona voluntate post dominum quomodo requiescebant? Quae nimirum omnia si spiritualiter inquirantur, dies mansionis arcae multiplicantur, sed cum manet in Gabaaz, cum manet in custodia Eleazarum: quia cum animarum fidelium cura apud religiosos praedicatores reconditur, perfectio religionis, quae sublimi doctrina impenditur: bonorum operum studio adimpletur. Vnde & annus viceesimus tunc instare relatus est. Si enim denarius numerus perfectionem antiquae legis designat: quid vicenarius, nisi splendidiorem novae vitae religionem significat? Vicenarius quippe numerus, denarius est duplicatus. Qui certe numerus in electorum conuersatione perficitur: cum per amorem vitant legis prohibita, & sublimia Euangelij mandata complent. Quia vero nos arcae profectioem ad contemplatiuae vitae perfectionem retulimus, in Cariathiarim manet arca dei, cum eruditae mentes contemplantium eiusdem eruditionis suae domum, in oblectamento perficiunt reuelatae sibi supernae claritatis. Viginti quippe annis manet ibi tunc arca dei: quia electae animae ad exultationis intimae culmen euectae, habent denarium numerum in perfectionem scientiae, vicenarium vero in superna delectatione. Potest etiam dierum multiplicatio ad virtutum spiritualium incrementa referri. Cum igitur causa, qua dies multiplicentur, expressius dicitur, annus viceesimus esse perhibetur: quia videlicet electae mentes contemplantium, quo vberius superna contemplatione pascuntur, eo plenus virtutum spiritualium fulgoribus illustratur. Quid vero est, quod anno viceesimo requiescere omnis Israel post dominum dicitur, nisi quia sublimitas perfectionis electorum non consistit in fortitudine boni operis, sed in virtute contemplationis? Quiescere namque post dominum, redemptoris nostri imitationem inuincibili charitate retinere est. Et quisquis illa supernae ciuitatis ineffabilia gaudia contemplando fortiter amare non didicit: quia saepius ad mundi amorem potest deficere post dominum nequaquam requiescit. Cum ergo manet arca in Cariathiarim, & dies multiplicatur: vniuersus Israel post dominum requiescit: quia profecto dum electae mentis scientia in experientiam supernae delectationis erigitur, dum luce refusa gloriae, virtutum spiritualium sibi claritates glomerantur, imitationem dominicam tenere eo perseverantius potest, quo immensis illustrata claritatibus, eas tenebras, quibus a vero diuidatur lumine sentire non potest. Vnde & bene qui post dominum requiescere dicitur, Israel esse perhibetur, videlicet videns deum: quia quo altius contemplator in diuina rapitur, eo ab humanis, quae potenter cohibet, nequaquam superatur. Verum quia authore deo, arcam eius proficiscentem, usque ad sublimitatis eius situm deduximus: quo studio praedicator erga subditorum correctionem inuigilet, videamus. Nam sequitur. Et ait Samuel ad vniuersam domum Israel. Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferite deos alienos de medio vestrum. Quos autem alienos deos scriptura sacra appellare consuevit nisi demonia, quae in manufactis simulachris habitant. In samuele nos sanctae ecclesiae praedicatores designare diximus. Recte itaque de medio sui deos alienos in vniuersam Israel domum auferre praecipit: quia in accedentibus ad fidem gentilibus, non solum rectae profectioem veritatem praedicatorum ordo petiit: sed etiam damnationem antiquae superstitionis. Nil enim eis prodesset veritatem profitendo colere, vel obsequendo, nisi falsa prius detestanda reliquissent. Quisquis etiam nunc intra sanctam ecclesiam positus est per fidem, sed deo rebellis per iniquam operationem, admonendus est, ut alienos deos de medio sui auferat. Nam et si manufacta simulachra dete-



**G** statur, demonum tamen imperiis prava actione submittitur. De medio autem sui alienos deos abicit, qui sic ad deum convertitur, ut per mala opera immundos spiritus nunquam veneretur. Potest etiam cautiore vite studium per hanc exhortationis verba designari. Nam in medio nostri quid est, nisi cor nostrum? Sunt tamen nonnulli operatione mundi, sed infirmitate cordis, visu scedantur pravae cogitationis. Bona quidem incessanter faciunt, sed cogitare reproba nunquam praetermittunt. Quia vero tot in eorum cordibus demonia requiescunt, quot desideria immunda, auferre de medio sui alienos deos instantur: quatenus omnipotenti deo non solum rectitudinem impendant operis, sed & gloriam internae puritatis. Unde & apte subditur. Et preparate corda vestra domino. Cor quippe domino preparat, qui mentem non solum ab immunda cogitatione separat, sed etiam cogitationum sanctarum, ac virtutum fulgoribus illustrat: ut velut abiectionis, & comminutionis idolis, se dei templum efficiat: dum illic divinae gratiae sedem erigit, ubi reprobos spiritus manere per subiecta eis prava desideria non permittit. Bene itaque prius auferre alienos deos de medio sui Israelitas admonet, deinde corda deo preparare: quia rectus ordo inchoatae religionis est, ut prius unusquisque prava reprobet, deinde ad omnipotentem deum studio bonae intentionis appropinquet. Ad extremum vero necesse est, ut qui iam deo bonae voluntatis propositum, & puri cordis munditiam obtulit: id quod intus bene viuendo deliberat, in rectitudine boni operis exponat.

**H** Quare & subditur. Et seruite soli deo. Solum quippe domino seruit, qui bonis operibus prava non inserit. Nam qui sic bona agit, ut mala non deserat, deo soli nequaquam seruit: quia malo spiritui obsequium exhibet, cuius perficere non metuit voluntatem. Unde agitur, ut etiam bona agens, deo non seruiat: quia qui totum hominem condidisse creditur, habere eum communem cum aduersario non dignatur. Hinc nanque est, quod ipsa veritas per semetipsam denunciat, dicens: Nemo potest duobus dominis seruire. Hinc Paulus exquirens, ait: Quae participatio iustitiae cum iniquitate, aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fidelis cum infideli, aut quis consensus templo dei cum idolis? Solum ergo domino seruire praecipitur, ut qui iam aspirante deo pro obtinenda peccatorum nostrorum remissione agere bona coepimus, eisdem bonis prava nulla misceamus. A peccatorum nanque nostrorum obligatione tunc solvimur, cum bona, quae pro eorum impendimus absolutione, malis admista non sunt. Deuotis nanque poenitentibus loquens praedicator, dicit. Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferre deos alienos de medio vestri, & seruite deo soli. Quasi dicat. Tunc a peccatis solui poteritis, cum cordis, & operis bona, quae pro vestra absolutione impenditis deo, superuenientibus criminibus aliis non scedatis. Quare & repromittens, dicit. Et liberabit vos de manu Philistin. Qui hoc loco alij Philistin, quam maligni spiritus designantur? Qui nimirum dum superbiae suae calice in momento debriati sunt, a statu gloriae tumescendo ceciderunt. Quae est igitur manus Philistin, nisi potestas illa demonum, qua mortuas in peccato animas ad aeterna tormenta perducunt? Ab ista Philistin manu solus liber fuerat, qui dicebat: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Hinc Paulus ait: Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. Hinc iterum dicit: Eramus & nos filij irae, sicut & ceteri. O quam magni muneris est ista promissio, qua dicitur. Liberabit vos de manu Philistin. Nam ille solus liber huius manus extitit, qui peccatum non fecit. Ab ea utique omnes contra meritum liberamur. Unde & Paulus dicit: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem iustitiae suae, propter redemptionem praecedentium delictorum, in sustentatione dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide domini nostri Iesu Christi. Hinc item dicit: Gratia liberati estis. Tale est, ac si dicat. Liberabit vos de potestate spirituum malignorum: ut velut fugatis de itinere crudelibus hostibus, dum mors carnis interuenit, ea quae cupitis aeterna gaudia, securius adeatis. Magna itaque promissio, qui magna praecipiendo docuit: ut magnitudo muneris ad fortitudinem inci-

taret laboris. Magnum quippe est soli domino seruire, videlicet instanter bona agere, bonis actibus reproba non miscere, sed o quam maximum in vitae huius transitu, potestatem crucientorum spirituum non incurere, nullas in via horribilitates cernere, contrarietates obiectionum nullas inuenire, aeternas poenas euadere, liberatoris nostri praesidia sentire, momentantam seculi lucem perdere: sed repente ineffabilem claritatem aeternitatis inuenire. Audiant, ergo audiant, qui de manu Philistin liberari desiderant: Preparate corda vestra domino, & seruite illi soli: ut hic sibi quique colligere studeant, unde illic manus tantorum hostium non incurant: & securi ad vitam transeant, qui inter salutis suae thesauros, quos hic bene viuendo congregant, mortis opera nulla portant. Electorum vero mores inuuantur per hoc, quod subditur. Abstulerunt ergo filij Israel de medio sui Baalim, & Astaroth, & seruiuerunt domino soli. Electorum quippe mos est, ut cum diuinae praedicationis hortamenta suscipiunt, ad studium audita bonae operationis accendantur. Nam reprobi & frequenter verba dei audiunt, & eisdem tamen verbis nulla bona opera proponunt: pigri in suis actionibus remanent: quia a diuina luce proiecti, omnipotentis dei gloriam, cuius verba audiunt, interna contemplatione non vident. Recte ergo qui obediunt, Israel filij dicuntur: quia quo dei maiestate apertiori manifestatione conspiciunt, eius praecipis obedire deuotius agnoscunt. Sed quia conuersis loquitur, quid eis adhuc deesse conspiciat audiunt: nam sequitur. Dixit autem Samuel. Congregate vniuersum Israel in Masphat, ut orem pro vobis dominum. Et congregauerunt in Masphat. Masphat dicitur speculatio seu contemplatio. Quam profecto speculationem beatus Paulus exponit, dicens: Videmus nunc per speculum in aenigmate. Speculari etenim nobis est, de altitudine scripturarum aeterna bona contemplari. Quasi enim speculamur, quod iam fidei veritate cognoscimus: & adhuc reuelata facie non videmus. Conuersis vero peccatoribus in Masphat conuenire est, per mentis intentionem de dei omnipotentis miseratione confidere. Sed sic de dei misericordia praesumat, ut tamen id, quod se nequiter egisse recolunt, per poenitentiam delere non negligant. Unde & illic repente subiungitur. Haueruntque aquam, & effuderunt in conspectu domini. Quid enim est aquam haurire, nisi de profunda animi poenitentis confusione lachrymarum flucta producere? Velut enim aquam haurimus, dum quam profunda iniquitate cecidimus considerantes plangimus. Quam profecto aquam in conspectu domini effundimus, si cum poenitendo copungimur, de eiusdem compunctio- nis fletu, non querimus fauorem seculi: sed solum fructum diuinae placationis. Sed & dum mens flendo copungitur, necesse est ut etiam caro, quae delectationibus subiacuit, affligatur. Unde & subditur. Et ieiunauerunt in die illa. Dies peccatricis animae est spes consequendae indulgentiae, in diuini verbi repromissione. Unde & per prophetam dominus repromittit, dicens: Nolo mortem peccatoris, magis autem, ut conuertatur, & viuat. In die igitur illa ieiunant, qui idcirco carnem poenitendo atterunt: quia in luce spei peruenire ad indulgentiam se indubitanter credunt. Quae tamen afflictio poenitentiae ad delenda peccata tunc demum idonea est, cum sacerdotis fuerit iudicio imperata: cum ab eo confitentium actibus discussis, pro modo criminis, onus eis decernit afflictionis. Bene itaque sequitur. Dixeruntque, tibi peccauimus domine. Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat. In Masphat quippe sacerdos iudicat, cum non humanum arbitrium sequitur, sed diuinum, cum in omni quod disponendum est, se in alta contemplatione subleuat, & hoc in subditorum iudicio disponit quod aequum esse in superna visione cognoscit. Hinc nanque est quod in omni ferre negotio Moyses in tabernaculo sceleris dominum consulit: quia nimirum praedicator sanctae ecclesiae in intima debet veritatis contemplatione conspiciere, ut subditorum vitam foris irreprehensibiliter valeat ordinare. Tunc enim & tenere peccata, & dimittere verius potest, cum in arcano speculationis domino loquente audit, quod loquitur. Unde & resurgens a mortuis dominus prius in discipulorum faciem insufflauit, & postea dimittendi, retinendique peccata auctoritatem tribuit: ut profecto monstraret: quia qui illam


Matt. 6. 2. Cor. 6.

Ioan. 14. Roma. 3. Ephes. 2.

Ephes. 2.

1. Cor. 13.

M Ezech. 33.



**A** illam mentis speculationem non habent, iudex animarum esse non debet. In electorum quippe prædicatorum faciem dominum insufflare est, intimas secretasque vias spiritualis examinationis eis per spiritum sanctum reuelare. Hinc Paulus ait: Spiritus iudicat omnia. Hinc item diuinæ gratiæ largitatem **1. Corin. 2.** **E**uangelio dicitur: Nos spiritum huius mundi non habemus, sed spiritum qui ex deo est: ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Qui autem huius mundi spiritum habet, in Masphat, id est, in speculatione subditos iudicare non potest: quia dum per spiritum interiora non penetrat, in causis examinationis, quas exquirat, mundano spiritu foris errat. Bene igitur Samuel filios Israël in Masphat iudicasse dicitur: quia nimirum prædicatorum sancti, in subditorum iudiciis: aliud extra nequaquam diffiniunt, nisi quod intus eis diuina inspiratione reuelatur. Sed dum boni subditi maiorum iudicio semetipsos subiiciunt, spiritualium hostium iras contra se validius accendunt. Vnde & subditur: Et ascenderunt Satrapæ Philistinorum ad Israël. Ablatis namque diis alienis, peracto ieiunio, exhibitæ à prædicatore censura examinationis, ad Israël Philistinorum principes ascendunt: quia cum altiori vita proficimus, maligni spiritus, qui semper bene agentibus inuident, nobis infestiores sunt. Et quia de innocentis vitæ sublimitate nos deponeere appetunt, ascendere dicuntur. Ascendere quippe maligni spiritibus est, se ad expugnanda alta per cælestis desiderium corda subleuare. Quia etiam contra perfectiores Christi milites non quorumlibet malorum spirituum, sed fortiorum demonum prælia excitantur: non Philistinum contra Israël ascendere, sed Philistinorum Satrapæ perhibentur. Principes quoque pluribus præsumunt. Per hoc ergo, quod contra Israël Satrapæ ascendere dicuntur, potest rationabiliter colligi: quia ad probandam electorum patientiam, nec vnus spiritus malus electorum singularis, sed innumeri deputantur, ut de consecuta eorum victoria, tanto sit copiosior fidelium gloria, quanto eis irrogata fuerint prælia grauiora. Tamen inter eadem prælia nuper conuersti vehementer pauere solent: repente etenim inueniunt se in campo laboris, præter experimentum consuetudinis. Armata hinc contra se aspiciunt desideria, quæ sibi dudum pacata seruiebant, illinc supernus amor inuitat, ut cæpta bona non deserant. Hinc spiritus mentem eleuat, illinc caro grauat, ac dum finis sui modum scire non possunt, de electionis suæ incertitudine vehementer expauescunt. Vnde & hic aptè subditur. Quod audientes filii Israël timuerunt à facie Philistinorum. A facie enim Philistinorum timent, ut eorum posteriora non timeant. Quæ est enim malorum spirituum facies, nisi concupiscentia secularis? In hac enim specie quicunque componitur, eorum imagini conformatur. Quia vero non Philistinorum faciem, sed ab eorum facie timuisse Israël dicitur, sic electorum mentes insinuat, ut etiam reproborum stultitiam latentè ratione reprehendat. Non enim faciem, sed à facie timuerunt: quia videlicet sancti viri, aliud est, quod foris aspiciunt, aliud quod intus expauescunt. Nam etsi aliquando florentem mundum humana ratione considerant, repente mentis oculos ad ea mala, quæ mundi gaudia sequuntur retractantes leuant, & velut à facie trepidant, qui poenis sequentibus, contingere presentes delectationes vitant. At contra reprobi, qui hanc Philistinorum faciem nequaquam metuunt, sequentes ferocitatis eorum impetus non euadunt. Dum enim vana mundi gaudia tota virtute suscipiunt, afflictiones perpetuas, demonum virtute capiuntur. Quibus nimirum veritas comminatur, dicens: Væ vobis diuites: quia recepistis consolationem in vita vestra. Hinc item denunciatur, ait: Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis. Quasi aliter dicat: Quia à Philistinorum facie nequaquam pertimescitis, cum sequentes eorum vires irruunt, salutis inuenire refugium non potestis. Tunc quidem timor adest, sed qui adiudet, non adest. Vindicta datur flagitii, sine spe liberationis, & quàm sint Philistinorum horribilia posteriora sentiunt, qui faciei eorum blandimenta, in mundi amore voluerunt. Bene igitur de Israëlitis, in electorum typo dicitur: Timuerunt à facie Philistinorum, quia nimirum dum conuersandi modum sibi solerter ordinant, non disponunt metuere æterna mala, cum veniunt, sed à temporali concupiscentia trepidant, cuius merito irrogatur. Et quia non tam suis meritis,

quàm malorum hoc intercessione posse obtinere credunt. Sequitur: Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses clamare pro nobis ad dominum deum Israël, ut saluet nos de manu Philistinorum. Sed & tentatis subditis, pastores boni non solum orationum præsidia conferunt, sed etiam sacrificiorum. Vnde subditur: Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum domino, & clamauit Samuel. Quid est clamor Samuelis, nisi in supplicatione pontificis magna virtus desiderii? Vnde ad tacentem labiis Moy sen, licet populi subditi salutem seruenti deuotione cupientem à domino dicitur: Quid clamas ad me? Quis vero est agnus lactens, nisi ille, quem præcursor eius ostendit, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et lactens dicitur: quia in eius innocentia vera humanitas prædicatur. Sed vnus agnus offertur: quia præter ipsum, qui mundi tollat peccata nequaquam reperitur. Quem profecto agnum integrum obtulit. Integritas quippe agni ad soliditatem pertinet catholice professionis. Velut enim agnus diuidit, qui à canone fidei per gladium separatur erroris. Agnus itaque dicitur pro innocentia, lactens pro assumptione naturæ, vnus pro singularitate potentiae, integer pro fidei nostræ firmissima soliditate. Quod si quis hæc non ad ipsum, sed ad eius imitorem referre voluerit, potest. Agnum quippe offerimus, cum per bonum castitatis, & innocentiae redemptori nostro conformamur. Et cum doctrina innocentium patrum nostrorum patremur, velut vbera sugimus: quibus ad æternam vitam nutriamur. Vnum quoque agnum offerimus, si post initia religiosæ conuersationis, nulla polluumur iniquatione prauitatis. Vnum quippe agnum offert, qui à proposito innocentiae, ad pollutæ vitæ maculas nequaquam defluit, à quibus redeat per iterationem bonæ operationis. Integrum quoque agnum offerre est, ad æternam vitam non solum carnis continentia, sed mentis integritatem præparare. Integrum quoque agnum domino nequaquam offert, qui carnem deo per continentiam consecrat: sed mentis suæ secreta ab immundarum cogitationum lasciuia non refrenat. Velut enim agni partem sacrificio subripit, qui puritatem cordis, corporis continentia non coniungit. Vnde & ipse agnus agnum integrum offerre discipulis præcipiens, ait: Audistis quia dictum est antiquis, non moechaberis: ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiscendum, moechatus est in corde suo. Hinc etiam factæ virgines in euangelio notantur, quæ lampades paraerunt, & oleum non paraerunt. Lampades namque paratas habent, qui bonum pudicitiae seruant in corpore: oleum quoque habent, qui nitorem puritatis tenent in mentis suæ circumspectione. Dicitur ergo de Samuele obtulit agnum integrum domino: quia ut bonum pudicitiae diuinæ placationi sufficiat, non solum in candore corporis seruari debet: sed in splendore internæ puritatis. Merito itaque subditur: Et exaudivit eum dominus. Ille namque exaudiri à domino pro aliis oras potest, qui ex parte aliqua ei, cui supplicat, domino odibilis non est. Nam si adhuc propria infirmitate deprimitur, pro obtinenda proximorum fortitudine nequaquam exauditur: & eo desiderium suum ad diuinæ celsitudinis arcem non subleuat, quo ipse de imo quo per lapsum iacet, conatu feruentioris studij ascendere nequaquam curat. Sed & modus exauditionis exponitur, cum subinfertur. Factum est dum Samuel offerret holocaustum, Philistæos mire prælium contra Israël. Intonuit autem dominus fragore magno in die illo super Philistinum, & exterruit eos: & cæsi sunt à filiis Israël. Egressique filii Israël de Masphat, persecuti sunt Philistæos, & percusserunt eos vsque ad locum, qui erat subter Bethchar. Offerente holocaustum Samuele, Philistinum contra Israël prælium ineunt: quia maligni spiritus tunc aduersus fideles subditos grauiores tentationes commouent, cum contra se stare instantius pastores vident. Sed super Philistæos dominus intonat: quia orantibus doctoribus, fidelibus subditis diuina gratia robur administrat. Tonitrua enim fieri per nubila solent. Nubes autem sublimes per cælestis desiderium animæ intelliguntur. Vnde & propheta mentes electorum in amore cælestium eleuatas admirans, dixit: Qui sunt isti, qui ut nubes volant? Quæ sunt autem tonitrua nubium, nisi illa seruentia & superna electorum desideria: quibus dum per diuinam gratiam

EXO. 14.

Ioh. 1.

Mat. 5. 28.

Es. 60.

**G**ratiam eorum mens succenditur, omne quod maligni spiritus decipiendo suggerunt, ab ea penitus expellunt. Bene ergo dicitur intonuit dominus super Philistaeos, & exterruit eos. Nam dum per gratiam suam electis mentibus superna desideria infundit, quia etiam terrena omnia facit contemnerent, eos etiam qui ea eis appetere suggerunt, nequam spiritus in fugam vertit. Velut enim tonitruo territi fugiunt, dum in electis mentibus, quas tentando pulsauerant, ingentem sonitum diuinae virtutis expauescunt. Quia vero fragore magno intonuisse dominus dicitur, quid est aliud, nisi quia imperfecta Christianorum desideria demonibus terribilia non sunt? Frigor enim magnus tonitruum, perfectum est vnusquisque desiderium electi. Cum igitur fragore magno super Philistaeos dominus intonat, tunc a filiis Israel caduntur: quia dum electorum mentem perfecta deuotio ad superna gaudia erigit, omne quod aduersae parti militat, a se penitus abscindit. Bene quoque prius territi Philistaei, deinde a filiis Israel cedi memorantur, nam terrentur electorum deuotione, caduntur opere. Et quia opere deuotio prior est, terri prius, postea vero cedi recte perhibentur. Nam prius donum bonae voluntatis a domino accipimus, ut consilia malorum spirituum postmodum confutare valeamus. Bene etiam dominus super Philistaeos intonare, & exterrere eos dicitur, filij autem Israel illos cadere perhibentur: quia bona desideria nobis per diuinam gratiam ministrantur, sed nos dona gratiae per conatum liberi arbitrij ad virtutum victorias promouemus. Ordo igitur caelestis militiae est, ut ante tonans fragore magno audiat deus, & post miles ad cadenda hostium agmina progrediatur, ut videlicet in se prius dona gratiae videat, deinde ad certaminis campum validius erumpat, & securus victoriae prouentum speret, qui eis quibus coronetur viribus, ante congressionis tempora fultus est. Bene autem qui Philistaeos cadunt, de Masphath egressi perhibentur. In Masphath etenim quae speculatio dicitur, morantur, qui in diuinarum rerum contemplatione persistunt. Sed ad cadendos Philistaeos exeunt, cum ex arcano internae meditationis consulti venientes, comprimunt vires aduersae dominationis. Intus enim latenter ordinant, qualiter foris in apparato opere, hostium cuneos irrumpant. Tanto quidem grauiores pugnas eis procedentes exhibent, quanto dum interna cogitant, apud se quietiores latet. Et quia maligni spiritus ab electis dei semper comprimendi sunt, vsque ad locum subter Bethchar Philistinum percussis fuisse memorantur. Bethchar quippe domus agni interpretatur. Hunc agnum nobis Elaias insinuans, ait: Tanquam agnus ad occisionem ducetur, & tanquam ouis coram tondente se sine voce. Quae igitur fuit domus agni, nisi illa sablimis, & singulariter munta conuersatio redemptoris, quae dum culpa caruit, cunctis nequam spiritibus inaccessibilis extitit. Ad Bethchar, id est domum agni peruenire nemo potest: quia quisquis multum proficit, sanctitate redemptoris inferior est. Vnde & praedicator egregius eiusdem redemptoris laudibus insistens, dicit: Talis decebat ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus, qui non habet necessitatem sicut sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre. Quis est ergo locus subter Bethchar, ad quem vsque Philistinum cadere, & persequi debemus? Sed si Bethchar perfectionem signat dominicae conuersationis, locum subter Bethchar, communem sanctorum summam exprimit sanctitatis. Qui & eidem redemptori se obediendo humiliant, & ei gloriae per studium vitae innocentis appropinquant. Locus enim qui subter Bethchar situs ostenditur, eidem loco, cui subest, & inferior esse cognoscitur, & vicinus: quia sancti viri quo deo per vitae altitudinem vicini sunt, eo & humiliori cogitatione subiecti. Dum ergo nouitiorum fidelium triumphus sub Israelitarum gestis ostenditur, vsque ad locum sub domo agni celsi alienigenae dicuntur: quia profecto per indefinenter conatum certaminis, contendere debemus ad arcem perfectionis, ubi iam tanto sumus hostibus nostris terribiliores, quanto redemptori nostro viciniores. Ibi enim iam quaedam securitas est, quae perturbari hostium pauore non potest. Talibus namque concessae virtutis dona insinuans dominus, ait: **Luce. 10.** Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scor

piones, & omnem virtutem inimici. Vnde & is qui ad locum K domui agni vicinum peruenerat, dicit: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an caetera talia? Potest etiam domus agni caelestem patriam designare. Vnde & Ioannes dicit: Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Quis est igitur locus qui est sub domo agni, nisi terminus temporalis vitae: ex quo ad supernae patriae gaudia assumuntur electi. Qui enim vsque ad statutum nobis terminum ducimur, quem praeterire viuendo non possumus, velut ad locum venimus, vnde alio transferamur. Sed terminus vitae electi viri sub domo agni situs ostenditur: quia vnde per angustias mortalitatis demergitur, inde ad vitae indeficientis gaudia subleuatur. Nam & agnus ipse, qui in citharcedoru citharizantium, & cantantium domum suam laetus inhabitat, antequam ad huius domus laetitiam duceret, sub domo fuit. Hinc namque est quod immolationis suae tempore dicit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Electi ergo vnusquisque finis dum loco ostenditur, subter Bethchar, id est, domo agni esse memoratur: quia sancti viri cum per mortis poenam temporalia deserunt, de vicino praerminentem sibi supernam patriam conscendunt. Nam Paulus confidenter asserens, dicit: Scimus quia si terrestris domus nostra dissoluatur, habemus habitaculum ex deo, non manufactum in caelo. Igitur vsque ad locum, qui est subter domo agni Philistaeos cadimus: si quandiu in hac vita sumus de malignis spiritibus triumphamus. Sequitur: Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphath & Sen, & vocauit nomen eius lapis adiutorij, dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis dominus. Lapis in sacro eloquio dominum, & redemptorem nostrum significat. Lapis vero vnus a Samuele tollitur, cum a sanctae ecclesiae praedicator redemptoris fortitudo singulariter praedicatur. Qui profecto inter Masphath, & Sen praefigitur: quia in vitae exitu electos protegit, reprobos confringit. Sen quippe excussio dicitur. Excussi autem sunt reprobi, id est a fidelium societate separati. Dum ergo vsque ad locum subter Bethchar Philistaei celsi perhibentur, lapis inter Sen, & Masphath praefixus asseritur: quia dum electi Dei victoriae suae titulum in fine percipiunt, Redemptoris iudicio a malorum societate separantur. Modo vero velut in area frumentum, & palea simul sumus: sed dum ad vitae terminum ducimur, electi a reprobis dominica virtute diuiduntur: & velut inter se lapidem habent medium: dum illi pondus redemptoris in damnationis suae iudicium sustinent, & isti in eius fortitudine aeternae gloriae palmas tenent. Possunt per Sen etiam maligni spiritus designari. Excussi quippe sunt, quia a caelesti secreto per superbiam proiecti. Et quia nunc in hac vita nobiscum praeliatur, bene cum victoriae nostrae tempus asseritur, lapis inter nos, & eos positus perhibetur: quia cum militiae nostrae donatiua percipimus, vltra nobis eorum praelia nequaquam renouantur. Samuel autem hunc lapidem in medium ponit: quia nobis redemptoris nostri bonitatem sanctae ecclesiae doctor ostendit. Et quia omne quod a nobis in omni vita nostra prosperum geritur, diuinae gratiae adscribitur: apte ab eo lapis ille, qui in medio sistitur, lapis adiutorij vocatur. Ipse est namque lapis adiutorij, qui si nobis subuenire noluerit: vinci possumus, vincere nequimus. De quo iam in medium posito dicitur: Vsq̄ huc auxiliatus est nobis dominus: quia eius praesidia electos suos vsque ad aeternae retributionis tempora prosequuntur. Et quia (vt diximus) iam tunc nobis in aeterna requie susceptis a depressis hostibus praelia nulla commouentur, sequitur: Et humiliati sunt Philistinum, nec apposuerunt, vt venirent vltra in terminos Israel. Haec profecto sic electorum singulorum facta expriment, vt sanctae catholice ecclesiae & prociendum inuuant belli, & gaudia remunerationis. Hanc namque vniuersalis ecclesiae victoriam iam post resurrectionis nostrae gloriam futuram, beatus Paulus ostendit: qui quasi futurum incorruptiois praesens, morti insultabat, dicens. Absorpta est mors in victoria, ubi est mors victoria tua, ubi est mors stimulus tuus? Humiliatos etiam Philistaeos vidit: quia apostatarum angelorum memorans, ad amorem future dignitatis elo-

Rom. 8.

Apoc. 14.

Mar. 14.

2. Corin. 5.

L

M

1. Corin. 15.

1. Cor. 6.

**A** tis electos accendit, dicens: An nescitis, quia angelos iudicabimus? Tunc quippe Philistæi humiliantur, cum in preparata sibi ab origine mundi æterni ignis incendia dæmones mittuntur. Et in terminos Israel venire ulterius non apponunt: quia ad tentanda electorum corda non exeunt. Qui autem sunt Israelis termini, nisi cæli? Quomodo autem mali spiritus in Israelis terminos venient, qui sic in inferni profunda damnati sunt, ut à summersione poenarum nunquam resurgant? Quia ergo æterna oppressione denunciantur, apte subinfertur. Facta est (inquit) manus domini super Philistæos cunctis diebus Samuelis. Qui enim sunt dies boni doctoris, nisi vernæ illi radii fulgentis æternitatis? Qui apte Samuelis esse referuntur: quia et si communes sunt electorum omnium, speciali quadam gratia ad gaudia lucent prædicatorum. Vel certe prædicatorum sunt, quia specialius eorum mentibus fulgent, quorum prædicatione nunc sanctæ ecclesiæ demonstrantur. Manus autem domini super Philistæos cunctis diebus Samuelis facta perhibetur, quia diuina potestas malos spiritus semper opprimit, quæ in æternæ claritatis gloria etiam electos exhilarare nunquam desistit. Tunc vero angelorum damna reparantur, tunc quicquid de ordine conditorum spirituum, eorum superbia sublata beatitudini fuerat, de electis hominibus adimpletur. Quare & sequitur: Et reddita sunt vrbes, quas tulerant Philistim Israeli. Vrbes sublatae sunt illæ perditæ multitudines angelorum. Sed tunc redduntur, quando de electa natura humana assumitur, vnde quod de angelis perit, suppleatur. Quod etiam in cõuersione flagitiosorum hominum accipi cõuenienter potest. Vrbes namque Philistim tollunt: cum vritas fidelium mentes tentando decipiant, & sibi eas peccatis immergendo supponunt. Sed ablatae vrbes Israeli redduntur: quia sic in hac vita penitentes satisfaciunt, ut in perenni gloria splendidi ad electorum gaudium exhibeantur. Quia vero non solum qui agere bona negligunt, sed etiam qui abundanter iniquitatem faciunt, peccitudo saluatur, subditur: Ab Accaron vsque Geth. Accaron dicitur sterilis, Geth torcular. Steriles quidem sunt, qui bona opera non agunt. In torculari autem vna premiuntur, & vinum promulgatur. Quid est autem concupiscentia secularis, nisi vna reprobæ mentis? Quid vero est feruor peccandi, nisi liquor vini, qui peccatoris mentem æternorum bonorum immemorem facit? Dum enim ex concupiscentia cordis peccatum generatur, quasi in torculari de vna vinum produciunt. Ab Accaron ergo vsque Geth sublatae vrbes Israeli redduntur, quia bona agere negligentium & mala audacter perpetrantium mentes, quæ poenitendo ad dominum modo redeunt, tunc in communi electorum gloria splendida demonstrantur. Earum quippe mala in dei memoria nequaquam veniunt: quæ ipsi poenitentia afflictione delere obliti non sunt. Sequitur: Eratque pax inter Israelem, & Amorreum. Que est ista pax, nisi quam propheta Micheas asserit, dicens: Et erit iste pax in terra, cum venerit. Hinc Paulus ait: ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Quid est autem quod inter Israelem, & Amorreum pax ostenditur? Sed quid per Amorreum, nisi pars hominum reprobæ designatur? Qui vero per Israelem figurantur, nisi electi? Et quia electi in dextera dei, reprobi vero in sinistra futuri sunt, dum pax esse inter utrosque asseritur sanctorum beatitudo inelyta demonstratur: qui iustitiæ conditoris tanta æquitate conueniunt, ut de conspectu reproborum poena, nulla compassione moueantur. Dum ergo inter Israelem, & Amorreum pax esse ostenditur, non demonstratur bonum, quod commune cum sanctis habeant reprobi, sed quo muniantur electi. Vnde & sub Israelis specie per prophetam sanctæ ecclesiæ repromittitur: Qui posuit fines tuos pacem, & ad ipe frumenti satiat te. Pacem quippe ecclesiæ fines ponit: quia dum redemptoris potentia, eam in intimæ æquitatis celsitudinem erigit: per dolorem compassionis, perditorum miseria non affligit. Sed ad tantam beatitudinem quo pastorum studio, boni subditi promoueantur, exponit dicens: Iudicauit quoque Samuel Israelem omnibus diebus vitæ suæ. Qui sunt dies vitæ vniuersiusque doctoris, nisi virtutum spiritualium claritates? Omnibus namque diebus vitæ suæ Israelem iudicat, qui lucem iustitiæ, quam loquendo asserit: ad subditorum fidelium exemplum, perfectio-

ne representant bonæ conuersationis. Qui autem virtutum D spiritualium lucem non habet, quia ad docendum assumit bona conuersationis extraneæ, diebus profecto iudicat vitæ alienæ. De quibus profecto per prophetam dominus dicit: Ecce ego ad prophetas, qui furantur verba mea vniuersusque à proximo suo. Verba quippe furantur, qui bonum quod docendo prædicant, operando non sequuntur: quia veluti clam de alieno tollunt, quod dato proprii laboris precio suum nequaquam faciunt. Post denunciatam itaque futuram beatitudinem, qualis interim debeat esse fidelium pastor, ostenditur: quia omnibus vitæ suæ diebus Samuel Israelem iudicasse perhibetur. Perfectionis etenim viam male insinuat, si lucis iter quis voce volens pandere, actione tenebre fecit. Nam qui cunctos vitæ suæ dies ad indicandum Israelem contulerat, dicit: Non audeo loqui horum aliquid, quæ per me non efficit deus, inobedientia gentium verbo & factis. Iudicet igitur doctor, sed qui dies vitæ suæ inelytos habet: ut videlicet in se prius virtutum spiritualium radios bene viuendo foueat, quos prouidendis subditorum itineribus loquens administrat: quia & lucerna tunc iis, qui in domo sunt vtiliter ostenditur: si ipsa antea eo, quod sparsura est, bene repleatur lumine. Sequitur:

Et circuibat Bethel, & Galgal, & Masphath: & iudicabat Israelem in supradictis locis. Bethel dicitur domus dei: Galgal rota: Masphath (ut iam superius replicatum est) speculatio interpretatur. Quid ergo Bethel, nisi viros officio sacri altaris deputatos significat: qui dum spiritualibus studiis inhaerent, velut domestici, dei omnipotentis familiares sunt? Et quid Galgal, quæ rota dicitur, nisi cõiugatorum ordinem designat? Velut enim in rota circumeant, dum volubilis mundi curis, penitus carere non possunt. Et quid per Masphath, quæ speculatio interpretatur, nisi illi exprimentur, qui diuine contemplationi vacantes, solis supernis gaudiis inardescunt? Quid ergo est quod Samuel & Bethel, & Galgal, & Masphath, circuire dicitur, & in eisdem locis Israelem iudicare, nisi quia electus prædicator omnium electorum ordinum exempla lequitur, ut subditorum fidelium esse valeat censor doctor? Non enim esse poterit æqui examinis, si de exemplis præcedentium electorum designatur assumere quod decernit. Sed & per singulos annos ista circumeat, ut doctor prouidus ordinum singulorum perfectionem sigillatim respiciat: ut quo subtilius præcedentium bona viderit, præsentia disponere decetius possit. Ibi ergo, ibi iudicet Israelem, ut subiectos fideles, quos ad dei visionem erudit, illorum rectitudine corrigat, quos deo placuisse indubitater credit. Potest etiam per Bethel, quæ domus dei dicitur, vniuersa electorum ecclesia designari: per Galgal, quæ interpretatur rota, scriptura sacra. Quicquid vero in subditorum profectu doctor exhibet, aut de exemplo electorum accipit, aut magisterio sacri eloqui, aut reuelatione internæ, ac secretæ contemplationis. Samuel itaque Bethel circuire: cum prædicator ecclesiæ auctoritatem disponendorum operum, de exemplis maiorum querit. Galgal, id est rotam circuire, quando doctrinæ suæ auctoritatem, de magisterio sanctæ scripturæ comprehendit. Masphath quoque circuire: cum per secretæ contemplationis meditationem, reuelationem meretur suscipere veritatis. Ibi enim iudicat Israelem: quia quicquid subditis proponit ad normam rectitudinis, aut de exemplis electorum accipit, aut doctrina sacri eloqui, aut ex reuelatione internæ contemplationis. Quibus profecto verbis ostenditur, non tantum quæ doctor perfectus agat: sed etiam quia perfectus non sit, si agere hæc non possit. Nam si solum bonorum exempla nouerit, aut si sacre scripturæ etiam quis eruditus sit, & contemplationis reuelatione caruerit in ordine prædicationis vir perfectus non erit. Contemplatio enim virtus est, per quam non solum ipsa scriptura condita recognoscitur, sed per quam nondum condita conderetur: & per quam condita, ad dei voluntatem quotidie disponatur. Bene ergo dicitur: Et iudicauit Israelem in supradictis locis. Nam non solum in Bethel, & Galgal, sed etiam in Masphath: ut qui ad perfectionem prædicationis innititur, dum per humilitatem exempla maiorum sequitur, dum per studium sacri eloqui eruditione fulcitur: curet omnino necesse est, ut puritate mentis ea quæ disponenda sunt, cõtemplando cognoscat. Dei namque debet esse docibilis, qui suscepto

Hier. 23.

Rom. 15.

E

F

pto



1. Cor. 6.

Mich. 5.  
Eph. 2.

Iud. 147.

**G**pto prædicationis officio, docere homines cupit. Tamen sic præsumat de eo quod secretæ contemplationis eruditione instruitur: ut nec editas per spiritum sanctum scripturas fastidiat, nec sequi electorum exempli dedignetur. Samuel enim Bethel, & Galgal, & Masphath circuire describitur: ut alterum ab altero per discordiam nequaquam diuidatur: ut videlicet, & exëpla recipiat, quæ sacra scriptura approbat, & illas sacras scripturas, quas electi homines scripserant, recognoscat: atque eas reuelationes contemplationis à Deo sibi ostensas sentiat, quæ nec ab electorum operibus, nec à sanctæ scripturæ autoritate discordant. Sed & omne quod agit, ad rectitudinem redigat supernæ intentionis. Vnde & Iudith. Reuertebatur in Ramatha, ibi enim iudicabat Israel, & ibi erat domus eius. Vt longe supra iam diximus Ramatha interpretatur visio cõsummata: & supernorum ciuium illam beatam, & perfectam societatem significat: ad quam Samuel reuertitur, ne laboris sui onere deprimatur. In Ramatha quippe Samuel reuertitur, cum mens prædicatoris per amorem cœlestium reuelatur: nam inter officij sui onera tam immensa corrueret, si ad amorem cœlestium, per spei suæ desiderium non rediret. Reverti etenim prædicatoribus est, intentionem mentis suæ ad gaudia patriæ cœlestis reducere. Et ibi Israelem iudicant: quia supernæ patriæ pulchritudini, quam in mente retinent: fideles subditos facere conformes, prædicando student. Ibi iudicant Israel: quia ex illa iam perfecta ciuitate formam videntes trahunt, quam filiorum mentibus loquentes imprimunt: & quicquid illa pulchritudine indignum conspiciunt, ab eorum mentibus abscondere conantur. Et quia in illius beatæ patriæ gloria tota dilectione requiescunt, ibi eius domus esse perhibetur. Eius namque domus esse cognoscitur, in qua amando cõuersatur: Vnde & ille egregius prædicator gloriatur, dicens: Nostra conuersatio in cœlis est. Bethel namque circuit, Galgal, & Masphath, & in earum aliqua non habet domum, in Ramatha autem domum habet, quia doctores sanctæ ecclesiæ quicquid nunc accipiunt de exëplis electorum, quicquid de eruditione sacrorum voluminum, quicquid de altitudine supernæ reuelationis, transitoriè rimantur, ad adiutorium habent itineris, non ad amorem remunerationis. Illud vero quod in superna ciuitate diligunt, non ad profectum itineris, sed ad sufficientem, imò ad abundantem largitatem mercedis. Et quia illuc cuncta bona congregantur. Sequitur: Aedificauit ibi etiam altare domino. Quid est enim altare domini, nisi cor iusti? Veritatis autem iudicio dicitur: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Qui autem pro amore supernæ patriæ bona agit, dum ardentem ad ea quæ sursum cõgregat, peruenire desiderat, profecto altare ædificat, super quo quotidiani desiderij hostias incendat. Bene autem dicitur ædificauit ibi altare domino, quia ex incremento studij cœlestis, sicut flama crescit in corde boni desiderij, ita & velut additis lapidibus, altare sursum construitur, vbi deo hoc locausta offerantur amoris. Quod etiam ad lucrum animarum referri conuenienter potest. Doctor namque in Ramatha altare domino ædificat, cum subditorum merita in cœlo locat, & dum quotidiano eius studio electæ animæ ad cœlestia regna conscendunt, velut ad structuram superni altaris lapides mittuntur. Dicatur ergo de Samuele, dicatur: Aedificauit ibi altare domino: quia nimirum valde otiosum est doctoris studium, si per hoc quod ab illo in terris agit, cœleste ædificium non augetur.

Philip. 3.

Mat. 6.

I

LIBER QVARTVS.

Caput I.



**S**anctorum virorum facta præcedentium, sæpe electorum sequentium solatia sunt. Mira etenim dispensatione diuini consilij, & altissimæ conuersationis arce sic sublimati sunt, ut fortia agerent sibi, recta subditis prouiderent, sic sibi quandoque derelicti, ut ea quæ recta intentione disponerent, secundum dei prouidentiam recta non essent: quatenus illorum infirmitas, electorum sequentium firmitas fieret: quia etsi ut homines in disponendis sanctæ ecclesiæ negotiis falli possunt, ipse tamē ecclesiastica dispositione deserendæ non sunt. Ecce etenim dicitur: Factum est autem cum tenuisset Samuel posuit filios suos iudices Israel, fuitque nomen filij sui primogeniti Iohel, & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabeæ. Et non ambulauerunt filij sui in viis eius. Ecce qui prophetiæ spiritu plenus fuerat, quos iudices Israeli ponebat, quia post auaritiam postmodum declinare debebant, & munera accipere, & peruertere iudicium non cognouit. Quid ergo mirum si falli in disponendis ordinibus possunt, qui prophetiæ gratiam non accipiunt: si enim, qui prophetiæ spiritum habent, eundem spiritum ad disponenda cuncta non habent? Quis autem de tanto viro dubitet? quia si futuram peruersitatem filiorum prænosceret, eos utique forensibus honoribus non præferret. Qui ergo reprobos scienter prouehunt, hoc prophetæ exemplo sibi blandiri nequaquam possunt: quia tunc solum innoxie agitur, cum in eis, tempore quo promoti sunt, subsecutæ iniquitatis signa nulla patuerunt. Quare & aptè, qui iudices Israeli à Samuele positi sunt, cum ponerentur eius filij dicebantur: ut ex eo non solum per carnem credantur geniti, sed etiam conuersationis eius splendoribus adornati. Quare & eorum nomina cautè assignantur: ut ex titulo nominis, illa quæ tunc eis inerant, cognoscatur forma virtutis. Nomen inquit vni Iohel, alterius Abia iudicum in Bersabeæ. Sed & de illis qui post acceptam dignitatem declinasse ad auaritiam dicuntur, aperte ostenditur: quia antequam eiusdem dignitatis culmen attingerent, in eis futuræ prauitatis signa nulla videbantur. Sed ecce dum pastorum solatia attendimus, gregis autem dominici non praua pericula intuemur. Nam steterant subditi, sed in culmine prælationis positi prophetæ filij ceciderunt: ut si nobis sub cura maiorum positus indefinens sanctæ vitæ studium, aut securitas magnæ conuersationis ardeat, præesse tamen aliis, non habeamus in appetitu desiderij: sed in magnitudine timoris. Sed carnales quicquid sola visibilia attendunt, spiritalem sanctorum conuersationem cognoscere non merentur. Pastorum quidem sanctæ ecclesiæ culmen aspiciunt, sed cogitare nesciunt, quam inuiti illi intus decorem tollerent, quem in splendore culminis foris tenent, quod sublimitatem honoris in oppressionem magni sustinent oneris, quod magno desiderio fugiunt, quod exteriori ministerio prosequuntur. Testante etenim egregio doctore didicimus. Quod animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Vnde & tanto dementius carnalia sequens errat, quanto per discretionis virtutē spiritualia nulla iam penetrat. Et nonnulli tales in tantum dementiæ malum proficiunt, ut commouere ipsum etiam statum ecclesiastici culminis non vereantur. Vnde & sequitur: Congregati ergo vniuersi maiores natu ex Israel venerunt in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu tenuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis. Constitue super nos regem ut iudicet nos, sicut vniuersæ habent nationes. His autem, qui viuēbant sub spiritali regimine, regem petere, quid aliud est: quam eandem spiritalem prælationem in secularem dominationem transferre gestire? Sed sancti viri cum se à subditis contemni conspiciunt, non tam eis displicet quod contemnantur, quam quod contemptores sui deo non placent. Eorum quippe contemptu, suæ internæ gloriæ dari incrementa conspiciunt, sed augeri merita sua subditorum defectibus ingemiscunt, qui sic meritis vellent proficere, ut in æterna meritum retributione, secum eos, quibus præsumunt, habere potuissent. Quare & subditur: Displicuit sermo in oculis Samuelis eo, quod dixissent da nobis regem, ut iudicet nos. Hoc namque ei displicuit,

I

M

Corin. 2.



**A** splicuit, per quod displicere deo, qui loquebantur, existima-  
uit. Quia vero non simpliciter dicitur, displicuit sermo sa-  
mueli, sed in oculis Samuelis, & statim subditur. Et orauit  
samuel pro populo dominum, paulo subtilius ea nos consi-  
dere oportet. Sancti viri qui omnipotenti deo valde displicere  
metuant, in suis iudiciis faciles non sunt, sed cuncta prius  
rationabiliter intus ordinant, ut ea foris in opere irrepren-  
sibiliter disponant. Nam electionem accipiunt nullam iu-  
dici, si non probatur contemplatione rationis. Hos profecto  
oculos propheta dominus aperire volebat, cum dicebat: Vi-  
de oculis tuis, & auribus tuis audi. Hinc in euangelio discipu-  
lis dixit: Beati oculi qui vident, quae vos videtis. Oculi quippe  
sanctorum sunt intellectus rationis, referati per gratiam  
spiritus sancti. Et idcirco Samuelis esse dicuntur, quia carna-  
les quique, etsi per humanam sapientiam rationales esse viden-  
tur, ab huius lumine rationis eo caeciores sunt, quo illis solis  
oculis vident, quos serpens aperuit. Nam si spiritualium vir-  
tutum fulgorem aspicerent, eum profecto in ornatu suae men-  
tis habere desiderarent. Tantus siquidem decor earum est,  
ut visus nunquam non possit videntis desiderio concupisci.  
Sapientes ergo seculi cum se oculos rationis habere arbitran-  
tur, ex hoc cognoscere possunt, quam demeter insaniant, quia  
virtutum sanctarum pulchritudine non illi, earum profecto  
gloriam non solum cernere, sed nec summiari est. Sancti  
ergo viri, qui iam illuminatione sancti spiritus in interiorum

Exe. 40.  
Luce. 10.

**B** amore obligati sunt, mentis suae oculos ad videndam intimae  
claritatis gloriam tanto clariores habent, quanto de mundi  
caligine in desiderio nihil habent: & discernere carnalia ta-  
to rectius possunt, quanto longe a carnalibus assumpti in spi-  
ritus sancti gratia altius profecerunt. Vnde & apostolus Pau-  
lus de experientia tantae visionis sententiam protulit, dicens:  
Spiritualis iudicat omnia. Bene ergo dicitur: Displicuit ser-  
mo in oculis Samuelis, quia a viris spiritualibus nil ante de-  
spicitur, quam despiciendum esse per spiritalem mentis in-  
tuitum iudicetur. Et quia quo abundantiori gratia spiritus  
sancti pleni sunt, de virtutis suae celsitudine non praesumunt.  
Sequitur: Et orauit Samuel dominum. Quid enim domi-  
num orauit, nisi ut sibi dignaretur ostendere si tumultuantis  
populi petitioni assensum dare debuisset? Dixit autem  
dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quae  
loquuntur tibi. Non enim abiecerunt te, sed me, ne regnem su-  
per eos, iuxta omnia opera sua quae fecerunt a die qua eduxi  
eos de Aegypto usque ad diem hanc. Quia oranti prophe-  
tae dicitur, constitue super eos regem, plane ostenditur, quia  
an hoc faciendum esset, sibi reuelari postulauit. Et quia sub-  
dens ait: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. apte  
ostenditur, quantum sibi sermo displiceat, quae in oculis  
Samuelis displicuisse perhibetur. Quae convenientia iudicij

1. Corin. 2.

**C** in sanctis oritur ex virtute charitatis: quia dum ex tota men-  
te conditorem diligunt, & eius voluntati obedire deuote co-  
nantur, ex praemio supernae retributionis accipiunt, ut ab ea-  
dem dei omnipotentis voluntate aliter sentiendo non disere-  
pent, quam in bonis operibus semper tenent. Scriptum quippe  
est: Qui adharet deo, vnus spiritus est. Domino quippe ad-  
haret, qui precepta voluntatis eius facere semper studet. Sed  
vnus spiritus cum eo fit, quia ex diuturna deuotione pii ope-  
ris, in tantam gratiam diuinae cognitionis assumitur, ut ab in-  
terni eius aequitate iudicij per errorem mundani spiritus dis-  
sentire ultra non possit. Sed valde difficile respondetur, si  
quaeritur cur omnipotens deus & abiectum se in regis peti-  
tione conqueratur, & tamen id quod petebatur fieri decer-  
nat. Rursumque si dignitas regia ordinanda fuerat, cur velut  
indignata dei maiestate fuerit permessa. Et cum prouisus rex  
eligi decernatur, cur reprobatus eligatur? Quid ad haec ali-  
quid respondere possumus, nisi id quod apostolus Paulus, in-  
effabilem abyssum iudiciorum dei perscrutari audentibus,  
respondit: Homo (inquit) tu quis es, qui respondeas deo.  
Sed si hoc efficaciter dissimulare non possumus, tangere inquie-  
rendo possumus. An fortasse abiectum se in regis petitione  
conqueritur, pro reprobata voluntate male petentis populi: po-  
tius rex conceditur, pro vindicta: Quod si rationabiliter di-  
citur, dum vtrunq; posuit, & culpam, & vltionem pariter osten-  
dit. Ex reprobata quippe voluntate iniusta postulasse conuin-

1. Corin. 6.

Rom. 9.

ditur, qui abieciisse conditorem petendo monstratur. Culpam D  
ergo male petitionis, insecuta est poena districtae aequitatis.  
Magna etenim vindicta est, quae ex districtione procedit in-  
terni examinis: quando reprobata mens sic proicitur, ut quod  
male deliberat, agere permittatur. Qui ergo in petendo rege  
dominum abieciisse conuicti sunt, dum id eis permitteretur a-  
gere, per quod a se dominum abiecerent: grauior poena non  
erat, quae hic plecti debuissent. Quo in loco notandum est, quia  
abiectionem prophetae dominus suam facit. Non enim simpli-  
citer dicit abiecerunt me, ne regnem super eos: sed non te ab-  
iecerunt sed me, ne regnem super eos, ut profecto ostendat,  
quia in persona electi praefulus ipse suis subiectis praemi-  
neat, & cum ad spirituale culmen electorum carnalis rector  
assumitur, ipse abiecti videtur, cuius praecpta dissipantur. Er-  
go quae reuerendi sint optimi pastores sanctae ecclesiae liquet.  
Ecce enim dum fideliter deo seruiunt, tanto ei amoris vincu-  
lo coniunguntur: ut quicquid eis ingeritur, diuinae iniuriae  
adscribatur. Vnde & in euangelio primis ecclesiae pastori-  
bus dicit: Qui vos spernit, me spernit. Vbi etiam aliquid gra-  
uius cernitur: quia cum abiectum pastorem conqueritur, ab-  
ficientium peccata omnia, & parentum etiam mala memoran-  
tur. Iuxta omnia (inquit) opera sua, quae fecerunt a die  
qua eduxi eos de terra Aegypti. Summum namque crimen  
agnoscitur, ad cuius discussionem in dei memoria praeterita  
cuncta peccata reducuntur. Et abiectum ergo se dominus co-  
nqueritur, & tamen ordinare in quo abiectur concedit: quia  
cum districtae aequitatis suae virtutem exequitur, ab eo car-  
nalia desideria impleri per eius misericordiam nequaquam  
prohibentur. Sed & quae concedi dignitas pro vindicta po-  
tuit, non tranquilla maiestate diuinitatis concedi debuit, sed  
velut indignata. Indignatam vero maiestatem dei non in seip-  
sam asserimus, quae passioni non subiacet: sed quia dum cul-  
pas discutit, indignationis verba per scripturas dicit. Item  
quia in typum carnalium praetorum assumitur, reprobatus  
rex eligatur, non electus. Vel fortasse idcirco reprobatus  
rex eligatur, ut electus successor eius rex David in eo cogno-  
sceret, quid cauere debuisset. Sic nimirum & de illa angelo-  
rum curia legimus, quia de apostata primo angelo scribitur,  
ipse est principium viarum dei: sed qui ante omnia con-  
ditus est, per superbiam cecidit: & in eius ruina sancti angeli  
didicerunt, quae virtute stare potuissent. Quod nimirum, qui  
apertis rectae fidei oculis, intueri poterit, pariter attendit: quia  
omnipotens deus etiam tunc magnae misericordiae dona tri-  
buit, cum vindictam irrogat: quia dum reprobos punit, san-  
ctos erudit: ut vnde illi deficiunt, isti in suis profectibus adiu-  
uentur. Districto siquidem iudicio permittit mala fieri, sed  
misericorditer prouidet de his malis, quae per iudicium stro-  
gat, quae bona facere disponat. Nam quae maior culpa quam  
illa, quae omnes morimur? Et quae maior bonitas quam illa  
per quam a morte liberamur? Et quidem nisi Adam pecca-  
ret, redemptorem nostrum carnem suscipere nostram non o-  
porteret. Non enim venit vocare iustos, sed peccatores ad pe-  
nitentiam. Si ergo pro peccatoribus venit, si peccata deessent,  
eum venire non oporteret. Si peccata, ad quae delenda venisse  
credidit, per iustitiam dei permissa esse sentiuntur: dum pro  
peccatoribus deus homo nasciturus erat, ex illo malo quo  
morituri erant, bonum quod malum illum vinceret, omnipo-  
tens deus sese facturum prouiderat. Cuius profecto boni ma-  
gnitudo, quis fidelis non videat, quam mirabiliter excellat?  
Magna quippe sunt mala, quae per primae culpae meritum pa-  
timur, sed quis electus nollet peiora perpeti, quam tantum re-  
demptorem non habere? Eligatur ergo rex, sed reprobatus,  
eligatur veint in indignatione, non voluntate dei, subsequa-  
tur ergo rex iuxta cor dei, ut ex iudicij eius districtione vlti-  
ditae malum procedat in reprobos, & bonum, quod ex malo  
facturus erat, per largitatem diuinae gratiae redudet in pios,  
dum illi in malo, quod cupiunt, cadere permittuntur, sed vnde  
se illi praecipitant agitur, ut alij nequaquam cadant. Sed  
quia his verbis iudicium diuinae districtionis asseritur, videamus  
iam quanta dispensatione vtitur, ne id male deliberantes  
agant, vnde puniantur. Nam sequitur: Nunc ergo audi  
vocem eorum: Veruntamen contestare eos, & praedicare eis tus  
regis, qui regnaturus est super eos. Quasi aperta ostensione  
clementiae

Luce. 10.

E

10h. 40.

34. lib. 4. v. 6.  
c. 13. v. 1. in 99.  
F ps. 1. v. 1. misit ante  
Christum in-  
carnari non  
oportuisset,  
nisi Adam  
peccasset.

**C**lementia dicat. Sic audi voces eorum, ut tamen ipsi prius de iure regis, quem petunt audiant, quod expauescant, & velut tunc male coepta deserant, cum quam sit res onerosa, cognoscitur, quam petebant. Sequitur. Dixit itaque omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem, & ait. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & persecutores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum & fabros armorum, & currum suorum, filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas, agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & tegetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, inuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo, greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Cum a carnalibus subiectio quaeritur, profecto quicquid praecipitur eis graue est, & si non sit difficile, quia cum ex superbia tumore habeant, ut propriae voluntatis arbitrium sequantur, quicquid eorum deliberationi obuiat, grauissimum peulant. Iam vero cum dura & contraria iubetur, quae eis est moles oneris: qui tumor cordis: cum ferre etiam blanda, & leuia vix nolentes possent, quae si vellet, facillime pertulissent. Videamus ergo stultae audaciae hominis, quam digne respondeat pia dispensatio conditoris. Iura hominum proponuntur contemnentibus iura Dei, & his qui mitia & salubria diuinitatis consilia spreuerant, dura & importabilia humanae seruitutis onera praedicuntur, ut ex his secum rationem facerent, quam intolerabilia essent imperia hominis eis, qui non tam imperantis quam monentis Dei, ne id peterent, consiliis obedire noluisse. Sed habent corda carnalium temeritatem ex incremento audaciae, habent duritiam ex simulationis ratione. Ex temeritate quidem facile agenda deliberant, sed quia quod male proponunt, non intelligunt, meliorum consiliis adiuuari non possunt. Quare & hic quoque subditur. Noluit populus audire vocem Samuelis. Et dixerunt nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Magnae quidem temeritatis extitit, contra dei voluntatem regem petere, magnae duritiae consiliis prophetae vinci non posse. Magnae temeritatis fuit ei rationes proponere, quem sciebant cuncta quae acturus erat, reuelante domino prius scire: magnae duritiae illi non acquiescere, quem nouerant ea tantum, quae domino reuelante didicerat, imperare. Nam quid est quod respondentes dicunt: Nequaquam, sed rex erit super nos? Sed qui nequaquam dicunt, profecto id negant, quod audiunt. Aperte ergo in hoc verbo ostenditur, quia ad hoc propheta graue ius regis exposuit, ut nequaquam peteretur. Ius vero regis audiunt, & id propter quod exponitur detestantur, ut reproborum cordium profectus exprimat, in quibus mali propositi consummatio est, & inconuertibilitas voluntatis, sed nos antiqua tempora reprehendimus, qui nostra videre non curamus. Quae nimirum tempora, quo senescente mundo, vetustiora sunt, eo & in pluribus per teporis, ac negligentiae vitium remissiora. Tanto etenim audacius nunc mala proponimus, quanto iam cum robusta iuuentute seculi, robur exaruit humanae conditionis: tanto difficilius quod male est propositum reuocamus, quanto ex laxato vigore spiritus, mens nostra carnalis efficitur. Ita enim sunt humani lapsus, ut quod in spirituali virtute deficit, in carnali vita roboretur. Omnia quidem haec iuxta egregij doctoris vocem, in figura contingebant illis. scripta sunt autem propter nos. Iam quidem aperte cognoscimus horum Israelitarum audaciam, quae diuinae indignationis iudicia secuta sunt: & tamen contra voluntatem dei, contra praelatorum sanctae ecclesiae consilium agenda proponere non timemus. In malo quoque proposito reprehensi resistimus, & salubria maiorum consilia insuperabili malo peruicacia vincere conamur. Videmus quanti mali incrementum sit, pereuntes aspicere, & sequi ad perditionem eorum vestigia non timere: penales laqueos mortis incurrentes cernere, & eisdem laqueis irretiri, nequaquam metuere. Et illi quidem

Regis iura

H

I

1. Corin. 10.

contra domini voluntatem regem petierunt, sed a regia dignitate postea actum est: ut populus, qui deum abiecerat, idola coleret, simulachra adoraret. Quam reuerenda ergo sunt maiorum consilia cernimus, si hoc sollicitè consideramus: quia qui ea despiciere ausi sunt, hoc se non prouiderunt agere, ut de tam profundo erroris pelago demergi potuissent. Merito igitur se abiectum dominus in regis petitione conqueritur, merito regiam dignitatem concedit indignatus. Tanta quidem erat iniquitas postulantium, ut cum illud peterent, per quod a deo recederent, ex dei iudicio permitti posset, prohiberi non posset. Quia vero haec iuxta literam diximus, quid etiam spiritualiter designent ea quae continentur in iure regio, videamus.

Caput I I.



Abiecto etenim Samuele, rex petitur: quando reproba multitudo populi spirituales pastorem despicit, & praesse sibi carnalem quaerit. Cum quibus saepe diuinae aequitatis districtio agit, ut eo ipso quod electum predicatorem despiciunt, iubesse reprobo permittantur: ex cuius imitatione tanto deterius

pereant, quanto maiori superbia id, ex quo viuere in aeternum poterant, audacius contemnebant. Cum ergo ius regis praedicatur, nimirum in vniuersa carnalis praepositi conuersione ostenditur, quod carnales caeteri ex tyrannide acturi sunt, non quod electi debeant imitari. Nam in eadem Regum historia legitur, quia cum rex Achab Naboth vineam abstulit, iura dei omnipotentis incurrit. Hic vero cum ius regis praedicatur, agri, vineae, & optima oliueta tollenda esse memorantur. Cum ergo hic praedicatur, quod commissum illic punitum est: ostendit, quod diuino iudicio non iubetur. Quare & electus rex David cum ad edificandum altare domino, Ornam Iebusaei aream peteret, regio illo tyrannorum iure non uti voluit: cum eam accipere nullatenus acquiesceret, nisi ante pro ea dignum precium dedisset. Quia igitur ea, quae in iure regio continentur, vitanda potius quam imitanda praedicantur, eo subtilius considerata sunt, quo vitari nequeunt si nesciantur. Ait ergo: Filios tollet, & ponet in curribus suis. Filij electorum ij sunt, qui eorum virtutes imitantur. Currus etiam carnalium praelatorum sunt, fastus mundanae elationis. Nam dum caeteris se sublimiores esse gloriantur, quasi curribus vecti, per alta gradiuntur. In curribus ergo fidelium filij ponuntur, quando pastores reprobos, per appetitum mundanae gloriae sequuntur: cum relictis spiritualibus studiis, carnalis vitae commoda experunt: & deposita illa sublimi intentione coelestium, alta seculi assequi conantur. Bene itaque non in curru, sed in curribus ponendi Israelitarum filij dicuntur: quia ex omni, quod praecellit in carnalium praelatorum culmine, proficiunt in elatione, & quasi tot sublimibus curribus in alta se eleuant, quot alta conspiciunt, quibus aliis se superiores putant. Bonorum ergo filios rex in curribus ponit, quando carnalis rector electorum imitatorum exemplo iuxta prauiditatis ad elationis vitia pertrahit, ut coelestia postponant, terrena appetant, & in hoc solo gaudeant, si ex eo, quod temporaliter altum voluitur, caeteris praeferrantur. Et quia contra minores non solum erecti, sed etiam fortes sunt.


Sequitur: Et faciet sibi equites. Velut enim in equis saeuunt, qui & sublimes sunt dignitate, & potentia truces. Equites quoque sunt, quia dum feroces cordis sui motus contra impotentes dirigunt, ad omne, quod per tyrannidem exercere appetunt, veloces sunt. Anhelant quippe impetu, spumant rabie, & quos cursu tyrannidis impetunt, elidunt. Sed dum in pastoribus reprobis alij mundanae elationis fastus aemulantur, alij eorum exemplo quos valent opprimunt, nonnulli etiam sunt qui ad exercenda mala, quae per seipsos bonis inferre nequeunt: nequiores se alios introducunt. Unde & sequitur:

Et praecursores quadrigarum suarum. Quae sunt enim quadrigae regis, nisi peruersae mentes malorum subditorum, in quorum consiliis praelatus reprobos requiescit? Quadrigae etenim sunt, quae reges portant: dum per iniqua consilia prauorum,

3. Reg. 21.

1. Par. 4. 21.

M



**A** prauorum, acta rectorum adiuantur. In eis quippe quasi per  
sublime rex ducitur: cum per eos, qui ad temporales honores  
eis fauent, quicquid carnales prappositi de altitudine seculi  
in desiderio volunt, exequentur. Qui recte quadrigarum no-  
mine designantur. Quadriga enim inde fiat vnde voluitur:  
quia reprobam mens finem lux intentionis habet seculi volu-  
bilitatem. Inde quidem requiescit, quo per innumeras curas  
mentis rotantis mundi negotia ventilare non desinit. Regum  
ergo quadrigae sunt, dum per omne, quod altum volucendo  
cogitant, in se carnalium prappositorum iussa portant. Sed  
qui locum familiaritatis iuxta carnales praelatos habent, ha-  
bent minores quibus imperent. Ipsi ergo velut quadrigae re-  
gis sunt, illi praecursores quadrigarum: quia eo modo, quo  
carnalem prappositum ad opprimendos humiles inuehant,  
ipsi quoque ad nocendum quibus possunt, per aliorum mini-  
sterium deducuntur. Quasi enim quadrigarum praeursor  
est, qui iniqua mentis suae versutia artem cogitat, per quam  
illum ad inferenda mala miribus introducat. Si vero ut ple-  
rique codices habent, non praecursores, sed persecutores qua-  
drigarum legimus, profecto ij sunt qui reprobos ad malum  
currentes inuadunt. Quadriga etiam honoris causa portari  
regibus solet. Quasi ergo in quadriga rex sistitur, quando  
carnalis rector de maguorum, qui videntur iuxta se, adula-  
tionibus gloriatur. Qui vero illos in eorum laudibus praece-  
dit, aut sequitur, praeursor seu persecutor est quadrigarum,  
quia adulationes isti vel post, vel antea proferunt, quas illi  
in auribus populi praecundo, aut subsequendo sparsere. Se-  
quitur: Et constituet sibi tribunos, & centuriones.) Tribu-  
ni, & centuriones fiunt, cum in tantum mali profectum ve-  
niunt, ut ad exequenda tyranni imperia, impis satellitibus prin-  
cipantur, cum mundanarum vitium acies ordinant, quas ad  
innocentium bella producant. Tribuni quidem sunt, qui per  
plures sibi fautores recte viventibus insidiantur. Centuriones  
vero sunt, qui nulla nocendi genera praetermittunt. Ex eo e-  
nim perfectionem iniquitatis obtinent, quo multa, & ingen-  
tia mala quae possunt, inferre semper student. A centenario  
quippe numero centurio dicitur. Et quia centenarius nume-  
rus perfectionem significat, in mala parte perficitur, quando  
ad summam nequitiae ab impiis peruenitur. Qui nimirum cal-  
liditate suaves sunt, terrore violenti. Suauiter quidem blan-  
diuntur aliis, ut eorum auxilio terrore alios serociter possint.  
Bene itaque subditur: Et aratores agrorum suorum, & mel-  
iores segetum.) Carnalis prappositi agri mentes sunt subdi-  
torum: aratores vero horum agrorum suorum, qui arte secula-  
ris ingenij, eis suadent acta prauitatis. Velut enim agrorum  
soliditatem loquendo aperiuunt, qui per reprobam consilia sim-  
plicium corda corrumpunt. Et segetes metunt, quando semine  
pravi consilij decepta corda minorum, fructum reddunt  
mala operationis. Quae profecto opera segetum appellatione  
designantur: quia peruersitas reprobi subditi, dum a car-  
nalibus rectoribus gaudenter excipitur, eorum quasi electus  
est cibus metis. In qua certe peruersitate, quia paulatim pro-  
ficiunt. Sequitur: Et fabros armorum, & curruum suorum.)  
Quae sunt arma & currus tyrannorum, nisi illa omnia nocen-  
di instrumenta, quae ad euertenda corda minorum prae-  
parantur? Sed quia curru peruenitur, quo armis feriantur: armo-  
rum & curruum regis fabri fiunt, quando nequissima cor-  
dium suorum machinatione inueniunt, & mala quae agant, &  
eadem mala inuenta qualiter inferant. Arma quippe fabricare  
est, nocendi genera reprobam mente colligere. Et curru fabri-  
care est, ad eadem mala inferenda arte, qua accedere possint,  
inuenire. Sequitur: Filias quoque vestras faciet vnguentaria-  
rias, & focarias, & panificas.) Filiarum nomine infirmorum  
mentes intra sanctam ecclesiam posita designantur. Quae re-  
gis vnguentariae fiunt: quia dum carnales prappositos in cel-  
itudine gloriae transcuntis aspiciunt, eos delinire adulationi-  
bus conantur. Horum profecto vnguentorum vsum Psal-  
mista reprobans, ait: Oleum peccatoris non impinguet caput  
meum. Filiae ergo vnguentariae fiunt: quia dum carnalibus  
prappositis infirmi displicere metuant, eorum feritatem, cui  
timendo subiacent, blandimento demulcent. Et notandum quia  
filij prius dicuntur a rege tolli, & sic equites, & centuriones,  
sive armorum fabri fieri: filiae vero non tolli, sed simpliciter

vnguentariae, & panificae fieri. Tolli etenim violentiae est. Fi-  
lij ergo tolluntur, quia robusti difficile euertuntur. Dum igitur  
tur filiae non tolli, sed vnguentariae fieri perhibentur, quid est  
aliud, nisi quia qui infirmi in bono sunt, per exempla prauo-  
rum facile dissipantur? Quae etiam focariae, & panificae regis  
fiunt: quia qui tyrannis adulando seruiunt, dum fauendo pla-  
cent, velut cibos exhibent. Focariae etenim sunt, quae focus co-  
quunt, quae reges comedunt. Focariae ergo sunt, quae per ob-  
sequia laueris carnali prapposito accendunt tumorem cordis:  
ut eo audacius fauores excipiant, quo velut deliciae sibi  
cibos ignis excitatae deuotionis parat. Quae etiam panificae  
fiunt: quia dum reprobam vitam laudant, carnalem mentem  
tyranni ad exercendam prauitatem roborant. Sequitur:

Agros quoque vestros tollet, & vineas, & oliueta, & da-  
bit seruis suis.) Qui sunt agri bonorum, nisi deuotae mentes  
subditorum: quae dum eorum verba libenter audiunt, bono-  
rum operum vberem fructum reddunt? Quae autem vineae  
eorum, nisi mentes eorum ita imitatione proficientium, ut e-  
tiam aliis verbum vitae praebant: & quos loquendo in amo-  
rem conditoris accendunt, velut potando ebrios faciunt. Quae  
vero oliueta sunt, nisi corda auditorum: qui bonorum exem-  
plo, & exhortatione proficiunt in opus misericordiae: sed dum  
rex constituitur agri tolluntur: quia dum carnales perueniunt  
ad culmen regiminis, nonnulli bonorum auditores exempla  
suscipiunt prauitatis. Tolluntur ergo agri, cum nuper deuota  
corda seducuntur: quando ex nequitiae semine fructum red-  
dunt in maligna conuersatione. Oliueta, & vineae tolluntur,  
cum exemplo mali prappositi misericordiae opera, & sanctae  
praedicationis verba exhibenda, & loquenda deseruntur. Be-  
ne autem seruis regis dari ablati agri, & vineae, & oliueta me-  
morantur. Serui quippe sunt, qui dominorum iuri semper sub-  
diti, euadere nequeunt iuga dominationis. Serui itaque sunt  
regis, qui per abundantem iniquitatem, sic se tyrannorum vo-  
luntatibus obligant, ut ab eis ulterius non recedant. Ablatos  
ergo agros, & vineas, & oliueta serui suscipiunt: quia repro-  
bi fautores praelatorum carnalium, dum decepta corda in p-  
positum transferunt prauis operis, velut electorum agris, vi-  
neis, & oliuetis titulum imponunt tyrannice potestatis. Se-  
quitur: Sed & segetes vestras, & vinearum redditus adde-  
cimabit, ut det Eunuchis & famulis suis.) Cum mali prae-  
sunt, difficile valde est, ut eis subiicitur, nulla religionis dama-  
na patiatur. Aliorum nanque mentes omnino pereunt: sed ij,  
quos peruertere penitus nequeunt: dum incessanter & verba,  
& opera eorum praua conspiciunt, qualicumque sorde macu-  
lantur. Bene ergo dicitur segetes vestras, & vinearum reddi-  
tus addecimabit. Quasi dicat, sub pastore reprobo, electorum  
etiam bona integra non sunt. Sed quod bonis demitur, eunu-  
chis, & famulis regis datur. Eunuchi, & famuli carnalium  
praelatorum, sunt eius auditores hypocrite. Eunuchi quidem  
sunt, quia secularem voluptatem se abiicisse ostendunt, sed  
regis sunt famuli, quia per omne quod de virtutibus se habe-  
re simulant, in se reproborum prappositorum impositum iu-  
gum portant. Bene autem segetum, & vinearum decime eu-  
nuchorum esse referuntur: quia hypocritarum virus leuiter  
non agnoscutur. In quo dum sancti etiam viri possunt decipi,  
quod perdunt, illis adscribitur, quorum fraude capiuntur.  
Sequitur: Seruos etiam vestros & ancillas, & iuvenes opti-  
mos, & asinos auferet, & ponet in opere suo.) Serui, & ancil-  
lae sanctorum sunt, qui eis temporalia necessaria submini-  
strant. Serui, & ancillae sunt, quia dum eis corporum necessa-  
ria tribuunt, in eodem opere misericordiae, alij aliis robustio-  
res sunt. Et optimi iuvenes, quia & qui multum, & qui parum  
possunt, dum omne quod preualent, in opere misericordiae ex-  
pendunt, velut electi iuvenes diuina seruitia valenter operan-  
tur. Asini quoque electorum sunt, quibus ferenda onera obe-  
dientiae imponuntur, ut eorum fragilitatem adiuuent, dum ea  
cum eis portant, quae sine eis portare nequaquam possent.  
Quid est autem, quod in opere regis ponendi predicantur?  
Sed qui in opere regis ponuntur, diebus constitutis, debitum  
persoluant angariae, iuri publice potestatis. Quid est ergo  
quod in opere regis serui & ancillae, & iuvenes optimi ponendi  
predicantur, nisi quia praegnantibus carnalibus, & elec-  
torum ministri, & deuote obedientium corda plerumque macu-  
culantur?



**G**culatur? Nam dum reprobam eorum vitam indefaucter aspiciunt, paulatim sic decidunt, ut aliquid de eorum factis imitentur. Ex longo quidem usu electis seruiunt, sed dum saepe vident eorum excellentiam culminis, serui sibi ab aliis quandoque appetunt per impullum elationis. Sua quoque misericorditer tribuunt, sed tyrannorum saepe exemplo aliena tollunt. Sed quia serui sanctorum sunt, de luce eorum exire non possunt. Ad horam quidem possunt deseri, sed ab errore in quem decidunt, per diuinam misericordiam facile subleuantur. Quia ergo per exempla prauorum corruunt, qui cito resipiscunt, velut per angariam ponuntur in regis opere, in quo diu non permanent per continuam seruitutem. Sequitur.

**G**reges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.) Quasi dicat, dum pastor vobis carnalis praepositus, non solum vestris, sed etiam vobismetipsis virtutum praedae inferuntur. Greges etenim electorum, sunt turbae virtutum spiritualium. Quia vero & ipsae spirituales virtutes exemplo prauorum dissipantur, rex decimas tollit gregis, quando is qui carnaliter praeminet, in sanctorum cordibus aliquas virtutes perimit. Decimas tollit, quia dum mentis integritatem dissipat, virtutum numerum imperfectum derelinquit. Denario quippe numero perfectio designatur. Vnde & cum lapsa humanitatis nostrae damna Dominus aperta comparatione ostenderet, mulierem, quae de decem dragnis vnam perdidit, in medium ducit, ut per hoc quod denarius numerus periisse ostenditur, superna illa societas, quae nouenario numero remansit in Angelis, sine reparatione conditionis nostrae, imperfecta esse doceatur. Et quia decimae per annos singulos exiguntur, apte qui decimas offerre non desinunt, serui esse regis perhibentur. Eis quippe per annos singulos seruiunt, quorum exemplo saepe peiores fiunt. Possunt & per hoc quod post datas decimas serui ista asseritur, mali profectus ostendi. Nam qui paulatim deficiunt, quotidie agunt, vnde ad iniquitatis profunda deducantur. Dicit ergo: Greges vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.) Quasi dicat: Malorum exemplo paulatim decidetis, sed cadendo agitis, ut ab eorum imitatione nunquam recedatis. Scriptum quippe est: A quo quis viuicatur, eius seruus efficitur. Quia enim per imitationem pastoris reprobi, in peccati seruitutem incidunt, etiam ab eius iugo quando volunt solui non possunt. Vnde & subditur: Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa, quia petistis vobis regem.) Quasi dicat, in notitiam praeuae imitationis eius paulatim defecistis: sed prauitatis eius exempla, quibus vos sponte submittitis, relinquere sponte minime potestis. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Quibus ergo peccata dominantur, per se ab eorum iugo liberari nequeunt. Nam saepe ad dominum cum precibus veniunt, liberari petunt, sed exaudiri non possunt. Diuino siquidem iudicio cum eis agitur, ut qui noluerunt mala vitare, cum possent non possint vitare, cum volunt: & qui sponte incurrunt mala praecognita, fugere non possint experta. Quare & causam insinuans, qua exaudiri prohibeantur, ait: Quia petistis vobis regem.) Quasi aperte dicat: Quia illud vobis dari postulastis, in quo haec omnia futura, me praedicente, cognouistis. Haec (ut superius dixi) in typo praelatorum carnalium, de futura regis conuersione praedicantur: ut ab eius petitione quiescerent, in quo tanta mala cognouissent. Sed habent corda reproborum, ut malum cito proponant: & a malo proposito non celerius resipiscant. Quare & subditur:

**LUC. 15.** **H** Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.) Quibus profecto verbis mores subditorum carnalium aperte describuntur: quia dum exteriora appetunt, interiora damna etiam exposita non attendunt. Sed qui carnaliter praesunt, ipsa ostensione temporalis potentiae subditis sibi minoribus magnam spem dant tutelae. Dum ergo dicunt rex erit super nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: quid aliud, quam reproborum subditorum mores insinuant, qui humiles, & spirituales praedicatores despiciunt: ut temporaliter a carnalibus adiuuentur. Quod certe nullatenus agerent, nisi prius lumen cor-

**2. Pet. 2.** quo quis viuicatur, eius seruus efficitur. Quia enim per imitationem pastoris reprobi, in peccati seruitutem incidunt, etiam ab eius iugo quando volunt solui non possunt. Vnde & subditur: Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa, quia petistis vobis regem.) Quasi dicat, in notitiam praeuae imitationis eius paulatim defecistis: sed prauitatis eius exempla, quibus vos sponte submittitis, relinquere sponte minime potestis. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Quibus ergo peccata dominantur, per se ab eorum iugo liberari nequeunt. Nam saepe ad dominum cum precibus veniunt, liberari petunt, sed exaudiri non possunt. Diuino siquidem iudicio cum eis agitur, ut qui noluerunt mala vitare, cum possent non possint vitare, cum volunt: & qui sponte incurrunt mala praecognita, fugere non possint experta. Quare & causam insinuans, qua exaudiri prohibeantur, ait: Quia petistis vobis regem.) Quasi aperte dicat: Quia illud vobis dari postulastis, in quo haec omnia futura, me praedicente, cognouistis. Haec (ut superius dixi) in typo praelatorum carnalium, de futura regis conuersione praedicantur: ut ab eius petitione quiescerent, in quo tanta mala cognouissent. Sed habent corda reproborum, ut malum cito proponant: & a malo proposito non celerius resipiscant. Quare & subditur:

**IOAN. 8.** Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.) Quibus profecto verbis mores subditorum carnalium aperte describuntur: quia dum exteriora appetunt, interiora damna etiam exposita non attendunt. Sed qui carnaliter praesunt, ipsa ostensione temporalis potentiae subditis sibi minoribus magnam spem dant tutelae. Dum ergo dicunt rex erit super nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: quid aliud, quam reproborum subditorum mores insinuant, qui humiles, & spirituales praedicatores despiciunt: ut temporaliter a carnalibus adiuuentur. Quod certe nullatenus agerent, nisi prius lumen cor-

**I**liberari petunt, sed exaudiri non possunt. Diuino siquidem iudicio cum eis agitur, ut qui noluerunt mala vitare, cum possent non possint vitare, cum volunt: & qui sponte incurrunt mala praecognita, fugere non possint experta. Quare & causam insinuans, qua exaudiri prohibeantur, ait: Quia petistis vobis regem.) Quasi aperte dicat: Quia illud vobis dari postulastis, in quo haec omnia futura, me praedicente, cognouistis. Haec (ut superius dixi) in typo praelatorum carnalium, de futura regis conuersione praedicantur: ut ab eius petitione quiescerent, in quo tanta mala cognouissent. Sed habent corda reproborum, ut malum cito proponant: & a malo proposito non celerius resipiscant. Quare & subditur:

**N**oluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.) Quibus profecto verbis mores subditorum carnalium aperte describuntur: quia dum exteriora appetunt, interiora damna etiam exposita non attendunt. Sed qui carnaliter praesunt, ipsa ostensione temporalis potentiae subditis sibi minoribus magnam spem dant tutelae. Dum ergo dicunt rex erit super nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: quid aliud, quam reproborum subditorum mores insinuant, qui humiles, & spirituales praedicatores despiciunt: ut temporaliter a carnalibus adiuuentur. Quod certe nullatenus agerent, nisi prius lumen cor-

dis amisissent? Nam si spiritualium visorum humilitatem foris despiciunt, sed qua potestatis sublimitate intus emineant, cernere non merentur. In illis quoque externam potestatis tyrannidem vident, sed qua infirmitate intus deprimantur non vident. Isti quia deo adherent, cum volunt, etiam in exterioribus potentes sunt: illi quia a domino recedunt, spem quam promittunt de potentia seculari, exhibere non possunt fortitudine operationis. Nam ut de vicino exempla capiamus, Saul ad pugnanda bella regem postulantium, fortis, & potens eligitur: ita ut sacra hac historia teste, ab humero, & sursum populo vniuerso emineret: a deo igitur ad regni gubernacula electus, cum bonus existeret, & de filiis Israel aliquis melior illo non esset, tamen cum tantus, ac talis vir carnali fortitudini relinquitur, bella perdidit, quae pugnaturus acceperat, & vitam pariter amisit. Samuel autem, qui seculi potentia sublimis non extitit, qui humiliter non solum deo, sed etiam hominibus ministravit: de exterioribus quoque bellis trophaea potenter exhibuit. Nam non valde supra de eo dictum est: Tulit Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum domino, & clamauit Samuel ad dominum pro Israel, & exaudiuit eum dominus. Factum est autem cum Samuel offerret holocaustum domino, Philistinim finire praelium contra Israel. Intonuuit autem dominus fragore magno in die illa super Philistinim, & exterruit eos, & ceteri sunt Philistinim a filiis Israel. Dicit ergo: noluit populus audire vocem Samuelis, ut in eorum inobedientia superborum corda designentur, sic diuinae aequitatis iudicio proiecta, ut magna mala imminuant, quae incursum sunt: sed tamen ea videre non possint. Sequitur: Et audiuit Samuel omnia verba populi.) Hoc profecto Samuel audiuit, quod populus locutus est, sed ipsum populus non audiuit. Populo enim reprobo loqui, & non audire fuit, verba contra dei voluntatem promere: sed poenam praeuae locutionis minime praevidere. Samuel autem populi verba audiuit: quia spirituales viri dum superbae locutionis voces audiunt futurum in eis diuinae vltionis meritum recognoscunt. Dicit ergo audiuit Samuel omnia verba populi, quia sancti, ac spirituales viri quicquid carnales superbe fortis insonant, quale sit in diuino iudicio intus pensant. Sed quia dum carnalium subditorum damnabilem vitam reperiunt, pro delendis eorum criminibus intercedunt. Sequitur: Et locutus est ea in auribus domini.) In eorum auribus loquitur, apud quos magna familiaritatis gratiam habemus. Sancti autem viri, quia omnipotenti deo in magni amoris vinculo coniuncti sunt, ei in auribus loquuntur, quia diuinae propiciationis eius auditum tanto fiducialius exposcunt, quanto apud eius misericordiam impetrandi locum sublimius acceperunt. Peccata vero populi loquuntur pro humilitate confessionis, sed in auribus loquuntur domini, quia cum magno affectu precis, ianuam pulsant dominicae propiciationis. Sed fortasse in auribus domini loqui dicitur, quia dum sancti viri pro peccatoribus obsecrant, preces, quas pro eis deo offerunt, hominibus non reuelant. Vnde & in euangelio dominus prohibet discipulos, dicens: Cum oratis, nolite fieri sicut hypocritae tristes, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Verba ergo siue opera populi loquuntur, cum delicta locutionis & operis orationibus delenda domino exponunt. Ea vero in auribus domini loquuntur, ut dum hominum testimonia orantes fugiunt, ab eo qui occulta respicit, celerius audiantur. Dum ergo in auribus domini Samuel, loqui perhibetur, modum profecto insinuat, quo quis aditum mereatur diuinae dignationis. Nam peruenire ad deum oratio nequaquam potest, quae ex intentione promittitur, ut ab hominibus agnoscat. Vnde & qui in auribus domini locutus asseritur, responsa eius etiam percepisse perhibetur. Nam sequitur: Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem populi, & constitue super eum regem.) Qua in re notandum, quia Samuel verba populi, quibus regem petierat in auribus domini locutus est, & dominus se abiectum asserit in eo quod populus regem petit. Dum igitur oranti respondet, & regem facere orantem iubet, quid aliud insinuat, nisi quia deuota electi viri oratio nunquam est infructuosa? Nam si populi correptionem non obtinuit, eruditionis suae bonum

infra. 10.

infra. 11.

supra. 7.

L.

M

Mat. 6.

**G** bonum obtinuit, cum abiectum populum pro mala petitione cognosceret, sed & nihilominus sciret, quid facere proiec- tis ipse debuisset. Audiri ergo propheta potuit, & non au- diri, quia orando qualis esse deberet nouit, sed à populo re- proba postulanti, duritiam cordis non abstulit. Sed hoc ob- tinere ille potuit, qui in auribus domini locutus est, quia san- cti viri eorū, quo deuote pro peccatoribus dominum obse- crant, diuinae propiciationis auxilio munitur, vt eorū cri- minibus nequaquam polluantur, quorum sordes delere pre- cibus nequeunt. Quid vero est, quod Dominus ait: Audi voces eorum, cum superius dictum sit, audiuit Samuel om- nia verba populi. Sed verba populi audierat, vt sciret, quæ dicebantur, non vt quæ petebantur, concederet. Dum ergo ei à domino dicitur: Audi vocem populi, & constitue super eum regem, fauere voluntati populi prophetam iussit. Et ec- ce vt palam cernitur, propheta orans, non auditur, populus deum abiiciens, regemque petens, auditus est. Quid hoc esse discimus, nisi quia miro & tremendo diuinae incompre- hensibilitatis iudicio sancti viri pro reprobis orantes exau- diri nequeunt, in adimplendis vero suis prauitatibus, audiri ipsi reprobi delinquentes possunt, vt illis libera iniquitas æ- ternæ vindictæ meritum augeat, & istis ex affectu compassio- nis merces perpetuæ retributionis accrescat. Et statim eum ordinem quo ad eiusdem regis constitutionem ventum sit, ostendere incipiens, ait: Et ait Samuel ad vniuersos filios Israel: vadat vnusquisque in ciuitatem suam. Cum spiri- tualia discutere volumus, necesse est, vt ab intentione nostra carnalia remoueamus: quia mens interna non penetrat, quam exteriorum actuum puluis cæcat. Dum igitur propheta do- mini omnem populum abire ad propria loca præcipit, à se vtique tumultum carnaliū repellit, vt eo spiritualia quæ dispo- nenda sunt, clarius videat, quo mentis eius aciem terrenorū actuum intentio non obscurat. Sed & qualis sit, qui diuino iu- dicio præuidetur, insinuans, ait.

Caput I I I.

Caput 9.



**R** A T vir de Benjamin nomine Cis filius Abiel, filij Seor, filij Be- chorath, filij Aphia, filij viri Ge- mini fortis robore. Et erat ei filius nomine Saül electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo, ab humero, & sursum emine- bat super omnem populū. Cum ordinandi regis persona exponi- tur, cur patrum eius nomina describuntur, nisi vt regnum eis

104.49.

durabile non sentiat. Nam de regno, quod futurum præui- derat Moyses, ait: Non deficiet sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Quia ergo tribus Iuda ad regni diuturni- tatem præuisa extiterat, Cis generatio memoratur, vt regia dignitas, quæ condebatur in filio, aperte sciretur esse disper- satoria, non mansura. Sed qui carnalem regem generat, Cis, id est, durus nostro eloquio dicitur, & is fortis robore præ- dicatur. Nunc quoque plerique carnales intra sanctam ec- clesiam sunt, qui magna agere videntur: carnales vero sunt, quia sancti Spiritus gratia non habent. Fortes ergo sunt ro- bore: quia omne, quod magnum videntur agere, corporale est. Nam & Cis pater Saül ideo fortis robore dicitur, vt vires corporis magnas habuisse sentiat. Fortis ergo robore, du- rus est: quia qui magna carnaliter exhibet cor molle per cõ- passionem, in fraterna charitate nõ habet. Valèter agit, quæ nõ imitari hoies foris possint, sed intus cõiungi fraternis me- tib⁹ nescit per affectū dilectiõis. Fortis agit, quæ deus repro- bat: & affectū charitatis, quæ approbat, exhibere nõ curat. Durus ergo est, quia dū superbo corde corporalia agit, eius mentē gratia sancti Spirit⁹ nõ emollit. Quo cõtra sanct⁹ vir gloriat⁹, dicens: Deus molliuit cor meū, & omnipotēs turba- uit me. Et sæpe qui taliū mores imitant, dei iudicio rectores fiunt. Vnde & aptè Saül filius Cis fuisse memorat⁹. Sed quærē- dum est, cur idē Saül electus, & bonus esse dicitur, qui duri fi- lius esse perhibet: Sed electus dicitur non secūdū gratiā, sed

104.21.

secundum iudiciū. Bonus etiam dicitur, vt diuinae æquitatis K dispositio commendetur. Nam & mala, quæ pro peccatis nostris sæpe patimur, quia per diuinam iustitiam nobis ir- rogantur, bona sunt. Bonum profecto est, quicquid est iu- stum. Per iustitiam quippe dei pastores reprobi ad regimen sanctæ ecclesiæ ascendere permittuntur, sed qui mali sunt per iniquitatem, boni sunt diuina dispositione: & occulta nunc ordinatione dei electi sunt, qui vltimo erunt vniuersali iudicio reprobati. Pastor ergo reprobus, quia vt sit, dei indi- gnatione decernitur, dicitur electus: & quia iuste permitti- tur, dicitur bonus. Item quia ad exequenda diuina iudicia ceteris vtilior prouidetur, melior illo esse de filiis Israel nemo dicitur. Qui etiam ab humero, & sursum eminere su- per omnem populum memoratur: quia qui carnalium mores viuendo sequitur, valde nititur, vt ea agat, quæ agere alter non valeat. Carnalis etenim rector ab humero, & iursum v- niuerso populo eminet: cum in exterioribus fortis est sine cõ- paratione. Possunt & hæc omnia verba laudis intelligi, qui- bus dum ordinandi regis persona prædicatur, regem peten- tium intentio confundatur. Nam dicunt: Rex erit super nos, & iudicabit nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Dicitur electus & bonus, & quia non sit de filiis Israel me- lior illo, vt bona omnia in petiti regis persona excellent: sed dum ad ea non sufficit, quæ populus præposuerat, præsum- ptio humana confundatur, & victa tabescat. Et quidem (vt supra dixi) rex qui populum præiurus eligitur, eorum bel- la pugnaturus: cum à diuino auxilio deseritur, bello depres- sus obit: & populo, quem ad eadem bella præiuit, tunc non salutis causa, sed mortis fuit. Quod denique deo populus ad- scriberet, si is qui dei iudicio electus rex fuerat, ad agenda, quæ volebat populus, nõ tam idoneus extitisset. Potest etiam electus, & bonus intelligi, dum asseritur, non qualis in futu- ro præuidebatur. Dicitur ergo electus, & bonus, vt talis à do- mino sentiat electus, qui per inobedientiam postea fuit re- probatus. Quare & ipsa ratio exigit, vt quæ de electo, & bo- no vsque ad reprobationis tempora dicuntur, & in bona par- te sentiamus.

Caput I I I I.



**S** V M M A T I M ergo cuncta re- petentes, quid ædificationis in se contineant, secundum aliam signifi- cationem videamus. Quia in Samue- le nouum sacerdotium diximus de- signari, quid est quod senuit, nisi quia dum per decorrentium spatia temporum sancta ecclesia ducitur, in nonnullis sacerdotibus conuer-


sationis pulchritudo veteratur. Senuit autem Samuel, quia vi- gor authoritatis emarcuit. Quasi enim iuuenis erat Samuel, quando sacerdotū ordo solis cœlestibus desideriis inhians, dum nulla terrena quæreret, quo efficacius superna prædi- care poterat, eo ad ea nihilominus verbis, & exemplis subdi- torum animos accendebat. Valebat enim robore, & iuuenili pulchritudine radiabat, dum vim cœlestis verbi in splen- dore ostenderet sanctæ conuersationis: quia quicquid vali- dum loquendo poterat prædicare, nitēbatur etiam sublimi- ter viuendo ostendere. Nam & mortuas animas viuificabat verbo, sed miro flore iuuentutis emicans, mortua corpora resuscitabat imperio. Cum & cæcis visum, claudis gressum, & omnibus ægritudinibus medelam tribueret, & adeo san- ctissimæ conuersationis pulchritudine radiabat, vt maioris virtutis esset, hoc modo posse viuere: quam illo aliis subue- nire. Velut ergo in iuuentute vigeat Samuel, quando in or- dine sacerdotum pariter refulgebat & mira virtus operis, & tam immentia pulchritudo sanctæ conuersationis. Sed iam diu est, quod Samuel senuit. Multa enim tempora elapsa sunt, ex quibus multi eorum amorem seculi sequuntur: quorū vir- tute depelli gaudia mundi ab aliorum cordibus debuerunt. Quod tamen non idcirco dicimus, vt sancta ecclesia nullos viros religiosos habeat: sed quod pauci sunt, qui in prædica- tionis culmine perfectè nouerint mundū continere, & sum- mis

G mis desiderijs inhære. Quare apte Samuel & senex dicitur, & prophetare. Senex quidem est, quia rigorem asperæ conuersationis in pluribus perdidit: prophetare tamen non desinit, quia dum aliquantos viros spirituales habet, virtutem prouidi spiritus valenter exhibet. Quod in vno eodemque prædicatore intelligi conuenienter potest. Senes quidem sunt, & prophetant, qui sic per negligentiâ resoluuntur, vt bene doceant, sed male viuunt. Qui filios suos iudices ponunt, quando illos in sacerdotij dignitate constituunt, qui remissioris vitæ eorum tempora contemplantur. A senibus tamen iuuenes ordinantur: quia qui promouendi veniunt, fortia promittunt. Sacerdotalis quippe vitæ fortissimam professionem spondeant, cuius virtutem in futura conuersatione non habent. Iuuenes igitur promouentur: quia qui eos ordinant, prius quam ab eis professionem virtutis accipiant, eos ad tanti ordinis celsitudinem non assumunt. Prius namque eis insinuant, & quam sublimiter viuunt, & quam subtiliter doceant, quod idcirco debent sublimiter viuere, vt vtiliter valeant prædicare: vt vitæ propositum semper ad superna dirigant, vt de labore prædicationis temporalia præmia non requirant: vt personas in iudicio non accipiant, sed iusta æquitatis lance cuncta disponant: quatenus viarum dei difficultates audiant, & an velint subire earum labores dicant. Has profecto difficiles vias plerique dum sacros ordines ambiunt, se ambulare profitentur: sed dū ad id quod ambiunt, perueniunt, sponsonis suæ tenere fortitudinem prætermittunt. Vnde & Samuelis filij non ambulasse in viis eius, sed accepisse munera, & peruertisse iudiciū apte relati sunt. Samuelis enim viæ sunt, quia prædicatoris officio exponuntur. Filij ergo in viis patris sui non ambulant, quando illi, qui ad sacros ordines ambitiosè perueniunt, ardua religionis itinera à maioribus sibi ostensa deserunt, & peruersa intentione in appetitu terrenarum rerū altius immergunt. Vnde & post auaritiâ declinare, munera accipere, & iudiciū pervertere aperte perhibentur. Qui enim laborare pro cœlestibus negligunt, necesse est vt in appetitu terrenorum arctius inserantur. Declinare quidem post auaritiâ, est ambitione rerum terrenarum tota intentione deluere. Nam nonnulli sunt, qui terrena lucra per auaritiâ expectant, sed tamen post auaritiâ non declinant: quia & temporalia appetunt, sed in appetitu eorum incurrere crimen vitant. Declinant ergo post auaritiâ, qui pro terrenis, quæ ardentè ambiunt: incurrere crimen nequaquam pertimescunt. Animam quippe suam æstimant inferiorem omni re, quam possunt concupiscere. Hinc namque est rapina violenta: hinc fiunt furta latentia: quia eos quibus avari præualēt, violentè opprimunt: & quorum rebus inferre violentiam nequeunt, furta inferre moliantur. Sæpe & qui bus non præualent furto manuum, insidiantur falsitate verborum. Vnde & filij Samuelis ordinato processu, in inordinata auaritiæ confusione denotantur, cum dicitur: Declinauerunt post auaritiâ, accepere munera, peruerterunt iudiciū. Qui enim vt munera acciperent, iudiciū peruerterunt, ad inferendum furtum concupitæ rei, non quæsierunt obscuritatem noctis, sed tenebras rationis. Et notandum quia ardor auaritiæ causa est accipiendorum munerum, & acceptio munerum causa est peruertendi iudicij, vt prophetæ narratione huius vitij prauitas ostendatur, non solum qualiter in reproborum cordibus proficit, sed à sanctorum mētibus qualiter extirpari funditus possit. Nam si peruersitas ista iudicij ex acceptione munerum nascitur, qui munera non accipit, iudiciū non peruertit, & oblata munera leuiter respuit, qui auaritiæ radicem à corde suo penitus extirpanit. Sed istam culpam filiorum Samuelis plenius videndo, quam loquendo colligimus. Nam si ad destituta ecclesiarum loca respicimus, vbi pater senescit, notam auaritiæ suscepti muneris, & peruersi iudicij filij incurrunt, quia vbi per lucra turpia rectoris persona dissoluitur, subiecti gregis corda facile dissipantur, vt in se nequiter viuunt, & aliis exempla prauitatis præbeant. Sed libet in iis valde admirari iudicia omnipotentis dei. Nam filij Samuelis dum post auaritiâ declināt, dum causa peruertendi iudicij munera suscipiunt, populo cui præsunt exempla prauitatis impendunt. Ipse autem populus

dum regem petit, de culmine potestatis prophetæ filios abicit. Deus vero omnipotens & regem petentium preces suscipit, & irascitur quod petatur. Quibus profecto rebus turbari possumus, si eorum rationem non subtiliter videamus. Quid enim iustius est, quam vt populi iudicio corruat, qui reprobo mentis suæ iudicio sic studuit, vt se sequens populus periret. Sed tamen cum sacerdotes male viuunt, à laicis iudicandi non sunt. Dignè ergo indigniorem recipiunt, qui indignum indignè eiicere præsumperunt. Nam de filiis Samuelis dicitur, accepere munera, & peruerterunt iudicia. De eo autem rege, quem filij Israel petunt, terribiles valde minæ proferuntur, quia dicitur: Agros vestros tollet & oliueta, & dabit seruis suis. Et quis sapiens non attendat, quia nequius sit, publica violentia agros, & vineas tollere, quam vt acciperent munera, prætextu veritatis iudicium permutare. Hæc culpa quadam verecūdia tegitur, pudore obumbratur. Culpa vero illa tanto nequior cernitur, quanto manifestius, atque atrocius perpetratur. Sed nos nondum ad illa regni tempora discutienda peruenimus, in quibus ista fieri mala etiā ad literam describuntur, dum ergo in xta propositum nostrū de electo, & bono loquimur, vtile videtur, vt etiam ius regis, quod prædicitur, qualiter in bona parte possit accipi, subtiliter videamus. Nam si aliquid boni spiritualiter non ostenderet, nequaquam in hac sacra historia diceretur. Locutus est Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino. Quid est, quod Israelitarum filij ponendi in regis curribus dicuntur? Sed prælatorum sanctæ ecclesiæ currus eorum deuota sunt desideria. Nam dum superna gaudia feruenter appetunt, velut in curribus per alta feruntur. Hinc est, quod Helias in curru igneo in cœlum subleuatus asseritur, quia profecto ad superna gaudia sustolli non poterit, qui ea per alta, & feruentia desideria nõ inquirat. Cum ergo boni auditores per exempla prædicatorum terrena contemnere, & amare æterna incipiunt, Israelitarum profecto filij in regum curribus ponuntur. Et notandum quia & tolli decunt, & in curribus poni: quia prius debent à carnalibus desiderijs abstrahi, vt bene valeant superni amoris ignibus inflammari. Quæ nimirum terrena desideria, quia non facile deseruntur, tolli filij perhibentur. Nam per magnam violentiam fieri oportet, vt terrena desideria electus auditor penitus deserat, & in cœlestibus sublimiter se sustollat. De hac quippe violentia dominus, ait: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. De hac Paulus ait: Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quod etiam his verbis latenter ostenditur, quia filij, qui tolluntur, non in sedibus, sed in curribus poni perhibentur. Curru quidem antiqui pugnare consueuerunt. Sed & qui curru ducuntur, sublimis ac terribilis contra hostem ferunt. Electi etenim viri tanto sublimiores atque terribiliores sunt occultis, hostibus, quanto interni amoris celsitudine altius profecerunt. Sublimes quippe sunt, quia vsque ad eorum intentionem malignorum spirituum suggestio non pertingit. Terribiles etiam sunt, quia reprobare eorum consilia tanto facilius possunt, quanto per intimi affectus vigorem in superni gaudij contemplatione consistunt. Hoc quidem quoties his dicitur, qui adhuc carnales sunt, piarum minarum illis bonitas exhibetur. Quod tale est, ac si dicat: Quia virtutis personam petitis, sub eius disciplina vacare vite otio nõ potestis. Quare & equites regis, & persecutores regalium quadrigarum tribuni & centuriones fieri perhibentur. Omnia quidem hæc militia terrene sunt. Dum ergo equites & persecutores quadrigarum, tribuni, & centuriones fieri prædicantur, ad omne belli exercitum summouentur. Equites quippe sunt, quando in virtute spiritus carnis suæ voluptatis fluxa restringunt, & cunctis illecebrosis motibus magna potestate dominantur. Velut enim equo sublimis inuehitur, qui per bonū castitatis carni suæ præpositus, liber, & velox, & effugere hostem cum dedignatur poterit, & inuadere, cum dignatur. Per hoc quidem quod bene præsidere didicit, tanta virtutis incrementa accipit, vt velut irruentis equitis impetum sustinere hostis non possit. Et quia in virtutis suæ robore exempla electorum patrum sequuntur, persecutores sunt regalium quadrigarum. Quadrigæ etenim regis sunt, bona exempla electi prædicatoris.

**A** dicatōis. In eis quippe & pugnans, & triumphans ostenditur: quia dum sancta opera prædicatōis aspiciamus, hunc profecto sublimem videmus & in agone certaminis, & in virtute triumphis. Sed carnalibus desideriis oppressi videre hunc in quadrigis suis possunt, persequi eius quadrigas non possunt. Velut pedites quippe in plano sunt, pigri ad cursum, debiles ad conflictum. Vt ergo regales quadrigas persequi valeant, prius equites fiant, terrena desideria contemnant, carni suæ præsideant, pudicitia armatura candescant. Tunc quidem post electos patres in spiritali conflictu currere tanto decentius possumus, quanto per id quod nobis laudabiliter præsumus, occultorum hostium agmina potenter ferimus. Quod si velut plures habent codices, non persecutores, sed præcursores legimus: a bono intellectu non vacat. Regalium quidem quadrigarum præcursor est, qui laudat verbo exempla iustorum. Qui nimirum eques esse debet: quia reprobis laudator est, qui altam vitam atque doctrinam sanctorum prædicat, quam sublimi proposito imitari nequaquam curat. Sed qui aliorum vitam, atque doctrinam proponere aliis ad imitationem nouit, iam quidem spiritalis militiae esse magister incipit. Bene ergo subiunctum est: Et constituet sibi tribunos, & centuriones. Tribuni sunt, cum incipiunt: centuriones, cum in spiritali magisterio perficiuntur. Etenim (vt superius diximus) a centenario numero dicitur centurio. Tribuni etiam intelligi possunt spiritalis viri, scientia simplices, sed amore dei & proximi inflammati. Qui licet alta, & spiritalia loqui nesciant, tamen per exempla electorum, quæ norunt: ad amorem conditoris quos prævalent, accendere conantur. Tribus quidem cognatio, siue curia dicitur. Si ergo tribuni dicuntur a tribu, quia ad profectum proximorum sanctorum exempla proferunt, tribuni uocantur. Ad rusticitatem quidem nostram destruendam, velut curia veniunt, quando nobis illa proponunt, per quæ sancti viri omnipotenti deo placere. Et cum plurimorum sanctorum proprias virtutes exponunt, quasi spiritalium cognationum nobilitatem nobis aperiant. Centuriones ergo intelligi viri perfectiores possunt, qui prædicatōis magisterio dum bene proficiunt, eorum adiutores, atque cooperatores fiunt. De quibus profecto in euangelio dominus ait: Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Tales quippe non solum operatione præcipui sunt, sed etiam verbi dei scientia eruditi. Vnde & ad spiritalis militiae conflictum cohortari proximis tanto utilius possunt, quanto & alta, quæ prædicare sciunt, in opere virtutis ostendunt. Habent in eruditione verba, habent ad exempla simplicium opera: vt alta quæ loquuntur sapientes intelligant, & qui verborum secreta non vident in intimis, imitentur opera, quæ vident foris. Centuriones ergo constituuntur, quando perfectione virtutis, culmen obtinent dignitatis: vt sublimiter viuant, & quo altius viuunt, utilius doceant. Sed qui centuriones sunt, cum belli tempora ordinant, proficere debent: vt pacis etiam fructus ferre cognoscantur. Post tribunos ergo, & centuriones, agrorum fiunt aratores, & messorum segetum: vt victorum iam corda vomere adhortationis aperiant, ex quibus vberem bonorum operum triticum metant. Velut in pacem iam quidem arant, qui ea corda quæ spiritalia impugnamenta deuicerant: ad exercenda opera pietatis excitant. Et segetes metunt, quando de diuini verbi semine, quod in auditorum cordibus sparferant, electa opera prorupisse gratulantur. Velut enim de agro triticum falcibus metunt, quando amplexu charitatis, id de superna conuersatione accipiunt, quo interna deuotione satientur. Sed quandiu in hac vita viuimus, in pace nulla possidemus. Antiquus etenim hostis quia semper bene agentibus aduersatur, necesse est, semper nos ea quæ bene agimus, defendamus. Quare & bene post aratores agrorum, & segetum messorum, armorum fabri, & curruum regis fieri perhibentur. Arma, & currus fabricant: vt ipsos agrorum, quos excolunt, eisque segetes, quas metunt, defendant. Currum quippe fabricant, vt ad occursum aduersariorum veloces sint: arma vero, vt sint potentes. Currum quidem conscendunt, vt magno impetu ca-

stra demonum atterant: & ut extinguant, quos impetunt arma portant. In hac quippe curru sublimitate stabat, qui dicebat: Nostra conuersatio in caelis est. Vnde & securus iam qui superior cunctis suis hostibus apparebat, affirmans, ait: Nulla creatura poterit nos separare a charitate Christi. Sed qui currum conscenderat, arma tenebat: vnde exponit, dicens: Ego autem sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Quid ergo in hoc curru rectius exprimitur, quam recta intentionis sublimitas? Currum ergo fabricare est, in mentibus auditorum altitudinem recta intentionis erigere. Qui enim per exempla meliorum, prædicatōis ministerium sortiantur, currus post aratri, & messionis studium fabricant: quando bene agentes subditos docent, vt ex omnibus operibus bonis, quæ agunt, sola æterna retributionis præmia præstolentur. Terrena quidem despiciere, nulla transitoria desiderare: æterna diligere, atque ad illa magnis desideriis festinare: iam quidem sublimi curru præsidere est. De quibus nimirum curribus per Psalmistam dicitur: Currus dei decem millium, multiplex militia lætantium, dominus in illis ascendit. Arma vero eorum, sunt acuta consilia, quibus tanto validius hostes feriunt, quanto celerius eorum astutias deprehendunt. Vnde & quasi armatus ille potens loquebatur: Non ignoramus eius astutias. Arma etiam fabricabat, cum dicebat: Et scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum dei. In illis quidem curribus, & armis positi electi, veloces, atque potentes sunt. Veloces quidem, quia dum spiritalia cupiunt, nequicias spirituales in momento deprehendunt. Potentes vero sunt: quia dum ardentius summa desiderant: quicquid eis de ino seculi amore suggeritur, pro nullo pensant: & quasi currus vecti pondere, in hostes magnum impetum habent: qui sanctis virtutibus, & acutis consiliis pleni, tentamenta omnia, quæ ingeruntur, in momento destruunt. Nec vacat ab isto sensu, quod currus dum per terram voluit, & inferiorem partem leuat sursum, & superiorem deprimit deorsum. Sic nimirum & sanctorum virorum recta intentio, dum de terrenis, quæ agit cœlestia expectat, velut partem, quam per terram trahit, ad summa dirigit. Et quia se tam de bono opere, quam de expectatione æternæ retributionis in conspectu conditoris humiliat, velut ad terram mergit partem quam sursum leuat. In rotis quippe suis currus noster incessanter voluit, si de bono opere semper æterna intendimus, & de omni profectu nostri altitudine humiles esse curamus. Quæ profectio arma, & currus tunc sunt regis, cum a prædicatōis sanctæ ecclesiæ forma, & doctrina discrepare minime videtur. Currus ergo, & arma electi prædicatores fabricant, quando auditores suos ad supernam patriam festinare docent: & intentionis rectitudine & munitione virtutis. Sed hæc omnia, quæ in profectu vnus ostendimus, nihil obstat, si per se in pluribus distributa sentiamus. Electos quidem per virtutum gradus proficiscentes, ostendimus prius in curribus poni, deinde equites, & regalium quadrigarum præcursores ordinari, tribunos, centuriones, aratores, & messorum constitui, ad extremum verò fabros armorum fieri. Sed quia sancta ecclesia diuersis electorum ministeriis vtitur, qui vult, potest gratiarum dona singula, ordinibus attribuere singulis, vt eorum quæque sint propria illis, qui eorum affectibus strictius insestantur. Quid ergo est, quod subdit. Filias Israelitarum vnguentarias, & focarias, & panificas, esse futuras: sed filiarum appellatione aliquando infirmitas, aliquando fecunditas designatur. Quæ ergo Israelitarum filia nisi mentes electæ sunt, ad diuini verbi conceptum præparatæ? Quæ regis vnguentariae fiunt, quia dum prædicatōis sui institutione proficiunt, in se abundantem gratiam spiritus sancti percipiunt, per quam mederi contritis cordibus salubriter possunt. Focariae etiam fiunt, quia dum seruire sancti spiritus plena sunt, exemplo suo proximorum corda in amorem conditoris accendunt. Panificæ fiunt, quando electas mentes verbi Dei alimento reficiunt. Vnguentariae ergo fiunt filia, quando vulnere peccatorum curant. Foca-





riae quando purgata à sordibus peccatorum corda, ad studium boni operis exemplo suae virtutis inflammant. Panificae vero sunt, quando proficientibus per exempla, non iam exempla proponunt, sed altae scientiae verba proferunt, ut velut solido cibo pasti, tanto fortius agant, quanto iam spiritaliter instructi, seruentius aeterna desiderant. Sequitur:

Agros quoque vestros, vineas & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Quinam sunt agri, quae vineae, quae oliueta, quae iure praelatorum nobis auferuntur? Sed praedicatores sancti quando ad correptionem peccatorum loquuntur, delectationes carnis, concupiscentias mentis, simulationes bonorum operum reprehendunt. Nam si carnis delectationes iniquae possessionis agri non essent, Apostolus nequaquam diceret: Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. In carne quippe seminare est, propositum mentis obruere in delectationes corporis. Qui profecto corruptionem de carne metunt, quia in electorum resurrectione renouationem aeternae incorruptionis nequaquam recipiunt. Vinearum quoque appellatione mentis concupiscentiae recte figurantur, quia reproborum corda inebriant, & à cognitione veritatis alienant. Huius vineae fructus vituperans Moyses ait: Ex vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhae, vna eorum vna fellis, & botrus amarissimus. Ex Sodomorum quippe vinea vitem, ex Gomorrhae ducit propaginem, qui nefandissimis concupiscentis mentem replet. Quasi enim vineam facit, qui inde aeterna obliuiscitur, unde per concupiscentias debriatur, & qui se quasi sub umbra vineae, & amoenitate pravae delectationis refrigerat, aeterni sibi incendij retributionem parat. Unde apte nimis eiusdem vineae fructus exponens, vnam fellis, & botrum amaritudinis dixit. Vna quippe in visu est, fel in sapore: visum oblectans, gustum amaricans, quia nimirum reprobae menti valde placet, quod concupiscit, sed in aeterna poena, quod sibi modo est dulce, amarefcit. Rex ergo nobis agros tollit, cum electus praedicator laetos in delectatione motus carnis nostrae loquendo subtrahit. Vineas tollit, cum debriantes concupiscentias à corde nostro penitus abscindit. Oliueta etiam tollit, cum fallae misericordiae opera reprehendit: cum recte exhortando suggerit, nullum esse meritum operis, nisi prodeat de proposito bonae intentionis. Sed valde querendum est, cur dari seruis regis afferuntur. Nam si haec nobis iure auferuntur, qui nam erunt, quibus non indignae tribuantur? Quod tamen si subtiliter querimus, magnos in imperiis suis sanctos praedicatores nostros inuenimus. Qui sunt ergo ij serui, nisi illi de quorum capite ad beatum Iob dominus dicit: Nunquid accipies eum seruum sempiternum. Maligni nanque spiritus serui sunt sanctorum hominum, sed in hac vita serui perpetui, in illa vero serui sempiterni. Quotidie nanque hoc ingerunt, unde sancti viri coronantur. Nam cum ex praelio huius vitae, aeternae gloriae victoria nobis praebatur: qui contra nos ea bella inuolant, quibus ad eternam requiem ducimur: profecto nobis magna seruitia impendunt. Serui quoque victorum sunt, testante veritate: A quo quis vincitur, eius seruus efficitur. Nam dum praelia contra eos, qui victuri sunt excitant, seruiunt eis, qui inde coronantur, unde ad tempus eorum praelia potenter excipiunt. Sed quia quod ad sanctorum gloriam proficit, malignis spiritibus crescit in damnationis augmentum, ablati agri, & vineae, & oliueta seruis tribuuntur. De omni quidem malitia sua daemones in aeterna poena puniuntur. In congressione quidem occulti certaminis, quando electi vincunt, mala, quae repellunt, suis hostibus tribuunt: quia isti tanquam aurum in fornace probantur, illi pro reproba suggestionem puniuntur. Agros ergo, vineas, & oliueta serui iucipiunt: quia cum peccatores ad vitam, praedicatoribus doctoribus redeunt, hoc etiam ad damnationis cumulum daemonibus proficit, quod poenitentes in culpa praeterita tam diu eorum fraude retenti sunt. Dantur etiam haec seruis, quando officio praedicatoris conuersi peccatores ad dominum agnoscunt, quod in amore praeteritorum criminum fraude daemonum tenebantur. Quid vero est quod segetes, & vinearum redditus addecimari, & eunuchis famulis regis dari ea perhibentur? Sed segetes electorum addecimantur, quando ex-

Gala. 6.

Deut. 32.

Iob. 40.

2. Pet. 2.

cellentiora eorum opera colligimus, ut ea ad exemplum K fidelium producamus. Vnus denique solus fuit, qui in se omnium virtutum plenitudinem habuit: cui se omnis plenitudo diuinitatis corporaliter infudit. Nos autem quia de plenitudine eius omnes accipimus, dona gratiarum per partes diuisas possidemus. Hinc Paulus ait: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, alteri fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia alij discretio spirituum. Denario vero numero quia perfectus est, virtutes addecimamus, cum singulorum dona electorum colligimus, quae minores imitentur. Nam de Moyse scriptum est: Quia erat mitissimus super omnes homines terrae. De Abraham quoque dicitur: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Cum ergo mansuetudinem, cum fide imitari volumus, necesse est, ut de exemplo Moyse & Abrahamae ad refectionem mentis nostrae, velut electarum segetum cibi decimentur. Sic sic nimirum castitatem Ioseph, sic Iob patientiam, sic zelum Phinees ad exemplum nostrum praedicatorum proferunt: quia dum perfectorum virtutes ostendunt, vel electarum messium decimas congregant, quas bene proficientibus apponant. Unde & bene eunuchis, & famulis eadem frugum decimae dari praedicantur. Eunuchi quippe sunt, qui animi virtute omnia in se libidinis fomenta contriuerunt. De quibus nimirum in euangelio dominus dicit: Sunt eunuchi, qui castrauerunt se propter regnum caelorum. Famuli sunt, qui adhuc studiis vitae actiuae sub aliena cura inseruiunt: & ad altitudinem charitatis liberi adhuc exire non possunt. Qui & apud Moysen sex annis seruire dominis suis debere inueniuntur, ut septimo liberi egrediantur: quia nimirum prius debent perfecti esse in opere, ut ordinate in summa contemplatione exire valeant. Eunuchis ergo famulis doctor messium decimas tribuit, quando ij qui in candore castitatis obediunt sibi, opera maiorum electa sequuntur. Vinearum etiam decimas tribuit, cum eis quam mira charitate patres nostri deum, & proximum dilexerunt ostendit, ut & ipsi etiam eiusdem charitatis abundantia repleri studeant, ac velut ebrii, praeteritorumque obliti, sola futura diligant, atque ad illa seruentur currere non omittant. Post ista vero omnia serui Israelitarum, & ancillae, iuvenes optimi, tollendi praedicantur, atque in regis opere ponendi. Qui sunt serui carnalium, nisi qui malorum exemplo, diuturna consuetudine sic deprauati sunt, ut colla mentis sub iugone quissimae imitationis perpetuo subdidisse videantur? Serui ergo illorum tolluntur, quando electorum praedicatorum studio illi etiam peccata deserunt, qui reprobae imitationi carnalium vehementer subdi videbantur. Qui etiam iuvenes optimi dicuntur. Iuvenes quidem sunt, quia in malo fortes, optimi etiam dicuntur, quia caeteris peccatoribus nequiores sunt. Quibus nimirum per prophetam dicitur: Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vinum denique bibunt, qui deliberatione mentis, feruorem concupiscentiae praecipitanter excipiunt: & ebrietatem miscunt, quia dum concupiscentiarum ardoribus inflammantur, ad vias rectitudinis perdita ratione redire nesciunt. Potentes vero, & fortes tam ad bibendum, quam ad miscendam ebrietatem sunt, ut pro seruenti proposito mali, velut optimi serui esse doceantur. Hos optimos iuvenes item diuinus sermo demonstrat, cum diaboli auiditatem exponit, dicens: Elca eius electa. Nam antiquus hostis in eorum nequitia valde reficitur, qui nequissimis nequiores sunt. Ancillarum vero nomine illa nequissima peccatorum conditio designatur, qui per iniquitatem valde sunt pessimi, & aliis praebent exempla prauitatis. Velut enim ancillae seruos pariunt, dum magnae iniquitatis non sunt solum operariae, sed etiam matres. Quia vero sanctorum praedicatione tales etiam conuertuntur, qui magna postmodum omnipotenti deo seruitia impendunt, apte serui, & ancillae dicuntur auferri, & in opere regis poni. An non tunc ancillam rex regum tulit, quando de illa magna peccatrice dixit: Remittantur ei peccata multa, quoniam dilexit multum? Et hanc in opere suo posuit, quando in

Coloss. 2.

1. Corin. 12.

Nu. 12.

Gene. 15.

Gene. 36.

Nu. 25.

I.

Mat. 19.

Exo. 31.

M.

Esa. 5.

Abel. 1.

Luc. 7.

Idem. 10.



**A** do in castellum intravit, & cum illa in domo sua recepit. Hanc etiam in opere suo posuit: quia resurgens a mortuis, ei predicationem suae resurrectionis iniunxit. Seruum quoque tulit, quando a thelonei luero Matthaeum ad se sequens. **Mt. 9.** In hoc autem opere suo hunc etiam posuit, quia ei in domo suae conuinitum praeiuit, & Aethiopiae praedcatorem, & conuersi orbis Euangelistam fecit. Quia ergo praedicatorum ministerio hi etiam ad dominum redeunt, de quorum salute humana cogitatio desperare poterat, bene serui, & ancillae, & optimi iuuenes in regis opere ponendi describuntur. Possunt seruorum, & ancillarum nomine, motus cordis, & affectiones intelligi. Nam quando nobis reproba suggerunt, serui sunt: quando affectiones mentis prauiorum motuum suggestionibus subterni appetunt, ancillae. Tunc quidem necesse est, per rigorem propositi utriusque dominemur. Seruos nostros, & ancillas praedcatores tollunt, cum motus cordium nostrorum, & affectiones instruit, qualiter ad dei seruitium dirigantur. In opere regis ponunt, quando iam idem dei omnipotentis seruitium, quod eorum magisterio didicimus, exercemus. Quare & in a sinis, quid aptius, quam lasciuia motus animae figurantur? In opere autem regis ponuntur, quando illa mens, quae prauis cogitationibus moueri ad lasciuia solebat, praedicatione doctoris proficit, & affectus suos in appetitu imitandae castitatis ponit. Possunt seruorum, & ancillarum, & a sinorum nomine designari, qui secularibus hominibus corporalia obsequia fortiter impendunt. Sed in opere regis ponuntur, quia conuersi ad dei omnipotentis seruitium, spiritualia tanto deuotius pro aeterna retributione, tolerant, quanto clarius agnoscunt, quia magna sine fructu tolerabatur. Greges etiam rex addecimare dicitur: quia quisquis omnipotenti deo placere appetit, oportet ut mundus sit per innocentiam, & studio boni operis intentus. Per illud quidem arbor est bona, per illud etiam fructus facit. Quia uero multis utimur, ut seruire innocentiam, & bona opera exhibere valeamus: ipse cogitationum innocentium turbe greges nostri sunt. Quid ergo est quod addecimantur, nisi quia cogitationum subtilitas facile non videtur? Nam saepe bona nos cogitare putamus, quae subtiliter discussa, bona non sunt. Addecimari ergo greges debent, ut illud solum regi iuris sit, quod denario numero continetur. Quod in nobis tunc bene agitur, cum praedicatorum nostrorum magisterio discimus, perfecti esse non solum exhibitione operis, sed etiam in exquisitione cogitationis. Ad extremum uero dicitur: Vosque eritis ei serui, ut uidelicet sic eius iuri se subditos sciant, ut eius mandata praeterire non audeant. Hanc profecto regiam dominatione uolebat dominus statuere, cum dicebat: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum in caelis. Hanc etiam potestatem exigebat a subditis, qui dicebat: Si quis euangelizauerit uobis aliud, quam ego euangelizauero uobis, anathema sit. Hinc item dominus discipulos mittens in praedicatione, dicit: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Hinc de Iudaeae praedicatoribus, eisdem discipulis dominus dicit: Quaecumque dixerint uobis, facite. Serui ergo regum nostrorum sumus, quando sic praedicatorum nostrorum imperio subdimur, ut praeter eorum auctoritatem agere nulla praesumamus. Quia ergo eis praesunt, qui in uirtute obedientiae suas uirtutes roborant, in fine regum iuris dicitur: Vosque eritis ei serui: ut fideles subditi, tunc etiam si subditos praedicatorum praeecepto debere esse cognoscant: quando per uirtutum profectum, ad perfectionis culmina perducuntur. Quod etiam eiusdem uerbis ipsa ueritas discipulos edocens, ait: Cum feceritis haec omnia, dicite: serui inuiles sumus. Veruntamen quia carnalibus ista loquebatur, adiunxit, dicens: Et clamabitis in die illa a facie regis uestri, & non exaudiet uos dominus die illa, quia petistis uobis regem. Qui regem petierant, a facie regis clamant, quando i) qui agere spiritualem vitam sub bono rectoris nouerant, eiusdem uitae relinquere labores tentant. Facie quidem omnes agnoscuntur. Facies ergo regis est cognita conuersatio, & eruditio boni praedicatoris. Qui nimirum, quia dura, & aspera pro aeterna uita agunt, & dura praecipunt, eorum vitam atque doctrinam carnales subditi non imi-

tari, sed fugere conantur. Faciem quippe regis tunc uident, D qui regem petierant, cuius aspectum ignorabant: quia in prelato suo coelestis itineris districtio, quam sit laboriosa considerant, quam uelut rem facilem antequam cognoscerent appetebat. Tunc a facie regis clamant, qui regem petierunt: quia dum carnalis uitae desecere morem uolunt, eius quem sibi praesente uoluerunt, optimi pastoris sui laudabilem imitationem effugere nituntur. Et quia caeco corde lucem uidere non possunt, ad dominum clamant, id est, ut euadere spirituale iugum dei possint, dominum obsecrant. Sed non exaudiat eos dominus in die illa. Quae est dies illa, qua reprobi subiecti dominum obsecrant: nisi intentio uanae prosperitatis? Non exaudiantur: quia profecto per diuinam gratiam nunquam sit, ut bonis rectoribus semel promissa subiectio, libera egredi ad mundi delectationes possit. Quare & causam subiunxit, dicens: Quia petistis uobis regem. Quasi dicat: Pastoribus spiritualibus promissa subiectio indissolubilis est. Facile quidem uobis regem petitis, sed quia dignitas regia grauis est, eorum potestatem effugere facile non potestis. Hoc quia ad historiam dicimus, notandum esse censemus, quia omnipotens deus dum ius regis praedicit, religiosi praepositi formam institutionis impendit. Quare? ut qui arctissimam conuersationis uiam imperant, nouiter accedentibus facile aditum non impendant. Quare & eiusdem arctissime uitae magister optimus, summe ueritatis discipulus eruditus praecipit, diceas: Probate spiritus si ex deo sint. Et item nuncietur ei dura, & aspera, per quae litur ad deum: ut sciat ad quod intrat. Praedicat ergo dominus ius regis, dicat, sciat omnia, quales carnales futuri sunt in eius obseruatione: & ut ad uitam uirtutis debiles facile non accedant, fortes praepositi facile debiles nequaquam accipiant. Celeritas quidem conuersionis plerumque oritur ex praecipitatione consilii, non ex incremento deuotionis. Nam cum infirmi fortia promittunt, non expertum robur animi: sed confusio discretionis. Quos omnes sub uini denotatione sapiens admonet, qui dicit: Super te onus ne leuaueris. Qui ergo in regularis uitae forti proposito alius praesunt, tanto discretius debent ad eandem uitam conuersos recipere: quanto & utilius praenoscendum est, accedentium petitio ex uirtute sit animi, an ex praecipitatione uoluntatis. Nam qui in suis actibus faciles sunt, solent tam instantem uitae spiritualis asperitatem appetere, ut videantur magna animi uirtute quod expectant desiderare. Noluit autem populus audire uocem Samuelis, & dixerunt nequaquam, sed rex erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Hoc quia superius late expositum est: in eorum exquisitione otiose retinemur. Sequitur: Et audiuit Samuel omnia uerba populi, & locutus est ea in auribus domini. Audire uocem populi est, quae sanctae conuersationis habitum petentes exterius dicant agnoscere. Nam uelut solam accedentium uocem audimus, cum scimus, quae exterius asserunt: sed quales inter sponsonis asseritiones futuri sunt, non uidemus. Loqui ergo ea in auribus domini debemus: ut ipse sponsonis uerba suscipiat: qui dum uerba audit, corda discutit: & ex textu profectiois, uisuras exquirat robusti operis. Hoc nanque nouitiorum nostrorum mentes audiant, & expanescant: quia uidelicet quod nobis dicunt, in auribus domini loquimur. Nam quod coram nobis promittunt, deo offerimus: ut ipse iam de manibus nostris teneat, quod exquirat. Quae profecto libertas rectoris, est obligatio subditi: quia tanto districtiori sententiae subditur, quanto apertius scire potest, quia de eo, quod responderet, omnipotenti deo reddere rationem debet. Cum ergo ea, quae nouitij promittunt, deo offerimus: quasi chirographum quod nobis faciunt, illi damus. Et quia latenter hoc agitur, in auribus domini Samuel ea quae populus dixerat, locutus fuisse perhibetur. In auribus quippe amicorum loquimur: quando ea quae dicimus, extraneis clamamus. Sequitur: Dixit autem dominus ad Samuel: Audi uoces eorum, & costitue super eos regem. Superius propheta futura praespicit, ait: Clamabitis ad dominum, & non exaudiet, quia petistis uobis regem. Nunc uero dominus dicit: Audi uoces eorum, & constitue super eos regem. Quid per hoc nobis ostenditur, OO iij dicitur,

104.20. Mt. 9.

Mt. 16.

Galat. 1.

Luc. 10.

Matth. 23.

Luc. 17.

E

1. Ioan. 4.

F



G dicitur, nisi quod sepe bonis rectoribus sanctae ecclesiae diuinitus inspiratur: ut caelestis vitae studiis eos subdant, qui sub disciplina eiusdem professionis postea deuoti non sunt? Qui profecto postea a facie regis clamaturi sunt, & tamen diuino praeccepto regem recipiunt: quia diuinitus inspirantur ad seruitutem dei deuote accedere, quos in augmento mercedis aeternae, pastorum sollicitudo magni laboris sub eiusdem seruitutis vinculo debeat cohibere. Ad dominum nempe clamare dicuntur a facie regis sui: sed quid a domino missus propheta respondeat, ipsi reges audiant: ut quid agere debeant, inter ipsos clamores sciat. Non (inquit) exaudiet vos.) Ergo nec ipsi exaudire debent. Qui enim in sanctis monasteriis sunt tepidi, medendi sunt quasi aegri, non sunt eiiciendi, ut mortui. Nam si a domino missi sunt, inter spiritualium uentorum fomenta resipiscant. Dicat ergo dominus: Constitue super eos regem: quia profecto nonnulli ad seruitutem dei veniunt deuoti, qui & refrigescere permittuntur: sed pastorum studio, quorum se praeccepto subdiderant diuina inspiratione, ad amorem caelestis patriae recalescunt. Sed iam qualis pastor ad haec sit idoneus exponit, dicens: Erat vir de Beniamin nomine Cis filius Abiel, filij Seor, filij Bechorath, filij Aphia, filij uiri Gemini, fortis robore. Et erat illi filius uocabulo Saul, electus & bonus, & non erat vir de Israel melior illo, ab humero & sursum eminebat super omnem populum.) Quid est quod cum rex constituendus ostenditur, patrum nomina praedicantur: nisi quia indignum assumitur ad principatum sanctae ecclesiae, qui sanctorum patrum in moribus nobilitatem non tenet. Sex autem patrum nomina assignantur, ut sanctae conuersationis eorum in bona actione perfectio designetur. Sex enim diebus mundus conditus est, sex aetatibus consummatur. Sex ergo sunt patres, qui in genealogiae ordine electorum pastorum sanctae ecclesiae nominantur, quia nimirum illorum sunt per imitationem filij, qui in forma sequentium culmen obtinent perfectionis. Pater uero regis Cis, id est, durus dicitur: quia profecto ij quorum sancti praedicatores imitatores sunt, uita & zelo remissi non sunt. Duri uanque sunt, quia peccatoribus mollia non loquuntur: duri etiam sunt, quia ut alios bene corrigant, dura, quae illis praecipiant, in sua conuersatione demonstrant. Durus nanque uidebatur, qui ludaeos arguebat, dicens: Genimina uiperarum quis ostendit uobis effugere a uentura ira? facite dignos fructus poenitentiae. Sed qui aliis durus erat, sibi remissus non erat. Nam ut poenitentiae duritiam, quam praedicabat, Euangelista cum tenere ostenderet, ait: Habebat uestimentum de pilis camelorum, & zona pellicea cinctus lumbis: esca autem eius locuste & mel syluestre. Ad Ezechiel quoque dicitur: Ecce dedi frontem tuam duriorum frontibus eorum, ut adamantem, & silicem dedi faciem tuam. Sed qui tam durus contra duos in malo ueniebat, ut dura quae uentura erant, locuturus ostenderet, diebus septem in medio eorum antequam loqueretur flebat. Sic enim dicit & sedi ubi illi sedebant, & mansi septem dies mcerens in medio eorum. Quia ergo sancti praedicatores, obstinatis peccatoribus, leues, & mansueti non sunt, & quod asperum praedicant, operantur: duri filius Saul recte perhibetur. Illos enim imitari electus praedicator debet, qui & acuta praedicant, & quae loquuntur, obseruant: unde & de eodem regis patre subiungitur: Fortis robore.) Sunt nonnulli intra sanctam ecclesiam, qui elatione sunt, & arrogantia fortes. Nam magna agunt, sed cum laudare homines ea quae agunt, desinunt: eadem magna ipsi agere praetermittunt. Fortis ergo robore est, qui uirtutem quam monstrat in opere bono, habet a spiritu sancto.

De quo nimirum robore, superius Anna in cantico uaticinata est, dicens: Infirmi accincti sunt robore. De hoc dominus discipulis repromittit, dicens: Sedete in ciuitate, donec induamini uirtute ex alto. In hoc robore fortiter gradiebatur ille, de quo scriptum est. Regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galileam. Qui ergo durus dicitur, fortis robore perhibetur: quia electi uiri dum summa praedicant, ingentia demonstrant: & omne quod altum praecipiant, omneque quod magnum agunt, in uirtute sancti spiritus operantur. De quo dignè subiungitur: Et erat ei filius Saul nomine, electus, & bonus.) Nam qui talium imitator est, utilis non solum

est ad laborem ministerij: sed aptus ad fructum hereditatis. Electus quippe etiam Iudas ad ministerium fuit, sed quia bonus non fuit, ius amisit successionis. Qui ergo in Saul adhuc electo & bono significantur, nisi sanctorum patrum electi imitatores? qui per doctrinam aliis utiles sunt, & per conuersationem sibi: qui sic alios possunt regere, ut sibi metipsis nequaquam desinant prouidere. Electi nanque: & boni sunt, quia sic lucra aliorum expetunt, ut sui nulla damna patiantur. Pleni quippe in seipsis sunt, effluentes aliis: & de abundantia sui sic aliis tribuunt, ut suae plenitudinis aliquid non amittant. Habent quae aliis praebent, sed habentes quae sibi possint sufficere, nulli praebent. Sic alii praebere oleum nituntur, ut a se fomenta luminis non tollantur: ut dum illuminant alios, se non extinguant. Bene ergo electus, & bonus dicitur: quia certe qui sanctae ecclesiae regimen suscipit, diues esse debet, & ornatus donorum spiritualium, & plenitudine meritorum. Et quia de communi ordine, qui praecellant, eligendi sunt. Sequitur: Et non erat de filiis Israel melior illo.) Cuius profecto excellentia commendatur, cum subditur: Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.) Hac quippe specie corporis in persona ordinandi antistitis praesignantur acta uirtutis. Quid enim in humero nisi fortitudo designatur? Sed qui ab humero, & sursum super omnem populum eminebat: tam sublimis staturae erat, ut qui altior esset in populo, capite usque ad humerum regis pertingeret. Futurus uero rex collo, & capite altitudinem omnium superaret. Capita uero quae sunt, nisi subiectae plebis mentes? Quae cum ualde tenduntur, usque ad humerum ordinandi regis pertingunt: quia is qui ad regendum culmen sanctae ecclesiae quaeritur, tantè debet esse perfectionis: ut quicquid populus de bono opere sibi uult proponere, in sua conuersatione debeat demonstrare. Quasi enim regis humerum capita plebis tangunt, quando eorum corda, quicquid uirtutis in suo pastore quaerunt, inueniunt. Sed rex praecellit collo, praecellit & capite. Quid enim in collo, nisi locutio: quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo, & collo subditorum omnium capita excelsit: si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrinae. Quasi enim capite sublimis est, cum illa de secretis caelestibus contemplatur, quae alij contemplari non possunt. Collum quoque super alios habet, qui altitudine locutionis suae mirabilis est, & aequandus ab aliis non est. Quasi enim caput in sublime extulerat, qui dicebat: Veniam ad diuisiones gratiarum, & reuelationes domini. Scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit. Sed uelut electus, & bonus rex, ut collum etiam super capita omnia se tenere ostenderet, ait: Audiuit arcana uerba, quae non licet homini loqui. Quid uero quasi eminens collum eius miramur in iis, quae tacuit: adaequemus cum, si possumus, in iis quae dixit: De collo apostoli Pauli processerunt epistolae eius, & cum ab illo tempore ceperint eas uiri sapientes exponere, adhuc conantur ea quae dixit, melius scire. Cumque quotidie in eius eruditione proficiunt, quasi ad summitatem colli inuitentes, pertingere nequaquam possunt. Emineat ergo rex collo, emineat capite: sit humero sublimis, ut conuersatione perfectus sit, eloquio mirabilis, praeter ceteris arduus in arte contemplationis. Sed qui conuersatione magnus est, eloquio precipuus, praeter omnibus contemplatione suspensus: prius quam perueniat ad culmen regiminis, signa exterius habere debet fraternae charitatis: ut uidelicet sic proximorum sollicitudinem habeat, ut ad aeternam uitam lucra animarum quaerat. Bene ergo in eorum typo subiungitur: Perierant autem asinae Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum unum de pueris, & surgens uade & quaere asinas. Qui cum transissent per montem Effraim, & per terram Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per terram Salim, & non erant, & per terram Gemini, & minime reperere.) Cis qui durus dicitur, non solum electus eius, sed ipsum etiam redemptorem significat. Nemo enim sibi eo durior exiit. Huius namque duritiae asperitatem propheta insinuans, ait: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Mori enim mortalibus non est pati, passibiles damnae naturae. Ille ergo sibi durus u-

Matt. 3.

Ezech. 3.

Supra. 2.

Luce. 24.

Luce. 4.


2. Corin.

M

E/4. 53

**A**nis vehementer extitit, qui in se vnde pateretur, non habuit: sed vt nos patiēdo liberaret, in quo sibi durus esset, & pati posset dignanter assumpsit. Asinae Cui sunt animae peccatrices. Quia etiam in fide Redēptoris regeneratē sunt, dure eliduntur: perditae autem asinae, quia per immunditiam ab eo solo seruitio separatae. Hinc est enim quod ad passionem tendens, absolutae asinae, & pullo infedu: vt patenter ostenderet, quia ad hoc pati venerat, vt peccatoribus subueniret. Pereuntes namque asinas se quaerere fatebatur, cum dicebat: Venit filius hominis quaerere, & saluū facere, quod perierat. Has asinas & per semetipsum quaesuit, & adhuc praedicatorum ad quaerendum mittit. Dicit ergo Cui filio suo, vt asinas quaerat: quando electorum cordibus spiritali inspiratione Redemptor imperat, vt in praedicationis ministeriū pergant. In praedicationis autem officio pergentes, quia solum spiritalem sensum secum debent ducere, vnum de pueris tollere iubetur. Vnum namque puerum tollit, qui dum ad praebendam alii formam viuendi pergit, in omne quod agit spiritualis est. Vnum namque de pueris tulit, de quo praedictum est: Ipse precedet ante illum in spiritu & virtute Heliae. Vnum puerum secum tulerat, qui ait: Non habemus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit: Nos sensum Christi habemus. Hinc per Ezechielem de sanctis animalibus dicitur: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Quare ergo asinas, vnum de pueris tollit: quando is, qui nouiter animarum lucra quaerere incipit quae agere putat omnia spiritaliter agere disponit. Inuenire autem asinas est, peccatores in luce sanctitatis conuersos aspicere. Nam velut perditae asinae non inueniuntur, quando in peccatorum tenebris, reproba corda se obruunt. Et quia per quia que sensus corporis ad easdem peccatorum tenebras decidunt, quinque regionibus non inueniendae perquiruntur, videlicet monte Ephraim, terra Salisa, & Salim, & viri Gemini: & Zuph. Vnusquisque etenim vbi per peccatum proicitur, ibi occultatur: & quasi perditus vbi sit nescitur: quando iustitia lucem, in qua eum deus posuit, derelinquit. Hinc est quod in paradiso post peccatum, primum hominem quaerit, dicens: Adā vbi es? Quasi dicat: Quia te in luce, qua potui, non inuenio, demonstra, te vbi posuisti. Hinc de mortuo Lazaro exquirat, dicens: Vbi posuisti eū. Sed quem quasi perditū quaerebat, vt inueniret progredi imperabat, dicens: Lazare veni foras. Perditur ergo homo cū peccat, inuenitur, cū peccatū aduersum se, iam poenitēdo, pronūciat. Quia enim per sacra eloquia peccatori praecipitur, dic tu prior iniquitates tuas vt iustificeris: dū ille, qui peccauit, confitēdo iustificari incipit: in luce iā cernitur, vbi iam positus inuenit. Saül autē, qui asinas quaerens, nō inuenit: ruditi quidem praedicatoris persona designat, sed nouiter incipientis. Quem profecto omnipotens deus praedicationis fructum afferre non patitur, ne vilem peccatorum conuersionem aestimet: dum leuiter conuertere eos ad dominum potest. Dissertur ergo conuersione, vt conuersi diligantur: & eos praedicator tanto amplius amet, quanto clarius videt, quia eos lucrari cito non praevalet. Sed dum sancti viri de praedicatione sua alios conuertere non possunt, de se vehementer timere incipiunt: ne inde omnipotenti deo displiceant, vnde se ei vehementer placere cogitabant: & plerumque agitur, vt sic nouorum praedicatorum corda terreantur, vt iam proponant eiusdem praedicationis officium deserere, & deo per silentium vacare. Quare & subditur: Cum autem venisset in terra Zuph, & non inuenisset, dixit Saül ad puerū suum. Veni reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis. Ad patrem reuerti deliberat, qui postposita intentione praedicationis, deo vacare appetit in secreto silentii. Reuerti quidem dicitur, qui missus ante perhibetur. Quasi enim coram patre sunt filii, quando electi viri in secretis cōtemplatione redemptoris. Reuertuntur itaque quando a publico sanctae praedicationis veniunt ad rimanda gaudia aeternae claritatis. Sed quia sancti viri nihil agunt inconsulti, Saül de reuersione ad patrem puerum consuluit. Tunc namque puerum consulimus, quando intenta mente prouidemus, vt quod tentamus disponere, a spiritali sensu non debeat differre. Ad patrem quippe reuerti disposuerat, qui dicebat: Dixi cu

stodiam vias meas, vt nō delinquam in lingua mea: Posui ori meo custodiam cum confisteret peccator contra me. Aduersus praedicatorum peccator consilium, quando ad praedicationem eorum, statum suae iniquitatis non deserit. Et quia tunc praedicator ei silere, & deo vacare proponit: vt ad patrem redeat, obmutescit. Sed quia per silentium voluntatem dei melius didicit, cor eius conualuit, & exardescente igne internae meditationis locutus est. Quod in hoc etiam loco ostenditur, quia consultus puer, consulenti se, consilium impendit, dicens: Ecce est vir dei in ciuitate hac vir nobilis, omne quod loquitur absque ambiguitate venit: nunc ergo eamus illuc, si forte iudicet nobis de via nostra propter quam venimus. Virum dei Samuelem dicit, in quo praedicatorum sanctae ecclesiae designari iam diximus. Qui vir quidem dicitur, pro reuerentia sanctae conuersationis: & omne quod loquitur absque ambiguitate venire perhibetur: quia quicquid minatur de aeternis suppliciis, quicquid de aeterna laetitia permittit iustis, ita vt denunciatur, & impij abibunt ad poenam, & electi ad gloriam. Qui etiam in ciuitate esse perhibetur, quia electus pastor in communi subiectae plebis custodia, semper vigilare cognoscitur. In ciuitate est pastor, quia cum custodit alios, in se munitus est. Vnde & per prophetam in omnium virorum dei laudibus, sub vnius descriptione dicitur. In excelsis habitat, munimenta faxorum sublimitas eius. Nam quo altius in aeternorum ciuium visione suspenditur, eo & sibi fortior, & proximis utilior inuenitur. Nobilis etiā dicitur: quia superna conuersatione conspicuus est, & de mundanae vitae rusticitate nihil habet. Inde enim nobilis cernitur vnde ciuis. Secularium quippe hominum quia nulla est morum compositio, quasi in exterioribus locis nutriti, rustici sunt. Ex consuetudine namque animi inhonestate, turpes proferunt motus corporis: & velut valde degeneres, urbanae consuetudinis gestum nesciunt: dum per omne, quod agunt, vitae suae speciem vilitate terrenae obliuiscuntur operiunt. Quo contra viri dei nobiles sunt, qui dum fortiter ea quae diuina sunt, agunt, in omni suo opere superna luce resplendent: & nihil degeneritatis habent, qui in magna luce omnis suae conuersationis radios proferunt caelestis originis. Ad hoc ergo a puero Saül ducitur, vt instruat: quia qui in arce praedicationis ponendi sunt, spiritali sensui perfectorum praedicatorum magisterio subiciuntur. Ab hoc puero nos duci admonet, qui dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Quare videro est, cur dubitatione dicatur: Si forte iudicet nobis de via nostra, per quam venimus. Sed quia spiritualia discere appetit, quia in gentia dona gestit accipere, vtrum eisdem donis sit dignus, scire nō potest. Dubitare ergo incipit, qui tam magna promereri se suis meritis non praesumat. Quae nimirum dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. Quare & comitantis pueri voce Sauli dicitur, Si forte iudicet nobis de via nostra. Quia nimirum spiritualis sensus non alta nobis sapere suggerit, non audacter de omnipotenti deo praesumere: sed eius dona cum summa sancti timoris reuerentia postulare. Merito ergo puer dicitur, qui humilia semper docere praedicator. Dum ergo dicit: Eamus illuc, & repente subiungit, Si forte iudicet de via nostra, aperte indicat: quia in sensu electorum dei spiritus operetur: dum ad spiritualia dona expetenda, & deuote eos facit accedere, & de laetitia omnipotenti, magna cum reuerentia formidare. Vnde & qui a spiritu ducitur, inopiam meritorum suorum respicere perhibetur, cum subditur. Dixitq; Saül ad puerum suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum? panis defecit in sistrartiis nostris, & sportulam non habemus, vt demus homini dei, nec quicquam aliud. Habent propriam mentes humilium, vt spiritualia dona habeant, sed in iis quae habent, se nō attendat. Quia enim a spiritu sancto virtutum dona percipiunt, ideo sanctus spiritus qui dona tribuit, ea eis ab aestimatione tollit: vt in virtute conuersationis haec habeant, in tumore elationis nō habeant. Bene ergo de Saule dicit, ab humero, & sursum eminebat super omnem populū. Et dixit ad puerū suū, panis defecit in sistrartiis nostris, & sportulam nō habemus: quia electi viri, & ad disponendum sanctae ecclesiae culmen idonei, in iis etiam se per humilitatem paruos aspiciunt: in quo per virtutē magni sunt. Et panem quidem ad refectionem fidelium ani-





Mat. 15.

**G**marum habent in sapientia verbi, sportulam vero in memoria internae meditationis. Cum enim ea quae in secreta meditatione colligunt, seruant in memoria ad eruditionem fidelium: velut panem in sportula reponunt. De his enim sportis in euangelio dicitur: Impleuerunt septem sportas de fragmentis. Cum in mensa domini panes abundant, sporte impleri praecipuntur: quia cum electi anima in superna redemptionis contemplatione reficitur, in eadem contemplatione veritatis eruditur: ut verbi alimonia, quae in se excrescere cernitur, in memoria ad eruditionem fidelium reponatur. Aliud etiam praeter panem, & sportulam abundanter habent, qui cum virtute contemplationis, & doctrina verbi, abundant copia sanctae operationis. Ut ergo humilitas sanctorum in ordinandi regis locutione resonet, dicit: Panis defecit in fistillis nostris, & sportula non habemus, ut demus, homini dei, nec quicquam aliud: quia sanctus spiritus eos, qui ad ecclesiastici culminis regimena praeparantur, magnos facit in virtute interni muneris, sed omnino paruos in respectu propriae aestimationis. Dicit ergo puer: Eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra. Saul autem vacuum se inspicit: quia spiritus sanctus dum sensus honestae uidentium instruit, audaces modo, modo timidos reddit. Audaces quidem, ut praesumant: timidos, ne superbiant. Impellit, ut necessaria postulent: retrahit, ne nimis praesumendo, vitium incurant temeritatis. Et quia quos pauidos facit, per robur fiduciae ad praesumendum erigit, repente subinfertur. Rursus itaque puer Sauli respondit, & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini dei, & indicet nobis de via nostra. Quasi puer bona loquitur sensus electi hominis, quando ad loquendum impellitur, nutu spiritus sancti. Quid est ergo quod dicit, inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti? Quae est ista pars stateris argenti? Sed quia argenti nomine diuina eloquia designantur, argentum in manu pueri est, sermo diuinus in virtute sciendi. Sermonem quidem aliud est posse dicere, aliud est posse sentire. Nam diuina eloquia etiam reprobi eloquuntur, sentire autem nisi electi possunt. Sentitur etenim ea res, cuius virtus agnoscitur. Nam & aegri pisces comedunt, sed vis aegritudinis tollit eis experimentum saporis: ut quod videntur comedere, prohibeantur & sentire. Sic sic nimirum carnales quique dum caelestia loquuntur, quae non diligunt, velut aegri rebus utuntur, quas sentire prohibentur. In manu ergo pueri argentum inuenitur, quando per humilitatis meritum sancti viri caelestia, quae loquuntur, in magno affectu charitatis excipiunt: ut valde dulce sit eis superna dicere eo quod dulciter, ac valde dulcius per amorem saturantur. Vnde etiam scriptum est: Edent pauperes, & saturabuntur. Quia enim cibus animae est sermo dei: pauperes edent, & saturantur, diuites saturari non possunt: quia nimirum electi viri, qui superna diligunt, quoties haec audiunt, ad haec feruentius incallescunt: reprobi superna loquuntur, & audiunt: quae in nulla dulcedine, ad mentis suae reflectionem suscipiunt. Quarta vero pars stateris argenti dicitur, pro qualitate temporis. Nam ut alias partes huius stateris videamus, Prophetas, Apostoli, Martyres intuenti sunt. Quia enim pro qualitate temporis, singulis ordinibus distributa est sonoritas praedicationis: velut singuli quartam partem stateris habuere. Quartam ergo partem stateris illi exhibuerunt, cum synagogae aduentum redemptoris promitterent. Apostoli partem suam dederunt, cum Iudaeis eum, qui promissus fuerat, iam venisse praedicarent. Martyres etiam partem suam tribuerunt, cum infideles ad fidem redemptionis adducerent. Quarta ergo pars stateris remansisse cognoscitur: quia per episcopos & doctores sanctae ecclesiae, verbum fidei usque ad mundi finem electis fidelibus exhibetur. Sed ab his verbum fidei bene praedicatur, quibus per manus pueri sumministratur: quia nimirum illi debet superna praedicare, qui in mentis suae dulcedine meruerunt eorum suauitatem cognoscere. Haec namque pars stateris datur, ut viam quis rectae praedicationis plenius mereatur agnoscere: quia summi doctores sanctae ecclesiae auctoritatem praedicationis aliis non committunt, nisi eis quos sciunt caelestia diligere, quae loquuntur. Quibus verbis simpliciores ad literam admonendi sunt, ut in viro dei prauitatem auaritia suspicari non

Psal. 21.

audeant, per hoc quod dicitur. Ut demus homini dei, & indicet nobis de via nostra. Nam si propheta venale sermonem haberet, homo dei non esset, & ipsius prophetiae spiritum habere nequaquam posset. Hoc ergo cum dicitur, non exponitur mores hominis dei, sed deuotio accedens, quia in magna eum Saul habebat veneratione, in cuius conspectu apparere vacuus erubescere. Et quia ad eiusdem viri dei venerationem eos fama celebris inuitabat, adiungitur. Vocatur enim videns. Vocari etenim est, publica relatione dici. Videns autem est, qui interna etiam respicit, quae mens carnalium non attendit. Vnde & de sanctis animalibus dicitur: In circuitu, & intus plena erant oculis. Quia in exterioribus circumspici, & intrinsecus prouidi sunt. Quo contra carnalium doctorum praesumptionem in euangelio dominus arguens, ait: Si caecus caeco ducatum praestat, ambo in foueam cadunt. Videns etiam dicitur, cui remota, & absentia, praesentia sunt. Quod sanctis praedicatoribus bene conuenit, qui per cognitionem tanto sunt praesentes spiritualibus, quanto in exterioribus intentionem figere dedignantur. Velut enim occulta, patentia, & remota, praesentia habent: qui ea quae carnales scire nequeunt, semper intelligunt. Talis namque esse pastor sanctae ecclesiae debet, quia in via caelestis patriae ad prebendum lumen subditis constitutus est. Semper ergo spargat radios lucis, ut fideles subiecti ex illuminationis suae experientia, alios ad illuminationem trahant. Sequitur, & dicit:

Olim sic loquebatur vnusquisque vadens consulere deum, venite eamus ad videntem. Dominum inus consulere, quando ad eruditos praedicatores pergimus, ut salutis nostrae consilium inueniamus. Sed quia modo tam perfectorum virorum raritas est, dum antiquorum temporum florem religionis attendimus, defectum eius in presenti tempore defleamus. De miseria praesentis temporis, & calamitate compuncti, florem elapsi temporis, cum pulchritudine sanctitatis emarcuisse suspiremus. Dum ergo pastores ecclesiarum ceruimus terrenis inhærere, labentia querere, nulla spiritualis vitae insignia proferre, dum nulla nobis praedicatorum nostrorum lux infunditur, ad laborem compunctionis illa, quae praeserunt memorantes, dicamus: Olim sic loquebatur in Israel vnusquisque vadens consulere deum. Venite eamus ad videntem. Israel dicitur videns deum, siue in quo est deus. Quod certe nomen sanctae ecclesiae conuenienter aptatur, cuius populus dicitur. Nam & in euangelio dicitur: Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem saeculi. Quae nimirum quia in priori tempore pastores habuit spirituali conuersatione floridos, magna scientia eruditos: qui magno despectu terrena vilipenderent, caelestia cogitarent: ad lumen quod in eis videbat populus, se inuicem exhortari poterant, dicentes: Eamus ad videntem. Si ergo eundem est ad videntes, pariter est diuertendum a caecis: quia reproborum praedicatorum exempla non debemus imitari, sed fugere: ab eis autem qui conuersationis merito spiritualia cognoscunt, semper aedificationis nostrae eruditionem postulare. Et quia hoc non nisi viri spirituales faciunt. Sequitur: Et dixit Saul ad puerum suum. Optimus sermo istus, veni eamus. Optimus sermo est, quo melior auri nequaquam potest. Quoties nobis ergo salutis nostrae consilia spiritualiter suggeruntur, intus nobis sermo fit: quo melior inueniri non possit. Pueri ergo sermonem laudamus, quoties nobis in spiritualis sensus nostri proposito complacemus. Et cum eo ire promittimus, quando spiritualibus cogitationibus consentimus. Sed quia tunc fructuosa est bona cogitatio, quando in operatione perficitur. Sequitur: Et veniunt in ciuitatem in qua erat vir dei. Cumque ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt ad eas: Nunquid hic est videns? Qui virum dei quaerunt, in ciuitatem veniunt: quia plerumque fit, ut vita, atque doctrina praedati in subditorum conuersatione requiratur. Sic nimirum & arbores saepe requiruntur, qui eorum speciem non in foliis, sed in fructu inueniant. Plerumque autem suborta fructeta magnis arboribus admiscuntur, & fructus suos earum arborum, quibus sunt mistae, esse mentiuntur. Qui ergo fructum discernere vult, prius discernat & ramos: ut ex qua arbore fructum procedat agnoscat. Sic sic nimirum est in conuersatione fidelium: quia in electa plebe boni


Ezra.

Mat. 15.

L

Mat. 21.

M



**A** be boni prædicatoris, dum plures mali admitti sunt: velut in ter bonas arbores spinæ oriuntur. Conuersatio itaq; electi prædicatoris non est exploranda in omnibus subditis, sed in iolis electis. Tunc quidem velut ramos bonæ arboris cū dīfinitione discernimus, quando in plebe rectoris illos velut electa poma imitatur, qui magistri sui exemplo proficiunt: & illos velut vepres fugimus, qui antiqui hostis fraude reprobantur. Bene ergo de Saul, & eius puero dicitur: quia venerunt in ciuitate, & cliuum eiusdem ciuitatis ascenderūt: quia nimirum perfectio sanctorum virorū cum in subditis quæritur, non imperfecta membra, sed electa, atque perfecta requirenda sunt. Nam & artifices opera sua prius inchoant, deinde comunt. Pictor etiam cum pulchros colores aut aurū superducere appetit, prius viliorem colorem sternit. Qui ergo iudicare de peritia artificum vult: non inchoata eorum opera, sed perfecta respiciat. Cliuum ergo ciuitatis ascendat, vt qui inuenire appetit videntem, reperiat. Cliuum enim infimus, & defossus locus est. In qua nimirum parte ciuitatis illi signantur, qui adhuc in altiore conuersatione minime proficere. Cliuum ergo ascendimus, cum planitiem infirmorum auditorum ad exemplum nobis proponere vitam. Et tunc quidē puellas egredientes ad hauriendam aquā inuenimus: quia pulchritudinem sanctarum mentium in perfectiori conuersatione respicimus. Puellæ quidem sunt mentes electorum: integræ per innocentiam, decoræ per virtutū claritatem. Et quia in secretiori vita pulchritudinem suam conseruant, videri nequeunt: nisi cum ad hauriendam aquam egrediuntur. Puellæ aquam hauriunt, quando electæ animæ ex profundo dolore præsentis exilij fluente lachrymarum fundunt. Haurire quidem aquam dicuntur: quia dum se profectas in hac valle lachrymarum lugentes memorant, quasi ad profundum fontem cogitationis mittunt, à quo cum labore aquas lachrymarum trahunt. Tunc etiam egressæ videntur: quia quæ quales sunt intus latent, apparet tamen in oculis: & quantum diligant conditorem indicant, quæ in tanto dolore præsentis seculi vitam sustinent. Ab istis ergo quærendum est, vbi est videns: quia locus perfectorum tunc bene cognoscitur, cum ab eis nobis ostenditur, qui per profectum vitæ eorum conuersationi vicini sunt. Sed habent prædicatorum loca diuersa. Alium quippe locum habent per se, alium pro subditis: quia nimirum in seipsis in altissima contemplatione morantur, pro subditis ad doctrinæ motem descendunt. Per contemplationem velut in cælo sunt, & quia alta sunt, quæ docent: & descendunt cum docent, & sublimia loquentes in alto se retinent. Perfectiores igitur auditores vicini suo rectori sunt, non cum in summa contemplatione est, sed in inferiori monte doctrinæ. Quare & puellæ respondentes dicunt. Hic est, ecce ante te: hodie enim venit in ciuitate. Quasi dicant. Ideo locum eius indicare possumus: quia illuc venit, vbi eum videre solebamus. Nam si in suæ sublimitatis arce resideret, cum tibi nemo ostenderet. In ciuitate etenim doctor est, quando per ministerium prædicationis moratur in eruditione populi subiecti. In ciuitate est doctor, quando relinquit propria, vt cōmunia disponat. Quia enim boni prædicatoris plebes per eorum exhortationem munitæ, ac fortes sunt, quando in eorum ministerio moratur, in ciuitate esse cognoscitur. Item quia in subiectæ plebis multitudine alij simplices, alij sapientes sunt, puellæ subiungunt. Festina nunc, hodie venit in ciuitate: quia sacrificium est populi in excelso. Ingressas autem statim inuenietis eum, antequam ascendat in excelsum ad vespendum. Neque enim comesturus est populus donec ille veniat: quia ipse benedicet hostiæ, & deinde comedent qui vocati sunt. Cū in ciuitate venit Samuel, in excelsum ascendit: quia electus prædicator in eruditione subditorum, modo plana verba, modo alta pronūciat. Quādo igitur plana & intelligibilia præcipit, in ciuitate est: quādo sublimia, & quæ vix intelliguntur, in excelsum. In ciuitate est quando simplicibus proponit exempla, in excelso autē quando perfectis verborum spiritualium alta pronūciat. Quasi enim in ciuitate erat, qui dicebat: Nihil indicaui me scire inter vos, nisi Christum: & hunc crucifixum. Item in ciuitate erat, quando infirmis remedia demonstrabat, dicens: Propter fornicationem vir suam vxorem habeat, & vxor suū

virum habeat. Sed in excelsum ascendit: quia non multo post subdit: De virginibus autem præceptum non habeo, consilium autem do. Vellem omnes homines esse sicut meipsum. In excelsum etiam verborum se sæpe ascendere fatetur, quia dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos. Quid est ergo quod dicunt puellæ, Festina nunc, hodie venit in ciuitate, nisi quia raro videbatur in ciuitate, videlicet tarde veniens, cito recedens? Quo nimirum ministerio sanctæ ecclesiæ doctor instruitur, vt videlicet raro sit in publico, frequens in secreto: vt quo tardius aspicitur, deuotius veneretur. Tūc quidem quasi cœlestis excipitur: quia quo amplius in secreto contemplationis latuit, verbi dei thesauros ad eos, qui se expectant ditiores trahit. Ille etenim potest multa bona in infimis dicere, cui per secretum mentis intuitum conceditur summa videre. Et quia dulcius videntur illa, quæ dicuntur: puellæ dicunt, Festina. Quasi dicant: si id pro quo in ciuitate venit expleuerit: videre in secreto suo repositū non potestis. Quod profecto verbum iam literam nō ad verbum, sed exemplum religiosorum est. Nam sanctus vir tantæ erat districtiōnis, vt statutas dies & horas haberet, in quibus eum qui cuperet, videre potuisset. Dicant ergo Festina. Ac si dicant: si statutum tempus transierit, in horis suæ quietis, verbis aut actionibus non intendit. Qui ergo remotæ vitæ ordinem simplicis, hoc obseruare attentius debemus. Statuendæ sunt nobis horæ ministerij, vt breuiter persistamus in opere, festinanter redire valeamus ad contemplationis arcem. Ipse autem secreti silentij nostri moræ, tanta lege districtiōnis custodiendæ sunt: ipsi etiam, qui accedere solent, sciant: quia contra propositum nostrum ad nos accessum non habeant. Quia verò hæc spiritaliter explanare cupimus, cōtra simplices, hoc dici conuenienter intelligi potest. In ciuitate quippe is qui videtur extraneus Samuelem alloqui posse putatur, in excelso autem non putatur: quia quos simplices esse credimus, plana non alta eruditione eos indigere existimamus. Tunc ergo prædicatorum sanctos audire debent, quando plana simplicibus loquuntur, quæ intelligunt: non quando dicunt alta, quæ intelligere nequaquam possunt. Dicunt ergo, Festina nunc, hodie venit in ciuitatem: quia sacrificium est populi in excelso. Quod tale est, ac si dicat. Quia multi sunt, qui summa audire desiderant, nunc tu debes festinare, quando ille similes tui simplices videtur instruere. Sacrificium quidem populi est deuotio electæ plebis. Quæ nimirum deuotio quia verbo prædicationis in electorū cordibus excitatur: quasi à Samuele perficitur. In excelso est autem sacrificium populi, quando corda fidelium subditorum alta verba sanctæ prædicationis deuotè audire concupiscunt. Vnde & aptè dicitur: Quia populus non comedit, nisi prius Samuel hostiæ benedixerit: quia perfectiores auditores, dum ad summā virtutum perfectionem peruenire desiderant, verbum scientiæ, per quod ad desiderata perueniant, in magno desiderio expectant. Quo in loco notandum est: quia oblatum sacrificium nondum erat: & tamen dicit, sacrificium est populi in excelso. Si enim sacrificium antequam offerri incipiat non est, quomodo erat sacrificium, quod non erat? Sed quia nos spiritalia sequimur, nondum erat sacrificium, & erat: quia cum electi fideles altius erudiri appetunt, iam quidem magnam deuotionem audiendi habent, quam post auditam prædicationem, valde maiorem habent. Non est ergo adhuc oblatum sacrificium: quia illa magnitudo deuotionis, quæ nascitur in corde electi de verbo prædicationis, ante prædicatoris verbum in corde nō est. Et est quidem in excelso sacrificio: quia de expectatione verbi, magna iam est in corde audire volentis vis deuotionis. Quare & bene dicitur, Quia populus nō comedit, donec ille hostiæ benedicat. Qui enim summa inhiantius diligunt, donec eadem summa percipiunt, non quiescunt. Si enim hostia mentis, eius deuotio est: hostiæ benedicatur, quando ad vocem prædicationis sanctificatur: vt quo purior efficitur, diuina susceptione acceptior habeatur. Quod enim in dei sacrificio benedicatur, mundum quidem est, cum offertur, & materiale: oblatum verò, tanto est mūdius, quanto non solum materiale, sed spirituale, quanto non solum mūdum, sed etiam mundans est. Hostiarum quippe oblationibus mundari peccata quis dubitet? Sic namq; sic est mentis deuotio,

Cor. 2.

D

1. Cor. 2.

S

F

**G** tio, nam cum bona audire gestit, munda est: sed cum sanctae praedicationis accepta & benedicta manibus fuerit: tanto ardentior & sacratior redditur, quanto clarius didicit, quem amare dulcius notum possit. Munda quidem ante, velut praeparatio sacrificij fuerat, quae bonum nosse cupiebat: & tamen materialis erat apparatus: quia nondum nouit, quae discere appetit: sed munda valde & spiritalis, cum iam doctrinae sanctificata vocibus, non iam appetit audire, quod sciat: sed audita delectatur experiri, quae amat. Tunc etiam non solum munda est hostia, sed mundans: quia quo feruentiori caelestium amore succenditur, ab ea negligentiae carnalis tenebrae potentius effugantur. Scriptum quippe est, quia charitas operit multitudinem peccatorum: quia nimirum carnalia nostra destruiamus, cum ardenti deuotione ad caelestia subleuamur. Et quia subditur, Et tunc comedent, qui vocati sunt. Quid aliud designat, nisi quia deuotionis affectus mentis est cibus. Tunc namque comedemus cum hostiae benedictur: quia cum ad praedicatorum vocem, deuotio nostra in amorem conditoris extollitur: anima quae ad dulcedinem conditoris peruenit, habet iam cibum suum. Tunc ergo comedunt, qui ante benedictionem hostiae comedere noluerunt. Nam qui summa intentionis expectatione ad diuinae dulcedinis perceptionem se praeparant, dum mala desideria per appetitum nulla recipiunt: velut ieiunii, refectione deuotionis auidius replentur. Velut enim benedictionem hostiae ad refectionem expectant, qui cuncta illicita desideria fugiunt: vt de visione internae gloriae per deuotionem satientur. Scriptum quippe est: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Qui enim in corde inepta non recipit, dum superna desiderat, mundus corde est: & dum per bonum praedicationis ad diuinae contemplationis dulcedinem ducitur, quasi benedictionem hostiae habet in anima saturitate. Dicit ergo, Deinde comedent, qui vocati sunt. Ieiuni quippe vocantur ad comestione, dum praedicator foris loquitur, qui a prauis desideriis mentem custodiunt, & per gratiam spiritus sancti ad internae dulcedinis experientiam trahuntur. Vocati enim tunc erant inuitati, qui venerant. Vocati ergo ieiuni tunc comedunt, quando hi spiritalis gratiae deuotione pascuntur, qui ad eam percipiendam se magna mentis suae custodia parauerunt. Quid vero est quod dicunt, Ascendite quia hodie reperietis eum? Sed dum electi, bona praedicatorum laudant, auditorum corda magna luce irradiant. Caelestis namque illa conuersatio boni doctoris quam praedicant, dies est. Dicant ergo, Hodie reperietis eum. Eo namque die praedicator inuenitur, quando non est minor vita, quam fama: quando electorum voce laudatur, sed qui laudes audiunt, omne quod audiunt, in eius laudabili conuersatione inueniunt, atque cognoscunt. Quo contra pharisaeos increpans dominus, ait: Vae vobis scribae, & pharisaei, qui similes estis sepulchris dealbatis, quae foris videntur hominibus pulchra, intus autem plena sunt ossibus mortuorum. Hinc iterum vanum gloriosos infidelibus comparat, dicens: Quomodo potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes. In die quidem laudantur, qui eiusmodi sunt: sed eo die non reperuntur: quia qui eorum laudes audiunt, quasi candorem sepulchri a foris aspiciunt: sed cum laudatas virtutes quaerunt, intus peccatorum noctem, quasi tristitia atque potentia mortuorum ossa inueniunt. Dicant ergo, pro significanda vera gloria iusti, Hodie reperietis eum: quia cum iusti laudantur, in veritate conuersationis habent, quicquid lucidum emicat de eis voce laudis. Et quia tanti viri festina deuotione quaerendi sunt, sequitur. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel, egrediens obviam eis, vt ascenderet in excelsum. Cum sanctorum virorum praecordia audimus, in ciuitate ascendimus: quia illic eos quaerimus, vbi descendunt, non vbi sunt. Sed (vt superius dixi) praedicatorum locus, quem pro se habent, secreta diuinitatis contemplatio est: locus autem pro subditis, praedicatio. Aliquando vero plana, aliquando alta loquuntur. Habent ergo communem locum pro omnibus, habent sublimem, specialemque pro quibusdam, habent secretum pro se. Haec nimirum tria spiritalia loca signantur: quia Samuel egredi dicitur, & apparere in medio urbis, & ascendere in excelsum. Nam qui vt appareret, egredius est, erat vbi autequam appa-

reret, latuisset. Egrediuntur ergo sacerdotes, quando a secreto meditationis ad praedicandum veniunt. In ciuitate apparent, quando planiora, id est, ad agendum vel ad intelligendum dicunt. In excelsum ascendunt, quando sapientibus aut fortia praecipunt operis, aut reuelant alta mysteria. Ordinatus ergo ascensus noliter ostenditur, per hoc quod Saül in ciuitate ascendere perhibetur. Nam nobis pastorum nostrorum loca, in quibus orare, aut secreta esse conlueuerunt, veneranda, non adeunda sunt. Quod non solum exemplo, sed etiam diuina cohortatione cognoscere possumus. In Cantico quidem canticorum sponsus denunciat, dicens: Obsecro vos filiae Hierusalem ne euigilare faciatis dilectam quousque ipsa velit. Mentis enim perfectorum sponsae sunt: quia dum secreto diuini amoris se velut in thalamo collocant: ibi per visionem inueniunt, cui ineffabili amore iunguntur. Cum ergo sponsa dormit in thalamo, coniungitur sponso: quia dum electa praedicatoris anima in secreta contemplatione receditur, quasi in sponsi thalamo collocatur. Qui ergo hanc suscitatur sponso tollit: quia nimirum requies electae animae non solum sua: sed etiam delectatio sponsi est. Vnde & per prophetam dicitur: Gau debet sponsus super sponsam. Merito ergo Hierusalem filias sponsus adiurat, vt ab eis sponsa quando dormire voluerit, non excitetur: ne dum illa surgit a quieto thalami, ipse perfruitionem perdat amoris. Egredius ergo Samuelis expectetur: quia viri sancti in secreto sui silentij venerandi sunt, inquietandi non sunt. In ciuitate igitur ascendendum est: quia electus doctor in communi loco doctrinae tanto lucro suis videtur, quanto vt proficit exire cognoscitur. Quo in loco notandum: quia de Samuele non dicitur, hodie ascendit in ciuitate sed hodie venit in ciuitate: de Saule autem, & puero non venerunt, sed ascenderunt dicitur. Ille enim velut per planum venit: iste velut in alta conscendit. Quid aliud per hoc nobis ostenditur, nisi quia plana, quae loquuntur praedicatores, nobis plana non sunt. In ciuitate ergo non venimus, sed ascendimus: quando aut plana praedicationis difficulter aspiciamus, aut parua, quae praecipimur, cum labore portamus. Sed quia stare in ciuitate, munitum esse est, idcirco ascendimus: quia cum nos summi viri parua bona agere docent, malignorum spirituum consiliis acquiescere vehementer prohibent. Et quia valde laboriosum est, omnia tentamenta vincere: ad verba doctorum, quae hoc nobis praecipunt, quasi per ascensus laborem conamur peruenire. Sed quia scriptum est, quod vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem (quod nimirum non solum de aeterna retributione accipitur sed etiam de praesenti) omnipotens Deus pro merito operis, electis suis tribuit augmenta virtutis. Nam & Abrahamae filio non parcenti, dicitur: Per memetipsum iuravi: quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Plerumque enim qui fideliter laborant, in faciendis iis quae sciunt, per diuinam gratiam maiora quae agant, cognoscere merentur. In quorum typo bene Saul in ciuitate prius ascendere dicitur, in excelsum postea a Samuele ductus perhibetur. Verum obviam venire est, per eandem viam venienti occurrere. Cum ergo a sanctis praedicatoribus salutis viam discere volumus, nobis quidem obviam veniunt, quando cum verbo salutis, quod quaerimus, occurrunt. Quasi enim eadem via veniunt, cum id nos docere festinant, quod nos proposuimus discere. Hoc profecto morale est omnium: si enim ea quae spiritaliter quibusdam competunt, indagamus, obviam venit: quia ordinandum regem ad se venire praecognoscit. Vnde autem cognoscat ad iungitur. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vna diem quam veniret Saül, dicens: Hac ipsa, quae nunc est hora, cras mittam ad te virum de terra Benjamin, & vniges eum ducem super populum meum Israel, & saluabit populum meum de manu Philistin. Exiit ergo ei obviam, vt in excelsum ducatur: quia is, qui ad sanctae ecclesiae regimen quaeritur, & diuino munere demonstrandus est, & ad sublimem conuersationem vocandus. Auricula Samuelis quia diminutiuè dicitur, quid designat, nisi humilem intelligentiam doctoris spiritalis: Auricula ergo reuelatur a domino: quando humilis intelligentia praedicatoris a spiritu sancto instruitur: vt quae facturus est, audiat: & audita disponat. Sed subtiliter est in-

Iacob. vlti.

Matt. 5.

Matt. 23.

Ioan. 5.

Canti. 2.


Esai. 62.

1. Corin. 3.

Gene. 22.

M

tuendum



**A** tuendum quod dicitur, ante vnam diem. Dies enim est vita iu-  
 lti, paulo attestante, qui ait: Fuistis aliquando tenebrae, nunc  
 autem lux in domino. Quando autem vita electi ostenditur,  
 dies latens reuelatur. Nam homo videt pretextum boni ope-  
 ris, deus etiam lucem cordis. Quia ergo electi, & reprobi in-  
 tentione cordis absconditi sunt, ante vnam diem dominus ve-  
 nientem regem insinuat: quando per eius gratiam sancti praed-  
 icatores agnoscunt in eis, qui promouendi sunt, testimoniu  
 boni operis, praecedere puritatem intentionis. Nulla enim est  
 lux operis, quam non praecedat rectitudo intentionis. Recte  
 ergo ante vnam diem rex ordinandus agnoscitur. Sed subse-  
 quentem quidem diem non aspiciunt, nisi ex praecedente na-  
 scatur: vt diem ante diem, intentionem ante operationem co-  
 siderent, & a deo missum in luce sanctae operationis aspiciant,  
 quem lucere per propositum cordis diuina gratia demon-  
 strat. Et quia eadem hora, qua promittitur, exhibetur: quid  
 dat intelligi, nisi quia perfectus debet esse, qui eligitur, non  
 solum corpore, sed mente? Nam quando deus loquitur san-  
 ctis viris, plena lux diei est. Habet namque originem dies, ha-  
 bet & finem. Iuxta finem peccatorum arguit, dicens: Adam  
 vbi es. Et quia nec qui bona incipiunt, nec qui a bono opere  
 torpescunt promouendi sunt: hora perfecta locutionis praed-  
 icator mittitur, quando talis exhibetur, qui plena fulgeat  
 luce boni operis, & pleno resplendeat fulgore veritatis. Qui  
 etiam vir de terra Benjamin venire describitur. Vir quidem  
 dicitur, pro operis fortitudine: de terra Benjamin, pro recta  
 fidei confessione, Benjamin quidem dicitur filius dexteræ.  
 Quis ergo hic filius dexteræ dicitur, quam ille de quo scrip-  
 tum est: Ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris. Ter-  
 ra ergo Benjamin sancta ecclesia est. Quia ergo haeretici ab  
 hac terra expulsi sunt, de terra Benjamin venit rex, quando  
 non aliqua haeresi pollutus: sed fide catholicus sanctae eccle-  
 siae primatum suscipit. Qui viri praeconio fruuntur: si fide fir-  
 mus est, operatione fortis. Hic uim super populum do-  
 mini dux vngi praecipitur: quia exteriora sacramenta sacer-  
 dotibus illis profunt, qui eorundem sacramentorum donis,  
 indigni non sunt. Vel sacerdotes vnguntur, quando per ordi-  
 nantium se ministerium gratiarum spiritualium incrementa  
 percipiunt. Vnde & sequitur. Saluabit populum meum de  
 manu Philistinim. Velut vncti saluare alios possunt: quia spi-  
 rituales gratias abundantius perceperunt. Nam qui populum  
 saluant, super populum vncti sunt: quia qui a domino ad re-  
 gendos alios ordinantur, spiritualia charismatum dona, qui-  
 bus eis prodesse possunt, accipiunt: & eis quos ordine prece-  
 dunt, meritis etiam superiores sunt. Et quia plerumque bonus  
 pastor merito bonae plebis eligitur, bene subiunctum est:  
 Quia respexi populum meum. Item quia magnis precibus  
 a domino bonus pastor quaerendus est, subditur: Venit  
 clamor eorum ad me. Sed fortasse nonnulli mouentur:  
 quia contrarium videtur, quod hic dicitur, & quod superius  
 dicebatur. Ibi enim ait: Non te abiecerunt sed me, ne regnem  
 super eos, iuxta omnia opera sua, quae fecerunt a die qua edu-  
 xi eos de terra Aegypti, usque in diem hanc. Nunc vero dicit:  
 Vnges eum ducem super populum meum Israel, & salua-  
 bit populum meum de manu Philistinim: quia respexi populum  
 meum, venit enim clamor eorum ad me. Superius quasi ab-  
 irato rex ordinari permittitur, nunc quasi a pio, & benigno  
 ordinatur. Huius etiam benignitatis verba quis non videat,  
 quantum a sententia illa dissentiant: quae eidem a Samuele il-  
 lata fuit? Quia (inquit) proiecasti sermonem domini, proiecit  
 te dominus, ne sis rex. Quod profecto celeriter soluius, si  
 ipsam verborum vim subtiliter intueamur. Nam omnia haec  
 diuina benignitatis verba populi meritis ascribuntur. Sal-  
 uabit populum meum, & respexi populum meum, & clamor  
 eorum venit ad me. Pro illis ergo rex ordinari decernitur,  
 quorum clamor exauditur. Nam etsi pro futura nequitia re-  
 pellendus a regno erat Saül, tamen habebat in se donec re-  
 gnaret, vnde populo sibi subdito prodesse potuisset. Futurus  
 certe erat bello strenuus, mente elatus. Habitus erat vnde  
 sibi caderet, & vnde alius staret. Illud ergo vnde prodesse sub-  
 ditis poterat, dominus prouidens dicit: Saluabit populum  
 meum de manu Philistinim. Et venit clamor eorum ad me. Ad-  
 hac tamen valde contrarium videtur, vt eius populi clamo-

rem exaudire credatur, qui cum abiecit reprehenditur. Ad  
 quod respondendum est: quia erant in illo populo & repro-  
 bi, & electi: ubi ergo abiecit dominum reprobi arguuntur,  
 hic electorum desideria ad omnipotentis dei aures perueni-  
 unt. Quia ex re quid colligendum est, nisi quia saepe electis  
 bonum est, quod mali rectores ordinantur. Non ergo mirum  
 est, si deus quasi de abiectione sua irascitur, & regem ordi-  
 nat: quia ipsa dignitas futuri regis & mala erat, & bona. Ma-  
 la denique, quia superba: bona vero, quia in defensione sub-  
 iectorum strenua. Quod totum & in sancta ecclesia nunc fie-  
 ri certum: quia plerumque ille eius primatum suscipit, qui  
 verbo utilis est aliis, mente tumidus sibi. Praedicando virtu-  
 tes, velut stado vitia destruit: sed alta de se sentiendo, cadit.  
 Hic itaque praedicando populum dei saluat, sed semetipsum  
 tumendo praecipitat. Quasi rex potens verbo populi dei oc-  
 cultos aduersarios atterit, sed elatione a regni sublimitate  
 cadit. Non ergo pro se, sed solum pro populo rex constitui-  
 tur: quando ille in sancta ecclesia praesse permittitur, qui bo-  
 na, quae praedicat, superbiendo, aut nequiter viuendo concul-  
 cat. Quo in loco notandum est: quia cum in sancta ecclesia  
 pastor eligitur, aliquando ordinatur pro se, & populo: ali-  
 quando nec pro populo, nec pro se: aliquando pro se, non  
 pro populo: aliquando vero pro populo, non pro se. Pro se, &  
 populo, quando electus praedicator electis subditis datur:  
 quia vnde subiectionum multitudo ad aeternam patriam du-  
 citur, bono pastori meritorum dona cumulantur. Nec pro se,  
 nec pro populo pastor datur, quando reproba plebs repro-  
 bum pastorem habere permittitur: cum sic ille praest, sic il-  
 li obediunt, vt ad aeterna bona nec ille, qui docet: nec illi,  
 qui docentur, peruenire mereantur. De quibus per Oseam do-  
 minus dicit: Dabo eis reges in furore meo. In furore etenim  
 dei rex datur, quando malis peior praesse decernitur. Talis  
 quippe pastor tunc datur, talis populus regendus suscipitur,  
 qui pariter aeterna poena damnentur. Pro se, non pro populo  
 pastor datur, quando bonus malis praepositus: sicut ad Eze-  
 chielem dominus dicit: Mitto ego te ad filios Israel, ad gen-  
 tem apostaticam, quae recessit a me. Pro se quidem, non pro  
 populo tunc pastor datur: quando etsi auditores suos electus  
 praedicator conuertere ad deum non poterit, ipse tamen la-  
 boris sui aeterna lucra non perdit. Pro populo autem, non pro  
 se: quando bonis subditis, pastor tribuitur, qui dona habeat,  
 per quae illis prodest, & sibi non prodest. Tales quidem erant de  
 quibus dominus discipulis praecipit, dicens: Quae dicunt fa-  
 cite, quae autem faciunt, facere nolite, Quasi dicat. Quod vti-  
 le pro vobis acceperunt, ab eis quasi vestrum tollite: & in eis  
 quasi suum dimittite, quod non habent ad lucrum vestrum,  
 sed ad interitum suum. Saule ergo abiectione domino eligitur,  
 & tamen populum domini de manu Philistinorum liberatu-  
 rum perhibetur: quia omnipotens deus saepe suis bonis fide-  
 libus per illos praefatos prodest, qui de officio eiusdem pra-  
 lationis sibi non placent. Sequitur. Cumque aspexisset Sa-  
 muel Saül, dominus ait ei: Ecce vir, quem dixeram tibi, iste do-  
 minabitur populo meo. Hoc namque in sequenti die actum  
 est, quod praecedenti dominus repromisit, dicens: Cras luc  
 eadem hora mittam ad te virum de terra Benjamin, & vnges  
 eum super populum meum Israel. Aspicitur ergo in secundo  
 die, qui primo promittitur: quia praedicatores sanctae eccle-  
 siae virtutes electorum in secreta eorum vita perquirunt. Hi  
 enim qui promouendi sunt, dum bona proferunt, aliquid ma-  
 gnum ex se repromittunt. Primo igitur die rex promittitur:  
 quia magna electorum opera praedicatores aspiciunt, & quasi  
 domino loquente intus agnoscunt, quos ordinare sanctae ec-  
 clesiae rectores volunt. Aspicit ergo Samuel in sequenti die,  
 quando praedicator eum qui promouendus est, in magna lu-  
 ce conuersationis videt. Et tunc quidem quasi indicante do-  
 mino, ordinandum regem cognoscit: quia eum, qui in alta arce  
 sanctitatis praeminet, praeter aliis dignum videt. Et quia  
 qui magni sunt meritis, parui sunt per humilitatem, sequit-  
 ur: Accessit Saül ad Samuelem in medio porte, indica oro  
 mihi (inquiens) vbi est domus videntis. Si in ciuitate tunc  
 est praedicator, cum plana & communia loquitur, quae intel-  
 liguntur: porta ciuitatis huius quae est, nisi humilitas? Nam  
 quini verbi cognitio superbis absconditur, humilibus reue-  
 latur.

Ephes. 5.

Gen. 3.

Marc. ult.

Supra. 8.

Infra. 15.

E

Osee. 13.

Eze. 2.

Mat. 23.

F



**G** latur. Vnde & in Evangelio patri loquitur, dicens: Confiteor tibi pater rex caeli & terrae: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientes quidem superbos, & alta de se sentientes, paruulos vero dixit humiles. Quorum certe alia scriptura meminit, dicens: Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Resistit nanque superbis, ne aeterna bona intelligant, sed paruulis gratiam dat, ut eadem bona aeterna, ipso reuelante, cognoscant. Electi ergo quia ad spirituales scientiam per humilitatem veniunt, ad audiendos praedicatores, quasi per portam vadunt. Electus etiam praedicator quia spiritualia humiliter dicit, Samuel Saül in eadem porta occurrit. Quasi enim ambo in porta sunt, quando ea quae electus praedicator loquitur, ab electo alio humiliter audiuntur. Sed qui nouiter venerat, quem quaerebat, inuenit, & ignorabat. Quare & idem Saül ad Samuellem dicit. Indica mihi oro ubi est domus videntis. Hoc nanque proprium magorum virorum est, ut a minimis difficile cognoscantur. Carne quidem despecti sunt, sed mente sublimes. Foris contemptibiles apparere appetunt, sed agere venerabilia non desistunt. Quia ergo valde proficere per eorum exempla appetunt, eos non solum in exterioribus, sed in intimis admirantur. Vident ergo in eis exterius, quod possit a carnalibus despici, sed & pariter attendunt, quod intus spirituales viri magna admiratione debeant venerari. Quos dum fama sublimes audiunt, in altitudine suae conuersationis agnoscere concupiscunt. Secundum historiam ergo Saul Samuellem videbat, & non cognoscebat: ut quod in figura contingebat illis, nobis spiritualia designaret. Nam cum paruuli sumus, quasi videmus perfectos viros, dum eorum virtutes a referentibus audimus: sed quos videmus, non cognoscimus: quia per experientiam scire non possumus, quia hoc, quod auditu percipimus, in cordis oculis tenemus. Quando igitur ab eis conuersationis eius secreta ad imitandum requirimus, eos nimirum quasi de propria domo interrogamus. Domus namque eorum conuersatio est. Hanc domum scire volebat discipulus Ioannis, quando dominum interrogauit, dicens: Magister ubi habitas? Qui nimirum quia ad familiaritatem illius quasi domesticus perducendus erat, audiuit. Veni, & vide. Hanc domum visam Philippus non cognoscebat, cui dicit: Tanto tempore vobiscum sum & non cognouisti me, Philippe qui videt me, videt & patrem meum. De domino etiam scriptum est, quia loquebatur Moysi sicut cum amico suo: sed idem Moyses videns, & non cognoscens, interrogabat, dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Spirituales autem conuersatio sanctorum: quia non nisi deuotis, ac supplicibus panditur, domum Samuelis Saul indicari sibi humiliter deprecatur. Sancti etiam praedicatores cum de se magna audiunt, per humilitatem se deiciunt, non insulant. Sciunt se petentibus magna quae imitentur, ostendere: sciunt inter magna, quae ostendunt magni per iactantiam non apparere. Quare & subditur: Et respondit Samuel Saul dicens: Ego sum videns. Sed ascende ante me in excelsum hodie, ut comedas mecum, & dimittam te mane. Quid est dicere, ego sum videns: nisi se sicut in oculis videbatur, humilem demonstrare? Quasi dicat. Tu in aestimatione tua magnum habes, quem quaeris, sed paruus est ille, quem videt. Hoc nanque in verbo videns non praedicatur, sed ego. Quasi dicat, videns ille, est ego, non quod aestimas, sed quod cernis. Sed qui humiliter se nouit, nouit dare dona non humilis, sed sublimis. Quare & in excelsum ante se ascendere eum, ut secum comedat, praecipit. In excelsum ascendit, qui ad scienda altiora mentem erigit. In excelsum quidem ascendere est, cor ad altiora intelligenda praeparare. Vnde & Petrus in monte assumitur, ut gloriam transfusum redemptoris videre mereatur. In illo enim ascensu montis, sublimis praeparatio mentis exprimitur: quia alta videre non poterit, qui per intentionem animum in sublimibus non ponit. Quia ergo sublimia praeparati melius intelligimus, ante Samuellem Saul in excelsum ascendere iubetur. Quasi enim ante praedicationem in excelsum ascendimus, quando nos prius ad alta scienda animum intendimus, & ipsi nobis ea, ad quae intendimus, postmodum loquuntur. Quid vero est, quod ait, Ut comedas mecum hodie. Sed quando praedicatores sancti coelestia loquuntur, ele-

torum suorum auditorum corda reficiunt, testate etenim veritate (quia cibus animae est verbum dei,) Non in solo pane videtur homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Panis namque alimentum corporis est, verbum mentis. Qui vero corpus sine mente reficiunt, mente mortui sunt, carne viuunt. Quare & de delicata vidua Paulus ait: Viuens mortua est. Nam per ciborum delicias non moreretur vidua, si animam verbi dei cibo satiare, cum ipse Paulus dicat: Nihil esse immundum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed viuens vidua moritur, quando cibo corpus nutrit, animam fame interficit. In solo ergo pane homo non viuit: quia cum ex anima, & corpore constet homo, sicut aliter per animam, aliter per corpus viuit, ita & necesse est, ut alimentis diuersis singula nutriantur. Ut comedamus itaque cum Propheta ascendimus, quando ad alta diuini verbi mentem erigimus, ut eius coelesti sapore per deuotionem satiemur. Et quia ipsi praedicatores valde amant coelestia, quae loquuntur, quasi simul comedimus, cum deuote illi loquendo proferunt, quod nos deuote audiendo, in ventre animae locamus. Simul enim comedimus: quia verbum Dei pariter audimus. Praedicatoribus namque veritas dicit: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quod & Paulus probat, cum suos auditores interrogat dicens: An experimentum quaeritis eius, qui in me habitat Christus? Quia ergo in sanctis praedicatoribus Christus, & eius spiritus loquitur, ipsi praedicatores tanto clarius loquentem audiunt, quanto eis viciniore sunt, cuius sedes esse meruerunt. Tanto ergo plenius de verbi alimento poterunt refici, quanto iam intra se habent cellam refectiois. Amici etenim sponsum sunt, & stant, & gaudio gaudent propter vocem sponsi. Cum ergo diuina loquuntur sancti praedicatores, audiunt: sed quia certa experientia norunt, quando in eis loquitur spiritus, audiunt se, sed non in se, quia & ipsi loquuntur, sed in se locuta, loquentem alium venerantur. In eo igitur, quod audiunt, & loquuntur, & reficiunt, & reficiuntur. Reficiunt quidem auditores, dum verbum proferunt voce sua: reficiuntur ipsi dum verbum, quod proferunt, profertur ei reuelatione diuina. Ipsi tamen deuotius saturantur, qui in locutione spiritus, mentis delicias experti sunt. An non experientia loquentis spiritus est, inconsultos, & impraeditatos se cernere, subitoque consultos, & paratos esse? Scire, quae nescierant: habere, quae non habebant. Torporem mentis amittere, repete mira deuotione seruere? Plenitudine scientiae statim & in momento mirabiliter repleri, mira verbi facundia intellecta profertre? Habent ergo electi praedicatores experientiam spiritus, in se loquentis, in repentina reuelatione veritatis: habent subito ardorem charitatis: habent in plenitudine scientiae, habent in facundissima verbi praedicatione. Nam & subito instruuntur, & repente seruescunt, & in momento replentur, & mirabili eloqui potestate ditantur. De illa nanque repentina experientia dominus dicit. Dabitur vobis in illa hora quid loquamini. De illo autem subitaneo seruire charitatis Cleophas dicit. Nonne cor nostrum ardens erat in via dum loqueretur & aperiret nobis scripturas. De repletionis quoque, & facundiae experientia Lucas meminit, dicens: Factus est repente de caelo ionus tanquam aduentus spiritus vehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. In eodem quippe spiritu repleti, & locuti sunt, ut hoc quod asserimus, designarent: quia videlicet loquendo alios pascunt, qui de eo quod dicunt, audiendo pascuntur. Et quia sonum vehementis spiritus ardorem, siue locutionem, aut repletionem cognoscunt: tanto dulcius in donis spiritualibus epulantur, quanto ad eius recubitum dignius assumpti sunt. Dicit ergo, Ascende ut comedas mecum hodie: quia bonus doctor, dum dulciter quae dicit, in deuotionem mentis accipit: se & eos, qui audiunt, simul pascit. Quo contra doctores reprobi: quia quae dicunt, non amant: cum alios verbo pascunt, ieiunant. Nam cum animae refectioem verbum dei esse dominus dixerit, verbum vero dei in mente plena sit eruditio, plena deuotio, verbo dei non pascuntur, qui deuote quod loquuntur, non audiunt. Apostolus quidem, quasi iam illa verbi dulcedine repletus, ait: De plenitudine eius omnes accepimus. Alia quidem est plenitudo verbi, alia libri. De plenitudine quidem verbi accipere non nisi electi possunt, de plenitudine

Matt. 11.

1. Pet. 5.

IOH. 2.

Idem. 14.

EXO. 33.

Matt. 17.

Idem. 4.

1. Tim. 5.

1. Tim. 4.

Matt. 10.

2. Cor. 13.

L.


M.

Idem ubi supra.

Luc. 24.

Act. 2.

Ioan. 1.



**A**ntitudine verò scripturæ possunt & reprobi. Liber nanque beati Iohannis apostoli, & liber beati Pauli apostoli plenitudines quidem sunt, quæ de eis habentur. Eorum nimirum verba Paulus siue Iohannes scripsit, sed quod quisque scripsit, loquitur in eis verbum, inspirauit. Qui ergo verbum scripturæ accipit, non in amore, sed in scientia, de plenitudine accipit, non verbi, sed libri. Et quia rem mortuam accipit, in eius ipse acceptione non viuunt. Sed quid dico scripturam mortuam. Non est mortua tantum, sed interficiens. Nam scriptum est: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Hoc quidem facit omnis diuina litera. Nam litera corpus est, huius verò corporis vita spiritus. Viuificatum quippe, & viuificans corpus accipit: qui literam legit, & in amorem intelligentiæ mentem reficit. Reprobi ergo, qui scripturas rimantur, quas non amant, qui audacter toris loquuntur, cuius saporem intus non intelligunt: dum refectioem scripturarum, quas exponunt: alij deuota mente percipiunt, quasi de eo, quod ipsi dant, alij saturantur, non ipsi. Dicat ergo Samuel. Ascende, vt comedas mecum hodie, quia ex eo quod subditis de verbo electi doctores tribuunt, & pariter audiunt, & pariter saturantur. Ecce enim in eodem ipso verbo, quod dicimus, demonstratur. Nam quis dubitat, quod hanc scripturam, quam exponimus, Samuel scripserit? & tamen ipse, qui scripsit, hæc dicit. Respondit Samuel: vt profecto ostenderet: quia quod ipse scribebat, alius impartiebatur. Quia ergo spiritus sanctus, qui per eum loquitur, per eum de eo dicit. Respondit Samuel Sauli. Ascende ante me in excelsum, vt comedas mecum hodie. Hoc dicit, quod audit, & simul audit, & dicit. Dū ergo magna veneratione amoris audit, & loquitur prædicator electus: magna deuotione auditores boni, quæ dicuntur, excipiunt: Saul & Samuel pariter in excelsum comedere dicuntur. Item quia prædicatores auditoribus in eiusdem verbi refectioem digniores atque feruentiores sunt: non Samuel, cum Saule: sed Saul cum Samuele comesturus asseritur. Sed & quia tam splendida mentis eruditio, in magna luce spiritualis vitæ est, non dicit, vt comedas mecum hodie, sed hodie. Quem etiam mane dimittit. Mane dicit initium diei sequentis. Sequens verò dies est, serena lux sanctæ conuersationis. Dicit ergo dimittam te mane. Mane quidem ab excelso dimittitur, qui cum ad altioris scientiæ lumen proficit, in magna luce boni operis se proponit immorari. Vel mane dimittitur, qui verbum magnæ scientiæ, quod prædicatoris ore didicit, prædicare aliis intendit. Quando enim bona proponimus, quasi mane in initio diei sumus: quia boni claritatē iam aspiciere coepimus, quam sequamur. Sed hoc mane in plenū diem crescit, quando is, qui magna bona agere, aut alta æternitatis gaudia prædicare, proposuit: id quod proposuit, in magna exhibet luce virtutis. Mane ergo Saul ab excelso dimittitur: quia auditores prædicatorum bonorum, quod ab eis sublimi audiunt, exercere sublimiter non morantur. Sed electi viri bona, quæ habent, & abscondere, & manifestare sciunt. Abscondunt quippe ne per elationem pereant, sed ne infructuosa remaneant, manifestant. Dum abscondunt tunc custodiunt: sed dum manifestant, proferunt fructum. Nam sequitur. Et omnia, quæ sunt in animo tuo indicabo tibi, & de asinis, quæ perdidisti nudiustertius, ne sollicitus sis: quia inuenta sunt. Cælare se quidem prædicatores qualiter studeant, superius in verbo Samuelis ostenditur: vbi dicitur, ego sum videns. Nunc autem quia dicit, Omnia, quæ sunt in animo tuo, indicabo tibi: quid aliud tenemus, nisi quia sæpe viri sancti virtutes, quas habent, & abscondunt, & proferunt. Sed (vt dixi) abscondunt, ne in magnis virtutibus magni videantur: proferunt eas, vt electi imitentur. Verbo itaque sapientiæ, aut prophetiæ spiritu se pollere asserunt: non vt venerentur, sed vt audiatur. Quare & Psalmista verbi gratiam se habere insinuans, ait: Super omnes docentes me intellexi. Certus ergo de perititia spiritus, confidenter nos inuitat, dicens: Venite filij, audite me timorē domini docebo vos. Propheta nanque se affirmabat Michas, cū diceret: Vtinam non essem vir habens spiritum: & mendacium potius loquerer. Hinc Heliseus de Naamam Syro dicit: Veniat ad me, & sciat prophetam esse in Israël. Hinc Paulus ait: Hebræi sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego:

vt minus sapiens dico, plus ego. Econtra autem Amos dicit: Non sum propheta, sed armentarius vellicans sycomoros. Hinc etiam Paulus cum se vult abscondere ad custodiam, dicit: Non sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus ecclesiam dei. Hinc interrogatus Iohannes Baptista ait, Non sum propheta. Non erat quippe ad elationem, sed erat propheta & plus quā propheta ad ministerium. Samuel ergo, vt se custodiat, ait: Ego sum videns: & vt se ad lucrum exhibeat, dicit, Omnia indicabo tibi. Quod si aliquis vult eodem modo intelligere potest: quia cum dicit, Ego sum videns, si videntem se asserit, ad hoc dicit: vt bonum, quod habet cū electis communicet. Vt ergo quod asserit, probet: subsequenter adiungit. Omnia indicabo tibi. Quod sanctæ ecclesiæ doctores agunt: quia dum virtutes mentium intuentur, & vitia: & mederi vitiiis, & promouere virtutes euidenter sciunt. Omnia ergo quæ sunt in corde indicant, quando virtutis viā quam bonus auditor cupit tenere, ipse documento manifestæ eruditionis dignatur exponere. Quod si magnus est, & bona non solum agere, sed etiam prædicare disposuit. Omnia, quæ sunt in eius corde, prædicatores indicant: quando eorum mentibus aperiuunt, quicquid cupiunt de doctrina. Quia verò ei, cui loquitur, eum significat, qui ad lucra prædicationis inuitatur, subdit, atq; ait. Et de asinis, quæ perdidisti nudiustertius ne sollicitus sis: quia inuenta sunt. Hoc superius in persona Saul qualiter rudibus prædicatoribus conueniat, expositum est. Alinas quippe perdidit, qui peccatores, quibus verbum vitæ præbuit ad penitentiam, nequaquam traxit. Inueniret quidem si ij qui se in nocte prauitatis absconderant, ad lucem iustitiæ redirent: in qua viri inueniri potuissent. Cur ergo dicit, inuenta sunt: nisi quia sæpe in eis summi viri salutis bonum facile inueniri posse considerant: de quorum vita ineruditi desperant. Nam & periti medici corporum illos sæpe curare præsumunt, de quorum salute imperiti præsumere non possunt. Sic nimirum & ab eruditis doctoribus sæpe ad penitentiam satisfactionem peccatores trahuntur, qui trahi ab ineruditis rudibus nequiverūt. Quia igitur tam prædicatione, quā exemplo perfectorum illi ad dominum penitendo redeunt, qui conuerti per aliorum ministerium nequiverunt: bene Samuel inuenta asinas dicit, quas Saul inuenire non potuit. Potest etiam hoc dictum pro profectu ordinandi rectoris intelligi. Quasi dicat. Dum eruditione, & vita proficis, illos etiam lucrari domino poteris, quos nondum potuisti. Tam certa quidem virtus perfectionis est, vt fructus eius, qui nondum constant in re, consent in spei certitudine. Et quia his verbis ad perferendos labores sanctæ prædicationis inuitatur, quæ mercedis lucra expectare debeat, exponit, dicens: Et cui erunt quæque optima Israël, nonne tibi, & omni domui patris tui? Israël, qui dicitur videns deum, quem rectius habere loco significat, quam æternorum diuini beatam societatem, qui ex labore vitæ huius ad æternam omnipotentis dei visionem, peruenerūt. Quæ ergo sunt Israël optima, nisi æternæ retributionis dona? Paulus quidem dicit: Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum. Hinc item dicit: Alia est gloria solis, alia lunæ, & stellarum. Stella enim differt à stella in claritate. Omnium ergo fidelium retributiones, & præmia, bona sunt Israël. Quia verò electorum prædicatorum merces summa est, eorum sunt optima Israël. De his quippe Israelis optimis dominus fidei seruo suo repromittit, dicens: Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Qui enim non in omnibus, sed super omnia constituitur: non tantum bona Israël, sed etiā optima habere declaratur. Dicat ergo Samuel, Cui erunt quæque optima Israël, nonne tibi & omni domui patris tui? Quasi dicat. Et si magnus est labor prædicationis, tanto deuotius ferri debet, quanto maiora lucra mercedis habet. Sollicita ergo mente doctor sanctæ ecclesiæ pensare debet: quia Israël non bona tantum, sed etiam optima eius sunt: vt maiora: & excellentiora agat semper, qui tam summa, & optima expectat. Eadem quippe summa, non summo ordini debentur, sed summo labori. Nam & doctor egregius non dixit, vnusquisque mercedem accipiet, iuxta suam dignitatem, sed iuxta laborem. Cum ergo prædicatorum æternæ vitæ optima referuntur, magnus eis in hac vita labor iniungitur: qui a

1. Corin. 7.

B

C

Psal. 118.  
Idem. 33.  
Mich. 2.  
4. Reg. 5.  
2. Cor. 11.

D  
Amos. 1.  
1. Timo. 1.  
Ioan. 1.

E

F

2. Corin. 8.  
1. Cor. 15.  
Matt. 24.



**G** quia nimirum meliora ceteris habere non praevaleret, qui melior esse non studet. Et quia hoc omnium praedicatorum sanctae ecclesiae commune est, non solum Saul: sed omni domui patris sui Israel optima esse referuntur: Quasi enim ex patre filij nascuntur, quando in ordinem praedicatorum noniter alij aliis, eadem nobilitate sanctitatis splendidi subrogantur. Domus quoque praedicatoris est spiritualis eius conversatio. Omni ergo domui patris eius, Israel optima sunt: quia ubique sicutque sacerdotalis conversatio est, illa nimirum est, & tam summa est, ut ex celsitudine meriti, in aeterna vita sua sint optima retributionis. In hoc ergo se subtiliter praedicatores aspiciant: quia non solum sibi, sed omni domui eius optima erunt Israel: quia si de domo exeunt, optima non habebunt. Nam si solum praedicationis sublimitatem tenent, optima non habebunt: quia altitudinem vitae non tenent. Sed electus quisque dum de se magna audit, infirma sua ad memoriam ducit, ut se ab elatione custodiat: ne bona quae habet, amittat. Vnde & subditur. Respondens Saul ait. Nunquid non filius Gemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Benjamin. Quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Quasi dicat. Quare mihi tam magna adscribis, cum sim nihil? Gemini quippe filius est, qui negligentes imitatur in cura sui, & in exemplo proximi. Geminus quippe est, quia dum curam sui negligit, exempla boni operis alius non impendit. Qui ergo tales imitatur, filius Gemini dicitur. Qui de minima tribu Israel esse dicitur: quia vltimus ordo sanctae ecclesiae conversorum peccatorum est. Merito igitur qui peccatorem se esse fatetur, de minima tribu Israel esse dicitur. Cuius etiam cognatio nouissima inter alias esse perhibetur: quia iuxta veritatis vocem: Qui minimum mandatum soluit, minimus est in regno caelorum. Benjamin quippe dicitur filius dextrae. Qua profecto appellatione sanctae ecclesiae populus designatur: qui dum in fide redemptoris nascitur, per bona opera ad caelestis patriae bona praeparatur. Dextera quidem dei illa aeternae vitae fortitudo est. Cognationes tribus Benjamin sunt diuersae conuersationes electorum. Nam velut ab vno generationis principio diuersae cognationes veniunt: quando ab vna origine orthodoxae fidei, conuersationes fidelium plures oriuntur. Sancti ergo viri cum se per humilitatem deiiciunt, quia peccatores se esse fatentur, & tamen recte in deum credere: quasi se & Gemini filios asserunt, & de nouissima Israel cognatione. Sed quia quanto plus se humiliant, iuxta veritatis vocem amplius exaltantur, sequitur. Assumens itaque Samuel Saul & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati. Samuel Saul assumit, quando praedicator sanctae ecclesiae electo auditori suae alta praedicationis aperit. Assumitur quippe subditus, quando per verbum doctoris in cognitionem caelestium eleuatur. Et quia non carnali intentione spiritualia scire appetit, non solum ipsum Saul, sed etiam eius assumpsit puerum. Quasi enim sine puero in imis remanserat, qui dicebat: Cor meum dereliquit me. Cor quippe nostrum nos derelinquit, quando sic a concupiscentiis carnalibus vincimur: ut intentionem cordis in terrenis, & carnalibus, atque corporeis, & non in caelestibus, & spiritualibus ponimus. Hunc puerum perditum inuenerat, qui dicebat. Inuenit seruus tuus cor suum. Cor quippe nostrum inuenimus, quando per intentionem cordis spiritualia quaerimus: quando hanc a terrenis auellimus, ut ad caelestia dirigamus. Electus ergo praedicator iis qui adhuc carnales sunt, nec fortia imperat, nec spiritualia manifestat. Nam & Paulus Corinthiis dicit: Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Quasi his verbis dicat: Idcirco vos ad excelsum non duxi: quia spirituales sensum vobiscum velut Saul puerum non habebatis. Bene ergo Samuel Saul, & puerum assumpsit dicitur: quia doctores sanctae ecclesiae illis fortia imperarant, illis alta manifestant, quos spirituales esse considerant. Qui etiam in triclinium introducuntur: quia eis charitatis latitudo monstratur. Velut enim in triclinio ponitur, qui per id quod altum didicit: moratur in latitudine charitatis. Vel certe introitus noster ad triclinium, amor est: tri-

clinium, pulchritudo est spiritualis vitae. Vnde Ioannes dicit: Qui non diligit, manet in morte. Si enim qui non diligit manet in morte, ille qui diligit in vita manet. In triclinium ergo introducimur, quando in affectum supernae conuersationis surgimus per affectum charitatis. In hac nimirum mansionis latitudine superiorem locum sancti praedicatores obtinent: quia beatus Ioannes Euangelista dicit: Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super sedes viginti quatuor seniores. Seniores quippe sancti sunt praedicatores maturi sensu, moribus graues. Qui thronum dei iuxta positos sedibus ambiunt: quia qui praeter ceteris conditorem diligunt, per altissimam conuersationem ei viciniorum requiescunt. Bene itaque Saul cum puero suo locum in capite eorum, qui inuitati fuerant, fortitudo: quia in eis eligendorum pastorum typus ostenditur. In capite quidem rector statuitur, quando per vim magni amoris supernae vitae singulare propositum accipit: cum fidem catholicam cum ceteris communem tenet, sed praeter ceteris virtutem sublimem. Vnde & sequitur. Erant enim quasi triginta viri. Terdecem triginta sunt. Ternarius vero numerus fidem sanctae, & indiuiduae trinitatis insinuat. Denarius vero per decem praecipua legis boni operis perfectionem designat. Tricenarius ergo numerus eos designat, qui eam fidem tenent, quae per dilectionem operatur. In horum capite Saul ponitur, quando per diuinam gratiam is, qui futurus est pastor ecclesiae, sublimior fit merito, quibus debet esse superior dignitate. Hunc sublimem locum Samuel tribuit: quia qui tantam vitae meretur celsitudinem, ad eam maiorum proficit institutione. Cui nimirum quia iam magna, quae agat, & non minima demonstrantur, subditur: Dixit Samuel cocco, da partem quam dedi tibi, & praecipui ut reponeres seorsum apud te. Tulit ergo coccus armum, & posuit ante Saul. Dixitque Samuel. Ecce quod remansit pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocauit: & comedit Saul cum Samuele in die illa. Quid in armu pectoris, nisi fortitudo signatur actionis? Quae a Samuele cocco tribuitur, quando a summis praedicatoribus minoribus demonstratur. Cocci etenim sacerdotes sunt: quia dum electis fidelibus in seruire spiritus loquuntur, cibos mentis velut per ignem coquunt. Sed pars quae datur, posita seorsum dicitur: quia fortitudo boni operis in praedicatoribus debet esse singularis. Quam ante Saul ponit, quando ordinandum pastorem sanctae ecclesiae, quantum fortitudinis esse debet, considerare praecipit. Sed & de eo, quod coccus apposuit, Samuel Saul dicit. Ecce quod remansit, pone ante te. Remansit quidem, quia non omnia nostra Christus expleuit. Per crucem quidem suam omnes redemit, sed remansit: ut qui redimi, & regnare cum eo nititur crucifigatur. Hoc profecto residuum viderat, qui dicebat: Si compatimur, & conregnabimus. Quasi dicat, quod expleuit Christus non valet, nisi ei, qui id quod remansit, adimplet. Hinc beatus Petrus Apostolus dicit: Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Hinc Paulus ait: Adimpleo ea quae desunt passioni Christi in corpore meo. Sed notandum: quia armum ante Saul coccus posuit, & tamen Samuel Saul praecipit, ut ante se eum ponere debeat. Quid est hoc? Sed ponere ante discumbentes dapifer in mensa ferculum solet: quod dum is, qui discumbit, trahit ad se: illud ponit ante se viciniorum, quod paulo longius erat ante se. Coccus ergo ponit armum ante Saul, Samuel Saul praecipit, ut ponat ante se: quia hoc quod nouo praedicatori iniungitur de fortitudine boni operis, velut ad se propius debet trahere per studium considerationis. Quod etiam postquam ad se traxerit, comedit: quia diu consideratum agere disponit. Armum quippe manducare est, quod exterius de forti actione praecipitur, per propositum in mente recondere. Quasi enim armum ante se ponere, & manducare electo cuique iudebat, qui dicebat: Si sederis ad mensam potentis sapienter attende, quae apponuntur tibi: quia similia oportet te praeparare. In mensa quippe potentis virtutem armu designauit. Et dum dixit sapienter attende, quae apponuntur tibi, armum ante se eum, cui dixit, ponere docuit. Sed manducare eum debere insinuauit: quia dixit similia oportet te praeparare. Similia enim praeparando manducamus: quia dum fortia quae audimus, proponimus agere, velut comedentes, in cordis ventre reponimus,

Matt. 5.

Luc. 4.

Psal. 37.

I. Cor. 3.

1. Ioan. 3.

Apo. 4.

L.

2. Tim. 2.

1. Pet. 2.

M.

2. Cor. 2.

Pro. 23.



1. Tim. 5.

**A** reponimus cibos vite. Sed ipsis summis doctoribus vas electionis sub vnus discipuli eruditione imperat, dicens: Manu cito nemini imponas. Quia enim magna retractatione consilij eligendi sunt, qui in culmine sublimentur, apte subiunctum est: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocauit. Quam dicat. Pone ante te, quod antequam apponeretur, ego posui ante me: considera quod ego consideravi. De industria quippe pars armi seruatur: quia fortissima predicatoris actio illi bene committitur, qui a summis viris magna consideratione dignus tanto ministerio iudicatur. Ista vero pars tunc seruata est de industria, quando populus vocatur: quia cum ad suscipiendum predicationis ministerium subditi fideles veniunt, bonis predicatoribus non infirmis, infirma: sed fortibus, fortia iniunguntur. Sed qui bene proficiunt, in sublimi sua conuersatione, ante omnia tenere student bonum obedientie. Bene itaque subiunctum est. Et comedit Saul cum Samuel in die illa. Vt iam dixi) promouendo doctori comedere est, hoc quod sibi de virtute precipitur, se ad faciendum preparare. Bene autem cum Samuele comedisse dicitur: quia cum ij qui nouiter veniunt, magna agere proponunt, in virtute boni operis summi viri feruentiores fiunt. Potest etiam in ista comestione illa signari, de qua superius repromisit, dicens. Ascende ante me, vt comedas mecum hodie. Saul ergo cum Samuele comedit: quia cum intus predicator celestem verbi dei suauitatem audit, quod loquente ipso subditi foris audiunt, de diuina refectione vtrique satiantur. Sequitur.

Philip. 3. Roma. 7.

**B** Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est Samuel cum Saul in solario. Quicumque ad celsitudinem curae pastoralis assumitur, in eadem ordinis sui sublimitate habere debet, & vitae propriae altitudinem, & alienae infirmitatis compassionem. Ascendat ergo Saul cum Samuele, descendat in oppidum. Sciat rector, quae agat alta: sciat, quae disponat, communia. Dicit cum Paulo, nostra conuersatio in caelis est: dicit nobiscum, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? video aliam legem contradicentem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati. In excelso est rector, cum sapientiam loquitur inter perfectos. Carnalia quando disponit, descendit in oppidum, dicens: Propter fornicationem vnusquisque uxorem habeat, & vnaquaque virum: vxori vir debitum reddat, vxor viro similiter. In excelso est quando dicit: Nulla creatura poterit nos separare a charitate Christi. In oppidum vero descendit: quia loquens ait: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrificarem: omnia omnibus factus sum, vt omnes facerem saluos. Samuel ergo Saul ad excelsum tulit, & in oppidum deposuit, quia summi viri cum sanctae ecclesiae culmen ordinant, illos quos in eodem calmine ponunt, docent sublimiter viuere, plana praedicare: sibi esse rigidos, sed subditis temperatos: sic attendere propriae salutis, vt cum infirmis possint infirmari. Infirmari dixerim per affectum mentis, non per languorem internae aegritudinis. Nam si per mentis languorem doctor iacet, curare aegros, & iacentes erigere non potest. Bene ergo cum Samuel Saul in oppidum descendisse, & in solario locuti esse referuntur. Oppidum quippe in plano est, solarium vero in alto. Ad excelsum quoque solarium planum est, ad oppidum non planum, sed altum. Sic nimirum electi predicatorum quando minoribus membris compatiuntur, quasi excelsum deserunt: sed in oppidum descendentes, in solario sunt: quia ab alto quidem veniunt, sed infirmitate subditorum miserando, & consulendo, non agendo & infirmando assumunt. Infirmis namque compatiens, uxorem ducere praecipit: nec tamen ipsi infirmando, uxorem ducunt. In oppidum ergo descendentes, in solario sunt: quia etsi plana subent, in se ipsi infirma non retinent. Quia vero non esse in solario, sed loqui cum Saul Samuel dicitur, hoc profecto significat: quia futurus doctor doceri debet, sic infirmis subditis compati, vt ipse tamen teneat alta conuersationis. Et quia ad haec agenda multa consideratione nouus predicator indiget, strauisse sibi Saul, & dormisse perhibetur. Dormire in solario nouo predicatori est, in sublimi sua consideratione disponere, qualiter subditorum onera debeat portare. Nam si ad seculi intentionem vigilat, hoc profecto agit: vt tanta discretionis bonum in intimis non requirat. Dormire igitur de-

1. Cor. 2. 1. Cor. 7. Roma. 8. 1. Cor. 9.

**C** bet, vt secularia nulla cogitet: quia spiritualia disponere oppressus secularibus nonquam potest. Sed & dormire non poterit, qui sibi non sternit: quia nimirum si bonorum exempla, siue dicta non cogitat, impossibile est, vt ab exterioribus requiescat. Velut mollia quidem nobis subicimus, quando electorum doctrinam, aut vitam cogitamus. In eisdem quoque stramentis dormimus: quia quietere tunc bene consideratione possumus, quando in rebus spiritualibus occupamur. Dicit ergo, Quia strauit sibi Saul, & dormiuit: vt electae menti insinuet: quia si negligenter ad exteriora se occupat, intimae quietis gratiam non acquirat. Sed qui spiritualia bene vult considerando disponere, donec ea intus perfecte ordinet, ad ea quae foris sunt, euigilare non debet. Aptè ergo subiungitur: Cumque mane surrexissent, & iam dilucesceret, vocauit Samuel Saul in solario, dicens: surge & dimitte te. Mane quidem lucescit, quando quietae menti veritatis splendor se aperit. Humana etenim mens per ignorantiam tenebrosa, & per illustrationem veritatis lucida fit. Ignorans ergo in nocte est, cum illustratur, in die. Mane autem surgit, qui dormit nocte: quando ad agenda se erigit ea, quae per considerationem ordinauit. Et quia ordinandi regis negotium tractabatur, ambo surrexisse perhibentur. Surgit quidem summus predicator, vt auditorem suum ad ministerium eiusdem predicationis ordinet. Surgit, qui ordinandus est, vt tam sublimem ordinem imo cordis affectu recipiendum esse non speret. Pariter quidem surgunt: quia sublimè officium datur, sublimè recipitur. Quo in loco est aliud notandum: quia ambo prius surrexerunt: deinde Samuel Saul vocauit, dicens: Surge, & dimitte te. Sed ad historiam si ambo surrexerunt, a somno Saul quia consurgere praecipitur, ad opus preparari admonetur. Quia vero tam summi sacerdotes, quam ille, qui ad ordinem predicationis assumitur, tanti ministerij onus attente considerant, quasi pariter dormiunt, pariter surgunt. Sed qui nouiter ordinatus est, surgens a somno, ad opus item surgere iubetur: quia ad altitudinem ordinis quanquam pensare meditando studuit, pertingere debet tamen per meritum conuersationis. Surgens ergo surgere iubetur, vt sublimem ordinem, quem subire deliberat, aequare meritis proponat. Vnde & in solario vocatur: quia ad alta conari praecipitur. Qui etiam dicit. Et dimitte te. Surge quippe, vt dimittatur: quia ille liber esse in ministerio predicationis poterit, qui in altitudine magna conuersationis excreuit. Surrexit quidem, qui surrexerat: quia qui consideratione didicit altitudinem dignitatis, in eadem dignitatis altitudine erigere se curauit per sublimitatem vitae. Vnde & subditur. Et surrexit Saul: deinde subditur. Egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. Pastor egreditur, quando a secreto meditationis venit ad publicum operis. Quando enim disponit, quae vult agere, intus est. Quando autem ea agit foris, quae cogitauit, quasi exit. Exiit etiam Saul: quia in exteriori dignitate, is qui promouetur, illud suscipit, quod an esset suscipiendum diutius cogitauit. Ambo igitur dicuntur egressi: quia ambo fuerunt intus: dum ille sollicita mente prauididerit, quid aut cui daret: ille item attentius cogitaret, qualis esset, qui tam summa perciperet. Quia ergo ministerium sanctae predicationis cum summa discretionè tribuendum, atque recipiendum est, dum rex Israelis vngitur, & rex, & propheta vincturus eum, egressi perhibentur. Plerique autem codices habent. Cumque mane surrexissent, antequam dilucesceret: quod nimirum intelligi conuenienter potest. Mane est quidem, antequam dilucescat: quando quodammodo aspirare dies incipit, & tamen plena lux diei non est. Predicadores autem sanctae ecclesiae dum eorum bonam conuersationem considerant, quos ordinare disponunt, quasi mane est. Sed quia eorum futura scire non possunt, mane est, sed antequam dilucescat. Quod bene in eius ordinatione dicitur, qui omnipotenti deo postea displicuisse memoratur. Quasi enim mane, antequam dilucesceret propheta vidit hunc, qui ei in luce bonae conuersationis apparuit. Sed plena diei claritas nondum erat, quia in eo futuras tenebras per presentem cognitionis lucem videre non poterat. Quod nimirum toties sanctae ecclesiae agitur, quoties boni sunt qui eliguntur in praesenti, sed in eodem bono perseueraturi non sunt. Quasi enim mane,

**D** **E** **F**



Cap. 10.

Matt. 9.

Esai. 5.

**G** mane, & ante lucem egreditur, qui lucē boni operis præsentem monstrat, caliginem vitæ futuram cælat. Sed quid inde actum sit, sequitur Cumq; descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul. Dic puero vt antecedit nos & transeat: tu autem subsiste paulisper vt indicem tibi verbum domini. Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & osculatus est eum: Quid est enim quod in extrema parte ciuitatis rex ducitur, & vngitur? Sed extrema pars ciuitatis tenent in sancta ecclesia, velut in extrema parte ciuitatis sunt. Ipsius autem ecclesiæ in vltima parte, conuersi peccatores esse videntur. Nam iusti quique in superiori, vel prima sunt parte. Aut fortasse primum locum virginitas tenet, secundum continentia, tertium coniugalis vita, vltimum conuersio peccatorum. In extrema igitur ciuitatis parte rex vngitur: quia sancta ecclesiæ rector ordinatur, pro peccatoribus, non pro iustis. Hinc enim per semetipsam veritas dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Hinc iterum dicit: Non opus habent sani medico, sed male habentes. Sed puerum Saulis spirituales sensum designare diximus. Quid est ergo, quod præcedere, & transire à Samuele imperatur. Sed præcedit puer, quando hoc agitur, quod à spiritali sensu nobis suggeritur, non quod à motu carnali imperatur. Sed quosdam præcedit, & transit, quosdam præcedit & non transit. Non transit quidem præcedens puer arrogantes, transit humiles: nam dum arrogantes magna, & spiritualia agunt, in oculis suis magni sunt. Quasi enim secum habent puerum, quem sequuntur: qui in spiritualibus, quæ agunt, spirituales se esse gloriantur. Quibus profecto propheta exprobrat, dicens: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & corâ vobismetipsis prudentes. Electi ergo in omnibus, quæ agunt, esse quidem spirituales curant, & tenere se spirituales vitat. Magni quidem sunt merito, humiles æstimatione: quia semper magna agunt, sed in eisdem magnis se magnos nunquam aspiciunt. Quasi ergo puerum, quem præmittunt, transire faciunt: cum spirituales sensum præsentem habent in opere, sed longe ab æstimatione. Quid verò est, quod paulisper subsistere præcipitur, vt ei verbum domini indicetur. Sed paulisper subsistit, præmissio puero, qui ad horam se proprio arbitrio subtrahit, & alienam voluntatem facit. Transire ergo facit puerum, & paulisper subsistit: qui ad præceptum maioris illa etiam, quæ putat spiritualia, deserit: vt ea quæ sibi iunguntur efficere conuenienter possit. Quod certè ordinando prædicatori conuenit: nam dum pondus pastoralis curæ considerat, & infirmitatem suam, hoc sibi se præcedens spiritus dicit: quia tantum onus tam infirmus indignè suscipit. Præmittat ergo non solum, sed transire faciat puerum: vt non arbitrium iuum sequatur, sed illud suscipiat, quod ei melioris prouisione decernitur. Et de subsistente protinus additur.

Caput. IIII.



**L**IT autem Samuel lenticulā olei, & effudit super caput eius. Hoc profecto hac vnctione exprimitur, quod in sancta ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur, sacramenta suscipit vnctionis. Quia verò ipsa vnctio sacramentum est, is qui promouetur, bene foris vngitur: si intus virtute sacramenti roboretur. Ipsas ergo olei virtutes prius videamus attentius. Oleum quippe liquoribus aliis superfertur, oleum ignem fouet, oleum vulnera curare consuevit. Per illud ergo misericordiæ bonum significat: quia scriptum de domino est: Miserationes eius super omnia opera eius. Quia ignem fouet, prædicationis gratiam designat: quæ electorum mentes illuminat. Quia verò vulnera per oleum curantur, hoc profecto insinuat, quod detergenda sunt vulnera peccatorum. Vngatur ergo caput regis, quia spiritali gratia meus est replenda doctoris. Habeat in vnctione sua oleum, habeat misericordiam abundantem, quæ sibi virtutibus aliis præferatur. Habeat oleum, vt dum ardorem sancti spiritus in se nutrit, lucere vehementer aliis per verbum possit. Habeat nihilominus oleum medi-

Oleum

Psal. 144.

cinæ, vt sapienter disponat qualiter peccatorum scetores & tergat, & agras mentes saluti restituat. Sed lenticula Saul vngitur, non pro præsignanda doctrina, sed ad exprimenda futura. Lenticula quidem paruum est vas. Quid ergo est quod lenticula olei Saul vngitur, nisi quia in fine reprobatur? Nā quia obedire deo postea noluit, à Samuele audiuit. Quia profecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex. Velut enim lenticula olei parum habuit, qui spirituales gratiā proficiendus accepit. Quod in rectoribus quoque sanctæ ecclesiæ conuenienter accipitur. Plerumque enim culmen prælationis accipiunt, qui in charitate dei, & proximi perfecti non sunt. Quendam namque affectum charitatis habent, sed plenitudinem eius non habent. Illa ergo rudis, & imperfecta mentis affectio, quid est nisi lenticula olei? Nam dum vngitur caput, & non replet: tota quidem effunditur, sed parum exhibet. Contra autem cum electus rex vngitur præcipitur, eidem Propheta dominus ait: Imple cornu tuum oleo, & veni mittā te ad Isai Bethelitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. Hinc est, quod idem electus rex plenitudinem vnctionis iuæ dei laudibus imputas, ait: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum meum inebrians quam præclarum est. Qui ergo gratiam vnctionis non perseueraturus accepit, dispensante deo per illius vasis liquorem vngitur, quo vncti defectio signaretur, sequitur: Et osculatus est eum, & ait. Ecce vnxit te deus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum eius de manu inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Ad culmen sanctæ ecclesiæ rector ducitur, vt hoc officium habeat, quo inter deum, & homines pacem ponat. Peccando etenim inimicitias creatoris incurrimus. Dum ergo ad peccatorum correptionem rector ponitur, illud de medio tollit, quod dei nos inimicos fecit. Bene ergo Samuel Saul caput osculatus fuisse perhibetur. Propheta namque osculum defixum ille portat in capite, qui reconciliationis nostræ suffragium portat in mente: cum videlicet in se nulla gerit fomenta diuinæ discordiæ, qui in mente paci reddere discordes studet. Osculato ergo principe dicitur, Vnxit te deus in principem super hæreditatem suam. Quasi rebus eum admonet, dicens: Qui te ad hoc positum nosti, vt peccati inimicitias debeas soluere: quod in aliis destruis, in te nõ debes retinere. Nonnulli etenim & vnguntur, & osculum non accipiunt: liberare populum domini satagunt, sed se inimicorum iugo subiicere non pauescunt. Nam qui aliis bona prædicat quæ non agit: quasi osculum dat, quod non accipit. Amicos etenim dei alios facere quærit, & ipse inimicus esse non desinit. Inimicitias peccati in se edificat, quas in aliis destruere per verbum tentat. Quia ergo ille solum præeminet vtiliter, qui per affectum magnæ charitatis dei amicus est: Samuel caput regis osculatus fuisse dicitur. Hinc ipsa veritas prius osculatur, quos ordinat: deinde ad liberandos alios mittit. Vos (ait) amici mei estis, deinde addidit, dicens: Posui vos, vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vestri maneat. Hinc ite resurgens à mortuis dicit: Pax vobis, deinde subdit, quorum remiseritis peccata remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vt velut osculum pacis in corū mente figeret, quos peccati odia soluere præcepisset. Osculatus ergo rex super hæreditate domini constituitur, quia electus doctor eligitur, vt fidelibus subditis dignitate præmineat: sed de prælatione sua non suū, sed domini lucrū quærat. Quare ad hoc constitutus afferitur, vt qui sub eo sunt, de inimicorū manibus liberentur. Hæreditas domini multitudo fidelium est. Omnis ergo secularis intentio remouetur, cū rex super hæreditate domini vnctus afferitur. Vnctionis ergo fructus est, cultus diuinæ hæreditatis. Ille ergo officii vnctionis exequitur, qui sola quærit lucra animarū. Super hæreditate quippe domini in principem se vnctum meminit, qui hoc solum de terrena dignitate quærit, quod per suum ministerium Christus quæsiuit. Hoc igitur verbo negligentium rectorum intentio reprobat. Audiunt namque: quia super hæreditate domini vncti sunt: quia de terra dominus non nisi electos quærit, norunt, quod non terræ latitudinem, non auri copiam, nõ diuitiarum affluentiam, sed fideles suos hæreditatem suam dicit: & tamē terrenū quærere, & quod perit congregare nõ desinunt. Ad id, quod dominus non quærit, tota sollicitudine intendunt: & quod

Infr. 10.

Infr. 11.

Psal. 144.

L

Amicos in fit, qui ab os facit amicos in satagit.

M Ioan. 17.

Idem. 20.



psal. 10.

Hofternofri in circuitu nostro sunt.

B

C

Prover. 22.

quod seculum querit, querere negligunt. Dicitur ergo in quo se negligentes aspiciant, dicitur in quo boni meliores fiant. Vixit te (inquit) deus in hereditate sua in principē. Quia hereditatem suam tuam fecit, vide ut tu in ea aliter non regnes. Liberabis ergo populum de manu inimicorū, qui in circuitu eius sunt. Grandis labor prædicatori præcipitur, per hoc quod inimici in circuitu esse referuntur. Satis enim graue præliū esset, si in vna parte malignorū spiritūū seuitiam tolerarent. Hinc per prophetam denunciatus dicit. In circuitu impij ambulat. Hinc beatus Petrus exhortans, ait: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Inimici igitur nostri in circuitu nostro sunt: quia immundi spiritus cogitationi nostræ verbo, & operationi semper insidiatur. Nam dū praua nobis suggerere appetunt, ab vna parte sunt: cum ad mala pertrahunt, eorum prælio ab alia parte pulsamur: cum ad mala opera inuitant, ex parte reliqua bellum excitant. In circuitu ergo hostes habemus, qui in omni quod cogitamus, loquimur, & operamur, malignorum spirituum bella patimur. Sed quia non à bello sed de manibus inimicorum liberare populum dicitur, magna virtutis insignia prædicatoribus adscribuntur: quia non solum liberos, ne capiantur debent protegere, sed etiam captos de eorum seruitute liberare. Hoc autem tunc à regibus nostris agitur, quando illi per eorum prædicationem resipiscunt, qui per audaciam transgressionis, subiecti sunt iugo diabolicæ potestatis. Quod profecto agere illi solummodo prædicatoribus possunt, qui ad culmen regiminis diuina ordinatione perueniunt. Nam quos omnipotens deus ordinat, ad toleranda prælia antiqui hostis mittit: sed eos inter ipsa bella non deserit, quia milites suos protegit, & victores facit. Sed cum sancti viri ad primatum sanctæ ecclesiæ sustolluntur, vehementer expauescunt, ne tantum ordinis sibi iudicio hominum sit impositum, non ordinatione conditoris. Ad robur ergo humilium dantur, signa quibus se à deo non ab hominibus electos sciant. Quare & Samuel subiungens, ait. Et hoc tibi signum quia vixit te deus in principem. Cum abieris à me hodie inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel, in finibus Benjamin, in meridie salientes magnas foueas, dicentque tibi inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas, & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit, quid faciam de filio meo. Quasi enim humili pastori, & de tanto ministerio trepidati dicat: Tu idcirco trepidas: quia an sit ex deo hoc, quod de te actū est, nescis: sed quia hoc scire potes, trepidare nō debes. Hoc igitur tibi signum, quia te non homo, sed deus in principē vixerit: duo videlicet viri illi tibi dicent, inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas. Quasi dicat: Si illos duos viros inuenieris, & hoc tibi dixerint, scito quia te deus principem, non ego cōstitui. Quid ergo duo viri isti nobis, nisi perfectos quosque sanctæ ecclesiæ prædicatoribus designant? Duo quidem sunt: quia perfecti in vtroque præcepto charitatis: viri quia in sancta conuersatione robusti. Qui iuxta sepulchrum Rachel inueniri perhibentur: quia per contemplatiuæ vitæ studium diuisi sunt ab intentione seculi: & dū animarū lucra querunt, nō sunt sepulti. Per Rachel quippe contemplatiuæ vitæ speciositate venerabilium patrum indubitata sententia est. Iuxta sepulchrum ergo Rachel stant viri: quia sic supernæ contemplationi perfecti doctores vacant, vt sanctæ ecclesiæ sollicitudinem gerant. Iuxta sepulchrum Rachel stant: quia statum boni operis dirigunt per virtutem contemplationis: & quia nihil gerunt in opere, nisi quod contemplando disponunt. Et quia in ipsa altitudine superne contemplationis non præsumptionem suam, sed rationem sanctæ ecclesiæ tenere student, sepulchrum Rachel in finibus Benjamin esse describitur. Vt (iam dixi) in Benjamin, qui filius dexteræ dicitur, Redemptor humani generis designatur. Fines ergo Benjamin regule sanctarum scripturarum sunt. De quibus profecto finibus scriptum est: Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Quia ergo sancti prædicatoribus cum summa contemplando vident, à fidei regula non discordant: sepulchrum, iuxta quod stant esse in finibus Benjamin recte dicit. Qui profecto viri in meridie magnas foueas saliant: quia per feruorē perfectæ charitatis, in qua assumpti sunt, cuncta, quæ videntur

seculi alta despiciunt. Quicquid enim in hoc seculo altū D cernitur, non est vera altitudo, sed fouea: quæ omnes quos in sua ambitione recipit, ad inferna deponit. Alta ergo seculi viri spiritualibus vitanda, non appetenda sunt: quia ex occulto se aperiant, & quos absorbendo recipiunt, ad inferna perducunt. Viri ergo spirituales foueas saliant: quia dum se per cælestis desiderium erigunt, terrena contemnant. Velut enim visis foueis saltum dant, quando vt terrena contemnant, ad æterna bona concupiscenda se eleuant. In meridie ergo foueas saliant: quia seculum non possunt contemnere, nisi qui plenam lucem, & ardorem supernæ charitatis habent. Tunc ergo Saul vñctum à Domino in principem se intelligat, quid isti sibi dicent, inuentæ sunt asinæ, quas querebas. Inuentas quippe asinas Saul dicunt, quando ad colligenda animarum lucra idoneum cernunt. Quasi aliter dicat. Electum te à deo in ministerium prædicationis non ab hominibus credas, si illi hoc de te indicant, qui dum dei spiritu pleni sunt, quæ dicunt non humana, sed diuina esse sentiuntur. Quia ergo de nobis non nobis, sed nobis melioribus credendum est, apertè Saul à viris in meridie magnas foueas salientibus, se à domino vñctum in principem recognoscit. Sed alius est à quo vngitur, alij qui ipsam vñctionem à domino esse attestantur: quia omne negotium sanctæ ecclesiæ sicut collatione sanctorum patrum magis probatur, ita & magis robustū est. Quasi enim signum suæ vñctionis beatus Paulus tunc quæsiuit, B quando videre Petrum Hierosolymā venit: & cum eo, & cæteris apostolis euangelium contulit. Non enim ab homine neque per hominem, sed à cælo vocante domino Iesu apostolatam susceperat: & tamen ministerium vñctionis suæ per cooperatorum suorum collationem probabat. Nam de seipso ait: Contuli cum illis euangelium, ne in vacuum currerem, aut cucurrissem. Precursor etiam redemptoris discipulos vñxerat, sed vt signa suæ vñctionis agnoscerent, quasi ad salientem magnas foueas mittebat dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Sciebat enim Ioannes quæ prædicauerat, quem baptizauerat: sed discipulos mittebat, vt visis signis, quo firmius crederent, electionis suæ iudicia securius tenuissent. Qui ergo ad prædicationis ordinē idonei prouidentur, in signum suæ electionis inuentas esse peccatorum, quas quærit animas recognoscunt. Et quia omnipotens deus non solum prædicatione, sed etiam conuersatione electi doctoris gaudet: subdit, atque ait. Et intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo? Patre Saul Cis, qui durus nostro eloquio dicitur: eos designare diximus, qui verbo, & exemplo docent terrena despiciere, & ad cælestem patriam per duram, & asperam conuersationem se stituere. Hanc quoque cælestis vitæ duritiam tam in verbo, quam in vita nostri redemptoris agnouimus. Si ergo ad summam nostræ eruditionis aspiciamus, filij redemptoris sumus. F Pater ergo noster dimissis asinis, sollicitus est pro nobis: quia redemptor noster sic vult nos quærere salutem alienā, vt non negligamus nostrā. Vult vt vocentur peccatores ad penitentiam, sed non vult, vt pereant ij qui ipsos peccatores vocat. Vult vt conuersus peccator iustitiam, quam non habuit, habeat: sed non vult, vt iustus eam, quam habet iustitiæ palmam perdat. Intermissis ergo asinis pro filio sollicitus est, quia prædicatoribus suis vult ad horam ab aliorum sollicita intentione quiescere, vt sibiipsis per quietem valeant melius prouidere. Et quia ipsa sollicitudo sanctæ ecclesiæ à bono rectore reuocanda est, intermittitur quies nostra: quia præuenit hanc sollicitudo prior, comitatur posterior. Electus ergo prædicator vacet utilitati subditorum, vacet suæ: sed sic suæ curam habeat, vt statim ad eam, quam deserit, alienam recurrat: quia tūc conditor noster nos quasi filios diligit, cū & subditos nostros tanquā fratres diligimus: & ipsum quasi patrem amamus, dum per affectū sollicitudinis istis iungimur, & ad illum per quietē nostrā quā diligit, quasi ad patrem festinamus. Hęc nāque dilectio quietis nostræ exprimitur in hoc, quod dicitur.

Quid faciam de filio meo? Hoc profecto pater dicit, qui tenerē filium diligit. Hoc igitur nō dicitur de presente filio, sed absente. Sed quia perditas asinas patris quærit, ei valde dilectus est: quia qui peccatorū animas cōuertere predicando nititur, redemptori nro iam in magna charitate copulatur. Qui certè

Gal. 1. 2. Mat. 10.

pp per

**G** per aliorum sollicitudinem ab eo quasi longè est, per quietè contemplationis, & affectum orationis prope. Quia ergo nos sibi vicinos esse & per contemplationem, & orationem appetit: quasi diligens pater dicit. Quid facià de filio meo? Quasi dicat. Quomodo absentem illum, mihi præsentem exhibeo? Quia vero prædicationis nostræ sollicitudinem magni sanctæ ecclesiæ viri laudant, sed sollicitudinis nimietatè vituperant, illi qui inventas patris asinas dicunt, sollicitum patrem pro filio asserunt. Signum ergo suæ vñctionis cognoscere electi possunt, quia nimirum tunc à deo ad sanctæ ecclesiæ culmen perducuntur: cum per verba, & exempla idonei sunt ad salutem alienam, & per quietem studiosi ad suam: & cum peccatores ad cælum quarunt, semetipsos ad seculum non relinquunt. sequitur: Cum inde abieris & ultra transferis & veneris ad quercum Thabor, inuenient te tres ibi viri, ascendentes ad dominum in Bethel, vnus portans tres hædos, & alius tres tortas panis, & alius lagenam vini. Cumq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Cû bene proficere in sancta cõuersatione volumus, necessarium nobis est, vt electorum plurimorû nobis exempla colligamus: nam & apes cõponere mella nequeunt, si ea in floribus variis nequaquam legunt. Bene ergo Saül à viris aliis, ad alios peruenit: quia exèpla sanctorû, quo copiosius cernimus, melius edocemur. Flores quippe æternorû fructuû sunt.

**H** opera sanctorû, quæ dum superni amoris rore perfunduntur, ex eis carpimus, vnde ad nostram doctrinã, & ad aliorû vtilitatem replamur. Inde etenim abit, & ultra transit Saül: quando rudis prædicator per electorum exempla proficit, & à cõspecta virtute vnus, ad explorandam alterius cõuersationem vadit. Quem sæpe delectat in aliis mirari laborem prædicationis sæpe in aliis fortitudinè boni operis: illos loquentes veneratur, istos operantes imitari nititur. Illos aspicit, quia pulchritudine foris fulgeant, istorû splendore nõ in exteriori cõuersatione, sed in intima perscrutatur. Vnde & bene cû trãsit, ad quercum Thabor venire perhibetur. Quercus enim vmbrosa est arbor, & fortis. In qua profecto arbore secretior cõuersatio sanctorum exprimitur. Huius namq; cõuersationis viri, dũ ad exteriora opera actiua vitæ nõ exeunt, quasi in vmbra sunt: quia incædia tètationû sentire nõ possunt. Quia enim in cœlesti desiderio requiescunt, quo lōgius amoti sunt ab amore mundi, eo & quietiores manent in vmbra refrigerij. Sed vmbra hæc fortis est arboris, quia cõuersatio sanctorum tanto validius terrena despicit, quãto purius in amorem cœlestium surgit. Fortis est etiam, quia seculi aduersa potèter tolerat: qui sola cœlestia, quæ vident, amãt. Et quia in magno lumine interni splendoris sunt, qui terrena respicere per amorem dedignantur, quercus ipsa Thabor esse dicitur. Thabor quippe veniens lumen interpretatur. Lumen etenim venit, quando electæ menti se interna cõditoris claritas aperit. Quercus ergo Thabor dicitur: quia secreta cõuersatio, terrena despiciendo, agit: quo intimam conditoris lucem clarius aspiciat. Secreti namque sumus, quando sensus nostros in dei timore custodimus. Et tunc quidem veniens lumen cernimus, quia cum bene reguntur membra corporis, menti nostre refunditur gratia conditoris. Et notandũ: quia ad quercum Thabor venire dicitur, qui à salientibus foueas sollicitû pro se patrem esse sciebat. Nam prædicatores sanctæ ecclesiæ plerunque virtutes laudant, quibus ipsi vacare non possunt. Contemplatiua quidem vitæ secretum prædicant, sed dum solliciti sunt pro subditorum custodia, illius vitæ adhærere secretis vitant. Quasi ergo Samuel dicat. Viri illi tibi cõtèplationis studiũ laudant, sed quia quod laudant, tenere non possunt, in aliis quærendum est. Inde ergo ad quercum Thabor transimus, quando à sanctis prædicatoribus contemplatiua vitæ studium laudabile noscimus: sed perfectionem eius in illis quærimus, qui ad eam spiritualiter intendunt. Tres ergo viri, qui vñctum regem ad quercum Thabor inueniunt, illos designant: qui in contemplatiua vitæ studio perfecti sunt. Qui bene non inueniri à rege, sed regem illic inuenire perhibentur. Non enim inueniuntur: quia absconditi sunt. Ipsi vero nos inueniunt: quia lucè suæ secretæ cõuersationis nobis aperiant, cum dignantur. Non inueniuntur: quia vitam suam ab omni hominũ testimonio auferunt. Sed nos inueniunt: quia

per affectum charitatis nobis ad imitandum, aliquid suæ lucis ostendunt. Qui item imitandas virtutes suas non profecerunt, nisi iis qui magno desiderio eas obtinere, & exercere cõcupiscunt. Prius ergo nos oportet ad quercum Thabor venire, vt à viris illis tribus valeamus inueniri. Nam velut iam in vmbra venientis luminis sumus, quando magnis summæ cõtemplationis desideriis inflammamur. Tunc ergo nobis tres viri apparent quia, qui se nobis desiderantibus dignantur ostendere, in custodia locutionis, cogitationis, & operis fortes sunt. Nam secretioris vitæ esse non possunt, si oculorum, cordis, & oris ostia aperta tenuissent. Quia ergo cor ab inepta cogitatione, os ab otioso sermone, totum corpus à praua operatione custodiunt, tres sunt: viri autem, quia eandem custodiam fortissimè obseruant. Tres ergo viri nobis apparèt: quia cum tales cernimus, in eis robur virtutis intuemur. Qui certè in vmbra venientis sunt luminis: quia videre internam lucem conditoris tanto clarius possunt, quãto studiosius mundum cor à mundi inquinacione custodiunt. Talibus quidem à mortuis resurgens apparuit dominus, tales repleuit Spiritus sanctus. De illo etenim secreto dicitur. Cû sero esset vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli propter metum Iudæorum. Et rursum, post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. De alio item secreto scriptum est: Dum complerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerit illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, seditque super singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto. Clausas quidem ianuas habent, qui contra humani lapsus negligentiam, officia corporis sub forti custodia stricta retinent. Intus etiam sunt: quia in interna dilectione supernæ vitæ requiescunt. Quibus profecto resurgens dominus apparet, quia eius gloriam tanto clarius aspiciunt, quanto per mundi contemptum passionis eius mysterium strictius sequuntur. Hi etiam repleti Spiritu sancto quasi in domo possunt: quia illic percipiunt abundanter gratiarum eius dona, qui ad ea percipienda sese, visibilia contemneudo, parauerunt. Qui bene ad dominum in Bethel ascendere dicuntur. Bethel quippe dicitur domus dei. Domus vero dei quæ est, nisi domus illa, quã inhabitat, inaccessibilis? Lux etiam inaccessibilis est, reuelatio diuinitatis eius. Lux quippe est: quia à mundis cordibus qualitercunque videri potest. Planissima quidem in semetipsa replet omnia, sed abundanter replens vniuersa, non capitur. Capitur quidem vt repleat, sed replens non capitur: quæ repletis omnibus, non expletur. Reuelatio itaque conditoris quia tanta immensitas lucis est, vt illuminet omnia, & angustetur in nullo: dum videtur, & non comprehenditur, lux est inaccessibilis. Viri ergo hi tres ad dominũ ascendunt: quia qui se in secretiori vita custodiunt, in diuinæ lucis cõtemplatione sublimantur. Sed quia ad ipsam dei omnipotētis speciem adhuc pertingere non possunt, in Bethel ascendere dicuntur. Quicquid enim de omnipotente deo humana mens potest cogitare, deus non est. Sed dum cogitãdo cuncta trãscendit, dum quicquid potest intimæ lucis, quicquid internæ suauitatis & dulcedinis, quicquid spiritualis delectationis sibi fingere minus illa esse creditur: ad quandam lucem tamen peruenit, quæ non est deus, sed quam inhabitat deus. Et quia tunc electi anima mirabiliter inflammatur, mirabiliter reficitur, ineffabiliter delectatione fruitur: cogitare cõpellitur, quam ineffabilis lux, dulcedo, & delectatio sit, quæ ipse est: si tam immensa lux est illa, quam inhabitat, & non est ipse. Ad dominum quippe in Bethel Moyses ascenderat, quãdo cû eo in monte loquebatur. Sed qui ad lucem peruenerat, quam inhabitat deus: lucem, quam ipse deus erat, quærebat dicens: Ostende mihi faciem tuam. De quo etiã scriptum est, quia loquebatur Moyse dominus facie ad faciem. Quid est, quod facie ad faciem Moyses cum domino loquitur, & tamen dominum obsecrat, vt faciem suam dominus ostendat? Sed facies dei, cognitio eius est. Cognoscitur autem deus per speculũ, cognoscitur per seipsum. Per speculum hic, per semetipsum in cœlo, Speculum vero est illa lux, quam habitat deus: ipse autem

K


Ioan. 11

Act. 2

L

M

Exod. 33



**A** Ipse autem lux illa, quæ ipse est. Moyses autem qui faciem ad faciem deum videre dicitur, & eius faciem ad videndam postulare, quid rectè designat, quam perfectionem electorum, qui in speculo illius summæ lucis inuentur, sed tamen ad ipsam lucis veritatem pertingere vehementer cupiunt? Ista quidem cognitio lucis, electorum desideria satiare non nouit, sed excitare: illa vero & satiare, & excitare. Nam tam iocunda res est, ut ineffabiliter concupiscatur, & tam plena, ut qui iam semper hanc in magno desiderio videntur, semper ineffabili plenitudine satientur. Viri ergo qui ad dominum ascendunt, in Bethel ascendere dicuntur, quia cum multum in ista vita proficimus, videre ipsam lucem conditoris per speculum possumus: in seipsam autem minimè valeamus. Et quia ad hanc sublimem visionem non nisi humiles exaltantur, bene de eisdem viris dicitur: quia vnus tres hædos, alius tres tortas panis ferebat. Tres denique hædos portat, qui ore, corde, & opere se deliquisse poenitendo considerat. Quia enim per hædos peccatores significantur, ij qui in extremo examine ad sinistram æterni iudicis statuendi sunt, hædorum nomine exprimitur. Tres ergo hædos ad dominum portat: qui peccata operis, verbi, & cogitationis poenitendo considerare non desinit. Et vir quidem est, & tamen hædos portat: quia peccare fortiter cauet, sed quasi peccator non desinit satisfacere. Nā vir erat, & hædos portabat, qui dicebat: In multis offendimus omnes.

1. Cor. 3.

**B** Et quia peccata, quæ confitentur, delere poenitendo satagunt: vnus tres hædos, alius vero tres tortas panis portat. Tortas quippe panis superius ad afflictionem poenitentis retulimus, quia si panis aliquando delectationem presentis vitæ significat, panis torquetur, cum pro præterita carnis delectatione cruciamur. Vnde & rex Ezechias cum poenitendo compungitur, delectationes regias se torturum promittit, dicens: Recogitabo omnes dies meos in amaritudine animæ meæ. Quādo etenim carnalis mens in culpæ delectationes resolutur, quasi diem habet: quia hoc quod agit, lætenter videt. Dies ergo metis reprobæ sunt delectationes malæ. Omnes ergo dies suos peccator recogitatur cum per diuinam gratiam respiscit, satisfacere pro vniuersis malis nō desinit. Prius enim dicitur vnus portare tres hædos, deinde alius tres tortas panis: ut electi cuiusque virtus appareat, qui fortis est in bono opere, humilis per æstimationem, afflictus per contritionem poenitentis. Et quia tantæ perfectionis esse nequeunt, nisi qui amore æternorum honorum temporalium obliui sunt: tertius lagenam vini portare dicitur. Lagenam quippe vini portat, qui mentem repleuit calore spiritus sancti: quo & anteriora fortiter currendo appetat, & ea quæ retro sunt, velut in magna ebrietatis obliuione derelinquat. Nam hædos portabat, qui dicebat: Venit Christus vocare peccatores, quorum primus ego sum. Et quia etiam tortam panis portabat, dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Sed quasi amphoræ vino ebrius, dicit. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens se ipsum, ad destinatū persequor brauiū supernæ vocationis dei, in Christo Iesu. Viri ergo tres ad dominū ascendunt, & tres hædos, & tres panes tortas, & vini lagenā deferunt: quia remotioris vitæ studius de diti, ad contemplationē veri luminis surgūt ex merito humilitatis. Sed quales sūt in se, quales vero sint aliis exponit, dicens:

E/4/38.

1. Tim. 1.

1. Cor. 9.

Philip. 3.

**C** Cūq; te salutauerit, dabūt tibi tres tortas panis, & accipies de manu eorum. Salutant nos viri sancti, quando nobis bona æternæ salutis annunciant. Qui vero nos per corpus salutāt, caput inclinant, ut reuerentiam salutatis exhibeant. Viris autem spiritualibus caput inclinare est, mentem à summa contemplatione deponere. Nam si caput non inclinant, salutare non possunt: quia nos salutari eruditione non instruant, si mentem à summa contemplatione cœlestium non deponunt. Tūc enim nobis magnam reuerentiam exhibent: quia eos pro quibus ab alto suo culmine descendere dignantur, paruos esse non tenent. Sed dum futurus rex salutatur, duo ei panes tribuuntur. Duo enim panes ordinando prædicatori dantur, quando flere docetur peccata non solum sua, sed aliena. Habet ergo panem vnum tortum, quando pro peccatis suis affligitur. Habet alium, quando subditorum peccata plangere conatur. Sed & hunc panem Psalmista clarius insinuans, ait: Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Psal. 126.

Hinc domino confitetur, dicens: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis cum mensura. Panis ergo torta, panis est doloris, & panis lachrymarum. Et fortasse idcirco ille vir vnus tres panes tortas portabat, quia tres erant, qui simul pergebant: ut cum inter se eos diuiderent, singuli singulos panes haberent. Quod etiam de hædis intelligi conuenienter potest. Quia in re quid notandum est, nisi quia remotioris vitæ viri dum singularem conuersationem tenent, sollicitudinem aliorum non habent? Vnum ergo hædum, & vnum panem habent: qui pro solis suis peccatis compunguntur, & alienis per pastorale officium nō grauantur. Et quia qui eiusdem perfectæ conuersationis sunt, in seipsis afflictionem carnis æmulantur: bene tres panes vnus, & alius tres hædos, & tertius vini lagenā portat. Velut enim vnus portat, quod oblaturi, aut comesturi sunt omnes: & omnes manducant, vel offerunt, quod portat vnus, quando pia æmulatione eorum quisque succensus, in se habet bona exempla pro aliis, & bona, quæ habent alii, non negligit imitari. Et quia sceminino genere dicuntur tortæ panis, hoc profecto insinuat: quia qui ex consuetudine compungitur, ei nihilrum ex lachrymis aliis, aliæ plures oriuntur. Quasi enim in scemineo sexu fecunda est poenitentis afflictio, quia quo sepius quisque compungitur, eo & largiora ei lachrymarum fluenta ministrantur. Saul ergo non vnus panis, sed duo dantur, quia flere prædicatori pro se solo, non sufficit. Accipiat ergo de virorum manibus duos panes: ut videlicet flere exemplo perfectorum discat, sed fletum necessarium sibi, & pro se & subditis recognoscat. Et quia in manu aliquando potestas accipitur, viri tres panes habent in manu: quia qui profecti sunt in arcæ contemplationis, fletum habent in virtute potestatis. Quia enim nolunt vana lætitia dissolui cum possunt, possunt merito flere cum volūt. Nos quippe infirmi, & custodiam mentis nostræ negligentes, etiam cum compungi, & flere pro peccatis nostris volumus, non valeamus. Quia enim ex magno seruore spiritus, spirituales lachrymæ producantur: qui negligentia nostræ frigore constingimur, incalefcere cito ad lachrymas prohibemur. Bene ergo panes in manibus habere dicuntur, qui ad quercum Thabor futuro regi apparere perhibentur: quia qui in contemplatione vitæ priuata perfecti sunt, lucrum habent subditorum pro obseruatione virtutum. Et notandum quia vnctō regi Samuel præcipit, dicens: Et accipies de manu eorum. Cuius verbi quæ melior ratio colligi potest, quam ea quæ palam cernitur: quia videlicet in sanctis viris afflictionem non libenter æmulamur. Nā qui honorem prelationis, & dignitatem ambiunt, innumeri sunt: qui vero laborem ministerij, & afflictionē carnis de eadem prelatione appetant, pauci. Libenter quidem volumus super alios sublimari, sed eorum plangere peccata vitamus. Tunc enim panes nobis oblatos videmus, sed de manibus offerentium recipere nolumus: quia in electis viris afflictionē cernimus, quam non imitamur. Præcipiat ergo propheta, dicens: Accipies de manu eorum, ut qui idoneus esse appetit rector ecclesiæ, quod dictū est, assumere nequaquā vitet. Bene quoque Saul prius ad viros salientes magnas foveas ducitur, deinde ad eos, qui panes, hædos & vinū portant, ut rudis prædicator in aliis discat seculi alta despiciere, & in aliis carnis afflictionē, & lachrymarū hostias pro se, & subditis omnipotenti deo offerre. Sed & adhuc profectus eius summā insinuans, propheta subiungit, dicens. Post hæc venies ad collem domini, vbi est statio Philistinorum, & cū ingressus fueris vrbem, obuium habebis gregem prophetarum, descendente de excelso, & ante eos psalteriū, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosq; prophetantes. Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis enim eis, & mutaberis in virū alium. Collis altitudo est mōtis. Quid vero in colle hoc rectè accipitur, quā sancta intentio scripturarū? Altitudo quidem mōtis est: quia non iacet in plano literæ, sed nimis erecta est in spiritualium sensuum sublimitate. Recto igitur virtutū intinere rudis iunior prædicator, si postquā publicos prædicatores, & remotos anachoretas viderit, scripturæ altitudinē videat, & agnoscat. Quia in re notandum est: quia Saul in eo, quod ab humero, & sursum supra omnē populum eminet: eruditum, & magis conuersationis visum signare diximus. Cur ergo ad collē

Psal. 79.

D

B

F

supra 9.

PP ij domini

**G** domini ascendit, ut ad scripturarum altitudinem veniat, quæ cognoscitur? Sed simili modo de eo quæri potuit, quod ad vidēdos viros salientes magnas foueas icrit, qui magnæ conuersationis esse dicebatur. Ad quod dicendum: quia magnos viros designare ostensus est in conuersatione, sed ministerio prædicationis rudes. Qui ergo per exēpla meliorū proficere, & in contemplationis puritate, & officio prædicationis potest, redire ad altitudinem scripturarum debet: quia quo altiori vita proficit, sublimitatem sacri eloquij valde subtilius attendit. Dicat ergo propheta. Post hæc venies ad collem domini. Quasi dicat. Cum perfectionē sanctorum virorum perfectæ imitatione cōprehendis, in tantam scripturæ sacræ intelligentiam proficies, ut planum iam esse videas, quod in ea te sublimiter videre cogitabas. Ibi est statio Philistinorū, quia qui superbiæ potu de cælo ceciderunt, Iudæis, atque hæreticis per scripturas illudunt. Stant ergo in colle: quia eorum corda, quæ possident, in scripturis decipiunt intelligentiæ falsitate. Quoties ergo iudæi ad collē domini ascendere præsumunt, à Philistæis ibi stantibus captiuantur. Dum enim scripturæ sensum se sublimiter intelligere æstimant, eis in ascensu suo dæmonēs obuiant, & decipientes necant. Merito ergo Saul non statim, sed prius visis salientibus foueas, & panes, & vinum portatibus, ad collem domini ire præcipitur: quia viri fideles magna & doctrinæ meliorum & exemplorum tutela muniuntur. Vnde & eidem Saül dicitur. Obuium habebis gregem prophetarum venientium de excelso. Quasi dicat, Philistinorum stationem timere tanto minus poteris, quāto ad securitatem obuios prophetas habebis. Et quia gregem prophetarum dicitur, magna defensorum nostrorum multitudo signatur. Timeat ergo Iudæus: quia dum solus ascendit interit. Quid enim illdem propheta nobis obuiam venientes dicunt? Væ soli, quia si ceciderit, non est qui erigat eum. Solus nanque est, qui à deo relinquitur. Hūc certē cadentē nullus erigit, quia relictum à deo, sanctorum aliquis nō assumit. Electus ergo quisque securus ascendit: quia solus nō est. Qui enim per nos loquitur, nobiscum est. Nam & repromittit, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Solus quippe non erat: qui dicebat: Solus non sum, sed qui misit me mecum est. Solus item non erat, qui exquirebat, dicens: An experimentam eius quæritis, qui in me loquitur Christus? Quod non solum de domini spiritali præsentia, sed & de materiali electorum doctrina intelligi conuenienter potest. Sancti quidem prædicatores in collem domini vbi est statio Philistinorum ascendunt, sed quia prophetarum gregem habent obuium, ipsos Philistæos nequaquā metuunt. Qui vero sunt hi prophete, nisi magni prædicatores sanctæ ecclesiæ? Prophetae nanque ministerium est occulta reuelare, & futura prædicare. Doctores autem sanctæ ecclesiæ dum occultos scripturarum sensus ad communem scientiam trahunt, secreta, quæ nesciuntur, aperiunt: & dum æterna gaudia prædicant, futura reuelant. Prophete ergo nobis obuiam veniunt: quia doctores sanctæ ecclesiæ scripturæ sanctæ veritatem nobis ostendunt. Dum enim ea quæ de sacro eloquio scire volumus, nobis dicunt: per viam, qua ad collem domini pergitur, euntibus occurrūt. Ibi ergo per occursum prophetarum securi sumus, vbi Philistæi sunt: quia per auctoritatem sanctorum prædicatorum scripturæ intelligentiam agnoscimus, in qua Iudæi, & hæretici errorum suorum gladio à dæmonibus perimuntur. Ecce enim si ad legē Moyfi recurrimus, collem profecto domini inuenimus. Ibi certē de tabernaculo, ibi de magno pontifice, ibi de hircorum, & vitulorum simul, & agni pascalis sanguine legimus. Iudæi hoc suo spiritu iuxta literam intelligunt, in quo quia nullum prophetarum secum habent, moriuntur. Ego si ad hunc montem ascendere volo, ante descendentes prophetas video, & securus ascendo. Et ut novos interim deleram: Esaias ascendenti prius occurrit, dicens: Quasi ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se non aperiet os suū. Hinc Paulus ait: Christus assistens pontifex futurorum bonorū per amplius & perfectius tabernaculū non manu factum, id est non huius creationis, nec per sanguinē hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Sed si plures habere volumus, in isto

colle, omnes prophetas requirētes inuenim⁹: quia quod veteres doctores promiserant, hoc in redēptore nostro noui prædicatores impletum esse demonstrant. Quare, & collis nomine redemptor humani generis cōuenienter designari potest. Vnde Esaias vaticinans, dicit. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. Collis quidē dicitur pro sublimitate sanctitatis, domini vero quia summi est filius genitoris. In quo nimirum colle statio Philistinorum esse dicitur: quia & in signum natus est, cui contradicatur. Statio quidem Philistinorum est contrarietas hæreticorum. Velut enim in colle stantes, ad collem ascendentes insidiantur: & dum scripturas sacras male exponendo peruertunt, ad cognoscendū redemptorē negligenter ascendentes perimunt. Electus ergo ne trepidet gregē prophetarū ascendens obuium habet: quia ei ipsum redemptorem annuntiant omnes prædicatores testamenti veteris & noui. Qui nimirum de excelso veniunt: quia quæ in terra prædicant, in cælo vident. Vnde & Ioanni quasi vero ex electo grege prophetarū à cælo dicitur: Ascende huc, & ostendam tibi, quid oporteat fieri post hæc. Qui cum ascendisset, agnum quem Moyse occidendū figurauerat, & ipse in cruce oblatum viderat: iam regnantem conspexit, & agnouit: & quantas grates agerent ei, ij pro quibus occisus fuerat, didicit. De excelso igitur prædicatores veniunt: quia quod minoribus prædicant, in cælesti contemplatione didicerunt. Bene etiam grex prophetarum Saul occursurus in ingressu vr̄bis asseritur: quia summos prædicatores sanctæ ecclesiæ illic videre possumus, vbi descendunt, non vbi sublimatur. Ea enim quæ nobis parvulis dicunt, audimus: sed ea quæ vident in cælestibus, quomodo videant, aut dulciter ament, non videmus. Paulus namque apostolus raptus est in paradysum, & assumptus est ad tertium cælum, audiuit etiam arcana verba quæ non licet homini loqui. Quis ergo inuenire tantum prædicatorem possit in paradysum raptum, aut ad tertium cælum assumptum? Sed ista de se coactus beatus Paulus dixit. Vnde & in fine expositionis sublimitatis se humilians ait: Factus sum insipiens, vos me coegit. Quanta ergo fuerunt illa quæ dicere noluit, si ad hæc manifestanda coactus venit? Nam & qui audiuit, & quæ homini non licet loqui: vidit quæ homini non licet scire. Dixisset fortasse, si vellet humana tamen quomodo dici possent locutione) illius tertij cæli pulchritudinem, intimæ illius claritatis lucem: Refert Angelorum fulgorem inenarrabilem, & inaccessibilem claritatem. Quam dulciter de plenitudine illius electi, & beati illi æterni ciues omnes accipiant, quæ desideranter sumant, quam pleniter repleantur, quam suaviter diuinæ bonitatis dulcedinem gustent, quam delectabili plenitudine satientur: qui splendores sunt singulis de vna ineffabili illa luce conditoris: quæ simul omnia de vna illa gloria pulchritudo: qua excellentia dignitatis alij præmineant aliis: qua sint boni melioribus ineffabilis lætitiæ iucunditate subiecti. Ad hoc ergo excelsum Paulum sequi non possumus: sed vr̄bem ingredimur, in qua velut ab alto descendēs, nobis obuiam venit. Nam qui cernere non possumus alta, quæ prædicatores vident: venerabiliter audire debemus plana quæ docent. Sed cum descendunt ante se psalterium, timpanum, tibiam, & citharam deferunt. Psalterium quippe habent, quia regnum cælorum annuntiant: timpanum habent, quia prædicant mortificationem carnis: tibiam habent, quia flere subditos iubent pro acquisitione æternæ lætitiæ: citharam quoque habent, quia gaudere pios pro certitudine æternorum bonorum edocent. Psalterium quidem quia à superiori parte resonat, etiam æternorum gaudiorum prædicationem designat, quia dū superna amare iuggerit, quasi à superiori parte suæ dulcedinis sonum mittit. Timpanum vero quia de mortui animalis corio tenditur, in eo non inconuenienter carnis nostræ mortificatio figuratur. Tibiam autem quia in mortuorum hominū exequiis haberi solet, de euangelio didicimus: quia dum dominus archisynagogi filiam resuscitare vellet, de domo illius tibicines eiecit, & turbam tumultuantem expulit. Quid ergo in tibia, nisi sanctorum luctus exprimitur? Nam dum se ab illa vita æterna, quam appetunt, proiectos aspiciunt, semetipsos quasi mortuos plangunt. Cithara autem valde lætum musicum est instrumentum. Quo nimirum instrumentato

Eccl̄s. 4.

Mat. ult.  
Ioan. 8.  
2. Cor. 13.

Esai. 53.

Heb. 9.

Esai. 2.

Luc. 2.

Apo. 4.

L.

1. Cor. 12.

M.

Mat. 9.

**A** instrumento verbum solati electorum apte figuratur: quia velut ad sonum citharæ hilarescimus, quando nos electi prædicatores inter ærumnas præsentis exilij consolantur. Psalterium ergo primum in promissione prædicatorum ponitur: quia ante omnia cœlestis regni gloria prædicanda est, ut dū bonum agnoscimus, quod amemus, laborare pro eodem bono adipiscendo cupiamus. Hinc est, quod cum in euangelio Mattheus principia dominicæ incarnationis assereret, dixit: **Met. 4.** Cœpit Iesus prædicare, & dicere: penitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Sed quia cum cœlestia noscimus, si ad ea peruenire volumus, necesse est ut passiones carnis mortificemus: prædicatores sanctæ ecclesiæ velut post psalteriū, sonum tympani faciunt. Ipsa autē mortificatio corporis quid est aliud quam præparatio æternæ beatitudinis? Cœlestia ergo præparati diligimus & ardentissimis fletibus ea postulare iubemur. Quasi enim tibia mortuos plangimus, quando vehementer dolemus: quia adhuc in illa æterna vita non viuimus. Post tympanum ergo, prædicatores nostri tibiam habent, quando & membra nostra nos docent mortificare, & pro amore æternæ vitæ ingemiscere. Citharam quoque post tibiam ducunt: quia præcipiunt sic desere ærumnas præsentis exilij ut gaudeamus de promissione æternæ hereditatis. Nam psalterium insonabat propheta magnus, cum dicebat: Oves meæ vocem meam audiūt, & vitam æternam do eis. Psalteriū item percuteus, ait: Exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitam æternā. Tympanū sonabat, qui dicebat: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam. Tibiam sonabat, qui dicebat: Miseri estote, lugete, rilius vester vertatur in luctum, & gaudium in merorem. Tympanum sonabat, qui dicebat: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Tibiam vero ante se habet, qui item deo loquitur, dicens: Cibabis nos pane lachrymarum & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Tibiam ante se habebat dominus, cum dicebat: Amē dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini. Sed velut citharæ sonū subiūges, ait: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Quasi citharā nobis sonabat, qui dicebat: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus propē est. Citharam nobis sonat, qui ciuitatis nostræ bona annuncians, ait: Gaudium & letitia inuenietur in ea gratiarum actio, & vox laudis. Quia ergo prædicatores sanctæ ecclesiæ cœleste regnum annunciant, & pro eodem regno adipiscendo, mortificare carnem, flere captiuitatem, in spe futura beatitudinis nos exultare præcipiunt: propheta ab excelso descendentes, ante se psalterium, tympanum, tibiam, & citharam habere perhibentur. Et grex quidem prophetarū dicitur, quia multi sunt pastores sanctæ ecclesiæ, & pastorem vnum habent dominum Iesum Christum. Et notandum: quia psalterium, tympanū, tibiam & citharam ante se habere propheta perhibetur, ut electorū prædicatorum forma videatur. Reprobi namq; post se, quæ prædicat, habent: quia dicunt & non faciunt: negligunt bona agere, quæ cognoscunt. Vnde & adhuc regi Saul iam domini mandata cōtinenti dicitur: **Infra. 15.** Quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus, ne sis rex. Hinc per prophetā de Iudæis dominus queritur, dicens: Proiecerūt me post corpus suum. Sancti ergo doctores quia iter supernæ conuersationis, quod prædicant, continuo incessu boni operis seruant: in eorum typo dicitur, quia propheta psalterium, tympanum, tibiam & citharam ante se descendentes habuerunt. Possunt enim hæc instrumenta ad prædicationem redemptoris referri. Et quia non valde superius collem domini ipsum esse redemptorem diximus, organorū conuenientiam intruamur. Qui regni æterni cum regem nominat, nobis profecto psalterium sonat. Et qui disciplinam mortificationis nostræ in eo asserit, velut tympanum ferit. Tibiam sonat, qui mortuum redemptorem pro salute mundi denunciat. Citharam percute, qui eum à mortuis surrexisset, & ad cœlos ascendisse dicit. Sed ad tantorū organorum iucunditatem hilarescimus, si ipsum prophetarū gregē insonantē audiamus. Dauid namq; dicit: A summo cœlo egressio eius, & occursum vsque ad summū. Hinc item dicit: Adorabunt eum

omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Velut enim psalteriū in laudem redemptoris tenuit, qui superiorem partē laudis obtinuit, & redemptoris aduentū à summo cœlo prædicauit. Tympanum mortificationis eius Elia tetigit, dicens: Et vidimus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Tibiam mortis eius item iohannes, ait: Tanquam ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus obmutuit. Citharam resurrectionis Dauid increpitās, ait: Cōmoueatur à facie eius vniversa terra, dicite in gentibus, quia dominus regnavit à ligno, etenim firmavit orbem terræ, qui non commouebitur. Citharam ascensionis etiam tangeus, dicit: Regna terræ cantate deo, qui ascendit super cœlos, cœlorum ad orientem. Propheta ergo de excelso descendunt, quando sancti prædicatores illa sacramenta nobis annunciant, quæ alta contemplatione didicere. Et psalterium, tympanum, tibiam, & citharā dicunt: quia redemptorē nostrū æterni regni dominum asserunt, & per humanā conditionem humiliatum, & morte sua mundum redimere, & resurgēdo cœlestia reparare. Quæ nimirum laudis instrumenta ante se habent: quia ea quæ dicunt intelligūt. Ecōtra vero Caiphas propheta dicitur, & ea quæ dixit, ignorare, cum tibiam dominicæ mortis, quam tetigit & non ut electus propheta haberet ante se, sed post se. Bene ergo de electis prophetis subiungitur. Ipsosque prophetas. Quia dum videt, quæ dicunt velut ante se habent instrumenta, quæ tangant, & dū prædicat, illud proferūt, quod præuidendo cognouerunt. Saul ergo ad collem domini venit, quando electus, & rudis prædicator spiritali scientia proficit, & redemptorē humani generis nō in plano humanitatis, sed in alta diuinitatis eius maiestate cognoscit. Tunc quidem prophetarum choros concinentes audit: quia omnes scripturas, quæ de ipso sunt, perfecte intelligit. Qui igitur viros magnas foueas salientes vidit, qui heredos, & tortas panis, & amphoram vini portantes aspexit, ad collem domini peruenit, quando is qui per electorum exempla profecisse cognoscitur, ad culmen scientiæ sublimatur, & redemptorē sublimiter sciēs, ineffabiliter diligit: à quo quod item scire de eo appetit, quali familiaris amicus possit. Bene itaq; subditur. Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis. Insilire spiritus domini dicitur, quia electorū corda donis eius subito replētur. Qui statim prophetare incipiūt: quia qui diuino spiritu pleni sunt, dei magnalia tacere nō possunt. Vel prophetaturus asseritur, cui Samuel diuini verbi gratiā pollicetur. Quod tale est, ac si dicat. Qui modo in illa abundantia in te superueniētis spiritus loqui nō potes, quando illa se tibi plenitudo insuderit, loquēdi copia abundabit. Hunc quippe insipientem spiritū discipulis promittēs dominus, ait: Cū venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. In eos quidem superueniens spiritus insiluit, quorū corda repente veniens illustrauit. Et illustrati prophetaere, quia redemptorē humani generis omni lingua prædicauerunt. Quod certe in sancta ecclesia etiā nunc fieri cernimus: quia sæpe qui diuina loqui appetunt, ab eodem spiritu subito docentur: & loqui optime ea etiā possunt, quæ per meditationem nulla didicere. Pro custodia quippe mandatorum dei, præcipiunt gratiam verbi in sublimi reuelatione redemptoris. Quid enim miram si lucē scientiæ percipere subito possunt, qui per vitæ puritatem sedes sancti spiritus semper sunt? Sed quale esset sancti spiritus donum, si scientiam daret, & affectū magnæ charitatis nō daret. Qui enim illo spiritu replētur cœlestia prædicat, sed quæ loquitur, amat. Aptē ergo subiūgit. Et mutaberis in virū alium. Amor electe mētis quid est aliud quā immutatio vetustatis? Natura etiā nostra per lapsum primi hominis sic dānata est, ut quotidie labēdo deficiat, & deficiēdo veterescat. Sed quia in nobismet ipsis deficiū, cū in nos ille spiritus insiluit renouamur: quia statim quod nō eramus efficiamur. Tepidus erat quis sed repēte visitatus à spiritu, feruens efficitur. Incipit ardere per deuotionē, fortiter exerceri in bono opere. In virū ergo aliū mutat est: quia esse cœpit, quod ante insiliētē spiritū in se, esse nō potuit. Iā bonæ conuersationis est aliquis, cœlestia amat, terrena despicit: sed pro iis, quæ sursum diligit, & piis, quæ

quæ odit in infimis, flere non præualeat. Sæpe verò flere appetit, & nõ potest, qui plura, quæ flere debeat commississe recollit, sed cum subito ille spiritus infilit, in lachrymarum fontes erumpit. In virum ergo alium mutatur, qui compunctionis gratiam per aduenientem spiritum suscipit, quam ante aduentum eiusdem spiritus non habebat. Puritatem cordis quis obtinere appetit, cœlestia cogitare, nullis curarum secularium occurisionibus impediri, sed ad id, quod per deuotionem appetit, assurgere nequit per affectum puritatis. Repente autem raptus in virtute superuenientis spiritus, esse carnalis desinit, potenter seculi curas abiicit, & in æternorum contemplationem mira puritate confurgit. Miratur se tunc esse, quod non erat: miratur se tunc non fuisse, quod est. Nam cum in spiritualibus talē se vidit, miratur qui talis est, quod talis fuisse non potuit. In virum ergo alium mutatur, qui illud quod non fuit, se videt esse, & illud quod fuerat, nõ esse. Bene ergo de Saül, Mutaberis in virum alium: quia prædicatores sanctæ ecclesiæ cum gratiam diuinæ prædicationis accipiunt, non accipiunt solam scientiam verbi, sed virtutem amoris: vt per verbum aliis prodesse valeat, & per verbi amorem ipsi meliores fiant. Quando etenim loquuntur, mutantur in virum alium: quia cum per eos spiritus loquitur: ipsi mira charitate eidem spiritui coniunguntur: & ab eius voluntate iam nec verbo, nec operatione dissentiunt. Talem nanque virum sacra scriptura collaudans, dicit: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Deo nanque adhæremus, quando spiritus sancti gratiam abundanter accipimus: & vnus spiritus cum eo efficiamur, quando diuinæ voluntati mente, ore & opere concordamus. Bene ergo propheta Samuel subiunxit, dicens. Quando enim venerint tibi omnia signa hæc, fac quodcūque inuenit manus tua: quia dominus tecum est. Hæc quidem signa sunt, in quibus se prædicator agnoscat, & tunc omne quod disponit agere, audeat: cum certa experientia nouerit, quia in magna charitatis abundantia virtutem suscipit spiritus sancti. Sed docere ea debet prædicator, quæ agit: sicut de domino Lucas dicit: Quia cœpit Iesus facere & docere vique in diem, quæ præcipiens apostolis, per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Hinc Paulus ait: Non audeo loqui ea quæ per me non efficit deus, in obedientia genitium verbo & factis. Samuel itaque vncto regi præcipit, dicens: Fac quodcūque inuenit manus tua. Quasi dicat. Cum te diuina gratia plenū videris, doce alios quicquid facis: quia ex præsidete tibi eadē diuina gratia habes, & optimè viuere, & vtiliter prædicare. Sed tamē quid ante hæc omnia obseruare debeat subiungit, dicens. Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te: vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis me, donec veniam, & ostendā tibi, quæ facias. Quid est, quod prius dicit fac quodcūque inuenit manus tua, deinde subdit. Septem diebus expectabis me donec veniam, & ostendam tibi quæ facias. Sed qui signa perciperat, quibus se vnctum regē à domino sciret: probandus erat an ipsa signa cognosceret. Quod quidem magis spirituali, quam historica explanationi cōuenit. Nam venire in collem domini, ad perfectam cognitionem & amorem redemptoris pertinere diximus: prophetiæ dono repleti, ad virtutem spiritus sancti. Dicit ergo: Quando tibi omnia hæc signa venerint, fac quodcūque manus tua inuenit: quia quisquis certus est de intima inspiratione sancti spiritus, prælumere potest tam de proposito boni operis, quam de dispositione prædicationis. Dicit item. Septem diebus expectabis me donec veniam, & ostendam tibi, quæ facias, quia summi pastores sanctæ ecclesiæ dum de minorum perfectione dubitant, solliciti valde sunt, vt hæc in eis certis indiciis recognoscant. Quæ autē sunt indicia spiritus, nisi excellentia dona humilitatis. Sanctus enim spiritus quo maiori luce virtutum electorum corda irradiat, eo & abundantiori dono humilitatis ditat. Quo enim celsiores sunt meritis, planiores sunt per virtutē humilitatis. Qui ergo ante prophetam in Galgala descendere, & expectare iubetur: ei nimirum pro cognoscenda humilitate, obedientiæ onus iniungitur. Rectus quoque ordo electæ conuersationis est, vt obedientiam non iniungat aliis quam ipse aliis impendere nõ curauit. Expectare ergo præcipitur, vt an sit verè humilis agno-

scatur. Si ergo signū perfecti prædicatoris est repletio sancti spiritus, & virtus humilitatis signū illi plenitudinis, quid in laude humilitatis dicitur, nisi quia ei dona sunt signa signorum? Sed quia immolaturus rex per prophetā præire iubetur, ea quæ dicuntur, melius cernimus, si ex ordine videantur. Galgala quidē interpretatur rota. Quid vero rota in isto loco significat, nisi vitā obedientiū? Rota quidem voluendo graditur & modo alta petit, modo inferiora. Sic nimirū vitā obedientiū, quia inferius agit, quod sursum pertrahit: & sursum videt, quod inferius exhibet, quasi ad alta subleuatur, & ad ima deponitur. Nā quod obediētes inferius agunt, sursum tollūt: quia quādo prælatorū iussis obediunt, terrena sunt quæ operantur: sed de terrenis, quæ faciunt, superna præmia præstolantur. Itē quod sursum habent, ad terrā flectūt: quia vt bene terrena agant, cœlestia cōtēplantur: & illud solummodo operantur, quod summe illi foelicitati cōuenire cōspiciunt. Hæc profecto rotam flectere Moysi dominus præcipiēs, ait: Omnia fac sicut ostensum est tibi in monte. Qui enim in summis vidit, quod fecit in infimis: nimirum superiorem rotæ partem ad terram flexit. Inferiorem quoque partem ad superiora extulerat, qui dicebat. Viuit dominus in cuius cōspectu sto. In imo quidem stabat per humilitatem obediētiæ, dum regi perfido exprobraret: sed planitiem operis in sublimitate extulit diuinæ cōtemplationis, vt velut currentem rotam optimè volueret, dum in terreno opere quid cœleste mereretur aspiceret. Hæc profecto forma est electæ obedientiæ, vt in omni quod foris agimus, ad potentiam cōditoris vbiq; præsentem respiciamus. Sic nimirum in subditiōe obedientiæ nostræ habere possumus & rectitudinem operis, & incrementa deuotionis. Recti quidem tunc sumus opere, quia pro eo quem cernimus nos in labore obedientiæ exercemus. Deuoti etiam sumus, quia ei nos placere credimus, quem inspectorem nostrorum laborum attendimus, & largitorem æternæ retributionis. Et quia maiorum imperia perfecta humilitate obseruanda sunt, bene Saul dicitur. Septem diebus expectabis. Septenarius quippe numerus propter dona septiformis spiritus perfectus est. Septem diebus doctores ecclesiæ expectam, quando per virtutem septiformis spiritus, tantam intimæ deuotionis claritatem suscipimus, vt eorum præcepta nullatenus negligam. Quo in loco notandum est, quia non dixit septem diebus eris in Galgala: sed septem diebus expectabis me, postq̄ descenderis ante me. Ante prædicatorem descendim, quando hoc agimus, quod ei nobis iudicio imperatur. Tunc quidem descendere dicimur, quia mentes nostras eorum imperio subiungamus. Septem vero diebus expectare est, bonum obedientiæ omni luce cordis implere. Quod tunc certe agimus, quando maiorum mandata nec dura, nec leuia præterimus. Nullam quippe dierum ab hac luce vacantem dominus esse volebat, quando dicebat: Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Et quia perfecta obedientia, quam hominibus exhibemus, munus est creatoris: qui septē diebus expectat, oblationem offerre dicitur, & pacificas victimas immolare. Oblatio quidem domini est, quia hominibus pro deo offert: sed oblata hominibus à deo suscipit. Victimæ sunt obsequia obedientium, quia cū hominibus pro deo subicimur, superbos spiritus superamus. Ceteris quidem virtutibus dæmones impugnam, per obediētiā vincimus. Victores ergo sunt, qui obediunt: quia dum voluntatē suam aliis perfecte subiiciunt, ipsi lapsis per obediētiā angelis dominantur. Sed notandum est, quia Samuel ante se Saul in Galgala descendere præcipit, sine se autē eum offerre oblationem & victimas noluit. Nam dixit. Ego quidē descendā ad te, vt offeras oblationem & immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis me donec veniam ad te, & ostendam tibi quæ facias. Quid est hoc nisi quia ipsa bona nostra & ignorare sapienter & scire aliquando vtiliter debemus? Ignoranda quidem sunt, ne infirmis nobis elationem præbeant: sed à perfectioribus scienda sunt, vt per deuotionem crescant. Vnde & bene in euangelio de Elisabet prægnante dicitur: Et occultabat se mensibus quinque. Qui enim spirituales, ac fortes esse nequeunt adhuc, per quinarium numerum designantur. Quæ autem nouiter concipit, quinque se mensibus celat, quia per sensus corporis bona agit, sed quia spiritualis, ac fortis

1. Cor. 6.

H

A. Fo. 1.

Rom. 15.

I

Exod. 25.

3. Reg. 17.

L

M

Mat. 5.

Luc. 1.



**A** ac fortis in hoc bono opere nondum est: ea quæ agit, sapienter abscondit. Ille ergo victimas deo, ille oblationem offert: qui septem diebus expectans, venientem prophetam recipit, quia tunc deo dignum est, quod impendit: cum impendens in huius virtute obedientiæ, & diuinæ immensitatis consideratione timoratus: cum se aliud esse non credit, nisi quod maiorum probatione cognoscit. Quasi enim præsentem prophetam offerimus, quando illa solummodo opera nostra digna esse diuina susceptione credimus, quæ sanctorum prædicatorum iudicio comprobantur. Et quia coram propheta immolare dicitur, hoc profecto signat: quia operibus nostris sapientibus, atque spiritualibus viris credere debemus. Quia item septem diebus expectat Saul, prædicator sanctæ ecclesiæ virtutem subiecti disponere sapienter debet: ut coram eo bona eius non laudet, nisi quando laudis sue contemnere fauorem potest. Unde & eadem oblatio, & victimæ deo offerre Saul prædicatur & non sibi. Deo quippe victimas offert, qui de virtute, quam habet, inaniter non extollitur, sed omne quod pericit, gratiæ tribuit conditoris. Hoc etiam quia doctorum magisterio discimus, bene Samuel sermonem concludens, ait: Et ostendā tibi quæ facias. Expectāti quidē, quæ faciat indicat: quādo is qui perfectē obedire cognoscitur, qualiter imperare aliis debeat edocetur. Sed illud Saul adhuc non exhibetur, sed promittitur. Non enim mittitur ad immolandum, sed ad expectandum.

**B** Et quia sanctorum colloquutione proficimus, apte illatum est. Itaque cum auertisset humerum suum, ut abiret à Samuele, immutauit ei deus cor aliud. Cor enim aliud immutatur, quando ad appetenda meliora dirigitur: cor etiam immutatur, quando ad malum deseritur. In Saul autem, qui prius bonus postea malus fuit: quomodo potius intelligi ad literam debeat, nō valde clarum est. Sed si pro profectu eius dicitur, cor immutatum habebat: quia qui a finas quaesierat, iam de regni dispositione cogitabat. Si vero malum cor tunc recepit se cognoscitur, coram propheta humilis fuit: sed ut cepit discedere, pariter cepit & superbiere. In mente sua iam non esse paruulum, sed regē cogitabat. Adhuc uō erat sublimis ordine, sed erat sublimis aestimatione. Sed quia per hanc sacram historiam adhuc de eius superbia aperte nihil dicitur, recte nos quoque agimus, si interim quod de eo finistrū videri potest reticemus. Quod vero adhuc manenti eius innocentiæ suffragari potest, in sequentibus dicitur, quia filius vnius anni erat Saul cum regnare cepisset, & duobus annis regnauit super Israel. Si enim duobus annis humilis rex fuit, immutatum ei cor asseritur, pro vigore propositi, nō pro nouitate tumoris. In eo ergo quod immutatum cor Saul habere dicitur, nouis prædicatoribus sanctæ ecclesiæ similitur: qui cum ordinem prædicationis accipiunt, per diuinam gratiam meliores fiunt. Samuel quippe Saul in principem vniuit, deus autem ei cor aliud immutauit: quia sanctorum ordinum sacramenta ab ecclesiæ doctoribus foris accipimus, sed sacramentorum virtute ab omnipotente deo interius roboramur. Virtus vero sacramenti gratia est spiritus septiformis. Quam certe gratiam qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutatur: quia quos gratia sua sanctus spiritus roborat, esse eos facit protinus, quod non erant. Sic nimirum & Redemptoris discipuli ante metuebant, sed ubi per aduentum sancti spiritus cor aliud eis immutatum est. Verbum dei cum fiducia prædicabant.

**C** Aliud quippe deus cor eis immutauit, quibus linguarum omnium peritiā tribuit. Aliud quippe cor eis immutauit: quos mira charitate induit, & virtutum omnium splendoribus illustrauit. Et notandum: quia tunc ei deus cor aliud immutauit, quando ut abiret à propheta, humerum auertit. Quasi enim ut abeat, humerum auertit: quando is, qui prædicationis ordinem suscipit, id quod sibi de pastoralis officio præcipitur, agere disponit. Disponit quidem, sed non præualeat, si de ei cor aliud non immutat: quia summus locus bene non regitur, nisi rectoris mens diuini muneris summa gratia repleatur. Hæc autem quia ei in futuro promittitur, subiunctum est. Et venerunt ei omnia signa hæc in die illa. Doctrina etenim electi prædicatoris, quid est aliud, quam dies eruditi discipuli: Nam qui in die ambulat, videt & plana, quæ ambulat: & præcipitia, quæ declinet. Sic nimirum dum sanctorum prædicatorum doctrinis illuminamur, quod agendum, &

quod vitandum est, patenter aspiciamus. In illa ergo die in qua propheta prædicat, bonus auditor suæ electionis signa percipit: qui in se ea virtutum dona conspicit, quæ ante ei asportata suus prædicator ostendit. Signa quidem sunt: quia per hæc se à deo electos intelligunt, qui ad prædicationis ordinem promouentur. Vinctum ergo se aliquis ad ecclesiæ principatum non teneat, qui dici illius signa adesse non viderit in virtute perfectionis. Primum ergo signum prius attentè cōspiciat, videlicet si exemplo virorum salire iam magnas foueas sciat. Sequens etiam signum cognoscatur, si ad quercum Thabor tres viros obuios habuit, quos hoedos, & panis tortas portare in Bethel ad domum domini vidit: si panes duos de eorum manibus accepit. Tertium nihilominus videat, si ad collem domini venit, si prophetantes cuneos aspexit, si in eum spiritus domini insiluit, & in eorum medio prophetare iam possit. Et viros quidem salientes foueas vidit, si perfectorum exemplo omnia seculi confutare iam didicit. Ad quercum Thabor venit, si contemplatiuæ vitæ fortitudinem, atque amenitatem experiri iam nouit. In qua & hoedos & panis tortas, & vinum ad dominum portantes aspexit: quia ab amatoribus vitæ contemplatiuæ iam didicit, & peccatorem se indefinenter agnoscere: & pro eisdem peccatis carnem affligere, & afflictionis suæ dolorem omnipotenti deo grater offerre. Ad collem domini venit, si ad reuelatam intimam Redemptoris gloriā, aut scripturarum sublimem intellectum proficiendo conscendit. Obuium gregem prophetarum habuit, si prædicatorum sanctæ ecclesiæ concordem scientiam intellexit. In quorum medio insilientem in se spiritum domini sensit, si illa ineffabili suauitate internæ experientiæ in se donū superuenientis diuinitatis agnouit, & notæ gratiæ abundantia loquendo effudit. Hæc quoties sancti prædicatores imperfectis nobis ostendunt, per doctrinā, quæ nos illuminant, quasi clarissimū diem produunt. Et ista quidem omnia iam promoti prædicatores, experientibus ordinatoribus, sciunt. Quia ergo diem signorum habent, salubriter attendant, si promissa signa iam videant. Nam qui mundi gloriam contemnere nondum didicit, primum signum audire promissum potuit: sed non vidit ostensum. Si contemplatiuæ vitæ robur & dulcedinem nescit, sequentis signi bonum videre non meruit. Si altitudinem scripturarum per intimæ eruditionis notitiam non conscendit, ad collem domini nondū venit. Si superuenientis in se spiritus sancti virtutem nondum habet, prophetare non potest. Sine illo etenim spiritu pastor carnalis est, & quod loquitur, non ad dignitatem prædicationis referri potest, sed ad ausum temeritatis. Quæ ergo formidine nos miseri terri possimus? Ecce enim aliorum ducatum suscepimus qui virtutem suscepti regiminis non habemus. Signa spiritualis prælationis audiuimus, quæ in nobis per lucem experientiæ non videmus. Terrena concupiscimus, curis exterioribus occupamur, & tanto longius à cœlesti contemplatione repellimur, quanto terrenorum actuum sollicitudine prægravamur. Hæc quoque terrenæ vitæ mole depressi, quando illum splendorem intimæ gloriæ redemptoris attingere, quando ad altissimos sanctarum scripturarum sensus possumus peruenire? Sed & cœlestia quæ nescimus, loqui quasi nota non possumus. Et qui per quietem amoris internæ vitæ vacare volumus, insilientem in nos spiritum domini non sentimus. Nota ergo, & non habita signa nos terreat: ut cum pro negligentia nostræ immensitate compungimur, virtutem suscepti ordinis per fletus, & lamenta requiramus. Hinc Psalmista voce infirmorum deplorat, dicens: Signa nostra non vidimus, iam non est propheta. Nam propheta est, cum iam dicta hæc prophetiæ signa ei adesse prævidentur. Si ergo ad culmen prælationis assumitur, non se teneat quod est altitudine ordinis, sed quod est virtute perfectionis. Dicat ergo: Signa nostra non vidimus, iam non est propheta. Quasi dicat: Esse nunc prophetam dicerem, si dona spiritus æternæ, quibus prophetæ persona fulgere debet. Qui ergo suscepti ordinis pastoralis perfectionem audiuit, quam in se obtinere viuendo non meruit, idoneus sanctæ ecclesiæ doctor non est. In primo igitur rege, pastorum omnium sanctæ ecclesiæ profectus ostenditur, dum dicitur: Venerunt ei omnia signa hæc in die illa. Et quia idē profectus electorum prædicatorum mirabilis est,

Isra. 13.

Acto. 1.  
Acto. 4.

B 2774

F

Psal. 77.

pp iii) sequitur:

**G** sequitur: Videntes autem eum, qui nouerant eum heri & nudiuertitū, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem. Quenam res est, quæ accidit filio Cis. Nūc Saül inter prophetas. Quid est, quod dicunt: Quæ res est quæ accidit: mihi valde admirari, quod ab eis non poterat comprehendere? Hominem hominis filium nouerant, prophetis sociatum videbant: carnalem nouerant, spirituales videbant: simplicem nouerant, prophetam videbant. Dicunt ergo, Quenam res accidit, filio Cis? qui nosse quod fuerat, poterant: quod erat, qualiter esse posset, ignorabant. Hic denique profectus spiritualis prædicatoris est, ut qui in cõmuni vita aliquando notus est, in superiori ordine habeat, quod ignoretur. Tres quidem gradus perfectionis ostendi sunt, quia dicit. Heri & nudiuertitū. In duobus quidem diebus prædicator agnoscitur, in tertio habet quod etiam ij qui nouerant, nõ cognoscant. Primus namque dies auditoribus pertinet, secundus sodalibus, tertius est prædicationis. Primū namque diē pastor habuit, quādo prælati suis discipulis obediuit. Quasi enim in magna luce cernitur, qui in virtute obedientie deuotus est. Secundū diem habuit, quando meliorū coadiutor esse iā cœpit. Ista quippe claritas magnæ cõuersationis, in electorum exemplo maximū diem facit. Hanc diem dominus inuauans, ait: Sic luceat lux uestra corā hominibus, ut videat uestra bona opera, & glorificent patrem uestrū, qui in cœlis est. Tertius uero dies insipientis spiritus est, & prophetiæ. In tertio quippe die pastor aspici, quando sublimitatē dignitatis sue adæquat splendore cõuersationis: quādo cœlesti uirtute induit, ea uita, eaq; doctrina subditis lucet, ut uideri ab eis possit: discuti, & iudicari non possit. Talis quidem erat Moyses, quando lucidissimo uultu à mōte descendit: cuius subditi fulgorem uidebāt, sed in fulgentē claritatem intēdere uisum nõ poterant. Talis erat, qui gloriabatur, dicens: Nos autem reuelata facie gloriam dei speculantes in eandē imaginem transformamur, tanquā à domini spiritu. Tales utiq; erāt, quos spiritus sanctus repleuerat. Vnde & qui in Hierusalem conuenerant, admirantes, dicunt: Nõne isti qui loquuntur Galilæi sunt? Interrogabant quippe ut scirent, quod audiebant, & scire non poterant. Qui autem nouerāt Saül, de re quam ei accidit, admirantes interrogant: quia eos aliquando in humiliori ordine sancte ecclesiæ humiles, & despectos cernimus, quos dum sanctus spiritus ad ordinē prædicationis assumit, gratiarum suarum splendoribus induit, & in eisdem splendoribus mirabiles ostendit. Sed bene sanctorū uirtutes admiramur, cū eas bonitati conditoris adscribimus. Quare & Moyses domino cõfiteus, ait: Quis similis tibi in diis domine, quis similis tibi gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestate faciēs prodigia? Hinc psalmista dicit: Mirabilis deus in sanctis suis ipse dabit uirtutē & fortitudinem plebi sue. Bene subiūgitur. Respondit alter ad alterū, dicens: Et quis pater eorū? Quid est, quod hucusq; de solo Saül dicebatur, quenam res accidit filio Cis? & nūc quasi de multis respondetur, & quis pater eorum? Sed si ad historiā intelligatur, stare nullo modo potest. Restat ergo ut sensus, qui literæ demit, in spirituali significatione requiratur. Cum ergo dicitur quis pater eorum, nõ solum Saül prophetas attenditur, sed omnis ille cuneus prophetarum. Qui nimirum prophetæ omnes, quia valde spirituales erant, non ex carnali progenie, sed ex cœlesti origine censebantur. Pater quidem prophetarum ille est, qui per Malachiam exquirat, dicens: Si dominus sum, ubi est timor meus: & si pater sum, ubi est amor meus? Quia enim omnipotenti deo in magna charitate cõiuncti sunt, eius quem quasi patrē diligunt, filij nominantur. Quod noue ecclesiæ prædicatoribus tanto decentius conuenit, quanto ille eos in cœlestem nobilitatem altius extulit, qui eis claritatem tanti generis in forma detexit orationis. Sic inquit orabitis: Pater noster, qui es in cœlis, quod tale est ac si dicat. Mirandi essent sancti prædicatores, si mira, quæ agunt, sua uirtute perficerent: nunc mirum non est, quod cernitur: quia per eos ille hoc agit, cui aliquid difficile non uidetur. Dicat ergo alter ad alterū: Et quis pater eorum? Quasi dicat. Quid mirum est si mirabiliter doceant, cū non ipsi sint, qui loquuntur: sed spiritus patris eorum, qui loquitur in eis? Non ergo dicitur quis pater eius: Ne quod pluribus cõuenit filiis, unico conferatur. Solus

etenim ille, qui natura filius est, dicere audeat: Pater meus usq; modo operatur. Et item: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam ut utriusq; dignitatis differentiā promeret, Mariæ Magdalene loquitur, dicens: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, deum meum, & deum uestrum. Quoties ergo vnus prædicator mirabili uita, aut prædicatione clarus aspicitur, in superua generatione non solus, sed cum aliis innumeris uideatur: quia omnipotens deus qui mirabilis in vno ostenditur, mirabiliorem valde hominū admirationem facit, cū innumerabiles attenduntur, qui id quod in vno mirantur, habuerunt. Quod tamen ad detractiōem carnalium referri conuenienter potest. Nam cum spiritualium uirorum famam minuere tentant, eorum carnalia explorant, quæ ad derogationem proferant. Et plærunque in sancta ecclesia miram sanctitatis famam habent qui secularem altitudinem nullam habent. Cum ergo carnales quicq; aut carnis originem, aut paupertatem in eis reprehendant, qui diuina generatione iam magni, & diuites sunt, quasi subinādo de prophetarū patre sciscitantur. Et quia pro re ualde noua habent, quod parui homines seculi tam magni uideri possunt: subiūgitur: Propterea uersum est in prouerbiū. Num Saül inter prophetas. Quod nimirum si oculis cordis recte inspicerent, pro noua re non haberent. More etenim suo agit spiritus sanctus, cū ad uirtutū culmen pauperes, humiles atq; simplices erigit. Nā de eo scriptum est: Qui ponit humiles in sublime, & nocentes erigit sospitate. Hinc omnipotens pater, de eodem omnipotente suo spiritu per prophetam dicit: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremementem sermones meos. Hinc Paulus ait: Non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed que stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi elegit deus, ut ea quæ sunt destrueret, ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Quod certè prouerbiū etiam electis adscribi potest. Non enim minor admiratio habita est de beato Paulo apostolo, quando auditum est ab ecclesia: quia ille euangelizaret, qui ecclesiam minando, & cædendo expugnare solebat: nunc prædicando, defenderet. Tunc quidem ij qui audiebant, dicere poterant. Num Saül inter Apostolos? Nunquid ille Iesum prædicat, qui Iesum persequi solebat? Sed hoc iam in electorum prouerbiū uersum est. Prouerbiū quidem est, quando in eo quod dicitur, aliud occultatur. Conuersio autem beati Pauli Apostoli: facta est prouerbiū peccatoris. Audiatur ergo unusquisque peccator beati Pauli conuersionem, & non desperet de criminum multitudine. Saül enim spirans minarum, & cædis in discipulos domini, ubique electos affligebat, lapidantium Prothomartyrem Stephanum uerba seruabat, & uelut omnium manibus lapidabat, qui expeditos ad lapidandum omnes reddebat. Sed qui talis extitit Christum persequens, ad Christum conuersus, caput effectus est nationum: quia obtinuit totius ecclesiæ principatum. Dum ergo tam magnum peccatorem conuersum, tam sublimi dignitate à domino honoratū cõspicimus: peccatorum nostrorū inuenire nos posse remissionem præsumamus. Prouerbiū ergo nostrum, id est, quod ad euangelizandum persecutor assumitur, quod hoc mysterium continet: quia conuersus peccator non solum sperare à domino ueniam, sed quod uiriliter certando pertingere ualeat ad coronam. Sed hoc distare inter carnales, & spirituales prædicatores solet: quia carnales post alta uerba prædicationis ad ima descendunt prauis operibus: spirituales uero post sublimia quæ loquuntur, in altiora ualde cœlestis patriæ desideria se sustollunt. Vnde & subditur. Celsauit autem prophetare, & uenit ad excelsum. Ad excelsum post prophetiæ ministerium uenit, qui ad cœlestia gaudia, quæ prædicat, mentem erigit: & ad ea amando se subleuat, quæ loquendo monstrat. Doctores quidem cum minoribus plana prædicant, cum eis, quos docent, quasi in plano sunt. Et quia post uerba prædicationis ad promerenda ea quæ prædicant, se bonis operibus præparant, ad excelsum uenire perhibentur. Qui certè sublimes uerbo, & opere sunt, cogitatione elationis non sunt, Magna quidem semper agunt, sed magni uideri nunq; appetunt. Bene ergo subiūgitur: Dixit autem patruus Saül ad eum, & ad puerum eius. Quo abistis? Qui

K  
Ioa. 5.  
psal. 2.  
Ioa. 20.  
Iob. 5.  
L  
Esa. 56.  
I. Cor. 1.  
Acto. 9.  
M



**A** Qui responderent quærete asinas, quas cum non reperissemus, venimus ad Samuel. Et dixit ei patru<sup>s</sup> su<sup>s</sup>. Indica mihi quid dixerit Samuel. Et ait Saül ad patruum suum. Indicauit nobis quæ dixerat. Sunt asinae. Sermonem autem regni non indicauit ei, quem locutus ei Samuel fuerat. Sermo regni est honorabilis dignitas pastoralis. Ipsa enim representatione sua loquitur: quia patruus non est, qui tanto ordine sublimatur. Verbum ergo regni rex non indicat: quia pastor ecclesiae magno diuinitatis splendore loquitur, sed elatione non loquitur. Qui vero verbum non indicat, illud celat quod loquitur. Verbum enim semper loquitur, cui verbum est: alioquin verbum non est. Verbum ergo regni habet, qui ea conuersatione fulget, quæ exempla coelestis itineris aliis quasi loquendo præbet. Verbum ergo non indicat, qui magnitudinem sanctitatis per vanam gloriam non reuelat. Habet quidem, quod indicet: sed quod per seipsum ostenditur, indicare non vult. Nam qui magna dignitate magnaque sanctitate radiat, multa viuendo ostendit, quæ loquendo non dicit. Hoc profecto regni verbum habere dominus prædicatorem voluit, quando in veste pontificis tintinabula poni mandauit. Vestis quidem pontificis est ostensio bonæ conuersationis. Quæ quasi tintinabulis multis inferitur, quando opera bona multiplicat, quæ ad minorum exemplum clamant. Sed indicare rex regni verbum non audeat: quia per acceptum est sacerdotibus, vt coram domino vestis decorem portent. Coram domino quidem vestis decorem portat: & qui bona ostendit, & de ostensione bonorum operum non hominibus per vanitatem foris, sed deo intus per amorem placere appetit. Tunc certe sacerdos tacet, sed dum incedit, quod portat, clamat: quia electus prædicator se iactando non indicat, sed bene viuendo loqui nequaquam cessat. Dicatur ergo de Saül: quia patruo suo sermonem regni non indicauit: quia electi viri cum splendorem dignitatis, aut bonæ vitæ incrementa percipiunt, per exempla se proferunt, sed silentio occultant. Et quia alii electis se esse meritis minores credunt, ille cui sermone non indicat, eius patruus esse dicitur. Patruus quippe dicitur frater patris. Redemptor autem generis humani quotquot fidei suæ, & doctrinæ sacramentis instituit, ad immarcescibilem æternæ hereditatis gloriam tot filios facit. Qui enim instituuntur in ecclesia, quasi paruuli adhuc filij sunt. Sed qui magnis meritis ei iam in virum perfectum occurrit, frater est redemptoris. Tales nimirum beatus Paulus Apostolus collaudans, ait: Hæredes dei, cohæredes Christi. Quia ergo perfecti prædicatores electos alios perfectos tenent, & se imperfectos: patruus Saül dicitur, qui de regni sermone eum interrogasse perhibet. Eundem vero regni sermonem Saül Samuel dixerat: quia electi viri spiritualem conuersationem, quam habent, maiorum locutione didicerunt. Sed rex, qui initiatus per vnctionem fuerat, à populo adhuc electus non erat. Vnde & sequitur, Vocauit Samuel populum ad dominum in Masphath. Masphath (vt dixi) speculatio interpretatur. In ordinatione autem regis populus in Masphath vocatur: quia qui ad ordinandum sanctæ ecclesie pastorem cõueniunt, eius spiritualia, non carnalia attendere docentur. Speculari quidem est, per formam sacre scripturæ ordinandum prædicatorem cognoscere. Nam electorum speculum sacra scriptura est. Quasi enim per speculũ noscitur pastor: quando moribus talis ostenditur, qualis in sacro eloquio predicatur. Bene igitur Samuel populum in Masphath cõuocat, vt electio boni antistitis non sit humano iudicio, sed diuino: cum nõ talis eligitur, qualis hominũ arbitrio decerni potest, sed qualis in sacro eloquio declaratur. Quod quia diuini muneris est, oportet vt populus qui à deo tam magna expectare cognoscitur, à reatu suo per penitentia satisfactiõnem purgetur. Ipsa autem cognitio peccati est præparatio diuini muneris: quia sæpe cum nos diuino munere indignos credimus, id per humilitatem promeremur. Vnde & Samuel, eos qui ad excipiendum regem conueniant, prius ad peccatorũ tuorũ cõsiderationem conuertere satagit: quia subiunctum est. Et ait Samuel ad filios Israel. Hec dicit dominus deus Israel. Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu omnium regũ, qui affligebat vos. Vos autem hodie proiecistis dominũ deũ vestrũ, quod solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationi-

b<sup>s</sup> vestris & dixistis. Nequaquam, sed rex erit super nos. Attente quidẽ ostendit eis, & bona, quæ eis impendit dominus: & mala, quæ domino fecerunt ipsi: vt tanto grauius se deliquisse cognoscerent, quanto illum peccando offendere ausi sunt, à quo tanta bona perceperant. Quid vero sit abicere dominũ & qualiter secundum literam, & secundum spiritualem sensum intelligi debeat, superius late expositum est, vbi ad Samuel dominus ait. Non te abiecerunt, sed me: iuxta omnia opera sua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de terra Aegypti. Sed quia sancti prædicatores eos, quos arguendo compungunt, docendo instruunt: subintulit, dicens. Nunc ergo stete coram domino per tribus, & familias vestras. Coram domino quidem stare præcipimur, quando maiorum præcepto corda nostra ad scienda eius mandata præparamus. Vel coram domino stant electi, quando à summis viris in spiritualibus virtutibus considerantur: vt qui melior in eis aspiciatur per pastorem curæ cæteris præferatur. Et quia plures sunt fidelium ordines, per tribus, & familias stare coram domino iubentur. Quod profecto latius exequens, subdit, dicens. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel & cecidit sors super tribum Benjamin: & applicuit tribum Benjamin, & cognationes eius, & cecidit cognatio Metei, & peruenit vsque ad filiũ Cis. Stare omnes per tribus, & familias fecit, vt omnes consideraret: & cõsideratis omnibus, vtiliorẽ eligeret. Sed quia ipse iam domino reuelante regem cognouerat, cumque ipso præcipiente in principem vnixerat, quid est, quod adhuc eligendum per tribus, & familias queritur? Sed inuentus rex à solo propheta erat. Inuentus ergo queritur, vt non inuentus à populo, inueniatur. Sorte etiam queritur, vt eum quod propheta eligeret, dispensatione diuina prouisus populus nõ possit dubitare. Quid ergo in hoc facto signatur, nisi quia sanctæ ecclesie principes multa consideratione eligendi sunt? Summi etenim prædicatores, ex interna gratia sancti spiritus, quam habent, magno prouidentia lumine pleni sunt. Et quia valde sunt humiles, de interna illuminationis suæ magnitudine non præsumunt. Quare & ea quæ apud se bene ordinant, coram aliis probant. Solus enim propheta regem futurum noscit, quando summus sanctæ ecclesie rector personam ordinandi rectoris, & merita conspiciat. Quem etiam in principem vngit, quando eum donis spiritualibus plenum asserit. Tamen adhuc populũ cõuocat, per tribus, & cognationes diuidit, sortes ponit, & eum quem nouit, quasi per artem inuenit. Tribus quidem, & familie quasi diuise stant, quando in statu virtutum diuersi sanctæ ecclesie ordines attenduntur. Nam cum perfectiones electorum plures intuemur, cum candorem virginum, cum robur continentium, cum honesta ministeria clericorum, cum monachorum sollicitudinem videntur, veluti stantes tribus attendimus. Et quia in dei seruitio horum multa varietas est, dum ea quæ sunt in singulis ordinibus item varietates aspiciunt: quasi stantes non solum tribus, sed etiam cognationes videntur. Et sors super tribum cecidit: quia meliores viri sæpe in vno ordine, quam in alio inueniuntur. Nam velut sortem tribus accipit: quando is qui perfectiores sunt aliis, conuenire videntur ministerio prædicationis. Sed non super personam adhuc, sed super tribum sors cecidit: quando plures sunt, in quibus persona digna reconditur. Adhuc itaque summis viris remanet, quod inquirent. Bene ergo sors super tribum Benjamin cecidisse dicitur, Samuel autem ipsam tribum, & eius cognationes applicuisse, & ad Cis filium peruenisse: quia electi, & summi viri sanctæ ecclesie considerare virtutes singulorum non desinunt, donec ad eum veniant, qui ministerij pastoralis sorte dignus inueniatur. Sed qui digni sunt, onus tanti ordinis suscipere vehementer expauescunt. Vnde & sequitur: Querierunt ergo eum & non inuenierunt, & consulerunt pro eo dominum, vtrumna venturus esset illuc. Responditque dominus. Ecce absconditus est domi. Abscondunt quippe se, ne inueniantur: quia subire dignitatem respugnant, cuius oneri se esse impares arbitrantur. Habet resipiente spiritualis prelatio exteriorem gloriam dignitatis, habet & interioris magnitudinem oneris. Nam rector & honoratur à subditis, & portat eos, à quibus honoratur. Cum honoris ergo principio, causa nascitur oneris: quia vnde honor à rectore excipitur, inde illud suscipit, quo grauetur. Quamquam

Exod. 28.

Rom. 8.

Supra. 8.

E

F

**G** Quauquam ipse honor dignitatis per seipsum magnū sit onus mentis: quia contemni debet, & placet. Contemni quidem debet, ne mentem per superbiam eleuet: & suscipi debet, vt celestia, quæ doct̃or loquitur, subiecti venerēt̃ur. Grauius ergo onus de honore nascitur: quia electus pastor magna animi virtute ferre potest, vt despiciat illud in se, quod pro deo recipit in se: vt videlicet talis pro deo sit, sed sibi talis non sit: & semetip̃sū abneget, & nō abneget: vt sit quod est pro deo, & quod est pro semetip̃so, nō sit. Honor itaq; oblat̃us à subiecto suscipitur, vt prædicatio commendetur. Honorem quoq; oblatum prædicator despiciat: quia non extollitur, quod honoratur, sed gaudet, quod verbi dei ministeriū cōmendetur. Hoc autem quam difficile agatur, cogitando melius, quam loquendo comprehenditur. Nam infirmis mentibus impossibile est, onus aliorum fortiter ferre: & oblati honoris reuerentiam mentis virtute disponere, vt inter eiusdem honoris obsequia, de profectu subditorum gaudere sciat, & pro reuerentia sua tumere nesciat. Quia ergo electi viri displicere deo nolunt, prælationis officium suscipere vocati refugiunt. Sed & eandem fugam ministerij ad virtutem humilitatis habēt, non ad iactantiam dignitatis. Nam quantum possunt, fugiūt: sed si à domino prouisi sunt, delitescere nequaquam possunt. Quare & idem Saūl domi absconditur, sed domino pendente monstratur: quia electi viri exterioribus se sanctæ ecclesiæ ministerijs subtrahūt, sed tamen ad exteriora ministeria disponenda, domino dispensante, producantur. Quia vero nunc in sancta ecclesia qui se subtrahāt tātis honoribus pauci sūt: qui se ingerant multi, notare qui se ingerunt debent: quia is qui à propheta domi absconditus dicitur, non ad spiritualement ecclesiæ dignitatem, sed ad secularem regni gloriam querebatur. Non enim in pontificem hunc querebant, sed regem facere volebant. Videat ergo sacerdos qua mente fugiendū sit: culmen sanctæ ecclesiæ, si culmen seculi conscendere tam cautē reges fugere. Sed quia sancti viri quo instantius suscipere ordinem prælationis refugiunt, à deuotis plebibus deuotius requiruntur, sequitur: Cucurrerunt, & tulerunt eū inde. Post hæc etiam subditur: Stetitque in medio populi. In medio populi stat prælatus, quando ab vniuersis subditis eius fortitudo conspicitur. Stare nanque virtutis est. Qui ergo bona operatur, iustanter stat. Et quia eadem bona opera exemplum minoribus præstant, in medio populi stare, nō in solitudine cernit̃. Quod etiā pro rectitudine intentionis dictū esse cōuenienter accipit, Qui enim stat rectitudine corporis, caput in sublime tollit. Qui vero bona publice agit, nō stat fortitudine operis, si rectitudinem non habet intentionis. In medio ergo populi stare rex dicitur, vt prælatorum sanctæ ecclesiæ forma monstratur: quia ad exemplum subditorum bona opera debent ostendere, sed de eodem bono opere suscipere mundi gloriam deuitare. Sed & quantus apparere debeat subdit, atque ait: Et altior erat omni populo ab humero & sursum. Latē supra ostendimus quod excellentis magnitudo corporis in sanctis prædicatoribus designet augmentum perfectionis. In medio ergo populi sublimis aspicitur, qui in virtutum culmine positus, à subditis non nescitur. Rectus quidem ordo electi prædicatoris est, vt ante sublimitatem ecclesiastici culminis, culmen conscendat virtutis: pro honore dei culmen obtineat gloriæ, sed maiori sublimitate fulgeat in reuelata virtutum perfectione. Talis quidem pastor à perfectis viris valde prædicandus est, à minoribus cupiendus, atque diligendus. Bene ergo subiunctum est. Et ait ad omnem populum: certē videtis quem elegit dominus, quod nō sit ei similis in omni populo. Et clamauit cunctus populus, viuat rex. Sequitur: Locutus est Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & posuit corā domino. De iure regio: quia latē superius diximus, hoc tātum de illo memoramus: quia ad historiam non præcipitur, sed ostenditur, quid acturi sint reges reprobi, quid vitaturi sint boni. A regibus quidem defendendi sunt subditi, non bonis propriis spoliandi. Auxilium præstare subiectis debent, agros, vineas & oliueta auferre non debent. Quod si non vitāda, sed agēda scripta hæc cōtendere quis voluerit, tyrannorum ius pro eo rege scribitur, qui abiectō domino, postulat̃ur. Crudelis ergo lex regni, vltio est domini abiectis populi. Non enim in-

justum erat, vt agros, & vineas perderet, qui regnantē super se dominum sponte perdebat. Cuncta ergo, quæ corā æquitatem in hoc iure regio continentur, equa esse cernimus: si in petendo rege, quicquid populus deliquerat, consideramus. Nam quod magnum in diuinæ æquitatis examine onus legis est, si filios, & filias in regis opere inuiti ponerentur, quos à dei libertate sponte tulissent. Et quid inconueniens esse cernitur, si quod ad vltimum ponitur, ipsi fierent serui hominum, qui abiciebant super se regnantem deum? Dum ergo regni lex scribitur, perpetuæ memoriæ pœna traditur: qua audaces puniantur: quæ quia per domini iustitiam lata fuerat, coram domino reponi perhibetur. Sed fortasse ius illud aliud fuit, quam lex ista quæ scribitur. Quod si verum est, hanc Samuel coram rege ad populum loquitur, vt rex sciat à populo quid exquirat: sciat populus quid exhibere suis regibus debeat. Quæ lex in libro scribitur, vt pro futurorum memoria referretur. Coram domino ponitur, vt venerabilis habeatur. Nos autem reges ecclesiarum esse sanctos prædicatores diximus, quibus aperte omnia conuenire ostendimus, quæ in iure regio continentur. Hanc ergo legem Samuel ad populum loquitur, quando electus doct̃or fideles sanctæ ecclesiæ instruit, qua humilitate suis præpositis debeant subiugari. In libro etiam scribitur, quando in eorum mente hæc firmiter inserit. Nam qui sic loquitur, vt audita auditores eius obliuiscantur: ad populum legem dicit, sed hanc in libro nō scribit. Verba ergo quæ doct̃or loquitur, in libro scribere est, auditorum suorum mentibus attentē commendare. Quasi scribere volebat dominus quæ dixerat, quādo dicebat. Mementote sermonis mei, quæ ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Hinc Paulus locuturi regni legem in libro describens, ait: Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuentibus exitum conuersationis, imitamini fidem. Si vero & hic aliam legē quis esse præsignatam accipere voluerit, illam aspiciat, quam beatus Paulus ostendit, dicens: Qui euangelium annunciat, de euangelio viuat: & qui altario seruit, de altario viuat. Hanc quippe legē regni dominus loquebatur ad populum quādo dicebat: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et vt arctius hanc in libro describeret, à minori verbum roborans, ait: Qui dederit vni ex minimis meis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam, sequitur. Dimisit Samuel omne populum singulos in domum suam, sed Saūl abiit in domū suam in Gaba, & abiit cum eo pars exercitus, quorū tetigit deus corda. Filij vero Belial dixerunt. Nunquid saluare nos poterit iste? Et despexerunt eū. Si simplex historia queritur, quid vnquā planius dici potuit? Sed si vim verborum singulorum attendimus, magna sunt, quæ in hac simplicitate verborum clauduntur. Nam populus in domum suam dimissus asseritur, rex autem in domū non esse dimissum, sed abiisse perhibetur. Separatim quoq; de domibus populi, & de domo regis dicitur: quia populus refertur dimissus in domū suam, & rex abiisse in suā. Prius tamen populus dimissus est, quā abiret rex. De abeunte etiam populo cautē signatur, & nō simul, sed singuli abiisse in domum suam referuntur. De iis vero qui regē secuti sunt, non dicitur abiit pars exercitus, singuli post regē: sed abiit cum eo pars exercitus. Ad extremum vero qui regem sequuntur, eorum corda à deo tacta referuntur: qui regem spernunt, Belial filij nominantur. Hic profecto modus dicendi non simplex, sed valde ei subtilis est, qui considerare nouit, non quod simpliciter foris sonat, sed quod sapienter intus insinuet. Quid est ergo quod rex in domū suā abire, populus vero dimitti dicitur? Sed regem ecclesiæ pastore, populos subiectos designare ostendimus. Ire autē liberi est, dimitti eius qui retineri potest. Rex ergo abire dicitur, vt in persona prædicatoris libertas animi prædicetur. Abire quippe doctores possunt, cū volunt, & redire: quia fortes sunt in bono opere, sapiētes in interna dispositione. Veniūt quippe, quādo ad subditos exeūt, aut exēplo boni operis, aut verbo prædicationis. Abeūt autē, quādo ad mentis secretum redeūt: & quod foris acturi sunt, intus disponunt. In qua nimirū cōsideratione quia quotidie permanent, quasi intra domum latēt. Abire


Ioan. 15.

Heb. 13.

1. Cor. 9.

Mat. 10.

M



**A** Abire ergo in domum suam rex dicitur, quia prædicator æternæ vitæ operatione probatus, sapientiæ doctrina securus, liber ad opera potest egredi, & ad consilia mentis intrare. Populus autem in domum suam dimittitur: quia fideles subiecti non sunt liberi ad disponenda quæ voluit: sed ad ea quæ iubentur. Quasi tenti quidem dimittuntur, dum iussa præcipiuntur agere: præsumere non iussa, deuitare. Et quia ad opera diuersa mittuntur, in suam domum eorum unusquisque dimittitur. Vt enim ea quæ nobis præcipiunt, bene perficiamus: priusquam appareamus in opere, intus recondimur in interna consideratione. Reges ergo nostri nos singulos in domum nostram dimittunt: quia ad ea quæ nobis iniungit, nos per secretam mentis dispositionem ire præcipiunt. Bene quidem ipsi præcipiunt, sed si operationis nostræ modum negligimus præuidere, quæ bene præcepta sunt, inconsulta mente dissipamus. Singuli ergo in domum suam redeunt, quando unusquisque fidelis subditus opus obedientiæ, quod proponit, cõ filio mentis disponendo præuenit. Quia vero electo rege, in domum suam ante populum dimissus quæ rex abiisse asseritur, potest in hoc aliud designari. Qui enim regem excipiunt, in domum suam vadunt: quando se unusquisque subiectus cõsiderando præparat, vt ei quæ præesse sibi petit, fidelẽ obedientiam impendat. In hoc ergo loco non est imperata cõsiderare, sed imperãdis intima se dispositione subternere. Regi quoque in domum suam abire est, vt discretẽ paratis imperet cõsiderare.

**B** rare. Alia ergo est domus regis, alia populi subiecti: quia alia illi mète subditorum itinera disponenda cõsiderant, isti prælatorum imperia exequi per intimi propositi robur parant. Vnde & domus regis in Gabaa sita perhibetur. Gabaa quippe sublimis dicitur. Domus ergo regis in Gabaa esse ostenditur: quia electus doctor nõ ima, & terrena cogitãdo incole, sed alta & cœlestia meditari studet. Vnde & bene pars exercitus cõ eo ire in Gabaa dicitur: quia is qui contra diabolum fortes sunt, electum pastorem suum ad virtutum alta prosequuntur. Pars ergo exercitus ire cum rege dicitur: quia in sancta ecclesia plerique fideles sunt, qui prælati suis humiliter obedire sciunt, alta cogitare nesciunt. Sciunt quidem imperata perficere, nesciunt alius imperata præuidere. Quasi enim huius partis milites memorabat Paulus, cõ Colossensibus scriberet, dicens: Salutem vos Aristarcus concaptiuus meus, & Marcus consobrinitus Barnabæ, & Ioannes, qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcissione, is soli sunt adiutores mei in regno dei. Itẽ Romanos alloquens, ait: Salutem Priscam & Aquilam adiutores meos. Et post pauca salutem vos Timotheum adiutor meus, & Lucas & Iason. Adiutores quippe suos discipulos vocauit, quia ordine minores erant, sed laboris participes, obedientie humilitate Apostolo subiecti erant: sed dum cum eo æterni regni gloriam prædicarent, cum eo pariter veritatem defenderet, infidelibus obfisteret, illatas persecutiones fortiter sustineret, quasi in bello dei milites regis erant. Cũ rege in Gabaa pars exercitus ire dicitur: quia perfecti discipuli in alta dispositione sanctæ ecclesiæ magistrorum suorum coadiutores sunt: auxilia quæ possunt, per altitudinem virtutis ferunt: sed eis quos adiuuant, per humilitatem seruiunt. Et quia hoc nõ nisi illi possunt, qui Spiritus sancti gratia præueniunt, cõ pars exercitus ire cõ rege dicitur, bene subiungit: Quorum deus tetigit corda. Quia enim digito tangere solemus, deus corda sanctorum tangit: quãdo eis Spiritus sancti gratia tribuit. Et eius tactum sentiunt: quia recepto internæ virtutis munere, a carnalitate suæ debilitate cõmouentur. Qui protinus cœlestis exercitus milites sunt: quia per virtutem sancti Spiritus infirma deserunt, & ad agenda fortia in Christi bello præparantur. Quia vero intra sanctam ecclesiam quidam prælatos suos despiciere nõ verentur, audiant: quia qui regem despiciunt, Belial filij dicunt. Per superbiam quidem vitium in illius imitatione generatur, de quo scriptum est: Omne sublime videt, & ipse est caput super omnes filios superbiæ. Qui apte superbiorum mores insinuat: quia dicunt: Nunquid iste saluare nos poterit? Sancti etenim viri quia præsentia despiciunt, æterna inquirunt, cõtemptum mundi, quæ in mète retinent, proferunt etiam in exteriori conuersatione, intus venerabiles sunt, foris despiciabiles videntur. Superbi ergo quia illud solũ, quod in sanctis foris despici potest, aspiciunt: illud vero, quod valde

venerandum est, cernere non merentur, dicunt: Nunquid iste saluare nos poterit? Quasi despiciendo interroget, a tã paruo, tam grandia speranda sunt? Ille tam paruos, nos tam magnos: tam debiles tam fortes saluare posse credendus est? Na quid est aliud, quod dicunt, iste & nos nisi quod superbi & arrogantes inspicientes alios semper paruos & debiles esse credunt: se autem magnos, fortes atque sapientes. Merito igitur Belial filij dicuntur: quia dũ superbiendo se extollunt, illi se cõformant, qui eodẽ modo cecidisse de cœlo dicitur. De quibus etiã regem despicientibus dicitur. Et non attulere ei munera. Si ad literam ista discutimus, hoc profecto insinuat: quia & terrarum domini, & spirituales sancte ecclesiæ prælati exterioribus officiis honorandi sunt. Vnde & beatus Paulus apostolus elatos Romanos alloquitur, dicens: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Hinc apostolorum princeps exhortans ait: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, siue regi tanquã præcellenti, siue ducibus tanquã ab eo missis. Spiritualia vero munera rectoribus nostris tribuimus, quando debita ei honoris reuerentiam offerimus, & ea quæ præcipiunt cõ magna deuotione seruamus. Magna enim munera sunt reuerentia honoris, & humilitas subiectionis, quia dum rectoribus nostris & intus per humilitatem subdimur, & per exteriora obsequia foris honoris reuerentiã exhibemus, munus ei vnũ præbemus a corpore, aliud a corde. Vt ergo superbiorum typum insinuet, propheta nõ dicit: Nõ attulere ei munus, sed nõ attulere ei munera: quia dũ electos prædicatores despiciunt, eis vtiq; honorẽ a corpore offerre dedignantur, & humilitatem a corde. Sed cõ electi prædicatores subditorum culpa agnoscunt, aliquando eam statim corrigere increpando gestiunt, aliquando hanc se nosse dissimulant, vt ad eam delendam congruum tempus quærant. Vnde & de eodẽ despecto rege protinus subditur: Ille vero dissimulabat se audire. Subditorum quidem prauitatem audit, qui noscitur sed audit, & nõ respondit, imo se audire dissimulat, quia plerumque causa exigente, nota subditorum superbia incorrupta deseritur, vt opportuniori tempore quasi cognita seruet. Quã profecto ecclesiasticæ censuræ discretionẽ, bene in hoc ipso Israelis rege agnoscimus, si regni tempora, & acta diuersa videamus. Nam rudis adhuc & nouiter ordinatus, dissimulare, se audire despicientium verba dicitur, sed cõfirmato regno super Israel ad dexteram, & sinistra pugnare, & quocunq; se vertebat, superare perhibetur. Culpa ergo, quæ feriri digna seueritate non potest, dissimulanda, nõ exponenda est, quia audacius a subiectis delinquitur, si prælatorum infirmitas agnoscat. Hęc in quarto huius operis libro disputata sufficiant, vt per loquendi principium ad exponenda, quæ restant, studium renouemus.

Incipit liber quintus. Caput. I.



**C**VM sacre huius historie profunditate asserere in istius operis præfatione voluissim, in eo potissimum videri posse asserui, quod scripta fuerit a prophetis. Ipsi quidem mystica dicere non solum verbis, sed etiam rebus consueverant: plana proferre, sed alta signare. Quia enim per eos Spiritus sanctus loquebatur, & planum erat, quod ipsi velut homines dicebant: sed profundum, & mysticum: quia locutionem hominibus summus & incircumscriptis Spiritus suggererat. Qui ergo prophetam Samuelem loquentem exponimus, tanto maiori studio indigemus, quanto ipse in Spiritu sancti gratia sublimiter assumptus, exteriora dixit, sed interiora vidit. Carnalia plerumque asseruit: sed intima, & spiritualia signauit. Sed quia humano studio ad diuina peruenire impossibile est, non est nobis confidendum de viribus propriis, sed de dignatione Spiritus sancti, qui a Redemptore missus repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, in omnibus iam scientiam habet vocis. Quid ergo iam idem propheta de inceptis Israelitarum gestis exequatur audiamus. Et factum est (inquit) quasi post mensem. Ascendit Naas Ammonites, & pugnare coepit aduersus Iabes Galaad. Dixerunt omnes viri Iabes ad Naas. Habeto nos fœderatos,

Colo. 4.

Rom. 16.

Iob. 41.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Spiritualia munera inferiorum ad superiores.

E.

F.

Supra.

Caput. II.



**G** foederatos, & seruiem<sup>9</sup> tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites, in hoc seruiem vobiscum foedus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Si historia quaeritur, nihil planius dici, nihil facili<sup>9</sup> potest intelligi. Si vero spiritum sequi volumus, Paulum pri<sup>9</sup> loquentem audiamus, qui vetera intuens, ait: Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deueniunt. Esse etiam spiritualia bella insinuat, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates: aduersus spiritualia nequitiae in coelestibus. Cum ergo Naas ascendere, & pugnare contra labes Galaad dicitur, interiora vitiorum praemia designantur. Quibus nimirum verbis sacrae historiae processus ostenditur, vt nouo regi noua bella mouerentur: quae dum bene conficeret, strenuitatis suae gloriam demonstraret. Quis est ergo iste Naas Ammonites, quae est labes Galaad? Sed Naas interpretatur serpens, labes exsiccata. De serpente autem in Genesi dicitur: quia callidior erat cunctis animantibus. Cuius profecto serpentis similitudinem si in vitis quaeritur, quid similius quam violentum gastrimarum, id est, gulae motum inuenimus. Luxuriae quidem motus, turpi crimen, turpis lucri appetitus, irae impetus, amaritudo secularis tristitiae, desidia acediae, appetitus vanae gloriae, tumor superbiae aperte detestabilis est, gula vero vitium tanto est fraudulentius, quanto & occultius: quia & quasi necessarium suggerit cibum corpori, sed dum abundanter carnem reficit, luxuriae gladium in mentem mergit. Suadet quod peccatum non est, sed vnde comestio quasi non peccatum recipitur, inde peccato luxuriae anima subiugatur. Vnde & in paradiso ad mulierem gulae vitio decipiendam, serpens venisse ostenditur, qui aliud suggereret, aliud obtineret: vt dum comedenda ostenderet, improuissimam mortem propinaret. Serpens ergo iste gulae designat auaritatem: quia & respectu istae necessitatis repit, & virus impietatis delectationis spargit. Bene etiam Ammonites dicitur, qui populus maroris interpretatur: quia laetum videtur, quod suadet: sed valde luctuosum erit in aeterna damnatione. Populus autem dicitur: quia gulosi quique pro sollicitudine veteris, innumerabiliu curaru frequentia deprimuntur. Qui ad labes Galaad ascendit, quia in alta abstinentiae virtute posita iustorum corpora, ad ciborum concupiscentiam praecipitare appetit. Exsiccata quidem recte caro dicitur, quae humore pinguedinis non grauiatur. Ad eos quidem Naas ascendit, quos exsiccatos videt: quia illis grauiora bella gulae spiritus ingerit, quos attenuatos ieiuniis agnoscit. Bene autem pugnare coepisse Naas dicitur: quia sancti viri gulae suggestionem non habent in foedere amicitiae, sed in pugnae contrarietatem. Abstinentes enim quasi cum serpente pugnant, quando gulae appetitum magna virtute deprimunt, vt veneno luxuriae non inficiantur. Pugnare quidem gulae est, esurientia abstinentium corpora ad inordinatam ventris repletionem prouocare. Sed perfectos viros gulae appetitus tentare potest, superare non potest. Bene ergo pugnare coepisse contra exsiccatam dicitur, non vicisse: quia electi viri desideriorum carnalium impetum sentiunt, sed eisdem desiderijs sciunt virtute mentis obsistere, sciunt necessaria per discretionem prouidere. Sciunt quidem gulae impetum ferociter insurgentem deprimere, sciunt necessitati corporis alimentum iusta praestare. Hinc namque doctor egregius dicit. Scio manducare & esurire. Manducare quidem & esurire nouit, qui & corpus moderatè reficit, & ad immoderatam ciborum perceptionem suggerenti gulae vitio non consentit. Quare & ad Naas respondentes dicunt: Habeto nos foederatos, & seruiemus tibi. Foedus quippe a gula petunt, qui vellent carnem pro voto reficere, si in carne nulla possent incitamenta sentire luxuriae. Quasi dicant: Nos dabimus quod tibi iustum est, vt tu nobis non inferas, quod iustum non est. Iustum quidem est, vt reficiatur corpus: sed iniquum valde est, vt refecta caro per ardorem libidinis ad contumeliam spiritus excitetur. Foedus ergo expetimus, cum sic fauere carni ad ciborum perceptionem volumus, vt a carne nulla luxuriae mala sentiamus. Sed hoc profecto velle possumus, obtinere non possumus: quia nimirum nos iustam refectionem quasi tributum carni offerimus, sed a carne nobis nulla pacis bona promittuntur. Nam

cum auditu mentis ad vitiorum responsa bene dirigimus, hoc profecto in gulae voce cognoscimus: quia si carne impingemur per excrecentem concupiscentiam cordis caecitate percutimur. Quare & idem Naas dicit. In hoc seruiem vobiscum foedus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros. Dexter oculus noster est intuitus aeternae claritatis, sinister vero oculus, est concupiscentia carnalis. Dexter ergo oculus eruitur, quando mens ea caecitate percutitur, vt ultra ad videnda caelestia non aperiatur. Eruitur quidem oculus, quando a mente reproba sic lumen euellitur, vt radix ei nulla remaneat, de qua rediuium lumen erumpat. Naas ergo dextros oculos foedoratorum suorum eruit, quando gula sic deuictis abstinentibus praualeret: vt carnalia sola cupiant, & ultra quae solebant amare non attendat. Et quia quisquis in hac vita proicitur, in futura coram Angelis, & electis hominibus condemnatur, subiungitur. Ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Tunc quippe reprobi in vniuerso Israel opprobrium ponuntur, quando in extremo examine, coram electis omnibus de perpetratis iniquitatibus erubescunt. Vel in opprobrium in hac vita ponuntur: quia dum ipsi obcaecato corde mala audacter perpetrunt, sancti viri pro eorum culpis erubescunt. Sed qui turpes videri auulsis dextris oculis dedignantur, attendat, quod sequitur: Et dixerunt ad eum habitatores labes. Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad terminos Israel: & si non fuerit, qui defendat nos, egrediemur ad te. Qui sunt habitatores labes, id est exsiccatae, nisi qui castigatione extenuatae carnis in longo habent usu virtutis? Nam plerique resistere gulae incipiunt, sed dum fatigari abstinentiae labore inchoant, ad usum se consuetae gulositatis inclinant. Velut enim vrbem labes ingredi, & effici eius ciues appetunt: sed dum exsiccatae, & elurientis carnis cruciatum non perferunt, fieri eius habitatores nequaquam possunt. Labes ergo inhabitant, qui attenuationem corporis per vigorem mentis in suis habent possessionibus, & velut exsiccatae muris ambiuntur: dum per id quod corpus extenuant, ab iniuria luxuriae iaculis proteguntur. Qui cum validissimis insurgentibus gulae stimulis fatigatur, septem diebus inducias expetunt: in quibus si auxilia desunt, ad Naas egrediantur. Sed hoc Ammonitarum bellum melius exponimus, si in eo deprehensa carnis infirmitatem intueamur, & sagacitate eruditae mentis. Hanc quoque clarius videmus, si quod contrarium est, in stultis infirmis subtilius attendamus. Nam quidam intra sanctam ecclesiam deuoti per desiderium sunt, sed consueti vitiorum debilitate remissi. Possunt quidem bona proponere, sed quia exequi, quod proponunt, nequeunt: & a praesenti concupiscentia superantur, & bonum, quod in praesenti deserunt, in vicino tempore se recuperare posse confidunt. Saepè quidem ieiunare disponunt, sed cum consueti gula vincuntur: eo die manducandum iudicant: in futuro ieiunandum. Cumque gulae feritas semper eis praesens sit, praesens & desiderium futurae bonitatis, hoc serpentis fraude agitur, vt bonum, quod proponitur, non inueniatur. Cras enim quod semper promittitur, nunquam reperitur. Sed quia hoc ab illis agitur, quorum mens debilis est, caro fortis: videamus qualiter serpenti illudant illi, quorum mens fortis est, caro autem infirma. Nam de eodem serpente Psalmista ad dominum dicit: Draco iste, quem formasti, ad illudendum ei. Nunquam enim conuenientius vincitur, quam cum eius versutia pia fraude superatur. Vnde & sapientiae suae astutiam beato Iob redemptor improperas, ait: In oculis quasi hamo capies eum. In oculis quippe quasi hamo serpentem coepit, qui ei carnem exhibuit, diuinitatem celauit: & dum coepit ille, quod appetit: eo temptus, & peremptus est, quod non vidit. Sancti ergo viri, vt hosti illudant, rigorem conuersationis in praesenti virtute habent: pro illusionem infirmitatis, carni commodum quoddam in futuro promittunt. Nam saepe ingentia sunt, quae agunt: sed pro infirmitate carnis semper agere dura, & aspera promittere non presumunt. Tanto quidem facilius eadem dura sustinent, quanto eorum onera sibi in esse in perpetua promissione, non vident. Sed dum optime viuunt, & quotidie proficere, & non deficere conantur: illud carnis licitum blandimentum, de quo desperare non possunt, semper carni in futura estimatione promittunt: sed ei coepit afflictionis dolorem infligere nequaquam

1. Cor. 10.

Ephes. 6.

Gene. 3.  
Vitia capit  
alia.H  
Gulae ori  
go.

Gene. 3.

Philip. 4.

L

M

Psalm. 107.

Iob. 40.

**A** quæquæ desinunt. Per id ergo quod in appetitu suo spes carni relinquitur, quasi ad futurum bonum eiuſdem carnis sui aduentu presentia spiritus pollicetur. Sed quia solitum continentia ritorem desiderando non deserit, promissum voluptatis caro habet in futuro, & electa mens virtutis robur in presenti. Quo in loco notandum est: quia ad Naas egredi sub conditione promittunt, sed vrbis mœnibus sine conditione muniuntur: quia abstinentes in eo etiam quod secundum carnem infirmi sunt, roborari per diuinam misericordiam confidunt. Et quia gula vitium decipiendo supplantare gestiunt, dicunt. Concede vobis septem dies. Quasi enim a gula tempus conceditur: quando eo respectu comprimatur, ut eius desiderii quandoque seruiatur. Quo nimirum dierum spacio Naas egressum ad te obsessorum ciuium, ciues vero labes auxilia prestolantur. quia nimirum gula appetitus de infirma carne refici appetit: sed electa mens in abstinentia virtute roborari. In septem vero diebus auxilia queruntur, quando contra tentamentorum tenebras, omni luce cordis erigimur, quando aduersus praua consilia quicquid possumus inuenimus ratione nostra, & lucis radios, quos in nobis non cernimus, de oruditione munimur aliena. Dum enim ad robur nostrae virtutis, perfectorum conversationes aspiciamus: quasi per septem dies auxilia defensionis inuenimus. Inducias quidem petimus: quia cum Naas id est serpente pugnamus: cuius quo latentia sunt venena, eo nobis subtiliora sunt quaerenda consilia. Vnde & in vniuersos terminos Israel mittere nuncios se promittunt: quia electi viri ad aedificationem suam commodum, omnium videntium deum exemplis adiuuantur. Sed quod dicitur, si non est, qui defendat, egrediemur ad vos: in electorum voce, non auxiliorum dubitatio, sed certitudo monstratur. Quasi astutis verbis suadenti aduersario illudentes, verba proferunt, quibus illi spem tribuant, & sibi fiduciam nequaquam tollant. Qui enim dicunt si non fuerit, qui defendat, egrediemur ad vos: quandam ex eundi spem tribuant. Sed quia illi hoc dicunt, qui de auxilio certi sunt: hostes suos promittendo decipiunt. Sed vbi iam eadem auxilia inueniantur, exponit dicens. Venerunt ergo nuncios in Gabaa Saul, & locuti sunt verba haec audiente populo, & leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat mane sequens boues de agro & vidit plorantem populum, & ait: Quid habet populus, quod plorat? Gabaa (ut supra iam diximus) sublimis interpretatur. Et quia omnium electorum non est aequalis altitudo meritorum, in Gabaa Saul nuncios venisse perhibentur, ut spirituali significatione doceamur ut cum validis tentamentis impellimur, ad praedicatorum nostrorum consilia recurramus. Sed & sentis populi afflictione instruiamur, ut fraternis necessitatibus intima mentis compassione iungamur. Saul autem sententiam populum vidit, ob quam causam fletu interrogauit: quia electus doctor subditorum necessitatibus compassiuae suam facit, & hanc releuare appetit. De agro quidem venit, quia a secreto sui fertilis cordis exit. Mane vero de agro venit: quia in oriente sibi splendore veri luminis subditorum causas inquirat. Et boues sequitur: quia eum validi affectus charitatis antecedunt. Quasi enim duos boues ante se habet, qui & proximis per amorem iungitur, & diuina charitate inflamatur, & inde proximum ordinate diligit: quia hunc amor dei fortiter accendit. Quare & per Moysen dominus ait: Non arabis in boue & asino. Asinus quippe est amor carnalis: quia qui portat quos amat, quasi forte est animal: & quia inordinate idem non pro deo diligit, lasciuum. In boue ergo & asino arari non potest: quia fructum aeternae mercedis anima non excolitur: si puritas amoris, quo deo coniungitur, inordinato proximi amore polluit. Saul ergo de agro veniens, boues sequitur: quia electus doctor utrumque affectum charitatis in frugifero corde integrum retinet, ex quibus praeparari sibi aeternae retributionis vberes fructus potest. Et mane venit: quia cum ad subditos exit, diem suae virtutis aperit. Sed iam cognitis necessitatibus populi, quid egerit, audiamus. Nam sequitur: Et narrauerunt ei verba virorum labes. Et insiluit spiritus domini in Saul, cum audisset verba haec, & iratus est furor eius nimis. Et assumens utrumque bouem cecidit in frustra, misitque in omnes terminos Israel per manus nuncios dicens. Quicumque non exierit, secutusque fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Quid in his verbis dicitur

mus, nisi quia sanctorum infirma, & quae videntur carnalia, non sunt infirma, & carnalia, sed spiritualia, & robusta: Irae quippe nimietatem in religiosis viris reprehendere solemus, sed ecce Saul ut irasci nimis potuerit, prius in eum spiritus domini insiluit. Quam metuenda sit ergo sanctorum ira cernimus, si insipientem in eos domini spiritum cogitamus, si dum illos foris irascentes aspiciamus, comouentem spiritum intus pariter attendamus. Quoties ergo maiorum zelo corrigimur, sub eorum indignatione vehementer possumus pauere: si eorum impetum motum sancti spiritus credimus. Et quia Saul utrumque bouem in frustra concidit, in omnes terminos Israel misit, minas protulit, sic omnium bobus fiet, qui se & Samuelem sequi noluerunt, quid aliud insinuat: nisi quia pigriores quique ad auxilia praebenda proximis, non solum inuitandi, sed cogendi sunt? Vnde & statim subiunctum est. Inuasit ergo timor domini populum, & egressi sunt, quasi vir vnus. Quia enim proximos sicut nosiplos diligere iubemur, recto ordine eis auxilia praebemus quando ad haec exhibenda non timore cogimur, sed amore provocamur. Cum vero nos effectum huius debiti amoris perdimus, ad praedicatorum nostrorum zelum pertinet: ut in fratrum auxilia ex timore confurgamus. Bene ergo dicitur, Inuasit timor domini populum & egressi sunt, quasi vir vnus: quia plerumque sumus in amore proximorum tepidi, sed praedicatorum nostrorum minis erigimur ad statum deuotionis: & ex timore bonum opus aggredimur, sed ex initio timoris, ad vinculum perducimur magnae charitatis. Vnde & bene timor inuasisse populum dicitur, sed quasi vir vnus omnes egressi perhibentur. Quali vir quippe vnus plures non possunt egredi, nisi qui ad parum conscendunt unitatem dilectionis. Hinc namque & de perfectis discipulis redemptoris dicitur: Erat illis cor vnum, & anima vna. sequitur: Et recessit eos in Bezeke, fueruntque filiorum Israel trecenta milia, virorum autem Iuda triginta milia. Prius dicitur filij Israel egressi, deinde a Saul recessit: quia electus praedicator cum contra occultos hostes mouere subditorum suorum militiam tetat, prius eorum forte propositum aspicit, deinde eos in numero bellatorum ponit. Quasi enim intus sumus, & recenseri non possumus, quandiu virtus nostrae mentis nostris pastoribus occultatur. Et cum egredimur recensemur: quia cum mentium nostrarum eis fortitudinem perdimus, nos iam habere socios in spirituali pugna confidunt. Sed cum infirmas mentes ad propositum boni operis erigere appetunt, non solum maiorum doctrinis nos erudire conantur: sed etiam minorum electorum exemplis accendere. Bene ergo filiorum Israel trecenta milia, virorum autem Iuda triginta milia recensita fuisse perhibentur. Tricenarius quippe numerus ad rectitudinem fidei, & studium pertinet bonae operationis: quia nulla sunt praecipua legis, si ad contemplationem non tendunt summam trinitatis. Apti ergo viri Iuda dicuntur, qui triginta millibus continentur: quia confessionem habent rectae fidei, & robur bonae operationis. Patres autem nostri eiusdem fidei, atque operationis fuere: sed in contemplatione diuinitatis, quo longe altius quam nos profecerant, eo & opera fidei fortiora exhibebant. Quare etiam filiorum Israel trecenta milia recensentur. Triginta quidem a tribus, & decem in triginta veniunt: sed in tricenario numero tam denarius quam ternarius simplex est, sed ut vsque ad trecentos numeremus: & denarium tricesies, tricenarium decies multiplicamus: quia & si magna est contemplatio, magna sunt opera subiectae plebis, illa tamen quae praecesserunt in patribus nostris incomparabilia fuerunt. Velut enim denarius noster numerus decies in illorum perfectione glomeratur, dum eorum perfectioni valde nostra submituntur. Triginta ergo milia virorum Iuda, & trecenta filiorum Israel nobiscum recensita, ad pugandum contra Naas praedicatores ducunt: si cum adiuuare tentatos abstinentes subditos voluit, & fortissimorum patrum eis eximia facta proponunt, & minorum. Israel quidem dicitur videns deum, siue in quo est deus. Quod profecto nomen infirmo adhuc, aut imperito non conuenit. Quotquot perfectos viros in afflictione carnis, & contemplatione mentis profecerimus, serpentem Naas tot armatis elidimus. Sed iam obsessos, quibus verbis regis exercitus confortet, audiamus. Et dixerunt iis qui venerant, sic dicetis viris, qui sunt labes Galad. Cras erit vobis salus cum incaluerit sol. Tale fortasse est illud

A. 10. 1.

F



**Eccli. 10.** **G** est illud, quod nobis sapientis illius consilio dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum cito non deseras. Locus vniuscuiusque electi est situs bonae conuersationis. Quando autem permittitur, impugnans spiritus potestatem habere potest: quia impugnare electorum corda nullatenus potest, nisi hoc dispensatio diuina permitteret. Praecipit ergo, ut locum nostrum non deseramus: quia si inter tentationum breues tenebras fortes sumus, cito diuina lux aderit, in cuius aduentu tenebrarum virtus euanesceat. Bene ergo dicitur.


**Psal. 144.** **H** Cras enim cum incaluerit sol, erit vobis salus. Sanctorum praedicatorum exhortatio dies est: quia dum tentata minorum corda tangit, ad spem victoriae erigit. Sed hanc nox sequitur: quia et diuina auxilia sperantur, adhuc tamen irruentes desideriorum carnalium tenebrae non discedunt. Quis est ergo dies crastinus, nisi diuinae visitationis aduentus? Crastinus enim dies dicitur: quia tentatis electis, diuini auxilii splendor valde vicinus est. Unde & per prophetam dominus dicit: Ego deus de vicino, & non deus de longe. Hinc Psalmista dicit: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Hinc item ipse dominus repromittit, dicens: Antequam me inuocetis, dicam: ecce, adsum. Dies ergo primus lux praedicationis, crastinus diuinae gratiae est. Sed notandum: quia dixit cum incaluerit sol: ut diei claritas obscuritatem sensus illuminet, & calor solis accendat amorem cordis: ut mens bonum, quod cupiat, per lucem videat: & quod videt, per calorem mentis concupiscat. Genuum quippe hoc mentis remedium, contra duplicem diaboli bellum exhibetur. Nam malignus spiritus ut mentes electorum tentando superet, prius tenebras cogitationum malarum obicit, deinde concupiscentiarum flammam accendit: quia nisi prius mentem caecauerit, ad prauitatem concupiscentiae non impellit. Electa vero mens dum tentari permittitur, eius status in utroque turbatur: quia in tantum concupiscentiarum molestias sentire potest, in quantum permittente deo cogitationum tenebras abicere a se non potest. Sed quia a deo tentari permittitur, in aduentu eius gratiae, ab utroque malo reuelatur: dum contra tenebras lucem accipit: & per calorem aduenientis spiritus, abiicit frigus mentis. Incipit enim videre caelestia, qui leuare mentem a carnalibus non valebat, & quae amate aspiciat, ardentem cupit. Bene ergo dicitur: Cras erit vobis salus: cum incaluerit sol: quia si validas antiqui hostis impugnationes viriliter serimus, diuinae gratiae celeritate subleuamur ad lucem cordis, & virtutem magnae charitatis. Et quia hoc sanctorum praedicatorum consilium electa subditorum corda gratanter excipiunt, sequitur: Venerunt ergo nuncij & annunciauerunt viris Iabes. Qui latetis sunt. Sed etiam promisso sibi auxilio, quid Ammonitis respondeat audiamus. Nam sequitur: Et dixerunt. Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne, quod placuerit vobis. Hoc profecto quia illi dicunt, qui iam de vicino auxilio securi sunt, quandam spem hostibus tribuunt, quos promittendo illudunt. Voce quidem debilitatem simulat, sed fortitudinem promissi auxilij intus seruant. Aliud ergo promittunt, aliud credunt. Qui enim dicebant, Cras exhibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis: hoc dabant hostibus credere, quod sic se in eorum manibus traderent, ut facere de eis possent quaecumque voluissent. Sed qui in diem sequentem venturum regem in suum auxilium nouerat, exire cum eo non ad hostium manus, sed ad interfecionem cogitabat. Secundum spirituale vero sensum serpenti Naas, id est gulae concupiscentiae in die suo nostrum exitum promittimus, sed nos in die nostro eius acies debellamus. Dies quidem eius est delectatio corporea saturitatis. Qui enim proponit ventrem pro voto replere, quasi diem primum concupiscentiae dedicat: & tamen adhuc intus est: quia quandam lucem delectationis proposuit, quam operando non vidit. Cras ergo exiit, qui hoc lictum quod carni promisit, & operando, & delectando exhibuit. Sed sancti vtri (ut superius dixi) gulae illudunt: quia cum ab eius appetitu desperare in perpetuum nequeunt, illud quod promittunt & non sumunt, quasi in futura luce delectationis repromittunt. Coacti quidem sunt foris nimia fragilitate carnis, & intus induti robore magnae charitatis. Per illud quidem quia appetitibus rennunciare nequeunt, quasi exteriori voce promittunt, quod in intentione non habent. Per illud vero quia de diuino securi sunt, aliud propo-

nunt agere, quam loquuntur infirmitatis voce. In die igitur suo ad Naas exeunt: quia ad oppugnandum gulae concupiscentiam, per lucem superni auxilij progrediuntur, & visitati superna gratia, iam contra omnem carnis impetum fortes sunt, qui derelicti ad modicum, eius impugnamta timuere. Qui profecto diuinae gratiae splendor: quia profecto per ora praedicatorum aliquando minoribus sanctae ecclesiae membris infunditur, sequitur: Et factum est cum venisset dies crastinus, constituit Saul populum in tres partes, & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon usque dum incaleresceret sol. In partes quidem diuiditur populus, ut serpentem Naas non vna acie feriamus. Et quidem in tres partes diuiditur, ut sacrae abstinentiae fructus, & dignitas ostendatur: quia ad eam, quam manducando perdidimus, sanctae trinitatis contemplatione ieiunando reuocamur. Hinc est enim quod legis, & prophetiae & euangelij ieiunia commendantur. Nam Moyses ut legem percipere mereretur, bis quadraginta dierum numero ieiunauit. Helias ut Iezabel manus euaderet, quadraginta diebus in vnus cibi fortitudine ad Oreb dei montem peruenit. Dominus ac redemptor noster Iesus Christus per quadraginta dies in eremo ieiunans, nullum omnimodo cibum sumpsit. In tres ergo partes Saul populum diuidit, quia in exemplum abstinentium legis, & prophetarum, atque euangelij ieiunia producantur. Et veniente die crastino, media castra doctor ingreditur: quia cum diuina gratia, quae ad docendum

corda praedicatorum illuminat, auditorum etiam mentes irradiat, & ad spem victoriae potenter leuat. In die igitur crastino doctor triumphaturus castra inimicorum ingreditur, & aperit, in eisque concupiscentiarum acies potenter ferit. Et quia ipsum subditorum mentes audiendo proficiunt, in vigilia matutina rex dicitur castra Ammonitarum ingredi, & usque dum dies incaleresceret, in eorum caedibus immorari. Vigilia quidem matutina in dei aspiratione est, seruator vero solis in eius plenitudine. Velut enim matutina nobis lux oritur quando tenebris tentationum depressi, lucem virtutis ab ore praedicatorum videre incipimus, quam sequamur. Et sol nobis incalerescit, cum per eorum verba mens nostra succenditur: & quasi feruentis solis calore decocta, desiderii inflammatur. Tunc quippe Ammon vehementer caeditur, quia vitiorum populus de nostris sensibus effugatur. Rector igitur qui in vigilia matutina Ammonitarum castra ingreditur, usque dum incalerescat dies ab interfecione gladium non recedat: quia tandiu debet subditorum suorum eruditioni insistere, quandiu illos aspiciat magnis interni luminis caloribus inflammari. Quo in loco notandum est, quia Naas id est serpens Ammonitarum rex esse dicitur: ipse autem Ammon populus mœroris interpretatur. Et quia in hoc serpente gulae vitium designari diximus, cum Naas percutitur, mœroris populus debellatur: quia ex vno gulae vitio, innumera vitiorum agmina ad confictum animae producantur. Et cum idem gulae vitium recidit, alia multa nobis vitia subiugamus. Vnum quidem gulae vitium est, sed aculei libidinis innumeri sunt: qui praecedentem illum, quasi regem sequuntur. Qui laeta quidem suggerunt, sed ad aeterni fletus lameta perducunt. Cum Naas ergo pugnatur, sed mœroris populus caeditur: quia cum gula domamus, libidinum incitamenta perimuntur. Unde bene non ipse Naas, sed Ammon subiectus sibi, id est populus interfecus asseritur: quia appetitus comestionis restringendus, non extinguendus est. Sed bene nunquam restringitur, si subsequens mœroris populus, id est turpes motus libidinum non necantur. Contra Naas ergo nobis principale certamen est: quia cum iste superatur, Ammon interficitur: quia libido tunc bene caeditur, si eius principale initium subiugatur. Sed profectus pudicitiae quousque procedat, latenter ostenditur, per ea quae subsequuntur. Nam dicit, Reliqui vero dispersi sunt, ita ut nec relinquere duo pariter. Probatio verae abstinentiae non est in attenuatione corporis, sed in perfectione castitatis. Nam bene serpens atteritur, si sic gula restringitur, ut libidinosi motus corporis omnis violentia minuatur. Nam motus illicitus carni, quoad ipsa caro est, tolli non potest, violentia mouendi tolli potest. Non quidem tolli potest carni, quod lex carnis membra non moneat: sed tamen tolli potest carni violentia motionis: ut relinquatur ei motus, sed eidem motui omnis delectationis

Ieiunium  
quadragi-  
simale.  
Exod. 34.  
3. Reg. 19.  
Mat. 4.

M



**A** tione obsecratur, & simplex motus ille sit, in quo aliqua libidinis turpitudine non sit. Bene ergo alij in fugam versi perhibentur, quia cum abstinentes quosque diuina gratia perfecte remittat, a corporalibus eorum motibus omnia obsecratur aculeos tollit, sed eis ipsos motus naturales deserit, ut tentari semper possint, vinci nunquam possint: dum id deserit, quod eis valde displicet, sed sic debilitat, quod deserit, ut praevalere victoribus non permittat. Ammonitas quippe percussit, qui dicebat: Castigo corpus meum & seruituti subicio, ne alij predicans reprobos efficiat. Interfectis etiam alijs, fugitivos interficere non poterat: quia deplorat, dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Item quia debilitatos videbat, qui remanserant, dicit: Nulla creatura poterit nos separare a charitate Christi. Quid est ergo, quod deplorat legem inesse membris, legi mentis repugnantem, si extinguitis alios, alij in fugam versi sunt: nisi quia perfecti viri hoc ipsum, quod simplices motus carnis contra voluntatem sustinent, vehementer dolent? Vellent quippe sic manere in carne, ut contra mentis voluntatem, de carne nulla sustinerent. Quod quidem, quia impossibile est, praemisit, dicens: Velle adiacet mihi, posse autem non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Quasi dicat. Velle esse in carne, non ea perfectione, qua perfectus in carne perfectus est, sed sicut angeli dei in caelo. Sed hoc posse non inuenio, quia quoad diu mors peccati absorpta in futura resurrectione non fuerit: illud quod in me peccatum inhabitat, mouet me contra me. Sed quod extingui peccatum non potest, effugari potest. Motus quippe carnis quasi in fugam vertitur, dum ipsa bene ieiunando castigatur. Tanta enim rarius ac difficilius se contra spiritum erigit: quanto sibi eam praesidens spiritus per extenuationem subdit: cum sic ea domat, ut tarde superbiat, cito conquiescat. Sed subtiliter est intuentum, quod dicitur: Ut non relinquerentur duo pariter. Duo quidem remanent, sed pariter non remanent. Duo quidem sunt, cogitatio immunda, & naturalis motus carnis. Ad sanctorum quidem consuetudinem aliquando immunda cogitatio praeventur, aliquando inlurgente sibi lenitate legem carnis contra legem mentis: sed qui victores iam sunt, hostes in fugam versos non timent, si iterum ad pugnam redeunt: quia cum eis pariter pugnare non possunt. Nam cum praua cogitatio obuiat, prius eam abiciunt, quam de eius suggestionem caro moueatur. Et cum carnis lex membra comouet, lex mentis turpem motum turpia cogitando nequaquam fouet, & dum alterum abicit, alterius pugnam nequaquam sentit. Bene ergo de electorum perfecta victoria dicitur, quia dispersi sunt alij, ut duo pariter ex eis non sint relictis: quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, ut ab eis quicquid a carne, quicquid a mente ingeritur, leuiter superetur, dum conuenire in pugnam non sinitur. Et haec quidem victoria de omnibus sensibus corporis electi percipiunt, qui obfidem Naas sibi subiicere per abstinentiae virtutem possunt. Nam resecta caro, & impingua ad lapsum linguae, oculorum, auditus, olfactus, & tactus facilis est. Dum ergo illiciti corporaliu sensuum motus a gula vitio, ad mentis pugnam deducuntur, quasi Ammon populus, Naas regem ad Israelitarum obsidionem comitatur. Sed dum Naas perfecte vincitur, Ammon & extinguitur ex parte, & ex parte sic in fugam vertitur, ut ex eo duo pariter non inueniantur: quia dum per abstinentiam corpus atterimus, innumeros nostrorum sensuum illicitos motus eneruamus, & quos omnino eradicare non possumus, quasi debiles effugamus. Ex quibus duo pariter nobis in pugnam non remanent, quia in oblectatione alicuius sensus corporei, non coniungimus sensum mentis. Nam saepe oculis aspiciamus, saepe audimus auribus, saepe tactu, saepe olfactu percipimus, quae carnalem animum trahere ad illicitum amorem possunt, sed nostram perfecte carnem macerando victores sumus, quia duos pariter de victis aduersariis non videmus. Concupiscenda quidem tunc cernimus, sed oculorum motibus appetitum animae coniungere deuitamus. Saepe etiam cordi cogitatio illicita obuiat, sed victor serpentis, fugituum motum suum, quem attendit, solum inuenit. Ad ea enim quae corde accidenter cogitat, aliquem de sensibus corporis per motum illicitum nequaquam leuat. Tales quippe sunt, quos propheta miratur, dicens: Qui sunt isti, qui ut nu-

ber volant, & quasi columbae ad fenestras suas? Quasi enim D columbae ad fenestras suas sunt, qui concupiscenda respiciunt, sed simplicitatem mundi cordis concupiscendo non perdit, quia vident quae appetant, sed illicite appetere, quod cernunt, vitant. Ad hanc profecto victoriam quia praedicatorum nostrorum exhortatione proficimus, bene per Saul Ammonitarum populus deuictus, & caesus esse memoratur. Quorum profecto bella non uniformia, sed diuersa sunt. Nam aliquando occultos aduersarios potenter opprimunt, aliquando falsos fratres sapienter ferunt. Illos intus magna virtute domant, istos foris mira patientia tolerant. Intus per immensa certamina magnorum triumphorum gloria insignes sunt, sed foris in comparabilibus tantae mansuetudinis suae titulis adornantur. Qui ergo internae victoriae narrationem cognouimus, qualiter etiam toris vincant, audiamus. Nam sequitur. Et ait populus ad Samuelem. Quis est, qui dixit Saul non regnabit super nos, date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul. Non occidetur quisquam in die hac: quia fecit dominus salutem in Israel. Ad Samuelem quippe dominus superius dixerat, non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. De Saul autem paulo ante dictum est: quia dei pexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Sed ille abiectus, ille despectus, caesus iam hostibus consecuta victoria, vociferantem populum audiuit. Date nobis viros, & interficiemus eos. Posset quidem uterque non interficiendo, sed consentiendo de inimicis vendicari, sed etiam qui abiectus fuerat propheta loquitur, rex despectus fauet dicens, Non occidetur quisquam: quia sancti praedicatores nostri maiori victoria coronantur, cum aduersa proximorum tolerant, quam cum foris hostes expugnant. Unde & vera sapientia in Salomone loquitur, dicens: Melior est sapiens viro fortis. Sed notandum, quod dicitur in die hac. In die quidem victoriae suae occidere appetit: qui eos, quos claritate virtutum ad amorem dei pertrahit, ad nocendum alijs accendit. Vel in die victoriae occidit: quia ea luce charitatis, qua in veneratione praedicatoris adducitur: ad odia eidem doctorei detrahentium excitatur. Qui enim odit fratrem suum homicida est. Quia enim de doctrina boni pastore sic adiuuandi sunt boni, ut tolerentur mali: causa, qua nemo occidendus sit, bene subiungitur. Quia, inquit, hodie fecit dominus salutem in Israel. Sequitur. Dixit autem Samuel ad populum. Venite eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram domino. Si ergo omnia eo modo, quo superius in ordinando rege fuerat, ad sanctae ecclesiae morem deducimus: magna subtilitate eius rectores ordinantur. Prius quippe Propheta rex eligendus ostensus est, deinde quaesitus, quasi incognitus: postea etiam sorte inuentus, domi absconditus, reuelatus a domino, a populo subleuatus, & in regiam dignitatem ab omnibus receptus est. Quid est ergo quod adhuc in Galgala tenditur, ut illic regnum innotetur? Sed magna discretione rex quaeritur, & inuenitur: quia altissima sunt ecclesiarum negocia, quae si infirmi, & imperiti suscipiant, ipsa rerum magnitudine deprimuntur. Attentent ergo, & subtilissima inuestigatione perquiratur, qui tanto culmini praeferatur. Qui profecto valde praedicandus est, non cum quaerentium iudicio constituitur: sed quando in ipsa dispositione summi ministerij strenuus inuenitur. Bene ergo iam triumphante constituto rege dicitur. Perrexerunt in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram domino: quia cum praedicatoris sortitudo cognoscitur, in auditorum suorum mentibus honoratur. In Galgala quidem, id est, rotam imus, quando per sacrum eloquium doctoris nostri operatione discutimus, & cum illic coram domino regem facimus: quia quae probabilem cernimus, dignum esse tanto culmine iudicamus. Prius ergo dicitur Saul a populo electus, ad extremum rex in Galgala constitutus coram domino: quia licet multa consilij grauitate in sancta ecclesia pastor eligatur, utrum sit merito, quod est ordine, non cognoscitur, nisi cum operum fortitudine declaratur. Dicatur ergo non de alio, sed de eo alio, qui magna victoria claruit. Perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram domino, ut dignitas summi pontificis non constet in ambitione culminis, sed in summa virtutis. Et in Galgala quidem itur, ut iudicare de summo loco non audeat, cui scripturae sacrae abscondita sunt praeccepta. Et coram

Supra.8. Supra.10.

Prover.16.

I. Iohn. 3.

F

1. Cor. 9. Rom. 7. Rom. 8.

1. 4. 60.

Coram domino rex constituitur: quia tunc doctor subiectorum suorum deuotione colitur, cum ipsi acceptam eius vitam omnipotenti domino recognoscunt. De ipsa autem cognitione vitae, & doctrinae pastoris sui: quia saepe non sibi, sed melioribus creditur, bene dicitur populus in Galgala regem coram domino constituisse, sed idem populus in Galgala monente Samuele perrexisse. Eamus (inquit) in Galgala & inuouemus sibi regnum. Regnum quippe inuouatur: quia dum electus praedicator in magna virtute conspicitur, ei noua, & recentis deuotione auditorum corda submittuntur. Vnde quasi ostensa regis victoria regnum inuouatur, quando cognita magna conuersatione doctoris, ipsa subditorum corda splendorem nouae deuotionis accipiunt, & per eius exemplum ad propositum magnae virtutis excitantur. Sed iam qui in vno internorum praedio triumphos aspeximus, in altero iam pacis tempora mirabili aequitate decursa videamus.

Caput. II.

Caput. 12.



**D**ixit autem Samuel ad vniuersum Israel. Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quae locuti estis ad me, & constitui super vos regem, & nunc rex gradiatur ante vos, ego autem senui, & incanui. Porro filij mei vobiscum sunt, itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad diem hanc, ecce praedio sum. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum boue cuiusquam tulerim, aut asinum. Si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, contemniam illud hodie, restituamque vobis. Cum reprobi pastores praesunt, principales eis propositum est in rapina subditorum. Quia enim aeternorum bonorum abundantiam aspicere nesciunt, quo praesentia ardentius concupiscunt, eo avidius oblata recipiunt, non oblata violenter tollunt. Innocentibus insidiantur, debiles opprimunt, munera accipiunt, iuraque peruertunt. De his pastoribus per prophetam dominus Iudaeae improperat, dicens: Pastores tui lupi vespere, non relinquentes in mane. Calumniatores innocentium pariter & oppressores debiliu, ite percutit, dicens: Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificabit super illum bellum. Quapropter nox eis pro visione erit, & tenebrae pro diuinatione. Nam dum iniquitate cognoscunt, quam faciunt, per audaciam nequissimi operis, cadunt in cecitatem cordis, ut per amorem lucem veritatis ultra non videant, per quam a prauitate resipiscant. Item munera acceptione reprehendit Elaias, dicens: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Sanctus ergo vir dum innocentiae suae simplicitatem ostendit, qua meritorum altitudine fuerit sublimis apparuit. Quod quidem virtutis praeconiū in eo vno ostenditur, ut omnibus electis doctoribus eadem bonitatis conformitas ostendatur. Vitae quidem innocentiam pro nobis habemus, sed praedicationis culmen pro aliis, non pro nobis ascendimus. Per innocentiae bonum ad aeternam patriam tendimus, per altitudinem praedicationis in aliorum custodia vigilamus. In illa virtute securi sumus, istam vero celsitudinem cum magno metu possidemus: quia qui nostrorum operum rationem reddere vehementer expauescimus, de eo quod aliis praesumus, deo reddere rationem debemus. Si ergo electi viri volente deo etiam praedicationis culmen inuati concedunt, volente deo idem culmen deuotionis deserunt. Sanctus ergo vir dicit. Ecce audiui vocem vestram, & constitui super vos regem, & nunc rex gradiatur ante vos, ego autem senui, & incanui, porro filij mei vobiscum sunt. Quasi aliis vocibus dicat. Quia non pro me, sed pro vobis praefui, dignitate quam tenui, libenter alii dedi. In eadem dignitate iam senui, & tamen longus usus praeceminens, quem tenui, obligatum me in sui ambitione non tenuit. Quid ergo est, quod ait: Filij mei vobiscum sunt, nisi quia in sanctis viris magna vis spiritualis amoris est, qua filijs ad culmen nascentibus, ius auferunt successione? Sed qui summam ordinis tantam quietus deserit qualis in eodem culmine manserit ostendit. Quia enim rapine violentiam non exercuit dicit. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum boue cuiusquam tulerim, aut asinum. Ite quia nulli nocendi occasione quaesivit, subiunxit, dicens: Si quempiam calumniatus sum. Ite quia

debilibus grauis non fuit, dicit. Si oppressi aliquem. Item quia de praedicatione sua non terrena, sed caelestia quaesivit, dicit.

Si de manu cuiusquam munus accepi, & contemniam illud hodie, restituamque vobis. Quia vero in tanto contemptu rerum ab omnibus notus extiterat, sequitur. Et dixerunt non es calumniatus, neque oppressisti, neque tulisti de manu cuiusquam quippiam. Dixitque ad eos, testis mihi dominus aduersus vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inuenietis in manu mea quippiam. Et dixerunt. Testis. Ipse vero adhuc subdit dicens. Dominus, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Aegypti ipse testis est. Quo in loco notandum est, quia bona, quae fecit vir sanctus, non dixit: mala vero, quae non fecit, exposuit, ut silendo ad aeterna lucra bona seruaret, & loquendo odorem bonae opinionis non perderet. Paulus vero loquitur, dicens: Christi bonus odor sumus in omni loco. Ipse etiam quosdam redarguens, ait: Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Hinc item discipulum admonet, dicens: Oportet etiam episcopum bonum testimonium habere ab his qui foris sunt. Dum ergo mala se tam caute vitasse asseruit, & ingentia bona, quae fecit, siluit: aperte vir beatus ostendit, in quanto culmine virtutum steterit, dum mala reprobanda, ad electorum exemplum odorem seruauit bonae opinionis: & occultando virtutum opera, praemia custodiuit aeternae retributionis. Sed notandum: quia cum dominum testem suae innocentiae assereret, ipsum dominum fecisse Moysen & Aaron dicit. Quid est hoc aliud, nisi quia & virtutis suae culmen ostendit, sed in tanto culmine solus apparere noluit. Quasi latetibus sensibus dicat. In tanta animi virtute mirandus non sum: quia in ea solus non sum. Contemptum rerum in munere virtutis habeo, sed hunc in intentione vanae laudis non habeo: in quo me valde meliores atque sublimiores cerno. Et quia ipsum Moysen, & Aaron dominum fecisse asseruit, tale est item, ac si dicat: Quod mala tam fortiter canere potui, illius debet gratiae adscribi, qui Moysen, & Aaron tales fecit. Sed ad quid sanctus vir ista praemisit, ostendit: quia subintulit, dicens: Nunc ergo stete, & iudicio contendam aduersus vos coram domino de omnibus misericordiis, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris. Ordo summe rationis est, ut qui bona agere non curat, mala in aliis nequaquam reprehendat. Sanctus ergo vir prius mala se vitasse caute asseruit, deinde ad reprehensionem aliorum profiliit: ut electi praedicatoris mores insinuet, qui praedicationis fructum bene ferre non proualeat, nisi cum id quod de aeternitate lucidum praedicat, splendida etiam conuersatione demonstrat. Dicit ergo Nunc stete & iudicio contendam aduersus vos de omnibus misericordiis domini. Stare quidem auditoribus est, intentionem mentis ad verbum praedicatoris erigere. Merito ergo stare praecipitur: quia doctor nihil exhortando proficit, si auditor mentem ad ea, quae loquitur non intendit. Eadem misericordias enumerat, ait. Quomodo ingressus est Iacob in Aegyptum, & exclamauerunt patres nostri ad dominum, & misit dominus Moysen, & Aaron: & eduxit patres nostros ex Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Et quia oblati sunt domini dei sui, tradidit eos in manu Sifarae magistri militiae Assur, & in manus Philistinorum: & regis Moab: & pugnauerunt aduersus vos. Postea clamauere ad dominum & dixerunt. Peccauimus: quia dereliquimus dominum, & seruiimus Baalim, & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu Philistinorum & seruiemus tibi: & misit dominus Ierobaal, & Barach, & Ieptem, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. Has quidem misericordias factas secundum historiam idcirco commemorat, ut in eo, quod regem petiit, reu se coram domino populus agnoscat. Nam qui ad omnia pericula submoneda dominum praesentem habuit, hominem super se regem necessarium non habuit. Ipsam autem praesentiam domini per impensas misericordias ostendit, dum de manu Aegyptiorum per Moysen & Aaron, & de manu Sifarae & Philistinorum, & de manu regis Moab per Ierobaal, Barach, & Ieptem, & a Samuele eos liberatos asseruit. Quo in loco valde quaerendum est, cur petitio, qua rex petitur, tam districte & reprehenditur, & ipsa diuinae misericordiae auxilia populo dei per praedicationem impensa esse doceatur. Quia in re quid respondendum est, nisi quia valde diuersa est praedicatione regum a praedicatione iudicum?

1. Cor. 3.  
Rom. 2.  
1. Tim. 3.


L

M

Sopho. 3.

Mich. 3.

Esai.



**A** iudicium. Ipsi quidem vt pares præsunt, illi verò in potestate præeminendi arrogantiam exhibent dominationis. Ipsi innocentia suâ testimonium coram domino: & omni populo cõmendant: quicquid aliquem opprimunt, nec alienum aliquid in suis vrbibus tollunt: illi verò non solû propria subditis auferunt, sed etiam ipsas subditorum personas onere seruitutis premunt. Subdens ergo ait. Videntes autem quod Naas ascenderet, & pugnaret aduersus vos. Nequaquam dixistis. Sed rex erit super nos: cum dominus regnaret in vobis. Quasi dicat. Ad hoc vobis hominem elegistis, ad quod deũ habere solebatis. Quem nimirum locũ si spiritualiter discutere volumus, hoc ex eo colligitur: quia qui carnalem sibi præesse expetunt, diuinam gratiam à se repellunt. Nam dum humilium doctorum exemplo viuunt, velut ab Aegypto liberantur: quia caliginem mundani amoris toto desiderio fugiunt. Quia etiam omnium vitiorum tyrannidem eorum doctrina euadunt, velut de manu Sifare Philistinorum, & regis Moab missis ducibus liberantur. In quibus deus iam solus omnipotens regnat: quia dum humiles pastores foris imitatur, regnantis inter se diuinitatis amorem gratanter excipiunt. Dicat ergo propheta, Dixistis mihi. Nequaquam, sed rex erit super nos, cum dominus regnaret in vobis: vt ostendat: quia qui carnalibus se imitando subiiciunt, diuinæ gratiæ dignitatem perdunt. Notandum etiam: quia propheta Samuel, per virtutem humilitatis vbique se electis ostendit in norma rectitudinis. Nam cum Israëliticæ plebis liberationem affereret, non ait. Misit dominus septem & me, sed septem & samuel: & eruit vos de manu inimicorum vestrorum. Se quidem quasi alium nominauit, vt virtus liberationis non adscriberetur personæ missi: sed gratiæ mittentis dei. Misit (inquit) dominus samuel, & eruit vos. Quasi dicat. Quem voluit misit, & per quem voluit fecit. Et fortasse de se quasi de alio loquitur: quia non ipse est, qui per seipsum loquitur: sed spiritus sanctus. Et quia permissione dei iam regem constituto, vir domini ista loquebatur, ad hoc profecto loquebatur: vt regem, & populum ad dei cultum dirigeret, non vt ipsam dignitatem regiam euacuaret. Vnde & subiungens, ait. Nunc præsto est rex vester, quæ elegistis, & petistis. Ecce dedit deus vester vobis regem, si timueritis deum, & serueritis ei, & audieritis vocem eius, & nõ exasperaueritis os domini, eritis & vos, & rex vester, qui imperat vobis, sequentes dominum deũ vestrum. Si autem non exaudieritis vocem domini: sed exasperaueritis sermones eius, erit manus domini super vos, & super patres vestros. Hæc profecto nõ mystica, sed historica sunt in omnibus. Nam vbi prælati, & subditi reprobam vitam ducunt, diuinæ vltionis poenam pariter subeunt. Sed quia separatim ducuntur bona, separatim mala illa, pro quibus manus domini super eos futura prædicatur, subtilius consideranda sunt. Quid est ergo, quod ait. Si timueritis dominũ, & serueritis ei: nisi quia plerique diuinæ districtiõnis iudicia metuunt, & tamen praua agere nõ desistunt. Paudent quidem corde futura iudicia cogitant, sed præsentis voluptate delectati, mala committere nequaquam vitant. Bene ergo post timorem domini, eius seruitia memorantur: quia ille solus timor probabilis est, qui dum mentem concutit, ad boni operis studiũ trahit. Item quia nonnulli sunt, qui per timorẽ domini quædam mala respuunt, aliqua bona agunt: & tamen nec mala plene deserunt, nec bona sufficienter operantur: adiungitur. Et audieritis vocem eius. Qui vocem domini audit, & bona plene agit, & mala penitus deserit. Eadem verò bona opera in delectatione suauitatis habenda sunt, non in aestimatione asperitatis. Nam quibus semper dura, & aspera videntur, quæ à domino præcipiuntur, paulatim decidunt & deficiunt. Hinc enim per semetipsam veritas dicit: Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Hinc iohannes ait: Mandata eius grauius non sunt. Grauius quippe non sunt electis: quia dum æternæ vitæ gloriam magno desiderio appetunt, præcepta euangelica gratanter ferunt. Potest & os domini prædicatio perfectæ charitatis intelligi. Quasi enim oris sui blandimenta volebat ostendere, cum dicebat: Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Hoc quippe præceptum domini, hoc iugum est diuinæ suauitatis. Quid enim leuius, aut vnquam gratius, quam amor fertur? Quid

præterea graue, nõ leuiter tolerat, qui amat? Quicquid enim diligitur, cum magna deuotione portatur. Quia ergo vinculum perfectionis est charitas dei & proximi, bene in vltimo loco propheta denunciatur, dicens. Si nõ exasperaueritis os domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis sequentes dominum deum vestrum. Quasi dicat, tunc bene diuinam voluntatem perficitis si & contemptum prauitatis, & boni operis studium in diuina charitate solidatis. Tunc ad summam æternæ vitæ beatitudinem bene post redemptorem curritis, si ea, quæ carnalibus aspera sunt præcepta charitatis, vsque ad vitæ finem cum iucunditate deducitis. Sed quia infirmis, & carnalibus loquebatur, subsequenter denunciatur, ait. Si non audieritis vocem domini, sed exasperaueritis sermonem eius: erit manus domini super vos, & super patres vestros. Manus domini diuinæ est seueritas vltionis. Quæ profecto manus super filios, & patres extenditur: cum diuini contemptus merito, & reprobi prælati, & subditi puniuntur. Eadem quoque manus ad vltionem extenditur cum vox domini non auditur, cum eius sermones exasperantur: quia ij qui diuina mandata quasi dura & importabilia respuunt: intolerabili poenæ onere in futuro deprimuntur. Stulta quippe audacia hominis vnde ad modicum subire ea, quæ sibi videntur aspera, refugit: inde se asperioribus in æternum subdit. Nam si sapienter saperet, hoc sibi quod displicet, suaderet: vt per dura & aspera huius breuissimi temporis, dura & aspera euaderet futura damnationis. Hæc profecto dura corda carnalium velociter audiunt, sed per salubre consilium facile molliri non possunt. Bene ergo subiungitur. Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit voces & pluias, & scietis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conspectu domini petentes super vos regem. Quia tam attente, & toties ista petitio regis reprehenditur, hoc electis insinuat: quia qui ad culmen sanctæ ecclesiæ carnales prouehunt, grauissima peccati obligatione retinentur. Nam peccata reliqua singularis poenæ meritum obtinet, qui verò carnalem præpositum constituit, tot incurrit poenarum merita, quot ille fidelibus subditis præbet prauitatis exempla. Sed graue pondus criminis deponi non potest, nisi austeritate magne compunctionis. Compunctionis autem gratia menti non infunditur, nisi prius ipsa ei peccati magnitudo monstretur. Propheta ergo domini vt ad congruæ poenitentia fructum peccantem populum prouocaret, per mirabilem motum aeris, ei insinuat magnum peccatum transgressionis. In messe autem tritici, pluuia, & tonitrua in illa regione non fiunt. Bene autem subsequenter adiunctum est. Clamauit samuel ad dominum, & dedit dominus voces, & pluias in die illa: & timuit omnis populus nimis dominum, & samuelem. Dixitque vnuerus populus ad samuelem. Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum: vt non moriamur. Addidimus enim vnueris malis nostris, vt peteremus nobis regem. Quod sanè si ad vestra tempora deducimus, vt populus ad cognitionem peccatorum veniat, prædicatores pro eis ad deum clamant: quia fidelium salutem magnis desideriis flagitant. Clamare quidem prædicatoribus est, electorum salutem magna deuotione postulare. Ad quorũ clamorem dominus vocem dat: quia peccatorum corda excitat, vt prauitatis suæ nequitiam recognoscant. Dat pluias: quia excitata corda per infusionem superne gratiæ adiuuat, vt non solum deserat mala quæ fecit: sed etiã bona fortiter agat, quæ appetit. Sed hoc in die messis tritici fieri dicitur, vt virtus miraculi designetur. Nõ est quidem minus miraculum immutatio cordis, quam perturbatio aeris. Non minus miraculum est aëria corda reuiuiscere, quam æstiuus ardoribus inusitato more pluias inundare. Maius quippe miraculũ est, intimo sonitu insensibilem mentem concutere, quam collisis per ventum nubibus, tonitruũ insonare. Sed rectus ordo conversionis ostenditur, in ordinata positione verborum. Nam dicit. Dedit dominus voces, & pluias, & timuit omnis populus nimis dominum, & samuelem. Ordinatissima quippe conversione cum malũ deseritur, bonũ in mente propagatur, cũ conuersi menses quasi per

Matt. 23.  
1. Mod. 5.  
Idem. 25.

QQ pluiam

**G** pluviam bonum semen nutrit, & se deo, & hominibus per obedientiae virtutem subdit. Bene ergo dicitur. Timuit omnis populus dominum & Samuelem, quia qui summi spiritus adventum suscipit, & mala deserit, & bona apprehendit, & sic deo subditur, ut pro deo etiam hominibus subternatur. Et quia praesumptionem in ipsa obedientiae virtute non habent, dicunt. Ora pro servis tuis ad dominum, ut non moriamur. Cum spiritus vitae se menti infundit, protinus eam ad mortis pavorem erigit: quia magisterium eiusdem spiritus est, ut timendo mens agat, ne quod timet inveniatur: sed sancti viri pro eis orantes exaudiri possunt, qui & occulta peccata cordis per humilitatem reuelant confessionis. Unde & subditur. Addidimus enim vniuersis malis nostris, ut pete remus nobis regem. Quia vero haec satis iam exponendo ventilata sunt, sequentia videamus. Dixit autem Samuel. Nolite timere. Vos fecistis vniuersum malum hoc. Verumtamen nolite recedere a tergo domini. Penitentis mens tunc bene dirigitur, si diuina iudicia metuat, & de dei omnipotentis miseratione confidat. Timor quidem sine spe in desperationem praecipitat, sed cum spe coniungitur, salutem mentis operatur. Quare & summo studio inuigilare optimus doctor debet, ut peccantem terreat, & territu ad veniae spem reducat, quatenus per metum peccare desinat, & per spem impetranda indulgentiae diuinae misericordiae portum quaerat. Territos ergo subditos ad spei virtute Samuel erigens, dicit: Vos fecistis vniuersum malum hoc, verumtamen nolite recedere a tergo domini. Quasi dicat: Si peccare desinitis, ad obtinendam commissorum veniam, peruenire citius potestis. Nolite ergo recedere a tergo domini. De iusti laude promittitur: Praeibus enim ante faciem domini, parare vias eius. Hinc Helias ait. Vivit dominus in cuius conspectu sto. Hinc Psalmista dicit. Exultent iusti in conspectu dei. In conspectu quidem domini, vel ante dominum stare est, testimonio bonae conscientiae de amore conditoris praesumere. Stant quidem in conspectu eius, qui ex merito magnae actionis, de superna conditoris sui gratia securi sunt. Peccatores autem cum mala committunt, a facie domini fugiunt, sed cum redire penitendo deliberant, quasi post tergum domini sunt: quia & discedere longius nolunt, & tamen praesumere de deo quasi amici non possunt. Hinc est, quod peccatrix mulier retro stetit dicitur, ut pedes domini desolati mereretur. Retro etiam illa stetit, quae simbrias eius tetigit, & a fluxu sanguinis sui curari meruit. Retro quidem stitit pro verecundia peccati, sed tangit per virtutis spei. Quia ergo pro commissis iniquitatibus semper erubescere debemus, & in quibus confundimur deuitare, Samuel peccatoribus imperat, ut a tergo domini non recedat. Sed quia non sufficit conuerso peccatori, ut peccata non agat, subsequenter adiunxit. Et seruite domino in omni corde vestro. Tunc namque promereri veniam possumus, si peccare desinimus, & bonis operibus inhaeremus. In omni etenim corde domino seruire est, peccandi nullam in corde intentionem retinere. Omne quidem cor ad seruitium conditoris inflectitur, quando sic bona agimus, ut mala per propositum nulla teneamus. Quod & propheta domini Samuel aperte insinuat, cum subiungit. Et nolite declinare post vana, quae non proderunt vobis, neque eruent vos: quia vana sunt. Ad litteram vana simulachra demonum appellat. Nobis autem vana illa hic accipienda sunt, quae concionator ostendit, dicens: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. In comparatione etenim aeternorum bonorum, vana sunt omnia, etiam bona temporalia. Quicquid enim in hoc seculo letum, delectabile, sublime, aut prosperum cernitur, vanum profecto est: quia difficile habetur, & cito amittitur. Repente quidem alta seculi corrunt, pulchra transeunt, laeta, & prospera evanescent. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandiens cernitur, repentina fortuna turbatur: aut festina, & omnia de turbante morte concludit. Vana ergo sunt gaudia seculi, quae quasi manentia blandiantur: sed amatores suos, cito transeundo decipiunt. Dicat ergo Propheta Samuel: Nolite declinare post vana, quae non proderunt vobis. Quasi dicat: Stulte appetuntur bona seculi, quae ab appetitoribus suis non poterunt diutius teneri. Et notandum: quia de futuro dicitur, non proderunt vobis: quia nimirum nunc prodesse cernuntur, sed cum in fu-

turo pro eis puniri coeperint, nequaquam profunt. Unde & apte subditur. Neque eruent vos: quia vana sunt. Quasi dicat. Idecirco vos tunc non adiuuant: quia cum mundo deficiunt: & post seculum non habentur. Multum quidem seculi bona durant, si cum amatore usque ad extremum vitae perveniunt. Post seculum ergo non profunt, quae finem vitae transire non possunt. In hac quidem vita suos amatores peccatis obligant, sed tunc non eruent, ubi quidem per meritum sunt: sed per auxilium non sunt. Qua in re caute notandum est: quia eis temporalia bona non proderunt, qui post haec declinare perhibentur. Post bona etenim temporis declinare est, in eorum appetitum defluere: amorem illorum diuino amori praeferre. Merito ergo his vana non proderunt: quia ea eo ordine quo condita sunt, habere noluere. Sed quo fructu vana despiciantur, insinuat, dum subditur: Et non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum: quia iuravit dominus, facere sibi populum. Magnum malum haec vana post se declinantibus, ingerunt: quia dum inordinate terrena appetunt, a summo & omnipotenti deo ad sustinenda futura tormenta deseruntur. His ergo, qui declinare post vana prohibentur, merito Propheta repromittit, dicens. Non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum. Quia qui pro eius amore vana despiciunt, a veris malis eruuntur: & ex fide promissionis, mercedem accipiunt aeternae hereditatis. Populum quippe suum dominus facit, quem ad aeternae beatitudinis gaudia sustollit. Ibi quippe reuelata maiestatis suae gloria, illi praesidet: quem in mundo ab amore vanitatis per occultam gratiam assumptum tenet. Iurare quidem domino, repromittere est. Eumque populum suum facere, dominus iurat, qui non declinat post vana: quia terrena despicienda sunt, ut aeternae hereditatis adipisci bona mereamur. Nec tamen ad ea posse his meritis se perducere aliquis credat: quia hic districte expressum est. Propter nomen suum magnum. Non enim bonitate nostra, sed dei fit: ut homo terrenus bonis caelestibus perfruatur. Donum quippe dei est, non ex nobis, sequitur. Absit autem a me hoc peccatum in domino ut cesset orare pro vobis. Ille ista loquitur, cui superius de iis quibus loquitur, dominus ait: Non te abiecerunt, sed me: ut regnum super eos. Ecce abiicitur Propheta, & abiicientibus se loquitur, dicens. Absit a me hoc peccatum in domino, ut cesset orare pro vobis. Equidem si secundum legis praecipitum hoc discutitur, peccatum non esset: si pro abiicientibus se non oraret. Nam lex Moysi praecipit, dicens: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sed & qui Prophetam abiiciebant, non amici, sed inimici extiterant. Quid est ergo, quod dicit. Absit a me hoc peccatum, nisi quia vir sanctus ad charitatis verticem sublimatus, non solum diligebat amicos: sed ipsos etiam amplectebatur inimicos? Legis quidem veteris mandato instructus, sed novae gratiae fulgoribus illustratus, licentiam vetustatis Evangelica perfectione reprehendit. Quo nimirum in facto, nos nobiscum facere rationes cogimur. Hinc enim per Evangelium iubetur: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos. Quantum ergo nunc inimici diligendi sunt, cum praecipimur: si tunc amari potuere, cum odio haberi iubebantur? Et quia non solum orare pro eis, sed eos erudire conabatur: subiungens, ait. Et docebo vos viam bonam, & rectam. Cur enim viam diuini obsequii bonam dicit, & rectam: cum bona non sit, si non sit recta, nec recta si non sit bona? Sed bona fuit via, qua populus ab Aegypto ad terram promissionis ascendit, & tamen dum per eremum circumiit, recta non fuit. Bona ergo via est, qua ad supernam patriam tenditur: recta, qua facile pervenitur. Via ergo bona & recta est, cum ad religiosam vitam convertimur, diuina obsequia cum instanti fervore magnae devotionis exercemus. Unde & bene eandem viam Samuel exponit, dicens. Igitur seruite domino, & timete eum in veritate, & extoto corde vestro. Haec quidem via bona, & recta est: quia ad aeternam vitam tendit, & velociter pervenit. Per timorem quippe domini deuitantur mala: seruiendo ei, eius mandata complentur. Cui nimirum in veritate seruiamus, quando eius praecipit pro sola superna retributione perficimus: Nam qui de

Luce. 1.  
3. Reg. 17.  
Psal. 67.

Luce. 7.  
Matt. 19.

L

Supra. 8.

Levi. 19.

M

Luce. 6.



**A** qui de bono opere temporalem mercedem expetit, deo in veritate non seruit, quem falso proposito in sua operatione non diligit. Qui autem in veritate deo seruire cupiunt, totum cor in domino obsequi ponere iubentur, vt sic, quæ dei sunt agant, & in mente aliquid, quod contra deum sit, non retineant. Hæc profecto via non solum bona, sed recta est: quia ad salutem tendit, & viatorem suum ad perfectionem velociter ducit. Velut enim altera via terræ repromissionis ostenditur bona, quæ perducit: recta, quæ diuerticulum caueat. Per hæc quippe vnusquisque tanto melius ad culmen virtutum peruenit, quanto per negligentiarum circuitus non diuertit. Hæc quidem via recta in illa exprimitur, per quam dominus filios Israel ducere ad terram promissionis voluisse perhibetur. Vohit quippe illis labores deserti committere, vt nobis post vnigeniti sui vestigia gradientibus, cursum tanti itineris leuigaret. Non enim adhuc audire poterant: Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in celo. Dum enim licentia rerum temporalium vetus populus per diuersa discurreret, quasi per circuitum laboris ad terram promissionis cito duci non potuit. Vt ergo nobis nouæ vitæ viam Propheta insinuet, viam bonam, & rectam esse dicit, & deum metuere, & ei in veritate, & ex toto corde seruire: quia ad sublimitatem diuinæ gratiæ cito perueniunt, qui omnipotentem deum & bono opere, & feruentibus desiderijs inquirere non desistunt. Et quia eundem populum ad audienda prædicationis verba per miraculum attotum fecerat, subdit. Vidistis enim magnifica, quæ in nobis gesserit dominus. Quasi dicat. Ex his quæ vidistis colligite, omnipotentem deum quàm terribiliter metuere, quàm deuotè ei semper seruire debeatis. Quæ profecto verba si ad nos trahere volumus, tanto nobis est, & venerabilius metuendum, & deuotius deo seruiendum, quanto in redemptore nostro mirabiliora perspeximus. Sed quia quod boni audiunt, audacter mali contemnunt, subiunxit, dicens: Quod si perseveraueritis in malitia, & vos, & rex vester pariter peribitis.)

Caput. III.



**R**egnum vnius anni erat Saul cum regnare cepisset, duobus autem annis regnavit super Israel. Superius cum ordinandi regis negotium tractaretur, de eo, qui diuino iudicio preferendus erat cæteris, dictum est: quia erat electus & bonus. Item de eo iam electo in regnum, & in medio populi statuto, Samuel ait: Certè videtis quem elegit dominus, quoniam non est ei similis in omni populo. De eodem item rege nunc dicitur, Filius vnius anni erat Saul, vt dum attentè laudatur, à domino bonus electus fuisse sentiatur. Cur ergo vnius anni esse dicitur, cum regnare cepisset, nisi vt eius innocentia prædicetur. Nam ad literam vnius anni quomodo esse filius potuit, qui vniuerso populo ab humero, & sursum eminebat? Quod ergo secundum literam intelligi non potest, intelligi per internæ intelligentiæ rationem debet. Vnius itaq; anni rex esse describitur, vt donum pueritiæ in persona regis innocentia bonum signet. Vnde & æterni regni filijs iubetur: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Quod certè & ecclesiarum pastoribus ipsa veritas comminatur, dicens: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. De rege ergo, qui prius bonus, postea malus extitit, dicitur: quia vnius anni fuit, cū cepit regnare, & duobus annis regnavit. Licet enim multis annis regnauerit, illis solis regnare dicitur, in quibus innocens & humilis fuisse perhibetur. Nam postea superbus & inobediens audiuit: quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex. Se quidem à regno proiectum cognouit, & tamen proiectus regnare non timuit. Quanta postea fortiter egerit? Sed ecce omnia illa tempora ad regnum ei deputata non sunt. Illo ergo solum tempore nos vixisse gaudeamus, quo innocenter & humiliter viximus. Nam illa tempora, quæ in seculi vanitate, & fluxa carnis vita consumpsimus, quasi perdita minime memorantur. Sunt adhuc

quoque, qui ad rapiendum culmen sanctæ ecclesiæ ingeruntur: de quibus per Prophetam dominus queritur, dicens: Regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & ego ignorans. Qui nimirum dum quædam fortiter agunt, rapinam inuasi culminis à deo obliuioni traditam arbitrantur. Secum sua opera numerant, & quod præter deum agunt, à deo remunerandum putant. Qui certe, vt rectius ea quæ agunt, enumerent: Saul abiecti tot fortia facta numerent, quæ diuinus numerus nequaquam tenet. Dicat ergo Saul, Duobus annis regnauit super Israel: vt de omnibus sentiat: quia quod nobis viuimus mercede vacuatur, & nequiter præelle, non est veritas præueniendi, sed temeritas pueniendæ præsumptionis. Sed iam quid vnius anni rex fecerit audiamus.

Et elegit Saul tria millia de Israel, & erant cum Saul duo millia in Magmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin. Millenarius numerus quia centenarius decies collecto perficitur, summam perfectionis insinuat. Qui profecto cum ter repetitur, in eo electorum perfectiones variæ designantur. Saul ergo tria millia virorum de Israel elegit: quia prædicator veritatis ad defensionem sanctæ ecclesiæ non infirmos & debiles, sed robustos & validos bellatores ducit. Tria quippe millia esse perhibentur: quia in summa perfectionis facie, virgines proferunt: iuxta quos & continentes, & veritatis defensores ponunt. Dum enim exemplo virginum ad summam incorruptionis alios accendunt, dum continentium vita alios à seculi corruptionibus auferunt, dum humilium debilitatem per auxilia potentium defendunt, contra hostes sanctæ ecclesiæ boni doctores quasi cum tribus electorum virorum millibus veniunt. Viri autem dicuntur pro fortitudine, de Israel esse referuntur pro diuina contemplatione. In summo enim perfectionis numero contineri non potest, qui aut virtute caret magni operis, aut notitia internæ visionis. Quid est quod alij cum Saul, alij cum Ionatha ex electis viris esse perhibentur? Sed & ipsa locorum nomina in quibus esse dicuntur: mysterijs vacua credenda non sunt. Ionathas, qui filius regis esse describitur, & partem bellatorum habet, eos profecto insinuat: qui in prædicationis ministerio doctorum adiutores sunt. Filij quippe eorum sunt: quia vehementer eos diligunt, quorum ministerio deo generantur. Sed parti bellatorum præfunt: quia sanctæ ecclesiæ curam gerunt, & exemplo alios, alios verò exhortationibus ad amorem virtutum prouehant. Quasi enim magnus rex filium in exercitum miserat, qui Corinthiis loquebatur, dicens: Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino: qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Hinc item dicit: Cum venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos: opus enim domini operatur, sicut ego. Ionathas verò cum mille viris in Gabaa Benjamin esse dicitur, Saul, autem cum duobus millibus in Magmas, & in monte Bethel. Gabaa (vt sæpe iam diximus) sublimis interpretatur: Magmas humilitas, Bethel domus dei, Saul petitio, Ionathas columbæ donum dicitur. Tria verò millia virorum electorum de Israel, ad virgines, & continentes, & veritatis defensores retulimus. Dum ergo columbæ donum Ionathas dicitur, & in Gabaa, id est, sublimi mille cū eo esse viri perhibentur: quid aliud, quam illos insinuat: qui lucidissimo virginitatis exemplo, alijs præbent eiusdem normam pudoris. Bene autem columbæ donum institutor virginum dicitur: quia incomparabili gratia spiritus sancti efficitur: vt à manentibus in carne carnis corruptio nesciatur. Bene & in sublimi esse virgines dicuntur: quia quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est. Vnde & virgo ille dilectus Iesu locum virginum insinuans, ait: Vidi supra montem Syon agnum stantem, & cum eo centum quadraginta millia, habentia nomē eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Quos etiam ex luce propria conuersationis insinuat, dicens: Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnū quocumq; ierit. In monte quidem esse cū agno dicitur: quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis, & carnalibus delectationibus se diuidunt: in superna redemptoris gloria sublimantur. Cum

D Osee. 8.

Matt. 19.

B

E

Cap. 13.

Supra. 9.

Supra. 10.

C

1. Cor. 14.

Mat. 18.

Infra. 16.

1. Corin. 4.

1. Cor. 16.

F

Apoc. 14.

QQ 1) tur. Cum



**G** tur. Cum Saul verò duo millia esse dicuntur in Magmas, & in monte Bethel. Magmas quæ humilitas interpretatur, quid aliud quàm continentium ruborem significat? Nam dum præterita carnis oblectamenta recolunt, erubescunt. Sed quia viri fortes sunt, cum Saul esse referuntur: & dum experta seculi blandimenta despiciunt, exemplo suæ virtutis innumeros alios ad eiusdem seculi contemptum trahunt. Sed tamen Magmas inhabitant: quia dum recolunt, quales fuerunt in seculo: superbire non possunt, de eo quod magnos se vident esse in deo. Qui bene cū Saul esse referunt, qui petitio dicitur. Prædicator etenim veritatis tantæ charitatis esse debet, ut instanti desiderio non petitor, sed petitio esse sentiat. Salutem quippe fidelium tam instantius debet appetere, ut ex visu interni gustus, omnem motum cordis in affectum ducat supplicationis. Cum quo mille viri sunt: quia perfectiores auditores cum electis doctoribus in charitate conveniunt, & pro salute fidelium omnipotentem dominum cōmuniter deprecantur. In Magmas ergo cum rege sunt: quia humilitatem pro se incolunt, ut exaudiri pro aliis mereantur. Sed dum electus doctor omnibus subditis utiliter præest, omnium virtutes ad viæ coronas promovet. Nam cum humilibus supplicat, cū fortibus pugnat, cum remotis viris orationibus insistit, cum expositis ecclesie defensoribus, debiles & infirmos protegit. Bene ergo non solum in Magmas, sed in monte Bethel esse cū Saul in bellatorum millibus dicuntur: quia prædicator ecclesie sicut diversis ordinibus electorum præeminet, ita eorum esse cooperator debet. Bethel quippe, id est, dei domum custodiunt, qui verbi autoritate sanctam defendunt ecclesiam. Cum quibusque tyrannis voce liberæ autoritatis obuiant, cum contra huius seculi potentes se erigunt, cum pro defensione humilium, seculi huius potestatibus contradicunt: Bethel domum dei quasi regis bellatores custodiunt. Qui certè cum Saul esse referuntur: quia in defensione ecclesie magnorum doctorum coadiutores sunt. Bene autem de reliquis dicitur: Porro cæterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua. Cæterum populum dicit, quem millenarius numerus non concludit. In tabernacula quidem sua remittitur: quia ad summa, & fortia opera infirmi, & imperfecti producendi non sunt. Nam nec continentibus, nec virginibus, nec martyres fieri debiles possunt. Illis quidem, ut ad eos præterita carnis oblectamenta non redeant: istis ut in experta carnis blandimenta contemnant, illis ut adversa mundi non metuant, maxima fortitudo necessaria est. In tabernacula ergo sua cætera plebs remittitur, ne de altioris vitæ temeritate dānetur, & velut debilis & infirma in bello peccat, dum altæ conversationis fidem spondet, quæ altæ virtutis robur non habet. Quasi enim unumquemque in tabernacula sua dimittebat beatus Paulus apostolus, cum dicebat: Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæque suum virum. Velut enim peritus magister internæ militiæ, & coronas victoriæ, & pugnae considerans gravitatem, militum vires in belli pondere librabat, optimum iudicans infirmis, ut in urbibus viverent, ne acerbo Marte perirent. Quare & item eos à castris fortium segregans, ait: Revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Sed remotis debilibus, quid in fortissima virginum acie agatur, exponitur, cum subiungit. Et percussit Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa. Sicut excellit ordiæ sponi acies, ita & victoriæ titulos prima suscepit. Ionathas quippe stationem Philistinorum percussit: quia electa virginitas de carne, continentie arce sublimata, motus turpes extinguit. Bene autem statio Philistinorum dicitur: quia in corpore virginali, carnales motus non habent requiem delectationis, sed statum certaminis. Stant quippe: quia impugnant, sed requiescere non possunt: quia mentem sanctam minime oblectat. Statio ergo Philistinorum in Gabaa percussit, quando ab electis virginibus carnis desideria penitus enervantur, & pacem triumphus obtinent, dum solita bella non habent. Ad quam profecto victoriæ quia maiorem exhortatione sæpe proficiunt, mille viri in Gabaa cum Ionathas sunt: sed Ionathas percussit Philistinorum castra perhibetur. Et quia exemplo aliorum, sæpe alij ad æmulationem virtutis excitantur, sequitur. Et

percussit Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa: quod cum audissent Philistæi, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi, & uniuersus Israël huiusmodi famam. Percussit Saul stationem Philistinorum, & erexit se Israël aduersus Philistæos. Clamavit ergo populus post Saul in Galgala. Percussa quippe Philistinorum statione, Saul buccina canit, & post Saul populus clamat: quia auditas electorum virtutes sancti prædicatores prædicant, & subditorum corda ad exemplum boni operis inflammant. Buccina quidem canere est, & victoriam nunciare, & exemplo victorum aliorum mentes ad spiritualis belli propositum excitare. Populo etiam post Saul clamare est, de audita prædicatione magnæ deuotionis ausum suscipere. Quo in loco notandum est: quia Ionathas stationem Philistinorum percussit: sed Saul tuba canens, se percussisse eandem stationem perhibuit. Quia nimirum electorum prædicatorum triumphis adscribitur, quod à subditis occulti aduersarij superentur. Sed quoties alios hostes vincimus, necesse est, ut ad aliorum deuincenda certamina præparemur. Omnipotens enim deus quia electos suos copiosius remunerat, eos semper vult in pugna consistere, ut ipsi semper possint sibi æterni muneris bona præparare. Quare & cū populus clamasse post Saul dicit, subiunctum est. Et Philistæi congregati sunt, ad præliandum cōtra Israël: in triginta millia currum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus sicut arena, quæ est in litore maris plurima. Superius rex Saul tria millia virorum sibi elegisse describitur. Si ergo partes vtriusque exercitus conferre volumus, contra unumquemque virum Saul, decem currus Philistinorum, & duo equites deputantur. Decies enim tria millia triginta millia sunt. In senario quoque numero ternarius geminatur. Quo nimirum bello occultorum hostium tam multitudo, quàm feritas designatur. In curribus quidem, & equis contra nos veniunt: quia modo malas cogitationes electorum cordibus, modo eorum corporeis sensibus rerum visibilibus blandimenta noxia offerre moliantur. Equi namque ad cursum celeres sunt, ad impetum fortes. Quibus nimirum cogitationes malæ aptè comparantur, quæ ad cor velociter veniunt, & fortiter pungunt. Equites contra nos in prælium veniunt, quando maligni spiritus nobis malas cogitationes, & celeriter excitant, & nos per eas fortiter impugnant. Sed contra unumquemque fidelium duo equites veniunt: quia si occultas reprobatorum spirituum insidias in cōsiderationis summam colligimus, illud eorum speciale propositum est: ut videlicet in nobis principalem virtutem feriant, & charitatem dei & proximi penitus extinguant. Equus verò vnus scuire cernitur, quando reproba cogitatione nobis malignus spiritus suggerit, ut proximus odio habeatur. Sed equus qui solus cernitur, solus non est: quia deum nemo diligit qui fratrem odit. Quia item diuina charitas cum nullo principali vitio in mente conuenit, quoties spirituale vitium nobis demonum fraude suggeritur: equitum scuientium cauere debemus velocitatem nimiam & ferocitatem violentam. In comparatione quidem equitis, sagittarij, aut peditis scitus omnimodo debilis est. Impetus verò equitis equi viribus violentus est: quia nimirum virtus maligni spiritus nulla est in electorum certamine, si ipse residere non permittitur in mala cogitatione. Quia ergo valde fortes in bello hostes nostri sunt, quando insidere internis cogitationibus permittuntur: in Philistinorum exercitu equitum turba numeratur. Currus vero decem vnique electo in prælium deputantur. Quinque enim nobis sunt sensus corporis, quibus experientum accipimus delectationis. Sed spiritus maligni quando per blandimenta carnis mentem decipere gestiunt, corporeis sensibus rerum species ostendunt, quas caro appetat, & per earundem rerum species suggerit: ut mens oblata concupiscat. Quasi enim in rotis suis currum aduersarius erigit, dum hinc rerum blandimenta offert, inde cogitatione retinet, ista porrigit, illas immittit, & quasi voluendo se sublimem ad animam inuehit, dum contra electos se malignus spiritus erigit, & per blandimenta rerum & per artem suggestio nū. Decem ergo currus sunt: quia cōtra singulos sensus corporis nostri habent species blandimentorum visibilibus, habent contra totidem sensus animæ, & deceptorias artes suasionum.

Quid

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Iod. 4.

M

**A** Quid est autem quod reliquum vulgus sicut arena, quæ est in litore maris esse plurima memoratur: nisi quia ad ducatum malorum spirituum, innumerabilis sequit contra nos turba vitiorum. Et enim subiecta vulgus, currus, & equites sequitur, quando demonum infidie mentem impugnando præueniunt, ut subsequenter vitis quasi ab irrationabilis vulgi multitudinis deuastetur. Bene autem prius currus, & equites, deinde vulgi numerositas in spirituali sanctorum pugna describitur: quia nimirum nulla est numerositas, nulla fortitudo victorum, si excitando, & immittendo non præcedat hanc malignorum turba spirituum. Quibus etiam verbis innuitur, quæ causa, & circumspecta semper esse debeat vita sanctorum. Nam si vulgus reliquum arenae maris plurima comparatur, innumera, & ferè inuitabilis est multitudo iaculorum. Quamuis enim peritis fidelibus omnia nota sint vitia, quantis tamen commotibus pulsant, quibus modis, aut quibus causis semper ad cor veniant, omnino scire non possunt. Apertas quidem tentationum tenebras potenter abiciunt, sed sæpe caliginè ignorantia in rebus leuioribus quasi arenae minutias non euadunt. Semper fortitudinem ostendunt boni operis, sed qui magnos exercitus equitum magna virtute superant, linguam penitus ab omni superflua locutione non refrenant. Continuo visu corpus in dei omnipotentis seruitio dirigit, sed eorum mens, quæ foris membra perfecte ordinat, cogitationes superfluas aliquando nequaquam vitat. Quid enim alius tunc quam vulgi importuna multitudinem sentiunt, qui currus & equites magna virtute prostrauerunt? Sed doctor egregius dicit: Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Permittit quidem deus electos suos magnis tentationibus impetu, ut magnificentissime in coelesti regno debeant coronari, sed magna prælia permittit, quæ vincat, leuia excitat, in quibus cadant, ut victoria fortium magna sit, casus innoxius, ut cadentes se facile erigant, & eos fortia, in quibus victores steterant, non extollant. Nam si currus, & equites vincimus, extolli de victoria non debemus: quia innumerabilia sunt, quæ cogitando, loquendo, gustando, & audiendo, & operando committimus. Huius nanque vulgi innumerabilis tela, etiam ille vitare non poterat, qui dicebat: In multis offendimus omnes. Hinc item dilectus Iesu loquitur, dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quis ergo iam quasi victor extolli audeat, si tanti viri peccatorum tela se omnino euadere non posse manifestant? Sed quia hæc in spirituali bello describuntur, non debemus nunc æstimare quid patimur, sed qualiter hostium nostrorum impetum infirmare valeamus. Vulgus Philistinorum arenae comparatur, quæ est in litore maris plurima: quia omnis virtus victorum, & numerus ex seculi perturbationibus augetur. Mare quippe hoc seculum designat: quia dum magna rerum, & temporum varietate impellitur, quasi ventis furentibus perturbatur. In litore autem quando impulsus maris aqua refunditur, innumerabiles arenae minutiae glomerant. Quid est ergo litus maris, nisi cor vniuersumque in spirituali conuersatione negligentis. Per ordinem quippe religionis, quasi in solido stare cernitur, sed dum seculares cogitationes non reprimunt, quasi frangentes in se maris fluctus excipit, & cumulos arenarum: & inde quidem impelli fluctibus, & obrui arena potest, unde mari appropinquare non timet: quia si seculi cogitationes spiritualium rerum contemplatione reprimeret, vitia mentis & corporis, quæ seculi occupatio velut arenas, & fluctus inuehit, non sentiret. Cur ergo vulgus hostium arenae simile esse dicitur, nisi quia maligni spiritus eisdem vitis electos Christi athletas impugnant, quibus negligentes superant? Cum turba quidem secularis strepitus contra eos veniunt, qui seculum in suis delectationibus spernere tota mente didicerunt. Pompas rerum visibilibus formant, contemptum iam seculi amorem fingendo reuocant: ut corda superbo amore flammantia, ad noxias delectationes trahant. Sed sancti viri quia innumerabilem hanc nequam cogitationum turbam de seculi pelago prodire considerant, seculum tota mente fugiendo, fieri littora maris vitant: & tantum vulgus hostium iam non timet: quia dum in intima contemplatione se retinent, victorum turba ad eos accessum habere non potest. Sequitur. Et ascendentes ca-

strametati sunt in Magmas ad orientem Bethauen.) Malignis spiritibus ascendere est, ad decipienda sanctorum corda, per coeleste desiderium alta conari. Bene autem dicitur castrametati sunt in Magmas: quia in illis cordibus resident, quæ in alto amore celestium sublimata non vident. Magmas quippe humilitas interpretatur. Humiliari vero in sacro eloquio pro defectu sæpe virtutis accipitur. Unde & in hac eadem Regum historia Thamar Dauid regis filia, quæ violasse Amnon frater eius legitur, humiliata perhibet. Corrupta quidem, humiliata est: quia sublimis steterat virgo, & dum altum honoris virginis culmen perdidit, velut de sublimi ad planum & humilem locum venit. De futura etiam superbiorum depressione dicitur: Omnis qui se exultat, humiliabitur: quia in examine superni iudicis corruunt, qui vanè de huius seculi sublimitate gloriantur. Bene ergo in Magmas castra ponere Philistæi perhibentur: quia per iniqua consilia in eis demonia habitant, qui alta virtutum culmina tenere non curant. Nam dum tertena quærent, velut plana & humilia incolunt, ubi inuisibiles hostes castra ponere leuiter possunt. De quibus nimirum hostibus per prophetam dicitur: Qui dicunt animæ tuæ incuruare ut transeamus. Erecta quidem sublimis est anima, incuruata humilis: quia per virtutum celsitudinem, & per coeleste desiderium in alta sustollitur: sed quando ad vitia, vel ad seculi amorem defluit, illuc quidem cadit, ubi hanc hostis irruens leuiter asterit. Dicunt ergo animæ tuæ incuruare, ut transeamus: quia si hanc ad agenda, vel cogitanda terrena non humiliant, nec malignis persuasionibus penetrant, nec victorum bello perturbant. Hinc ergo colligere possumus, quantum à seculo acta verbo, & cogitatione longe fieri debeamus. Verba quippe nostra, cogitationes, & opera plana & humilia sunt: quando secularia. Per hæc quidem sibi sumus, ubi occulorum hostium castra libere ponuntur, ubi tanto facilius capi possumus, quanto nulla munitionis arte subleuamur. Quis enim iam fidelis nesciat: quia culpas verborum, cogitationum, & operum nostrorum colligant, & ad accusationem nostram in aduentu venturi iudicis seruent? Unde & hunc humilem atque despectum locum Magmas sugendum nobis esse dominus insinuans, dicit: Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii. Locus ergo hostium humilis dicitur: ut profecto nobis insinuet: quia verbo cogitatione, & opere semper sublimes esse debeamus. Et quia dum in humili remissioris vitæ suæ loco reprobi capiuntur, exempla prauitatis ostendunt, quæ aliis imitanda proponantur: ab oriente Bethauen Magmas esse dicitur. Ab oriente quidem solis lucem oriri cernimus. Reprobam autem vitam quamquam veritatem obscuritatis habeat: qui hæc tamen pro vana seculi delectatione semper appetunt, nimirum velut falsæ lucis splendore saluntur. Unde & per beatum Iob dicitur: Auferetur ab impiis lux sua. Modo quidem velut lucidum eis placet blandimentum seculi: sed dum de seculo exeunt, perpetuas subibunt tenebras, quæ lucem esse crediderunt. Tunc videbunt, quia lux non fuit, quando in aduersitatem prosperitas, lux in tenebras, risus in mœrorem, dulcedo in verum, decor in deformitatem, honor in dedecus, blandimenta in penas & aeterna tormenta commutantur. Hæc profecto quia nunc impiorum corda non sentiunt, bonorum mores imitari refugiunt: & exemplo perditorum quicquid de seculo eis placet, sumere nequaquam timent: quia illos imitantur, qui per vitam reprobam habitacula demonum facti sunt. Unde & merito domus inutilis dicitur: quia sæpe doctorum prædicationem suscipiunt, sed verbum, quod ab eorum ore audiunt, in se habitare per amorem nequaquam patiuntur. Inutilis ergo domus sunt: quia aptam in se deo habitationem non faciunt. Hanc inutilem domum per semetipsam veritas in Euangelio designat, dicens: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Hinc iterum scriptum est: Spiritus sanctus disciplina effugit: & non habitat in corpore subdito peccatis. Bene ergo inutilis domus habere in orientis parte Magmas dicitur: quia qui sanctorum prædicationem spernunt, in reproborum exemplo imitantes, & terrena quærentium, velut in magnæ lucis exitu gratulantur. Sed dum loquentibus sacre historie mysteriis,



Rom. 8.

Iaco. 3.

I. Ioh. 1.

2. Reg. 13.

Luc. 14.

Esa. 61.

Matt. 12.

Iob. 38.

Matt. 8.

Sap. 1.

**G** malorum conuersatio demonstratur, quàm sit cauta sanctorum vita subsequenter ostenditur. Nam sequitur. Quod cum vidissent viri Israël, se in arcto sitos afflictus est populus, & absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & cisternis. In arcto quidem sumus, quando ab immundis spiritibus intus tentamur, & foris malorum hominum exempla conspiciamus. Contra internam ergo malorum spirituum tentationem bene dictum est, Afflictus est populus, & contra exteriora exempla impiorum hominum,

Absconderunt se: quia blanda & læta nobis appetenda callidus aduersarius suggerit, qui nunquam melius vincitur, quam si tentati ad deuotæ orationis lætæ curramus. Et exempla prauorum vitare citius possumus, si ea etiam respicienda non esse iudicemus. Abscondi ergo sanctorum est, reproba videre dedignari. Et quia quinque sensus corporis a reproborum imitatione custodiunt, quinque etiam latibulorum genera describuntur, speluncæ scilicet abdita, petra, antra, & cisternæ. Speluncæ verò montium occulta sunt. Quia verò alta in cœlesti desiderio sunt corda sanctorum, & malignis spiritibus clausa, & inaccessibleia sunt. Speluncas ergo ingredimur, quando ad mentium secreta recurrimus: ne vagantibus oculis foris, concupiscenda videamus. In abditis abscondimur: quando clausi oris silentia occulta seruamus. Petras ascendimus: quando actum corporis in robusta operatione locamus. Vnde & de his absconditis per prophetam dicitur sub vnius assignatione: Qui claudit oculos suos, ne videat malum: & obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & excutit manus ab omni munere: in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius. Antra & cisternas intramus: quando & olfactum ab obscenitatibus mundi, & aures ab audiendis vaniloquiis custodimus. Cisternæ: nanque aquarum sanctarum scripturarum verba sunt. In cisternis ergo abscondimur: quando ad sacri eloquii aquas ingredimur, vt per aurium officium mentium prata rigemus. Bene enim in electorum typo Israël latibula memorantur: quia qui sensus corporis a delectationum carnalium inquinamento non protegit, ocaltorum hostium gladium non euadit. Dicat ergo occultæ illius congressionis victoriam, dicat, Afflictus est populus. Dicat aperte obiecti extra certaminis triumphos. Absconderunt se. Afflictio quippe electæ mentis, omnis diabolicæ tentationis peremptorius mucro est. Nam dum profundè compungitur, in superni gaudij amorem subleuatur, & tanto iam fortius oblata mundi oblectamenta respuit, quâto iam cœlestia seruentius diligit, ad quæ flendo conscendit. Doctor nanque egregius dicit: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Qui certè regni cœlestis introitus sic speratur in fine temporum, vt in quotidiana sanctorum vita sentiatur. Tribulatio igitur nostra superni gaudij introitus est. Merito ergo quoties electa mens in afflictionis suæ lamento compungitur, se tribulando, hoc obtinet, vt intret in contemplationem illius superni regni, in quo ineffabiliter gratoletur. Et dum sancti viri amatores mundi in flore transeuntis lætitiæ videre refugiunt, dum corporeos sensus suos ab eorum imitatione abscondunt, eorum quæ cernitur non est fuga, sed gloriosa victoria. Actus quidem terrenos fugiunt, sed cœlestes assequuntur, mundo delitescere videntur, sed cœlesti gloriæ reuelantur. Fugiendo igitur noxia, hostes suos validius insequuntur, & valde nobiliter triumphant, cum sic ad cœlestia properant, vt eos aduersariorum polluta seuitia non contingant, sequitur:

**H** Esai. 33. Hebræi autem transire Iordanem ad terram Gad, & Galaad. Hoc profecto si prius iuxta literam scire volumus, Hebræi isti & timore perterriti, & ad hostes suos confugisse sentiuntur. Nam nō multo post in aperta Ionathæ victoria scribitur, Hebræi qui fuerant cum Philistim heri, & nudius tertius, ascenderuntque cum eis in castra, reuersi sunt, vt essent cum Israël, qui erant cum Saul, & Ionatha. Quid verò in hoc facto signatur, nisi quod quotidie in sancta ecclesia fieri cernimus, bonorum esse tutam & cautissimam vitam, negligentium præcipitem impatientiam. Infirmi quidem, & audaces sunt, curiosi ad actiones seculi, debiles ad tolerandum bellum tentationis. Et si in his nostra discutimus, in monasteriis plarique tales inueniuntur. Intra portus quidem tranquilla

**A**cto. 14. in habitant, sed aperti pelagi procellas, & tempestatum turbines nequaquam pensant. Cumque foris quasi fortes agere se magna æstimant, ad grauissima tentionum prælia faciles exeunt, ad fortes aduersarios impotentes. Ratione quidè improuidi, robore infirmi, sicut astutæ tentationis fraudes non intelligunt, ita & apertas blandimentorum decipulas nō euadunt. Iordanem ergo transeunt, quia ad perpetranda carnis flagitia incuruantur. Iordanis quidè descensus eorū interpretatur. Qui ergo iustitiâ deserunt, ab alto monte virtutum cadunt. Quia ergo infirmi quique libenter appetit mundi blandimenta, quæ cernunt, in eorum typo Hebræi non trans Iordanem perlati, sed Iordanem transire perhibentur. Transire quidem volentis est. Iordanem itaque transeunt, qui ad carnales delectationes voluntaria, & festina deliberatione fluctuant. Possunt autem intelligi Iordanem transire, qui nouiter peccare incipiunt, sed aliorum peccatorum hominū nequitiis peccando transcendunt. Ad descensum quippe eorū desinendo, non transiendo pertingerent, si aliis aequalia mala facerent, & non ea audendo superarent. Et quia in nequiori etiam vita pares suos inueniunt, bene ad terram Gad, & Galaad, trans Iordanem peruenire memoratur. Velut enim trans Iordanem habitant, qui per peccandi vsum, malis peiores fiunt. Ab hoc descensu culpæ erigere peccatores venerat ille, de quo scriptum est. Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum poenitiæ in remissionem peccatorum. Qui de omnibus culpis prædicare poenitentiam venerat, in omnes vtique descensus regiones venisse prædicatur. Sequitur: Cumque adhuc esset Saül in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Expectauit autem septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saül, adferre mihi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum. Hucusque quia de Saül (vt superius dictum est) electo & bono diuinus sermo locutus est, ratione visum est, vt quæ de eo dicebantur, tam per historiam, quam per moralitatem in bonam partem acciperemus. Nunc vero quia ad locum transgressionis eius peruenimus, nimirum necesse est, vt in eo ea etiam, quæ sunt vitanda videamus. Sed quid vnquam studiosius vitandum electis omnibus quam superbire, & inobedienciæ malum videri debuit. Hæc quippe primi angeli sublimitatem deposuit, hæc perditorum spirituum gloriam strauit. Hæc primo homini felicitatem abstulit, hæc captiuitatis humanæ perpetuas ærumnas inuexit. Et ecce primo angelo, primo homini, electi populi per inobedienciæ rex primus adiungitur, vt dum magna prouunt, minima erigantur. Bene quippe erigimur, si & illorum lapsus aspiciamus, & vitamus, Vbi ergo Saul ceciderit, attente considerandum est. Superius nanque ei dixerat Samuel: Descendas ante me in Galgala. Ego quidem descendam ad te, vt offeras holocaustum, & oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis me, donec veniam ad te: & ostendam tibi, quæ facias. Idecirco igitur per inobedienciæ cecidit, quia integris septem diebus sicut iussus fuerat, non expectauit. Nam in eodem loco repente subiungitur. Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Quo in loco trementi corde considerandum est, quam breuissimi temporis expectatione neglecta, repullus sit. Cum compleisset (inquit) holocaustum ecce Samuel veniebat. Si ergo cum solo temporis breuissimo intervallo expectaret, quo obtulit holocaustum, securus iam regni sui robur obtinere potuisset. Itaque si tanta poena est, quando Propheta despicitur: quid putamus de pelago illo diuinæ animaduersionis incurramur, cum ipsa diuina præcepta dissipantur? Et quia in momento transit carnis delectatio, & omnis peccatorum commissio: & breuis quidem est hora transgressionis, nō tamen breuis poena flagiti: quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdimus omnium seculorum. Statim enim post peccatu sermo propheticus venit, vt increpet: qui adesset, si nō peccaremus, vt in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet iam diuinū eloquium contra se: quæ si pollui vitaret, ab eo adiuta & releuata proprio vigore subsisteret. Quid enim vobis aliud spiritualiter designat, quod dicitur: Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat.)

**I**nfra. 14. in habitant, sed aperti pelagi procellas, & tempestatum turbines nequaquam pensant. Cumque foris quasi fortes agere se magna æstimant, ad grauissima tentionum prælia faciles exeunt, ad fortes aduersarios impotentes. Ratione quidè improuidi, robore infirmi, sicut astutæ tentationis fraudes non intelligunt, ita & apertas blandimentorum decipulas nō euadunt. Iordanem ergo transeunt, quia ad perpetranda carnis flagitia incuruantur. Iordanis quidè descensus eorū interpretatur. Qui ergo iustitiâ deserunt, ab alto monte virtutum cadunt. Quia ergo infirmi quique libenter appetit mundi blandimenta, quæ cernunt, in eorum typo Hebræi non trans Iordanem perlati, sed Iordanem transire perhibentur. Transire quidem volentis est. Iordanem itaque transeunt, qui ad carnales delectationes voluntaria, & festina deliberatione fluctuant. Possunt autem intelligi Iordanem transire, qui nouiter peccare incipiunt, sed aliorum peccatorum hominū nequitiis peccando transcendunt. Ad descensum quippe eorū desinendo, non transiendo pertingerent, si aliis aequalia mala facerent, & non ea audendo superarent. Et quia in nequiori etiam vita pares suos inueniunt, bene ad terram Gad, & Galaad, trans Iordanem peruenire memoratur. Velut enim trans Iordanem habitant, qui per peccandi vsum, malis peiores fiunt. Ab hoc descensu culpæ erigere peccatores venerat ille, de quo scriptum est. Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum poenitiæ in remissionem peccatorum. Qui de omnibus culpis prædicare poenitentiam venerat, in omnes vtique descensus regiones venisse prædicatur. Sequitur: Cumque adhuc esset Saül in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Expectauit autem septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saül, adferre mihi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum. Hucusque quia de Saül (vt superius dictum est) electo & bono diuinus sermo locutus est, ratione visum est, vt quæ de eo dicebantur, tam per historiam, quam per moralitatem in bonam partem acciperemus. Nunc vero quia ad locum transgressionis eius peruenimus, nimirum necesse est, vt in eo ea etiam, quæ sunt vitanda videamus. Sed quid vnquam studiosius vitandum electis omnibus quam superbire, & inobedienciæ malum videri debuit. Hæc quippe primi angeli sublimitatem deposuit, hæc perditorum spirituum gloriam strauit. Hæc primo homini felicitatem abstulit, hæc captiuitatis humanæ perpetuas ærumnas inuexit. Et ecce primo angelo, primo homini, electi populi per inobedienciæ rex primus adiungitur, vt dum magna prouunt, minima erigantur. Bene quippe erigimur, si & illorum lapsus aspiciamus, & vitamus, Vbi ergo Saul ceciderit, attente considerandum est. Superius nanque ei dixerat Samuel: Descendas ante me in Galgala. Ego quidem descendam ad te, vt offeras holocaustum, & oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis me, donec veniam ad te: & ostendam tibi, quæ facias. Idecirco igitur per inobedienciæ cecidit, quia integris septem diebus sicut iussus fuerat, non expectauit. Nam in eodem loco repente subiungitur. Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Quo in loco trementi corde considerandum est, quam breuissimi temporis expectatione neglecta, repullus sit. Cum compleisset (inquit) holocaustum ecce Samuel veniebat. Si ergo cum solo temporis breuissimo intervallo expectaret, quo obtulit holocaustum, securus iam regni sui robur obtinere potuisset. Itaque si tanta poena est, quando Propheta despicitur: quid putamus de pelago illo diuinæ animaduersionis incurramur, cum ipsa diuina præcepta dissipantur? Et quia in momento transit carnis delectatio, & omnis peccatorum commissio: & breuis quidem est hora transgressionis, nō tamen breuis poena flagiti: quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdimus omnium seculorum. Statim enim post peccatu sermo propheticus venit, vt increpet: qui adesset, si nō peccaremus, vt in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet iam diuinū eloquium contra se: quæ si pollui vitaret, ab eo adiuta & releuata proprio vigore subsisteret. Quid enim vobis aliud spiritualiter designat, quod dicitur: Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat.)

inhabitant, sed aperti pelagi procellas, & tempestatum turbines nequaquam pensant. Cumque foris quasi fortes agere se magna æstimant, ad grauissima tentionum prælia faciles exeunt, ad fortes aduersarios impotentes. Ratione quidè improuidi, robore infirmi, sicut astutæ tentationis fraudes non intelligunt, ita & apertas blandimentorum decipulas nō euadunt. Iordanem ergo transeunt, quia ad perpetranda carnis flagitia incuruantur. Iordanis quidè descensus eorū interpretatur. Qui ergo iustitiâ deserunt, ab alto monte virtutum cadunt. Quia ergo infirmi quique libenter appetit mundi blandimenta, quæ cernunt, in eorum typo Hebræi non trans Iordanem perlati, sed Iordanem transire perhibentur. Transire quidem volentis est. Iordanem itaque transeunt, qui ad carnales delectationes voluntaria, & festina deliberatione fluctuant. Possunt autem intelligi Iordanem transire, qui nouiter peccare incipiunt, sed aliorum peccatorum hominū nequitiis peccando transcendunt. Ad descensum quippe eorū desinendo, non transiendo pertingerent, si aliis aequalia mala facerent, & non ea audendo superarent. Et quia in nequiori etiam vita pares suos inueniunt, bene ad terram Gad, & Galaad, trans Iordanem peruenire memoratur. Velut enim trans Iordanem habitant, qui per peccandi vsum, malis peiores fiunt. Ab hoc descensu culpæ erigere peccatores venerat ille, de quo scriptum est. Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum poenitiæ in remissionem peccatorum. Qui de omnibus culpis prædicare poenitentiam venerat, in omnes vtique descensus regiones venisse prædicatur. Sequitur: Cumque adhuc esset Saül in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Expectauit autem septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saül, adferre mihi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum. Hucusque quia de Saül (vt superius dictum est) electo & bono diuinus sermo locutus est, ratione visum est, vt quæ de eo dicebantur, tam per historiam, quam per moralitatem in bonam partem acciperemus. Nunc vero quia ad locum transgressionis eius peruenimus, nimirum necesse est, vt in eo ea etiam, quæ sunt vitanda videamus. Sed quid vnquam studiosius vitandum electis omnibus quam superbire, & inobedienciæ malum videri debuit. Hæc quippe primi angeli sublimitatem deposuit, hæc perditorum spirituum gloriam strauit. Hæc primo homini felicitatem abstulit, hæc captiuitatis humanæ perpetuas ærumnas inuexit. Et ecce primo angelo, primo homini, electi populi per inobedienciæ rex primus adiungitur, vt dum magna prouunt, minima erigantur. Bene quippe erigimur, si & illorum lapsus aspiciamus, & vitamus, Vbi ergo Saul ceciderit, attente considerandum est. Superius nanque ei dixerat Samuel: Descendas ante me in Galgala. Ego quidem descendam ad te, vt offeras holocaustum, & oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis me, donec veniam ad te: & ostendam tibi, quæ facias. Idecirco igitur per inobedienciæ cecidit, quia integris septem diebus sicut iussus fuerat, non expectauit. Nam in eodem loco repente subiungitur. Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Quo in loco trementi corde considerandum est, quam breuissimi temporis expectatione neglecta, repullus sit. Cum compleisset (inquit) holocaustum ecce Samuel veniebat. Si ergo cum solo temporis breuissimo intervallo expectaret, quo obtulit holocaustum, securus iam regni sui robur obtinere potuisset. Itaque si tanta poena est, quando Propheta despicitur: quid putamus de pelago illo diuinæ animaduersionis incurramur, cum ipsa diuina præcepta dissipantur? Et quia in momento transit carnis delectatio, & omnis peccatorum commissio: & breuis quidem est hora transgressionis, nō tamen breuis poena flagiti: quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdimus omnium seculorum. Statim enim post peccatu sermo propheticus venit, vt increpet: qui adesset, si nō peccaremus, vt in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet iam diuinū eloquium contra se: quæ si pollui vitaret, ab eo adiuta & releuata proprio vigore subsisteret. Quid enim vobis aliud spiritualiter designat, quod dicitur: Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat.)

Luc. 3. L

Supra. 10. M



Eccles. 10.  
Esa. 50.  
Esa. 15.

Gen. 3.

**A** veniebat. Et si non obtulisset holocaustum, nihilominus & Samuel venisset. Sic nimirum & cum tentamur divina gratia iuncta est, quæ sustinentes adiuvet iuxta & divina iustitia, **B** quæ de se contra damnet. Vnde sacra scriptura nos expectat re canoetas, ait: Si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum cito non deseras. Hinc Propheta testificans, ait: Dominus auxiliator meus, & ideo nõ sum confusus. Hinc Psalmista vicina eadem auxilia respiciens, ait: Pronidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commoveat. Sed iam Propheta quid non expectanti dicat, quid is, qui expectare noluit, respondeat, audiamus. Locutusque est ad eum Samuel. Quid fecisti? Sciebat quidem propheta quid fecerat, sed interrogando inobediencie factum reprobabat. Vnde & ad peccantem Adam in paradiso a domino dicitur. Adam ubi es? Potest etiam per hanc interrogationem magnitudo reatus intuari. Ac si aperte dicat. Parum tibi videtur, quod inobediendo deliqueris, sed a sublimi gloriae tuæ culmine delinquendo cecidisti. Nunc ergo plerique intra sanctam ecclesiam se flagitiis obruunt, & quasi qui nulla, aut minima perdant, securi sunt. Dicatur ergo lapso, dicatur: Quid fecisti? Parum tibi videtur quod te peccati sorde pollueris, quia quam æternitatis gloriam perdidicis, quam gehennæ poenam merueris, non attendis. Interrogatur quidem peccator, quid fecerit, ut ad cor per lamenta perducatur, ut magna se incurrisse sciat, & parum nõ doleat. Sed quia ex radice superbiæ ipsa culpa inobediencie nascitur, solent inobedientes reatus sui magnitudinem, oburgantibus doctoribus, audire sed non humiliter consentiendo latissacere. Nam cum sublimes videri appetunt, lapsus suos ostendere dedignantur, & ideo excusationes proferunt, iustitiam prætendunt, quia apparere peccatores erubescunt. Bene ergo subiungitur: Respondit Saul. Quia vidi quod dilaberetur a me populus, & tu non veneras iuxta placitos dies. Porro Philistin congregati fuerant in Magmas. Dixique nunc descendam Philistin ad me in Galgala, & faciem domini non placui. Necessitate compulsus obtuli sacrificium. Ecce qui de magnæ transgressionis temeritate arguitur, magnas causas iustitiæ asserere non veretur. Vidi inquit quod dilaberetur populus a me. Ecce hic asseritur destitutus a populo. Porro non veneras iuxta placitos dies. Hic se ostendit Propheta promissione fraudatum. Porro Philistin congregati fuerant in Magmas. Hic pariter obicit imminens periculum congressionis. Quare ex actione sua verbum subiungens, ait: Necessitate compulsus obtuli holocaustum. Quasi dicat: Tu me de magno reatu arguis, cum reatus tanto sit leuior, quanto non temeritate consistat, sed necessitate. Sed qualem eum cognoscat Propheta, qui se cognoscere noluit, subiungens, ait: Stulte egisti, nec custodisti mandata domini dei tui. Superbi quique quia per timorem supra homines se esse arbitrantur, competenter arguuntur, cum eis diuina voluntas obicitur, quam offendunt. Saul ergo superborum more arguitur, qui domini dei sui mandata contempnisset perhibetur. Quod tale est, ac si superbientem, & contemnentem terreat, dicens: Et si homines despicias, nunc non consilia hominum, sed domini dei tui mandata dissipasti. Recte ergo tuum reatum pensas, si illum quem contemnis trementi corde consideras. Et notandum, quia non ait, non custodisti mandata dei tui, aut mandata domini tui, sed non custodisti mandata domini dei tui. Ac si aperte dicat. Ausus magnæ transgressionis esset, si ille cuius mandata despicias, tantum dominus tuus, non etiam deus existeret. Quantum ergo est, quod committitur: cum dei, & domini mandata negliguntur? Quia item non dixit domini dei mei, aut domini dei nostri, diuine familiaritatis gratiam, eum offendisse redarguit. Quasi dicat. Eius præcepta contempnisti, qui dum te de imo extulit, dum super alios te constituit, dum regem fecit, per impositionem tantorum munerum, velut specialiter tuus fuit. Adhuc quoque subiungitur, vnde transgressionis eius audacia maior esse doceatur.

Quæ (inquit) præcepit tibi. Quædam denique dei præcepta sunt communia omnium, non specialia aliquorum. Vt ergo audacem reum temeritatis suæ patenti obiectione conueniat: non cum præcepta communia, sed propria, & singu-

laria contempnisset demonstrat. Quæ als præcepit tibi. Ac si D dicat. Illa dei & domini tui mandata contempnisti, quæ non velut communia omnibus, sed velut propria, & soli tibi singulariter credita obseruare debuisti. Sed quid mereatur, exponit, dicens. Quod si non fecisses, iam præparasset dominus regnum tuum super Israel vsque in sempiternum: sed nequaquam ultra conserget. Ecce quam magna perdidit, qui ut putabat, nulla contempnit. Ecce septem diebus Prophetam sustinuit, sed dum præstolari eum in fine diei desit, gloriam tantæ dignitatis amisit. Vnde & per Prophetam dicitur: Væ iis, qui perdididerunt sustinentiam. Sustinentiam quidem perdunt, qui bona quæ inchoant, non consummant. Quibus nimirum væ esse dicitur: quia non solum incepti laboris mercedem perdunt, sed etiam apostatatus sui poena feriuntur. Poena autem superbi & inobediens regis declaratur, cum dicitur: Quod si non fecisses, præparasset iam dominus regnum tuum super Israel a modo, & vsque in sempiternum: sed non conserget. A modo, & vsque in sempiternum electum regnum paratur: quia qui temporalia bene ordinant, æternæ gloriæ sibi sublimitatem parant. Modo quidem electorum regnum paratur, cum per diuinam gratiam recte eorum ministeria dispensantur. Quod a modo, & vsque in sempiternum proficit: quia de sublimi actione huius temporis, sublimiorem illam æternitatis gloriam promerentur in caelis. In finem itaque reprobo regi dicitur: Regnum tuum nequaquam ultra conserget. Quasi dicat. Dum a temporali rectitudine deficit, ad æternitatis celsitudinem nõ pertingit. Vel idcirco ad literam nõ consergere dicitur quia cum ipso corrumpit, & post ipsum in eius filius non remanet. Sed ut liuoris poena feriat, non solum repulsionem suam, sed etiam electionem alienam audire compellitur. Nam subiungens Propheta, ait. Quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, & præcepit ei, ut esset dux super populum suum Israel. Per omnia verba hæc superbus eliditur:

Quæsiuit (inquit) virum iuxta cor suum. Quasi dicat. Ideo eum quæsiuit, quia tu iuxta cor suum esse noluisti. Quasi dicat: Talem virum populi sui ducem constituit, qui præceptum diuini consilij exequatur virtute deuotionis. Quia enim corde ea quæ agere volumus, deliberare solemus: dum vsu nostræ locutionis cor dei in sacro eloquio ponitur, per eum voluntas eius intima designatur, quæ a nobis tunc foris agnoscitur, quando inobediencie præcepta reuelantur. Iuxta eam vero sumus, quando hanc & per intellectum agnoscimus, & per amorem custodimus. Bene ergo de domino Propheta Samuel dicit. Quæsiuit sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ut esset dux super populum suum: quia ille alius utiliter præcipit, qui obedire deo perfecte iam nouit, qui solum hoc præcipit, quod ex consilio procedit iustitiæ veritatis. Sed quid est, quod quasi de præterito dicitur: quæsiuit sibi dominus virum, & præcepit ei ut esset dux, cum non fuerit quæsitus: nec ei ut populo suo præficeret, iniunctum. Nam postquam Saul percussit Amalech eidem Prophetae dominus ait: Imple cornu tuum oleo, & veni mittam te ad Isai Bethelitem. Sed hæc quæstio facile soluitur, si omnipotentis dei præscientia, & prædestinatio videatur. Et quidem prædestinare, facere est: & apud ipsum iam facta sunt, quæ ab ipso fieri, præordinata sunt. Vnde & de eo scriptum est: Fecit, quæ futura sunt. Sed quæsiuit virum deus dicitur, ut eligendorum antistitum forma hominibus præbeatur. Querere enim solemus, quæ aut præsentia, non cognoscimus: aut absentia, non videmus. Deus autem cui nihil est absens, nihil latens, non dicitur quæsiuit virum, ut absentem, aut absconditum: sed quæsiuit dicitur, ut omnis, qui ad sanctæ ecclesiæ culmen eligitur, discutiendus ab hominibus esse doceatur. Sed quæri debet secundum cor dei, ut videlicet non solum diuinam voluntatem intelligat, sed bonis operibus ostendat. Quia item electi viri ad honorem primatus non ex ambitione veniunt, sed coacti perducuntur, bene dictum est: Et præcepit ei, ut esset dux. Quasi dicat. In honorem prælationis non per ambitionem subit, sed coactus ascendit. Potest etiam intelligi vir pro fortitudine, secundum cor Dei, pro interna charitate. Quando igitur necessitas exigit, ad curam sanctæ ecclesiæ quaratur

Eccles. 2.

F

Infr. 15.

Eccles. 7.

**G** vir, ut sit conversatione fortis: quærat secundum cor dei, ut per affectum magis amoris, quasi vnitus sit diuine voluntati: præcipiatur ei, ut sit dux: quatenus sublimitatis ordinem contemderet ex cupiditate non ambiat, sed ex humilitate pertimescat: sicque sibi humilis metuat, ut subdi præcepto dei deuotus agnoscat. Sed quia his verbis propheta lapsi regis vitam reprehenderat, sequitur. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis, in Gabaa Benjamin. Quasi ab alto ad planum sanctæ ecclesiæ doctor venit, quando peccatorum culpas redarguit & status sui sublimitatem curuat: cum ad discutienda malorum crimina se per affectum charitatis humiliat. Bene ergo de eo qui peccatorum arguerat dicitur, Surrexit & ascendit. Surgit quippe electus prædicator, quando ad altitudinem suæ spiritualis conuersationis se per intentionem erigit: ascendit autem, quando ad arduam eiusdem vitæ suæ celsitudinem per consuetum opus venit. Cælestia quidem desideria, spirituales virtutes, bona opera in sublimi sunt, affectus terreni, concupiscentiæ seculares, vitia, & peccata in infimis. Doctor vero ut lapsos bene corrigat, prius culpas discutendo inuenit, deinde inuentas ferit. Ut ergo quæ feriat perspicue & aperte videat, mentis oculos ad videnda ima peccatorum vulnera curuat. Sed perspecta non ferit, si ad tangenda ea iam infimis non descendit. Surgere ergo, & ascendere propheta dicitur, quia electi doctores sic ad ima nostra videnda, & emendanda plerumque veniunt, ut redire statim ad alta conuersationis suæ nunquam obliuiscantur.

**H** Quibus etiam verbis sacerdotalis animi libertas asseritur. Nam plerique alios increpant, qui semetipsos validissimo ira bello perturbant. Post increpatas vero culpas surgere, & ascendere nequeunt, quia in semetipsis turbidi, ad alta intima quietis progredi nequaquam permittuntur. Quidam coercendas aliorum turpitudines audiunt, sed cum ad cogitanda ima descenderint, noxia eorum delectatione sordidantur. Infirmi quidem & tanti ministerij impares, dum soluere inferius aliorum modos gestiunt, illos non liberant, sed semetipsos ligant. Quid ergo significat, quod de Samuele dicitur: Surrexit & ascendit, nisi quod in perfectioribus viris aspiciamus, qui sic nostra inquinamenta respiciunt, ut ab eis nequaquam sordidentur, sic nobis irascuntur, ut quieti intus, secreti sui alta conscendere velociter possint. Fortes namque, & potentes sunt, & qui magna, & fortia sua leuiter ferunt, nostris infirmitatibus non grauantur. Et quia in correctione nostra sanctæ scripturæ testimonia proferunt, à Galgalis surgere, & ascendere perhibentur. Galgala quidem (ut plerumque iam dixi) rota nominatur. Testimonia vero scripturarum quia per diuersos sensus in nostra eruditione voluuntur, velut rotæ sunt. Et quia cum sancti prædicatores subditorum sollicitudinem deserunt, in æternæ vitæ contemplatione sublimantur, in Gabaa Benjamin Samuel ascendere dicitur. Gabaa denique Benjamin collis filij dextræ interpretatur. Quis ergo

**I** est filius dextræ, nisi quem sancta Euangelia continentur ad cælos ascendere, & ad dexteram dei patris sedere? Collis igitur filij dextræ, æterna est celsitudo redemptoris. Quando enim ima nostra sancti prædicatores deserunt, in alta illa diuina redemptoris per intentionem surgunt, & per visionem conscendunt. Potest & secundum historicum sensum simplicius intelligi hoc quod dicitur: Surrexit & ascendit: quia videlicet in rege, quem arguerat, humilitatem penitentiam, qua manere cogerebatur, minime cognouit. Idem tamen rex in ministerio relinquitur, ut ipsa propheta separatione corrigatur: quia plerumque quos prædicatores verba non corrigunt, diuidi à prædicatorum familiaritate, vel à sanctæ ecclesiæ vnitate pertimescunt. Iuxta prædicatores duri sunt, sed separati resipiscunt: & qui inobediendo peccauerunt, obedire deo iam humiliter parant. Vnde & rex Saul non multo post demoliri Amalechitas præcipitur: ut si mandatum domini eiusdem cæde gentis perficeret, prioris inobediencie nexus enodaret. Separatus quidem à propheta, ea agere visus est: ut ad agenda alia iuberetur. Quare & subditur. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabat illos: venientes ex Galgala in Gabaa Benjamin. Nonnulli sic in peccato currunt, ut in nullo bono opere teneantur: nonnulli vero dum mala se perpetrasse recolunt, agere bona instantius conan-

Infra. 15.

tur. Agendo quippe bona, mala quæ relinquunt, operiunt: ne ab æterno iudice detecta iudicentur. Hoc nimirum si factum Saul in bonam partem deducimus, hoc inuenimus: quia qui prius in sacrificio, metuens Prophetæ mandata contempsit, postea vero ad eos, quos metuerat, conterendos populi dei aduersarios festinauit. Quo in loco etiam hoc notandum est, quia quem Propheta deseruit, ad experienda bella hostium de Galgalis ascendit. Plerosque etenim peccatores iusta prædicatorum seueritas proicit, quos tamen diuina memoria non relinquit. Solatia & adhortationes rectorum propter culpas amittunt: sed sacras scripturas consulunt, propositum resumunt, & qui inobediencie malo velut lapsi iacuerant: erecti per obediencie feruorem ad occultorum hostium bella procedunt. Bene ergo de Galgalis, id est, de rotis venire memorantur: quia de sanctis scripturis accipiunt, vnde aduersariæ partis militiam comprimere fortiter possint. Quia vero perditæ conuersationis altitudinem recuperare vincendo satagunt, in Gabaa Benjamin ascendere dicuntur. Quia item alij in latibus se clauferant: alij ad hostes confugerant, reliqui populi vocantur, qui nullo sunt timore perterriti: sed cum rege suo ad locum festinant congressionis. Quod etiam nunc in ecclesia videmus, quia videlicet plerique quasi paruuli proficere per priuata vitæ studium proponunt, plerique fortes in expositis quoque maligni hostis certaminibus audaces sunt: ut aperte videant seculi blandimenta, quæ appetant, sed appetere visa contemnunt. Hi quidem non in latibus, sed in aperti certaminis campo consistunt: expositi ad prælium, fortes ad triumphum, qui pugnare possunt, & nequeunt superari. Vnde & per perfectum numerum designantur, cum subditur. Et recensuit Saul populum, qui inuentus fuerat cum eo, quasi sexcentos viros. Septem quippe diebus hebdomada impletur, sed vnus eorum ad operandum prohibitus est, lex vero in boni operis studio conceduntur. Centenarius autem numerus summam continet numerorum. In sexcentis ergo viris, qui alij designantur, nisi qui opere, & cordis deliberatione robusti sunt? Nam quidam fortia proponunt, sed quia quod proponunt, non faciunt, ad sexcentorum virorum numerum non pertingunt. In sexcentis ergo viris, fortes operari sanctæ ecclesiæ designantur, quia magna proponunt, & rigorem propositi fortitudine complent bonæ operationis. Qui bene cum rege inacti perhibentur, quia cum pastoribus sanctæ ecclesiæ in bona voluntate, & pia actione conueniunt. Cum eis namque sunt, à quibus nec voluntate discrepant, nec operatione discordant. Qui sic conuenire dicuntur, ut excellere prædicatorum dignitas sentiantur, quia etiam idem bonum subditi, quod prædicatores volunt faciunt, illi tamen in eodem bono præcipui sunt, quorum ut ordo est celsior, ita & ardentior virtus animi, & robustior nixus operationis. Quare & separatim de rege, & eius filio dicitur: Et Saul, & Ionatha. Vt quid enim separatim rex, & eius filius nominatur, nisi quia actio boni præsulis claret esse singularis? Et quia omnium fidelium subditorum non est vniformis æqualitas, sequitur. Et populus qui inuentus est in Gabaa Benjamin. Satis replicatum est, quod Gabaa collis interpretatur. Collis vero non summitas, sed montium est altitudo summitati vicina. Quid vero in isto colle, nisi alta, & perfecta vita intelligitur fidelium subditorum? Hæc nimirum quauis prædicatorum celsitudini æqua non sit, tamen ab aliorum meritis valde cernitur esse sublimis. Vnde & de quibusdam præcipuis electis in Apocalypsi legitur: Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Quos & clarius demonstrans, ait: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit. Dum ergo spiritualia prælia describuntur, populus inuentus in Gabaa Benjamin specialiter recensetur, quia virginum chorus contra immundorum spirituum ferocitatem tanto violentior est, quanto nullo eorum vulnere saucius, nulla eorum suggestionis sorde pollutus. Liber quippe, & integer, expeditus est ad occursum, fortis ad ictum. An non in colle filij dextræ sunt, quos integritatis suæ merito dilectus Iesu respicit, dicens: Vidi supra montem Syon agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia? sed & nisi valde fortes

Apoc. 14.



**A** de fortes essent, ad tantam celsitudinem fatigati ascendere nequaquam possent. Item nisi omnium cogitationum liberi essent, post agnum vbiq; currere non valerent. Quia ergo in occisi certaminis triumpho virgo quisque mirabilis est, dū ordo congressionis describitur, sub typo populi Gabaa virginis specialis dignitas memoratur. Sequitur. Porro Philistim conscenderant in Magmas. Et egressi sunt ad praeliandum de castris Philistim tres cunei, vnus cuneus pergebat contra viam Esraim, ad terram Saül, porro alius ingrediebatur per viam Bethoron, tertius autem vertit se ad viam termini in terra Sabaa imminenti valli Seboim, contra desertum. Quid est, quod Philistaei tres cuneos faciunt, nisi quia maligni spiritus cordi nostro, linguae, & operi inferere perueria moluntur. Quia enim cogitando, vel loquendo, siue faciendo omne peccatum committitur, tres sunt Philistinorum cunei, quia maligni spiritus impellere ad peccandum animas satagunt, negligentia cordis, effrenatione oris, audacia peruerli operis. Vnde & primus cuneus contra viam Esraim pergere dicitur, quia expugnare innocentiam à corde incipiunt. Viam quippe Esraim, id est fructiferi cordis, bona est cogitatio. Contra viam ergo Esraim primus Philistinorum cuneus pergit, quia occulti aduersarij si prius vsum bonae cogitationis à mente non auferunt, ad eradicandos virtutum eius fructus peruenire non possunt. Cōtra Esraim igitur viam veniunt, quando bonae cogitationi insidiantur, quae via ad terram Saül tendere dicitur. Quid enim est aliud mēs electi discipuli, nisi fructifera valde terra doctoris? Vnde & dominus in euangelio parabolam seminū exponēs, ait: Quod cecidit in terram bonam si sunt, qui in corde bono & optimo, verbum excipiunt, & fructum afferunt in patientia. Dicitur ergo de primo cuneo Philistinorum pergebant contra viam Esraim, vt dum literae sensum spirituale percipimus, cogitationis aditum malignis spiritibus obstruamus. Sed dū cor munimus, linguam pariter à superfluis locutionibus refrenare compellimur. Vnde & secundus cuneus per viam Bethoron ingredi dicitur. Bethoron quippe domus irae interpretatur. Domus vero irae est mens viuis feruens linguae litigiosa. Quam certe domum sapiens ille insinuat, qui ait: Ira requiescit in sinu stulti. Per hanc quidem ad cor stulti hostes ingrediuntur, quia maligni spiritus dū ad effrenata verba linguam solunt, iras accendunt, & mutuam fidelium charitatem ferunt. Qui ergo cauere cogitationes noxias didicit, si oris custodiam tenere non nouit, vnus cunei impetum vicit, alterius nō euasit. Tertius vero cuneus vertit se ad iter termini. Quis est terminus cogitationis, & verbi, nisi consummatio boni operis? Nam idcirco bona cogitamus, & loquimur: vt ea ad finem boni operis perducamus. Sed cum antiquus hostis verbis, & cogitationibus nocere non praevalet, in finem laqueos tendit: & bonum opus fidelium euacuare, vel impedire appetit. Quis vero est iter termini, nisi studium bonae operationis? Quia ergo multis insidiis maligni spiritus nituntur, vt studium boni operis deseratur, ad iter termini tertius cuneus verti dicitur. Potest etiam in hoc termino, vitae nostrae finis intelligi. Ad iter vero termini cuneus vertitur, quia interrumpere hostis opus bonum nititur: ne vix ad vitae finem perducatur. Vnde & Psalmista lapsorum sletus in se exprimens, ait: Funes extenderunt in laqueum pedibus meis, iuxta iter scandalum posuerūt mihi. Iuxta iter quidem scandalum ponitur, vt bona electorum opera ante huius vitae consummationem deseratur. Quid est autem quod ait: In terra Sabaa, imminenti valli Seboim contra desertum? Sed haec nomina locorum ad designandum situm termini, quē dixerat, posita sunt. Sabaa vero in lingua nostra caprina dicitur: Seboim capreae nuncupantur. Quae est autem ista captiua, nisi humana natura: quae in paradiso fuit posita, & nūc ad perferendas huius mortalitatis ærumnas in hunc seculum est ligata? Quae est autem terra captiuae huius, nisi peregrinatio vitae temporalis? Bene igitur dum verti cuneus dicitur, terra captiuae memoratur: quia maligni spiritus in hac terra peregrinationis nostrae praelia contra nos mouere possunt, illa vero vita nostra non possunt. Sed electorum praelens conuerſatio quamuis in hoc captiuitatis exilio posita sit, si iter termini perfecte custodit, post termini huius angustias, ad la-

titudinem immortalitatis peruenit. Vnde & termini huius D terrae valli Seboim, id est, caprearum imminere perhibetur. Vallis quippe caprearum est, mors preciosa sanctorum: quia vnde moriendo deponuntur, inde ad gaudia aeterna subleuantur. Capreae quidem velocia animalia esse, & magnos saltus dare quis nesciat? Recte ergo sanctorum animarum dignitatem capreae designant: quae in morte corpora deserunt, sed quasi magnos saltus dantes, per ingētia merita ad superna regna conscendunt. Dicat ergo quia terminus terrae captiuae imminet valli Seboim: quia etiā damnata est humana conditio, sic tamen est in dei filio exaltata: vt cum ad vitae temporalis terminum ducitur, in morte dantur, vt in aeternae vitae celsitudinem subleuetur. Dicat ergo quia Tertius cuneus ad iter se vertit termini in terra captiuae, quae imminet valli caprearum: vt malignos spiritus ad hoc electorū extrema bona peruertere conari aſſerat, vt ad superna gaudia non conscendant. Quae etiam vallis sita contra desertum dicitur. Quid deserti nomine hoc loco, nisi infernum accipitur? Desertum quidem recte intelligitur, vbi electorum nullus inuenitur. Desertum etiam dicitur, in quo ærumnarū solatia nulla sentiuntur. Vallis ergo caprearum contra desertum sita perhibetur: quia sanctorum mori diuersum omne ab inferni meritis habet, & cōueniens aliquid, & dignum inferni poenis non habet. Sequitur: Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel. Cauent enim Philistim ne forte facerent Hebraei gladium, aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistim, vt exaceret vnusquisque vomerem, aut ligonem, & securim, & sarculum. Hae profecto omnia describuntur, vt modus subsecuturæ victoriae insinuetur. Armati quippe ab inermibus victi sunt: vt totum, quod vincitur, omnipotentis dei laudibus tribuatur. Nos autem si more nostro spiritualiter ista prosequimur, mysteris vacua non inueniemus. Quid est ergo quod dicitur, Faber ferrarius non inueniebatur in Israel: nisi quia ad spiritualia bella non per seculares literas, sed per diuinas instrumur. Faber quippe ferrarius in Israel non inuenitur: quia fideles domini videntes arte secularis scientiae contra malignos spiritus nequaquam praeliantur. Fabri nanque arte adituri vincerent, si secularis eloquentiae iaculis, occultis hostibus praevalet. Quae profecto secularium librorum eruditio, & si per semetipſam ad spirituale sanctorum consiliū non prodest, si diuinæ scripturae coniungitur, eiusdem scripturae scientia subtilius eruditur. Ad hoc quidem tantum liberales artes discendae sunt, vt per instructionem illarum, diuina eloquia subtilius intelligantur. A nonnullorum cordibus discendi desiderium maligni spiritus tollunt: vt & secularia nesciant, & ad sublimitatem spiritualium non pertingat. Bene ergo dicitur: Cauent enim Philistim ne forte facerent Hebraei gladium, & lanceam. Aperte quidē daemones sciunt, quia dum secularibus literis instrumur, in spiritualibus adiuuamur. Cum ergo nos ea discere disſuadent, quid aliud, quam ne lanceam, aut gladium faciamus praecaueat? Dicat ergo historica, & studium electorum propheta insinuet, & exponat: Descendebat Israel ad Philistim, vt exaceret vnusquisque vomerem suum, aut ligonem. Ad Philistaeos descendimus, quando ad discēdos seculares libros animum inclinamus. Et descēsus dicitur, quia Christiana simplicitas in alto est. Sed quid est quod seculares literae dicuntur in plano esse, modus vero dicendi sublimis? Quia cum ecclesia nulla narrent, & miro dicendi ordine quae proponuntur, explicant: & narrando, sublimantur: & carnalia dicendo, deponuntur. Quem profecto dicendi, siue intelligēdi modum qui scire appetit, descendat ad Philistim: vomerem, & ligonem acuat: vt ad secularium etiam carnalia audienda deponatur, qui eorum eloquentia instrui penitus nititur. Hanc quippe secularem scientiam omnipotens deus in plano ante posuit: vt nobis ascendendi gradum faceret, qui nos ad diuinæ scripturae altitudinem leuate debuisset. Idcirco eam praemitte-re voluit, vt in ipsa nos instrueret ad spiritualia transire. Vnde & Moyses qui nobis diuinorum eloquiorum principia edidit, non prius diuina didicit: sed vt capere vel exprimere diuina posset, in omni Aegyptiorum scientia rudem animū informauit. Esaias etiam prophetis alijs eloquentior extitit: quia

Luc. 8.

Eccl. 7.

Psal. 119.

Año. 7.

**G** quia nec ut Hieremias Anathotites, nec ut Amos armētarius, sed nobiliter instructus, atque urbanus fuit. Paulus quoque vas electionis ante ad Gamalielis pedes instruitur, quam rapiatur in paradysum, vel ad coeli tertiū altitudinem subleuetur. Et ideo fortasse per doctrinam alius Apostolis excellit: quia futurus in coelestibus, terrena prius studiosius didicit. Sed iam (ut arbitror) ruralium instrumentorum proprietates spiritualiter exquirendae sunt. Quid ergo in vomere, qui praecuntibus bobus trahitur, nisi affectus geminae charitatis insinuat? Et quid in ligone, quo solus quisque in agri cultura exercetur: nisi privatae vitae studium ostenditur? Quidam nanque & dices, & fortes rusticola in bobus arant: quia & dominum fortiter diligunt, & per fraternum amorem animarum lucris diligentius intendunt. Vomere igitur apud Philistinorum fabros acunt: quia sanctae praedicationis studium de seculari eruditione componunt. Nonnulli vero ut pauperes, ligone vtuntur: quia qui ad lucrandas aliorum animas, se non posse sufficere arbitrantur, sibi solis non desunt praeparate de aeternitate, quod possunt. Velut ligone quisque eorum vitur: quia agrum suae mentis diuino cultui praeparare non desunt. Et quia in hoc etiam privatae vitae studio valde sibi secularis eruditio prodest: ligonem dum docetur, exacuit: quia in propriae vitae studio eruditus, quaeque subtilius intendit. Securē autem non terram fodimus, sed ramos arborum detrucamus. Quid ergo aliud signat securis, nisi zelū bonae emulationis? Nam quando ad imitanda meliorum exempla succendimur, velut ramos nobis incidimus, quibus ignem depellendis negligentiae nostrae frigoribus nutriamus. Hanc securē nos tenere Paulus Apostolus praecipit, dicens: Bonum emulamini in bono omnes. Quae nimirum securis acuitur, quia eruditi fideles sicut melius agnoscunt exempla fidelium, ita ut feruentius imitari concupiscunt. Sarculū hinc tridens subtilis terram fodit, ita, ut non tam fodere, quam scalpere, & glebas confringere cognoscatur. Quid per hoc tridens sarculū, nisi virtus discretionis exprimitur? Per quā certē dum acta, vel agenda subtili cōsideratione discutimus velut serendae terrae nostrae glebas in tenuem puluerem complanamus. Quod profecto sarculum tridens asseritur: quia vis discretionis non solum agenda, sed etiam cogitanda, & loquenda componit. A manu quidem, corde, & lingua cuncta noxia referat: ut semen, quod terrae mentis nostrae committimus, vberem fructum ferat. Aperte itaque dicitur, Descendebat omnis Israel ad Philistin, ut exacueret vnusquisque vomerem, suum ligonem, securē, & sarculum: quia affectum geminae charitatis, privatae vitae studium, alienae perfectionis exempla in sacro eloquio legimus, sed eiusdem laetri eloquii profunditatem penetrare ignari secularis scientiae non valemus. Vnde & rationabiliter subinferens, ait:

Gala. 4.

**H** Retusa itaque erat acies vomerū, & ligonū & securū, & tridentū, vsque ad stimulum corrigendum. Non dicuntur acies replicatae, aut attritae, sed retusae. Nam si replicatae essent, vel attritae, omnino nihil inciderent. Retusa vero acies, & si celeriter non incidit omnia, quaedam obiecta in mora laboris fecat. Sic nimirum sunt corda simplicium, quae si subtiliter spiritualia non intelligunt, dum tam tardē quaedam intelligunt: acuitatem ingenij non acutam habent, sed retusam. Sape enim discutere obscura volunt, sed dum vix diu cogitando ad ea etiam, quae sunt aperta perveniunt: velut retusa acie morando, incidunt. Quod certē non solum in occultis sacramentis scripturarum ostenditur, sed etiam in latentibus suggestionibus demonum. Depellere quippe à se hostē nequeunt, quem cognoscere cito nō possunt. Dum ergo magna mora cogitationis, insidias malae suggestionis expellunt, velut retusa acie secant: quod per acuitatem ingenij abscindere velocius poterant. Quid est autem, quod dicitur vsque ad stimulum corrigendum. Stimulus dicitur increpatio praetorum. Vnde & scriptum est: Verba sapientum sunt quasi stimuli. Stimulus quidem increpatio dicitur: quia dum culpas arguit, mentem pungit. Sed retusus est stimulus, quando prelati languet intellectus: ut subditorum culpas nec cognoscendo, reperiat, nec inveniēdo, reprehendat. Bene ergo increpatio rectoris stimulus asseritur: quia tumores vitiorum pungerē nō pravalet, si eius mens erudita per scientiam, pungen-

Eccl. 12.

da non videt. Vnde & in typo eruditorum praetorum bene subiungitur: Cumque venisset dies praelij non est inuentus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saül & Ionatha, excepto Saül & Ionatha filio eius. Quid per lanceam, nisi sanctorum praedicatorum acuta prouidentia accipitur? Et quid per ensē, nisi eorum intelligentiae subtilitas demonstratur? Per lanceam quippe longe nobis ante obiecta perfo dimus. Per ensē vero vicini, & fere coniuncti nobis hostes trucidantur. Bene ergo in lancea prouidentia electorū ostenditur: per quam occultos hostes percutiunt, antequam vicinum eorum impetum pariantur. Dum enim futuras demonū insidias cauendo, praueeniunt: velut à longe lancea feriunt, quorum vicinos excipere ictus nolūt. Vnde & beatus Paulus apostolus dum à longe armatos fornicationis spiritus cerneret, conjugalem castimoniam quasi lanceam tenuit: & eos accedere propius non permisit, dicens: Propter fornicationem vnusquisque uxorem suam habeat, & vna quaeque virum. Vxori vir debitum reddat, similiter autem vxor viro. Et iterum: Reuertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Hinc etiā de semetipso ait: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne praedicans aliis, reprobis efficiar. Qui enim ne reprobis fieret, corpus castigauerat: nimirū lancea hostes suos, longiusculē positos ante te perfodiebat. Prouidentia ergo abstinentiae pro hebdomada carnis libidine, quasi lancea accipitur: per quam veteri hostes feriuntur. Bene etiam per ensē intellectus exprimitur: quia qui prauas maligni spiritus suggestiones in praesenti tempore cognoscit, & abiicit, velut vicinum, & iuxta se positum hostem terit. Qui etiam velut ensē, vtraque parte acuto, incidit: quia tam falsa bona, quam vera mala reprehendit. Quid vero est, quod in manu Saül, & Ionathae ensis esse perhibetur? Sed in manu non sunt eorum, qui acutae vicina, & praesentia intelligunt, & futura praueident: & ad extinguēda ea, fortia non exercent. Aperte sciunt, quia antiquus hostis maximam partem humani generis per robur carnis in fornicationem praecipitat: qui tamen carnem per abstinentiam castigare non curant. Sic etiam nonnulli praesentia mala aperte conspiciunt, sed haec vitare minime conantur. Hi nimirū ensē, & lanceam habent, sed in manu non habent. Bene ergo in die praelij in manu Saül, & Ionathae ensis, & lancea inuenitur, quia solum electi viri sunt qui & praesentia, & futura mala intelligunt, & ea cordis intentione vincere ardentius concupiscant. Quod tamen hoc loco ideo dicitur, ut populus nihil in manu tenuisse doceatur, qui vomeres, ligones, securēs, & sarculos tenere ostenditur. His enim verbis non electi distinguuntur à reprobis, sed hebetes à peritis. Sed quia iam armatos viros ostendimus, modum certaminis explicemus. Sequitur.

1. Corin. 7.

1. Corin. 9.

L

M

Caput IIII.



**L**GRESSA est statio Philistinorum, ut ascenderet in Magmas, & accidit quadam die, ut diceret Ionathas filius Saül ad adolescentem armigerum suum. Veni & transeamus ad stationem Philistinorū, quae est trans locum illum. Philistinorum statio egreditur, quando maiorum spirituum turba electis mentibus per suggestiones noxias demonstratur. Quae nimirum idcirco statio dicitur, quia electorum bella describuntur. Stare quippe malignis spiritibus est, in electorum pugna magnas vires exercere. Nam stando, validius vnusquisque, quam sedendo conari ad aliquid faciendum potest. Philistinorum igitur statio egressa dicitur, ut demonum conatus in bello nostro aperte colligatur. Et quia velut se inferiores, atque minores opprimere fideles cogitant, in Magmas ascendere egredientes parant. Vel in Magmas ascendere gestiunt, quando paruulorum corda decipere, tentando moliantur. Sed electi praedicatores dum tentata corda subditorum intelligunt, ferre auxilia non morantur. Hos velut in tuto reponunt, illos secum ad sustentanda pericula bellorum ducunt. Quid est quod

Cap. 14.



**A** quod ad bella armiger ducitur, nisi quia per scientiam eruditi subditi ad internorum certaminum victoriam promouendi sunt. Quidam namque artem physicam sciunt, qui medendi experientiam nesciunt: sic nimirum in sancta ecclesia quidam sunt, qui artem interioris pugnae didicerunt, sed ad districtas necessitates certaminum adhuc perducti non sunt. Magnos viros pugnantes audiunt, sed praelia, quae magni magnifice tolerant audita sciunt, virtute nesciunt. Tales quippe sunt, qui ad imitanda vestigia redemptoris inuitantur. Qui vult (inquit) venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. Arma vero Ionathae sunt hortamenta doctoris. Armiger vero arma portat, cum quibus non ipse, sed alius pugnat. Sic nimirum sunt qui in sancta ecclesia nouiter instruuntur. Dum enim virtutes a doctoribus audiunt, quibus ipsi doctores contra malorum spirituum versutiam pugnant: illud nimirum habent in onere, quod nondum habent in virtutis exhibitione. Dixit ergo Ionathas ad armigerum suum: Veni transeamus ad stationem Philistinorum: quia electi doctores subditos suos docent, non solum artem, qua dimicent: sed etiam ad bella pertrahunt, quo triumphent. Et quia remissi pastores bella, quae insinuant, suscipere nequaquam curant: non dicit, vade & transi ad stationem Philistinorum: sed veni transeamus. Alios quidem ad certamen prouocant, sed eadem certamina ipsi priores tentant. Quid vero est, quod dicit: Quae est trans locum illum? Sed quidam locus in sancta ecclesia est, qui magnis praeliis clausus, non expositus est, possidere quidem bona seculi, uxorem ducere, filios procreare, blandimenta de omnibus rebus licitis corporibus exhibere, eo munus ab hoste manere est: quo aliquid impositum in eo ordine positus onerosum non est. Sed hunc locum si quis melioris vitae desiderio accensus transire nititur: necesse est, ut ad grauissima bella praeparetur. Diuitias namque continent, paupertatem Christi amplectentes, spernentes coniugia, amorem pudicitiae semper amplecti debent. Habent continuo isti insurgentia grauissima praelia carnis, illi impugnationem cordis: quia nec paupertas leuiter fertur, nec sine magnis agonibus pudicitiae corpora subiugantur. Vnde bene per quendam sapientem dicitur: Fili accedens ad seruitutem dei, sta in timore, & praepara animam tuam ad tentationem. Quasi dicat: quia egredi voluisti de loco muniminis, necesse est: ut iam patenti bello, contra fortissima hostium castra muniaris. Dum ergo trans locum illum, non istum dicit, doctorum Ionathas virtutem insinuat, qui per singulare propositum religionis, semper sunt in aperto campo certaminis. Et quia de omni, quod strenue dimicant: de omni, quod nobiliter triumphant: iactantiae, & elationis vitium fugiunt, sequitur: Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. Tacenda quidem sunt electorum virtutes, ne per iactantiam dicantur: sed aliquando ad dei gloriam eas manifestare culpa non est. Quia vero nos in Saul magnos praedicatores expressimus, hoc profecto, quod patri Ionathas pugnae initium caelat, illud insinuat: quia magna, quae agimus, quandoque propter humilitatem laudabiliter caelamus. Tales quidem iam facti per corruptionem sumus, ut boni videri etiam ab illis, qui praesunt nobis, sine elatione nunquam valeamus. Cum ergo de manifesto latens malum nascitur, sapienter bonum absconditur: ne malo superueniente maculetur. Sed inter haec sciendum est: quia illi virtutes caelare praelatis suis ista necessitate possunt, qui bene cognoscere bonum, quod agunt, sciunt. Si enim nimis sunt simplices, saepe non est bonum, quod esse bonum arbitrantur: & dum vitium, quasi virtutem, non indicant, in se absconditum hostem portant. Vnde & Ionathas, qui patri belli propositum textit, tantus asseritur: ut sub eius ducatu pars exercitus producta referatur. Erant (inquit) duo milia virorum cum Saul in Magmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin. Dicitur ergo de Ionatha: Patri autem suo hoc ipsum non indicauit: quia eruditi viri dum elationis vitium iacurrero de magnis operibus suis metuunt, ea nimirum ipsis abscondunt, a quibus adiunari potuerunt. Quae nimirum praedicatoris auxilia melius discimus, si ipsos in loco suae perfectionis videamus. Na sequitur: Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato, qui erat in Magron.)

Gabaa (vt diximus) interpretatur, Magron de fauce dicitur. **D** Praedicatores autem sancti sublimis valde sunt non solum opere, sed etiam contemplatione. Extrema ergo pars ista sublimitas est operis: intima vero, illa contemplationis. Per hanc quidem extremam partem suae celsitudinis, ad exemplum a nobis conspiciuntur: per illam vero intimam, in magno amore conditori coniuncti sunt. Hos quidem nobis extrema parte sublimitatis suae Propheta mirandos ostendit: quando ait: Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbae ad fenestras suas. Volant quippe vt nubes: quia a grauedine culpe sunt leues, & gratia sancti spiritus in bono opere veloces. Quasi columbae vero sunt ad fenestras: quia ad exemplum per bona opera se nobis quasi per foramina porrigunt, sed de offensa vitae munditia laudis appetitu nequaquam capiuntur. Sed & sub malo granato rex residet, quia in vmbra redemptoris praedicator requiem habet. Magno quidem labore fatigatur, sed verborum domini consolatione reficitur. Vnde & eadem malus arbor in eo loco quid de fauce dicitur, morari perhibet. Quid enim hoc loco istud de fauce dicitur, aptius, quam sancti euangelij dulcedo designatur? Sic enim nunc morari in vmbra redemptoris possumus, si videlicet verba eius ad consolationem de euangeliorum meditatione capiamus. Sed in hoc residere quietius praedicatores possunt, qui quo altius & propius illud diuinae faucis verbum suscipiunt, dulcius saginantur. Haec etiam causa est, qua rex Saul non stare, neque sedere, sed morari sub malo granato Magron dicitur: quia perfectus doctor dei docibilis est: & dum pascere cibo alios nititur, ipse multiforum deliciarum spiritualium dulcedine satiatur. Nam dum redemptoris amena singulariter aspicit, in miram contemplationem virtutum surgit: & quasi de vno cortice plurima grana colligit, dum per ea omnia, quae in redemptorem recolat delitiosam mentem grananter ducit. In hac quidem redemptoris amoenitate sponsa se requiescere gloriatur, quae dicit: Sub vmbra eius, quem desideraueram sedi. In vmbra quippe eius sedere est, in eius contemplatione requiescere. Eius certe contemplatio vmbra est: quia in eius visione protegimur, ne diabolica tetatione, velut solis ardore denigremur. Qui ergo tam sublimiter requiescit, ferre se consuletibus auxilia vtiliter possunt. Sed tamen nonnulli electi subditi dum infirmitate propriam metuunt, dum solum deum agonis sui testem requirunt, tatorum hominum iudicia fugiunt, vt a solo deo in bona sua actione videantur. Bene ergo & Saul in extrema parte Gabaa sub malo granato morari dicitur, & Ionathas belli propositum ei non indicasse, quia dum perfecte cauere elatione non possumus, bonum de quo nasci potest, omnibus abscondi debet. Sequitur: Erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum. Hoc numero fortes viros in bono opere superius designari diximus, qui cum rege esse referuntur: quia per studium boni operis, con-

Mat. 16.

Eccl. 2.

Supra 13.

Esai. 60.

Cant. 2.

Mat. 13.



**G**alarum tuarum protege me. Sed vnde tantus Achias iste pro-  
cedit, exponitur, quia filius Achitob esse memoratur. Achitob  
frater meus bonus dicitur. Quis igitur iste frater bonus  
intelligitur, nisi redemptor noster? Frater quippe, quia na-  
turae nostrae particeps, sed bonus, qui naturam nostram, quam  
suscepit, ab aeterna morte liberauit. Vel bonus, quia omnes  
nos malilimus, dicente ipso: Si vos mali cum sitis nostis bo-  
na data dare filiis vestris. Achias ergo filius Achitob dicitur,  
vt qui in ecclesia potentes sunt eorum potentia ex sola,  
redemptoris imitatione eis inesse sentiatur. Idem vero Achitob  
frater Ichabot asseritur, quia a translatione gloriae nun-  
cupatur. Nam redemptor noster secundum carnem de Iudaeo-  
rum gente est natus. A quo nimirum populo quia omnis orna-  
tus templi, omnes sacrificiorum ritus, omnia scripturarum  
mytheria ad gentilem populum transferunt, translatio glo-  
riae in Achitob fratre recte memoratur. Ipse quoque Achitob  
Phinees fuisse filius dicitur, quia Iudaicus populus in erro-  
ris sui perfidia, qua se meruit, eiusdem gentis suae doctores  
se valde nequiores, habuit. Vnde & idem Phinees os mutum  
sive ori parcens interpretatur. Os quippe dicitur, quia per  
eundem populum dominus locutus est. Sed mutum os nunc  
esse cognoscitur, quia dum redemptorem repulit, loquen-  
tem in se olim spiritum pariter amisit. Qui etiam ori parcens  
recte dicitur, quia sic semel in reatu tanti sanguinis cecidit,  
vt per poenitentiam, & confessionem ad eum conuertere nequa-  
quam possit. Ori igitur parcens dicitur, quia confitendo, pie  
et ab elcere dedignatur. Quo contra beatus Iob ex persona  
conuersorum promittit, dicens: Non parcam ori meo, loquar  
in tribulatione spiritus mei. Sed quia item religionis digni-  
tatem in patriarchis, & prophetis habuit, idem Phinees ex  
Heli sacerdote dominatus asserit. Heli quippe deus meus,  
Sylo missus interpretatur. Dij vero aliquando in sancta scri-  
ptura electi praedicatores intelliguntur. Vnde & ad Moysen  
a domino dicitur: Posui te deum Pharaonis. Et in lege praece-  
pit, dicens: Diis non detrahes. Pater ergo Phinees deus meus  
dicitur: quia nimirum Iudaicus populus eorum secundum li-  
teram scripturas imitatur, qui verbum dei & reuelata mente  
meruerunt cernere, & tecta litera ne videre occultare. Hos  
nimirum per semetipsam veritas ostendit, cum verba Psal-  
mistae exposuit, dicens: Illos dixit deos, ad quos factus est ser-  
mo dei. In Sylo autem natus asseritur: quia Iudaicus populus  
licet carnaliter, adhuc tamen in scripturis spiritualibus eru-  
ditur. Quia ergo electus quisque, & sapiens in sancta eccle-  
sia natum dominum ex Iudaico populo per doctrinam sequi-  
tur, Achias qui umbraculum dicitur, filius Achitob fratris  
Ichabot, filij Phinees, filij Heli esse perhibetur. Qui etiam e-  
phod portare describitur, vt aperte monstratur: quia prote-  
gere alios nequaquam potest, qui pulchritudine bonae conuer-  
sationis, luceque non fulget. Sequitur: Sed & populus igno-  
rabat quo esset Ionathas. Quid est quod populus, quo eat  
Ionathas, nescit: nisi quia electus doctor ea, quae intendit age-  
re, studet per humilitatem celare. Vnde & in euangelio do-  
minus dicit: Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Si e-  
nim per dexteram aeterna, per sinistram vero praesens vita fi-  
guratur: homines in sinistra, angelos ad dexteram habemus.  
Quando autem per bona opera ad consortium superiorum  
cuius tendimus, dextera manus nostra operari perhibetur.  
Sinistra vero manus nostra opera nescit dextera, si coopera-  
tores nostros, fideles videlicet sanctae ecclesiae, adiutores ha-  
bemus in opere: & laudatores habere nolumus ad elationem.  
Bene ergo dicitur: Populus ignorabat, quo esset Ionathas: quia  
tunc solum bene agere magna nitimur, cum ea, quae agimus,  
pandere ad ostensionem vitamus. Sed quia ad exemplum  
electorum ista proferimus, non solum quo eat, sed etiam  
qua eat, explorare attentius debemus. Sequitur: Erant in-  
ter ascensus per quos nitebatur Ionathas transire ad statio-  
nem Philistinim eminentes petrae ex vtraque parte, quasi in mo-  
dum dentium scopuli, hinc inde praerupti, nomen vni Bores,  
nomen alteri Sene. Cum electorum vita alta sit meritis, ima  
vero conditio malignorum spirituum, quid est, quod ascen-  
sus esse dicitur, vnde ad Philistinorum stationem Ionathas te-  
dere conatur? Nam de eisdem Philistinis in typo demonum  
non longe superius dictum est: Ascendentes castrametati sunt

in Magmas. Sed super nos esse dicuntur, quo minores fortitu-  
dine videamur. Super nos etiam esse cognoscitur, quod pen-  
trare per intelligentiam non valemus. Quoties ergo cum spi-  
ritibus reprobis certare proponimur, robur parare debemus  
ad ascensum, quia homines cum angelis pugnare contendimus.  
Vnde & ille athleta strenuus confortans vehementer comi-  
litiones suos, ait: Non est nobis colluctatio aduersus car-  
nem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, ad-  
uersus spiritualia nequitiae in caelestibus. Quia enim contra  
principatum & potestatum spiritualia nequitias se pugna-  
turum praeuenerat, nimirum robur mentis ad altitudinis a-  
scensum parabat. Peccatorum corda dum nequam spiritus  
sibi subiiciunt, eis vtrique per multiformia vicia dominatur.  
Si ergo illuc quoque eos expugnare contendimus, valde nos  
oportet ascendere, vt eorum possumus agmina potenter ferire.  
Aliter enim lubrici, aliter saluandi sunt acediosi: aliter  
vaneglorij, aliter superbi. Vt vero ad haec omnia electus do-  
ctor possit sufficere, quia per assidue meditationis acuta con-  
silia mentem lenat: quasi ad ascensum Philistinorum se ro-  
borat. Bene autem non vnus asseritur, sed plures dicti sunt a-  
scensus: quia innumeris hostibus, multis itineribus occurren-  
dum est. Quod tunc bene agitur, quando vitiis singulis con-  
gruentes, & propriae curationes adhibentur. Nam vt aliqua  
ex eis breuiter perstringamus, fornicationis spiritus conti-  
nentiae virtute depellitur: sed tamen leuius superatur, si caro  
impetum suum per abstinentiam minuat: ne se mundanae con-  
cupiscentiae victa subternat. Gula per abstinentiam frangi-  
tur: sed abstinentiam ciborum corporalium habere non po-  
test, qui mentem spiritualibus cibis non replet. Potenter enim  
corpus extenuat, qui amore caelestium cor inflamat: quia  
dum spiritualia fortiter diligit, desideria carnis valenter pre-  
mit. Auaritiae quoque vitio bonum paupertatis voluntariae con-  
trarium est: sed pauper spiritu esse non poterit, qui amare ad-  
huc aeternos thesauros nescit. Sic nimirum ira vincitur, si a-  
mare caelestium perfecte terrena omnia despiciantur: quia  
vnde irascatur, iam non habet, qui damnum temporale non ti-  
met. Sic quoque acediae vitium, id est, tardium cordis depel-  
litur, si semper bona caelestia cogitentur. Tardere quidem  
mens nullatenus potest, quae tam iocunda bona laetanter vi-  
det. Tristitia etiam angustiosum malum spiritualis laetitiae  
campo deuoratur, sed tamen ipsa spiritualis laetitia se men-  
ti non infundit, quae temporalis vitae angustias transgredi con-  
templando non nouit. Bene quidem tristitia vincitur, si tem-  
poralium laborum praemia videantur, quia vnde electa mens  
temporaliter se affligi considerat, inde gaudere in caelesti pa-  
tria aeternaliter sperat. Quia ergo magna diuersitate consi-  
lij ad diuersos animarum morbos curandos praedicator uti-  
tur, quia idem consilium alta mentis consideratione compre-  
henditur, bene vnde Ionathas transire ad stationem Philisti-  
norum appetit, ascensus esse perhibetur. Et quia ad expu-  
gnandos malignos spiritus a peccatorum cordibus plures dif-  
ficultates obuiant, petrae inter ascensus esse memorantur.  
Quid enim per istas duas petras, videlicet Bores, & Sene, nisi  
concupiscentia, & peccatum designatur? Bores quippe in pri-  
matu dicitur, Sene sol sine auditio. Bene autem concupiscentiae  
primatus nomen conuenit, quia ipsa prior mentem occu-  
pat, quam se mens peccato subternat. Solis etiam nomine rec-  
te peccati delectatio figuratur: quia a veritatis intuitu men-  
tis oculos claudit, & ad vanitatem aperit. Vnde & in primis  
hominibus a seductore spiritu per serpente dicitur: In qua-  
cunque die comederitis de ligno, quod est in medio paradisi,  
aperientur oculi vestri. In comestione quidem illa, pec-  
cando aperti sunt oculi transgressorum, vt falsae lucis radios  
in experientia delicti perciperent, & a supernae claritatis al-  
ta contemplatione caligarent. In hanc quippe lucem aperire  
oculos psalmista refugiens, dominum obsecrat, dicens: Auer-  
te oculos meos, ne videant vanitatem. Hanc beatus Iob alta  
mente despiciens, perfectorum meritis se inferi exoptans, ait:  
Nunc enim dormiens silerem, & somno meo quiescerem,  
aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui  
concepti non viderunt lucem. Qui sunt isti, nisi qui peccare  
fortiter cauerunt? Vnus ergo scopulus Bores, alter Sene di-  
citur, quia si concupiscentia in mente sibi locum vendicat,  
eiusdem

Mat. 7.

H

Iob. 8.

Exo. 7.

Exo. 21.

Iob. 10.

Mat. 6.

Supra. 1.

Eph. 6.

I.

M.

Gene. 2.

Psal. 118.

Iob. 3.



**A** etiam mentis oculos ad placidum peccati blandimentum, quasi ad solis lucem videndam leuat. Bene item petra nominatur, quia iniquorum mentibus ista duo conueniunt, vt Bibliothecae praedicatorum ad se facile non admittant. Sed & dicuntur scopuli, quia hinc inde, videlicet tam mente, quam corpore praeruptum retinet vsum prauitatis. Dum enim nulla morum, nulla operum integritate solidantur, in modum scopuli, hinc & inde praerupti sunt. Et quia dicitur in modum dentium, quid dat intelligi, nisi quod sepe videmus, quia qui praedicatorum hortamenta despiciunt, eorum vitam morde re detractioibus conantur. Sed de eisdem scopulis subditur: Vnus prominens ad Aquilonem, ex aduerso Magmas, & alter ad Meridiem, contra Gabaa. Ad Aquilonem primus scopulus prominens, alter ad meridiem, quia per concupiscentiam feruor charitatis extinguitur, & per peccatum ardor concupiscentiae augmentatur. Mens enim reproba dum concupiscentiae subditur, charitate spoliatur, & dum peccare non metuit acriora in se valde peccandi desideria accendit. Quasi enim in summa diei suae altitudine, & calore posita, in fluxu peccati, & immoderate letatur, & ardentem resoluunt. Male ergo mederi concupiscentiae morbo satagit, qui ad hoc explere concupiscentias peccando, cogitat, vt quieteat. Tanto quidem erit post peccatum concupiscentia maior, quanto ipsa sibi esse incipit peccati delectatio gratior. Sed primus scopulus ex aduerso Magmas situs, alter contra Gabaa prominere perhibetur. Magmas (vt iam satis diximus) humilitas, Gabaa collis interpretatur. Ex aduerso vtique concupiscentia humilitatem habet, blandimentum vero peccati coelestem conuersionem. Omnis enim qui vetita concupiscit, dum praepceptorem despicit, superbit. Ex aduerso itaque humilitatem habet, quam in obedientiae deuotionem non retinet. Sed & qui in peccati feruore, velut meridiana claritate resoluuntur, contra Gabaa, id est, collem prominens, quia dum aduersatur coelestibus, poenis tartareis praeparatur. Sed quia tales etiam ad aeternam vitam sanctorum praedicatione perducuntur, ipsorum praedicatorum studium in Ionathae facto videamus. Nam sequitur: Veni transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si forte faciat dominus pro nobis: quia non est domino difficile saluare, vel in multitudine, vel in paucis. Quae est statio Philistinorum, nisi robur malignorum spirituum? Sancti etenim viri cum ad peccatorum correctionem se praeparant, aperte sciunt, quia cum de caelo lapsis angelis pugnant. Pugna ergo haec quia angelorum est, & hominum, pugnatur a fortibus cum infirmis, cum simplicibus ab astutis. Nam ab his fortibus insultu acceperat, qui dicebat: Irruerunt in me fortes, neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine. Astutias lapsi angeli etiam Paulus intuens, ait: Non ignoramus eius astutias. Contra astutos igitur via cauta: rationis quaerenda est, contra fortes vero diuina sunt auxilia petenda. Vt ergo magna cautela praedicationis exhibenda esse sentiat, Ionathas armigerum suum ad secum transeundum iniussisse dicitur. Et vt in expellendis hostibus de dei miseratione praesumatur, loquitur, dicens: Quia non est deo difficile saluare, vel in multitudine, vel in paucis. & quia flagitiosorum conuersio facilis non est, dicit: Si forte faciat deus pro nobis. Si forte dicit, quia de plena criminorum salute adhuc plenius non praesumit. Sed forma electi subditi in virtute ostendit humilitatis, quia subdit: Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quae placent animo tuo. Perge quo cupis, & ero tecum quocumque volueris. Nonnulli subiecti dum mensuram ordinis sui negligunt, eandem mensuram sic confundunt: vt praedicatorum suorum dispositioni communicent, sed obedire imperiis recusent. Emendare quidem maiorum dicta facile audent, sed facile implere, quae praecipunt, non conantur. Quid ergo in huius armigeri voce nobis ostenditur, nisi quia relinquenda est praepositis dispositio libera: tenenda est subditis virtus obedientiae non remissa? Vt enim liberam disponendi auctoritatem praedicatoribus assignent, ait: Fac omnia, quae placent animo tuo. Et vt subditorum pronam voluntatem ad omnia seruitia ostenderet, subdit: Perge quo cupis, & ero tecum quocumque volueris. Nec ibi quidem dixit quaedam fac, quae sunt in animo tuo, quaedam non fac, vel

aliter fac: nec hic, perge illuc, & ero tecum, & illuc non ero tecum. Omnia (inquit) fac: quia dispositione praedicatorum disponenda sunt omnia. Ero (item ait) tecum quocumque volueris, quia alicui praepcepto obedientiae subiectus optimus deesse non debet. Sequitur: Et ait Ionathas, ecce nos transibimus ad viros istos, cum apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint ascendite ad nos ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Certa & indubitata sanctae ecclesiae sententia est, quia electi praedicatorum non solum quid, quantum, & quando loquantur considerare debent, sed quibus etiam loquantur. Vnde & dominus a quorundam notitia verbum recedens, discipulos prohibet, dicens: Nolite ponere margaritas ante porcos. Hinc item scriptura inutiliter effundi verbum vetat, & dicit: Vbi non est auditus non effundas sermonem. Quid est ergo, quod Ionathas dicit: Si dixerint, manete, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro: si vero ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris, nisi quia electus praedicator attentus debet colligere, quibus verbum vitae debeat proferre? Sed quia hoc ostendi nunc in sensu literae videtur, nos subtilius exprimamus. Ad peccatores praedicatorum transeunt, quando iis, quibus verba exhibent, non solum verbo, sed etiam vita placent. Qui ergo sunt, qui dicunt, ascendite ad nos, nisi iij, qui deuotionis signa proferunt, quia salutis verbum & venerabiliter audiunt, & retinere fortiter concupiscunt? Ad istos itaque ascendendum est, in quibus etsi magnus labor est in opere ministerii, sunt & magna lucra salutis. Econtrario vero ad doctores peccatores transire gestiunt, quando tam profunda caecitate merguntur: vt ad imitandae suae prauitatis exemplum, ipsos etiam praedicatorum conuertere nitantur. Proni quippe ad malum sunt, corde impenitentes, & peccati lepra, quam induunt, maculare alios non expauescunt. De quibus sapiens ille loquitur, dicens: Letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et item propheta de his vaticinans, ait: Praedicauerunt peccatum suum sicut Sodoma. Quid est ergo, quod ait: Stemus in loco nostro? Sed tale est, ac si dicat: Si illos lucrari non possumus, nosmetipsos in bona conuersatione seruemus. Locus enim noster, bona conuersatio est. De quo nimirum loco alias scriptum est: Si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum non deferas. Locus quidem iste non solum a spiritu, sed etiam ab homine cauendus est: quia ipse spiritus non solum per se nobis obuiat, sed contra nos etiam per hominem pugnat. Si vero locus noster dominus est, cum mali se nobis obiciunt, in loco nostro persistamus: quia cum incorrigibiles praedicatorum monita non recipiunt, solent debent ipsi circumspicere, vt ad se nulla possint eorum exempla peruenire. Sequitur: Apparuit itaque stationi Philistinorum, dixeruntque Philistini: En Hebraei egrediuntur de caernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione Philistinorum ad Ionatham, & ad armigerum suum. Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. Quidnam est quod apparere Ionathas Philistinis cum armigero dicitur: nisi quia doctor ipse prior debet bonum ostendere, quod alios contendit edocere. Non enim potest in praedicatione venerabiliter recipi, si prius in se honorem ministerii non praefert luce bonae conuersationis. Vnde & egregius praedicator confidenter asserit, dicens: Quando quidem sum gentium apostolus ministerium meum honorificabo. Appareret ergo doctor non tam cum verbo loquitur, quam cum vita, & moribus venerabiliter demonstratur. Propheta igitur cum typis sacrae historiae praedicatorum mores ostenderet: rationabiliter subiunxit, dicens: Apparuit itaque vterque stationi Philistinorum. Quasi dicat: Quia docere proposuit, prius iis, quibus loqui disposuit, vitam monstrauit. Sed quid est quod Philistaei apparentes despiciunt, & tamen eis ascendite ad nos dicunt, nisi quia plerumque illi etiam praedicatorum optimam vitam despiciunt, qui eorum praedicatione ad poenitentiae lamenta cursuri sunt. Et dum eos deferere vitae remotioris studium reprehendunt, eos nimirum de caernis egressos asseuerant. Quasi dicant: Illi nunc sub colore praedicationis ad seculum exeunt, qui hunc fugisse tota intentione

Psal. 18.  
2. Cor. 2.

Mat. 7.  
Eccli. 32.  
Prouer. 2.  
Esa. 3.  
Eccli. 10.  
Rom. 11.



**G** intentione videbantur. Sed plerique iustos predicatores arguunt, qui mala, quae eis obiciunt, in eis esse suspicantur. Qui nimirum eo ipso, quo malum damnant, spem praedicatoribus tribuunt: quia ad bonum, quod defendunt, exequendum pertrahi facilius possunt. Dum ergo bona intentione falsa iustorum mala vituperant, insaniunt quidem voce, sed praedicatoribus fructum suae salutis, etiam insaniendo, spoliunt. Et quia de ascensu superius dictum est, restat inquirere quid sit, quod dicunt: Ostendemus vobis rem. Sed hoc ad literam minas significat. Quod tale est, ac si dicant: Si huc ascenderitis, quantum valeamus patiendo sentietis. In malorum vero conversione item facile est colligere, cum iustos expellunt, quantum soleat nocere. Sed quia auctore deo carnaliter historia ad spiritualem intelligentiam duximus: dum sancti doctores erumpentibus quibusdam signis, peccatorum conversionem considerant, res etiam ab eis promittitur: quia ad verum esse se redire pollicentur. Res quidem aliquid habet esse, peccatum vero esse nullum habet. Vnde & Paulus Corinthiis dicit: Scimus quia nihil est idolum in mundo. Peccator autem quia peccando ad nihilum tendit, cum nihil illud, cui inhæsit, deserit: quasi ad esse redit. Rem ergo in se ostendere, **H** id est aliquid, quod esse habet, potest: qui iam per diuinam gratiam opera virtutis tenet. Dicunt ergo: Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. Quali signo quodam peccatores repromittant, & dicant: Si verbo ita in nobis laborare proponitis, sine magno lucro non erit, quod laboratis. Quare & de aliorum certitudine subinnatum est: Et ait Ionathas ad armigerum suum. Ascendam sequere me, tradidit eos dominus in manus Israel. Quisquis nititur magna agere, hæc bene pensare nouit, si semper studuit diuinis laudibus imputare. Bene ergo Ionathas de consequenda victoria confidens, non in manus suas, sed in manus Israel tradendos inimicos asseruit: ut triumphum ostenderet, & qualis esse debeat triumphator, pariter designaret. Israel quippe videns deum interpretatur. Cui ergo in manus hostes tribuuntur, videns deum dicitur: ut non ei ea, quae in manu data sunt, doceatur attendere: sed tenens datum, ad largitorem munerum cor leuare. Aliud enim tenet manibus, aliud oculis videt: ut triumphum palmam fortiter teneat, sed videntem deum retenta palma victoriae non extollat. Hæc autem quia confidendo non possidendo loquitur: qualiter ad eadem possidenda veniat, audiamus. Sequitur: Ascendit Ionathas reptans manibus, & armiger eius post eum. Quid est reptare manibus, nisi corpus omnino curuare, nihil in se sublime relinquere, superiora membra ad inferiora officia peragenda inclinare? Quid autem in hoc facto nobis insinuat, nisi quia multa **I** praedicatorum compassione indiget conversio peccatorum? Quid enim aliud, quam reptare manibus videbatur redemptor noster, cum publicanorum amicus fieret, & peccatores reciperet, & cum ipsis manducaret: Manibus quidem reptabat, cum dicebat: Non habent opus sani medico, sed male habentes. Hinc iterum dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Hanc etiam incuruationem reptandi, in sacro eloquio cameli appellatio designat. Quia ad hoc saluator vsque ad ima nostra se voluit humillare, ut nos ad alta suae diuinitatis extolleret. Hunc nanque reptantem manibus, Paulus sequi se qui se insinuans, ait: Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Sed & quia in manibus opera solent significari, reptat manibus pastor: quando peccatoribus viam, quam tenere conuersi debeant, non profert sapientia verbi, sed exemplo conuersationis. Reptare quidem manibus praedicatores suos docebat dominus, cum dicebat: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Bene autem reptans ascendere ad stationem Philistinorum dicitur: quia ad destruenda peccatorum vitia peruenire ille doctor potest: qui ipsos peccatores magna humilitatis ostensione, & magna charitatis affectione demulcet. Nam dum conuenientiam gratiae foris porrigit, manum intus ad incidendum mentis languorem mittit. Vnde & bene subiungitur: Et cum vidissent faciem Ionathae, alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat. Facies Ionathae cernitur, quando qui verbum praedicatoris audiunt, charitatem etiam mentis eius agnoscunt,

1. Corin. 8.

Mat. 9.

1. Corin. 9.

Mat. 5.

cum videlicet hunc audiunt & caelestia praedicare, & eos, quibus ipsa pandit caelestia, mira charitate diligere. Bene autem ante faciem cadere dicuntur, quia dum bona, quae sunt in mente praedicatoris agnoscunt, statum prauitatis deserunt. Sed & dum ad remedium poenitentiae plures veniunt, alij in magnorum, alij in minorum exempla confugiunt. Aptè igitur dictum est: Alios armiger eius interficiebat. A vita quidem reproba priuari, bene interfici est, & cuius exemplo, vel monitis malum quis deserit: ante eius pedes quasi interficitus cadit. Generali quippe sententia, singulorum victorias exponens Iacobus, ait: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Sequitur: Et facta est plaga prima qua percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum, in media parte iugeri, quae par bouum in die arare consuevit. Plaga prima hæc dicitur: quia sancti percutere noxios etiam post in ultimo iudicio describuntur. Vnde & Paulus Corinthios excitat, dicens: An nescitis quia angelos iudicabimus? Hinc Psalmista vaticinans, ait: Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Plaga prima ista conversionis est, secunda damnationis: quia modo sancti conuerti nos ad dominum rogant, sed non conuersos, tunc durius damnant. In qua viginti viri mortui referuntur, ut quinarii numeri mysterium commedetur. Quinquies enim quatuor repetiti, aut quater quinque viginti sunt. Et quia vigore quinque sensuum omne tempus peccati perficitur, & in quatuor Euangelistarum libris remedia nostrae salutis inuenimus, viginti virorum typo omnes saluandi peccatores exprimuntur. Qui in media parte iugeri interfecti perhibentur, quam par bouum in die arare consuevit. Boues sunt praedicatores ecclesiae, qui dum praedicant, arant: qui dum verbis caelestibus corda auditorum aperiunt, quasi in bona terra semen spargunt. Sed in die arant boues, quia dominus comminatur, dicens: Veniet nox, quando nemo potest operari. Item duo boues arant, Ionathas videlicet & armiger eius. Quibus nimirum bobus, aut sapientes, & simplices intelligendi sunt, aut minores, & altioris ordinis sacerdotes. Possunt autem generaliter in duobus bobus, omnes sanctae ecclesiae praedicatores intelligi, quia & geminae charitatis gratia pleni sunt, & se priuato amore non diligunt. Media ergo pars iugeri ista est vita praesens. Ista quidem temperata ad cultum imbribus mollescit hyemis, illa ad sterilitatem pigrorum caloribus terretur aestatis. Istam partem iugeri boues arare possunt, illam vero non possunt, quia in hac vita bona opera seminanda sunt, in illa vero non seminanda opera, sed operum retributio metenda. Bene ergo in media parte iugeri, viginti viri interfecti perhibentur: quia conuerti peccatores hic solum salubriter possunt, ubi magnitudo criminis purgari creditur per lamenta conversionis. Sed nonnulli in subita peccatorum conversione mirantur, quia eis propter usum curae exterioris quotidiana tot, quae agit deus mira, viluerunt. Vnde & subditur: Et factum est miraculum in castris per agros. Perfecti quippe in omnibus, quae facta sunt, sine sunt, omnipotentis dei virtutem & sapientiam mirari non desinunt. Vnde & Psalmista diuinis laudibus insistens, ait: Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae, benedictus deus. Hinc Moyses eidem domino confitetur, dicens: Quis similis tui in diis domine, quis similis tui in sanctis gloriosus, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. In sanctis quidem mirabilis dicitur, quia quo altius diuina conspiciunt, eo & mirabilius obstupescunt: quia nimirum altissima contemplatione vident, quibus stupeant, non quae ratione comprehendant. Quoties ergo praeter quotidianum usum noua quaedam accidunt, quae carnales, ac simplices admirentur, miraculum per agros fieri dicitur. In comparatione nanque sanctorum velut agrestes homines sunt, qui tot conditoris antiqua opera, tot dispositiones temporum, & tot ordines, creaturarum mirari nesciunt. Bene igitur in eadem rusticitatis hebetudine omnes generaliter concluduntur, cum subditur: Sed omnis populus stationis eorum, qui ierat ad praedandum, obstupuit. Quam stationem nominant, nisi Philistinorum? Quid est ergo quod Philistinum

Iaco. 5.

1. Corin. 6.

Psal. 149.

L

Ioan. 9.

M

Psal. 67.

Exo. 15.

Philistinum



**A** Philistin admirantur, nisi quia aliquando conuersione peccatorum alij peccatores obstupescerent aspiciunt, & dū bonitatem dei in illorum uisitatione intelligunt, ad simile conuersionis propositum accenduntur. Ad prædandum quippe nationis populus pergit, quando agere peruersa nō metuit. Quod enim prohibente deo, scripturis minantibus, contradicentibus doctoribus, quis audeat agere, quasi per violentiam nititur suis uisibus usurpare. Si quis per hunc populū demonia intelligere uoluerit, potest: quia ad prædandum pergit, cum uolentia tentationes ingerunt, & captiuas animas peccatorum ducunt. Qui certe populus obstupescere dicitur, quia cor pœnitens, quod demones habere non possunt, quæ gratia conuersi peccatores recipiant, non intelligunt. Sed dū peccatores resipiscunt, tam sibi, quam alijs profunt, quia nō nulli eorum exemplo corriguntur. Vnde & subditur: Et conturbata est terra. Dum populares uiri noua mira conspiciunt, terra turbatur, quia sæpe contingit ut dum per exteriora miracula alij conuertuntur, aliorum duritia incitamenti quibusdam ad propositū boni operis moueatur. Male etenim tranquilla est terra, quando uita carnalium in mūdi iacet delectationibus secura: quando peritura, quæ ardent desiderat, hanc dulciter oblectant. Terra uero turbatur: quādo carnalis mēs à mala sua soliditate cōcutitur, & cogitare fluctuando inchoat inter mala, quæ respuit, & bona, quæ amat. Turbari etenim mēti tūc est, serenitatē male delectationis proposito Christianæ religionis obducere. Sed carnalis affectus cōcutitur, ut spiritualis uita reueletur. Vnde & subditur. Et accidit quasi miraculū à deo. Quādo namq; mens hominis carnali delectatione deprimitur, eius utique uisus obtunditur: ut spiritualia bona ignorare mereatur. Sed cū in suis carnalibus infirmari incipit, paulatim in spiritualibus cōualefcit: ut superna proficiendo uideat, infirma obliuiscendo derelinquat. Profectus quidē conuersæ mentis ostēditur: quia prius terra turbata dicitur, deinde miraculū quasi à deo accidisse memoratur. Miraculū uero à deo est quod sine homine facit deus. Quod enim manna in deserto filiis Israël pluerit dominus, quod cōcupiscentibus uolatilia præbuerit, miraculum utique sine homine deus fecit, sed dum mare diuidere uoluit, uirga hoc Moysen tangere præcepit: ut miraculum ostenderet, quod per hominem populo demonstraret. Sic nimirum uirga petra percussit, ut aquæ fluentia producerentur: quia nimirum miraculum, quod ostēdere uoluit, per hominem, non per semetipsum fecit: ut dum hominem uenerabilem resideret, huic Israeliticus populus humiliter subici, & deuotē obedire debuisset. Quid est ergo quod miraculum quasi à deo accidisse asseritur, postquā terra turbatur: nisi quia dum sanctus spiritus mentem ad conuersionem commouet, commotæ menti electorum exempla insinuat: quæ & uenerabiliter uideat, & imitari deuotæ cōcupiscat. Hoc quidem miraculum iuxta historiam sic accipitur, quia plures interficiebantur. Nunc uero in sancta ecclesia ad religiosam uitam peccatores conuertuntur, quos alij ad uirtutis exēpla sequuntur. Spiritus quidem sanctus illos trahit, & quia trahuntur, alijs ostendit: ut tractos trahat, & uidentes tractis inserat: quatenus per largitatem suæ gratiæ utrosque comprehendat. Quando enim hoc sine homine per semetipsum operatur in cordibus fidelium, utique miraculum non fit quasi à deo, sed à deo. Quando autem prædicantibus hoc æternæ uitæ doctoribus agit, quasi à deo est miraculum: quia mirabiles suos ministros ostendit, ut qui eos aspiciunt, deuotē ualeant imitari. Sed quia summus sacerdos Saül signare superius diximus, Ionatham uero filium eius subditas prædicatorum personas: si sequentia attendimus, sollicitudinem apostolicam in summis pontificibus, quam recinent, inuenimus. De quo nimirum beatus Paulus loquitur, dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uiror? Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Qui uero omnium ecclesiarum sollicitudinem gerebat, non solum paruulorum, sed etiam ad discutienda maiorum facta uigilabat. Vnde & hic subiungitur: Et respexerunt speculatores Saül: qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce multitudo prostrata huc illucq; diffugiens. Et ait Saül populo, qui erat cum eo: Requi-

rite, & uidete quis abierit ex nobis. Et repertum est uō ad esse Ionatham, & armigerum eius. Pugnam Ionathæ Saül speculatores aspiciunt: quia summi pontifices non solū subditorum facta discutunt, sed doctrinam prælatorum. Illos quidem explorant, si bene agant: illos autem an rectē doceant. Sæpe conuersionem aliorum audiunt, sed ne sint bene eruditi pertimescunt. Quid enim est aliud, quod quis abierit queritur: nisi quia qui ad prædicandum mittitur talis esse debet, ut onus ministerij ei securē imponatur: ut mens mittentis nulla dubitatione fluctuet, quod rectē doceat, & doctrinæ uerba operibus ostendat. Et quia innumeri sunt ecclesiarū præfules, à speculatoribus Ionathas aspiciunt: quia summum culmen uniuersalis ecclesiæ, sic per orbem prædicatores ordinat: ut circa se ministros habeat, per quos illorum doctrinā discutiatur, & opera diligenter inquirat. Sed qui summi culminis ministerio, & legatione funguntur, in alta uita, & sciētiae sede sublimantur. Vnde & bene & uideamus speculatores in Gabaa Benjamin esse memorantur. Gabaa quidem Benjamin colli filij dextra nuncupatur. In colle quidē filij dextræ sunt, qui iam per sublimem uitam, & per altam sciētiam ad conformationem uidentur pertingere redemptoris. Hi nimirum uictorum acta de sublimi conspiciunt: quia bonorum uitam probare, & malos discutere, ex uita merentur celsitudine, & summæ sciētiae perfectæ eruditione. Qui Ionatham non adesse reperiunt: quia lucra prædicationis tunc optima esse cōsiderant, cum prædicatoris laudabilem personam probant. Sequitur: Et ait Saül ad Achiam. Applica arcam dei. Cur Achiam sacerdotem Saül applicare arcam præcipit, nisi quia modum certaminis à speculatoribus audiunt? Quod quidem à summis sacerdotibus bene spiritualiter agitur, cum ea quæ à reatoribus audiunt, non ante diiudicant, quam eorum rationem in consilio internæ meditationis querant. Et quia sæpe alienæ etiam mentis consilia sequuntur, Achias arcam applicare iubetur. Arcam quippe sacerdos habet, qui sciētia spirituali mētem uacuum non habet. Saül ergo arcam applicare Achiam iubet, quando summus doctor consilium à minoribus suis, & eruditis querit. Ibi enim sunt postulanda consilia, ubi spiritualis sciētiae gratia coruscet. Vnde & subditur: Erat enim arca dei in die illa cum filiis Israël. Quasi dicat: Hoc applicare præcepit, quod esse cognouit. Ab irreligiosis quidem religionis consilium, aut sapientiæ à stultis petere, non est consilium accipere, sed præcipitare. Bene ergo dicitur: Erat enim ibi arca dei: quia in reb; dubijs illos debemus consulere, quibus aperte scimus spiritualia dona non deesse. Sed quædam sunt, quæ per consilium, quædam uero quæ per auxilium meliorantur. Vbi enim aperta, & indubitata necessitas est, illic non est idonea mora consilij: sed celeritas subuentionis. Ambigua quidem, & obscura melius consulendo peragimus, sed aperta, & cognita subueniendo, & festinando subleuamus. Vnde & subditur: Cūq; loqueretur Saül ad sacerdotem tumultus magnus exortus est in castris Philistin, crescebatq; paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saül ad sacerdotem: contrahe manum tuam. Conclamauit Saül, & omnis populus, qui cū eo erat, & uenerunt usq; ad locum certaminis. Quid enim aliud signat, quod prius Saül applicare arcam petiit, deinde sacerdotem contrahere manum iussit: nisi quia & obscura debemus consulendo discernere, & quæ clarius innotescunt, cum festinatione complere. Sed prædicatori tumultum crescentem paulatim audire est, conuersorum peccatorum deuotionem cognoscere. Quod paulatim crescere dicitur: quia dum mentem nostram ad bona opera spiritus dirigit, hanc ad meliora per quotidianos profectus leniter ducit. Quid uero est, quod Saül, & omnis qui cum eo est, populus clamant: nisi quia se præliatoribus sociant. Sed & usque ad locum certaminis ueniunt. Locus certaminis cor est, uerbum dei audientis. Certaminis uero locus dicitur, quia uerbum, quod recipitur, cum præterita conuersione præliatur. Placet enim ei iam ecclesiæ, quæ audit, sed uetus consuetudo insurgit, & ut audita contemnat suggerit. Fit pugna item grauior, quia quod predicator landat, hoc maligni spiritus dissuadendo uituperant, & quasi præliando se contra sanctos erigunt, dum illud hellando destruunt, quod istorum uoce prædicatur. Quid est ergo uenire usque

Exo. 16.

1m. 14.

Nu. 20.

2 Cor. 11.


G vsque ad locum certaminis, nisi per acquisitionis aditum, peruenire ad secreta cordis auditoris, ubi hostes celeriter inueniat, & potenter cedat. Nam qui discutere interna nesciunt, ad locum certaminis peruenire non possunt. Vel locus certaminis est, ubi creber fama magnae regionis est. Illic quippe dum ab innumeris curritur, qui & vitam deponere veterem, & induere novam concupiscunt, certaminis locus recte nuncupatur: quia quotidie illic spiritualium virtutum exercitus pugnat, cum numerositate vitorum. Illic quidem quanto graues pugnae, tanto gloriosae victoriae. Illic quo frequentius accessus hostium, eo & laudabilior numerus triumphorum: ubi non solum magnorum alta virtus extollitur, sed communis omnium strenuitas mira fortitudinis ostensione monstratur. Vnde & sequitur: Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum, & caedes magna nimis. Quis est hic gladius, nisi gladius spiritus, quod est verbum dei? Qui enim innumerabilibus locis ad omnipotentis dei seruitium conuersi sunt, quia verbo dei inseparabiliter inhaerent, quasi iuxta se quisque gladium tenet. Gladius ergo vniuscuiusque ad proximum vertitur, quando is, qui in monasteriis conuersi sunt, & vicissim se verbo dei perforant, & carnalitatem in se penitus necant. Velut enim alterutro vulnere interficiuntur, dum alter alterum verbo dei percutit: & quicquid in se carnaliter viuit, extinguit. Qui, quia nuper conuersi, a seculari vita ceciderant: Philistinorum typo signati sunt. Vel gladius alterius ad proximum vertitur, quando per conuersionem exhortationem, nondum conuersi peccatores ad dominum conuertuntur: quando non solum is, qui praesunt, verbo praedicationis alios lucrifaciunt, sed multitudo subditorum quotquot possunt verbis, & exemplis instruere, & praesentis vitae desideriis conantur velut interfectos subducere, & aeternae vitae viuos exhibere. Haec quidem lucra peremptorum iam in tota ecclesia per orbem vniuersum diffusa, conspicimus, quia quicumque per diuinam gratiam iam deo viuunt, aeternae charitatis mucrone huic mundo mortui videntur. Gladius quippe vniuscuiusque ad proximum vertitur: quia omnes electi se in sancta ecclesia vicissim roborant, & ad celestem patriam studio aeternae praedicationis inflammant. Et quia innumerabilis populus quotidie deo acquiritur. Bene illic subditum est: Et caedes magna nimis. Magnum utique nimis est, quod in magnitudine potest quomodocumque dignosci, sed excellentia non valet comprehendere. Ad hanc quidem magnam nimis caedem oculos extulerat, qui dicebat. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum: dinumerabo eos, & super arenas multiplicabuntur. Potest etiam magna nimis caedes intelligi, non solum ut multi, sed etiam ut bene interfecti videntur. Quod quidem in conuersione peccatorum fieri cernitur: cum sic praeterita deserunt, ut ad eadem delectamenta nunquam reuiuiscant. Caedi utique peccatoribus est, ad tempus a turpi vita separari. Vehementer ergo siue nimis caedi est, temporalis vitae illecebras perfecte deserere, & futurae gaudiis inhiare. Ipsorum vero, qui conuertuntur, quia multa diuersitas est. Sequitur: Sed & Hebraei qui fuerant cum Philistin heri, & nudius tertius, ascenderantque cum eis in castris reuersi sunt, ut essent cum Israel, & his qui erant cum Saul, & Ionatha. Qui sunt Hebraei, qui fuerant cum Philistin, nisi peccatores a religiosa conuersione lapsi? De quibus non valde supra dictum est: Hebraei transierunt Iordanem. Hebraei quidem sunt ordine religionis, sed cum Philistin sunt, & cum eis ascendunt, quando per suggestiones noxias illuduntur, & in praua operatione proficiunt. Cum malignis quidem spiritibus sunt proposito, & voluntate peccati, sed cum eis ascendunt, quia ipsis impellentibus, in audaciam se extollunt iniquae operationis. Vel cum eis sunt, cum peccata sua operando perficiunt, cum eis vero ascendunt, cum prauitatis suae exempla aliis imitanda proferre non metuunt. Quid est ergo quod reuertit & esse cum Israele dicuntur, nisi quia tales etiam praerunquam respiciunt? Reverti enim amorem religiosae vitae resumere est. Et cum Israele esse est, in sanctam ecclesiam in charitatis unitate persistere. Ad hoc quippe reuertendum, ut cum Israele esse proponatur, quia nulla est conuersio peccatoris, si conuersus perseverantia ca-

Pf. 138.

supra. 13.

reat boni operis, & unitate charitatis. Sequitur: Omnes quoque Israelitae qui se absconderat in monte Effraim, audientes quod fugissent Philistin, sociauerunt se cum suis in praelio. Hoc quidem toties fit, quoties remotiori vitae dediti, ad querenda animarum lucra intorquere studium dignantur. Cum suis nanque se in praedium sociant, cum vera aeternae vitae gaudia cum sanctae ecclesiae doctoribus praedicant, pariterque a peccatorum cordibus malignos spiritus fugant. Sed quaerendum valde est, quomodo dicatur: Audientes quod fugissent Philistin. Praeclara quidem victoria non est, fugientes insequi, sed resistentes effugare. Quid est ergo quod dicitur: Audientes quod fugissent Philistin sociauerunt se cum suis in praedio, nisi quia his verbis eiusdem remotae vitae conuenientia lucra signantur? Mos nanque illorum virorum esse solet, ut verbum potius consulentibus se, quam sibi obstitentibus proferant, quia nisi deuotum cor auditoris agnoscunt praedicationem suam quasi in vacuum peritura emittere dedignantur. Prius ergo quam se suis in praedium sociant, Philistinos fugisse audiunt, quia non tam scelestibus conuertendis inuigilant, quam conuersis ad perfectioris vitae fastigia subleuadis. Ipsa autem sublimitas vitae perfectioris, quia suaderi magis exhortationis laboribus solet, qui fugisse Philistinos audiunt, praedari merito dicuntur. Hostes itaque fugiunt, sed nuper absconditi praedantur, quia remotae vitae viri non dignantur loqui, nisi deuotis auditoribus, sed loquentes, vitam, quam ipsi tenent, altitudinem magna verborum, atque exemplorum pugna suadere vix possunt. Et quia magna lucra praedicationis infirmi & imperfecti colligere non possunt. Sequitur: Erant cum Saul quasi decem milia virorum. Non ait decem milia, sed quasi decem milia. Huius denique numeri perfecta perfectio in terra non inuenitur, sed in caelo. Quia enim notem sunt ordines angelorum, & ad illorum societatem electorum illa hominum multitudo sustollitur, decem milia virorum illa sunt, quae in sanctis angelis, & electis hominibus in illa aeternae gloriae sede gratulantur. Quasi ergo decem milia virorum illa sunt, quae in istius adhuc seculi exilio posita, illius beatae societatis formam in moribus susceperunt. Quia item illius supernae vitae amore peccatorum tenebrae relinquuntur. Sequitur: Et saluauit dominus in die illa Israel. Contemplatio quidem internae lucis splendida valde atque clarissima dies est. In qua dominus Israel saluat, quia quorum corda luce intimi splendoris irradiat, in celsitudinem perpetuae salutis leuat. Saluare quippe in die illa dominus dicitur, quia ad aeternae vitae amorem nemo succenditur, cui intimae lucis splendor occultatur. Ad hanc salutis gratiam non solum electa, sed etiam despecta, quae videntur, mundi perueniunt. Vnde & subditur: Pugna autem peruenit vsque Bethauen. Bethauen dicitur domus inutilis. Hanc quippe inutilem domum dominus in parabolis ostendens, regem seruo in nuptiis praecipientem introducit, dicens: Exi cito in plateas, & in vicis ciuitatis, & pauperes, ac debiles, caecos ac claudos introduce huc. Pauperes quidem sunt, qui verbi dei thesauros in corde suo minime recondunt. Debiles vero sunt, qui laborare satis pro aeterna vita non possunt. Caeci vero idiotae, ac simplices designantur, quia dum caelestia nequaquam vident, lumine mentis carent. Claudii vero sunt, qui gressum boni operis perdididerunt. Sed pugna peruenit vsque Bethauen, quia saepe inutiles personae dum sermonis dei bello capiuntur, in eius redactae seruitium, vtilis fiunt. Pugnatur quidem cum caecis, ut videant: cum claudis, ut subsistant: cum pauperibus, ut morum thesauros accipiant: cum debilibus, ut ad robur boni operis conualescant. Vsq; ergo Bethauen pugna perducitur, quando illi sanctorum praedicatione capiuntur, qui vtilitatem alicui necessariam, habere nullam videbantur. Vnde & subditur: Et omnis vir Israel sociatus est sibi in die illa. Omnis quidem vir praedicatori coniungitur: quando conditio hominum nulla relinquatur, ex qua conuersi ad bonam conuersationem minime perducantur. Sed qui Saul sociantur, viri dicti sunt: quia qualescunque in seculo sumus, in dei omnipotentis seruitio esse fortes admonemur. Nisi viri etenim praedicatoribus nequaquam sociantur: quia cum eis non conueniunt, nisi fortia ipsi agant, quae illi docendo laudant.

M  
Luc. 14.



**A** dant. Sed iam de iudiciis hostibus, iam sibi fortibus coniunctis, quid ex agris, acriter considerandum est. Sequitur: Et adiurauit Saul populum, dicens: Maledictus vir qui comederit, usque ad vespertinum: donec vlciscar de inimicis meis. Inimicorum illi sunt, de quibus Psalmista obsecrat, dicens: Erripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Inimici quidem sanctorum recte immundi spiritus dicuntur: quia mundi blandimenta, quae illi suggerunt, amplecti isti magno studio detestantur. Nam quibus adhuc aliquid de maligni spiritus consiliis placet, eius vtique inimicus non est: quia odisse nondum nouit, cuius blandimenta non respuit. Inimici etiam sanctorum dicuntur, vt ex sacro eloquio detegantur. Nam per omne, quod suggerunt: per omne, quod blandiuntur: eas animas, quibus delectabiliter fauent: perdere conantur. Quid est ergo, quod populum adiurat, ne vsque ad vespertinum comedat, donec de inimicis suis vltionem sumat? Sed notandum, quia iam de iudiciis hostibus ista loquebatur. Quid vero est comedere victoribus, nisi de peccato virtutis opere, cibos vanae laudis delectanter excipere? Maledictus (inquit) omnis, qui ante vespertinum comederit: quia qui modo vanas laudes gratanter excipit, tunc aeternas creatoris laudes amittit. Adiuratur ergo populus ne comedat: quia doctorum praeepto constituitur, vt de bono opere inaniter nunquam gloriatur. Fortia bene viuendo agat, sed quando vixerit, appetere de fortitudine laudes caueat: vt laudari post mortem aeternaliter non amittat. Qui enim ante vespertinum populum manducare prohibuit, ad vespertinum vtique esse comedendum concessit. Et quia in vespere finis diei est, in vespertinum comedunt, qui abstinere ante vespertinum possunt: quia qui laudari modo de magna actione despiciunt, cum ad vitae finem ducuntur, aeternis dignis laudibus inueniunt. Hoc est, quod dominus se daturum electis in Euangelio repromittit, dicens: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Hinc iterum ad iudicium veniens, dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi. Tunc quidem de inimicis nostris vlciscimur: quia omnes tunc diabolicae tentationes euanescent. Quia enim vltra demonum insidias tentando nihil obfunt, cum per carnem morimur, de inimicis nostris vlciscimur; quos iam velut interfectos penitus non pauemus. Vel ergo vtique ad vespertinum comestionem differimus, si laudis nostrae praecordia in fine venturo iudicii reseruemus. Tunc quidem manducandum est: quia qui iudex tunc venit, modo dux nostri exercitus, commilitonibus repromittit, dicens: Faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Tunc quippe victores discumbunt: quia internae quietis alta sede recepti, perennis vitae laudibus delectantur: quando ipsi tacentibus, omnium bonorum operum praecordia concinnant: & simul proferuntur ad gloriam, quae hic magna virtute serebantur ad pugnam. Sequitur: Omneque terra vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel: nullusque applicuit manum suam ad os suum. Saltus syluofus, atque cliuofus locus est. Quo nimirum nomine apte corda secularium designantur: quia dum tota intentione curis exterioribus seruiunt, velut syluosa loca culta ad fructum boni operis praedicationis vomere non sunt. Qui vero vulgus nomine hoc loco signantur, nisi religiosi viri, & simplices? Terra quidem vulgus dicitur: quia in bono opere magni sunt, sed tamen altissima contemplatione magni non sunt. Nobiles quidem actione, sed vulgus summorum virorum comparatione. Quid ergo est, quod vulgus terra venit in saltum: nisi quia religiosi, & simplices viri per exempla bonorum operum, saepe ad notitiam secularium deducuntur? Vbi mel in agro apparuit: quia de exemplo boni operis apud seculares inueniunt, & deuotionis latitudinem, & fructum venerationis. Quid enim est ager in saltu, nisi deuotio in inculto & in expurgato corde secularium? Et quid mel super faciem agri, nisi dulcedo fauoris? Qui merito post ingressum vulgi apparere dicitur: quia videlicet aspera secularium corda, si prius religiosorum exempla non vident: nec latitudine deuotionis se valent distendere, nec alienae san-

ctitatis gloriam praedicare. Ante ingressum quidem tantum D saltus est: nec agrum habet, nec fluens mel. Post ingressum vero & latitudinem agri habet, & dulcedinem melis: quia saepe qui mundum diligunt, sanctorum exempla feruenti amore recipiunt: vt bonum, quod vident, sibi non solum placeat: sed etiam praedicare attentius concupiscant. Ipsa tamen sanctorum, vita laudanda est, & laus illa ab eis, quorum est, per vanam gloriam nullatenus capienda. Videri tantum debet, excipi non debet: vt glorificari deum quisque in suo opere gaudeat, sed de dei gratia extolli contemnat. Vnde & caute expressum est, quia fluens mel super faciem agri apparuit, & tamen manum cum melle ad os nemo applicuit. Mel quidem fluit, quia dulcis fama sanctorum dulciter velociterque currit. Sed manus ad os nullus ducit, quia de opere bono dulcedinem laudis non accipit. Manum quidem cum melle ad os applicare, est laudem operis sui gratanter accipere. Decurrat ergo mel, & nemo ad os manum applicet: vt sanctorum fama dulciter fluat, & ipsos, a quibus defluit, non extollat. Fluat, vt alios satiet: sed non sumatur, ne mortem propinet. Vnde & subditur: Timebat enim populus iuramentum. Iuramentum regis est, omnis qui se exaltat, humiliabitur. Item iuramentum regis est, quod contra hypocritas profert, dicens: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Iuramentum ergo populus, timet: quia ne aeternas amittat, temporales recipere laudes cauet. Sequitur: Porro Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum, extenditque summitatem virgae, quam habebat in manu, & intinxit in sauo mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Quos in hoc loco Ionathas, nisi illos insinuat, qui verbo, & opere magni sunt, sed tamen studio circumspeditionis, magni non sunt? Alta quidem praedicant, fortia execcent, sed in humilitatis circumspeditione se non viriliter tenent. Quid est enim, quod virgam tenet in manu, nisi quia disciplina, qua peccare alios prohibet, semetipsum non coercet. Virga quidem, qua paruuli solent corripiri, sermo correctionis potest apte designari. Praedicationis ergo, & opus bonum, virga & manus est. Quid est igitur virgam extendere, & manum ad os cum melle reuocare, nisi tam de praedicationis verbo, quam de studio boni operis vani fauoris gustum recipere? Sed quia more electorum peccat, non virga, sed extremitate virgae melleuare dicitur. Virgam quippe, & manum melle plenam, ad os conuertunt, qui iuxta veritatis vocem, omnia opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur. Dum enim suis laudibus saturantur, mel non ad tenuem gustum habent in summitatem virgae, sed vel in tota virga, vel in manu ad plenam refectionem. Tales vtique erant, quibus dominus in euangelio exprobrat, dicens: Quomodo potestis credere, gloriam ab iuicem recipientes? Quid ergo est haec virgae extremitas, nisi quia plerumque & dominum glorificare in suo opere quidam volunt, & apparere ipsi laudabiles non refugunt? Merito igitur vocem patris, qua populum adiurauit, Ionathas non audisse dicit, quia dei, siue eius praedicatoris verba non audit, qui ea implere negligit. Quid vero est, quod ex gustu mellis illuminati sunt oculi Ionathae, nisi quia qui vani fauoris auram recipiunt, ex eodem ad agenda fortia roborantur. Hoc quidem loco non dicuntur aperti oculi, vt clausi fuisse sentiatur, sed vt reparato vigore corporis, ad videndos intelligant, & ad extinguendos hostes reparati. Quod nimirum elatis omnino conuenit, qui ex eo maiora, & fortia agunt, quo laudabilia opera sua efficii conspiciunt. Sed saepe minor zelo charitatis occendit, qui delinquentes magnos viros ad scripturarum memoriam reducere conatur. Vnde & subditur: Respondensque vnus de populo, ait: Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie. Patrem quippe adiurasse populum, & maledictum protulisse retulit, quia cum minor errantem vult praelatam dirigere, non debet asperè obiurgare, sed dulciter atque humiliter ad maiora statuta memoranda reducere. Vnde dicit: Iureiurando constrinxit pater tuus populum. Vt enim cum dulciter admoneat eum, qui iureiurando populum constrinxit, patrem eius esse asseruit. Quasi enim aliis verbis dicat: Tanto dilectius debes ma-

Mat. 5.

Luce 12.

R Luce 18. Mat. 6.

Mat. 24.

F Ioan. 5.

R R Iorum



Giorum instituta conseruare, quanto eorum locū altius videris per successionis dignitatem retinere. Constrictus etiam populus iureiurando patris asseritur: vt non loquentis personae humilitas, sed ostensae auctoritas attendat: vt si suggerentis ordo despicitur, illius qui monstratur, celsitudo timeatur. Quem tamen patrem asserit: vt praecepta maiorum & iuri mori esse debeant & amori. Dicat ergo: Iureiurando constrictus pater tuus populum, dicens: Maledictus qui comederit panem hodie. Quod tale est, ac si dicat: Eorum te memorem esse volo, quae tua, non mea sunt: quia dum culmen maiorum obtines, eorum leges quasi hereditario iure seruare debes. Panis vero nomine fauor adulantium recte exprimitur: quia mentem vanitati intentam, & satiat, & confortat: dum hanc ad agenda quae laudati debeant, valentorem reddit. Quod quidem arrogantibus valde conuenire cernitur, qui ad loquendum, prolatis laudibus, animantur. Et quia arrogans praedicator habet similes sibi subditos, laudis cupidos. Sequitur:

Defecerat autem populus. Quid est ad literam deficere, nisi lassescere: Qui enim laudes transitorias de verbi praedicatione requirunt, deficiunt, cum non laudantur: quia nullo vigore verba proferunt, quae non laudari cernunt. Velut enim lassescunt deficiunt, dum despecti obmutescunt. Sed & dum non comedunt, videntur deficere: quia si licitum haberent cibum fauoris, velut resecti & fortes insequerentur vitia praedicatione verbi. Vnde & arrogantis praedicatoris forma ostenditur, per id, quod subiunctum est. Dixitque Ionathas: Turbauit pater meus terram. Vidistis enim ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset populus praedam inimicorum suorum quam reperit. Nonne maior facta fuisset plaga in Philistim? Quid est enim, quod turbasse terram patrem reprehendit, nisi quia maiores statuta sua per imperitiam confudisse redarguit. Terre quidem nomine subditorum humilitas designatur. Quae nimirum turbari cernitur, quando errante pastorum iudicio, tranquilla veritatis ordinem deserere videtur. Et quia dum fauores hominum arrogantibus inhiante ambiunt, & hoc licitum esse asserere conantur, profectus suos in testimonium perducunt. Vidistis enim (ait) quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto. Quasi dicat: Ex laude subditorum creui dum non esse minor laudibus studui. Nam & electorum praedicatorum mos esse solet, vt dum se laudari considerant: hoc quod de se foris audiunt, esse viribus contendunt. Et idcirco paululum mellis se Ionathas comedisset retulit: quia arrogans linguae fauores se excipere licite putat ad vitae profectum, non ad intentionem vanitatis. Sed omnino aliud est

laudis praeconia moribus adaequare contendere: aliud laudes appetere, vt in eisdem laudibus profectum vitae possit inuenire. Laudes quippe suas moribus adaequare conantur, qui ipsas laudes despiciunt, qui laudari ab hominibus nunquam volunt. Quantum certe in eis est laudari vehementer refugit, sed quia non possunt omnino effugere, ne laudentur, conantur esse, quod audiunt. Sed quidem, bonis ostentis operibus, idcirco laudari volunt, vt laudati maius conscendant in opus virtutis. Quia profecto praesumptionis suae aestimatione saluntur: quia qui in minimis laudes appetit, cum maiora opera fecerit, ardentius & valde audius, laudes quaerit. Et fortasse ideo post patrem Ionathas non potuit regnare, quia illos signabat, qui dum vanè se extollunt, verè deficiunt. Addidit quoque ratiocinando, & dicit: Quanto magis si comedisset populus praedam inimicorum, nonne maior facta fuisset plaga in Philistim? Mellis paululum in virgae summitate gustare est, de doctrinae facundia qualitercūq; gloriari. Praedam vero inimicorum comedere est, virtutis opera per memoriam repetere, & recolendo gaudere. Quasi enim praedam inimicorum facit, dum ea in quibus occultis hostibus quis praenaluit, ad memoriam ducit. Ea quoque ad saturitatem comedit, qui quasi sua virtute haec fecerit, se inaniter, & vehementer extollit. Dicit ergo: Quanto magis si comedisset populus praedam inimicorum suorum, nonne maior facta fuisset plaga in Philistim? Quasi dicat: Cū ex breui gustu fauoris, tantus profectus sit, quid electi praedatores facerent, si plenas operum laudes licitas ac iustas haberent. Sequitur:

Percusserunt ergo Philistaeos in die illo à Magmis vsque in Aion. Dies metis est splendor eruditionis. Sed illi quos arrogantes erudiunt, quia ambitione temporalis gloriae acceduntur, simulationem lucis accipiunt, non veritatem. Dum ergo dies illa dicitur, quid aliud signatur, nisi quia saepe propolito temporalis gloriae fortia fieri viderentur. In die namque illa, id est doctrina vel exemplo superbiorum percutiunt, qui ad hoc ministerio praedicationis inseruiunt, vt splendor gloriae temporalis adipiscantur. Et quia omnibus innotescere cupiunt, dicit: A Magmis vsque in Aion. Magmas (vt iam satis dictum est) humilitas, Aion vero frater meus moerens interpretatur. Humiles autem hoc loco, pusilli ac simplices in sancta ecclesia designant. Moerens vero frater quos alios insinuat, nisi eos quos dominus in euangelio collaudat, dicens: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Qui enim iam temporalia cuncta nouit despiciere, & ad aeterna magnis desideriis anhelare dum horret, teneri in corpore, & gemit in illa aeternae vitae laetitia nondum esse, frater meus moerens recte nominatur. Frater quidem, quia Christi cohaerens iam esse coepit, ad cuius beatissimam illam atque laetissimam hereditatem totis desideriis ingemiscit. Moerens autem dicitur, vt perfectorum luctus inenarrabilis esse designetur. Moerere autem non quomodolibet, sed affectuosissime flere est. Quia enim spiritus sancti gratia repleti sunt, ad illam stetitum vbertatem peruenerunt, quam egregius doctor asserit, dicens: Ipse autem spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Moerens etiam frater dicitur, quia redemptori in magna familiaritate perfecti quoque coniuncti sunt. Quem enim singulariter redemptor diligit, quem singulari dignitate ad perpetuae hereditatis possessionem nutrit, cū frater eius asseritur, singulari numero declaratur. Vnde & ad Moysen quasi singulari amicum dicit: Noui te ex nomine. Hinc est quo de Ioanne in euangelio dicit: Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus. Qui enim omnes discipulos valde diligebat, dum hunc diligere dicitur, frater singulari numero demonstratur. In die illa à Magmis vsque in Aion Philistaeos arrogantes percutiunt, quia vt lucem gloriae secularis accipiant: non solum paruulis parua praedicant, sed alta, quae perfectiores agnoscant. Et quia cum sibi per intentionis peruersitatem obtinuit, nonnullis in Christo paruulis, pluribus etiam perfectioribus profunt loquendo, à Magmis vsque in Aion non pugnare, sed percutere dicuntur. Philistaeos quidem percutere est, demonum insidias, vel vitiorum tyrannidem ab electorum corde perimere. Sed saepe elati doctores alii per verbum profunt, & eiusdem verbi laudes nullas accipiunt, quas concupiscunt. Vnde & frequenter accidit, vt dum laudari, & efferi se non considerant, velut fatigati magnis laboribus, obmutescant. Quare & subditur. Defatigatus est autem populus nimis. Mos quoque esse elatorum solet, vt cum ab eorum laudibus lingua aliena silet, aestimatio sua non sileat. Tacentibus quidem aliis clamant, quia aestimationis suae praeconia in corde portant. Bene ergo de eodem populo subditur: Et versus populus ad praedam, tulit oues, & boues, & vitulos, & maeta uere in terra, comeditque populus cum sanguine. Oves quidem tollit, qui innocentiae suae causas multiplices ad elationem recolit. Boues in praedam tollit, quando labores praedicationis suae cogitat, & quicquid aliis loquendo, velut terram excolendo, profecit, memorando coaceruat. Vitulos tollit, cum de eo extollitur, quod compressi motus lasciuiae ad mentem reducuntur. Quia enim duo in magna iustorum laude praecpta sunt, videlicet splendor charitatis, cum luce boni operis, dum aestimatione sua quisque arrogans extollitur, & oues, & vitulos tollere perhibetur. Oves quidem in innocentia honorum operum, vitulos vero in mortificatione corporalium passionum. Quibus nimirum boues inseruit, quia profectè non extollitur, qui se infirmum, & impotentem in parte aliqua contempletur. Magnus quidem apud se iam est aestimatione pudicitiae, & boni operis, sed in fastu amplioris elationis se eleuat, dum profectum se recolit in labore praedicationis. Sed haec omnia ad quem finem perducantur, subsequenter expositum est. Et maeta uere in terra. In terra oues, boues, & vitulos maeta uere est, de virtutum conscientia ima & carnali laetitia exultare. Vnde & per Oseam de elatis,



Cf. 5.

A elatis, & arrogatibus dicitur: Victimam demergebant in profundum. In profundum quidem victimas mergunt, qui caelestes virtutum noftias non in coelum per gratiarum actionem subleuant, sed ad terram per appetitum vanae laudis in-

Nunciare autem Saül dicentes quod populus peccaret domino comedens cum sanguine. Qui ait: praeuaricati estis. Voluite ad me iam saxum grandem. Et dixit Saül: Dispergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat vnusquisque bouem suum, & arietem, & occidite super istum lapidem, & vescimini, & non peccabitis domino cum sanguine comedentes.)

Prædicatorum sanctae ecclesiae proprium est, & perpetratas culpas reprehendere, & qualiter reprehensa vitari debeant, monstrare. Reprehensio quidem innotescunt, sed si vitari nesciantur, offensa repetantur. Quid in hac sanguinis comestione, nisi latens elationis virus ostenditur? Latentia autem vitia nisi exposita non curantur. Vt ergo prædicatorum mores inuincat, Saül prius praeuaricatum fuisse populum asserit: deinde in lapide occidi, quae manducant, animalia, præcipit. Sed saxum, siue lapidem nouimus, quia hunc Paulus ostendit, dicens: Petra autem erat Christus. Lapis vero ad prædicatorem voluitur, cum coram eo redemptoris exempla memorantur. Deuolui etiam dicitur, vt ex omni parte videatur. Grandis vero dictus est: quia per Daniëlem crescere perhibetur, & omnem orbis faciem implere. Non ergo quomodolibet, sed ab utroque latere reuolutus aspicitur, vt ab arrogatibus conspiciatur deus, & eorum arrogantia deprimatur. Videat ergo arrogans quam potens in virtute, quam sublimis in maiestate, quam humilis in virtute redemptor noster apparuit. Nam caecos illuminans, ægros sanans, præcipiebat vt quod potenter egisset nemini diceretur. In mote repleuit, patrem testimonium suae diuinitatis produxit, & tamen discipulis ait: Nemini dixeritis visionem hanc, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et fortasse idcirco resurgente iam domino, ad monumentum angelus apparuit, qui ab eius ostio lapidem reuoluit. Tunc quippe reuolendus erat lapis, quia

1. Corin. 10.

Daniel. 2.

Mat. 9.

Isaïem. 17.

Luc. 24.

Christus verus homo, & potens deus post resurrectionis gloriam erat agnoscendus. Si ergo vnam partem lapidis aspexit elatus, voluit lapidem, & aliam videat. Non qualitercunque lapidem videat, quia non est mortuus Christus, sed reuolutum ab angelo: quia à mortuis resurrexit. Aspiciat ergo facultatem prædicationis hinc, & voluat, & miret illinc splendorem humilitatis. Videat signorum potentiam hinc, & inde videat, quia qui virtutis potentia claruit, eandem virtutem precepto silentij occultauit. Sed dum videt partem humilem, videat & sublimem. Ecce humilis pars lapidis cernitur, quia dicit: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. Sed si ista pars voluitur, altera reuelatur, quia subiungitur: Propter quod deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ad prædicatorem ergo lapidē voluimus, cum coram ipso redemptoris nostri potentiam, & humilitatem memoramus, cum & in operibus eum attendimus humilē, & ex humilitate in cælo sublimem. In hoc quidem lapide bos, & aries occiditur, vt in omni hominum genere elationis vitium Christi contemplatione mactetur. Ibi quippe omnis sanguis effunditur: quia qui exemplo Christi instruitur, magna agit, sed de illis magnis operibus se non extollit. Pascitur quidem lætitia boni operis, sed non cruentatur cibus eius sanguine vanae laudis. Nam lapis ille si in verbis reuoluitur, dicit: Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Sed quia de verbis non tu-

Ioan. 15.

minit, voluens se, ait: Ego non quero gloriam meam. Bos ergo, & aries in lapide occiditur, quando exemplo redemptoris omnis cornuta elatio condemnatur, quando electus quilibet & bene agit, & optime docet, sed nec vita eum erigit propria, nec eruditio aliena. In ariete quippe robur propriae innocentiae exprimitur, in boue autem labor, & fortitudo prædicationis. Qui in petra occiduntur, vt sic electam mentem gaudento reficiant, vt ei mistum in se cruorem caribus non impendant. Hoc quidem electus prædicator non solum loquitur, sed etiam persuadet. Vnde & subditur: Adduxit itaque populus, vnusquisque bouem in manu sua, vsque ad noctem, & occiderunt ibi.) Bouem in manu adducere est, peccatum elationis penitentiae afflictione delere. Dum enim operando delet, quod superbiendo deliquit, mactandum bouem in lapide per manum ducit. Quid est autem quod dicit, Vsq; ad noctem, nisi quia & peccare non licet, sed delere peccata vsq; ad mortem licet. Vsq; ad noctem ergo boues mactandi sunt, non in nocte, quia dum viuimus peccata delere poenitendo possumus, post mortem fructuosam agere poenitentiam non valemus. Bene autem in eodem loco subditur: Aedificauit autem Saül altare domino, quia dum peccatores conuertuntur, quasi ex lapidibus caeleste ædificium fabricatur. Et quia plerique codices habent: Tuncq; primum cepit Saül aedificare, potest altaris nomine compunctio cordis intelligi. Quando enim per verbum doctoris compunctio cordis erigitur, nimirum altare domino aedificatur. Et primum aedificatum dicitur, quia est compunctio amoris. Vnde & in tabernaculo foederis duo altaria fieri à domino iussa sunt, adolendis, scilicet thymiamatibus vnū, alterū comburenda carnis. Primum altare foris erat, secundū intra sancta sanctorū. Altare ergo primum compunctio timoris est, altare secundū compunctio amoris. Illud quippe peccata lugentium est, istud vero ad aeterna gaudia totis desideriis inhiantium: illius lapides recogitationes peccatorum, huius lapides meditationes perennem gaudiorū. Altare ergo primū doctor aedificat, quando culpas exponit, quas dum in se peccator aspicit, ingerit. Merito etiam altare compunctio dicitur, quia incensat. Sed cum diu pro peccatis suis vnusquisq; compungitur, poenitendo proficit ad vsum securitatis. Nam post afflictionis tempora ardere incipit ad aeternam vitam, & qui prius lugebat pro pauore supplicij, hinc iam copiosius incipit pro dilatione mercedis. Quia ergo prima electorū compunctio ex timore nascitur, dum per typum regis, & populi prædicatores, & nuper conuersi subditi designantur, altare tunc primum Saül aedificasse dicitur. Sed ex aliorum profectu saepe doctor ad aliorum lucra consequenda succenditur. Vnde & subditur: Et dixit Saül: Irruamus super Philistin nocte, & vastemus eum vsq; quo illucescat mane, & non relinquamus de eis virum.) Hoc supra satis expositum est, sed quia in nocte, & vsq; quo illucescat dies percutere Philistaeos appetit, hoc profecto insinuat, quia ne in futurum nocere demones possint, à cordibus peccatorum modo expellendi, & perimeudi sunt. Nox quidem vita haec dicitur, cum aeternae comparatur. Nam qui illam vitam contemplari dignè potuerit, illius comparatione quicquid hic lucidū cernitur, noctis obscuritas esse iudicat. Illucescit autē dies illa, quando in fine huius vitae, electis animabus se aperit. In egressu quippe suo de corpore electa anima illucescentem sibi aeternitatem videt, quia lucem praesentis seculi quasi tenebras non aspexit. Quid vero est, quod dicitur, Et non relinquamus ex eis virum.) Sed omnis Philistaeus vir vastari debet, paruulus omnis nequaquam vastari potest. Nemo enim sine peccato, nisi solus deus. Viri ergo capitalia crimina, & vitia principalia sunt. Sed tunc virorum, id est, fortium nomine designant, cum peccatorū sibi corda subsiciunt. Bene ergo dicit: Non relinquamus ex eis virum, quia conuersi peccatores sanctorū prædicatorū consilio fortia quaeque peccata, & vitia deserunt, sed nullū peccatū, aut vitium habere non possunt. Possunt cauere crimina, sed omnia non possunt vitare peccata. Possunt vitia extinguere, sed ne aliquo eorū quomodocūque pulsentur, non praevalent exercere. Dicit ergo: Non relinquamus ex eis virum, quia prædicatores sanctae ecclesiae & vitia nos eradicare precipiunt, sed dum fortia, & principalia in nobis necant, agere nequeunt,

D Ioan. 8.

E

Exo. 27.

F

**G** vt quaedam eorum per tenuem motum nequaquam uiuant. Et de populi obedientia subiungens, ait: Dixit populus: omne quod bonum est in oculis tuis, fac. Oculi praedicatorum sunt intuitus rationis. Qui ergo arbitrio doctoris committitur, dicere ei recte perhiberetur. Omne quod bonum est in oculis tuis, fac. Quasi dicat: Qui nos de rationis nostrae illuminatione diffidimus, rationis tuae luci committimus, quod nobis deesse iudicamus. Sed hoc quod dixit Saül: Irruamus super Philistin, potest intelligi, quia non deliberata protulit, sed hoc dicendo, an esset super Philistin irruendum consuluit. Quod autem populus cito assensum praebuit, hoc quod videmus, insinuat: quia nonnulli intra sanctam ecclesiam antequam verba maiorum intelligant, probant. Nam protinus subditur: Et ait sacerdos: Accedamus huc ad dominum. Et consuluit Saül dominum dicens: Num persequor Philistin. Et non respondit ei dominus in die illa. Quid est, quod consulentis regis verba, quae populus laudat, sacerdos ad dominum esse deferenda denunciat, nisi quia obscura & magna negotia, quae simplices latent nunquam bene disponuntur, si eorum exitum in sacrario mentis subtili meditatione non querimus. Ad dominum quippe accedere est, eius voluntatem secreta contemplatione cognoscere. Et bene accessus dicitur: quia ab exterioribus ad interna tendimus, quando operis nostri exitum in diuina voluntate cognoscere tentamus. Nam qui occulta, & intima quaerit, & exteriora non deserit, ea quae nescit adire, non inuenit. Quando ergo a nobis de occultis rebus consilium quaeritur, ad dominum accedamus, vt tunc demum quod agendum est, proponatur, cum in diuina voluntate cognoscitur. Multa enim videntur bona esse, & non sunt. Pluraque etiam facienda sunt, sed vtilius fiunt, si congruo tempore reseruentur. Quaedam quoque alij facere debent, alij vero non debent. Quae nimirum si electus quilibet in secreto meditationis videre negligit, ea vti recto ordine non disponit. Econtra autem qui discutere ea, vel agere meditando conuenit, non solum agenda, sed etiam vitanda cognoscit. Vnde & bene dicitur: Consuluit Saül dominum, & non respondit ei dominus in die illa. Dies est cogitatio mentis, quae bona putatur, & non cognoscitur. Nam dum bonam se esse simulat, quasi lucem portat. In die ergo illa dominus consulenti se non respondit: quia verbum dei cum mala deliberatione conuenire non potest. Per responsum quidem verbi, patefacere solemus sensum intimae voluntatis. In illa igitur die dominus non respondet: quia omnipotens deus in simulata cogitationis luce non cernitur, qui semper in claritate veritatis inuenitur. Et notandum, quia qui accedendi ad dominum consilium tribuit sacerdos fuit. Quid enim sanctius, quam consilium accedendi ad deum? Sacerdotes ergo toties sumus, quoties fratribus bona consilia ministramus. Sacrius enim nihil dari potest, quam id per quod quisque ire ad conditorem debet. Nos autem quia ordinem spiritualis pugnae describimus, continuare priora sequentibus debemus. Verbum quidem Saül fuit, vt sic Philistaeos vastaret, vt ex iis virum non relinqueret. Quod sic etiam intelligi potest, quia ita volebat Philistaeos perimere, vt eorum nullus ultra mouere bella potuisset. Magna quidem haec dies mentis est, quae sic aeterna quaeruntur: vt temporalis hostis nullus a caede relinquatur. Sed quia nulli conceditur, sic temporaliter vincere, vt non debeat omni tempore pugnare, merito dicitur: Non respondit ei dominus in die illa. Respondere dei non solum intimi verbi eius est, sed gratiae, & muneris. Quando enim benignè concedit, quod pie petitur: respondere perhibetur. Non ergo respondet dominus in die illa, quia permittit quidem electis vt vincant: sed de hostibus quasi viuentes deserit, vt cum quibus semper pugnent, inueniant. Quod tamen si ideo dicitur, quia Ionathae culpa caelatur: magnus timor praelatis incutitur. Filius quidem peccat, & patri eius responsum negat. Vnus etiam deliquisse cognoscitur, sed pro vnus culpa insequi hostes suos cuncti perimunt. Quid in hoc facto signatur, nisi quia peccata subditorum, non solum sibi, sed etiam praelatis, & secum communiter viuentibus nocent: Quia vero latens haec culpa a rege discutitur, videamus iam quae sublimitate latentia quaeque perquirantur. Nam sequitur: Applicare huc vniuersos

angulos populi, & scitote, & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. Viuit dominus saluator Israelis, quia si per Ionatham factum est absque retractione morietur. Quibus nimirum verbis ordinatum valde iudicij ordinem demonstrauit: quia culpa prius inuenienda est, deinde poena irroganda. Nam iudicij ordo confunditur, si ante inuenta culpa discussionem proferatur. Ne eum ante discussionem feriat, dicit: Applicare huc vniuersos angulos populi, & videte, & scitote per quem acciderit hoc peccatum hodie. Et quia cognita culpa austerius ferienda est, iurat, dicens: Viuit dominus, quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractione morietur. Tractari quidem diutius debet, vt inueniatur culpa: sed postquam inuenta est, in ea viuus aliquis relinqui non debet. Absque retractione perimitur, qui vivere in peccato, statim vt innotuerit, prohibetur. Sed istud absque retractione, scilicet perimere, absque retractione non est: quia multa consideratione pastor vtitur, vt culpa, quam retractando inuenit, feriri absque retractione, & extingui velociter possit. Quod si iuxta historiam huius paterni iuramenti pondus attendimus, & illius temporis feruorem, & huius teporem pariter contuemur. Antiqui etenim patres, vt deo placerent, ad mortem filii etiam non parcebant. Nos autem eos, quos secundum carnem diligimus, etiam tenui asperitate verborum insequi non audemus. Ecce, qui ad regnum filium nutrebat, dicit: Quia si per eum peccatum factum est, absque retractione morietur. Nos peccantes cernimus, & obiurgare peccantes aut nolumus, aut timemus. Cur ergo hoc facimus, nisi quia deum sicut illi nequaquam diligimus? Nam Moyses vt bene peccatum idololatriae vindicaret, leuitas viginti tria milia virorum iussit occidere. In cuius nimirum exercitatione caedis dixit: Si quis est domini, iungat mihi. Ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta usque ad portam, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum. Quasi dicat: In hoc ostendet quisque quia sit domini: si pro eius amore fratri, proximo, vel amico non parcat. Dicit ergo Saül de filio: Quia absque retractione morietur: quia nobis iam sub rectoris gratia viuentibus, & si mors non decernitur corporis, peccati non debet vita dilatari. Absque retractione quippe rector interficit, cum affectus carnis non aspiciat: sed cum crimen inuenit, velociter ferit. Retrahit quidem, qui ne scelus acriter pungat, obsequia ab eo sibi impensa, aut consanguinitatis affectum cogitat. Quae in re notandum est: ut omnes culpa acriter feriendae sunt. Nam leues pulueris maculae melius excutendo, quam lauando, aut ignem apponendo terguntur. Graues etiam culpa in omnibus aequa asperitate insequendae non sunt: quia vulnera corporum pro ipsorum corporum natura, & robore vigorem exigunt medicinae. Plurimumque tamen praelati ecclesiae cum culpas audiunt, plus iusto inferuiscunt: & dum vindictam metuntur, nec vulnerum qualitatem, nec personarum delinquentium vigorem respiciunt. Qui tamen tolerandi sunt, cum minantur: sed ab vltione bonorum consilio sedandi sunt. Vnde & hic subiungitur. Ad quod nullus contradixit ei ex omni populo. Quia enim maiorum minae humiliter ferendae sunt, dicitur: Nullus contradixit ei. Et quia eorum nimietas salubri piorum consilio refrenanda est, non valde inferus cum eandem mortem filio inferre rex tentat, omnis populus clamat. Ergo ne morietur Ionathas, qui fecit salutem hanc in Israel? Liberauit ergo populus Ionatham ne moreretur. Sed quia nondum inuentam culpam non ferire, sed inuenire satagit latentem. Sequitur: Et ait ad vniuersum Israel. Separamini vos in parte vna, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Quid est, quod regis praeepto populus a rege, & eius filio separatur: nisi quia dum culpa latens, & suspecta quaeritur, & superiores & inferiores personae discutiendae sunt. Saepe quidem populus, saepe eorum rector delinquit: & aliquando ipsa subditorum culpa praelato adscribitur, quo negligente impleri perhibetur. Cum ergo ostensis superius iudiciis: quia lateat in populo culpa cognoscitur, & in quo sit abscondita nescitur, se rex admisceat: vt an sua sit culpa, vel populi pastor sciat. Equidem rex Saul conscius culpae non erat, quam ipse nec consensu, nec opere perpetrauerat: & tamen discutendus miscetur, vt si in se etiam later inueniatur. Quasi enim se peccati

Exo. 32.

M



1 Cor. 4.

Psal. 37.

Eccl. 9.

2 Reg. 7.

1084.1.

Año.1.

Sapient. 2.

Psal. 141.

D Philip. 3.

E

F

A peccatum inquit perquirebat, qui dicebat: Nihil enim mihi conuersus sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me dominus est. Quasi dicat: querere in seipsum, & inuenire non deus: quia si mihi lateo, cui nuda sunt omnia, non lateo. Ergo rex peccati illius, quod discutebatur, non conuersus. Ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera: quia electi doctores cum in aliis per rectitudinis zelum seruiunt, sibi metipsis, & suis familiaribus nequaquam parcunt. Quasi enim in vna parte populum separant, & semetipsos non separant, qui subditorum culpas discutunt: & ut semetipsos inueniant, inuestigare non curant. Magnum quippe est humane ignorantie pelagus. Nam si nolimetipsos querere, & quales sumus inuenire vix, aut nunquam possumus: alios quando possumus? Quid est enim quod propheta deplorat, dicens: Cor meum dereliquit me. Quid est, quod scriptura sacra denunciat: Ignorat homo, vtrum odio, vel amore dignus sit. Item quaestiones suae fructum propheta denunciat, dicens: Inuenit seruus tuus cor suum. Si vix inuenire cor sancti possunt, nolmetipsos inquirere, qua temeritate cessamus? Sed fortasse, nec propheta potuit: quia subiunxit: ut timeat te. Inueniret vtiq; cor suum, si pleniter cognouisset, odio an amore dignus exisset. Qui ergo non inuenit, ut coram deo securus esset: inuenit vtiq; ut timeret. At nos nec istud facile possumus: quia dum inuenire peccata nostra, & inuenta pensare negligimus: quasi perdiso corde securi sumus. In parte ergo altera illi in altera statuuntur: ut singulorum occulta confiderentur, & inuenta culpa digna poena feriantur. Quod, quia laudandum valde, non dissuadendum est. Sequitur: Respondit populus Saül: Quod bonum est in oculis tuis fac. Quid est autem, quod populo Saül, ut se in partem vnam separarent, praecipit, & populus facere regem rogat, quod praecipit: nisi quia inquirere semetipsos simplices nesciunt, etiam cum iubentur. Dicit ergo: Fac quod bonum est in oculis tuis. Quasi dicat: Tu melius agere nostra poteris, qui lumen cordis non solum tibi, sed etiam nostris prauidendis itineribus suscepisti. Sed rector de interna illuminatione laudatur, quam per gratiam habet, per estimationem non habet. Laudatur quidem quia cognoscere secreta aliorum possit, sed ipse semetipsum posse scire diffidit. Quia ergo lumen sibi tantae gratiae non adscribit, a deo postulare hoc precibus non omittit. Vnde & sequitur: Et dixit ad dominum deum Israel: Da iudicium. Quid est quod non responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo haec iniquitas est, da ostensionem: aut si est in populo tuo haec iniquitas da sanctitatem. Iudicium ergo dari petimus, quando nobis abscondita reuelari flagitamus. Sed quaerendum est, quid sibi vult tanta verborum diuersitas? Nam in se, & filio ostensionem dari petit, si in populo est iniquitas, sanctitatem. Quod tamen dici breuiter potest, quia electi doctores sciunt propriam fortitudinem, sciunt populi subiecti infirmitatem. Pro se ergo solam ostensionem culparum petunt: quia austeritate poenitentiae hanc soleant insequi sciunt. Pro populo autem sanctitatem quaerunt: quia culpas subditorum solum scire appetunt, sed quos inueniunt praua agere, rogant ad veniam per lameta peruenire. Quid est enim dicere, da sanctitatem: nisi sanctifica, quos demonstras? Mihi eorum occulta detegis, sed detegendo nihil agitur: si quod ostendis, gratiam refundendo, non operis. Quia vero saepe sunt subditi, & praelati cadunt. Sequitur: Et deprehensus est Ionathas, & Saül. Et quia ipsa etiam culpa non facile a quo sit perpetrata cognoscitur. Sequitur: Et ait Saül: Mittite sortem inter me & filium meum. Et captus est Ionathas. Qui sortes mittunt, per visibilia rerum coniecturas lateo saepe deprehendunt. Sic nimirum Ionas fugiens nascitur, sic Mathias apostolus apostolica celsitudine dignus inuenitur. Sortes ergo spirituales ponimus, quando per exteriora signa operum, ad occultorum notitiam peruenimus. Sortes enim vniuersi cuiusque propria est conuersatio. Vnde in Sapientia reprobi dicunt: Coronemus nos rosas, antequam mare calcant, nullum pratum sit, quod non pertransseat luxuria nostra: & bique relinquamus signa laetitiae, quomam haec est pars nostra, & haec est sortis nostra. E contra autem Psalmita precatur, dicens: Portio mea domine sit in terra

viuentium. Quod etiam Paulus denunciatus, ait: Nostra conuersatio in caelis est. Doctor ergo quasi singulorum sortes tenet, dum vniuersi cuiusque conuersationem videt. Et dum culpa nascitur, & rei persona nescitur: quasi sortis mittit, dum modum facinoris comparat personae negligentis. Sed & forte culpam deprehendit, dum quodam signo coniecturae, peruenit ad euidentem criminis veritatem. Negligenter quidem praesummet, qui commissorum sibi fidelium nescit & fortitudinem, & infirmitatem. Nosse enim debet fortes subditos, quibus sunt virtutibus apti: quibus infirmi sunt vitiiis per negligentiam proximi. Nosse debet, quae virtutum deuotio istos excitet, quae illorum negligentiam qualitas vitiorum turbet. Quasi ergo in exterioribus sortes singulorum tenet, dum prauidet, quibus illi possunt vitiiis obrui, quibus illi virtutibus exaltari. Causa igitur cogita, quasi sortibus signa imprimitum patens culpa: notam illius conuersationi adscribimus, qui per negligentiam pronus, & vicinus ad illud facinus perpetrandum ante fuisse videbatur. Sed coniectura haec habeatur ad indagandam veritatem, non ad rei inueniendae certitudinem: quia illic statim subditum est. Dixit autem Saül ad Ionatham: Indica mihi quid feceris. Quid est enim, quod captus interrogatur: nisi quia culpa, quae signis, aut coniecturis deprehensa videtur, ferienda adhuc non sunt. Quasi enim iam vulnus tenetur, sed adhuc tectum est. Discooperiatur ergo, ut mederi valeat, & curari. Cogendus quidem, aut admonendus est, ut culpam, quae iam velut palam cernitur, confiteatur. Dicit ergo: Indica mihi quid feceris: quia crimen, quod apertis quibusdam indiciis nescitur, ante iudicandum non est, quam apertissime demonstretur. Et quia electorum est peccare, & resipiscere: culpas perpetrare, & perpetratas confitendo detegere. Sequitur: Et indicauit ei Ionathas, & ait: Gustans gustauit in summitate virgae, quae erat in manu mea paululum mellis, & ecce mortuus. Quid est quod ait: gustans gustauit. Quare non dixit superius gustans gustauit paululum de melle isto, cum dixit: Vidistis quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto? Sed quidam dum peccata confitentur, ea nimirum quibusdam vocibus minuunt, dum se non ex toto animo commisisse ostendunt. E contra autem electi viri quando se de minimis accusant, ea vtiq; non quasi parua, sed quasi magna pronunciant. Quid est dicere: Gustans gustauit: nisi quod foris peccatum exercui, magno concupiscentiae ardore copleui. Et quid est post peccati confessionem, dicere mortuus nisi mortem a se poenitendo, & confitendo expellere, & expulsam timere? Quod quidem proprie est electorum, qui peccata sua deserunt: & tamen haec, quasi non deserta, pertimescunt. Et quidem paruis confessionibus, & austeris poenitentiae cruciatibus delent: sed, quasi non deleta, vehementer timent. Sed quid est quod ait: In summitate virgae: nisi quia dum nos confitendo insequimur, proferre contra nos mendacium non debemus? Peccatum quidem in confessione prodendum est, sed augmentandum mendacium non est. Tale quidem debet esse in confessione, quale fuit in opere. Vt ergo ardor concupiscentiae bene prodatur, dicit: Gustans gustauit. Et ut qualitas eius appareat, subditur: In summitate virgae. Quasi dicat: Audacter inflammatus feci, sed hoc feci. Et quia filius regis confitetur, dicit: Quae erat in manu mea. Virga Ionathae praedicatoris doctrinam, atque disciplinam signat. Quae in manu tenetur: quando non solum docet, sed quod docet, operando exercet. Quid est ergo, quod ait: Quae erat, non quae est in manu mea: nisi quia estimationem electorum insinuat, qui etiam cum parua committunt, praedicationis ministerio se indignos arbitrantur. Dicit ergo: In summitate virgae, quae erat in manu mea. Quasi dicat: De illo superbiens peccaui, quo peccando me indignum feci. Erat ergo in manu mea, & non est: quia etsi aliquando feci quod docui: illud, quod operando tenui, superbiendo amisi. Nunc igitur timore perterritus dicit: Ecce, mortuus. Et quia iudem metus aliquando diuina inspiratione mentis inuenitur, aliquando comminatione doctorum, subditur: Et ait Saül: Haec faciat mihi deus, & haec addat: quia morte morieris Ionathas. Sequitur: Dixitque populus ad R. R. ij Saül:

G Saül. Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem magnam in Israël? Hoc nephas est. Viuit dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cum deo operatus est hodie. Liberavit ergo populus Ionatham ne moreretur. Quid est ergo quod dicit: Ergo ne Ionathas morietur, nisi quia alius de eadem culpa moreretur? Quibus nimirum verbis populi, nobis ostenditur virtus magnae discretionis: quia in electorum examine, non solum culpam causam pensanda sunt, sed etiam merita personarum. Quod aperte his verbis ostenditur: quia non ideo Ionathas non moriturus asseritur, quia erat filius regis, sed quia in Israël magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt, communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera promerentur, ut posteriorum gravitas lenigaretur. Ipsa autem culpa leuigatio non acceptione personae decernenda est, sed respectu prioris vitae, quia ad abolitionem illius, sanctae ecclesiae lucra pensanda sunt, non carnis affectio admittenda. Sed quid mirum si ad absolutionem peccatoris propria merita iustitiae agnoscantur, quando in sacri eloqui autoritate discimus, quia alij pro alijs liberati sunt. Aliorum quidem bono opere alij adiuuantur, sicut ad peccantem regem Salomonem à domino dicitur: Quia non custodisti praecepta mea, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, sed de manu filij tui scindam illud. Hinc est quod non solum patrum opera filijs profunt, sed etiam ciues pro ciuibus liberandos agnouimus. Euenturae quidem Sodomae se promisit dominus parcere, si in ea tantum decem iustos inueniret. Hierusalem quoque respici misericorditer dicitur: quia aliquanta bona opera in ea inuenta sunt. Hinc est, quod Heli vita propria iustus, sed auctoritate pastorali remissus, à viro dei audit. Pars magna domus tuae morietur, cum ad virilem aetatem pervenerit, veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo, ut sacra scriptura hic aperte monstraret, & pro dissolutione percussum, & pro praeterita conuersatione respectum. Sed percuti fortasse ex parte potuit: quia qualemcunque vitae immunditiam habuit. De Ionatha ergo bene dicitur: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? Hoc nephas est. Viuit dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum deo operatus est hodie. Quasi dicat: Qui magna opera fecit, absolui ex toto digne promeruit. Quia igitur in ecclesiastica censura etiam non est acceptio personarum, est tamen discretio meritorum, apte conclusit sententiam, dicens: Liberavit ergo Ionatham populus ne moreretur. Quo in loco notandum est, quia rex bis iusiurandum interfectionis Ionathae superius protulit, quae tamen victus populi instantia non occidit. Quid est, quod iurauit, & iuramenti assertionem nequaquam seruauit? Sed ex hac re duo nobis documenta proueniunt, ut cauti scilicet & discreti esse debeamus. Cauti quidem ne iuremus, discreti, si agere peruersa iuramus. Qui cum iurate cauet, periurare omnino non potest. Sed cum male iuratur, iustus iusiurandum dimittitur, quam compleantur crimina, quae iurantur. Sit ergo vnusquisque cautus antequam iuret, ut aut ne omnino iuret, aut, facturum se mala, non intret. Cautos quidem nos esse dominus insinuat, dicens: Sit sermo vester, est, est, non, non. Nolite iurare neque per coelum, neque per terram. Contra autem reprobi, & incauti quidem sunt, & discreti non sunt. Nam saepe se acturos mala repromittunt, & reuocare promissa, quasi per iurium incursum, non fatigant. Hinc est quod Herodes incaute iurauit, & nepharium iusiurandum, quod protulit, in praecursoris domini morte compleuit. Cauti ergo in nostris dispositionibus esse debemus, sed si cauti esse negligimus, praetermittenda sunt proposita, non implenda. Sic quippe à proposito desistere, non est vitium leuitatis, sed virtus discretionis. Tamen iurare, quae reuocanda sunt, & detestanda omnino cauendum est, & vehementer horrendum, quia cum tale iusiurandum non impletur, non omnino culpa vitatur, sed minor eligitur. Sequitur: Recessitque Saül, nec persecutus est Philistim. Cum Ionathae culpa reperitur, cum iusiurandum rex non perfecisse cognoscitur, cessare Philistaeos persequi, perhibetur: quia dum propria infirmitate pastores deprimuntur, lucra aliorum exquirere fortiter nequeunt.

3. Reg. II.

Gene. 18.

Supra. 2.

Mat. 5.

Mar. 6.

Cessare etenim persequi Philistaeos est, ad tempus vitia aliorum insequi, praedicando desistere. Prius enim esse intendendum iudicant ad purificationem suam, deinde purgati vigilandum ad salutem alienam: quia dum silent, semetipsos praeparant, ut quasi per poenitentiam suam ad lucra aliorum fortiter surgant. Et quia saepe dum doctor sibi conscius silet, quibusdam eius subditis maligni spiritus, impia suggerendo, non silet. Sequitur: Porro Philistim abiire in loca sua. Tacentibus quidem doctoribus, in loca sua daemones abeunt: quia per pastorum silentium non pereunt, nisi quia ad vitam aeternam praedestinati non sunt. Loca etenim daemonum sunt: quia diuina praescientia in habitaculum dei praordinati non sunt. Hinc est, quod praedicantibus primis doctoribus dicitur: Credebant quotquot praedestinati erant ad vitam aeternam. Hinc Paulus ait: Quos praesciuit, & praedestinauit, & quos praedestinauit, vocauit. Hinc est quod volentes apostoli transire in Asiam à spiritu sancto prohibiti sunt. Qui ergo non praedestinati sunt, siue audiant doctorum verba, siue non audiant, vocari in dei habitaculum nequeunt: quia per nequitiam in qua sunt ante constitutionem mundi praecogniti, locum in se malignis spiritibus parauerunt. Bene igitur dum insequi Philistaeos, cessare dicitur, in loca sua daemones abire se referunt: quia aliquando dei dispensatione doctores tacent, ut illis tacentibus qui domini non sunt, à malis spiritibus recipiantur. Sed (ut dixi) cum post culpam pastores tacent, semetipsos humiliant, ut purgati in ministerium praedicationis potenter surgant. Dum tacent, infirmitatem suam pensant, sed considerando semetipsos, contra occultos hostes se validius roborant. Vnde & bene subiungitur: At Saül confirmato regno super Israël, pugnabat per circuitum contra inimicos eius. Debilitatur quidem regnum, quando pastores in aliquibus culpis cadunt. Sed debile confirmatur, cum per satisfactionem poenitentiae ad opus magnae virtutis eriguntur. Et super Israël confirmari dicitur: quia dum ad altae altitudinem proficit eos quibus praeminet ordine, vincit conuersatione. Videntibus deum praelatus est, sed supra deum videntes extollitur, cum praeter ceteros in diuina assumitur contemplatione. Merito ergo dicitur: Pugnabat contra omnes inimicos eius, & quocumque se vertebat superabat: quia qui aeterna altius conspiciat, facile conterit, quicquid de infimis sibi ad pugnam venit. Quia enim nulla terrena sibi iam placet, qui per magnam charitatem super Israël, id est, in coelestibus regnat, quocumque se vertit superat. Quid enim huic malignus spiritus suggerat, qui terrena nulla considerat, qui laeta seculi nulla iam amat. Pugnatur dum praedicat, sed superat: quia quod praedicatio prohibet de mundi delectatione contingere, conuersationis virtute persuadet. Et quia pugnare in circuitu contra inimicos dicitur magnae laudis eius victoria esse demonstratur. Ex omni quidem parte perfectum esse doctorem docet, qui ex omni parte fortissimos habet inimicos. Dum ergo vbique vertitur, & superare dicitur, quanta eius gloria praedicatur? Quid est ergo, quod in circuitu hostes habere dicitur, nisi quia maligni spiritus omnibus sensibus nostris insidiantur. Nam loquendo alios, alios videndo decipiunt. Alios per auditum, alios per gustum, vel olfactum fallunt. Alios etiam per insidias illecebrosae delectationis, vel cogitationis pertrahere ad immunditias satagunt. Aliis foris obscena offerunt, quae mentis deliberatione sequuntur. Sed ut rectius hunc circuitum demonstremus, hunc dum ad laeta pertrahunt, eis quasi ad dexteram insidias ponunt. Illum dum per aduersa deiciunt, quasi à leua parte constringunt. Nos dum ad praeterita oblectamenta inuitant, quasi à retro praecipitant. Illis quasi ab anteriori parte obuiant, quia saepe infirmorum mentibus districtae conuersationis, & vitae longitudinem quasi consulendo monstrant. Ab ante enim veniunt, quia proficisci ad coelum animas non permittunt. In circuitu ergo inimicos habemus, quia ante, retro in dexteram, & sinistram, malignorum spirituum certamen patimur. Vnde & beatus Petrus apostolus nos cohortatur, dicens: Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens, circuit, quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Sed iam belli circuitum nouimus, qualiter per circuitum reges vin-

Año. 11.  
Rom. 8.  
Año. 16.

M

L. Pet. 5.

**A**ges vincant, videamus. In circuitu quidem vincunt, quia linguam, & os, & oculos, & omnia corporis membra ab illicita actione custodiunt. Dum enim linguam perfecte per silentium continent, quasi in vna parte victores sunt, & dum vident oculis, quae concupiscere dedignantur, ex alia parte victores fiunt. Saepe etiam mala audiunt, & repellunt, & quia noxia reprobant, reprobando triumphant. Cunctis ergo sensibus victores sunt, qui per eorum aliquem subdi malignis spiritibus nolunt. Sed & dum cordi inepta cogitatio offertur, hostis, qui reprobatur, eliditur. Qui enim noxia quaeque abiicit, hostem potenter premit. Et quia item laeta contemnit, & aduersa non metuit, quae reliquit aliquando peruersa, non repetit, & ad caelestia feruenter currit, hostes, quos in circuitu patitur, superare declaratur. In quibus profecto aduersariis quia infidiae oppositae quinque corporalibus sensibus designantur, apte per quinarium numerum exprimuntur. Contra Moab (inquit) & filios Ammon, & Aedom, & regem Suba, & Philistaeos.) Qui enim quinque gentium nomina posuit, oppositas quinque sensibus corporis fraudes demonum designauit. Sed quia doctor non solum viuendo, sed etiam docendo dimicat, eum contra omnia vitia disputat, cum ea verbi gladio in auditorum suorum mentibus necat, nimirum in circuitu & pugnare cernitur, & quocumque se vertit superare. Sed quaedam specialiter nominant, quae sibi principaliter obstant. Contra Moab (inquit) & filios Ammon, & Aedom, & regem Suba, & Philistaeos.) Moab ex patre interpretatur, Ammon populus mœroris, Aedom rufus. Suba incensa, siue conuertens, Philistaeus poculo cadens. Quid enim his nominibus nisi gradus pessimae vitae exprimitur? In Moab quippe, qui ex patre dicitur, concupiscentia designatur. In mente quidem, reproba quia a diabolo ponitur, quasi a patre generatur. Quid vero per Ammon, qui populus mœroris interpretatur, ostenditur, nisi frequentia malorum operum? quia enim multa sunt, populus dicitur, & quia ad aeterni luctus amaritudinem reprobum vnumquemque perducunt, mœroris populus recte nominatur. Aedom vero, qui rufus dicitur, quid nisi peccandi nimium feruorem insinuat? prius enim peccare quisque consuevit, deinde per usum peccandi proficit in augmentum feruoris: ut peccare saepius audeat, & hoc quod audendo ingeminat, semper iterare ardentius concupiscat. Quo nimirum peccandi ardore agitur, ut in mente reproba quicquid virtutis, aut boni operis viruit, comburatur. Incensa ergo post Aedom in spiritali bello describitur: quia ita est perditae mentis casus, ut cum feruenter mala congregare nititur, bonis omnibus quasi per combustionem perditis, & redactis ad nihilum spoliatur. Suba etiam conuertens dicitur: quia & formam dei de reproba mente seruens peccatum tollit, & hanc ad Apostatae angeli formam redigit. De qua iam per diuinam sententiam dicitur: Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit. Superba quidem mens iam diuina mandata despicit, & semetipsam carnalibus desideriis subdit. Quis ergo est rex Suba, nisi ille de quo ad beatum Iob a domino dicitur: Ipse est rex super vniuersos filios superbiae. Philistaei vero qui poculo cadunt, qui sunt, nisi qui omnibus supradictis malis ebrei sunt? qui sic caelestia obliuiscuntur, ut ad haec euigilare aut vix, aut nunquam videantur. Per Moab ergo concupiscentia carnis exprimitur, per Ammon frequens usus male operationis, per Aedom peccandi ardens desiderium, per Suba vastatio, & combustio virtutum, per Philistaeos obliuio caelestium. Cum ergo electus doctor aliquem educere de tantorum laqueorum medio appetit, quantae virtutis certamen sumit? Et quia de omni hoc perditionis gradu per doctorum laborem ad poenitentiam redeunt, quocumque se vertit superare perhibetur. Praedicando etenim aliquando concupiscentiam in alicuius corde interficit, aliquando usum pravae operationis. Modo illos trahit, qui in usum peccandi transierant: modo illos qui combustis, & ad nihilum redactis virtutibus, regi suo diabolo quasi incensi seruiebant. Et quia praedicando superna memorat, cadentes poculo, & caelestium oblitos ad spiritalis vitae studium excitat, & per amorem ardentem inflammat. Bene ergo dicitur: Quocumque se vertebat superabat: quia dum de omni genere peccatores ad vitam trahit, triumphare ubique cognoscitur. Hos nimirum triumphos agere

suos milites, suos principes imperabat dominus, cum dicebat: **D** Ite in orbem vniuersum, & praedicate euangelium omni creaturae. **Mar. 16.** Omnia genera hominum duci ad fidem voluit: ut dum nobiles regum suorum triumphos ostenderet, eos superare ubique monstraret. Vnde scriptum est: Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Omnes quippe homines vult saluos fieri: quia de omni hominum genere eligit, quos ad gaudium aeternae salutis trahit. Sed quid speciali fortitudine agat, exponit, quia dicit: Congregatoque exercitu percussit Amalech, & eruit Israel de manu vastatorum eius.) Amalech populus lambens interpretatur. Quid ergo per Amalech, nisi fornicationis spiritus designantur? Lambere enim eorum est, ad peccandum mentem carnis blandimento delinere. Velut enim linguae tactu lambere ambiunt, cum leuibus suggestionibus mentem tangunt. Quid est, quod contra Moab, & Ammon, quod Aedom, & regem Suba pugnasit, & vicisse dicitur, non tamen exercitum congregasse: sed ut Amalech vinceret, exercitum congregauit? Quid est, quod exercitum congregauit: nisi quia ad extinguendum fornicationis spiritum, virtus vna non sufficit. Abstinentia quidem ciborum contra hoc vitium fortissima est, sed sola non praeualet: velut enim mules est, & pugnare potest, superare non potest: quia Amalech non vincitur, nisi exercitus congregetur. Qui ergo fornicationem percutere appetit, addat abstinentiae corporis virtutem humilitatis. Nam si mens deo lubdi humiliter despicit, carnis suae desideria dominando, ac praemiando non premit. Sed adhuc necesse est, ut congreget: quia exercitum paruum habet. Virtuti ergo humilitatis, & abstinentiae corporis addatur frequens numerus orationis. Affectus quidem cordis intenti caelestibus, contra carnis bellum fortes milites sunt. Iam ergo in frequenti assiduitate precum aciem habet, sed exercitus non vnam tantum aciem, sed plures habet. Adhuc itaque exercitum perfectum non habet, & Amalech percutere nequaquam valet. Nunquid ei prodest, quod ieiunando se atterit, quod ad tempus orando compungitur: si mens lubrica cogitet, & phatimata lasciuia in semetipsam portet. Sed vitare turpes cogitationes non praeualet, qui honestas in se non habet. Quia enim semper cogitamus, exquirenda sunt nobis bona, ne mala cogitemus. Quid vero sunt omnes turbae bonarum cogitationum, nisi innumerabiles mentis acies? Nam dum mentem ambiunt, & minuunt: ad eam accedere turpissimos inimicos non permittunt. Et quia cogitando ad desiderium magnae puritatis accendimur, armis potentibus milites nostri induri sunt: quibus fornicationis impetus, & depellendo, in fugam vertunt: & ad nihilum deducendo, perimunt. Nam vnde ad animam intrare cogitationes possint, non habent, quae quasi fortissimo milite, honestate cogitationum bonarum vndique ornata est. Nunc ergo exercitum anima congreget, quae Amalech vult perimere, & de manu vastatorum eius videntem spiritum liberare. In horum medio resideat, ut cuncta exemplis electorum fortium, circundata doctrinis scripturarum, nullam partem sui vacuam habeat, vnde hostis irrupat. Quia ergo innumerabilia sunt exempla fidelium: quia multa documenta scripturarum, exercitus magnus, & fortis est, sed ad congregandum difficile non est. Bene ergo de Israelis rege dicitur: Congregato exercitu percussit Amalech, quia fornicationis spiritus non ante vincitur, quam per abstinentiam corpus atterat, & omnis turpitudine obscenae cogitationis, bonis mentem replentibus, effugat. Tunc quippe eum lambere, id est, delinere populus lambens delectando non potest: quia domita carne ieiunans, humilitatis arce praedita mente, orationis armis accincta, intenta doctrinis caelestibus, exemplis munita, impiae suggestioni aditum praebere consentiendo non praeualet. Quae nimirum exercitus congregatio bene regitur, id est, ecclesiae doctoribus conuenit: quia quisquis ad extinguendam fornicationis rabiem electos subditos instruere nititur, haec plura auxiliorum agmina ei verbo congreganda sunt. Bene & Israel erutus de manu vastatorum eius asseritur. Erui quidem euelli dicitur. Et quod euellitur, altas radices in profundiora misisse sentitur. Manus vero vastatorum potestas est malorum spirituum. Vnde etiam scriptum est. A quo quis vincitur, eius seruus efficitur. **Quid er** **2. Pet. 2.**

**G**o colligitur, nisi quia dum fornicatores desideris carnis al-  
sentiant, potestati malorum spirituum subiguntur. Quia itē  
altum est fornicationis blandimentū, dum in hoc anima per  
desiderium mergitur, quasi in profundū radicibus tenetur.  
Erui ergo de manu vastatorum est, à fornicationis abyfso,  
qui in potestate dæmonum est, liberari. Bene etiam vastato-  
res fornicationis impetus dicitur: quia de vitio luxuriæ per  
beatam Iob dicitur: Ignis est vique ad perditionem germi-  
nans, & omnia eradicans genimina. Vastator quippe forni-  
cationis spiritus dicitur: quia quem inuaserit, ei nimirū nul-  
la virtutum dona derelinquit. Ad laborem quidem ministe-  
rii bona quidem aliqua habere potest, sed ad meritum salu-  
tis ea habere non potest. Vastari ergo dicitur, cui perdita ca-  
stitas ad vitam bona alia nulla profunt. Vastari etiam horti  
tenera dicuntur. Qui enim sunt horti superni sponsi, nisi cor-  
da sanctorum per custodiam munita, & per castitatis odorē  
florida. Nam dum nullos motus turpes recipiunt, albo pudo-  
ris flore decorantur. Vnde & sponsa in Cantico sponsi lau-  
dibus dicitur. Quæ habitas in hortis audire me fac vocem  
tuam. Et rursus Hortus conclusus soror mea sponsa. Hortus  
quidem quia virtute eximia castitatis floridus, cōclusus au-  
tem quia per continentiam munitus. Hinc sponsa quid spon-  
sum oblectet, exponit: dicens: Sponsus meus mihi, & ego illi:  
**H** qui pascitur inter lilia donec alporet dies, & inclinentur um-  
bræ. Immundi ergo spiritus vastatores sunt: quia si pudica  
corda decipiunt, decepta teneros flores tantæ virtutis per-  
dunt. Qui itaque cum ab immunditiis ad castitatem redeūt,  
quia diras dæmonū potestates effugiunt, & à profundo per-  
ditionis ascendunt: de manu vastatorum erui apte memoran-  
tur. Sed rex qui eruere populū dicitur, quales adiutores ha-  
beat, videamus. Nam sequitur. Fuere autem filij Saül Iona-  
thas, & Iesui, & Melchisua: nomina duarum filiarum eius,  
nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.)  
Filij Saül, qui non ad quamlibet hæreditatem, sed ad regnū  
nascuntur: illos insinuat, de quibus sanctæ ecclesiæ per Psal-  
mistam dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, consti-  
tues eos principes super omnē terram. Quos tres esse agno-  
uimus: quia fidem sanctę trinitatis predicando defendunt.  
Sed quia percussio Amalech, regis filij nominantur, eorū nu-  
merum ad virtutum merita referamus. Maceratio quidem  
corporis, circumspēctio mentis, simplicitas intentionis tria  
sunt. Quia ergo doctores sanctę ecclesię ad reprimendam  
carnis libidinem fortes sunt, ad cordis custodiam sapientes,  
intentionem cordis in cœlum subleuando sublimes, tres esse  
Saül filij dicuntur. Tria etiam sunt fortitudo operis, virtus  
charitatis, & affluentissima gratia prædicationis. Doctores  
quippe sanctæ ecclesię, quia magna conuersatione sublimes  
sunt, magna charitate feruentes, magna verbū sapientia fa-  
cundi, ternario numero apte signati sunt. Quorum certē vir-  
tutibus nomina conueniunt: quia Ionathas columbæ donum  
dicitur, Iesui planicies, siue desiderium meum, Melchisua rex  
meus salus. Quia enim præcellentia dona spiritus sancti do-  
ctores habent, columbæ donum recte nominatur. Quia itē  
inter dona sublimia humiles sunt, planicies dicuntur. Quia  
pro subditis sibi fidelibus ardentem æterna postulant, deside-  
rium meum esse perhibentur. Quæ quidem vox paruulorum  
subditorum esse cognoscitur, virtus vero tanti nominis præ-  
latorum. Qui enim paruuli, & frigidi adhuc in nostris negli-  
gentis iacemus, ad cœlestem patriam ardentibus desiderijs  
non flagramus. Sed quod nos ardentem flagitare non possu-  
mus, pro nobis postulat, qui ad illam, quam nobis adipisci  
desiderant, patriam, magnis desiderijs anhelat. Pro excellen-  
tia ergo charitatis non desiderantes, sed desiderium regis fi-  
lius dicitur: vt in doctoris mente flagrare ignis dilectionis  
specialiter demonstratur. Vnde & de domino per Psalmi-  
stam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros  
suos ignem vrentem. Hinc est itē quod Daniel vir deside-  
riorū dicitur: quia prospera populi sui magnis precibus pos-  
tulasse perhibetur. Melchisua vero dicitur rex meus salus.  
Rex quippe prædicator dicitur: quia celsitudinem tenet or-  
dinis, & dignitatem magnæ conuersationis. Rex itē dicitur:  
quia summam tenet celsitudinis, & vigorem autoritatis. Sa-  
lus etiam dicitur, vt eius integritate ægritudo populi depel-

Iob. 31.

Cant. 2.

Canti. ul.  
Ibidem. 4.

Item. 2.

Psal. 44.

Psal. 103.  
Daniel. 9.

li posse sentiatur. Merito enim vitæ, & deuota oratione ho-  
mo agere quotidie debet doctor, vt subiectus sibi quisq; per-  
tingere valeat ad salutem. Sed notare iterum doctor debet:  
quia cum à subditis nominatur, non rex noster, sed rex meus  
dicitur. Quid est ergo, quod rex meus dicitur, nisi quia tam  
familiaris esse debet omnibus, vt singulorum esse per amo-  
rem sentiatur. Sed qui meus dicitur, rex nominatur: quia hu-  
milis, & affabilis prædicator hoc ipsum, quod præminet,  
non videtur esse suum singulariter, sed speciale singulorum,  
cum tam communis per gratiam esse nititur, vt eius celsitudo  
propria vniuscuiusq; fore videatur. Onus autem verbi dicitur,  
quia videlicet salus mea dicitur, per quod nimirum dili-  
gens prædicatoris studium, & sollicitudo commēdatur: quia  
sic debet intēdere simul omnibus, vt quærat, & agat propria  
singulorum. Ab vno quoque etenim salus mea dicitur, si vni-  
uscuiusque infirmi curam suscipit: & hunc ad æternæ salu-  
tis bona perducit. Quæ vero sunt Saül filia, nisi prædicatori  
subditæ electorum qualitates. Alij quippe actiue vitę studiis  
seruiunt: alij vero contemplatiuæ remotionibus abscondun-  
tur. Filia quidem dicuntur pro fecunditate. Illa quidem pa-  
rit multitudinem bonorum operum, ista vero internorū ple-  
nitudinem gaudiorum. Merito igitur regis filia nominatur,  
quia dū concipiunt de verbo dei, cœlestes fructus parturiūt.  
Vnde bene Merob de multitudine dicitur. Actiua etenim vi-  
ta quia ex multis bonis operibus perficitur, de multitudine  
recte nominatur. Vel de multitudine dicitur: quia qui deo per  
actiuam vitam placēt, multi sunt. Quia enim pauciores nu-  
mero sunt, qui per contemplatiuam cœlestibus gaudijs in-  
hiant, in eorum cōparatione illos, qui actiua vitæ inseruiūt,  
multos vocat. Qui profecto multi sunt numero, ministerio di-  
uisi: quia etsi vnam cœlestem patriam bonis operibus quæ-  
runt, tamen variis operibus pietatis inseruiunt. Quorum cer-  
te nonnulli in tantum amorem conditoris proficiunt, vt ipsa  
etiam opera bona deserant, atq; ad contemplatiuam vitæ dul-  
cedinem transire, & in ea deo vacare concupiscant. Vnde &  
bene Michol in lingua nostra ex omnibus dicitur: Ex omni-  
bus quidem fit: quia nullus est perfectus in contemplatione,  
qui ex labore boni operis non peruenerit ad arcem eiusdem  
contemplationis. Vnde & in euangelio dominus dicit: Veni-  
te ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā  
vos. Tunc qui laborat, vocatur: quando bene agenti deside-  
rium æternitatis infundit. Et ad vocantem se accedūt, quan-  
do ad contemplatiuam vitæ quietem veniunt. In qua nimirum  
laborantes, reficiuntur: quia amoris gaudia de diuina con-  
templatione abundanter sumunt. Ipse quidem accedētes re-  
ficit, qui puris mentibus semetipsum ostendit. In cuius reuē-  
latione quia contemplationis gaudia multa inueniunt, quasi  
omnimoda delectationis dulcedine non ab alio, sed ab ipso  
saturantur. Michol ergo ex omnibus dicitur: quia contem-  
platiuæ vitæ secretum nullus expetit, qui in aliqua prius ope-  
ratione bona non fuit. Minor ergo soror dicitur: non quia  
inferior dignitate, sed quia posterior tēpore. Si quis autem  
velit per primogenitam filiam cōtemplatiuam vitæ per mino-  
rem actiuam potest accipere. Et tunc quidem Merob de  
multitudine dicitur: quia multitudinis turbas deserit, & ad  
rariorem numerum in contemplatione perfectorum venit.  
Non ergo multitudo, sed de multitudine esse dicitur, vt non  
ij cum quibus est, sed vnde venerat, agnoscat. Michol ve-  
ro ex omnibus dicitur, vt in actiua vita vniuersalis vita san-  
ctæ ecclesię designetur. In actiua etenim vita etiam illi sunt  
prius, qui postea ad contemplatiuam secretum transeunt: sed  
in contemplatiuæ remotione, exterioris vitæ sollicitudine  
grauati non sunt. Illa ergo de multitudine; ista vero de om-  
nibus dici potest: quia actiua vita omnes continet, contem-  
platiua omnium conspectum declinat: vt se conspectu mentis  
cœlestibus iungat. Quomodo igitur Saül filia dicuntur, ni-  
si quia vtraque vita studio boni rectoris ostenditur. Qui e-  
nim nos docent bona agere, æternæ vitæ studiis vacare: ab il-  
lo nobis generatur, cuius magisterio in corde nostro discū-  
tur. Quod quidem quia de actiue vitę operibus cōstat, mirū  
de contemplatiua videtur, quæ per Mariam Marthæ sororē  
quæ ad pedes domini sedere, & verbum eius audire descri-  
bitur. Sed facile responderetur: quia dum sedet Maria, perfe-  
ctos

Mat. II.

M

Luc. 10.



**A**ctos in contemplatione signat. Filia tamen Saul Merob recte dicitur: quia et si sedens ad pedes domini, quae vult, ab eo audit & discit, tamen prius discere debet, quomodo sedere possit. Hoc nunc quia sapientis, & eruditi doctoris eruditione cognoscitur, Saul esse filiam Merob recte moratur. Quam profecto in coniugium Dauid dare promisit, sed ei minorem dedit: quia nonnulli contemplatiuae vitae pulchritudinem diligunt, ad cuius amplexus accedere nequaquam permittuntur. Quia enim regendis fidelibus gregibus foris necessarii sunt, summus rex sic ordinat, vt Michol minorem accipiant, & Merob maiorem nunquam comprehendant. Plurique autem post minorem maiorem accipiunt: quia post deuota charitatis opera, ad intimi secreti amorem recipiuntur. Quod bene Iacob insinuat, qui Rachelem amauit, sed prius Liam accepit, & sic deinde Rachelem in coniugium sumpsit. Quid est hoc quod Iacob vtranque sororem habere licuit, Dauid autem ad maioris thalamum non peruenit, nisi quia Dauid rex fuit, Iacob vero rex non fuit? Qui ergo regimen animarum suscipit, hunc censura ecclesiastica susceperit gregem deserere, & remotae vitae otis vacare non sinit. Sed Merob Dauid promittitur, & nunquam datur: Michol sola datur, quia nonnulli cum curam animarum suscipiunt, putant se sic aliorum sollicitudinem gerere, vt sibiipsis valeant per sollicitudinem vacare, & tamen quietem, quam in praelatione quaerunt, nunquam inueniunt, fitque vt dum impetrare a domino gratiam tantae puritatis nequeunt, quasi iram incurrisse domini, pertimescant. Quasi ergo irato rege promissam sibi primogenitam perdunt: quia eum, quem se putabant in praelatione habituros amore quietis intimae, amplecti non possunt. Haec autem breuiter per excessum diximus, nunc ergo ad dimissa redeamus. Ambae ergo Saul filiae dicuntur, sed nomina diuersa. Fortiuitur: quia & differunt, & conueniunt. Conueniunt quidem: quia ad aeternam vitam, quam diligunt, per amorem tendunt. Item conueniunt: quia bona opera, quibus haec indefinenter extenditur, illa quomodolibet operatur. Quia igitur ambae amant, quae vident aeterna, ambae ad illa per bonam operationem peruenire desiderant, quomodocumque conueniunt. Differunt autem: quia plus agit vna, plus videt altera. Nam & Lia non dicitur fuisse caeca, sed lippa. Et Rachel si non tantos peperit, omnino tamen sterilis non remansit. Nam si altera vita alteram contemplan- do, aut operando superat, nulli eorum autem visionis claritas demitur, nulli secunditatis gloria denegatur. Videndo tamen, & agendo differunt: quia actiua vita visionem habet in transitu, opus vero in intentione, contemplatiua vero opus in itinere, intentionem in quiete. Vnde bene Euangelista Marcus cum sub illarum trium mulierum specie contemplatiuae vitae amorem ostenderet, ait: Emerant aromatha, vt venientes vngerent Iesum. Quasi dicat. Steterunt in opere, vt currere valerent ad contemplationem. Aromatha quidem emere est, per laborem boni operis, bonae opinionis odorem circūquaque dilatare. Et Iesum in sepulchro vngere est, per mortificationem carnis ad deuotionis intimae pinguedinem peruenire. Nam velut in sepulchro vngitur, quando a conspectu ad gaudium intimae claritatis suae deuotissimae peruenitur. In transitu ergo operationem habent: quia et si aliquando operantur, quasi currere hoc deserunt, qui ad locum dilectae solitudinis, magno spiritus impetu impelluntur. Nam quia totis desideris in aeternorum amore requiescunt, videre magis, quam ministrare appetunt. Rari ergo sunt in publico operis, assidui in secreto contemplationis, foris parum, satis intus immorantur. Nam & fornicatione esse, solent iudicare, vel ad momentum a Christi contemplatione discedere. E contra autem actiua vita, quae frequens circa ministerium satagit, rara est in secreto contemplationis. Nam quae aeterna sibi praeparare non sedendo, & audiendo, sed satagendo, & ministrando proposuit, non damnum, sed dispendium putat, si sibi vacas, & sua petens, & non quae aliorum, a solita obsequiorum oblatione requiescat. Plus igitur operando laborat, minus obsecrat. Vnde & Martha quae circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quae enim stetit, ei nimirum sedere non licuit: quia si ad audiendum sederet, imparatum fortasse ministerium, & insufficiens impedit. Et notandum: quia trans-

**B** domino gratiam tantae puritatis nequeunt, quasi iram incurrisse domini, pertimescant. Quasi ergo irato rege promissam sibi primogenitam perdunt: quia eum, quem se putabant in praelatione habituros amore quietis intimae, amplecti non possunt. Haec autem breuiter per excessum diximus, nunc ergo ad dimissa redeamus. Ambae ergo Saul filiae dicuntur, sed nomina diuersa. Fortiuitur: quia & differunt, & conueniunt. Conueniunt quidem: quia ad aeternam vitam, quam diligunt, per amorem tendunt. Item conueniunt: quia bona opera, quibus haec indefinenter extenditur, illa quomodolibet operatur. Quia igitur ambae amant, quae vident aeterna, ambae ad illa per bonam operationem peruenire desiderant, quomodocumque conueniunt. Differunt autem: quia plus agit vna, plus videt altera. Nam & Lia non dicitur fuisse caeca, sed lippa. Et Rachel si non tantos peperit, omnino tamen sterilis non remansit. Nam si altera vita alteram contemplan- do, aut operando superat, nulli eorum autem visionis claritas demitur, nulli secunditatis gloria denegatur. Videndo tamen, & agendo differunt: quia actiua vita visionem habet in transitu, opus vero in intentione, contemplatiua vero opus in itinere, intentionem in quiete. Vnde bene Euangelista Marcus cum sub illarum trium mulierum specie contemplatiuae vitae amorem ostenderet, ait: Emerant aromatha, vt venientes vngerent Iesum. Quasi dicat. Steterunt in opere, vt currere valerent ad contemplationem. Aromatha quidem emere est, per laborem boni operis, bonae opinionis odorem circūquaque dilatare. Et Iesum in sepulchro vngere est, per mortificationem carnis ad deuotionis intimae pinguedinem peruenire. Nam velut in sepulchro vngitur, quando a conspectu ad gaudium intimae claritatis suae deuotissimae peruenitur. In transitu ergo operationem habent: quia et si aliquando operantur, quasi currere hoc deserunt, qui ad locum dilectae solitudinis, magno spiritus impetu impelluntur. Nam quia totis desideris in aeternorum amore requiescunt, videre magis, quam ministrare appetunt. Rari ergo sunt in publico operis, assidui in secreto contemplationis, foris parum, satis intus immorantur. Nam & fornicatione esse, solent iudicare, vel ad momentum a Christi contemplatione discedere. E contra autem actiua vita, quae frequens circa ministerium satagit, rara est in secreto contemplationis. Nam quae aeterna sibi praeparare non sedendo, & audiendo, sed satagendo, & ministrando proposuit, non damnum, sed dispendium putat, si sibi vacas, & sua petens, & non quae aliorum, a solita obsequiorum oblatione requiescat. Plus igitur operando laborat, minus obsecrat. Vnde & Martha quae circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quae enim stetit, ei nimirum sedere non licuit: quia si ad audiendum sederet, imparatum fortasse ministerium, & insufficiens impedit. Et notandum: quia trans-

**C** Iacob insinuat, qui Rachelem amauit, sed prius Liam accepit, & sic deinde Rachelem in coniugium sumpsit. Quid est hoc quod Iacob vtranque sororem habere licuit, Dauid autem ad maioris thalamum non peruenit, nisi quia Dauid rex fuit, Iacob vero rex non fuit? Qui ergo regimen animarum suscipit, hunc censura ecclesiastica susceperit gregem deserere, & remotae vitae otis vacare non sinit. Sed Merob Dauid promittitur, & nunquam datur: Michol sola datur, quia nonnulli cum curam animarum suscipiunt, putant se sic aliorum sollicitudinem gerere, vt sibiipsis valeant per sollicitudinem vacare, & tamen quietem, quam in praelatione quaerunt, nunquam inueniunt, fitque vt dum impetrare a domino gratiam tantae puritatis nequeunt, quasi iram incurrisse domini, pertimescant. Quasi ergo irato rege promissam sibi primogenitam perdunt: quia eum, quem se putabant in praelatione habituros amore quietis intimae, amplecti non possunt. Haec autem breuiter per excessum diximus, nunc ergo ad dimissa redeamus. Ambae ergo Saul filiae dicuntur, sed nomina diuersa. Fortiuitur: quia & differunt, & conueniunt. Conueniunt quidem: quia ad aeternam vitam, quam diligunt, per amorem tendunt. Item conueniunt: quia bona opera, quibus haec indefinenter extenditur, illa quomodolibet operatur. Quia igitur ambae amant, quae vident aeterna, ambae ad illa per bonam operationem peruenire desiderant, quomodocumque conueniunt. Differunt autem: quia plus agit vna, plus videt altera. Nam & Lia non dicitur fuisse caeca, sed lippa. Et Rachel si non tantos peperit, omnino tamen sterilis non remansit. Nam si altera vita alteram contemplan- do, aut operando superat, nulli eorum autem visionis claritas demitur, nulli secunditatis gloria denegatur. Videndo tamen, & agendo differunt: quia actiua vita visionem habet in transitu, opus vero in intentione, contemplatiua vero opus in itinere, intentionem in quiete. Vnde bene Euangelista Marcus cum sub illarum trium mulierum specie contemplatiuae vitae amorem ostenderet, ait: Emerant aromatha, vt venientes vngerent Iesum. Quasi dicat. Steterunt in opere, vt currere valerent ad contemplationem. Aromatha quidem emere est, per laborem boni operis, bonae opinionis odorem circūquaque dilatare. Et Iesum in sepulchro vngere est, per mortificationem carnis ad deuotionis intimae pinguedinem peruenire. Nam velut in sepulchro vngitur, quando a conspectu ad gaudium intimae claritatis suae deuotissimae peruenitur. In transitu ergo operationem habent: quia et si aliquando operantur, quasi currere hoc deserunt, qui ad locum dilectae solitudinis, magno spiritus impetu impelluntur. Nam quia totis desideris in aeternorum amore requiescunt, videre magis, quam ministrare appetunt. Rari ergo sunt in publico operis, assidui in secreto contemplationis, foris parum, satis intus immorantur. Nam & fornicatione esse, solent iudicare, vel ad momentum a Christi contemplatione discedere. E contra autem actiua vita, quae frequens circa ministerium satagit, rara est in secreto contemplationis. Nam quae aeterna sibi praeparare non sedendo, & audiendo, sed satagendo, & ministrando proposuit, non damnum, sed dispendium putat, si sibi vacas, & sua petens, & non quae aliorum, a solita obsequiorum oblatione requiescat. Plus igitur operando laborat, minus obsecrat. Vnde & Martha quae circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quae enim stetit, ei nimirum sedere non licuit: quia si ad audiendum sederet, imparatum fortasse ministerium, & insufficiens impedit. Et notandum: quia trans-

**D** iendo dominum Martha vidit, non tamen transiendo, sed ita do loquitur. Nam Euangelista caute expressit, dicens: Quae stetit, & ait. Quo profecto exemplo instruemur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam morulam redemptori assistere debeamus. Sed bene ei assistimus, si transiendo & seruiendo videamus. Quid est autem transiendo dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere, ad ipsum cordis dirigere intentionem? Transimus enim, quando huc, illic discurrendo in membris suis domino ministramus. Sed transiendo dominum cernimus, si per omne quod agimus, presentem nobis ipsum cui placere cupimus, contemplamus. Quo in loco notandum est: quia confidenter Martha loquitur, dicens: Domine non est tibi cura, quod soror mea relinquit me solam ministrare? Quod certe perfectis quibusdam operariis sanctae ecclesiae conuenit, qui omnipotenti deo preces tanto fiducialius offerunt, quanto laboriosius ei in membris suis se ministrasse meminerunt. Sed quia in ipsis etiam, quae actiuae vitae deseruiunt, nimietas sollicitudinis cohibenda est, Martha reprehenditur, quae tam sollicita asseritur, vt erga plurima turbetur. Actionis quidem seruos tunc recte disponitur, cum sic insistimus operi, vt tranquillo corde eum, cui opera nostra consecrare nitimur, videamus. Quid est ergo nimietas sollicitudinis, nisi confusio supernae intentionis: quia dum se erga plurima diuidit, diuisa iam ad superiorum intuitum non assurgit. Illud enim aeternum, & simplex bonum aeternae visionis, anima quia vix vnica comprehendit, se nimirum ad id diuisa non erigit. Dicit ergo operum nostrorum dispositor, & receptor, vnum est necessarium, ne se mens ad multa diuidat, vt per tranquillitatem vnica, ad summi boni intuitum potenter surgat. Duae igitur filiae Saul, & si pariter regis sunt filiae, nominibus differunt: quia vita actiua, & contemplatiua nobilitate religionis generosae sunt, sed non sunt pares pro diuersitate officij. Sed quia earum patrem ostendimus, matrem pariter demonstramus. Sequitur. Et nomen vxoris Saul Achinoe filia Achimaas. Quae est enim praedicatoris vxor, nisi bona voluntas? Qui enim per amorem bonae voluntati coniungitur, ei utique quasi ex nobili conige filij oriuntur. Nam cum bonorum operum fructus profertre volumus, necesse est, vt prius eos in bona voluntate seminemus. Vnde bene Achinoe fratris requies interpretatur. Frater quippe noster ille est, qui a mortuis resurgens, Mariae Magdalenae locutus est, dicens: Vade & dic fratribus meis. Alcedo ad patrem meum, & patrem vestrum. Hinc Paulus nobilitatem electorum asserens, ait: Haeredes autem dei, cohaeredes Christi. Quid est, quod dicitur fratris requies, nisi quia redemptor humani generis in bona cohaeredum suorum voluntate requiescit? Et quia ab ipso nobis bona voluntas impeditur, a quo inhabitatur: filia Achimaas esse perhibet. Achimaas enim fratris decor, vel frater decor interpretatur. Frater quippe, & decor redemptor noster dicitur: quia humana natura per peccatum primi hominis dignitatis suae vigorem perdidit, sed in persona redemptoris aucto sibi splendore radiavit. Decor quippe noster est: quia quicumque in sancta ecclesia virtutum claritate fulgeant, de plenitudine lucis illius omnes accipiunt. Hinc Paulus ait: Ei se infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dum ergo bonam praedicatorum nostrorum voluntatem propheta Samuel respicit, typis visa exprimit, dicens: Achinoe filia Achimaas: quia nimirum magna est pulchritudo bonae voluntatis, sed de infusione nascitur redemptoris. Debet namque amari vt coniux, sed si pater aspicitur, ex nobilitate amplius amatur. Et uomen principis eius Abner, filius Ner, patruelis eius. Abner dicitur pater meus lucerna, Ner etiam lucerna dicitur. Quid ergo Ner, nisi sermo scripturarum accipitur? Litera quidem sanctae scripturae quasi huius lucernae texta est, intellectus vero spiritualis claritas luminis, oleum vero eius deuotio amoris. Filius ergo lucernae est, qui verba scripturarum libenter audit, & sapienter intelligit: & quae per intellectum colligit, per affectum charitatis apprehendit. Cur itaque dicitur filius lucernae, nisi quia quod de lumine nascitur, lucerna est. Quid enim peccatum nisi tenebrae? Quid item bonum opus nisi lucerna? Sancti enim viri dum ad ducatum scripturarum gressus

iendo dominum Martha vidit, non tamen transiendo, sed ita do loquitur. Nam Euangelista caute expressit, dicens: Quae stetit, & ait. Quo profecto exemplo instruemur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam morulam redemptori assistere debeamus. Sed bene ei assistimus, si transiendo & seruiendo videamus. Quid est autem transiendo dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere, ad ipsum cordis dirigere intentionem? Transimus enim, quando huc, illic discurrendo in membris suis domino ministramus. Sed transiendo dominum cernimus, si per omne quod agimus, presentem nobis ipsum cui placere cupimus, contemplamus. Quo in loco notandum est: quia confidenter Martha loquitur, dicens: Domine non est tibi cura, quod soror mea relinquit me solam ministrare? Quod certe perfectis quibusdam operariis sanctae ecclesiae conuenit, qui omnipotenti deo preces tanto fiducialius offerunt, quanto laboriosius ei in membris suis se ministrasse meminerunt. Sed quia in ipsis etiam, quae actiuae vitae deseruiunt, nimietas sollicitudinis cohibenda est, Martha reprehenditur, quae tam sollicita asseritur, vt erga plurima turbetur. Actionis quidem seruos tunc recte disponitur, cum sic insistimus operi, vt tranquillo corde eum, cui opera nostra consecrare nitimur, videamus. Quid est ergo nimietas sollicitudinis, nisi confusio supernae intentionis: quia dum se erga plurima diuidit, diuisa iam ad superiorum intuitum non assurgit. Illud enim aeternum, & simplex bonum aeternae visionis, anima quia vix vnica comprehendit, se nimirum ad id diuisa non erigit. Dicit ergo operum nostrorum dispositor, & receptor, vnum est necessarium, ne se mens ad multa diuidat, vt per tranquillitatem vnica, ad summi boni intuitum potenter surgat. Duae igitur filiae Saul, & si pariter regis sunt filiae, nominibus differunt: quia vita actiua, & contemplatiua nobilitate religionis generosae sunt, sed non sunt pares pro diuersitate officij. Sed quia earum patrem ostendimus, matrem pariter demonstramus. Sequitur. Et nomen vxoris Saul Achinoe filia Achimaas. Quae est enim praedicatoris vxor, nisi bona voluntas? Qui enim per amorem bonae voluntati coniungitur, ei utique quasi ex nobili conige filij oriuntur. Nam cum bonorum operum fructus profertre volumus, necesse est, vt prius eos in bona voluntate seminemus. Vnde bene Achinoe fratris requies interpretatur. Frater quippe noster ille est, qui a mortuis resurgens, Mariae Magdalenae locutus est, dicens: Vade & dic fratribus meis. Alcedo ad patrem meum, & patrem vestrum. Hinc Paulus nobilitatem electorum asserens, ait: Haeredes autem dei, cohaeredes Christi. Quid est, quod dicitur fratris requies, nisi quia redemptor humani generis in bona cohaeredum suorum voluntate requiescit? Et quia ab ipso nobis bona voluntas impeditur, a quo inhabitatur: filia Achimaas esse perhibet. Achimaas enim fratris decor, vel frater decor interpretatur. Frater quippe, & decor redemptor noster dicitur: quia humana natura per peccatum primi hominis dignitatis suae vigorem perdidit, sed in persona redemptoris aucto sibi splendore radiavit. Decor quippe noster est: quia quicumque in sancta ecclesia virtutum claritate fulgeant, de plenitudine lucis illius omnes accipiunt. Hinc Paulus ait: Ei se infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dum ergo bonam praedicatorum nostrorum voluntatem propheta Samuel respicit, typis visa exprimit, dicens: Achinoe filia Achimaas: quia nimirum magna est pulchritudo bonae voluntatis, sed de infusione nascitur redemptoris. Debet namque amari vt coniux, sed si pater aspicitur, ex nobilitate amplius amatur. Et uomen principis eius Abner, filius Ner, patruelis eius. Abner dicitur pater meus lucerna, Ner etiam lucerna dicitur. Quid ergo Ner, nisi sermo scripturarum accipitur? Litera quidem sanctae scripturae quasi huius lucernae texta est, intellectus vero spiritualis claritas luminis, oleum vero eius deuotio amoris. Filius ergo lucernae est, qui verba scripturarum libenter audit, & sapienter intelligit: & quae per intellectum colligit, per affectum charitatis apprehendit. Cur itaque dicitur filius lucernae, nisi quia quod de lumine nascitur, lucerna est. Quid enim peccatum nisi tenebrae? Quid item bonum opus nisi lucerna? Sancti enim viri dum ad ducatum scripturarum gressus

IOHN. 20.

ROMA. 8.

IOHN. 1.

GAL. 2.





A INCIPIT LIBER SEXTVS.

Caput. I.

Cap. 15.



**E**T DIXIT Samuel ad Saül. Me misit dominus ungeri te in regem super populum eius Israel, Nunc ergo audi vocem domini. Hæc dicit dominus exercituum. Recensui quæcunque fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percutite Amalech, & demolite universa eius.

Superius Amalech luxuriæ vitium designare diximus: quæ velut lambit, dum voluptatem blandiendo suggerit. Profectus ergo conuersionis ostenditur, eo quod superius à Saul percussus asseritur: & nunc non simpliciter iubetur percuti, sed omnia eius demoliri. Primo quidem hunc doctor percutit, quando per eius verbum agitur, ut pudicitia in conuersorū cordibus & corporibus teneatur. Quasi enim percussa est libido, quando caro armis pudicitia qualitercunque subacta est, & perfecte subacta non est. Nam qui luxuriæ iam inquinamenta deserit, sed adhuc motus turpes ex se contra se insurgentes sentit, iam opus nepharium non exercet: sed tamen abigere hoc à cogitatione non potest. Sæpe inuitus, & incautus ad immundas cogitationes trahitur, sed ea, quæ negligendo intus cogitat, carnem foris excitant: ut ad turpes motus voluptatis surgat. Quid ergo est, quod percussus Amalech, iterum percuti, & demoliri præcipitur: nisi quia prædicator eos, quos ad pudicam vitam erudit, promouere debet ad perfectionem virtutis. Iterum ergo iubetur Amalech percuti: quia adhuc non bene interfectus viuit. Iterum Amalech percutitur, cum verbis doctoris illi etiam motus, qui carnem pullant, eliduntur: cum ob hoc coronari subditos doctor docet, ut sic corpus domare debeant, ut ad illecebrosos motus nequaquam surgat. Sed quia nonquam sic caro restringitur, si mens ad immunda cogitando labitur: post percussorem, Amalech demoliri præcipitur. Percutitur ergo in corpore, demolitur in corde: dum caro dignè per abstinentiam teritur, & mens à cunctis immundis cogitationibus refrenatur. Quo in loco priora etiam consideranda sunt, quæ ex persona domini Samuel loquitur, dicens: Recensui quæcunque fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. Quid est, quod Amalechitarum opera recensentur, nisi quia luxuriæ inquinamenta deo valde odibilia sunt? Vnde beatus Paulus Apostolus dicit: Omne peccatum extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Item dicit: Fornicatores, & adulteros iudicabit deus. Hinc etiam acrius increpans, & à regno dei eos segregans, ait: Neque immundi regnum dei possidebunt. Cur luxuria recensetur, nisi quia iustitia dei peccator proicitur, quando ad perpetranda eius inquinamenta curuatur? Qui ergo recensetur, ut cadat: aliquando recensetur, ut pereat: aliquando recedetur, ut surgat. Et quia post tanta temporum spatia recensita Amalech facta memorantur, ut cunctis nobis insinuantur: quia tales aliquando post longa tempora respiciant. Ipsa autem eius opera exprimentur, cum dicitur: Quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. Israel videns deum dicitur. Qui: quia de Aegypto perhibetur ascendere, non iterum conuersos insinuat: qui peccatorum tenebras, & lima deserunt, & ad lumen veritatis accedunt, & montem boni operis ascendunt. In via autem Amalech Israel restitit: quia libido ad perfectionis summam tendentibus arma voluptatis obicit: & corda, quæ potest, gladio immundæ suggestionis ferit. Et quia valde fortis, & violenta est pugna fornicationis, non quomodo libet obuiasse Israeli: sed restitisse perhibetur. Resistere quidem, forti oppugnationi instare est. Hos nimirum resistentes Amalech hitas videbat Israelita ille ascendens, cum dicebat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Vnde & ad auxiliatorem respiciens, ait: Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia domini nostri Iesu Christi. Resistere ergo Amalech dicitur: quia dum in carne sumus, libidinis fortia bella sustinemus. Sed quid de Aegypto ascendentibus resistere di-

citur? Ecce qui ad tertii cæli se secreta sustulerat, resistentes motus carnis habebat. Merito igitur non solum nouitios, sed etiam magna virtute præditos, Israel de Aegypto ascendens, insinuat. Aegypti quidem nomine huius mundi tenebræ designantur, Israel autem de Aegypto ascendit: quia electi omnes dum sancte viuendo pronuntiant, ad supernam patriam pertingere conantur. Et quia quædam in carne sunt, carnis legem legi mentis contrariam habent: sibi utique perualidos motus Amalech resistentem vident. Huius namque violentia passionis ostenditur, cum eadem, quæ recensentur Amalech, bella describuntur. Nam pugnatæ Israel, cum eleuabat manus Moyses vincebatur Amalech: & vincebat ille, cum iste manus deponeret. Quid est autem, quod contra alios solis armis pugnabat Moyses, contra Amalech verò non solis armis, sed etiam virtute orationis? Quæ autem virtus, & instantia supplicationis erat tunc necessaria, vbi si manus deponeret, Amalech victoriæ honorem daret. Sed profecto magnum certamè fornicationis ostenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate superatur. Arma igitur exercitus, oratio intentissima necessaria est. Arma quidem necessaria sunt: quia qui contra fornicationem pugnare volunt, vincere nequeunt, si non cæteris virtutibus muniuntur. Exercitus (ut supra ostendimus) exempla patrum, & scripturarum præcepta sunt: quæ quidem quilibet etiam considerare debet, ac illis sic mentem occupare, ut lasciuia inquinamenta non spectet. Sed exemplis atque doctrinis instructus, de se considerare nequaquam potest. Leuet ergo manus suas, leuet mentem: ut opere hono, & deuotione respiciat, qui abscondere perfecte à se libidinis bellum tentat. Quid item est, quod depositis manibus vincitur, nisi quia sæpe per audaciam prauis operis, ipsa etiam tollitur pulchritudo castitatis: sæpe ex toto non tollitur, sed cum infirmantibus operibus infirmatur. Inter opera quidem, & labores spirituales, contra stimulos carnis fortes sumus, sed si quasi fessii, à solita conuersionis rigore torpescimus, vel mollescimus, dum paulatim negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi depositis Moyse manibus Israelitæ vincunt. Ne ergo manus lassescant, Aaron & Vr lapidem supponant, & graues Moyse manus deponi nequaquam sinant. Aaron quidem mons fortitudinis, Vr ignis vocatur. Quando enim lassescimus, consideratis cælestibus roboramur. Mons ergo fortitudinis quid est, nisi altitudo supernæ contemplationis? Quæ profecto, quia in electo corde sine magna charitate non est, mons fortitudinis Moyse adflare rectè perhibetur. Qui nimirum lapidem supponunt, & manus sustinent: quia qui summa celorum premia ardentè aspiciunt, fortitudinem magnam sumunt, & bene operari, & conditorè exorare non desunt. Quia ergo valida sunt & omnino violenta bella carnis, ascendenti Israeli Amalech restitisse aptè perhibetur. Regi igitur propheta præcipit, dicens: Audi vocem domini. Recensui quæcunque fecit Amalech Israeli. Quid est, quod dicit, Audi vocem domini? nisi quia castè viuere volentibus, contra fraudes fornicationis spiritus subtiliter vigilandū est. Quasi dicat: Considerare non desinas, quantis insidiis sibi subdere electos parat. Et ideo non dixit, Recensui, quod restitit Israeli, sed Audi vocem domini, recensui quomodo restitit Israeli. Quasi dicat: Si modum insidiarum cognoscis, hostem superare facilius valebis. Merito igitur subintulit, dicens: Nunc ergo vade, & percutite Amalech, & demolite universa eius. Quasi dicat: Quasi nosti quemadmodum ire debeas, vade, & demolite vniuersa eius, & sic eum deleas, ut aliquid de eo ultra non viuat. Sed quis ita sibi subicere carnem, quis vnquam sibi restringere mentem potuit, quis sic manere in carne, ut de carne turpes motus nullos sustineret? Quis ita refrenare cogitationem potuit, ut ad eam immunditiarum obscuritas per cogitationem nulla perueniret? sed si de carne non tollitur turpitudine motus, tamen turpitudinis robur enervatur, cum motus quidem simplex in carne est, sed in motu pruritus libidinis nullus est. Hic quidem motus Amalechita non est: quia menti non lambit, quam oblectare non poterit. Non potest tolli menti, quod aliquo modo immunda non videat, sed in mirabilem usum puritatis deducitur, ut immunda videns, nulla delectationis labe maculetur. Quisquis ergo sic præest carni, quisquis sic mentem regit, ideo præest, ideo

1 Cor. 7.

Roma. 7.

Exo. 17.

E

F



**G** ideo regit: quia Amalech cuncta demoliri fortiter potuit. Sed  
ia quae sunt eius vniuersa, sublequenter exponit dicens: Non  
parcas ei, & non concupisces ipsius aliquid, sed interfice a viro  
vltq; ad mulierem, & paruulum & lactentem, & bouem & asinum,  
& ouem & camelum. Quis est hic, qui parcat Amalech, nisi qui  
aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne lasciuia aliquid  
retinet. Nam plerique turpitudinis opera non exercent, sed  
linguam a turpi locutione non cohibent. Pleriq; per opus lu  
xuriam vitant, per cogitationem non vitant. Quidam nihil tur  
pe agunt, sed quod acta refugunt, corde concupiscunt. Par  
cat ergo Amalech, qui blandimenta lasciuiae, aut in locutio  
ne, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dicit ita  
que, Non parcas ei, quia de tam nequissimo vitio nihil ac  
cendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Dicit er  
go, Non parcas ei, vt omnes libidinosi motus, omnes ob  
scenae locutiones profus perimatur in corpore. Dicit ergo

Non concupisces ipsius aliquid, vt penitus eradicetur a  
cogitatione. Quid enim est libido nisi ignis? Et quid de carne  
& mente exorta virtutes nisi flores? Quid item turpes cogi  
tationes nisi paleae? Quis etiam nesciat, quia si in paleis ignis  
negligenter extinguitur, ex praua scintilla, quae remanet, om  
nes paleae accenduntur. Qui ergo virtutum flores in mente  
non vult exurere, ita debet libidinis ignem extinguere, vt per  
tenuem scintillam nunquam possit ardere. Carnalium etiam

**H** potest, calor naturalis accenditur, virores virtutum, qui per  
se accendi nequeunt, quasi per admittas paleas exurantur.  
Quid est ergo, Non parcas ei, & non concupisces ipsius ali  
quid, nisi quia luxuria omnis in carne perfecte domanda  
est, & a mente radicatus extirpanda? Potest etiam intelligi

Non parcas ei, & non concupisces ex eo aliquid, quia &  
viri, & mulieres, paruuli, & lactentes interfici precipiuntur.  
Nam mulieres concupiscenti poterant, paruuli, & lactentes ad  
misericordiam prouocare. Qui ergo sunt viri interficiendi,  
quae mulieres, qui paruuli, qui boues, quae oues, qui cameli,  
qui asini subtiliter considerandum est. Qui enim sunt Ama  
lechita viri, nisi suadentes motus turpitudinis? Viri etenim  
sunt: quia violenter suggerunt, & corruptis mentibus semina  
prauitatis intundunt. Mulieres sunt mentis concupiscentiae,  
quae praedictis motibus ad fetus impios susternunt. Sed &  
paruuli, & lactentes qui sunt, nisi qui de Amalechitarum vi  
rorum, & mulierum commistione generantur? Nam si motus  
mala suggestionis quasi adulter in mente recipitur, concu  
piscencia quasi meretrix impregnatur. Ipsa ergo concupisce  
tia, si uepharium effundere partum sinitur, libidinum motus  
iam non solum mente, sed etiam in carne generantur. Qui du  
nascuntur paruuli sunt: quia adhuc carni violentiam moue  
do non inferunt. Lactentes vero sunt, cum tenui, & negligenti  
cogitatione nutriuntur. Qui enim iam libera cogitatione  
motus turpes in carne reficit, non iam lac paruulis, sed cibum

**I** adultis impendit. Lac ergo paruulorum Amalechitarum te  
nuius est cogitatio immunditia: quia si motus turpis per cogi  
tationem non pascitur, quasi negato sibi lacte paruuli necatur.  
Quod profecto lac meretrix mater porrigit: quia dum  
ardor concupiscentiae mentem praeuenit, quasi ex pessima  
cordis vbertate agitatur, vt peiores motuum soboles in car  
ne nutriantur. Quid vero in boue nisi consiliu fraudulentum  
accipitur, quod exemplo veterum carnis voluptatem sugge  
rit, qui inter carnis opera omnipotenti deo placere? Nam  
quasi discretionis vomere scindere terram cernitur, sed si ex  
deliberatione suscipitur, in quo turpitudinis colla miseram me  
tis illaqueat, quem per simulationem gestat. Ouis autem no  
mine innocentum vita signatur. Vnde electi omnes redem  
ptoris nostri voce oues nominantur, cum dicit: Oues meae vo  
cem meam audiunt. Quae est ergo ovis Amalech, nisi simula  
tio innocentiae? Nam quidam dum & ipsam formam humani  
corporis, & proprietates sexus vtriusq; dum insitam libidi  
nem membris considerant, quasi naturali bono se hoc posse  
vti licenter putant. Quasi ergo ovis Amalechita est, quando  
continentibus illud quasi bonum suggeritur, quod vere bo  
num non esse liquido comprobatur. Quid etiam in camelo si  
gnatur? sed camelus ruminat, & vngulam nequaquam sinit.  
Quid ergo in camelo signatur, nisi cogitatio quaedam luxu

Ioh. 10.

riae, quae quasi a ratione incipit: sed per discretionem non fi  
nitur? Nam dum cogitat, quasi intus camelus ruminat: sed du  
quod cogitat, per veritatem non disponitur, eius vngula di  
uidi non videtur. Nonnulli etenim continentiam profecti, dum  
a carnis concupiscentia superantur, in coniugali vita saluari  
posse confidunt. Quidam & dum Apostoli licentiam audiunt:  
vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquaeque suum virum:  
sine discretionem personarum omnes in hoc precepto conclu  
di, & sacrorum ordinum viros coniugali copula vti posse fa  
tentur. Huiusmodi enim sensus Amalechita camelus est: quia  
quasi ex ratione incipit, sed ad irrationabilem vitam trahit.

Quid ergo asinus, nisi aperta nequitia fornicationis accipi  
tur? Quosdam enim diabolus in apertum chaos fornicatio  
nis inuehit, quibusdam per fraudes illudit. Asinus etiam ali  
ena onera portare consuevit. Doctor vero gentium dum viru  
sui corporis potestatem non habere, sed mulierem docuit:  
item nec mulierem sui corporis habere potestatem, sed viru:  
quid aliud, quam aliena onera eos portare iussit? Asini ergo  
nomine, robur coniugalis copulae designatur: quia electi con  
iuges inuicem onera sua fortiter portant, ne per carnis in  
firmitatem in fornicationis baratrum remissius corruant. A  
sinus ergo interficiendus est, sed Amalechita: quia copula co  
iugis in honestate thalami roboranda est, sed a turpitudi  
ne interficienda. Debent quidem coniuges debitum sibi inu  
icem reddere, sed turpiter conuenire non debent. Asinus er  
go Amalech interficitur, cum in bonis coniugibus charitas

tenetur honestae copulae: sed omnis obscenitas vitatur in tur  
pi coniunctione. Omnia igitur Amalech demoliri iubentur:  
quia qui caste proponunt viuere, de blandimento carnis in se  
aliquid retinere non debent. In carne quidem esse debent, vt  
bona per carnem agant: sed sic debent a carnis voluptate per  
mentis sublimitatem discedere, vt contumelias de carne non  
tollerent. Tales quidem eos esse volebat, quibus Apostolus

loquebatur, dicens: Vos autem in carne non estis, sed in spi  
ritu. Sed qui Amalech delere praecipitur, quibus adiutoribus  
ad haec sufficiat attendamus. Nam sequitur. Praecipit Saul  
populo & recensuit eos quasi agnos. Agnorum nomine so  
lent viri magnae prudentiae designari. Vnde per Ioannem di  
citur: Vidi supra montem Syon agnum stantem, & cum eo

centum quadraginta quatuor millia habentia nomen eius, &  
nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Qui enim no  
men agni assumpserant, agni dicebantur. Ipsos etiam expo  
nens, ait: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati,  
virgines enim sunt. Quid est ergo, quod cum Amalech dele  
ri praecipitur, quasi agni regis milites recensentur: nisi quia  
cum fornicationis spiritu delere praedicando volumus, per  
fectorum exempla producere debemus. Quotquot enim pu  
dicitiae gloria insignes secularibus conuertendis ostendimus,  
velut tot milites quasi agnos recensitos ad Amalech bella  
portamus. Possunt autem horum recensitorum nomine ipsi

**M** ministri diuinae praedicationis intelligi. Quasi agni ergo sunt:  
quia per gloriam perfectae pudicitiae iam illis virginibus, cu  
Christo in regno gaudentibus, simulantur. Quibus profecto  
verbis ostenditur, quia qui praedicationis ministerium su  
munt: praecipuo castitatis fulgore ante decorandi sunt: quia  
si per incontinentiam desluunt, continentes alios facere ne  
quaquam possunt: & ad tantae lucis bonum prouocare non  
praevalent, qui eius radios in propriae conuersationis fulgo  
re non habent. Bene ergo dicitur recensuit eos quasi agnos:  
quia pudicos valde esse eos oportet, qui fornicationis effu  
gare spiritum per accepti ordinis potestatem debent. Vnde

in Euangelio eis dominus dicit: Sinite lumbi vestri praecincti,  
& lucernae ardentes in manibus vestris: vt verbum praedica  
tionis subditi audiant, sed eos ad bonum castitatis, quod au  
diunt, exempla lucidissimae conuersationis trahant. Vnde be  
ne profecto numero designantur, cum subditur. Ducenta  
millia peditum, & decem millia virorum Iuda. Peditum no  
mine electi figurantur, non cum alta praedicant, sed cum per  
bona exempla caelestis itinertis rectitudinem alius demonstrent.  
Pedites quidem gressibus currunt, quo producere arma vo  
lunt. Quid vero sunt exempla castitatis, nisi caelestium mili  
tum terris impressa vestigia? Nam vt vitia libidinum in lubri  
cis feriatur, ad cordium eorum tenebras, cum bonorum exem  
plorum

1. Cor. 7.

Vbi supra.

L

Roma. 8.

Apo. 14.

M

Luc. 12.



**A** plorum luce festinant: & quasi gressu peruenientes, hostes perueniunt: qui postquam per opera cognoscuntur, corda peccatorum ad pudicitiae bonum trahunt. Cum ergo per exempla castitatis peccatorum cordibus tenebras immunditiam delinunt: peccantes recte nominantur. Et quia non solum pre-textu corporalis munditiae splendidi sunt, sed etiam luce cordis, ducenta milia esse perhibent. In centenariis quippe, & millenariis numero, omnis decalogi summa concluditur. Perfecti ergo viri in ducentis millibus continentur: quia per diuinam gratiam tam corporis continentia, quam integritate mentis ad summam pudicitiae arcem peruenere. Tam enim in corpore, quam in mente habent perfectionem intentionis. Vel quia non remissae aut negligenter deo per pudicitiam seruiunt, centenarium habent operis: & quia ei seruire non desinunt, habent millenarium multiplicationis. Sed fortes, & assidui sunt ad continentiam corporis, perfecti & instantes ad circumspectionem cordis perfectione virtutis. Talem quidem etiam vi-  
**1. Cor. 7.** duam Apostolus esse praecipiens, ait: *Ut sit sancta carne, & spiritu. Sancta quippe carne, & spiritu est: si perfectione castitatis, qua fulget in corpore, fulgeat etiam in mente. Quod si viduae tales sunt, quales esse iustae sunt virgines? De illis nanque pluribus, sub vnius descriptione dictum est. Altit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. In eodem quoque*  
**Psal. 44.** *Plalmo laudatur eadem regina, cum dicitur: Omnis gloria eius filiae regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Quid est enim vestitus aureus, nisi decor, & honor corporis virginialis. Vestitus quidem dicitur, quia foris fulget in corpore: aureus autem, quia precellit dignitate. Omnis autem metalli species auro inferior est. Sic nimirum omnis pudicitia alia, decori virgineo comparari non potest. Quid est ergo quod dicitur, omnis gloria filiae regum ab intus, si foris esse gloria vestitus aurei praedicatur? Si enim foris est aliqua magna aurei vestitus gloria, intus omnis gloria videri non potest. Quid est ergo, quod omnis gloria intus esse perhibetur: nisi quia & illa quae foris est gloria, cum aliis innumeris intus esse cognoscitur. Aurea enim virginitas non est, si foris est, & intus non est. Quia ergo intus, & foris est: quia eadem splendet in corpore, eadem fulget in mente: omnis gloria filiae regum intus esse sentiri conuenienter potest. Omnis gloria intus est: quia foris sola, intus sola non est. Quia enim multa sunt virtutum claritates in mente virginis, sic virgineus splendor asseritur: ut intus omnis gloria praedicetur. Hoc nimirum est, quod subsequitur. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Fimbriae enim aureae sunt claritates a mente nunquam deficientes. Fimbriae quidem finales vestimenti partes sunt. Quae ideo in sponsa Christi decore laudantur: quia nulla est virtutum gloria, si lucere ante vitae summationem desinat. Regina ergo amore dicitur, in vestitu aureo virginitas praedicatur. Sed omnis gloria intus, & in fimbriis aureis, & varietate circumamicta asseritur: ut innumeris virtutibus adiuncta integritas, usque in finem deduci sentiat. Bene itaque contra Amalech ducenta peditem millia recensentur: quia illi ad debellandos immundos spiritus idonei sunt per exempla castitatis, qui eam tenere didicerunt & in luce operis, & in splendore circumspectionis. Quia item eruditi, ac perfecti sunt verbo dei, decem millium virorum Iuda numero demonstratur. Viri etenim sunt fortitudine, Iuda autem praedicatione. Iuda etenim confitens interpretatur. Sed denario numero designantur: quia perfectionem doctrinae per gratiam spiritus sancti consecuti sunt. Vnde & Moysi decem legis praeccepta tribuuntur, quae dei digito scripta sunt. Quid est enim digitus dei, nisi spiritus sanctus. Qui cum legem scripsit, hanc utique in decem praecceptis edidit: quia etiam in ea carnale aliquid foris protulit, intus hanc spiritualis intelligentiae perfectionem signavit. Decem millia igitur virorum Iuda contra Amalech producenda sunt, ut fornicationis spiritus aptis viribus superetur. Lambit quippe suggestionem: quia lenia & blanda consulit: sed res, quas labendo consulit, per cogitationum phantasias ostendit. Ergo ut mens obscena, sibi a daemonibus ostensa, non videat: electorum exempla reuelanda sunt. Et ut eam suggestionibus turpibus immundus spiritus delinere non possit, lingua praedicatorum debet per pudicitiae laudem tangi. Lingat hanc praedicator, ut ma-*

lignus spiritus lingere nequaquam possit. Et hanc verbis oblectet: cui caelestia desunt, hanc diabolus per suggestionem oblectamenta dilanet. Contra duplex ergo bellum cordis: quia duplex est necessarium bonum auxilium bene contra Amalech & pedites, & viri Iuda parari perhibentur. Siquis autem alios per pedites, alios per viros Iuda vult intelligi, sensus aperte veritatis patet: quia summi doctores habent, qui docere nesciunt praedicatione, prodesse autem valeat opere. Sed iam recensiti ad tanta praedia, audiamus, qua arte subsequenter dimicent, sequitur. Cumque venisset Saul ad civitatem Amalech, tetendit insidias ad torrentem. Quis hic torrentis est, nisi ille de quo per Psalmistam dicitur: *De torrente in via bibit. Torrentis quippe decursum nostrae mortalitatis designat. Saul ergo in torrente insidias tendit, quando praedicator ecclesiae aeternis praemiis considerationem nostrae mortalitatis inserit. Ut enim lubricas animas quasi per fraudem capiat, modo caelestia loqui inchoat, sed repente ad exponendam aeternarum poenarum acerbiteriam convertitur, ut securae in carnis delectatione mentes terreatur. Quasi enim per fraudem educit, & per insidias percussit, dum laeta loquens, ad audiendum pronocat, & mortis tristitia inserit, ut audiant lubrici, quod expauescant. Saul ergo ad Amalech civitatem venit, cum doctor, munita per illicitum amorem corda peccatorum, dulcedine aeternae iucunditatis attrahit. Sed insidias ei in torrente abscondit: quia mortis considerationem inducit: ut quasi ex insidiis erumpentem contra se militem peccator videat, & dum se velociter moriturum considerat, moram peccati tendere ultra pertimescat, sequitur. Dixit Saul Cyneo, discede ab Amalech, ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel cum ascenderet de Aegypto. Quis est Cyneus, qui cum Amalech habitare cognoscitur, qui & discedere cogitur, ne cum eo pariter inuoluatur? Sed fortasse hic ille est de quo dicit Apostolus: *Vxor vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Cui etiam nomen conuenit: quia Cyneus possidens dicitur. Qui profecto coniugati quia coniugio obligati sunt, relinquere omnia non coguntur. Quid est ergo, quod Cyneo dicitur, Discede ab Amalech, nisi quia his verbis in coniugibus omnis obscenitatis turpitudine damnatur? Cum Amalech quidem coniuncti sunt, qui meretricio more iunguntur. Quos discedere ab Amalech doctor praecipit, cum ad honestatem coniugalem eos renocare contendit. Quasi dicit. Si continere ab invicem non potestis, honorabile conubium vobis sit, & thorus immaculatus. Ab Amalech itaque discedere est, coniuges seipsis uti non ad turpitudinem meretriciae obscenitatis, sed ad temperantiam honestatis, & ad fructum propaginis. Vnde & idem doctor egregius de vidua, quae iuxta eius consilium sic permanere non potest, dicit: *Quod si se non continet, nubat, tantum in domino. Non in Amalech, sed in domino, ut quae a nuptiis abstinere non praeualet, obscenos gestus in foedere nuptiarum vitet. Cui etiam comminatur, dicens: Ne inuoluam te cum eo. Inuolui peccatoribus est, aeterna poena damnari. Vnde & de nequam seruo in Evangelio dominus dicit. Ligatis pedibus, & manibus proiicite in tenebras exteriores. Modo ergo praedicatorum auditores reprobos non inuoluunt: quia etiam verbum continent, redire tamen ad penitentiam donec viuunt cum volunt, possunt. Instanter ergo coniugibus coniugalis honestas imperanda est: quia valida mulcatione dicitur, Abite, recedite absque laesione. Discedite ab Amalech ne inuoluam te cum eo. Absque laesione quidem nunc, non tunc receditur: quia qui per omnia turpibus simulantur, eorum laesionis expertes non erunt. Qui etiam fecisse cum filiis Israel de Aegypto ascendentes misericordiam dicitur: quia infirmi sanctae ecclesiae filii dum perpetuae continentiae bonum seruare nequeunt, coniugii miseratione suscipiuntur. Ab Aegypto quidem ascendunt: quia luxuriae, & fornicationis tenebras deserunt. Et misericordiam a Cyneo suscipiunt: quia coniugii indulgentiam promerentur. Vnde & doctor gentium dicit. Hoc dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Et quia sancta ecclesia electis subditis bona, quae loquendo exhibet, persuadet, sequitur: *Et recessit Cyneus de medio Amalech. De medio quidem Amalech discedit coniugis de****

D  
 Psal. 109.  
 E  
 1. Cor. 7.  
 Ibidem.  
 F  
 1. Cor. 7.  
 parte

1. Cor. 7.

Psal. 44.

Exo. 31.

**G** parte non potest: quia & si gestus vitat turpitudinis, vitare non potest affectum voluptatis. Ignem quippe temperare per honestatem coniuges possunt. De medio igitur Amalech excut: quia etsi carnalibus desideriis omnino carere nequeunt, ipsum tamen carnis impetum, sub praecepto honestatis vinculo moderantur, sequitur. Percussitque Saul Amalech, ab Euliat donec veniret Sur, quae est e regione Aegypti. Euliat parturientis interpretatur, Sur angustia: Aegyptus tenebrae. Concupiscentia autem peccatum parit. Merito igitur parturientis nomine concupiscentia designatur. Propheeta etiam impoenitentis cordis angustias incurere metuens, obsecrat dicens: Ne absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Doctor ergo ab Euliat vsq; Sur Amalech percutit, cum in auditorum suorum cordibus vitia conceptae delectationis comprimit, & finem deliberationis. Sur etiam percutit: cum eas mentes videtur ad pudicitiae amorem trahere, quae in luxuriae foetore proposuerant vitam finire. In angustia enim sunt, qui capti iam male consuetudinis laqueo constringuntur. Et notandum: quia Sur e regione Aegypti esse ostenditur: quia qui in luxuria vitam finire deliberat, modo in interioribus tenebris clauditur, a quibus ad exteriores perducatur. Sed etiam liber iste clauditur, vt ad consequentis considerationem per silentium veniamus.

*Iacob. 1.*

*Psal. 68.*

Caput. 11.

**H** EX Saül qui principia bona habuit, sed in bonis, quae coeperat, nequaquam perseverauit, per sacrae historiae textum ostenditur: vt in eo imitanda, & cauenda videamus. Sic nimirum & male cultas segetes carpim<sup>9</sup>, quae ad messionem spiius admittae conuergunt. Bene quidem eas legere nouit qui sic curat spicas carpere, vt spinas studeat euitare. Sic dum horti cura negligitur, cum holere, quod reficit, nascitur vitia, quae pungit. Quasi enim male cultos agros ingredi cautè discipulos praecipiebat dominus, cum dicebat: Super cathedram Moysi sederunt principes, & pharisaei. Quaecumque dixerint vobis facite, quae autem faciunt facere nolite. Quasi dicat: Quia ista sunt acta, & verba reproborum, sic vt edicti sunt: vt in eis sumatur, quod viuificat: vitetur, quod necat. Hinc iterum praenunciatus, dicit: Venient ad vos in vestimentis ouium, intrinseca autem sunt lupi rapaces. Hucusq; ergo regem Saul, strenuè regni curam gerentem, libenter attendimus: contemptorem iam dominicae iussionis, in quo vitari & abiici debeant, subtiliter videamus. Nam sequitur. Apprehendit Agag regem Amalech viuum, omne autem vulgus interfecit ore gladii. Et pepercit Saül & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum: & vestibus, & arctibus, & vniuersis, quae pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Verbum domini fuit. Nunc vade & percute Amalech, & demolire vniuersa eius. Non parcas eis, & non concupisces ex eis aliquid. Apertè ergo transgressor per inobedientiam exitit, qui implere praecceptum domini per superbiam recusauit. Dominus quidem prophetae praecipit, dicens, ne parcas ei, & non concupisces ex rebus ipsius aliquid. Hic verò & pepercisse, & omnia electa eius concupisuisse ostenditur, vt dum transgressionis modus ostenditur, quam sit detestabilis inobedientiae culpa monstratur. Quod si carnis bella describimus, magnos esse lapsus regios inuenimus. Vnde & dominus in Euangelio dicit: Si sal euannerit, in quo salietur? Reges verò ecclesiae eius sunt praedicatorum, sicut supra iam ostensum est. Quis ergo est Agag rex Amalech, nisi sensus carnalis? Nam cum ex anima rationalitatem, ac sensualitatem habeamus, rationalitas menti, sensualitas carni adscribitur, & per illam cum angelis, per istam cum brutis animalibus conuenimus. In illa quò altius extollimur, supernis ciuib<sup>9</sup> appropinquamus. Per istam verò quo ad carnis blandimenta dilabimur, carnaliores (vt ita dixerim) inuenimur. Vnde & visis, & concupitis iam filiabus hominum, iam impletis in luxuria voluptatibus, de his qui puritatis merito filii dei vocabantur, in Genesi domi-

*Matt. 23.*

*Idem. 8.*

*Matt. 5.*


nus minatur, dicens: Non permanebit spiritus meus in homine in eternum, eo quod caro sit. Caro quippe homo efficitur, quando sensui carnis ratio subiugatur. Rex ergo Amalech vigor est sensus carnalis, qui motibus turpibus imperat, vt captiuam rationem ad illecebras obscenitatis trahat. Bene autem carnali sensui nomen congruit Amalechitae regis. Agag quippe meditans, siue loquens interpretatur. Meditari quippe ei est, phantasmata lasciuiae interna meditatione colligere. Et loqui ei est, carnis motibus turpibus ad libidinem excitare. Quasi enim magnum clamorem locutionis habet: quia carnem pulsando ardentius commouet. Nam & meditando colligit, quod loquendo exponat: quia vnusquisq; carnali sensui subditus, quo liberius lasciuiae simulachra intus conspiciunt, eo validiores motus turpitudinis foris sentit. Meditatur ergo per internam visionem turpitudinis, loquitur autem per exteriorem motum delectationis. Rex ergo Amalech loquens, & meditans dicitur: quia illis labentia blandimenta carnis excitare potest, quibus per turpes cogitationes illudit, & quos per experientiam blandae motionis erudit. Sed notandum: quia quo liberius meditatur, eo & liberius loquitur: quia carnem eo fortius commouet, quo causas suae commotionis intus impressas per cogitationem tenet. More etenim ignis quo attentius insufflatur, magis accenditur: quia si flatus immundae cogitationis deest, ardor libidinosae commotionis adesse non potest. Rex ergo Israel contra Amalech regem pugnat, cum doctor ecclesiae contra fornicationem disputat. Quem victum, capit: quando ad veniam conuersos peccatores non solum poenitentes, sed etiam consentes accipit. Quasi ergo Amalech regem iam victum tenet, qui carnalem sensum, in conuersis peccatoribus per amorem pudicitiae, iam rationi subiectum, videt. Sed quid est, quod victus viuunt: nisi quia nonnulli sunt, qui propriis passionibus non mouentur: sed auditis alienis obscenitatibus, mouentur: Pugnantes, fortes sunt: sed victores cadunt. Qui enim expugnatum regem, viuum seruauit: liquet quia in eiusdem belli triumpho capti sibi regis persona placuit. Quid verò aliud faciunt, qui ab aliis peccatorum confessionem recipiunt: nam dum cogitant, quae consentes fecerunt, ad scelera, quae audiunt, inardescunt. Nam saepe dum audiunt, quibus se alij blandimentis obruant, amare ipsi incipiunt: quae iam eorum exhortatione morientes, illi consentunt. Iam ergo in vrbe sua victus, & captus est Agag, sed a victore seruatur, cum quod detestatur a subditis, diligitur a praelatis: quia carnalis sensus in eis vigere incipit, qui in illis vigorem iniquae dominationis amisit. Et quia dum pastores corruunt, ad praecipitium, subiecti committantur, rex viuus Agag cepisse dicitur, sed idem rex, & populus eidem regi, & quibusque Amalech optimis pepercisse memorantur. Parcere enim affectae mentis est amore eius, cui parcat. Quod certe libidinis vitio conuenit: quia vt placere incipit, mentem in sui amorem trahit. Quia etiam vehemens est virtus illius, statum habere non nouit: quia nimirum cito perficit, si a se hanc cito euigilans animus non expellit. Nam dum mentem innadit, se per innumeras turpitudinum cogitationes spargit. Vnde & bene optimis gregibus, & armetis Saul, & populus pepercisse memoratur. Cogitationes quidem libidinum greges, & armenta dicuntur: quia & innumere sunt, & de contemplatione immunditiae in reprobo corde pascuntur. Optimi etiam sunt, non probatione bonitatis, sed appetitu eligentis. In corde etenim reprobo quia nihil diligitur carius, optimi greges dicuntur: quibus alia nulla comparatur. Sed optimi dicuntur pro caecitate cordis, armenta verò pro reatu transgressionis. Reprobis quippe mentibus magnum non est, immunda cogitare: sed coram deo peccatum paruum non est, in templo dei, hoc est in regenerato spiritu, immunda reponere. Parcat ergo non solum ouibus, sed armetis: quia qui per amorem libidinis, quasi paruas immunditiae culpas aspiciunt: quasi paruis modo parcat, sed merita poenarum parua non inuenit. Possunt autem ouium nomine leuiore luxuriae cogitationes intelligi, armenta verò fortiores, & molestiores. Quibus utique rex, & populus parcat: cum reprobos doctor, & subditi tam lenibus, quam fortibus immundae cogitationis vexationibus substernuntur. Quid verò est parcere vestibus, nisi damnatae iam menti immunda deliberare? Si enim

*Gene. 6.*

*L*

*M*

enim



**A** enim aureus vestitus sponsæ virginalis gloria est: quæ sunt vestes Amalech, nisi sceda inquinamenta luxuriæ? Sed vestimenta dicuntur: quia eorum velamine tam anima, quam corpus inquinatur. Quia enim animam foedat, & corpus perpetratur. **B**onæ enim vestes, sed vestes nominantur. Sed (vt dixi) parere deliberare, per affectum mentis immunda diligere est. Infelix verò anima sic capta, sic illaqueata: quia miris impulsionibus ad deliberatam prauitatem, perpetrandam cogitur bene post oues, armenta, & vestes, arietibus pepercisse memorantur. Quasi enim arietum cornua sibi in lenes libidinum ictus placent: qui hoc in se vinum retinere nititur, vnde ad immunditiæ mortem perforatur. Arietibus ergo parit, qui præcipitationis suæ ictus gratanter recipit. Pungitur quippe, vt carnis suæ delideriis seruiat: sed quod se fortiter pungit, leuiter oblectat. Quia itè per innumeros modos obcenitatis mentem libido illucit, non solum his nominatis rebus, sed omnibus quæ pulchra erant, pepercisse memoratur. Omnia quæ sibi immunda anima de luxuriæ voluptate gratanter fingere cernitur, Amalech pulchra nominantur. Appetere hæc quippe nullatenus posset. Si vehementer sibi eorum species non placeret. Sed quia casus victorum asseritur dicitur: Nec voluerunt disperdere ea. Quasi dicat: Possent disperdere, si voluissent. Nam nil facilius quam libido vincitur, si omnis immunda cogitatio deuitetur. Tanto igitur facilius disperdi potest, quanto vnusquisque cogitare alia, quæ carnis oblectamenta potest. Quia enim duas simul res imaginari non possumus, dum quicquid est aliud cogitamus, cogitare immunda non possumus. Celer ergo & facilis victoria libidinis est, circumspectio cogitationis: si quoties carnalia obuiant, ad aliquid omnium recurramus, quod libidinis non sit blandimentum. Hoc quidem facile stantibus, non lapsis facile dixerim: quia qui perpetracione peccati immundi spiritus seruus efficitur, nec carnis cogitationes libere potest vitare, nec ad alias cito recurrere. De victoribus ergo dicitur, noluerunt ea disperdere, qui potuerunt: quia ante casum à liberis facile peccata vitantur, sed si nolunt vitare cum possunt, postea non possunt si volunt: quia perfectè velle non possunt. Quibus vtique per se veritas dicit: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Quasi dicat: Quia sponte liberi esse desiistis, potestatem adipiscendæ libertatis in vobis iam non habetis. Quid verò est, quod dicitur, Quicquid verò fuit vile, & reprobum hoc demoliti sunt: Nisi quia nonnulli maiorum delectationum vsu, minores fastidiunt? Reprobum quidem, & vile eis est, quod electione eorum, quæ magis placent, vilipendunt. Quia enim delicatiora peccata expetunt, quædam reprobant: & quia preciosiora peccata approbant, vilia minora putant. Bene ergo dicitur, Quicquid vile fuit & reprobum hoc demoliti sunt. Quia delicatiora peccata eligunt, & quæ minus placent, quasi inepta reprobant, & velut vilia contemnunt. Ista verò omnia moraliter intellecta, libidinum pugnas, atque victorias, sed ad historiam superbiorum, & inobedientium tumorem designant. Nam præceptum à domino Saül fuerat, vt Amalech sic deleret, vt alicui eorum non parceret, nihilque concupisceret. Qui ergo & regi Amalech pepercisse, & optimis quibusque rebus asseritur, superbus & inobediens aperte monstratur. Sed fortasse præceptum contempsit: quia hoc à propheta, non à domino audiuit. Qui certè sic prophetam audire debuit, vt auctoritatem attenderet, quam præmisit. Nam præcepturus propheta vt Amalech regem percuteret, præmisit dicens: hæc dicit dominus, vt præceptum quod per hominem audisset, quasi hominis despiciere non auderet. Ne item ministerium eius rex elatus vilipederet item præmisit, dicens: Me misit dominus, vngere te in regem. Quasi dicat: Per illum tibi dominus regale ministerium præcipit, per quem te in dignitatem regiam sublimauit. Tanto igitur humiliter obedire debuit, quanto hunc esse à deo missum apertius agnouit. Sed dum missum prophetam spreuit, mittentem pariter dominum contempsit. Vnde subdit: Factum est verbum domini ad Samuelem, dicens: Pœnitent me quod constituerim regem Saül: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Ille propheta verba se non audire credidit, sed dominus se derelictum cõqueritur, dum verba sua opere non impleta ostendit. Nunc ecclesiæ do-

minus loquitur, dicens: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui ergo per inobedientiam à prædicatorum verbo discedunt, dominum derelinquunt: quia ab illis recedunt, per quorum ministerium diuinæ voluntati præsententur. Verba domini tunc opere non implent: quia foris homines loquuntur, intus verò in hominibus deus loquitur. Non ergo ipsi sunt qui loquuntur, sed spiritus sanctus. In prædicatoribus ergo contemnenda non est foris vilitas carnis, quorū mentes tam dignatè incolit sublimitas deitatis. Quid est ergo, quod pœnitere dominus dicitur, cum mutari affectibus non credatur? Sed quia cum mutabilibus summa immutabilitas loquitur, more eorum, quibus cum loquitur, dum pœnitere dicitur, displicere sibi superborum temeritas designatur. Pœnitere enim solemus, cum mala nobis illi retribuunt, quibus nos honores, aut dona impendisse memoramus. Quia ergo more nostro omnipotens deus de superbi regis ingratitude queritur, dignitatem regiam contulisse se illi, pœnitere perhibetur. Quod profecto ad cumulum magnæ damnationis de superbis dicitur: quia quod sunt, iam non ad meritum, sed ad pœnam sunt, qui in voluntate dei non sunt. Pœnitere ergo dei est, voluntatem in reprobis non habere, cum à se honores impensos meminit, sed eos, quibus bona contulit, male vti bonis, quæ contulit agnoscit. Hanc quippe pœnitentiam suam deus verbis aliis per Malachiam prophetam Iudæis insinuat, dicens: Non est mihi voluntas in vobis, & sacrificium non suscipiam de manu vestra. Quantum ergo cauda sit inobedientiæ culpa cernimus, si his verbis domini quæ districte percutitur, attendamus. Nos autem in bello Amalech fornicationis pugnam descripsimus, qui nobis omnino deleri per sacra eloquia iubetur. Merito igitur de lapsis in carnis bello doctoribus intelligi potest, hoc quod dominus queritur, dicens: Pœnitent me, quod constituerim regem Saül, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Verbum quippe eius præceptum prædicatoribus est: Sicut lumi vellri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Qui ergo verbum in prædicatione habet, & in præcinctu castitatis non habet, loquendo dei esse cernitur, sed operando deum derelinquere probatur. Foris diuina exequitur, sed occultè dum in carnis voluptate resoluitur, verba domini opere non implere, declaratur. Dominum quippe derelinquit, mala proponendo, verba eius non implet, prohibita præsumendo, Bene ergo dicitur, Pœnitent me, quod constituerim regem Saül. Quasi dicat: Quem præesse aliis tunc volui, modo nolo: quia quem humilem prætulit, nunc superbiorem & elatum transgressorem cerno. Quod nimirum de quibuslibet lapsis non dicitur: sed de his, quorum lapsus ostenditur, & pœnitentia nequaquam præuidetur. Nam de iustorum casu scriptum est. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Eorum certè casus quodammodo status eorum est: quia aliquando permittuntur cadere, vt semper valeant fortius stare. Permittuntur, vt in malis corruant, ne summa virtutum dona per elatione perdant. Hi profecto & si verba domini quandoque non implent, à domino non recedunt, quia ad tempus relinquuntur, vt æternaliter teneantur, & in modico desipiunt, sed post modicum resipiscunt. Dum ergo Saul, non solum verba domini opere non impleuit, reprehenditur, sed ipsum dominum reliquisset, quos melius, quam lapsos, & impœnitentes significat: De quibus profecto per prophetam dicitur: Percusserunt scædus cum morte, & inferno. Cum morte quidè scædus percutere est, mala audacter perpetrare, & ea semper agèda promittere. Mala quippe indefinenter faciunt, sed diligendo, quod faciunt, quasi à mortis amicitia se nunquam recedere, pollicentur. Hi quippe in mortis scædere quanto insensibiliores sunt, viscera matris ecclesiæ tanto acrius miserando quatuntur. Vnde bene subiungitur. Contristatusque est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte. Samuel quidem contristatur, quia de perditione subditi summus prædicator affligitur. Et tota nocte ad dominum clamat, quia pro restitutione lapsi diuinam misericordiam deuotis precibus obsecrat. Clamare quippe doctori est, pro peccatis subditorum magnis desideris omnipotentis dei misericordiam postulare. Qui tota nocte clamat, cum per affectum totam illius peccati caliginem suscipit, & pro ea, quasi pro proprio crimine,

D  
Luc. 10.  
Mat. 10.  
Malac. 1.  
E  
Luc. 12.  
F  
Prou. 14.  
E[sa. 28.]  
deo

Isa. 2.

**S** deo poenitens satisfact. Tota ergo nocte predicatori clama-  
re est, totam subditi causam suscipere, & omnem caliginem  
peccati illius, deuota compunctionis affectu destrudere cona-  
ri. Sed quid est, quod clamasse dicitur & dominum non re-  
spondisse, nisi quia ea quam dixi cordis impoenitentis caligo  
in illa, pro qua clamat, Saul culpa signatur. Responderet qui-  
dem dominus, si vocem clamantis exaudiret. Sequitur: Cum-  
que de nocte surrexisset Samuel, ut iret ad Saul mane, nunci-  
atum est samuelli, quod venisset Saul in Carmelum, & erexis-  
set sibi fornicem triumphalem. Quid nam est peccatoris vi-  
ta, nisi nox? Et quid fusti lux aliud, quam dies? Vnde & per  
Paulum conuersis peccatoribus dicitur: Fuisistis aliquando te-  
nebrae, nunc autem lux in domino. De nocte autem predica-  
tori surgere est, ab alienae culpa susceptione affectum men-  
tis erigere: Quasi enim in nocte iacet doctor, quando alieni  
peccati tenebras luget, quia ab alta innocentiae suae securi-  
tate deponitur, ut in imo alienae considerationis peccatorum  
caligo destruat. De nocte ergo surgit, cum ab afflictione  
se erigit, & mane ad reum venire disponit, quia occulte per  
compassionem plangit, & aperta increpatione per zelum  
percutit. Nocte etiam luget doctor, sed mane ad arguendum  
venit, quia intus peccantem subditum diligit, sed palam er-  
rantem arguere nequaquam erubescit. Quasi enim mane lu-  
cescit, cum doctor aperire crimen, quod latet, incipit. Quid  
ergo est, quod in Carmelum venisse, & fornicem sibi trium-  
phalem erexisse is, ad quem venit, asseritur, nisi quia profe-  
ctus mali liquido predicatur? Post inobedienciae quidem cul-  
pam triumphalem arcum, vel fabricam erigere est, mala ag-  
gere, & de eorum malorum perpetracione superbire. Qua-  
si enim triumphalia signa erigunt, quando cum quadam o-  
stentatione ea proferunt, quibus aliis se excellere arbitran-  
tur. Quod certe tam arrogantibus, quam lubricis doctori-  
bus conuenit. Illi quidem dum magna dicunt, se in sublime  
aestimacionis erigunt, & quales se intus aspiciunt, per iactan-  
tiam, & ostentationem foris innotescunt. Cumque & illud,  
quod per se alij proficiunt, ad fauorem propriae laudis tra-  
hant, quid aliud videntur agere, nisi altum victoriae signum,  
in signi titulo demonstrare? Nonnulli vero & cum turpiter  
viuant, & honestissime loquuntur, considerant verborum ho-  
nestatem, non tamen reputant propriae vitae turpitudinem.  
Cum ergo non rebus operum, sed splendore verborum appa-  
rere gestiunt: nimirum triumphalem arcum fabricant, in quo  
se quasi victores extollant. Et quia turpiu verbo, turpes pla-  
rique alij resipiscunt: post expugnatum Amalech, eis in  
Carmelum venire est. Et fornicem triumphalem erigere: de  
extincta in subiectis libidine, inaniter coram simplicibus glo-  
riari. Carmelus quidem mollis, siue tener interpretatur. Qui  
enim teneri huius nomine, nisi in sancta conuersatione rudes  
intelliguntur? Qui etiam molles vocantur, nisi qui adhuc per  
vsum virtutis non sunt in inchoata bonitate solidati. In Car-  
melo igitur signum victoriae erigunt, quia rudibus, & debi-  
libus se ostendunt: ne a peritis fortibus quales in veritate sunt,  
inueniantur. Hi enim non in verbis, sed in operibus fulgo-  
rem victoriae quaerunt: quia arbores non in decore folio-  
rum iudicant, sed in sapore pomorum probant. Vnde & do-  
minus docens, ait: A fructibus eorum cognoscetis eos. Quia  
ergo laudari inaniter appetunt: quia probatissimorum vi-  
rorum iudicia fugiunt, & rudibus ac debilibus aliud, quam  
sunt se esse mentiuntur, Saul in Carmelum venisse, & forni-  
cem sibi triumphalem erexisse dicitur. Quid vero est, quod  
in Galgala transit, nisi quia eo modo, quo se simplicibus, &  
religiosis ostendit: in religiosis, & doctis innotescere app-  
tit. Galgala quippe (iam multoties dixi) rota nominatur.  
Quidam vero intra sanctam ecclesiam & eruditi in sacra scri-  
ptura sunt, & religiosi non sunt: quia virtutem scripturae,  
videlicet charitatem non habent. Qui dum loquentes facun-  
dos viros, & carnales audiunt, verba que sciunt, admirantur.  
Sed discutere non possunt eorum occulta, quae nesciunt. Be-  
ne igitur Saul in Galgala transire dicitur, quia qui fauorem  
de facunda locutione quaerunt, id quod cupiunt, non apud  
eruditos religiosos: sed apud simplices, & rudes, aut apud ir-  
religiosos sapientes inueniunt. Sed summi viri, cum reprobis  
bona docent, electis subditis magis timent: ne quos lingua

edificiant, manu, id est, operatione peruertant. Quia ergo  
diu in ministerio praedicationis lubrici doctores dimittendi  
non sunt, apte illatum est. Venit ergo Samuel ad Saul, &  
Saul offerebat holocaustum domino, initia praedarum, quae  
attulerat de Amalech. Venit quippe ad Saul, ut superbum  
deponat: quem humilem ad regni culmen extulerat. Quem  
qualis erat, inuenit: non qualem se superbiae signis ostende-  
rat. Quid est ergo, quod holocaustum domino Amalech pri-  
mitias offert, nisi quia nonnulli & prauè viuunt, & placere  
se deo per aliorum profectum arbitrantur? Et quia non pa-  
rū placere credunt deo, quod offerunt non sacrificiū aut victi-  
mam, sed holocaustum offerre perhibetur. Initia verò pra-  
edarum dicuntur, ut in Samuele summi & electi antistitis vigi-  
lans studium designetur, a quo malorum principia velociter  
comprimuntur. Quasi dicat: Valde festinus occurrit, quo  
absente nec initium holocaustorum habere liberum potuit.  
Possunt initia praedarum intelligi electa quaeque de praedis.  
Quae aperto ore lubrici, sed occulta caecitate percussu offer-  
runt, quando inde se placere deo credunt, quod in audito-  
ribus suis ea perimunt, quae in se viuere permittunt. Quasi  
enim indiscretè asserentem apertius reprehendens dicat. Il-  
lud viuum offerebat, quod melius offerret extinctum. Nam  
si iuxta verba domini praedam omnem in Amalech extin-  
gueret, holocaustum omnino acceptabile omnipotenti deo  
obtulisset. Sic nimirum & doctor lubricus si cuncta blandi-  
menta carnis, quae loquendo reprobatur, volendo reprobari:  
holocaustum combureret, quod reprobari non posset. Quid  
est ergo, quod dicitur: quia Offerebat praedarum initia,  
quae attulerat de Amalech. Nisi quia caeci cordis caligo  
damnatur, quod sic de eo reputat, quod prodest aliis, ut vi-  
dere negligat, quod obest sibi? Quasi dicat. De illo quasi vi-  
ctor gaudebat, victor in aliis: quod in se viuum, & inuictum  
portabat. Et quia plerumque tam dementer insanunt, ut et-  
iam ipsis electis, & summis praedicatoribus praetextum vir-  
tutis offerre conentur, sequitur. Et dum venisset Samuel  
ad Saul, dixit Saul. Benedictus tu a domino, impleui verbum  
domini. Verbum domini fuit, ut Amalech delere debuisset.  
Quid est autem, quod dicit. Impleui verbum domi-  
ni: nisi quia culpa fornicacionis, quo foedior cernitur, eo  
a reprobis studiosius occultatur. Quia ergo hi qui eidem  
fornicacionis vitio subiecti sunt, semper latere appetunt, in  
eorum typo & Amalech Saul demoliri despexit, & ad Sa-  
muelem dixit: Impleui verbum domini. Quasi dicat: Et  
in alius libidinem domui, & in meipso eius blandimenta per-  
emi. Et quia blanda adulatione summi viri fletere mentem  
nititur, praemisit dicens: Benedictus tu a domino. Quasi  
dicat: Hoc quidem ego egi, sed agere non meis viribus, sed  
tuis meritis, & intercessionibus potui. Sed perfecti viri au-  
dire laudes suas possunt, a rigore autem iustitiae flekti ne-  
queunt. Quare & subditur. Dixitque Samuel. Et quae est  
haec vox gregum, quae resonat in auribus meis, & armentorum,  
quam ego audio? Vox gregum, & armentorum Amalech, fama  
turpitudinum est. Quando de minoribus luxuriae culpis quilibet  
diffamatur, vox gregum resonare dicitur. Quando item de  
criminosioribus, & obsecroribus accusatur, vox armentorum.  
Quasi sub falsa virtutis suae simulatione reconditum denudet,  
dicens: Tu te proprio ore iustificas, sed immunditiarum tuarum  
turbae per omnium ora clamant. Sed iam qui excusationes  
praetendere coepit, quibus defensionibus obiecta infamiae  
crimen euadat, videamus, sequitur. De Amalech adduxerunt ea.  
Pepercit populus melioribus ouibus & armentis, ut immolarent  
domino deo tuo: reliqua occidimus. Quid est, quod ait, de  
Amalech adduxerunt ea, & non dixit, adduximus: Sed quan-  
do reprobis arguuntur, culpas aliquando negando tegunt,  
aliquando in alios transferunt. Tegunt quidem negando,  
cum latere possunt, sed dum quasi in aperto deprehensi te-  
nentur, quod negare nequeunt, aliis adscribunt. Horum si-  
quidem mores Saul insinuans, ait. De Amalech adduxe-  
runt ea, pepercit populus melioribus ouibus, & armentis.  
Quasi dicat: Malum, quod auditur, ex populi fragilitate  
pensandum est, non ex virtute pastoris. Peccata quidem sub-  
ditorum in praelatorum comparatione despicienda sunt.

Dicit

**A** Dicit ergo de Amalech adduxerunt ea. Quasi dicat. Hoc, quod de turpi vita resonat, verum est, sed tamē eadem turpitudō in paruulis viguit, non in magnis. Adhuc item eandem culpam leuigans ait. Pepercit populus melioribus ouibus & imolarentur domino deo tuo. Quasi dicat. Verē peccauit populus, sed nō ad mortem: quia peccata operis, iam me exhortante, delere nititur humilitate cōfessionis. Greges quippe Amalech, & armenta domino immolantur, quando lubrici, & incontinentes ad confessionem veniunt, & quod nequiter egerunt, pœnitendo delere satagunt. Dicit ergo pepercit populus id est peccato indulgit. Sed adduxerūt ea vt immolarentur: Quia in quibus se cecidisse populus recolit, iam se confitendo, & pœnitendo, conpungit. Meliores vero greges, & armenta (vt supra) electiora peccata luxurię designantur. Quasi dicat: Et si grauius deliquit populus, arguendi non sumus: quia pro magnitudine criminis habet lamenta cōpunctionis. Quid est, quod ait. Vt immolarentur domino deo tuo. Sed fallacium per hoc cōsuetudo ostenditur, qui dum summis viris latere appetunt, adulantur. Quid enim est, quod deum suum singulariter asserit, nisi quia eum familiarem dei amicū ostendit? Domino (inquit) deo tuo. Non meo, sed tuo: quia ego peccator, tu singulariter sanctus es. Sed mirabili vlu fraudis fallaces sic se tegunt, vt proferant, & iustificent, vt accusent. Accusationis quoque modum sic temperant, vt accusando iusti appareant, ne exculando innotescant. Dum enim suum deum dicit, illum quidē extollit, se minuit. Sed dum adducta ab Amalech asserit, quę domino immolentur: tacite profert non vnde reprehendi debeat, sed laudari. Et adhuc addēs, dicit. Reliqua vero occidimus. Occiduntur quidē peccata, quę dimituntur. Vna quidem peccata sunt, quę aut in mente adhuc per concupiscentiam regnant, aut quę per conuersionem contempta, sed per pœnitentiam adhuc non sunt deleta. Illa quidē viuunt adhuc ad voluptatem, ista viuunt ad pœnam: quia & si iam peccare deseruimus, nisi commissa plangamus, cōmissorum obligatione retinemur. Sed maiora minoribus, leuiora maioribus tribuit. Nam quid est, quod dicit. Reliqua occidimus? Nisi quia sunt paruissima peccata maioribus, quę sola confessione lauuantur. Quę doctores occidunt, quando humiliter confitentibus, apostolica autoritate dimitunt. His enim verbis omnibus quia se fallaces tegere nituntur, non prodere, quia electorum prędicatorū autoritate reprobentur adiūgitur.

Dixit enim Samuel ad Saul. Sine me, indicabo tibi, quę locutus sit dominus ad me nocte. Quid est, quod ait. Sine me, & indicabo tibi: nisi quia dum fallaces verbositate insistant, examinantibus pręlatis, loquendi locum nō tribuunt. Quasi dicat. Si a verbositate non desinis, ea quę audire debes, loqui me non permittis. Potest etiam hoc verbo adulatoris intentio derideri: qui dum blandimento laudis placere se credit, eos quos laudat, se quasi tenere eiusdem laudibus arbitrat. Tale est ergo ac si laudatorem suum electus pręsul honesta grauitate derideat, dicēs: Qui me laudas, loqui tibi dura nō possum. Sine ergo, id est permitte me loqui, & ea quę sum loquuturus, intellige. Et quia (vt dixi) placere se laudando aduatores credunt, audire ab eis dura, quos laudant, nequaquā putant. Quasi ergo iam leta, & prospera audieturus subsequitur Saul, dicens: Loquere. Sed electi viri cum laudes suas audiunt, inter fomenta laudis a rigore iustitię non mollescūt. Nam qui reproborum acta despiciūt, excipere verba nequaquam possunt. Quia ergo flecti laudibus nequeunt, laudatores improbos & subtili ratione discutunt, & districtis sententiis insequuntur. Vnde sequitur. Et ait Samuel, nōne cū paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Vnitque te dominus in regem super Israel, misitque te dominus in viam, & ait: Vade, interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos vsque ad internitionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prędam es, & fecisti malum in oculis domini? His quippe verbis superbi regis inobediencia subtiliter examinatur: quia ei prius donz collata obicit, deinde audaciā transgressionis per eiusdem culpę acquisitionem ferit. Subtilis nanque examinatio est, quando sic versutus quisque peccator discutitur, vt ei culpę excusatio nulla relinquatur, vt hunc ad mortem flagitij

quasi vinculum dei sententia tenent, cui peccati confugium nullum restat. Vt ergo omnis via fugiendi fallacibus superbis obstruatur, memorantur ei & iublinitas dignitatis & modus ministerij, cum dicit: Nōne cū paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es, & ait tibi dominus, interfice peccatores Amalech? Et vt circumdatum iā & obfessum ratiocinationibus capiat, manum culpę iniicit, dicens: Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prędam es, & fecisti malum coram oculis domini? Quasi dicat: Ecce quid eras, quid factus es: quid debuisti facere, ecce quid fecisti: ecce quantum ab eo, quod debuisti exercere, recesseris. Dū ergo intulit, dicens: Quare fecisti malum in oculis domini? Quasi fallacem reum circumdando comprehēdit. Sed in hoc loco notandū est: quia dum rex superbus arguitur, electionis eius tempora memoratur: vt tumor cordis sentiat, non affuisse eligendo, sed ex culmine creuisse pręlato. A domino quidem bonus electus est, sed dum creuit ex culmine, decreuit elatione. Dicit ergo. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, modo versus ad prędā, fecisti malū in oculis domini. Quasi dicat: Per veritatem humilitatis regnum promeruisti, sed nunc prętextu humilis, veritate tumidus regnum perdis. Quid enim sunt oculi cordis, nisi aspectus rationis? Nam qui integros visus rationis habet, perfecte illuminatus est. In oculis ergo suis est humilis, qui se perfecte respicit, & humilem perfecta visione cognoscit. His ergo verbis lapsi regis non solum pręterita humilitas, sed etiam rationis acuitas commēdatur: quia videlicet tantus erat ratione, vt se perfecte cognosceret: & tantus virtute, vt se subtiliter intuens, vere humilē videret. Quia igitur cum arguitur, eius pręterita memoratur, quid aliud, quā his quę habebat, carere describitur. Nam superbi nequeunt, nisi qui prius oculos cordis perdūt. De libidinoso verō valde clarius cōstat: quia in fornicationis baratro se nunquā obruerent, si a luce intimę glorię non ante caligarent. Qui quia alta pudicitię pręcepta contemnunt, etiam timoris arguuntur. Qui ergo deponere prępositum regem venerat, dicit. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, nunc fecisti malū in oculis domini. Quasi dicat. Superbus modo, & cæcus iuste deponeris, qui prius vidēs, & humilis regnū sortiri meruisti. Nam & superbi Pharisæi ab ipsa veritate cæci nominantur, quę ad discipulos ait: Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorū. Quę vtiq; cecitas specialiter libidinosi adscribitur: quia nulla sunt vitia, quę ipsi flores tenebras menti ingerant, quā libido. At nunc plerisque videas stetitisse clericos, sacerdotes corruisse. Quibus certē per Samuelis imperiū dicitur. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Quasi dicat: Cū in minori ordine illuminato corde pudicitię pręcepta seruaueris, nunc amissis oculis in fornicationis baratro corruisti.

Ad prędā versus es: Quia diuina pręcepta violenta pręsumptione rupisti. Quia enim prohibente, & quasi minis armato & obstante deo ad violadum sacrarium castitatis irrumpunt: quasi per rapinā prędę, Amalech electa ad domini terram ducūt. Et quia quātum possunt, lubrici prędicatoribus abscondūt, in conspectu domini malum Saul fecisse reprehenditur. Quasi enim minans, & terrēs prędicator in carnis voluptate lapsus dicat crimen immuditę hominibus quidē absconditur, sed vidēti omnia non cælat. Hęc quidem & his similia cū impœnitentes audiunt, terrēri nequaquā possunt. Vnde & si iam ratiocinatione capti sunt, velut angues per lubricum dilabiā tenentis se manibus satagunt. Caudā proferunt, caput abscondūt: quia videntur iam extrema operū, sed earundē tegitur qualitas actionū. Vnde & sequitur: Et ait Saul ad Samuelem, imo audini vocem domini, & ambulaui per viā qua misit me dominus: & adduxi Agag regem Amalech, & Amalech interfeci. Quasi enim occulta tegēs, aliorū discooperta proferēs, se lubricus doctor de protectu prędicationis cōmēdat, dicēs: De subditorū culpa reprehēdi nō debeo, sed laudari, quā in delinquentibus prędicatio deluit. Amalech percussit: quia fornicationis spiritus in auditorū memorū cordib; linguę meę gladio corrui. Rex & si viuit, adductus est: quia & si sensus carnis quidam sumus in carne, oino pēdi nō pot, capi potest, vt capi potuit: quia pręualere rationi nō potest.


**G** Ipsos subditos correptos, & peccata confitentes ostendere gestiens, subiunxit, dicens: Tulit autem populus de praeda, oves & boves, primitias eorum, quae caesa sunt ut immolaret domino deo suo in Galgalis. Quando armatorum violentia alicuius aliquid proprium tollitur, praeda nominatur. Vitia autem carnis, & animae: quia diabolo suggerente propagantur, eius velut proprium sunt. Quisquis ergo in se nuper remissus, nunc autem violentus vitia destruit, pradam facit: quia quae aliena sunt, potenter rapit. Et notandum: quia cadere & praeda dicitur, ut alia mortua relicta, alia viva delata esse doceatur. Ceduntur quidem oblectamenta libidinis: quando virtute supernae intentionis depelluntur a corde, & contritione spiritus reciduntur a corpore. Sed viva ad immolandum deducuntur: quia & si conversione peccatoris, carnis aut mentis delectamentum deseritur, poena praeteritae delectationis penitus non deletur. Cadantur ergo vitia primitiae vitae ad immolandum nullatenus seruentur: ut qui vim peccati in contemptum oblectationum potenter perimit, vivere sibi ad immolandum timeat poenam delectationis. Primitiae ergo caesorum quid sunt, nisi delectationes peccaminum? Has quidem offerre dicitur, qui coram deo sacerdotibus confitetur. Et oblata immolantur: quando eorum poena poenitendo destruitur. Quasi enim in primitiis caesa offeruntur, & per posteriora vivunt: quando aliquis peccata confitetur, & immolare, hoc est, coram deo macerare poenitendo non nititur. Dum ergo caesorum primitiae reservari ad immolandum dicuntur, quorundam error confunditur: qui peccata deserunt, nec tamen plangunt. Quia ergo non solum confitenda sunt peccata, sed etiam poenitentiae austeritate delenda, dum boni doctoris Saul typum simulat, subiectos suos caesorum primitias immolandas tulisse asseuerat. Quia etiam ratione scripturarum modus poenitentiae decernendus est, in Galgalis primitiae immolanda deducuntur. Boves autem non solum, sed & oves ad immolandum servantur: ut qui circa salutem suam solliciti sunt, sic delere poenitendo magna studeant, ut minora plangere non omitant. De superbis autem manifestum est: quia cum semper magni videri appetant, notari peccatores erubescunt. Deprehensi etiam resistunt, & in his etiam iusti apparere cupiunt, quae agunt. Quid est ergo, quod ait: Imo audiui vocem domini. Samuel autem dicit: Sine me, & indicabo tibi quid locutus sit mihi dominus nocte. Et post pauca. Quare versus ad pradam es & fecisti malum coram oculis domini? Patet ergo quam mirabiliter tumeat, qui tunc se iustificare appetit: quando dominum se reprehendere de peccato recognoscit. Si vero idcirco sic respondisse creditur, quia verba prophetae, non domini esse credidit, sed prophetae: videmus adhuc imitatores Saul, qui dum in propria eruditione confidunt, maiorum iussa, quae audiunt, & per tumorem despiciunt, & meliorare permutando credunt. Quid est ergo, quod dicit: Imo audiui vocem domini, & adduxi Agag regem Amalech? Sed tale est, ac si dicat: Et quod praecipuum fuit implere studui, & quod minus erat supplere. Agendum fuit, ut Amalech percuteretur: sed quia deo auxiliante vincitur, supplendum erat, ut quae in eius immolarentur sacrificio servarentur. Quod aperte in superbis apparet: quia cum apertam culpam caelare non possunt, permutare aut minuire conantur. Quasi dicat: Et si iudicas apertas culpas operis, attendenda est occulta simplicitas intentionis. Culpa quidem esset de Amalech aliquid asserre, nisi allata deo deberent immolari. Hoc quidem saepe in monasteriis accidit, cum quisque nimis religiosus subditus spiritualium praelatorum imperiis adhaerere praesumat: cum regularem communem vitam despiciat, & propriae sequitur arbitrium voluntatis. Dum enim meliorare vitam eligendo, quam obediendo nititur, quid aliud quam apertam inobedientiam intentione virtutis colorare monstratur? Quem profecto locum non solum subditi sed etiam praelati intueri subtiliter debent. Subiecti quidem notare subtiliter debent: quia ex eo Saul deo displicuit, quod deo immolare praeter prophetae praecipuum tentavit. Subtiliter notent praelati: quia demolendi Amalech propheta regi praecipuum dedit. Sic enim debet doctor laudare communia, ut singulorum propria non contemnat. Illa quidem communis vita laudatur, quae charitate coniungitur, vitiis mediantibus non fuscatur. Aposto-

li quidem sententia est: quia unusquisque proprium donum habet a deo, unus quidem sic, alius vero sic. Quorum ergo cibi, & mensae communes sunt, debent attendere non solum commune bonum refectiois, sed proprietatem passionis: ut pariter comedant, sed contra fornicationis stimulos certare per abstinentiam pariter non contemnant. Eius vero caro amplius domanda est, cui carnis stimulus magis iustus est. Iam ergo non excitare communis est vita, ubi communitas refectiois attenditur: sed contra singularem pugnam pugnare singulariter perhibetur. Nec doctor bene praecipit, si non praecipit, unde Amalech percutitur, sed unde vivit. Praecipiat ergo doctor, sed ut fornicationis spiritus superetur. Non obedire, subiecti refugiant, sed ubi superbiae crimen incurritur: non unde baratrum mortis deuitatur. Inobediens autem dum tumenti corde maiorum iussa non facit, cum meliorare, quod eis iniungitur conatur sua opera deo offerre dum cupiunt, semetipsum tollunt. Nam per alias virtutes nostra ei impendimus, per obedientiam nosmetipsos exhibemus. Samuel ergo subiungens, ait: Nunquid vult deus holocausta & victimas non potius ut obediat voci domini? Quid enim sunt bona electorum hominum opera, nisi victimae & holocausta? Cum ergo holocausta, & victimas per legem offerri dominus precepisset, quid est, quod dominus holocausta, & victimas nolle dicitur, velle autem ut ei obediat, pollicetur: nisi quia quae praeter obedientiam fiunt, holocausta, & victimae non sunt? Quasi dicat: Tunc bona sunt bona opera, quando a praepositorum conscientia non discordant. Si vero hoc ideo dicitur, ut virtus obedientiae commendetur. Liqueat quantum sublime bonum sit, quod victimis, & sacrificiis excellit. Quid est ergo, quod, quia dicit: Vult ut obediat voci domini? Nisi quia omnia bona opera postponenda sunt his bonis, quae iubentur. Nam cum bene praelati iubent, bona quae ex arbitrio subiecti eligunt, praelatorum imperiis postponuntur. Ipsa vero opera illis postposita, holocausta & victimae nominantur, ut non solum sentiantur non esse conferenda maiorum imperiis, minorum parva, sed maxima. Holocausta quidem eorum sunt, qui se omnino subtrahere volunt a publico operis, ut deo se totos per amorem combustos offerant in secreto contemplationis. Victimae sunt eorum, qui se a communi publico nequaquam separant, sed singulari virtute agunt, ut virtutes aliorum distinctius vivendo transcendant. Haec quidem, & huiusmodi cum bonorum rectorum permissione aguntur, victimae, & holocausta sunt quae deus probat, cum vero sic fiunt, ut per ea maiorum praeccepta negligantur, audiant, qui offerunt, quid a domino missus ad inobedientem regem propheta loquitur. Nunquid vult deus holocausta, & victimas, & non potius, ut obediat voci domini? Quasi iussa patrum velut minora despicientes, & sua quasi maiora exhibentes terreat, dicens: Hoc quia magnum agere putatis, paruum & abiectum despiciatis, sed si aperte cernitis, per hoc domino non placetis. Bene autem dum superbiorum opus discutitur, propheta acute exquirat, dicens. Nunquid vult deus holocausta & victimas, & non potius ut obediat voci domini? Exquirat siquidem ut superbiae tumor pastoralis auctoritate feratur. Dicit. Nunquid vult deus holocausta & victimas? Quia qui sequi propriam voluntatem eligunt, deo placere se putant, sed deus eorum opera cum magna & ingentia sunt, nequaquam probat. Sed iam quibus laudibus obedientia praedicanda sit, subiunxit atque ait. Melior est enim obedientia quam victimae, & auscultare magis quam offerre adipem arietum. Quia enim superius ait: Nunquid vult deus holocausta & victimas? Nunquid utraque obedientiae laudibus subiiciens, dum victimas & arietum adipem posuit, in adipe holocaustum intellexit. Quicquid melius est, bono utique melius est. Illa autem holocausta & victimae, quas non vult deus, bona minime sunt. Quid est ergo quod in obedientiae laudes dicitur. Melior est obedientia quam victimae, & auscultare quam offerre adipem arietum, nisi quia tunc obedientia melior est, cum holocaustum & victima mala non est. Quasi ergo superbientes, inobedientesque ad tanti boni considerationem reducat, dicens: Et si nil a vobis per praesumptionem fieret, obedientiae virtus operibus, quae eligitis melior esset. Liqueat ergo, quo sita sit culmine, quam divinis oblationibus propheta vidit altiore, Quod si (ut supra)

1. Cor. 7.  
K

L

M



**A** (vt supra) spirituales sensum sequitur, victimæ ad magnæ conseruationis austeritatem, holocausta ad compunctionem vite secretioris referenda sunt. Melior est enim obedientia quam victima, & auscultare magis quam offerre arietum ad peccatum. Quia longè altioris meriti est propriam voluntatè alienæ semper voluntati subicere, quam magnis ieiuniis corpus atterere: aut per compunctionem se in secretiori sacrificio maculare. Quid est enim adeps arietum, nisi pinguis & interna deuotio electoris? Adipè ergo arietum offert, qui in ludo secretæ conseruationis deuotè orationis affectum habet. Melior est tamen obedientia quam victima, & quam offerre adipem arietum. Quia qui perfectè voluntatem præceptoris sui implere didicit, in coelesti regno, & abstinentibus, & sibi tibus excellit. Hoc certè quia contra superbientem, atq; apertè domini mandata contemnentem dicit, non confert bonum, quod fecit, bono quod contempsit sed boni simulatione destruit, melioris boni ostensa veritate. Quasi dicat: Et si pro excellentiori virtutum gloria excellens bonum quærebas, bonum obedientiæ quod excellentibus etià excellit, eligere potius debuisti. Sic profecto loquens simulationem boni argumentando destruit, sed subiungendo, patens inobedientiæ malum apertè confundit, dicens. Quoniam quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Quidnam est, quod ariolis, & idololatriæ repugnantes, & acquiescere nolentes à propheta simulantur, nisi quia arioli diuina cognoscere atq; absconsa diuinare nitentur: idololatriæ autem figmentis se venerando subdidere? Qui autem repugnant prælatorum imperiis, ideo vtiq; repugnant: quia diuinam voluntatem se scire melius aestimant. Quasi ergo peccatum ariolandi est repugnare: quia velut contempto diuino altari ad aras dæmonum responsa percipiunt dum cordis sui præstigiis, ac superbis adinventionibus credunt: & salubribus prælatorum consiliis, contraria sentiendo refragantur. Nolle autè acquiescere idololatriæ sceleri simile dicitur quia nimirum in inobedientiæ suæ obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmentum in corde quasi idolum non gestaret. Dum enim agenda, in corde concipit quasi idolum facit. Et dum conceptum mentis propositum se acturum deliberat, quasi ad adorandum simulachrum se inclinat. Quasi ergo scelus idololatriæ est, nolle acquiescere, quia quisquis in propria deliberatione obstinatus est, idcirco foris in maioru contemptum erigitur, quia intus eis quæ fingendo statuit propositi sui simulacris incuruatur. Sed querendum valde est, cur repugnare ariolandi peccato, & nolle acquiescere sceleri idololatriæ comparatur? Scelus quippe non nisi magnum peccatum dicitur, peccatum verò etiam quod leue est nominatur, sed si ab ara dicebantur arioli eo quod responsa percipere cõsulendo cõsueuerant, idololatriæ peccatū in eius cõparatione scelus erat: quia demētius erat lapides adorare, quam sub specie diuinorum, falsa bene viuendi responsa percipere. Cur ergo repugnare peccatum per similitudinem esse dicitur, acquiescere autem nolle scelus? Sed repugnare est, ab imperantis voluntate dissidere. Plurique autem ad horam repugnare videntur, dum statim propositorum imperia non recipiunt, qui tamen eisdem imperiis post modicum acquiescunt. Nolle autem acquiescere, quid est nisi & iniunctæ obedientiæ repugnare, & in eiusdè repugnationis obstinatione persistere. Non enim acquiescunt, qui in cordis sui proposito inuincibiles sunt, & quæ decernunt agere nullius autoritate prætermittunt. Merito igitur in cõparatione repugnandi scelus nolle acquiescere dicitur, quod maius valde, atque horribilius peccatori esse videatur. Quia ergo qui huiusmodi sunt rationibus non vincuntur, quæ poena cohibeantur propheta intulit dicens: Pro eo quod abiieisti sermonem domini, abiiecit te dominus ne sis rex. Quid est enim quod Saul abiiecit, nisi quia incorrigibilis iudicatur. Quasi ergo dicat: Quia cuncta salutis consilia respicis, pro culpa peruicaciæ non debes verbis vltiori corrigi, sed abiectiõis poena dånari. quātū itaq; timeri debeat inobediētiæ culpa ostēditur si hoc attentè cõsideretur: quia propter hanc etiā reges deponuntur. Quid est quod ait quia proiecisti sermonem domini proiecit te dominus? Sed sermo proiecit, quādo in sui sublimitate venerabiliter nõ seruatur: prouocare enim est de manu aliquādo labi

in terrā, aut negligenter finire aut violenter iactare. Sermo autè domini, quia salubria loquitur coelestis aut sublimis est. Qui in terrā negligēter proiecit, quādo per delicia nõ impletur. Per cõtemptū verò proiecit, quādo hanc superbi, & inobedientes tumēti corde repellūt & manu operationis obseruare dedignantur. Quia verò non prouocare sed abicere sermone reprehenditur, hoc signat, quia dū superbi propriū arbitrium sequuntur, à domino longè fiunt. Abicere enim est, aliquid longe repellere. Qui enim aliorū ducatum dignè suscipiunt, non solum per obedientiam deo vicini sunt, sed etiam illos ei vicinos faciunt, qui per vitia, & scelera ab eo longè sunt: tale est igitur, ac si dicat: Longè ab ordine dignitatis expelleris, quia dignitatis eiusdem merito præfens esse noluisti. Meritū quippe dignitatis est, obseruatio diuini verbi. Quod cum abicitur, quia meritum dignitatis amittitur, ipsa quoque dignitas amouetur. Libet ergo intueri, quanta per inobedientiam superbis pereant humiles, quanta incrementum. Illi dum implere propriæ voluntatis arbitrium gaudent, deo magno operum labores exhibent, & laborum præmia nulla habent: Illi dum se deserunt, dum alienæ voluntatis arbitriū sequuntur, æternæ sublimitatis gloriam promerentur, vnde & per beatissimam Mariam domini redemptoris nostri genitricem, dicit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Potentes quidem de sede dominus deponit, cum inobedientes superbos abicit, & humiles exaltat, quia æterna gloria obedientes glorificat, superbos autem verba non corrigunt, sed tantum dum amittere honores trepidant, humilitatem quam non habent simulant, ne gloriæ culmē perdant, vnde & subditur. Dixitque Saul ad Samuelem. Peccati quia præuaricati sum sermones domini, & verba tua. Quid est quod Saul à propheta vocem domini non audisse, & malum in oculis eius fecisse reprehenditur & se peccasse minimè fatetur: sed cum se abiici de regno conspicit, se peccasse & præuaricasse domini sermonem, & eius verba fatetur, nisi quia superbi ad contemnenda verba humilium audaces sunt, sed electorū more honores, quos ambiunt, contemnere non possunt? Audaces quidem sunt, vt maiorum contemnunt imperia, sed parati non sunt vt alta relinquunt. Econtra autem humiles ad maiorum imperia prompti sunt, & ad alta perdenda securi. Quia enim non terrena, sed coelestia appetunt, terrenæ sublimitatis alta despiciunt, laborare pro coelestibus conantur, subdi libenter volunt, præferri refugiunt. Saul ergo obedire deo refugiens, perdere regnum timens, quid aliud nobis, quam superbiorum mores inlinuant qui cum præualent, videri parati: aut peccatores vitant: cum coguntur humilitatis virtutem simulant. Sed cum compulsi consententur peccatum quod accusant loquendo minuunt. Quia & qui se peccasse sermonem domini præuaricando perhibuit, eandem præuaricationem dispensatione potius quam voluntate se incurrit se memorauit, dicens: Timens populum, & obediens voci eorum. Quasi dicat peccatum quod fecisse reprehendor tanto leuiori poena feriri debet, quanto commissum non cõstat per malitiam sed per infirmitatem. Studio autè & voluntate peccare, magna præuaricatio est: infirmitate verò peccare, tanto tolerabilius est, quanto is qui peccato subiacer, eiusdem peccati viribus impar est. Et quia eadem cordis tui veritas se præualere simplicium doctorum humilitati estimant, quia si iam suam subiunxit, dicens: Sed nunc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem dominum. Corrigibilia equidem peccata portantur, quia postquam à delinquentis voluntate discedunt, purgari satisfactiõne salubriter possunt. Non autem portantur peccata eorū in quorum mentibus per impænitudinem inuiscerata sunt. Vnde & iohannes ait: Est peccatum ad mortem, ne pro illo oret quis. Peccatum quippe ad mortem est, quod ab eo committitur qui respicere nunquam potest. Quod nimirum peccatum a præpositis nõ portatur, quia sacerdotum orationibus aut oblationibus non deletur. Saul autem per omnia peccatū suum portare obsecrat, importabile onus congerit, & quasi leue portare petit. Hoc quidem toties in ecclesia agitur, quoties hi, qui magna scelera libenter committunt, eorum magnitudinem non attendunt. Importabilia congregant, & hæc leuia, atque nul

Luc. 1.

5

1.1041.5.

1.1041.5.

**G**lius esse ponderis pensant. Peccata sua suis præpositis abscondunt, & ut vix inueniri possint & argui, quantum possunt eadem peccata leuigant, ne qui eis præsumt, eorū granditudinē attendat. Ad peccatū etiam fortes sunt, ad fluenda peccata debiles: volunt quidē peccati delectationibus resoluī, sed poenitentię nolūt acerbitate purgari. Quid est ergo quod dicit.

Porta peccatū meum: Nisi quia & peccatorum dulcedinē in seipsis excipiunt, sed onerare prælatos onere eorundē peccatorū volunt. Quidā etiā sponte ad confitendū veniunt, sed pro quibus se acculant, non ipsi lugēt sed poenitere alios obsecrāt: fide sola saluari aestimāt, per poenitentiā reuertere abieci non curant. Vnde & Saul subdit, dicēs: Et reuertere mecum ut adorem dominum. Quasi enim recedens est prædicator, cum impudenter abiicit, dicit ergo. Reuertere mecum ut adorem dominum. Cum eo tantum a cōmunionē electorum non diuidi putat, quod fidem cōmunem seruat, vel certē dominum adorare est, subdi religioni fidei, & custodiæ bonę operationis. Quia verō fictos hypocritas Saul insinuat. Sequit. Ait Samuel ad Saul: Nō reuertar tecū, quia proiecisti sermonē domini, & proiecit te dominus, ne sis rex. Quid est ergo quod propheta portare peccatum poenitentis regis renuit, nisi quia hunc non vere poenitentē vidit? Cui ea quę prius abiectiois verba respondit, quia eū immutandū minimē cognouit. Quia nimirū prophetæ constantia quidā nimis commentes huius temporis sacerdotes arguuntur, qui conuersatione infirmi sunt, temeritate fortes. Se se vix sustinent & potanda suscipere aliorum onera audent: leuia sua nō ferunt & importabilibus se subiiciunt. Ecce fortis propheta refugit suscipere onus regalis peccati: ut sacerdos ecclesię timeat, & peccatorum importabilium pondera subire pertimescat. Plerumque autem sic aliena peccata suscipiat, ut tamē ea, quę expianda suscipit, flere cum a quo sint commissa permittat. Vnde & Samuel portare peccatum regis minimē promissit, & tamen eum quem retulit, abiectum planxit. Nam de eo post pauca scriptum est. Lugebat Samuel Saul, quoniam dominum poenitebat, quod constituisset eum regem super Israël. Non quidem promissit ei portare peccatum regis, ut rex illud flere studeret. Sed tamen quem repulerat flebat: ut dominum ei propiciū faceret. Ad literam vero dum sententiam propheta ingeminat, irreuocabilem diuinę æquitatis sententiam monstrat, qua sic peccator proiecit, ut redire ad diuinę misericordię manum nunquam permittatur. Potest & aliter intelligi quod reuerti secum prophetam, ut adoret dominum, rogat. Nam sancti viri qui dominum peccando non deserūt, ad eum necesse non habent ut poenitendo reuertātur. Reuerti enim abeuntis est. Quia nimirū peccatoribus per peccatū a domino recedentibus conuenit, iustis permanentibus nō cōuenit. Quid est ergo quod reuerti cū peccate Saule iustus Samuel petitur, nisi quia electi prædicatores pro lapsis subditis velut poenitentes affliguntur, & quasi recedentes veniunt, dum lapsos subditos paterna afflictione comitantur. Cum eis ergo reuertūtur, cum peccata subditorū & ipsi subditi, qui peccauerunt, & prælati qui steterūt, pariter plangūt. Tale est igitur, ac si dicat: iam te paternis viscerib⁹ adherere per increpationē prædicationis mihi agnoui, quem nec lōgus peccare reliquilli. Quia ergo te obiurgante respici mecum redire te rogo: quia propriis viribus ad tantę prauitatis magnitudinem deleudā uequaquā sufficio. Sed tanti affectus preces recipiendę essent, si ex cordis veritate procederent, apte ergo hypocritę responsum est. Non reuertar tecum. Quasi dicat: per te sacrificare deo nescio quem veritate humilitatis deo subditū non attendo: & quę priora ingeminans, ait: Quia proiecisti sermonē domini, proiecit te dominus ne sis rex: & quia versuti & abiecti, & deserēdi sunt. Sequitur. Et conuersus est Samuel, ut abiret. In qua profecto maiorū decensione magis hypocritę amissionē temporalis honoris timēt, quā æternę hereditatis. Vnde & quiescere etiā derelicti nō possunt, sed ea quę agere per se nō audēt, impetrare aliis interueniētibus studēt, bene ergo subiugitur. Ille autē apprehendit summitatē pallij eiusque scissa est. Quę sunt vestimēta doctoris, nisi docere sibi adherētū subditorū qualitates. De quibus profecto vestib⁹ magno pastori per prophetā repromittitur. Vixit domin⁹, quia his omniibus velut vestimen-

Esa 48.

to vestieris, & per Psalmistā canitur. Domin⁹ regnauit, decorē induit, induit dominus fortitudinē. Induit quippe decorē qui ad seipsum splendidas fidelium mentes, quasi vestimēta coniuxit. Saul ergo Samuelis palliū apprehēdit, cū superbius quiesque & abiectus honorē culminis sibi deserit a sumis viris percoherentes sibi dilectos & familiares querit: & quia pro reprobo perfectorum auditorū nullus obsecrat, nō palliū sed pallij summitatē, id est, extremitatē apprehēdisse perhibet, sed ea extremitas scinditur, quia qui inutilia suggerit, reprobaf. Cū enim minor indiscreta rogās repellitur, velut vestimenti summitas scindi perhibetur. Velut enim pars pallij summi prophetę scissa est, quādo male suggerētī Petro respondit, dicēs: Vade retro me satana, non enim lapis ea quę dei sunt, sed quę hominū. Hinc itē præcipit dicens: Si man⁹ tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eū, & proiice abs te. Quibus nimirū verbis non solū summitas pallij, sed etiam media abscindēda designatur, quia cū male suggerēt, perfecti etiā auditores contemnēdi sunt. Hinc nanq; est, quod Zebedei filij, simul cū matre vnus ad dexterā, alter vero ad sinistrā redemptoris sedere petunt, sed quasi bonę petitionis ignari, repelluntur. Velut enim partem clamidis dominus scidit, cum ea membra, quę mouebāt scandalū, in repādo cōfutauit. Et notandū, quia nō totū palliū, sed pars pallij scinditur, quia dū bonus mala suggerit, in eo quod male suggerit, repelli debet, & in eo, quod aliter bonus est, ex dilectione retineri. Per vestimentum etiā rectoris cōuersatio designatur, Psalmista attestāre, qui ait: Sacerdotes tui induāt iustitiā. Summitas ergo pallij apprehēditur, quādo doctor de magna sanctitate laudat, cum illud in eius laudē dicitur, quod decorū foris ostēdit. Sed quia iustorum plura sunt bona, quę latent, pallij tantū summitas apprehendi potest, quia parum est, quod de electi doctoris iusticia cernitur, multum vero quod occultatur. Ipsum vero parum, quod scitur cū apprehēditur, scinditur, quia iusti suis laudibus nō tenentur. Quia enim eas in momento cōtemnunt quasi scissura pallij teneri nequeunt. Tenetur quidem pars scissa vestimenti, propheta non tenetur, quia verum est quod de iusti laudē dicitur, & tamen iusti dum contemnunt quod audiunt, quasi scissuram in tenebris manibus relinquunt. Maiorū ergo quia quædam sciri possunt, quasi pars apprehēditur. Cū vero totum scitur a paruulis quod agitur si laudatur, nihilominus abiiciendum est: quia aliquid honorum operum per vanitatem tenendum non est. Hinc nanque est quod dum Ioannes adhuc adolescens comprehensum iam dominum sequitur, per pallium tenetur, & relicto pallio nudus fugisse describitur. Per vestimentum nāque adolescens capitur, quādo de bonę conuersationis initio collaudatur: sed relicta sine done nudus profugit, qui laudes quas audit vilipendit. Nudū nanque fugere est, laudabilem vitam habere, sed electę vitę laudem despiciere. Quasi enim nudus fugit, qui de ornatu virtutum sibi per vanam gloriam nihil adscribit. Potest etiam idcirco nudus fugisse intelligi, quia qui per partes sindonis captus asseritur, reliquisse sindonem perhibetur: quia plerumque in electorum conscientia agitur, ut per hoc, quod ex parte laudantur: non pars meritorum, sed omne bonę vitę meritum perdidisse suspicentur. Samuelis ergo pallium scinditur, quia laudes suas electi doctores vilipendunt. Et quia laudibus non fleētuntur seueritatem prioris sententię replicat dicens: Scindit dominus regnum Israël de manu tua hodie. Perfecti etenim viri quia a rigore iustitię nulla laude mollescunt: tales ante quales post laudis suę testimonium sunt, & quę prius dixerant eadē post repetendo confirmant. Sed quærendum est, quid significet hoc quod dicitur hodie. Si enim reproborū vita nox est, quid est quod in die Saul regnum scinditur, sed si nox est vita pastoris reprobi cum eius regnū scinditur, diem facit. Dies quippe non fit, nisi cum nox recedit, dicit ergo: Hodie. Quia caligo inobedientis dānari perhibetur, vnde & exeunte Iuda dominus dicit. Nunc clarificatus est filius hominis, quia noctem vitę illius vidit discedere, & purā lucē iustitię in aliis discipulis permanere. dicitur etiā: Hodie. Quia amoto superbo regi humili regnū tradebatur. Vnde & subditur: Et tradidit illud proximo tuo, meliori te. Cū ergo dies dicit, nō abiecti regis lucidū aliqd cernitur,

Psal. 92.  
K

Matt. 16.  
Matt. 5.


Matt. 20.

L

Mat. 14.

M

Ioan. 13.



**A**ceratur, sed substituit gloria predicatur, qui de regni culmine magne virtutis debebat splendore radiare. Et diuina sententia incommutabilitate allerens subdit, dicens: Porro triumphator in Israel non parceret & penitentie non flecteret. Quia enim huius triumphatoris nomine, nisi conditor humani generis intelligendus est? Nam occultos aduersarios quicumque superat eius virtute vincit qui ei gratiam superanda tentationis impendit. Quid est quod triumphator non parcere dicitur, cum Samuel rogatur, quia cum predicatores peccantibus subditis irascuntur, cum superbos, aut lubricos diuina sententia feriunt: non impetu furoris sui, sed diuinae voluntatis iudicium exequentur? Quasi certe dicat. Ego quidem non meam, sed illius sententiam protuli, qui quod decernendo profert, renocari non potest. Non ergo parcit, & penitentie non flectitur: sed eis qui nec a peccatis suis desinere, nec peccatorum possunt, quae diligunt, penitere. Et causam subiiciens ait: Neque enim homo est ut agat penitentiam. Quasi dicat: Et iterum esse ei est, cui mutabilitas nulla est. Potest etiam triumphatoris nomine substituti regis perfectio designari: qui & multorum triumphorum gloria habiturus erat, & contra voluntatem conditoris parcere alicui non auferet. Vnde & in hoc ipso eodem libro, de eo scriptum est: Et percutebat David omnem terram, nec relinquebat viuentem virum, & mulierem. De eo etiam dicitur. Neque enim homo est, ut agat penitentiam. Quid enim hoc loco homo, nisi carnalibus passionibus subditus designatur? Quasi adhuc superbum mordeat, dicens: Te modo peccatorum poenitet, cum audaciae tuae sententiam percipis, sed ille poenitentiam non aget, qui ut homo, & inobedientiae, & tumori non subiacet. Et ille adhuc in ore suo confitetur, dicens: Peccavi. Ipsi autem confessionis qualitatem ostendit, quia subiunxit, dicens: Sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel. Liqueat, quam poenitentiam gerat qui adhuc honorari desiderat. Nam si sui peccati hunc veraciter poeniteret, in honorari potius, quam honorari concupisisset. Admirari igitur libet proiecti cordis duritiam. Vt vir dei mandatum conditoris exequens, dicit: Proiecit te dominus ne sis rex. E contra vero, qui abiectionis sententiam suscipit, per appetitum elationis honores quaerit. Quid est ergo, quod dicit. Peccavi. Confessionem quidem peccati non honor, aut gloria, sed utilitas, & contemptus sequi debet. Quid enim prodest confiteri flagitia, si confessionis vocem non sequitur afflictio poenitentiae? Tria quippe in vnoquoque consideranda sunt veraciter poenitente: videlicet, conuersio mentis, confessio oris & vindicta peccati. Nam qui corde non conuertitur, quid prodest ei si peccata confiteatur? Peccatum, quod diligitur, confitendo minimè deletur. Nonnulli quidem sunt, qui peccata confitendo aperiant, sed non conuertendo, nequaquam detestantur. Hi profecto confitendo nihil agunt, quia quod loquendo eiciunt, amando introducunt. Vnde & salubriter confiteri volentibus, scriptura insinuat, dicens: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quid est corde credere ad iustitiam, nisi voluntatem dirigere ad fidem, per dilectionem operatam. Cum ergo quis cordis intentionem ad iustitiam per amorem dirigit, per initium bonae voluntatis fructum habet bonae conuersionis. Hic certe iam ad salutem confitetur, quia plus loquendo de vulnere eiecit, quam conuersione compunxit. Tertia ergo species, id est, vindicta quasi medicina necessaria est, ut apostema reatus, quod conuersione conpungitur, confitendo purgetur, afflictionisq; medicina sanetur. Ergo qui corde ad iustitiam non credit, confessionem ad salutem nequaquam facit: quia velut malae arboris folia ostendit, cuius alias radices figit in corde. Signum ergo verae confessionis non est in oris confessione, sed in afflictione poenitentiae. Tunc namque bene conuersum peccatorem cernimus: cum digna afflictionis austeritate delere nititur, quod loquendo confitetur. Vnde Iohannes Baptista male conuersos Iudaeos ad se confluentes increpans, ait: Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus poenitentiae. In fructu ergo, non in folijs aut ramis poenitentia cognoscenda est. Quasi arbor quippe bona voluntas est. Confessionis ergo verba quid sunt aliud, nisi folia? Non ergo nobis folia propter se-

ipsa, sed propter fructum expetenda sunt: quia idcirco omnis confessio peccatorum recipitur, ut fructus poenitentiae subsequatur. Vnde & dominus arborem folijs decoram, fructu sterilem maledixit: quia confessionis ornatum non recipit, sine fructu afflictionis. Saul ergo qui confitetur, & honorari vult, non affligi, & humiliari, quid designat, nisi eos, qui confessionem sterilem habent, & fructum non habent: qui decorem confessionis verbis humilibus praeserunt, sed verborum vitorem non humilitate poenitentiae sequuntur. Sed quid antiquos attendimus, cum nunc tantam lapiorum regum multitudinem videamus. Cateruatim namque nunc in sagitta corruunt, non solum subiecti debiles, sed etiam praelati, & sacerdotes negligentes. Lubrica peccando agunt, qui ordine ministerij sacramentis caelestibus deputati sunt. Sed plerique illorum dum quodammodo ad cor redeunt, se errasse confitentur. Qui tamen sic volunt contra se peccata proferre, ut velint adhuc de officio sacri ordinis honorari. Turpes in secreto se proferunt, sed foris praeter ordinis celsitudinem videri humiles erubescunt. Quid ergo isti nisi abiectos se vident, & tamen velle honorari audent. Saepè autem non a seipsis veniunt, sed inuisi capiuntur, abiectionis suae mandata percipiunt & tamen rogant, ut honorentur. Volunt quippe immunda agere, sed audent sacris altaribus inhaerere. Ecce quot Saules attendimus, quot reges lapsos a sanctae ecclesiae culmine contemplamur. Quorum profecto singulis dicendum est: quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex, ut ministerium caeleste non agant, quos terrena flagitia inquinare non cessent. Sed hoc profecto dicere possumus, lubricis tamen ministris suadere non possumus. Nam Saul & abiectum se audiuit, & regnavit, quia immundi sacerdotes se sacerdotali culmine deiecerunt per luxuriae inquinamenta cognoscunt: & tamen contra dei voluntatem sacra mysteria tractare non desinunt. Sed rex contra domini voluntatem regnans, non est rex, sed tyrannus fuit, quia sacerdos indignus, qui merito suae iniquationis abiectus, cum ministrare praesumit, ad tantae gloriae culmen damnandus ascendit. Vnde & tyrannos terrere volens, caeli ille magnus senator. Qui manducat panem (inquit) & bibit sanguinem domini indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Plerumque autem instanti confessione agitur, ut consentibus de cordis etiam conuersione credatur. Aliquando reproborum falsam humilitatem electi praedicatores accipiunt, ut exemplo eorum alij ad salutem perducantur. Duo quippe in hypocritis agnoscunt, vnum intus, alterum foris. Intus quidem purum malum, foris bonum simulatum. Vtrunque detestantur, sed saepe praetextum boni in eis simulant, ut qui bonum foris cernunt, malum interius nesciunt, boni, quod aspiciunt, exempla sequuntur. Bene ergo subiectum est. Reuersus ergo Samuel secutus est Saul, & adorauit Saül dominum. Per malum quippe, quod interius latebat, audire meruit. Proiecit te dominus, ne sis rex. Sed ut praetextu boni ad eiusdem boni veritatem alios traheret, Samuel Saül sequi voluit, & eum adorare dominum vidit. Quandoque etiam mala regum, & terrae magnorum toleranda sunt: ne exasperati ad peiora dilabantur. Deos quippe gentium filij Israel saepe coluerunt. Vnde & de conuersis a Samuele superius dictum est: Abstulerunt filij Israel de medio sui Baalim, & Astaroth. Et fortasse si abiectus rex secum ad adorandum dominum reuertentem prophetam non cerneret, daemonum simulachra adoraret. Et proiecit ergo eum, & cum eo reuertitur, quia in potentibus huius seculi sic est damnanda iniquitas, ut bonum, quod habent, exasperati non perdant. Saepè enim mali sunt in occulto, & bonum quod cernitur, alij deuotius imitantur. Mala certe potentum seculi, magna eis mala sunt: sed bona aliorum profunt. Bene ergo Samuel cum abiecto rege reuertitur, quia electi praedicatores seculi potentes, & pro iniquitate percipiunt, & pro exemplo bona agere quaedam sinit. Vnde & sequitur. Dixitque Samuel. Adducite Agag regem Amalech. Et oblatum est ei Agag pinguissimus tremens. Reges Dominum adorant, quando superbi, & contemptores se ad Domini mandata facienda humiliant. Adorant lubrici, quando Deo subiciuntur per obedientiam

Infr. 27.

Poenitentiae partes tres

Roma. 10.

Matt. 3.

D Mar. 11.

I. Cor. 11.

Supra. 7.

**G**obedientiam castitatis. Aliquando autem adorare se simulant: quia nonnulli pretextum humilitatis, aut castitatis habent, sed dum habere in veritate bonum creduntur alij per bonum quod credunt, mali operis usum perdunt. Agag ergo regem Samuēli tradunt, quia sensualitatis suę vigorem cōntendo profecerunt. Quādo enim consententur peccata luxurię quę per vigorem carnis commiserunt, quid aliud quā Amalech regem interficiendum prophetis offeruntur? sed quid est quod pinguis Agag dicitur, sed sensualitatis vigor in aliis pinguis, in aliis macer est? Quid est ergo quod pinguis offertur, nisi quia a subditis regis reprobi ducebatur? Nam sæpe negligentes sunt subditi, sed dum electi pastoris sui exempla conpiciunt inter mala quę faciunt ingemiscunt. Per fragilitatem carnis ad immundicias cadunt, sed percussi exemplis maiorum omnino gaudere inter immunditię oblectamenta nō possunt. In quibus ergo pinguis est Agag: nisi in illis de quibus dicitur latantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis? Subiecti nanque lasciuī doctoris tanto audacius peccant, quanto maiorum suorum nulla corā posita habent exempla quę videant. Sed valde dementius se præcipitant, cum in pastoribus suis bonum quod sequantur, non vident: & cuius exemplo pereant, malum vident. In his quippe Agag pinguescit, quia gaudenter, securē & liberē vigor carnis in luxurię voluptate distenditur, qui vsu illecebrę, nulla re obuiante, fraudatur. Pinguis ergo interficiendus offertur, quando illi conuertuntur, qui in voluptate luxurię valde latati sunt, quasi enim traditur rex, quando is qui menti imperabat, carnalis sensus Christi lacerantibus per confessionem reuelatur nutrire etiam ignem pinguedo solet. Bene ergo Amalechitę regi adscribitur, quia dum mentem fornicationis spiritus obtinet, quo dulcius, ac sapiens illic per turpes cogitationes pascitur, ad augendum ignem cōcupiscentię vberiora sibi fomenta tribuuntur. Tremens vero dicitur quia carnalis sensus quando spiritualibus viris per confessionem traditur, infirmatur: Signum ergo dat tremens quia membrorum robur nō habet. Dum ergo infirmari vigor sensualitatis incipit, quid aliud quā rex Amalechitarum tremat? Vel tremere dicitur quia rigorem penitentię plerique dum conuerti incipiunt, expauescunt. Et quia carnales quique relinquere oblectamenta carnis solita sine mœrore non possunt, sequitur. Dixitque: sicine separat amara mors.) Hoc quippe dicere carnali sensui est, mentem pro amissione voluptatis solitę tristitię conuersione pulsare. Quia enim magna amaritudinis tela nuper conuersi patiuntur: quasi rex, cui seruierant de morte queritur, quia in eis carnalitas sine magna tribulatione minime necatur. Interrogare ergo de separatione mortis carnali sensui est, tristem adhuc conuersi mentem de præteritę delectationis amissione pullare. Sed & modus separationis exquiritur, cum dicit:

<sup>1</sup> Sicine?) Quasi enim visis austeritatibus quibus subdenda est, dicat menti sensualitas sua, lata pro tam tristibus spernis? Hanc certę vocem Samuel audit, quia tentatum cor subditi, quibusdam indicis electus prædicator agnoscit. Sed quid prodest agnoscere, si cōtra id quod intus in corde subiecti infremit, aliquid ipse non dicit? Sequitur ergo. Et ait Samuel. Sicut fecit mulieres absque liberis gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua.) Quę est mater carnalis sensus, nisi originalis culpa. Quia enim ante peccatum primi hominis nulla membris libido inerat, rex Amalechita non erat. Erat quippe sensus carnis sed turpis ac libidinosus non erat, sed statim vt ad culpam cecidit pruritum membrorum sensit: quia obedientem motum carnis habere non potuit, quādo ipse deo inobediens fuit. Culpa ergo originalis mater contumeliosi sensus carnis rectę intelligitur, quia ex illa nascendo prodit, qui esse ab illa cœpit. Vnde & Apostolus quasi seuerissimi tyranni legem carnalis sensus exhorrens, non solum ipsum regem sed matrem ostendit, dicens: Itaque iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Peccatum nanque quod se non operari perhibuit, motum carnis intellexit. Peccatum autem in se inhabitans, originalem culpam. Quia ergo ex originali culpa fit peccatum motionis carnis, dum regem carnalem sensum attendimus, matrem eius esse primam culpam rectę nomina-

mus. Liberi autem huius matris sunt omnes concupiscentię peccata, & vitia. Absque liberis vtique fit mater quando omnis a carne, omnis a mente iam culpa remanere videtur: sine liberis nanque tunc est, quia & si a carne nulla iam turpitudine est, si nulla iam regnat concupiscentia in mente, manens tamen in nos illa culpa, nunc doctoris virtute perdi non potest. Quid est enim quod ait Apostolus: Iam non ego operor illud: sed quod inhabitat in me peccatum: ex illa quidem culpa, quam ex vitiosa naturę nostrę radice contrahimus, habemus, vt corrumpi vitiorum passionibus valeamus. Lex ergo inordinata membrorum quando præter voluntatem nostram membra mouet, nos non hoc operamur, sed quod inhabitat in nos peccatum. Velle quidem nobis tunc adiacer, sed adhuc posse non inuenimus, si quidem vellemus, vt nobis inuitis, aliquid in nobis moueri non posset. Et hi fortasse pessimę matris conceptus, quibus culpa illa impręgnatur si in turpes actus: & obscenos sinūtur effundi, quasi nasci perhibentur. Filij ergo sunt motus, qui non solum naturaliter intus sunt, sed qui in turpibus & obscenis operibus manifestantur. Mater ergo Agag sine liberis fit quando originalis culpa sic restringitur, vt nullos actus, aut motus edere permittatur. Vel fortasse sine liberis fit, quia liberos habuit. Quando ergo peccatores conuersi esse turpes tam actu, quā gestibus luxurię definunt, quasi mater habitans in eis culpa nilis orbatur. Et notandum, quia sine filiis fieri dicitur mater per comparisonem. Sicut (inquit) sine liberis fecit mulieres gladius tuus, sic erit sine liberis mater tua.) Virtutes mentis, ex quibus bona opera procedunt matres sunt: gladius verō Agag luxurię telum dicitur: qui nimirum mulieres absque liberis facit, quia cuncta bona opera libido interficit. Vel certę mulieres fidelium mentes intelliguntur, filij verō sanctarum mentium bonę cogitationes, virtutes & bona opera sunt. Agag verō gladius matres absque liberis facit, quia delectatio luxurię si euaginari quasi gladius sinūtur, ab eis nimirum omnes bonę cogitationes: omnes virtutes, & bona opera necantur. Acuta quippe pestis huius delectationis, si a mente recipitur, dum libet attentius in munda cernere mūdum, & sanctum cogitare nihil potest, & dum ardentem ad nefarij operis expletionem pertrahit virtutis aliquid agere nihil permittit. Et quia per eius combustionem omnia pereunt, non solum Agag filij, sed omnes mulierum filij trucidantur. Absque liberis ergo matres facit, quia delectatio luxurię ad instar gladij dum fructus mentium percutit, virtutis cogitationes, aut operis bonum viuere nequaquam sinit. Sicut ergo absque liberis fecit matres, ita & mater eius fit absque liberis, cum sic peccator conuertitur, vt præter culpam nobis insitam naturalem, nil conuersis de obscenis operibus aut motibus remanere videatur. Vnde & apte subiungitur. Et in frustra concidit Agag Samuel coram domino in Galgalis.) Quod in frustra conciditur, per paruas particulas mortuus secatur. Agag quippe interficitur, quando carnis vigor abstinentiis, vigiliis ac spiritualibus meditationibus sic eliditur, vt nihil lasciuum, nihil libidinosum mouere sentiatur. Interfici quippe eius est, carnem turpiter mouere non posse. Sed interfecti cadaver integrum est, quando eius motus remanet, libido non remanet: quando solo pondere mentem grauat cum videlicet membris simplex ac naturalis insidet motus carnis, sed libidinosi nil habet ardoris. Hoc ipsum autem quia electorum mentes grauiter tolerant, quasi regis mortui integrum cadaver portant: quid verō est quod in frustra conciditur, nisi quia nec ipsi naturali motui relinquere vigorem volunt. In frustra ergo conciditur, quia quoties pullat necatur. Dum ergo vices motuum conuenire non sinuntur, quasi cadaver Agag in frustra conciditur. Vel fortasse talis est Agag iste, vt nisi concisus in frustra mori non possit. Vt enim superius dixi) more ignis libido succenditur, & si negligenter extinguatur, adiacens stipula velociter inflamatur. Magnus quoque ignis dispersus sæpe extingui melius potest. Nam cum in vnum multi carbones conueniunt ingentem massam prunarum faciunt. Ne ergo extinguens comburatur prunarum massa ante sapienter dispergitur, vt per singulorum carbonum frustra velociter extinguatur. Quid enim

PROV. 2.

Roma. 7.

enim cogitationes luxuriæ, quid sunt libidinosi corporis motus: nisi carbones ignis? Qui nimirum si in corde, aut in carne conueniunt, comburere cito possunt, extinguere facile nunquam possunt. Dispergatur ergo ignis in frusta, concidatur Agag, & custodiatur mens, ut immundas cogitationes dispergat, ne vnam alteri adherere permittat. Quia enim agere non potest, ut innoxia nunquam cogitet, agat quod potest, ut statim cogitationem eiiciat, que negligenter ad mentem intrat. Sic nimirum quasi ignem maximum in carbones singulos & velociter diuidit, & celeriter extinguit: si omnes flammæ cogitationum sic separat, ut coniungi in mente neque per negligentiam, neque per desiderium sinat. Sic nimirum & motus corporis vigorem mentis reprimat, cum ad inuicem conuenire minime permittit. Motus quippe illecebrofus carnis si per cogitationem minimè pascitur, conuenire cum altero non videtur. Glutium quippe illecebroforum motuum immunda cogitatio est, quia qui libenter immunda videt statim carnem ad amata concupiscendo violenter mouet quo libentius, ac morosius cogitat, quasi carbones carbonibus, turpes turpioribus motus ligat. Teneat ergo fortem custodiam animi, qui potèter vult dispergere motus carnis. Intus quippe ante Agag diuiditur, ut foris pariter in frusta diuidatur, quia qui cogitationes malas conuenire non patitur, ei nimirum turpes motus carnis quasi in frusta diuiduntur. Sic nimirum Agag pinguis occiditur si in frusta diuidatur: quia sensum carnis cum immundis motibus, cum in corpore tum in anima, tunc potenter extinguimus: si ad eius singulas insidias, singulari intentione vigilemus. Vnde & sapiens ille diligenter admonet, dicens: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit: & de neglecto mors exit: vita nanque procedit, cum cor seruetur, quia dum immunditia omnis repellitur, ad virtutes conuersorum spiritus animatur. In frusta ergo Agag à profana conciditur, quando per doctorum consilium singulæ immunditiarum particulæ, & in corpore auditorum, & in mente perimuntur. Bene autem & coram domino & in Galgalis concidi perhibetur, quia illi minutias illecebrofarum cogitationum, & turpium motuum diuidere potenter possunt: qui & de omnipotente deo & de sanctis scripturis cogitare sapienter sciunt. Sed (vt dixi) simulata bona malorum, sæpe doctores non pro ipsis, sed pro aliis sustinent, quia quod simulatè agunt non simulatoribus, sed videntibus prodest. Sæpe quidem electi simulata bona malorum vident, sed quia qui corda nesciunt, bonum quod fulgere videtur exterius, imitantur. Saul Samuelem vt secum ad adorandum dominum reuerteretur, rogauit, sed ille reuersus, Agag in frusta concidit, quia electi doctores per opera, que reprobi faciunt, electos ad bene viuendi studia conuertunt. Sed quia id ipsum dispensatiuè, id est, propter aliud faciunt, cum dispensationis necessitas transit, ipsos reprobos, quos quasi ad bona opera sequuntur, ad reprobi cordis impenitentiam lapsos deserunt. Bene itaque subditur. Abiit autem Samuel in Ramatha, Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa, & non vidit Samuelem ultra vsque ad diem mortis suæ. Quæ est domus transgressoris, nisi consuetudo prauis operis? Quisquis enim in peruersa consuetudine clauditur: quasi in domo conuertatur. In domum ergo suam Saul ascendit, quando reprobis quisque post increpationem doctorum ad mali operis vsum redit. Quasi enim ad plana descendit, quando humilitatem simulat, vt præfulum mandata cognoscat. Quid est verò: quod prius Samuel abire quàm Saul in domum suam ascendere dicitur: sed (vt dixi) cum necessitas aliorum non est, manere cum versuto electis prædicator non potest, & quia in absentia doctoris simulator proficit, Saul in domum non abiit, sed ascendit. Ascendere quippe reprobi est, de malo ad peius proficere. Cum item descendere superbus dicitur, ascendere perhibetur. Ascendere quippe in domum suam superbo, est superbiendo vsque ad mensuram, qua damnandus est, se extollere. Domus nanque superbi est nequitia suæ mensura. Dum enim per prospera seculi agere tyrannidem, turbare terram, premere bonos, innocentes affligere permittuntur, quid aliud quàm ascendere superbi videntur: sed quia prænitum est à deo quantum noceant quantum sciant, quantum per tyrannidem se extollant, vsque ad

domum suam ascendere permittuntur. Domus namque eorum mensura nequitia est in qua semper erunt quia vbi ad plena flagitia venerint: rapiuntur per mortem & per aeterna tormenta puniuntur. Quasi enim in domo manet qui à conuersationis suæ poenis egredi nunquam potest. Quod non solum de superbis, sed & de luxuriosis, & omnibus reprobis conuenienter intelligi potest. In ascensu quippe, & non in domo adhuc erant de quibus dicitur: Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum. Hinc itè beatus Paulus Apostolus dicit: Vt impleat peccata sua. Ergo ad domum ascendunt, quando proiecti mali ad opera nequiora proficiunt, pro quibus aeterna tormenta sustinebunt. Samuel autem in Ramatha abire dicitur. A reprobis quippe diuisi doctores non eunt, sed abeunt. Vadit quippe, quando corrigendos deserunt, quia quos velut irati dimittunt, ab eis postmodum bona emendatione mutati redeunt. Abire ergo doctoris est impenitentes impios perpetua animaduersione deserere. Sic enim peccata ad mortem per impenitentiam operantes deserunt, vt ad eos redire vltimus non cogantur. Bene ergo dixit. Non vidit Saul Samuelem ultra vsque ad diem mortis suæ. Et quia hoc esse agendum in summæ veritatis contemplatione percipiunt, in Ramatha abire memoratur. Consummata namque vitio est intimæ veritatis ratio perfecta. Ne ergo prædicatorum distinctio nimia esse carnalibus iudicetur, cum ab ecclesiæ communionem reprobos in perpetuum separat, audiant: quia postquam Samuel in Ramatha venit, Saul ultra non vidit: quia illum doctor æternaliter diuidit, quem pertinere ad electorum numerum non cognoscit. Sed hoc fiducialiter creditur, si in forma Samuelis prædicatorum sanctæ ecclesiæ charitatis affectus distinctus videatur. Distinctionis quippe zelus ostenditur, quia non vidisse Saul vsque ad diem mortis suæ memoratur. De affectu verò charitatis subiunctum est. Veruntamen loquebat Samuel Saul, quoniam dominum poenitebat, quod constituisset regem Saul super Israel. Quid enim est, quod luget, quem cernere dedignatur: nisi quia & cum zelo rectitudinis sancti doctores habent affectum magnæ charitatis, ipsa autem charitatis magnitudo ostenditur, quia proiectum regem plangere perhibetur. Quo ergo affectu electorum subditorum peccata plangunt, qui pro proiectis reprobis plangere tam affectuolè didicerunt? Instantia nanque lucus ostenditur quia subiunctum est.

Caput. 111.



**D**IXIT dominus ad Samuelem. Vsqe quo tu luges Saul, cum ego proiecerim cum, ne regnet super Israel. Cui enim dicitur vsque quo tu luges, insisteret lugere declaratur. Magnus ergo est affectus sanctorum etiam cum austeritate vindictæ exterius proferunt. Nam foris sauiunt, sed intus per amorem liquefcunt. More matrum paruulos verberant, sed affectu gemunt cum paruulis quos castigant. Sed quid est quod dominus ait. Vsqe quo tu luges Saul, an potest mater filium morientem cernere, & per scissionem viscerum nequaquam flere? Mortuum sine luctu tolerat, quæ moritur, sed infirmam. Quid est, quod dicit. Vsqe quo tu luges Saul? Nisi quia perditum nimis lugendi non sunt. Nam sæpe doctor de perditione subditi vehementer affligit, sed respectu summæ iustitiæ consolatur. Hoc ergo dicere dei ad prophetam quid est, nisi prædicatoris mentem per internum solatiu ab afflictione releuare: Et quia lapsis prælatis electi per diuinam misericordiam subrogantur, subiungens dominus, ait: Imple cornu tuu oleo, & veni mittam te ad Isai Bethlehemitè. Prouidi enim in filiis eius mihi regem. Quasi enim lugentem consolatur, ait: Cur proiecti persona plangitur, cum melior subrogatur. Vnde & Saul non prouisus, David autem prouisus ostenditur. Quantum ergo, & qualis fuerit, citata consideratione pensetur, qui iudicio & electione dei omnipotentis decernitur. Quid est autem, quod deus prouidet, & propheta ad vngendum mittitur, nisi quia sanctæ ecclesiæ spirituales mores describuntur, quæ constituere nulla cernitur, nisi quæ præeligere & præordinare deum contemplat. Veni (inquit) mittam te ad Isai Bethlehemitem.)

Gene. 15.

Thess. 2.

E

Cap. 16.

F

**G** Præuidi enim in filiis eius regem. Quasi dicat: A te nihil præsumas, sed illum quem præuidi, ordinando sublequeris. Vnde & paulo post subdit, dicens: Et unges quem monstrauero tibi. Quid est hoc, nisi quia propheta esse debent, qui in culmine ecclesiæ alios volunt ordinare. Præuiliū namque à deo cognoscere possunt, si ad inueniendam personam eligendi pontificis, sacras consulunt scripturas. Quasi enim loquente deo ostenditur, cum talis pastor eligitur, qualis per sacrum eloquium commendatur. Ad literam verò Samueli venire à domino dicitur, ut à reprobis & abiectis regis compassione reuocetur. Si verò luctu assiduo lapsi restitutionem poscebant, ei venire fuit, à tali intentione quiescere. Et cornu suum oleo impleuit, quia pastorem sublimitatem in ungerendo rege laudis nitore temperavit. Cornu quippe aspero Saul imperiit, quia peccatorem velut magno impetu prostravit, dicens: quia proiecit sermonem domini, proiecit te dominus, ne sis rex. Quid est ergo quod cornu impleri oleo præcipitur, nisi quia ungerendi regis iustitia commendatur? Quasi dicat rex. Qui modo ungitur, non erit increpatione ferendus. Sed miræ laudis favore prædicandus, non eget impetu sed foueri. ad Isai Bethlehemitem mittitur, ut rex qui eligitur permanens esse doceretur. Per patriarcham quippe Iacob longe ante regni mansuri status ostentus est, quia dixit. Non deficiet sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est. In filiis ergo Isai rex præuilius adseritur, ut rex qui ungi præcipitur, non ut Saul recessurus, sed durabilis doceatur, quasi propheta in abiecti angustia tabescentem exciter, dicens: Cur abiectus pro culpa plangitur, cum tam laudandus subrogetur. Hæc autem ad literam tetigimus, nunc sub literæ narratione, prælatorum nostrorum electionem videamus. Quid est quod cornu oleo implere præcipitur, nisi quia talis in sancta ecclesia pastor eligendus est, qui non argui velut transgressor debeat, sed ad exemplum aliorum miris laudibus commendari? Cornu namque telum animalium est. Auctoritas autem, & increpatione summi antistitis quid sunt aliud nisi tela? Cornu quippe feriunt, quando peccatoribus per increpationem acumina coniunguntur. Ferire etenim cornu, est peccatores acutè redarguere. Cornu ergo oleo impletur, quando prædicatoris sublimitas non habet asperitatem minarum, sed blandimenta fauorum. Vel cornu oleo impletur, quando electo pastori simul datur & sublimatus culminis, & virtus vnctionis: quando & sublimis gradus ascenditur: sed qui ad alta sustollitur, meritorum vberitate repletur. Cornu ergo pleno sacerdotes ungentur, qui ad summum gradum perueniunt cum plenitudine gratiarum. Quia verò oleo ignis accenditur, oleum doctoris amor est cordis. In quo ignis accenditur: quia in pinguedine oris virtus, & gratia ardet spiritus sancti. Quia ergo pinguedinem magnæ charitatis habere doctor debet, rex qui ungi præcipitur, pleno cornu ungi perhibetur. Dicitur etiam plenitudo cornu pro perseverantia gratiarum, nam qui ante finem deficiunt ungi cornu plenitudine non merentur. Adhuc quoque dicendum de cornu huius plenitudine est, quia idcirco præcipitur, quia magna vnctione indiget, qui de sua plenitudine replere alios debet. Vnde & Moyses tam plenus extitisse dicitur, ut de spiritu eius dominus tulisse, & alius dedisse doceatur. Vel cornu propheta impletur, cum pontificalis sublimitas ad perfectiora docenda præparatur. Quando enim ecclesiæ principes ordinantur, eis que agere debeant semiplena prædicanda non sunt. Cornu ergo pontifices implent, quando plenas, atque perfectas virtutes proferunt, quas electi ecclesiæ principes imitentur. Quia verò ipsi qui ungent, esse spirituales debent, cornu inebentur implere. Cornu quidè de carne est, sed clausum in carne non est. Cornu ergo spiritualis conuersatio doctoris est. Cornu verò oleum effundit cum ille alta prædicat, qui hæc alta conuersatione demonstrat. Cornu ergo oleo implere, est prædicationem magnarum virtutum in alta conuersatione suscipere. Et in capite effundit quando in mente illius imprimitur, qui ad summum ordinem nouus venit. Quando ergo electi promouentur pleno cornu ungentur, quia ad altitudinem ordinis proficiunt virtute perfectionis. Sed propheta ad Isai Bethlehemitem mittitur, rex in eius filius præuidetur, quia ille pastor eligitur, qui ecclesia-

stica religione eruditus est. Bethlehem igitur quæ domus panis dicitur, quid aliud, quam vnamquamque designat domum religionis? Panis namque nomine doctrina perfectionis ostenditur, Paulo attestante, qui ad conuersionem debiles excitans, ait: Lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis, sed necdum potestis. Si enim lac paruulorum est, panis non est nisi perfectorum. Vnde & de perfecti viri robore dictum est in excelsis habitabit, munita saxorum sublimitas eius: panis ei datus est. In domo ergo panis rex ad ungerendum queritur, quia vtiliter promouentur, qui in perfecta conuersationis ordine nutriuntur. Ille etenim facere fortes alios potest qui remissa & negligenti conuersatione nutritus non est. In domo igitur queritur panis, quia in promovendo antistite, querendum est robur conuersationis. De congregatione quidem debili ferè nunquam accipitur persona virtutis. Vnde bene in Isai filiis queritur, qui salus domini, aut certe salus absolute nominatur. Salus quidem recte prælatus dicitur. Quid enim sunt peccata & vitia nisi languores animarum? Electos autem prædicatores per integritatem sanæ doctrine, per soliditatem innocentiam, per splendorem electe vitæ salus domini rectè nominatur. Alii quidem sunt doctores, quorum sermo serpit sicut cancer. De horum quippe familia rex non assumitur, quia ægras mentes ad salutem non ducit, sed interficit. Et notandum, quia Isai alio nomine Iesse dicitur. Duplex quidem nomen habet, quia bonus doctor non semper in pace est. In pacis quidem tempore salus domini dicitur, ut bellorum munera quasi intra domus secura vestibula sanare doceatur. In bello autem Iesse nomen habet, quia & seipsum fortiter munit, & alios valenter protegit. Iesse quippe insula leuamen dicitur. Quid autem insula nomine, nisi mentes tentationum fluctibus vallatæ intelliguntur? Insula quidem sunt: quia & si magnos conflictus sustinent, non mouentur. Vnde & electorum victoriam Psalmista prædicans, ait: Dominus regnavit, exultet terra, lætentur insulae multae. Dominus quidem regnat, quando eius sedem electas videlicet mentes turbo hostium nullus inquietat: sed lætatur terra quia solida corda doctorum gratulantur. Lætantur insulae, quia cum eius gratiam tentamenta superant, maiorum auditores hilarescunt. Terra quidem est mens fortis, & firma lingua doctoris. Insula verò dicitur, cor forte subiecti quod ad huc tentamenti impetit, nec tamen mouetur. Quid est ergo quod Iesse leuamen insulae dicitur: nisi quia per robur doctorum minorum corda subleuantur. Nam inter tot fluctus tentamentorum corruerent, si non maiorum robore ad alta vitæ desiderium eorum corda leuarentur. In Isai ergo, & Iesse filij rex latere describitur, quia illi vtiliter ad ecclesiæ culmen veniunt, qui electorum magisterio & pacem custodire, & disponere, siue conficere spiritualia bella didicere. Bene ergo dicitur: Præuidi enim in filiis eius mihi regem. In his quippe, non in aliis rex præuidetur, quia ad culmen ecclesiæ per diuinam gratiam nulli perueniunt, qui electorum magisterium per omnes temporum ordines non sequuntur. Sequitur. Et ait Samuel. Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum domino veni. Et vocabis Isai ad victimam, ego ostendam tibi quid facias. Quid his verbis ostenditur, nisi quia tyrannorum versutia, atque sequitiam quandoque est pia fraude deludenda? Præcepto namque domini de armento vitulus tollitur, immolatio simulatur, & ad regiam vnctionem peruenitur: quia dum nocere tyranni cupimus, obicienda sunt ei quædam quæ credant, ut nocendi aditum non inueniant. Sic tyranni deludendi sunt ut caueatur culpa mendacij. Quod tunc bene perficitur cum illud fit quod asseritur, sed quod fit sic dicitur ut caletur: quia ex parte dicitur, & ex parte reticetur. Propheta namque Samueli præcipitur, ut ad ungerendum regem vadat, & se immolaturum Domino non regem vncturum asserat, ut immolans verum dicat, & vnctionem zelans tyranni fauoriam, vera dicens, deludat. Quia enim immolaturus abiit, paulo post manifestè exponit, ubi dicit: Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad victimam. Sed iam melius agitur, si quid spiritualiter designent ista, videamus. Quid est ergo, quod vitulum in manu propheta tollit,

1. Cor. 3.

Esai. 33.

L

Psal. 96.

M

Sap. 15.

Gen. 49.

Num. 11.



**A** ta tollit, & sic ad vngendum regem peruenit: Sed vitulum quid est, nisi splendor imaginis redemptoris. Quia enim cum, que eligit, conformem facere redemptori studet: quando formam ipsam redemptori predicat quasi vitulum in manu portat. **B** ubi agendam dominicam conuersionis (quem predicat in virtute operis monstrat, vitulum quem de armento suscipit per manum ducit. Vitulum namque in manu tollere est, predicationem dominicam conuersionis seruare in virtute operis: Sic nimirum vadens non occiditur, aliter occideret, quia qui dicit, & non facit, oris proprii gladio condemnatur. Quid est quod dicere iubetur. Ad immolandum domino veni? Quid est item quia facit, quod dicit, dum venit & immolat: nisi quia tantam debet esse efficaciam qui alios promouet, ut bona non solum dicat, sed persuadeat. Immolatio quidem victima, quae in propheta manu videtur in altari cognoscitur. Quid est enim cor electi auditoris: nisi altare dei? Quando enim bona doctor loquitur ore, & ostendit opere, vitulus in manu est. Quando autem & quod dicit, & agit, auditoribus persuadet, victima in altari est. Tunc ergo immolat, quando electa corda per amorem suscipiunt hoc quod in verbo, & exemplo doctoris radiat de imitatione redemptoris: Sequitur: Et vocabis Isai ad victimam. Fortasse hoc locus iste insinuat, quod praeter praetorum conscientiam subditi promouendi non sunt. Isai prius ad victimam vocatur, ut bonum quod subire subiectus dicitur, prius in magistri sui mente fundatur. Bene subiungitur. Et ostendam tibi quid facias. Id ipsum quoque exprimens, ait. Et vnges quem monstrauero tibi. Nisi enim Isai prius vocetur, ei quae faciendae sunt, non pendentur, quia sine magistri voluntate aliquid de subiecti persona faciendum non est. Illo ergo vocato, quod est faciendum ostenditur, quia cum voluntate religiosi doctoris: subiecti humilitas ad arcem sustollitur praetationis. Quid est autem, quod dicitur. Vnges quem monstrauero tibi, nisi quia electi pastoris aequales discipuli omnes non sunt. Sunt namque ex illis alij vtiliter ad obediendum, alij & humiliter obediunt & iubere discrete didicerunt, dicit ergo: Vnges quem monstrauero tibi. Ut cum ad culmen sacerdotij persona quaeritur: cum magna subtilitate requiratur. Quibus nimirum verbis ordinatoribus ecclesiarum in electione aliorum nihil suum relinquitur. Quem (ait) monstrauero tibi, illum vnges. Qui sunt qui vngunt, quos non monstrat deus: nisi qui carnali affectu ad ecclesiarum culmen ordinandos ducunt, qui non merita discernunt, sed personas accipiunt? Isti quidem reges vngunt, sed non qui a deo monstrantur. Quod suum est faciunt, quod dei est tollunt. Dei quidem personam monstrare est, ordinatoriis praebere vocationem. Dum ergo ipsi sibi monstrant, quos vngant, habere deum cooperatorem nolunt. Vnde & per prophetam Oseam de talibus electis dominus queritur, dicens: Ipsi regnauerunt, non ex me, principes extiterunt, & ego ignoravi. Dicitur ergo electis, quod audire non possunt reprobi. Vnges quem monstrauero tibi, ut nullus promoueatur, nisi qui dignus tanto ordine scripturarum sanctarum laude decernitur. In eis quidem dominus loquitur, ibi qualis & quantus esse debeat magister ecclesiae memoratur. Ille ergo monstratus a domino eligitur qui per sacrum eloquium commendatur. Haec quidem mali rectores contemnant, boni faciunt. De honorum ergo obedientia recte subiungitur. Fecit ergo Samuel, quod locutus est ei dominus, Venit in Bethlehem & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei. Ad historiam seniores admirantur, quia illuc venire propheta non erat solitus. Quo in loco fortasse signatur, quia electi doctores vix aliquando videri in publico debent, esse frequentes in secreto negociis civilibus vacui, spiritualibus pleni. Miraculum ergo sit populi, in publico vna persona pastoris. Mirantur quod exeat, quem secreti cultorem sciebant. Qui quia in magna populi veneratione sustollitur, seniores ciuitatis & admirati, & ei occurrisse referuntur. Quia vero non populus sed seniores admirantur, perfecta doctorum virtus ostenditur: qui non a parvulis & simplicibus, sed a magnis & eruditis praedicatur. Qui etiam de pacifico ingressu prophetae sciscitantur. Quasi ergo ingressum non pacificum minabatur, qui dice-

bat: Quid vultis in virga veniam ad vocari in spiritu mansuetudinis? Quid est ergo, quod dicunt: Pacificus ne est ingressus tuus. Nisi quia electi fideles dum bene spiritualium doctorum acta considerant, in eis utique diuinam voluntatem pensant: Quia enim esse samuelem prophetam sciebant: utique quia diuinae dispensationis secreta cognouerant. Dum ergo de pacifico ingressu interrogant quid aliud interrogando faciunt quam diuini consilii nosse vel secretum. Vnam & nos quoties sanctos viros cernimus, inquirere de pacis nostrae securitate studemus, & diligenter ab eis scire, quales a deo cernamur, qui cognitionis nostrae oculos non habemus. Pacificus ergo ingressus doctorum est, cum ad eos veniunt qui non sunt pro culpa ferendi, sed pro iustitia praedicandi. Qui ergo promoturum iustum venerat respondit, dicens: Pacificus, ad immolandum domino veni. Sanctificamini, & venite mecum ut immolemus. Cum doctoribus ut immolent, vadunt: qui intentionem ad superna dirigunt. Et coram euntibus propheta immolat quando ad doctor, quod verbo pronunciat, in assistentium cordibus per amorem ligat. Sed ut historiam paululum attendamus, vigilanter est discutiendum quod dicitur. Sanctificamini & venite mecum. Si enim interesse sacrificis non audent, nisi sanctificanti, quid de sacrificantibus censendum? Sanctificare enim purgare est. Quantum ergo purus decet esse pontifices ubi inuitate ad sacrificium non nisi sanctificatae admittenda sunt plebes? Sanctificatio quippe corporis pudicitia est, sanctificatio mentis charitas, & humilitas. Sanctificatur ergo ad sacrificium inuitatus, sed magis ille cogitur a quo inuitatur. Notent sacerdotes, quae inuitatis dicantur. Venite mecum. Secum quippe sanctificati veniunt si cum mundis plebibus ad dei obsequia mundi sacerdotes accedunt. Secum quippe ire est, mundi cum mundis accedere. Nam si mundae sunt plebes non mundi sacerdotes secum non veniunt, quia equali puritatis ordine non incedunt. Audiant humilissimi quid aliter propheta admonet, dicens: Mundamini qui fertis vasa domini, Audiant item, quod dicit, Lauamini mundi estote. Quia ergo mundandae sunt plebes dicit. Sanctificamini. Quia item summi viri in continuo mundiciae suae statu semper debent permanere, & ad formam suae puritatis alios trahere, subdit, Et venite mecum. Sed quia seniores ad victimam inuitantur, quid per typum demonstrat, nisi quia ad eligendum antistitem, sine ad vngendum, & consecrandum plures sapientes, atque religiosi viri vocandi sunt. Qui nimirum sanctificantur, & veniunt si proponunt, ut in electione illa carnale aliquid non sequantur. Sanctificari quidem eis est, ad praebenda dona sancti spiritus spiritualia, & sanctam intentionem adducere. Bene autem in typo electorum, & de Isai, & eius filijs dicitur. Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Et quia per sacra eloquia dominum eligendos antistites monstrare docuimus, tam quales monstrat, qualesque reprobet subsequenter loquentibus sacrae huius historiae mysterijs, videamus. Sequitur. Cuique ingressi essent vidit Eliab, & ait, Num coram domino est Christus eius. Et dixit dominus ad samuelem. Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturae eius, quoniam abiecti eam, nec iuxta intuitum hominis iudico. Non enim vider ea, quae apparent, dominus autem intuebitur cor. Quid enim est sapientibus ingredi, nisi ad subtile discretionis sacrarium intrare? Sed ingressus Eliab vidit, quia illum esse dignum praetatione sanctae ecclesiae pastor agnoscebat, qui & fortitudinem habet boni operis, & scientiam veritatis. Quid est autem quod ei dominus nec staturam eius, nec vultum aspicere praecipit: nisi quia in sancta ecclesia nec opus, nec scientia sine humilitate praedicatur? Quid est enim vultus alicuius, nisi exterior conuersatio, per quam noscitur? Et quid est statura eius, nisi altitudo scientiae, per quam ad superiora sublimatur? Quos ergo Eliab rectius quam bona agentes, & eruditos significat: sed arrogantes? Vnde & Eliab deus meus pater interpretatur. Hoc quippe eius nomen quod audient praesumere. Quid naque est, quod deus meus pater dicitur: nisi quia dum fortiter bona agunt, spiritualia sapienter intelligunt, se per singulare meritum in filiorum dei numerum transisse gloriantur. Nam pater non meus, sed nosse-

D  
1. Corin. 4.

E  
Sanctifica-  
re quid

Esa. 52.  
Esa. 6.

F

Osee. 8.

omnipo-

**G** omnipotenti domino dicerent, si per humilitatem se cum electis ceteris in supernae generationis ordine communiter viderent. Merito ergo repellitur, quia in spiritali culmine non nisi humiles praefertur. Subtiliter ergo propheta de vngedi persona exquirat, dicens: Num coram domino est Christus eius? Modo hoc fit, quando summus doctor, & vitam & intelligentiam eligendi cognoscit, sed adhuc de humilitatis virtute perquirat. Sed vultum & staturam eius abiectum videt, quando ei quicquid pulchrum habet in opere, quicquid altum in eruditione inest ei, absque humilitatis virtute cognoscit. Merito igitur Dominus dicit: Projeci eum, nec iuxta intuitu hominis iudico, quia homo videt in facie, Deus autem intuebitur cor. Quasi dicat: Homines solent magna opera, & scientiae verba laudare, ego autem nec verba, nec opera laudo, quae in humilitate vera fundata non video. Indignitatis quippe suae repullam, qui eiusmodi sunt, expauescerent: si attente audire vellent: quod ad prophetam Dominus dicit. Ne respicias vultum eius neque altitudinem staturae eius, quia projeci eum. Pro magno nanque habent, quod arrogantes faciunt, sed ecce tam vile esse a Domino dicitur ut nec respiciendum esse iudicetur. Sed isto amoto, quid sequatur ostenditur. Et vocavit Isai Aminadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. Aminadab interpretatur urbanus. Merito igitur Domino consulto repellitur, quia sancta ecclesia ad regimen animarum non eligit negotiis secularibus strenuum, sed spiritali conversatione decorum. Urbani quidem sunt qui postposita intentione caelestium, exterioribus studiis se ostendere strenuos conantur. Nec hunc ergo elegit dominus, quia pij pastoris studio caelestia, non terrena prouideri fidelium gregibus debent, non infirma & labentia, sed sublimia & aeterna. Adduxit autem Sama De quo & ait: Etiam hunc non elegit Dominus. Sama audiens interpretatur. Quid ergo Sama designat, nisi obediens, & simplices? Audire quidem eis est ea, quae a maioribus iubentur, obediendo perficere. Vade & de obedientia gentilis populi per Psalmistam dicitur: Populus, quem non cognouit seruiuit mihi, obaudit auri obediuit mihi. Quid est autem, quod non eligi a Domino dicuntur: nisi quia in ecclesiae culmine non ponuntur imperiti humiles, sed humiles sapientes: qui & facere iussa sciunt, & quae facienda sunt sapienter iubeant? Facere quidem eum oportet, & docere. Faciat ergo humiliter, doceat sapienter. Quia ergo qui facere per humilitatem sciunt, & iubere per eruditionem nesciunt, in dignitatem regiam assumendi non sunt, Sama ad regnum a Domino non eligi perhibetur. Hinc ergo hinc simplices, & inobedientes colligant, quam poenaliter ad praemia cadum se ingerunt, si omnipotens Deus nec illum ad regimen suscipit, qui per humilitatem obedientiae audiens vocatur. Et quia plures sancta ecclesia huiusmodi tam simplices: & bene viuente, quam humiles sapientes habet, sequitur. Adduxit itaque Isai omnes filios suos coram Samuele. Et ait Samuel: non elegit dominus ex istis. Quia in septenario numero solet perfectio designari, testatur Esaias propheta, qui dona sancti spiritus in redemptore nostro mentia asserens, ait: Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus concilii & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Quid est ergo quod hi, qui a praedicationis officio repelluntur, septenario numero designantur cum idem numerus perfectionem designet, quam alius nisi de sancti spiritus infusione non habet? Sed conuenienter hoc asseritur, quia pluribus gratia spiritus sancti ad bene viuendum datur, ad docendum non datur. Qui quia plures sunt & in bona operatione perfecti, apte septenario numero continentur. Item quia robusta faciunt, & subtilia non intelligunt, a regni gubernatione repelluntur, & septem ergo sunt filii, & eorum aliquis ad animarum regimen non assumitur, quia & si bene viuendo regere fortiter semetipsos sciunt, tueri alios fortiter per doctrinam nequaquam possunt. Nunquam se tam in ordinando praecipit ordinator ecclesiae, quia & si plures habet qui ad suscipiendam animarum curam non sunt idonei, qui tamen praesse possint, ei deesse non possunt. Quae ergo doctor instanter, non deficiat quare: donec

latentes possit inuenire. Magnae quidem electorum virtutes, & quasi thesauri omnipotentis Dei fere semper in occulto sunt. More etenim timoratorum diutum omnipotens deus facit: quia ne virtutum thesauros perdat, hos & in electis mentibus collocat, & ipsas mentes per secretum celat. Quae ergo, qui ordinare imo ornare ecclesiae caput cupit, occultos thesauros. Christi Sponsam ornare gestit, sed non potest, nisi occultos sponsi thesauros ad eius ornatum producat: & non desistat, donec latentes inueniat. Sed quid hortor pastores quare, cum nisi Deus oculos proferat nequeant inueniri? Quid est enim aliud vnges quem monstrauero tibi? Tamen quarendi sunt, quia nisi quareti diu, minime monstrantur. Nam & Dominus se monstraturum promittit, & tamen propheta quarene nititur, ut inuenire mereatur. Vnde & dominus quarendi instantiam imperat dicens: Quarete & inuenietis, petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Quare ergo propheta, & tot iam repulsis: quare te perseueras, quid nobis insinuat nisi ut nulla dispensatione indigni ad culmen religionis venire permittantur? Nam cum in plerisque sanctae ecclesiae negotiis salubris sit dispensatio, laetalis profecto & mortifera est, ubi aut caeci per ignorantiam, aut irreligiosi sapientes, aut ad secularia negotia prolecti, ad aliorum primatum venire permittuntur. Hi enim ignorando, illi sciendo, & non faciendo, subditorum animas perimunt: illi item negligendo spiritalia, sequendo carnalia, & terrena. Illi quidem totis viribus laborant, ut laudentur, quae dicunt: isti quae dicant, nesciunt: illi ad hoc omni intentione conantur, ut inter summos seculi abundantius honorentur. Qui profecto tanto peiores prioribus sunt, quanto illi in spiritalibus, isti in carnalibus, & secularibus apparere sublimis volunt. Horum finis desiderium est, fulciri diuitiis, honoribus extolli, potentum huius seculi familiaritatibus sublimari. De quibus omnibus reprobae mentis affectibus oriri potest negligentia animarum subditorum, contemptus Christi, & ecclesiae dilapidatio facultatum. Quare itaque doctor, ut nulla dispensatione indignos praeferat: quia quod laetiferum est, nunquam permitti debet. Vnde & subditur: Dixitque Samuel ad Isai: Numquid completi sunt filii? Quid est, quod alium quareti: nisi quia non debet ante quarens quiescere, quae mereatur inuenire? Et quia saepe abiecta foris, & vilia, intus excelsa sunt. Sequitur: Qui respondit: Adhuc reliquus est, & qui pascit oves. Quid est reliquus nisi abiectus? Abiectum dico a se, non a deo: quia a deo per superbiam quis abicitur, a se abiectus est, qui vilis & humilis aestimatur. Vel reliquus dicitur qui in aliorum comparatione esse aliquid, non videtur. Abiectus ergo humilis dicitur, quia contemptus se videt, & tolerat: ostendi, nequaquam curat, sed oves pascit, quia cogitationes simplices in contemplatione aeternae hereditatis nutrit. De his certe pascuis electorum a domino dicitur: Ingredientur, & egredientur, & pascua inuenient. Intus quippe habent pascua contemplationis, foris pascua boni operis. Intus mentem deuotionibus impingunt, foris se piis operibus satiant. Merito paruulus iste dicitur oves pascere, quia electus quisque humilis est, & sterilis non est, qui quotidie magna agit, sed de se magna non sentit. Merito ergo non solum paruulus, sed pastor asseritur: quia qui vere humiles sunt, foris se desiciunt, sed per internam societatem in summis, & aeternis pascuis immorantur. Nam scriptum est: deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quae autem gratia: nisi ut summa videant & cognoscant: cognoscant & diligant: atque ad ipsa delicta quasi pingues, & fortes currant? Hic itaque quia valde idoneus est, instanter exhiberi iubetur. Nam sequitur: Et ait Samuel ad Isai: Mittite, & adducite eum: Neque enim discumbemus priusquam ille veniat. Quid est autem non discumbemus priusquam veniat? Quem requirit: nisi quia in observatione ieiunii, celebranda sunt sacramenta vnctionis. Nobis autem non solum ipsa sacramenta, sed vis sacramentorum attendenda est. Nam quidam cibi sunt, qui si non cauentur, vngere bene reges nequaquam sinunt. Exteriora quidem ecclesiae negotia quidam cibi animae sunt, qui ab electis deuote administrantur. Sed si negotiorum multitudine anima saturetur, ad suscipienda spiritalia intrare perfectum non sinitur. Cum ergo spiritalia in-

Psal. 17.


Esai. II.

L

M

1. Pet. 1.

stant



Job. 26.

Exo. 39.

Mat. 25.

106. 27.

**A**stant exteriora differantur, quia cum magna mentis quiete disponenda sunt. Sequitur. Misit ergo & adduxit eum.) Rex futurus adducitur, quando ab occultationis suae latibulis humiles producantur. Latent quidem, sed in paucis: quia & in hominibus intra carnis vilia, & infirma se tegunt: magna est supernae contemplationis latitudo, in qua morantur. Sed qualis iam praelatus appareat, videamus. Sequitur enim & dicit: Erat autem rufus & pulcher aspectu, decoraque facie.) Quid est quod tanta pulchritudo regis asseritur: nisi quia magnis virtutum fulgoribus ornari debet persona doctoris. Nam de redemptore dictum est: Spiritu eius ornauit coelos. Caeli namque sunt sublimes praedicatorum. Qui profecto caeli a spiritu ornati sunt: quia virtutes quibus emicant, a spiritu sancto percipiunt. Quid est ergo, quod rufus asseritur, nisi quia in rubra saepe materia charitatis feruor designatur? Vnde & in veste pontificis coccus ponitur his tinctus, vt duplici vestiatur charitate. Rufus ergo dicitur per ardorem charitatis: quia dum ardentia praeccepta charitatis exhibet, quasi per calorem rubet. Quid item est pulcher aspectu, nisi interna contemplatione conspicuus? Quasi enim pulchrum aspectum habet, qui decore visionis radiat, in interna contemplatione. Quid ergo facies designat, nisi exteriorem gloriam honestatis? Nam quia per faciem quisque cognoscitur, decor faciei est praecleara honestas conuersationis. Quasi enim per faciei decorem cernitur, qui in omni gestu corporis splendidus inuenitur. Rufus ergo amore est, pulcher aspectu propter scientiam, decora facie splendidus honestate. Quia vero charitatis feruor per sancta opera demonstratur, potest per ruborem ipse labor operis designari. Qui enim nimis laborat faciei ruborem representat: quia dum intus incalescit, foris in vultu ruborem trahit. Sic namque est omnis spiritualis labor. Quia enim vnus quisque quanto amplius pro aeterna vita laborare conatur, tanto feruentius ad laborandum sancti spiritus ardore succenditur: velut inferuiscendo ruborem excitat, quem foris portat. Rufus ergo est doctor labore pij operis, pulcher aspectu in fulgore contemplationis. Decor vero faciei ipsa est pulchritudo charitatis. Per alias quippe virtutes, formam sanctitatis accipimus, per ipsam charitatem ipsam formam nobis quasi mirabili decore vestimus. Illae aliae virtutes corpus iustitiae sunt, charitas vero huius corporis facies recte intelligitur. Per faciem quippe, non per corpus vnusquisque cognoscitur. Nam si corpus videas, & faciem non videas, eum, cuius solum corpus aspicias, no agnoscis. Quid vero est aliud, quod fatuis virginibus respondetur a spso, nescio vos. Ecce per maguos labores virginitas conseruatur, ipso quoque virginitas magna, & incomparabilis virtus agnoscitur. Quid est ergo, quod fatue virgines a spso non cognoscunt, nisi quia corpus habent, quo subsistant, decorem vero non habent faciei, que spso agnoscat. Habent quidem labore in conseruando corpore, non habent decore vultus in perfecta charitate. Quae namque tria eo, quo ponuntur ordine, in electi conuersatione proficiunt. Nam pulchros contemplationis aspectus habere non praevalet: nisi qui prius se in labore pij operis vehementer exercet. Aeternae quidem lucis gaudia, illius summi luminis immensitas, aeternus vigor ille splendoris ineffabilis, quo laboriosus quaeritur, se quaerentibus laxius aperitur. Qui ergo iam talis est, idoneus quidem ad docendum cernitur: sed nisi decora facie fulgeat, nisi mentem charitatis perfectae radiis illustratam gerat: dignus tanta celsitudine non probatur. Sit ergo Rufus pastor, vt non sit remissus in opere, sit pulcher aspectu, videlicet sublimis in eo contemplatio: sit decora facie, vt totum robur operis, & altitudo contemplationis supernae maiestatis oculis notum sit per ineffabilem pulchritudinem charitatis. Haec quippe tria immensi decoris insignia, quia sanctae ecclesiae doctor habere debet, pro omnibus Petrus assumitur, & an amet redemptorem tertio interrogatur. Primo namque ei dicitur: Petre amas me, vt per amorem agere fortia studeat. Secundo, vt in contemplando, alta cognoscatur: tertio, vt perfectae charitatis affectu, & erga proximum ferueat, & ad speciem conditoris feruentius mardefcat. Talis ergo, ac tantus tam pulcher, tam decorus puer, quo testimonio proferatur, audiamus. Nam sequi-

tur: Surge, & vnge eum, ipse enim est. Quid est, Surge, & vnge eum? An tantus erat paruulus, vt sedendo vngi non posset? Sedendo quippe, tangere alta non possumus. Magna ergo est virtus, magna celsitudo humilium, si adeorum lumina nec prophetae pertingunt. Surgit ergo propheta, cu se pontifex in mira electi praedicatoris veneratione erigit. Nam foris humilem quasi videndo conspicit, sed interius eius meritum nisi se in interna contemplatione erigat, non agnoscit. Surgere ergo doctor praecipitur: quia cui tanta vult sacramenta impendere, eius ante cognoscere meritum sublimitatem debet, Quid est ergo, quod dicitur. Surge, & vnge eum, quia ipse est? Nisi sublimi sublimia sacramenta sublimiter praebet. Nam saepe indiscreti pastores negligentem & reprobam accedentium vitam sciunt, & eos promouere non metuunt. Hi profecto vngunt, & non surgunt, quia quibus sacramenta vntionis tribuunt, in alto sitos meritum loco non ceruunt. Quando igitur doctor sublimis ostenditur, ei ordinator surgere monetur: quia per ministerium, tunc digne tribuuntur sacramenta vntionis, cum vngendus in alta conspicitur sublimitate virtutis. De quo nimirum, quia ipse est, dicitur: Si ergo ipse est, alius non est, quia nisi his virtutibus fulgeat, necesse est vt ordinem tantae celsitudinis non attingat. Quem ergo monstraturum se dominus promissit, Rufum & pulchrum aspectu, & decora facie ostendit, dicens: Ipse est enim? Quia nullus debet subire culmen regiminis, qui robur non habet magni operis: scilicet contemplationis scientiam, & feruorem charitatis. Bene ergo subiungitur. Tulit igitur Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum suorum.) Cornu olei tollitur, vt tota vita pontificis spiritualis esse doceatur. Cornu olei tollitur, vt in excellenti liquore magister ecclesiae vir esse studeat magnae misericordiae. Oleo vngitur caput regis, quia lucere super candelabrum debet per flammam verbi. Cornu oleum recipit: vt increpando, purget, & miserando, per blandimentum trahat. Cornu etiam recipit in sublimitate ordinis, oleum ad fomenta virtutis. Sed pleno cornu vngitur, vt virtus pontificis plena doceatur: Cornu namque plenum in vntione sua habet: si tam in virtute misericordiae, quam charitatis, & verbi perfectus est. Plenum etiam cornu in vntione sua habere cognoscitur, cuius omnis potestas per misericordiam dispensatur. Ipsa quippe auctoritas sanctae ecclesiae cum sine misericordia est, nulla est: quia tunc spiritualis est rigor disciplinae, cum a linimento non vacat misericordiae. Cornu ergo & oleum simul ostenditur: vt disciplina semper cum misericordia teneatur. Cornu namque oleo plenum dicitur, vt vbicumque cornu acumen exhibet, exhibeat refugia gratiae vntionem. Sed dum ad vngendum regem vntio ducitur: cornu foris cernitur, intus oleo repleat: foris textum insinuet, intus sacramenta declaret. Sciat ergo propheta, quod tribuat: sciat rex vntus exhibita recipiendo, quid agat. Quid est ergo, quod foris est cornu, intus oleum: nisi quia plerumque subditorum duritia meretur, vt pastoris increpationem sentiat, sed misericordiae eius aliquid non attendat. Rector ergo cornu exhibet, in quo oleum latet: quia cum quis acriter ex charitate corrigitur, poena sentitur, charitas non videtur. Saevus enim rector aspicitur, qui sic increpat, quasi qui non amat, quasi qui vehementer odit, sic obiurgat. Quid tunc a compunctis cernitur: nisi cornu acumen, quo acrius feriuntur? Sed quia valde intus pius pastor diligit, quem foris arguendo ferit: quid aliud, quam cornu increpando monstrat, oleum diligendo caelat? Plenum ergo cornu in vntione regis asseritur, vt in electo praedicatorum perfectum vtrunque esse doceatur. Nam acutus ad arguendum esse debet, mollis ad miserandum. Perfecte feriat, vt omnem vim morbi perfecte confodiat: perfecte per misericordiam vngat, vt plagas, quas pungit, ad sanitatem reducat. Si enim minus violenter, quam debet, ferit, plus, quod latet, non euicit. Et si violenter ferit, & abunde non vngit, percussum per austeritatem interficit, & saluti non reddit. Sit ergo integrum cornu, integra olei plenitudo: vt austeritate per cornu feriatur vulnera, & per oleum foueantur. Sed quid est, quod in medio fratrum vngitur: nisi quia virtutis exempla circunquaque



**G** circunquaque spargere iubetur? In medio fratrum ungitur: ut tantæ unctiois fieri participes omnes possint. Qui enim in medio ponitur, ab omni parte videtur. Oleo quippe in medio aliorum ungitur: quia qui in aliorum exemplum potius est, nullam sui partem habere obscuram debet: ut hunc omnes aspiciant, & ab eo lucis exemplum sumant. Vnde & sancta animalia in circuitu oculos habere describuntur: quia electus doctor dum ardorem charitatis, dum virtutem misericordiae, dum zelum rectitudinis ex dono sancti spiritus recipit, quasi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte circumstantibus fulgentem reddit. Vel in medio fratrum ungitur, ut unctum & medium se esse semper arbitretur. Agnoscat ergo dignitatem suam, & vim dignitatis exerceat: quia unctus est. Videat se medium, & communis conditionis hominem: ut pares sibi esse eos, quibus eminet, recognoscat. In medio ergo fratrum ungitur, ut sit humilis, & sublimis. Sublimis ordine, humilis estimatione. In medio item ungitur: ut se privato amore non diligit, sed ex omni quod præminet lucra aliorum quaerat. Vnde & Saul solus in extrema parte civitatis unctus fuisse perhibetur. Quid est enim, quod solus à solo ungitur, nisi quia de culminis potestate per amorem priuatum debebat intumescere. Dum enim de accepta dignitate se singulariter amare voluit, velut fomentum luminis solus tulit. Vnde & puer, qui comitabatur præmittitur: quia electorum nullus eius exempla sequitur, qui diuina auctoritate reprobatur. David ergo in medio fratrum ungitur: quia electus doctor de eo, quod singulari sublimitate sustollitur, singulari amore nequaquam gloriatur. Et quia per ministerium hominum spiritualia in electis rectoribus dona cumulantur, adiunctum est. Et directus est spiritus domini in David die illa, & in reliquum.) Spiritus quippe domini post unctioem dirigitur: quia foris sacramenta percipimus, ut intus sancti spiritus gratia repleamur. Foris namque homo, intus deus operatur & non homo. Foris namque homo surgit, intus se spiritus dirigit: quia ordinem religionis homo homini præbet, sed in eum, cui ordo datur, spiritus dirigitur, ut foris sublimitatem suscipiat ordinis, & intus robur sancti spiritus. Foris ordo committitur, ut quæ dei sunt, agere debeat, intus dirigitur spiritus, ut quod iniungitur, potenter agat. Magnum quippe est onus ordinis, magna fragilitas carnis. Onus ergo tantum quia debili committitur, dirigitur spiritus, ut debilis roboretur, & magnum onus tanto gratius ferat, quanto ipsum omnipotens spiritus fortius ad ferendum inuat. Sed dirigi spiritus dicitur, ut conuersus à rege superbo sentiat. Se ergo spiritus in alterum dirigit, quando eiusdem spiritus gratia superbos, ac fictos fugit. Vnde & scriptum est, spiritus domini disciplina effugiet fictum. Hinc & per semetipsum in Evangelio ait, spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat aut quo vadat. Spiritus quidem venit & vadit, quia reprobos deserit, electos assumit. Et quia iudicium omnipotentis dei imperis scrutabile est, vnde veniat, & quo vadat homo nescit: quia sciri non potest an qui in gratia, quam recipit, perseverare in perpetuum debeat. Ab eo igitur, qui defecit, venire spiritus dicitur, ire ad eum, qui perseveraturus est, quia alios in tempore deserit, alios assumit, nec tamen deserit. Vnde & in typo electorum de David dicitur. Directus est spiritus domini in David à die illa in reliquum.) In die quidem unctiois dirigitur, quando sic foris Christi sacramenta percipimus, ut intus sancti spiritus gratia repleamur. Et in reliquum dirigitur spiritus: qui à gratia, quam percipit, nunquam recedit. Hanc quippe gratiam directi spiritus sic prædicatoribus adscribimus, ut omnibus ordinibus sanctæ ecclesiæ tribuamus. Quisquis enim redemptoris nostri fidem suscipit, per redemptionis nostræ baptismum renascitur, & spiritus sancti gratia ab omni peccato redimitur. Vnde & electis redemptis eiusdem spiritus sancti donum insinuans Paulus Apostolus, ait: In quo signati estis in die redemptionis. Si ergo consideremus populum dudum in circuncisione superbum spiritum sanctum amittere, videmus pariter in baptizatos eiusdem spiritus directionem. In quo nos quidem dirigimur, quia per superbiam illi sancti spiritus gratiam perdiderunt. Quid est er-

go, quod dicitur. In die illa & in reliquum, ) Nisi K quia sancti spiritus gratia sic recipitur, ut in ea electi vsque in finem perseverare doceantur? Multi quidem post remissionem peccatorum peccata ad mortem faciunt, in quibus nimirum spiritus in reliquum dirigi non videtur. Dirigitur ergo spiritus in electis tantum in die illa in reliquum: quia reprobis in exortu fidei per spiritum sanctum peccata dimittuntur, sed spiritus sancti gratiam postmodum per iniquitatem perdunt. Dirigitur namque in reliquum, sed in David, quia manu fortis interpretatur. Manu quidem fortis est qui Diabolo prætalet: & bonum, quod accipit, per perseverantiam vsque in finem tenet, De quibus certè dominus ait: Qui perseveraverit vsque in finem, salvus erit. Quod si uniuersalis ecclesiæ status conspicitur, spiritus domini in David in reliquum directum videmus: quia electos sanctæ ecclesiæ, ab eiusdem ecclesiæ primordiis spiritus sancti gratia replere cepit, quos vsque ad mundi finem custodire non desinit. Iam quippe iuxta propositum nostrum claudi liber ad finem debet, sed ad memoriam redit, quia principia voluminis ad conuersationem retulimus redemptoris. Et quia per Ioannem initium: & finis idem redemptor noster asseritur, optimo liber sine clauditur, si in redemptoris nostri narratione consumetur. David ergo manu fortis ipsum redemptorem humani generis insinuat, qui antiquo hosti præualuit, & de eius potestate electos tulit. Qui Bethlehemitæ Hui filius dicitur: quia de eo populo nasci voluit, quem scripturarum sanctarum scientia quasi ex pane saturavit. Domus quippe panis Iudæa fuit, quæ solidum scripturarum cibum in spiritali intelligentia, quasi ex pane habuit. Quid verò Samuel, nisi (ut iam sæpe diximus) nouorum prædicatorum ordinem signat. Quid verò David, nisi redemptorem insinuat? Ad eum ergo ungendum Samuel mittitur. Ungere quippe eum est, eius incomparabilem sanctificationem ignorantibus prædicare. Nam quasi ungitur, quando nescientibus opinionis eius odor aperitur. Hunc namque ungebat, qui dicebat, quia ei se infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed quid tantum novos prædicatores ad eius unctioem recepimus, cum eum etiam veteres tam venerabiliter unxisse videamus? Quis enim melius, ac suauius redolet, quam illud, quod in eo propheta Elaias effudit, dicens: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, (spiritus consilii) & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hic item, qui tenetur in manibus David, ei loquens, ait: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. & post pauca: unxit te deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Hunc autem Daniel unxit, & omnis unctiois sacramentum Iudæis præbuit, dicens: Cum venerit sanctus sanctorum, cessabit unctio vestra. Ad ungendum ergo propheta mittitur, quia eius odor à paruulis nunquam capitur, nisi per prædicatorum ora pandatur. Vnde & tres ille mulieres aromata præparant, ut in sepulchro redemptorem vagant. In sepulchro quidem Iesus ungitur, cum resurrectionis eius gloria prædicatur. Vnde & cum veniunt, Iesus non inuenitur: quia cum bene de dominica morte disputat, mortuam iam resurgentem monstrant: & quasi veniendo, non inueniunt: quia ubi bene mortis causam cognoscunt, vitam esse redditam per illius mortem inueniunt. Sed quid est, quod implere cornu oleo iubetur? Quid namque fuit austeritas legis: nisi cornu acuitas? Quasi enim cornu percussit: dum peccata non per misericordiam indulgit, sed poenam infligendo, vindicauit. Cornu ergo oleo impletur: quia talis rex ungitur, quia peccata hominum misericorditer dimittat, non per legis austeritatem puniat. Nam Moyfi cornu præferabant, qui de ea, quæ in adulterio deprehensa fuerat, Domino dicebant: Moy ses iubet huiusmodi lapidare, tu quid dicis de ea? Sed qui pleno cornu unctus fuerat, dicit: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Quasi cornu feriendi ille assumpserat, qui dicebat: Hic si esset propheta, sciret quæ, & qualis est hæc mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Sed qui ex plenitudine cornu unctus Iesus fuerat, totum remittebat, dicens: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hinc de peccatorum assumptione murmurantibus

Ezech. 1.

Supra. 9.

H

I

Sapient. 1.

Ioan. 3.

Eph. 4.

Matt. 24.

Ioan. 1.

L

Coloss. 2.

Esa. 11.

Psal. 44.

Daniel. 8.

M

Mat. 16.

Ioan. 8.

Luc. 7.

**Mat. 9.** **A**ribus dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Cornu ergo pleno ad vngendum Dauid propheta mittitur, quia illum modo doctores predicant, qui duritiam legis soluit, & omne quod rigidum prae tulit, per gratiae suae tomenta reparant. Quomodo vngerebat eum ille, ad eum vngendum missus, de quo dicitur: Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Sed audiuimus, quomodo missus fuerat, audiamus, quomodo vngat: Ecce (inquit) agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Potest per cornu, regni eius videlicet, sanctae ecclesiae sublimitas designari, quae magna est, sed austera, & superba non est. De quo nimirum cornu superius per Annam Samuelis matrem dicitur. Sublimabit cornu Christi sui. Hinc namque per Zachariam dicitur: Erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Cornu quidem salutis quid est, nisi sublimitas ecclesiasticae potestatis. Nam quod antiquis nunquam dicitur, modo vniuersali ecclesiae dicitur. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Quod profecto cornu erectum, & oleo plenum dicitur: quia sancta ecclesia cum sublimitate potestatis, extendit viscera miserationis. Et quia per damnatae humanitatis vitium facilius in auctoritatem potestatis extolli possumus, quam flecti ad molliorem pietatis bene non cornu, sed praeparare oleum iubetur.


**B** Qui enim imple cornu tuum oleo dicit, cornu sine oleo esse signauit. Quid est hoc, nisi quia irasci, & arguere etiam incosulti possumus: sed flecti ad misericordiam: nisi ex magna meditatione non possumus. Quasi dicat: Zelum, quem naturaliter habes, imple oleo: quod si non habes ex te, habere potes ex virtute. Quod certe ei dicitur, qui vngere redemptorem mittitur: ut qui in officio praedicationis ponitur, diues esse misericordia semper conetur. Potest hoc cornu mentis affectus ostendi. Quod certe cornu impleri praecipitur, quia profecto debet redemptoris nostri vnctio, id est sanctificatio, ante sciri, quam sufficienter valeat praedicari. Cornu ergo impletur, quando bene sanctitas redemptoris agnoscitur. Et pleno cornu vngitur, quando optime praedicatur. Nam Ioannes quia praedicando vngere venerat, quasi cornu impleuit sciendo: ut eum vngere bene loquendo potuisset. Si autem bene scire impletionem volumus, audiamus, quod in euangelio dicitur: Factum est verbum super Ioannem Zachariae filium in deserto. Cornu ergo pleno eum vixit: qui profecto prius a verbo doctus est, quam verbi diuinitatem, & assumptam hominis naturam loqui potuisset. Sed veniens, in manu vitulum habuit, quia ut dignus praeco redemptoris fieret, carnem suam deo per abstinentiam maceravit. Potest etiam vituli, appellatione ipse dominus designari. Quid ergo est, quod propheta in manu vitulum tulit: nisi quia qui Iesum vult praedicando ostendere, per mortificationem carnis debet eius, quae praedicat, passiones imitari? Vitulum quippe in manu tenere est, similitudinem passionis Christi in virtute operationis ostendere. Aliter enim qui ad vngendum regem venit, occiditur: quia nimirum in salutis suae periculum praedicator veritatis efficitur, qui verbum, quod ore praedicat, praua operatione conculcat. Samuel itaque ad vngendum regem veniens, in manu vitulum tulit: quia praecursor domini se prius mirabilem per supernae conuersationis fulgorem praebuit, & sic bonum tantae gratiae nescientibus indicauit. Sed quid est, quod quaeri inter filios Isai iubetur: nisi quia & de veteri populo nasciturus erat, & aequalem nullus habiturus? Quae itaque praecipitur, ut ei rationaliter credamus. Et quia per semetipsum dicit: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, bene Samueli a patre dicitur. Vnges quem monstrauero tibi. Quasi enim monstratum vixerat prius, qui ab eo, quem vixerat, audiebat: Beatus es Simo Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in caelis. In Bethlehem ergo mittitur, quia cum secundum carnem quaeritur Christus, natus ex Iudaeorum populo inuenitur. Venit etiam in Bethlehem: quia ordo praedicatorum ante Iudaeam conuertere studuit, & postea gentibus redemptoris fidem praedicaui. Quid est autem quod seniores ciuitatis mirantur, nisi quia qui ad maturitatis seculum peruenerant, in tantae nouitatis praedicatione stupebant: sed admirantes ei occurrunt, quia praedicationem veritatis libenter audiunt. Occurrere quidem praedicatoribus est, verbum fidei, quod praedicant, desideranter audire. Quid de pacifico ingressu eius interrogant. Quid est ingressus pacificus, nisi cum praesentia pacis venerit? Hanc item pacem ostendit, qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum. Quid est ergo quod de pacifico ingressu interrogant: nisi quia patrum promissionem electorum Iudaeorum corda desideranter expectabant. Quasi nutantes, qui expectabant, dicant: Nunquid nam venit pax, quae se venturam tanto temporum spacio praecurrente praedixit? Et quia noui doctores quod antiqui patres promiserant, exhibitum narrant, dicunt: Pacificus. Quasi dicat: Nos non futura promittimus, sed praesentia pacis dona monstramus. In ingressu nostro praesens est, in verbo nostro futura non est. Iam iustus Simeon vidit, iam tenuit & adorauit, dicens: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Iam pastoribus apparuit, iam missa de caelis diu expectata pace, angelorum multitudo cantauit: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Et quia non solum praedicare pacem venerat, sed etiam persuadere, subdit dicens: Ad immolandum veni. Quid est sacerdoti immolare, nisi redemptori nostro corda electorum per amorem coniungere? Quasi dicat: Vos an venerit, seire vultis, sed non prodest seire, nisi prosit amari. Ad immolandum ergo domino veni. Hinc est, quod Paulus eos, in quibus immolare non poterat, expellit dicens: Qui non amat dominum Iesum, anathema sit. Sed inuitatis ad victimam dicitur. Sanctificamini & venite. Iudaei idcirco nobiscum ad fidei sacrificium venire nequeunt, quia dominum Iesum ex scripturis iudicare nolunt, sed solo odio audire eius praedicationem refugiant. Vnde per semetipsum dominus queritur, dicens: Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent, quia viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Quid est ergo, quod dicitur: Sanctificamini & venite. Sed sanctificari auditoribus est: ad audiendum purae mentis secretum praeparare. Sanctificari quippe eis est, odium de corde prolicere, & ad audiendum verbum praedicationis intentionis puritatem parare. Sanctificari ergo venire praecipitur, quia venire nihil prodest, qui intentione puritatis audiendo non habent. Et quia per doctores sanctos sanctus loquitur spiritus, dicit: Venite mecum. Quasi dicat: Sic loquentem attendite, ut vobiscum credatis audientem, quia sic loquor, ut audiam, dum ipse sum qui loquor, & locutionem administro. Et quia in initio nascentis ecclesiae multi ex Iudaeis, & deuote audierunt, & fideliter crediderunt, bene dicitur, quia Isai & eius filij sanctificati a Samuele sunt, & ad victimam inuitati. Sed in septem Isai filius rex non inuenitur. Quid enim septem Isai filij nisi omnes sunt synagogae perfecti? Qui ad prophetam veniunt, sed eorum nullus eligitur, quia electus praedicator, & perfectus synagoga filios aspicit, & ex eis redemptorem humani generis nullum credit. Adducit ergo omnes priores filios, ut cum perfectos omnes aspiciamus, redemptoris excellentiam cogitemus. In quibus profecto nisi paruulus adducitur, rex esse a domino non monstratur, quia nimirum cum redemptori nostro magnos viros conferimus, quantum excellat eius dignitas videtur. Non inuenitur ergo in aliis, quia puri homines sunt. Quare ergo in pascuis puer, qui pascit oues, quia usque ad mortem patri obediendo se subdit, generatione tamen eius quis enarrabit? Paruulus quippe dicitur, quia humilitatis eius gratia comedatur. Paruulus ergo dicitur qui minoratus ab angelis per Psalmistam perhibetur. Sed paruulus oues pascit, quia per humilitatem est humilis, & per maiestatem sublimis. Hic laborat & esurit, sed ibi de gloria maiestatis suae angelos pascit. Dum enim de plenitudine gloriae eius omnes accipiunt, quasi in illis beatissimis pascuis per puerum saturantur. Paruulus etiam pastor asseritur, quia de carnis eius assumptione, superni ciues ineffabiliter gaudent. Gaudium quippe illud ineffabile beatorum ciuium quasi ouium eius est. Hic ergo adduci instanter praecipit, hic donec veniat discubitus necesse est differatur. Discumberet quippe antequam veniret, si plebs in alium credidisset. Expectari ergo debuit qui beatarum animarum singularis, & vnicus cibus fuit.

**Mat. 9.** **A**ribus dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Cornu ergo pleno ad vngendum Dauid propheta mittitur, quia illum modo doctores predicant, qui duritiam legis soluit, & omne quod rigidum prae tulit, per gratiae suae tomenta reparant. Quomodo vngerebat eum ille, ad eum vngendum missus, de quo dicitur: Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Sed audiuimus, quomodo missus fuerat, audiamus, quomodo vngat: Ecce (inquit) agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Potest per cornu, regni eius videlicet, sanctae ecclesiae sublimitas designari, quae magna est, sed austera, & superba non est. De quo nimirum cornu superius per Annam Samuelis matrem dicitur. Sublimabit cornu Christi sui. Hinc namque per Zachariam dicitur: Erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Cornu quidem salutis quid est, nisi sublimitas ecclesiasticae potestatis. Nam quod antiquis nunquam dicitur, modo vniuersali ecclesiae dicitur. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Quod profecto cornu erectum, & oleo plenum dicitur: quia sancta ecclesia cum sublimitate potestatis, extendit viscera miserationis. Et quia per damnatae humanitatis vitium facilius in auctoritatem potestatis extolli possumus, quam flecti ad molliorem pietatis bene non cornu, sed praeparare oleum iubetur.

**B** Qui enim imple cornu tuum oleo dicit, cornu sine oleo esse signauit. Quid est hoc, nisi quia irasci, & arguere etiam incosulti possumus: sed flecti ad misericordiam: nisi ex magna meditatione non possumus. Quasi dicat: Zelum, quem naturaliter habes, imple oleo: quod si non habes ex te, habere potes ex virtute. Quod certe ei dicitur, qui vngere redemptorem mittitur: ut qui in officio praedicationis ponitur, diues esse misericordia semper conetur. Potest hoc cornu mentis affectus ostendi. Quod certe cornu impleri praecipitur, quia profecto debet redemptoris nostri vnctio, id est sanctificatio, ante sciri, quam sufficienter valeat praedicari. Cornu ergo impletur, quando bene sanctitas redemptoris agnoscitur. Et pleno cornu vngitur, quando optime praedicatur. Nam Ioannes quia praedicando vngere venerat, quasi cornu impleuit sciendo: ut eum vngere bene loquendo potuisset. Si autem bene scire impletionem volumus, audiamus, quod in euangelio dicitur: Factum est verbum super Ioannem Zachariae filium in deserto. Cornu ergo pleno eum vixit: qui profecto prius a verbo doctus est, quam verbi diuinitatem, & assumptam hominis naturam loqui potuisset. Sed veniens, in manu vitulum habuit, quia ut dignus praeco redemptoris fieret, carnem suam deo per abstinentiam maceravit. Potest etiam vituli, appellatione ipse dominus designari. Quid ergo est, quod propheta in manu vitulum tulit: nisi quia qui Iesum vult praedicando ostendere, per mortificationem carnis debet eius, quae praedicat, passiones imitari? Vitulum quippe in manu tenere est, similitudinem passionis Christi in virtute operationis ostendere. Aliter enim qui ad vngendum regem venit, occiditur: quia nimirum in salutis suae periculum praedicator veritatis efficitur, qui verbum, quod ore praedicat, praua operatione conculcat. Samuel itaque ad vngendum regem veniens, in manu vitulum tulit: quia praecursor domini se prius mirabilem per supernae conuersationis fulgorem praebuit, & sic bonum tantae gratiae nescientibus indicauit. Sed quid est, quod quaeri inter filios Isai iubetur: nisi quia & de veteri populo nasciturus erat, & aequalem nullus habiturus? Quae itaque praecipitur, ut ei rationaliter credamus. Et quia per semetipsum dicit: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, bene Samueli a patre dicitur. Vnges quem monstrauero tibi. Quasi enim monstratum vixerat prius, qui ab eo, quem vixerat, audiebat: Beatus es Simo Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in caelis. In Bethlehem ergo mittitur, quia cum secundum carnem quaeritur Christus, natus ex Iudaeorum populo inuenitur. Venit etiam in Bethlehem: quia ordo praedicatorum ante Iudaeam conuertere studuit, & postea gentibus redemptoris fidem praedicaui. Quid est autem quod seniores ciuitatis mirantur, nisi quia qui ad maturitatis seculum peruenerant, in tantae nouitatis praedicatione stupebant: sed admirantes ei occurrunt, quia praedicationem veritatis libenter audiunt. Occurrere quidem praedicatoribus est, verbum fidei, quod praedicant, desideranter audire. Quid de pacifico ingressu eius interrogant. Quid est ingressus pacificus, nisi cum praesentia pacis venerit? Hanc item pacem ostendit, qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum. Quid est ergo quod de pacifico ingressu interrogant: nisi quia patrum promissionem electorum Iudaeorum corda desideranter expectabant. Quasi nutantes, qui expectabant, dicant: Nunquid nam venit pax, quae se venturam tanto temporum spacio praecurrente praedixit? Et quia noui doctores quod antiqui patres promiserant, exhibitum narrant, dicunt: Pacificus. Quasi dicat: Nos non futura promittimus, sed praesentia pacis dona monstramus. In ingressu nostro praesens est, in verbo nostro futura non est. Iam iustus Simeon vidit, iam tenuit & adorauit, dicens: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Iam pastoribus apparuit, iam missa de caelis diu expectata pace, angelorum multitudo cantauit: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Et quia non solum praedicare pacem venerat, sed etiam persuadere, subdit dicens: Ad immolandum veni. Quid est sacerdoti immolare, nisi redemptori nostro corda electorum per amorem coniungere? Quasi dicat: Vos an venerit, seire vultis, sed non prodest seire, nisi prosit amari. Ad immolandum ergo domino veni. Hinc est, quod Paulus eos, in quibus immolare non poterat, expellit dicens: Qui non amat dominum Iesum, anathema sit. Sed inuitatis ad victimam dicitur. Sanctificamini & venite. Iudaei idcirco nobiscum ad fidei sacrificium venire nequeunt, quia dominum Iesum ex scripturis iudicare nolunt, sed solo odio audire eius praedicationem refugiant. Vnde per semetipsum dominus queritur, dicens: Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent, quia viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Quid est ergo, quod dicitur: Sanctificamini & venite. Sed sanctificari auditoribus est: ad audiendum purae mentis secretum praeparare. Sanctificari quippe eis est, odium de corde prolicere, & ad audiendum verbum praedicationis intentionis puritatem parare. Sanctificari ergo venire praecipitur, quia venire nihil prodest, qui intentione puritatis audiendo non habent. Et quia per doctores sanctos sanctus loquitur spiritus, dicit: Venite mecum. Quasi dicat: Sic loquentem attendite, ut vobiscum credatis audientem, quia sic loquor, ut audiam, dum ipse sum qui loquor, & locutionem administro. Et quia in initio nascentis ecclesiae multi ex Iudaeis, & deuote audierunt, & fideliter crediderunt, bene dicitur, quia Isai & eius filij sanctificati a Samuele sunt, & ad victimam inuitati. Sed in septem Isai filius rex non inuenitur. Quid enim septem Isai filij nisi omnes sunt synagogae perfecti? Qui ad prophetam veniunt, sed eorum nullus eligitur, quia electus praedicator, & perfectus synagoga filios aspicit, & ex eis redemptorem humani generis nullum credit. Adducit ergo omnes priores filios, ut cum perfectos omnes aspiciamus, redemptoris excellentiam cogitemus. In quibus profecto nisi paruulus adducitur, rex esse a domino non monstratur, quia nimirum cum redemptori nostro magnos viros conferimus, quantum excellat eius dignitas videtur. Non inuenitur ergo in aliis, quia puri homines sunt. Quare ergo in pascuis puer, qui pascit oues, quia usque ad mortem patri obediendo se subdit, generatione tamen eius quis enarrabit? Paruulus quippe dicitur, quia humilitatis eius gratia comedatur. Paruulus ergo dicitur qui minoratus ab angelis per Psalmistam perhibetur. Sed paruulus oues pascit, quia per humilitatem est humilis, & per maiestatem sublimis. Hic laborat & esurit, sed ibi de gloria maiestatis suae angelos pascit. Dum enim de plenitudine gloriae eius omnes accipiunt, quasi in illis beatissimis pascuis per puerum saturantur. Paruulus etiam pastor asseritur, quia de carnis eius assumptione, superni ciues ineffabiliter gaudent. Gaudium quippe illud ineffabile beatorum ciuium quasi ouium eius est. Hic ergo adduci instanter praecipit, hic donec veniat discubitus necesse est differatur. Discumberet quippe antequam veniret, si plebs in alium credidisset. Expectari ergo debuit qui beatarum animarum singularis, & vnicus cibus fuit.

Ioan. 1.  
Iem. 2.  
Supra 2.  
Luc. 1.  
Mat. 16.  
Luc. 3.  
Ioan. 7.  
Mat. 16.

D  
Eph. 2.  
Luc. 2.  
E  
I. Cor. 16.  
Ioan. 15.  
E  
Psal. 33.  
Psal. 3.





Ioan. 6. fuit. Unde & per semetipsum dicit: Ego sum panis viuus, qui  
 G de caelo descendi. Sed quia qui ascendit, ipse est, qui descendit  
 Ephes. 4. illuc mittitur, ut adducatur. Mittere nanque ad pascua est,  
 mentem supra Angelos usque ad aequalitatem aeterni patris  
 extendere. Et inuenire eum est, summo patri eum per omnia  
 aequalem credere. Adducit autem eum, qui etiam ad redemi-  
 ptionem humani generis per assumptam humanitatem venis-  
 se iam asserit. Miserat nanque, & adduxerat eum hic, ad quem  
 Idem. 3. in eius typo mittitur, cum dicebat: Qui de caelo venit, super  
 omnes est. Paruulum pascentem oues adducebat. Elaias, cum  
 Esa. 9. dicebat: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &  
 vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis,  
 pater futuri seculi, princeps pacis. Sed quia doctoris fides ad  
 salutem sibi tantum, non etiam auditoribus proficit, mitti &  
 adduci praecipitur, ut unusquisque fidem eius habeat, per  
 quam saluari mereatur. Ire etenim singuli, & adducere eum  
 debent, quia firmiter debent eum credere per diuinitatem  
 aeterno patri aequalem, & per humanitatem naturae nostrae  
 participem. De cuius etiam descriptione dicitur, quia erat  
 Rufus, & pulcher aspectu: & decora facie. Rufus quippe, quia  
 Esa. 63. lancea vulneratus: Rufus, quia ex passione rubicundus. Unde  
 & per prophetam ei dicitur: Quare rubrum est indumentum  
 tuum? Rufus quippe extitit, qui candorem tantae innocentiae  
 preciosi sanguinis rubore colorauit. Pulcher etiam aspectu  
 H fuit, quia & resurgendo immortalitatis pulchritudinem in-  
 duit, & mortales nos ex magna charitate respexit. Quasi enim  
 Ioan. 14. aspectus sui pulchritudinem repromittens discipulis, ait: Ite-  
 rum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Hinc item repro-  
 mittens ait: Vado parare vobis locum, & veniam, & accipiam  
 vos ad meipsum, ut vbi ego sum, & vos sitis. Quis est decor fa-  
 1. Cor. 13. cie, nisi eius gloria maiestatis? Facies nanque eius perfecta  
 cognitio est. Hanc etiam Paulus commemorans ait: Videmus  
 nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.  
 Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus  
 sum. Decor ergo faciei quid est, nisi splendor aeternae diuini-  
 1. Ioan. 3. tatis? Qui nimirum decor modo creditur, non videtur, tunc  
 non creditur, sed videtur, quia Apostolus ait: Cum apparuerit  
 similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Unde &  
 Moyse querenti eundem faciei decorem, respodit, postero-  
 ra mea videbis. Quicquid de illius diuinitate contemplari  
 nunc possumus, non est ipse decor, sed velamentum decoris.  
 Posteriora quidem cernimus, ut sequamur, sed dum sequen-  
 do peruenimus ad eum, anteriora, id est, faciei decorem cer-  
 nuimus. Rufus ergo in seculo fuit, pulcher in paradiso, decora  
 facie perennis in caelo. Potest & omnis haec trina pulchritu-  
 do in hac praesentis vitae eius conuersatione cognosci. Rufus  
 quippe extitit, quia feruenter amauit eos, pro quibus ani-  
 mam posuit. Pulcher aspectu fuit, quia omnia nouit. Decora  
 I facie, quia bona omnia fecit. Sed quae illa aspectus pulchritu-  
 do? Nemo nouit patrem, nisi filius. Hunc item Petrus admi-  
 2. Mat. 11. rans, ait: Nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus,  
 Ioan. 16. ut quis te interroget. Decorem faciei turbae intuituum pro-  
 3. Mat. 7. testantur, quae dicunt: Bene omnia fecit, & surdos fecit au-  
 Mat. 8. dire, & mutos loqui. Hinc item alij admirantes, dicunt: Qua-  
 lis est hic, qui venti, & mare obediunt ei? Decor ergo fa-  
 ciei quid est, nisi pulchritudo sanctitatis. Quid item est de-  
 cor faciei, nisi splendor conuersationis eius incomparabi-  
 lis, quia per omne, quod egit, incomparabili luce gratiae  
 resplendit. Hunc nanque faciei decorem Psalmista ad-  
 4. Psal. 44. mirans, ait: Speciosus forma praefiliis hominum, diffusa  
 Heb. 1. est gratia in labiis tuis. Hanc Paulus praedicans, ait: Qui  
 cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, portans  
 omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens,  
 seder ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Ange-  
 lis effectus, quanto differentius praefillis nomen haereditauit,  
 cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu, ego ho-  
 5. Mat. 17. die genui te? De hoc igitur recte propheta praecipitur. Sur-  
 ge & unge eum, ipse est enim. Petrus quoque Apostolus non  
 solum propheta, sed summus patriarcha, vidit inenarrabile  
 lucem suam desuper, nubem obumbrantem, clamantem pa-  
 trem, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ibi

dicitur. Ipse est enim. Hic dicitur: hic est filius meus dile-  
 ctus. Ibi quia in typis ostendebatur, quasi absentior cernitur,  
 dum dicitur. Ipse est. Hic autem quia iam reuelata claritas  
 eius erat, praesentior cernitur, quia dicit: Hic est filius meus  
 dilectus, in quo mihi complacui. Hic ergo ungetus est, hic lau-  
 dandus, & perpetuis fauoribus demulcendus. Sed quis digne  
 laudare sufficiat, cum non sufficiat gloriam videre, quam  
 laudat. Quid est, quod Petrus cadit, cum vocem audit insona-  
 tem tanti verba praekonij? Sed paruulus erat, adhuc videbat,  
 quod videre non sufficebat. Videbat & quia videndo cade-  
 bat, significat, quod ad id non poterat attingere, quod mere-  
 batur videre: Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiri-  
 tu sancto. Quia ergo Petrus nondum illam plenitudinem spi-  
 ritus acceperat, praedicare Iesum quasi paruulus non valebat.  
 Ergo surgere iubetur prius, & visionem nemini dicere, donec  
 a mortuis resurrexisset. Post resurrectionem quippe acceptu-  
 rus erat spiritum sanctum. Unde scriptum est, nondum erat  
 1. Cor. 17. spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Non  
 debebat ergo Petrus ante resurrectionem visionem dicere,  
 quoniam quidem bene vidit, sed antequam spiritum haberet  
 non intellexit. Quid est ergo, quod ad Samuel dominus ait:  
 Surge & unge eum. Quid est, quod surgere iubetur, ut  
 unget, nisi quia multum oportet eum erigi ad superna, qui  
 sublimitatem domini gestit praedicare. Sed quantum erectus  
 erat Petrus, qui ad tanta videnda sustollebatur? Sed si ille ad-  
 huc altiore statum perfectionis expectat, quis tantae predi-  
 cationis officium subire non metuat? Si prophetam dominus  
 surgere ammonet, praedicare dominum audeat, qui per lapsum  
 prauitatis iacet? Hinc est enim quod unicuique praedicatori  
 per Elaiam praecipitur: Super montem excelsum ascende tu,  
 qui euangelizas Syon. Mons excelsus perfectio doctrinae, &  
 2. Esa. 40. operis est. Surgat ergo, qui ungete regem praecipitur, in sub-  
 limia se extendat. Surgat in alto opere, surgat in alta contem-  
 platione, surgat in sapientia verbi, surgat in virtute charita-  
 tis. Ille quidem qui praedicando ungetur tantus est, ut vix ad  
 eum a sublimibus perueniat. Et fortasse Paulus hunc ideo un-  
 gere poterat, quia dicit: Nostra conuersatio in caelis est. Ideo  
 Philip. 3. hunc ungete poterat, quia ad tertij caeli secreta se erexerat,  
 & in paradiso arcana verba audiebat. Quia ergo dominus  
 Iesus sublimiter a sublimibus praedicari debet, surgere pro-  
 pheta praecipitur, quia eum, per quem ipse signatur, ungete  
 iubetur. Alta quidem, immo altissima haec perfectae conuer-  
 sationis virtus est, sed a multis perfecte perficitur. Magna  
 quidem sublimitas haec est, sed tam sublimes ecclesia sancta  
 multos habet. Nam ex quo synagogam repulit, in innumera-  
 bilem celsitudinem virtutis sanctam ecclesiam sublimauit. Be-  
 ne ergo dicitur: Et directus est spiritus domini David a die  
 illa in reliquum. Dies quidem est fides redemptoris. In qua  
 nimirum & sancta ecclesia illuminatur, & repulsa synagoga  
 3. 2. Cor. 12. mira caecitate deprimitur. In die ergo illa spiritus sanctus in  
 David dirigitur, quia eius gratia synagoga tollitur, & san-  
 ctae ecclesiae electis datur. Dirigitur enim quia illos deserit,  
 istos assumit. Sed in die dirigitur, quia qui in fide redempto-  
 ris illuminatus non est, in sese dirigentem spiritum habere  
 non potest. Spiritus ergo in die dirigitur, quia fidei lumē ha-  
 bentibus datur. Dirigitur autem in David, quia hunc sola  
 sancta ecclesia suscipit, quae corpus est redemptoris. Sed quia  
 auctore deo ea, quae proposuimus, de libro Regum tractado  
 compleuimus, orandus est summus atque omnipotens spiri-  
 tus, ut qui verba per quae voluit protulit, tam scribenti, quam  
 legenti tribuat affectum virtutis. Amen.

F I N I S.

Index quaternionum.

- aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. kk. ll. mm.
- nn. oo. pp. qq. rr. ss. tt. vv. xx. yy. zz.
- AA. BB. CC. DD. EE. FF. GG. HH. II. KK. LL.
- MM. NN. OO. PP. QQ. RR. SS.





Handwritten text on the fore-edge of the book, oriented vertically. The text is written in a dark ink and appears to be a title or a reference number. The characters are somewhat stylized and difficult to read precisely, but they seem to form a sequence of letters and numbers, possibly including "M", "G", "M", "L", "S", "2".















